2 † Amplia; quia non valet sententia, neq; laudum arbitri, si feratur in Ecclesia, Abb. *in cap. Quintauallis. in 17. differentia, de iureiu. & cons.46. In quæstione, in prin. lib.2.* vbi, quod sententia est indubitanter nulla per *cap. decet. in fin. de immun. eccl. in 6.* & repetit *cons.55. col. 3 in prin. eod. lib.* † Extende in decreto requirente causæ cognitionem, & ideo contractus minoris in ecclesia celebratus est nullus propter decretum. Ang. Aret. *cons.92. in casu supradicto. n.15. & seq.* vbi extendit, etiam si extat statutum, quod in omni loco possit interponi; quia recipit interpretationem à iure communi, vt ecclesiam non contineat. † Restringe tamen; quia bene valet arbitramentum arbitratoris; quia concordia & pax est, sed an semper sit verum, idem Abb. *d.c. Quintauallis. in 17. differentia, de iureiur.* † Vide omnino Castr. *cons.66. Dubia supradicta. num.5. ver. ad quartum lib.1.* vbi dicit, quod *c. decet, de immu. Eccl. in 6.* dicit, quod decet, non autem prohibet, ideo non annullat sententias. † Declara, vt per Ang. Aretin. *d. cons.92. In casu supradicto. num.15. & seq. ver. tertio dubio contractus,* vbi, quod licet contractus in ecclesia non possit celebrari; tamen celebratus valet; fallit, nisi sit cum minore, in 7 quo requiritur decretum, & causæ cognitio. † Restringe in sententijs iudicum ecclesiasticorum, siue ordinarij sint, siue delegati; quia latæ in ecclesia valent de iure communi, siue sint super causis beneficialibus, siue aliis ad forum ecclesiasticum pertinentibus. Castr. *d. cons.66. n.5. lib.1.* vbi loquitur in causa prophanain inter laicos per Papam commissa. † Declara tamen, si ecclesia 8 est in loco, in quo adsint vicini causidici, & Doctores, qui possint consilium ferre, alias si esset nimis remota, non valeret. Castr. *d. cons.66 num.6. ver. ad quintum lib.1.* Vide, *Ecclesia & ecclesiastica loca, & quæ in eis celebrari, & exerceri possint. Concl. prox. sequent.* † Amplia; quia ecclesia non dicitur de territorio Principis secularis, licet sit intra territorium, vt infra *num.10. & seq.* & ad hoc multa faciunt; quia licet ædificatum cedat solo, secus tamen est in ecclesia; quia solum accedit ecclesiæ. Vide, *Ecclesia si ædificetur. Concl.22.* 10 † Item, quia habet immunitatem, vt Princeps secularis non possit exercere iurisdictionalia, neq; criminalia capiendo in ea malefactores, quod posset, si esset de territorio suo, vt infra: *Ecclesia* 11 *tuetur aduersus potestatem secularem omnes fugientes ad eam. Concl.10.* † Contrarium, vt male tenet Iul. Clar. *in §. fin. q.38. num.18. ver. vide* 12 *etiam, in fi.* vbi nihil allegat. † Declara; quia ecclesia dicitur intra territorium, & de vniuersitate, sicut clerici sunt de populo, sed in ijs tantum, quæ respiciunt eorum fauorem. Castr. *cons.187. Notandum est. num 5. ver. cum ergo negari, & col. pen. ver. secunda ratio. lib.2.* In alijs vero nec sunt de territorio, neque de populo, vt dicitur de exempto; quia non est intra diœcesim, vt possit Episcopus exigere tributum in loco exempto, tanquam de diœcesi sua, vel in- 13 tra eam. † Et quod ecclesia non sit de territorio Principis secularis, probat tex. *in l.2. in fi. C. de sum. Trinit. in fi.* vbi Imperator restituit ecclesias per totum Orbem Episcopis, & ita per illum tex. dicit Castr. *in l. si quis in hoc genus. n.3. C. de Epis. & cler.* vbi, quod bene ecclesia est intra territorium, sed non de territorio; quia exempta, allegat Bart. *in l. omnes populi ff. de iust. & iur.* & plene Abb. *in c.* 14 *inter alia. num.29. de immun. eccles.* Rol. à Val. *cons.24. n.9 lib.2.* † Declara; quia licet ecclesia non sit de territorio iudicis secularis; tamen quia causa sacrilegij est mixti fori, potest iudex secularis punire delinquentes in ecclesia, si præuenit ecclesiasticum. Roland. à Vall. *d. cons.24. n.13. lib.2.* sicuti punit laicum offendentem clericum; & quia expedit ecclesiæ plures habere defensores, & iniuriarum vltores. Vide tamen Abb. *d.c. inter alia num.29. de immun. Eccles. ver. vlterius quæritur, in versic. ego sic.* vbi, quod secularis non cognoscit de sacrilegio in ecclesia commisso; quia immunitas ecclesiæ, quæ est in extrahendo, & spectat ad solum ecclesiasticum; est etiam in non offendendo; quia sicuti iudex ecclesiasticus est iudex immunitatis ecclesiæ; ita quando sit offensa in ecclesia; quia violatur immunitas ecclesiastica à maioritate rationis. Declarat ideo Castr. *d. l. si quis in hoc genus. C. de Epis. & cler.* dicens *n.3.* quod ex officio non procedit secularis, sed ad querelam partis, quia delictum extra territorium commissum dicitur. Declarat plenius Alexand. *cons.111. Ponderatis verbis, col.1. ver. & Pet. de Anch. lib.1.* quod ecclesia, licet sit exempta, remanet in territorio, sicuti ecclesia exempta remanet in diœcesi; ideo si in ea nõ exemptus deliquit, prout laicus, potest per laicum iudicem suum puniri. *d. l. si quis in hoc genus. C. de Epis. & cler.* ratio est; quia ecclesia non tuetur delinquentes in ea. † Declara, & forte melius, 15 vt per Host. *in c. cum sit generale, de for. compet.* quem sequitur apostil. ad Abb. ibi *in princ. ver. in hac difficultate.* vt sit Ecclesiastici cognitio vsq; ad pœnam sanguinis; si vero ob atrocitatem delicti in ecclesia commissi imponenda est pœna sanguinis; tunc ad secularem spectet. Vide, *Mixti fori quæ esse dicantur. Conclusio.293.*

Ecclesiæ, & loca Ecclesiastica, & quæ in eis celebrari possint, vel non. Conclus. 6.

EA, quæ sunt † voluntariæ iurisdictionis, possunt celebrari in 1
ecclesia; ideo valet manumissio facta in Ecclesia. *l.1. C. de ijs, qui in Eccl. manumit.* Signorol. *cons.86. Quæstio proponitur, in fin. n.11.* † Amplia; quia valet constitutio syndici facta per vniuersitatem 2 in ecclesia cum decreto; quia est voluntariæ iurisdictionis. Bald. *cons.278. Casus talis est. n.2. lib.5.* † Amplia; quia valet datio curatoris generalis cum decreto; quia non requirit strepitum iudiciorum. Signorol. *d. cons.86. in fine,* vbi, quod fallit regula fauore pupillorum; quia actus est pius, *per totum.* † Declara; quia licet ista 4 voluntariæ iurisdictionis valeant; tamen de honestate fieri non debent in ecclesia. Bald. *d. cons.278. num.2. lib.5.* vbi, quod ita debet intelligi gl. *in l. nemo Apostolorum. C. de Sacros. Eccles.* † Limita; 5 quia regula est, quod ea, quæ requirunt plenam causæ cognitionem, prout sententia, & alia habentia strepitum iudiciorum, non possunt in ecclesia expediri. Signor. *d. cons.86. in fi.* † Et quod 6 non valeat processus in ecclesia factus, maxime parte opponente. Fulgos. *cons.97. Visis petitionibus, in princ.* † Extende; quia tutoris, vel curatoris datio non valet in ecclesia, quando sit cum in- 7 quisitione, & plena causę cognitione. Signor. *d. cons.86. in fine.* Vide, *Ecclesia domus Dei est, & est intra territorium, non de territorio, & in ea non sunt licita negocia, & quæ. Concl prox. præced.*

Ecclesiarum priuilegia, & specialia multa. Concl. 7.

ECclesiæ † habent priuilegium, quod licet non subsint 1
Principibus secularibus; tamen Principes seculares tenentur protegere, & defendere ecclesias, & alia pia loca. Geminia. *cons.81. Quia per spectabilem, in fi. ver. sicut patet. c. Principes 23. q.5.* † Et 2 iudices tam seculares, quam ecclesiastici sunt exequutores piorũ legatorum. Abb. *cons.32. Videtur primo, col.2. versic. si autem Episcopus. lib.1.* vbi, quod est locus præuentioni, & quod etiam ciuitas potest constituere syndicum, & iudex secularis ad fauorem ecclesiæ Fratrum Minorum, ex quo ipsi non possunt agere. † Agit quili- 3 bet ad vtilitatem ecclesię. Vide, *Agere pro Ecclesia quando, & qui possint. Conclus.243.* Vide tamen Mascard. *conclus.580. Agens pro Ecclesia an debeat probare se rectorem Ecclesiæ.* † Dominium transfertur in 4 ecclesiam sine traditione, nedum in legato, sed in omni contractu. Bar. *in l. vt inter diuinum C. de Sacros. Eccles. num.17. & 18.* & expresse Calder. *cons.141. alias 2. de caus. poss. & propriet.* Vide, *Dominiũ rerum qualiter. Conclus.602.* † Restringe; quia in Publiciana non 5 transfertur dominium sine possessione; quia est necessaria possessio rei vacuæ etiam in ecclesia isto casu. Alexand. *cons.112. In causa, & lite. num.4. ver. & quoad Publicianam. lib.4.* † Declara secus 6 esse in Ecclesia, seu collegio Fratrum minorum; quia nihil possunt habere; ideo in eis nullum transit dominium, secundum distinctionem Abb. *cons.32. col.2. vers. ad primum. lib.1.* † Speciale 7 est pro Ecclesia, quod ad hoc, vt obligetur tribus casibus, videlicet ex depositi, ex mutuo, & ex venditione facta de bonis Ecclesiæ stabilibus pro debitis Ecclesiæ, debet creditor probare debitum, vel depositum, aut mutuum conuersum in vtilitatem Ecclesiæ. Cal. *cons.276.* alias est *vnicum, de commod.* Angel. *consil.245. Quia omne datum. num.4.* † Vide, *Vtilitati Ecclesiæ quando aliquid con-* 8 *uersum esse intelligatur, vel præsumatur. Concl.375.* † Exceptio non nu- 9 meratæ pecuniæ licet duret biennio dumtaxat; tamen secus est fauore Ecclesiæ, vt mutuum, depositum, vel debitum, pro quo fit alienatio, dicatur conuersum in vtilitatem Ecclesiæ; quia ex quo contractus est nullus, durat perpetuo. Calder. *d. cons.276.* alias est *vnicum, de commod.* Angel. *d. cons.245. col.3. ver. & ideo exceptio.* Vide, *Exceptio non numeratæ pecuniæ per obligatum potest opponi intra biennium. Concl.418.* † Acquirere potest quicunque fidelis Eccle- 10 siæ vniuersali, non considerata qualitate personæ acquirentis, & idem, si acquitat alicui Sancto, vel operipio; quia est Ecclesiæ vniuersalis. Bald. *cons.379. Sequitur, quod anno Domini. nu.8. vers. amplius*

11 *plius sciendum.lib.1.* † Extende; quia quilibet sacerdos potest stipulari pro Ecclesia vniuersali, & illi acquirit, sicut monachus acquirit Monasterio suo, & seruus Domino. Abb.*cons.63 Vt veritas. col.fi. num.9.lib.2.* Vide, *Stipulari alteri per alterũ quando possit. Concl.*
12 704. † Scriptura priuata etiam sine die & anno probat fauore Ecclesiæ bona esse de dominio Ecclesiæ contra scribentem, & successores. Bald.*cons.331. Reuerende Pater, in prin. & per tot lib.2.* † Extende, etiam si nõ sit expressa quantitas eius, quod soluitur; quia si per relationẽ potest verificari, sufficit, & probat. Bald.*d.cons.331.*
14 *lib.2.per tot.* † Libri proprii Ecclesiæ censuales probant fauore Ecclesiæ, si sunt scripti manu publica. Bald.*d.cons.331.nu.5.ver. secundo reuerentia vestra lib.2.* † Rescriptum iustitię stricti iuris est, sed fauore Ecclesiæ latissime interpretatur. Alex.*cons.98. Visis iis.n.5.ver.*
16 *& ad hoc etiam mouetur.lib.5.* † Verba, quæ aptantur ad petitorium de sui significatione, prout bona alienata restituantur, impropriantur, & ad possessorium interpretantur. Alex.*d.consil.98.n.4. lib.5.&n.8* & idem in genitiuo, quod applicatur ad dominium, & possessionem, importat possessionem, si magis Ecclesiæ expedit,
17 vt ibi *n.6.* † Disiunctiua, quæ ex præsumpta mente pro coniuncta recipitur, & è conuerso, pariter ad fauorem Ecclesiæ eodem modo sumitur, prout magis Ecclesiæ expedit. Alexand.*d.cons.98.*
18 *num.8.lib.5.* † Confessio extraiudicialis licet non probet; tamen fauore Ecclesiæ multum adminiculatur. Bald.*d.cons.331.nu.5.vers.*
19 *secundo reuerentia vestra.lib.2.* † Restituitur in integrum Ecclesia, & locus pius aduersus factum damnosum sui rectoris, quando ipse rector non est soluendo. Angel.*cons.168. Testator in omnibus.n.2.in*
20 *fin.ver.veruntamen Ecclesia.* † Et non tenetur probare læsionem Ecclesia in restitutione, nisi probetur contrarium. Angel.*consil.245.*
21 *n.8.in fin col antep.ver. & licet Ecclesia volens.* † Indebitum solutum non præsumitur; ideo qui dicit indebitum soluisse, debet probare, secus in Ecclesia; quia nisi probetur solutum debitum, præsumitur solutum indebitum. Angel.*d.consil.245.n.8.col.antep.circa fi.*
22 *ver. quinimo si ista pensio.* † Pauperum & piorum vsuũ appellatione venit Ecclesia; ideo vsuræ Iudæi baptizati, quæ debent erogari pauperibus, & in vsus pios, si in beneficium Ecclesiæ erogantur, sufficit. Alex.*consil.104.In causa, & lite, in fi.lib.4.* Vide, *Religionis, & piæ causæ priuilegia, & specialia multa. Concluf.135.* Vide plene *in ver. Pia causa habet multa specialia. Concl.333. & Conclus. ibi prox. seq.*

Ecclesiæ immunitas quid sit & in quibus consistat. Concluſ 8.

1 CONSISTIT † hæc immunitas in duobus. Primum, quod extrahi inuiti non possunt ex ecclesia, & loco sacro, & extrahentes vltra quod tenentur restituere, tenentur ad solutionem pro pœna librarum 30. auri purissimi. *cap. quisquis.17.q.4.* licet Iul. Clar. *in §. fin. quæst.30 in princ.* dicat hanc pœnam cessisse ab aula,
2 & non deberi. † Imo, quod extrahentes in casu non permisso efficiantur rei criminis læsæ maiestatis, tenet Gig. *tract. de crim. læs. ma-*
3 *iest. in 1 par. q.1 ⁕. in princ.* † Secundum est, quod extractus ab Ecclesia etiam de consensu Episcopi, nõ potest puniri pœna mortis, sed
* solum pœna extraordinaria, & pecuniaria, communẽ * dicit Clar.
d.q.30. in princ. licet dicat non esse in vsu; quia puniuntur etiam vltimo supplicio; imo contra eos proceditur in contumaciam, quando sunt tutati ab ecclesia, & banniuntur, & Clarus repetit
4 *nu.23. vers. successiue.* † Est inducta hæc immunitas de iure diuino, vt probat Ioan. Lup. *in tract. de liber. Ecclesiastica, in parte 1. quæst.2. & in par.2. quæst.2.* & ideo Papa de iure Canonico eam tuetur contra violantes sub pœna excommunicationis. *c. nouerit, de sent. excom.* & imperator sub pœna confiscationis omnium bonorum, *auth. cassa. C de sacros. Eccles.* quæ duo iura fuere compilata eodem die ex concordia Papæ, & imperatoris, vt ibi dicit Alberic. qui propter-
ea dicit, reducendas opiniones Doctorum ad concordiã in hac
materia; quia supremi Principes concordant in hoc, tam Ecclesiastici, quam seculares, & Concil. Trident. *sess.25. cap.20.* hortatur
Principes seculares, vt puniant suos officiales violantes hanc li-
bertatem, & quod sit de iure diuino. Dec. *in c. Eccles. S. Mariæ. de cõ-*
5 *stit. n.14, & seq.* vbi plures aliegat, † Amplia; quia immunitas Ecclesiastica comprehendit multa alia, quæ veniũt sub termino la-
tiori libertas ecclesiastica; quia immunitas ecclesiastica, & liber-
tas ecclesiastica est vnum, & idẽ. Card. Zabarell. *cap. perpendimus,*
in princ. de sentent. excommunicat. Couar. *variar. resolut. lib.2. cap.2. in*
princ. Vide, *Libertas Ecclesiastica in quibus consistat. Concluf.342.* † Am-
6 pha; quia ecclesia habet iurisdictionem priuatiue ad seculares Principes in Clericos & ecclesiasticas personas, ecclesias, & bo-
na ecclesiarum. Vide, *Clerici non subsunt Principibus seculatibus. Con-*
7 *clus.385.* † Amplia; quia ecclesia habet fiscum, confiscationem, & familiam armatam, & territorium. Vide, *Episcopus habet territoriũ. Concluf.253.* † Amplia; quia etiam contra laicos habet iurisdictio-
8 nem, si delinquunt circa spiritualia, & Ecclesiastica, & in casibus mixti fori. Vide, *Mixti fori quæ esse dicantur. Concluf.293.* † Amplia;
9 quia imponit Ecclesia pœnas corporales, & afflictiuas sine sanguine, & confiscationis, & pecuniarias. Vide, *Ecclesia quas pœnas impo-*
10 *nat. Concluf.17.* † Dicunt aliqui, quod pœnæ pecuniariæ impositæ non exigũtur ab Ecclesia; quia Ecclesia passa est, quod exactio in
desuetudinem abierit. glos. *in c. cum multæ, in glos.3.15. quæst. vlt.*
quam sequitur Castrens. *consil.458. in fin. lib.2.* vbi, quod standum est glos. in hoc. † Sed non est vera glos. quia pro temporali iuris-
11 dictione nõ est dubium, pro Ecclesiastica vero distinguitur; quia debent locis piis applicari secundum Concilium Tridentinum, *sess.25.c.14.* & plene Felin. *in c. irrefragabili, §. ceterum, nu.8. & seq. de offi. deleg.* † Amplia, quod pro bonis suis collectari non potest à
12 secularibus. Vide, *Ecclesia pro bonis suis collectari non potest. Conclu.12.* † Amplia; quia statuta laicorum, & principum secularium quouis
13 modo disponentia de clericis, de Ecclesiis, & ecclesiasticis personis, vel de causis piis, de Sacramentis, de iuramento, vsuris, & aliis spiritualibus, sunt contra libertatem Ecclesiasticam, & sunt nulla, & cassanda in totum, & incurrunt facientes in pœnas. *c. nouerit. de*
sentent. excom. & in auth. Cassa. C. de Sacros. Eccles. Vide, *Statuta di-*
uersorum locorum circa libertatem Ecclesiasticam, & onerosa Ecclesiis. Con-
clusio.590.

Ecclesia habet immunitatem, vt delinquẽtes, & alii confugiẽtes ad illam sint tuti, & in quibus Ecclesiis, & locis procedat. Concl.9.

E CLESIA † matrix habet hoc priuilegium tam respectu Ecclesiæ, quam respectu ambitus circũcirca per quadraginta passus; aliæ vero Ecclesiæ non matrices per triginta passus. Iul. 1
Clar. *in prax. crim. §. fi.q.30.nu.2.ver. hinc est.* Rom. *cons.227. in princ.* qui licet dicat, quod Ecclesia matrix habet passus 50. est per errorem; quia tex. quem allegat *in c. sicut antiquitus.17.q.4.* loquitur de 40. & vide apostillã ad Rom. ibi *in ver. regulam*, quæ dat concord. Alex. plene *cõs.145. Viso themate, n.11. & seq. lib.7.* † Et isti passus sunt 2
quinque pedum pro singulo passu, & quilibet pes est quindecim digitorum, secundum glos. *in d.c. sicut antiquitus.17. quæst.4.* & ita Alex. *d.cons.145. Viso themate n.11. & seq. ver. circa secũdum. lib.7.* † Ex- 3
tende; quia imo si Ecclesiæ matrices, & aliæ non matrices reperirentur habere maius spatiũ, quam sint illi 40. vel 30. passus, immunitas separanda est vltra, & ideo extenditur ad septa Ecclesię, & porticus quomodocumque adhærentes ecclesię, & ad domos ecclesiæ non longe separatas ab ecclesia, & ad cœmiteria, etiã si excedant passus prædictos. Alex. *d.cons.145.nu.11.ver. circa secũdum dubium, cum seq. lib.7.* † Et ideo Monasterii cum dormitorio an- 4
nexum ecclesiæ etiam vltra passus debitos gaudet immunitate. Alex. *d.cons.145.nu.13. lib.7.* † Contrarium tenent aliqui, & male, 5
quod ista septa, & isti passus attendantur in ecclesiis extra ciuitates paruas, & castra, non autem intra, propter angustiã. † Decla- 6
rat Alex. *d.cõs.145.n.12. & seq. lib.7.* quod siue ecclesiæ sint extra, siue intra, militat eadem ratio, & exemptio quoad ecclesias, porticus, cœmiteria, septa & domos habitationis, etiã si sint vltra passus, sed quoad atria, hortos, areas, & totum mansum, bene distinguitur intra ciuitatem & castra; quia in istis non habet locum immunitas', quatenus vltra passus concessos, quatenus extra bene
competit immunitas. † Extende; quia nedũ capi nullus potest in 7
ecclesia, sed neque in atrio ecclesiæ. Rom. *d. cons.227. Spectabilis*
Domine, in princ. vbi ponit hoc pro regula. † Extende, vt procedat 8
priuilegium etiam in ecclesia nondum consecrata, & in qua non fuit celebrata Missa; quia si authoritate episcopi est constructa, habet hanc immunitatẽ secundum * communem, de qua idem *
Clar. *d. §. fin. q.30.n.4. ver. quæro. si constructa.* † Extẽde, vt procedat 9
etiã in ecclesia interdicta; quia gaudet immunitate. Iul. Clar. *d. §.*
fi.q.30.n.5. † Extende in ecclesia destructa, quæ speratur reædifi- 10 *
cari secundũ * cõmunem. Clar. *d.q.30.n.6.* † Extende, vt hæc immunitas sit concessa etiã Palatio Episcopi, siue sit annexũ eccle- 11 *
siæ, siue non, * cõmunem docet Iul. Clar. *d.q.30.n.3. ver. scias etiã,*
licet ipse dicat contrarium seruari, nisi Palatium Episcopi sit intra
40. passus ecclesiæ. † Extende, vt etiam hoc priuilegium compe- 12
tat Palatiis Cardinalium S.R.E. Clarus *d. §. fi.q.30.nu.26. ver. item*
adde. vbi, quod ita cõsuetudo generalis obseruat, sed hoc proce-
dit extra vrbem Romanam; quia in ea non seruatur. † Extende; 13
quia adinstar ecclesiæ idẽ dicitur de scholis, ex quibus scholares delinquentes non extrahuntur, & ita seruari de consuetudine attestatur Iul. Clar. *d. §. fin. quæst.30.num.25. ver. in hoc autem proposito.*

† Exten-

14 † Extende; quia etiam confugientes ad statuam Principis nō exrestituntur, sed fiunt immunes, secundum * communem, de qua videtur Clar. *d. § fin. q.30. in fi.* vbi tamen dicitur contrarium seruari
15 *in practica.* † Restringe; quia non habent hanc immunitatē Ora* *toria priuata,* communem dicit Iul. Clar. *d. § fi. q.30. n.6. vers. sed*
16 *quid dicendum.* † Restringe; quia propter ingentem numerum Ecclesiarum; & quia delinquentes omnes essent à delictis immunes, de consuetudine in multis locis seruatur, quod solum Ecclesiæ, in quibus sanctissimum Sacramentum Eucharistię conseruatur, gaudeant priuilegio, ita Iul. Clar. *d. § fi. q.30. in pr. col.2. ver. scias*
17 *autem. & n.30. vers. huiusmodi autem.* † Amplia; quia exemptio est concessa Ecclesiæ, & sic loco; ideo habet locum tam in clericis, quam in laicis in ecclesia existentibus, ne possint capi. Rom. *cons.* 234. *Aduertendum. in princ.* vbi plena apost. *in ver. Aduertendum,* dat alia similia; quia priuilegium concessum loco comprehendit omnes in loco, siue masculi, siue fœminæ, siue laici, siue clerici, si-
18 ue tertigenæ, siue forenses sint. † Et propterea etiā infideles confugientes gaudent immunitate locali. Vide Conclusionem proximam sequentem.

Ecclesia tuetur aduersus potestatem secularem omnes confugientes ad Ecclesiam, & continentia Ecclesiarum. Concl. 10.

1 Ecclesia † habet immunitatem, vt confugientes ad eam non possint extrahi, vel puniri in pœnā corporalem, *c. inter. de immun. Eccles.* vbi Innoc. & alii. Oldra. *cons.* 54. *circa fin.* plene Iul. Clar. *in prax. § fi. q.30. per tot.* vbi late de hac materia, licet dicat in princ. q. quoad hoc, si licite extrahantur, non puniantur, sed non bene loquitur; quia hęc cognitio spectat ad Ecclesiasticum, an sit extrahendus, vel non, ex Bulla fel. record. Gregorij XIV. & bene
2 ob honorem Dei, ecclesiarū, & dignitatis ecclesiasticæ. † Extende; quia etiam Hospitale non consecratū, & in quo non celebratur, habet immunitatē ecclesiæ, vt confugientes ad illud sint tuti, quando auctoritate Episcopi est fundatum; quia locus pius est.
3 Castr. *cons.* 458. *Viso casu. in pr. lib.* 2. † Amplia, vt procedat nedum in ecclesia, sed etiam in cœmiterio, & in circuitu ecclesiarum per 30. passus. Oldr. *d. cons.* 54. *incip. Consuevit dubitari* Lap. *alleg.* 32 *nu.* 4. *vn. item in cœmiterio.* tex. cū gl. *in c. sicut antiquitus* 17. *q.*4. Rom. *cons.*
4 227. *Spectabilis domine. in pr. ver. tertio scitis.* vbi apost. † Imo Ecclesia Cathedralis habet 40. passus, aliæ inferiores 30. passus, vt *in d. cap.*
* *sicut antiquitus.* 17. *q.*4. & est * cōmunis opinio, & quomodo mensuretur passus, vt contineat 5. pedes. Couarr. *var. resol. lib* 2. *c. fi. n.*5.
5 † Extende; quia captura facta in loco nō distante ab ecclesia per 30. passus dicitur nulla. Bart. *in l. item apud Labeonem. § cum vitium. ff. de iniur.* Ang. Aret. *in tract. malef. in ver. in scalis S. Petronij.* Roma. *d. cons.* 227. *Spectabilis domine.* Ias. *in l. pleriq; col.* 2. *ad fi. ff. de in ius voc.* Abb. & alii *in c. pen. de immu. eccle.* Soc. *in tract. de citation. art.* 17 *in* 5. *q. col.* 2. Host. *in summa, tit. de immun. eccl. § in quantum.* qui limitat, & ideo eum etiam parte non opponente Iudex debet relaxare, & sup-
6 plere. Rom. *d. cons.* 227. † Amplia in monasterio, & in omni loco sacro & exempto, & quę veniant appellatione monasterii & loci exempti, gl. plena *in c.* 1. *de priuil. in* 6. *ver. an exempta.* vbi ēt Dd. quæ dicit, q venit ecclesia, cœmiterium, monasterium, domus, porticus, atria, & areæ, quæ sunt iuxta ecclesiam; & quia ecclesiæ appellatione venit monasterium. *c. cum dilectus. in fi. de consuet.* Vide,
7 *Ecclesia appellatione veniunt septa, & continentia. Concl.* 20. † Amplia in palatio Episcopi, dummodo sit intra 30. passus ab ecclesia. Inno. *d. inter de immun. eccles.* Oldrad. *cons.* 55. *Consuevit dubitari.* Lap. *allog.* 12. *dissput. n.* 4. *ver. item in cœmiterio.* vbi extendit ad domos ecclesiæ contiguas per 30. passus, & idem dicit Rom. *d. cons.* 227. *in prin.* dum extendit immunitatem ad atrium Ecclesiæ, videl. ad claustrum; quia palatium contiguum ecclesiæ dicitur esse in atrio ecclesiæ. † Contrarium, quod imo etiam si palatium Episcopi est
8 vltra 40. passus, habet immunitatem; quia alias nullum haberet priuilegium. *c. id constituimus,* 17. *q.* 4. vbi gl. & ita Innoc. Host. & * Henrich. Boich. *in c. inter alia. de immun. eccles.* & * communem di-
9 cit Couar. *var resol. lib.* 2. *c. fin. n.*5. *ver. quinto infertur.* † Extende; quia an locus vicinus ecclesiæ, & contiguus habeat immunitatem, vel non, est arbitrarium iudici. Castr. *cons.* 458. *n.*2. *lib.*2. Vide, *Ecclesiæ appellatione veniunt septa & continentia vsque ad* 30. *passus. Concluſ.* 20.
10 † Amplia; quia ista immunitas violatur, nedum extrahendo confugientes, sed etiam offendendo aliquem in ecclesia; ideo iudex ecclesiasticus vtroque casu est iudex, secundum Abb. *d. c. inter alia. n.*29. *de immun. eccles.* licet contrarium sit de iure ciuili. *l. si quis in hoc genus. C. de Epis. & cler.* vbi Castr. & alii, qui dicunt, quod offendens in ecclesia punitur etiam per laicum; quia sacrilegium est
11 mixti fori. † Declara, vt supra, *Ecclesia domus Dei est. Concluſ.* 5. *n.*11.

& sequent. vsq; in fin. † Amplia in tantum, quod licet debeat custo- 12
diri reus criminosus confugiens; tamen non potest in compedibus poni. Guido *dec.* 221. qui allegatur in apostill. ad Oldrad. *cons.* 54. *ver. debet eum custodire.* quod intelligit Oldrad. *d. cons.* 54. vt adhibeat custodiam, quando posset extrahi, alias non. † Contra- 13
rium; quia in omnibus casibus confugientes ad Ecclesiam debent custodiri, & in compedibus poni, donec cognoscatur, an sint extrahendi, vel non. Iul. Clar. *in prax. § final. quæst.* 30. *num.* 21. *ver. quæro modo. in fin.* † Declara; quia si constat, quod debet gau- 14
dere immunitate, non debet poni in compedibus, sed sufficit, quod custodiatur, donec Episcopus declaret; secus si dubiū sit, maxime, quando non adesset in loco tutus carcer, sed quod custodiri omnino debet, ne aufugiat, ne elusoria reddatur custodia, quando delictum est graue; quia tutius est custodire, etiam in compedibus, & cum bona custodia; quia si euaderet, & esset exhibendus, non essent Ecclesiastici sine culpa, & per suum superiorem Ecclesiasticum essent puniendi. † Amplia, etiam si extat 15
statutum, quod pro debito ciuili non possit debitor capi in Ecclesia, vel claustro; quia non sequitur; ergo pro delictis potest capi; quia in omissis à statuto est locus iuri communi, & pro delictis & criminibus de iure communi non potest capi. ita Rom. *d. cons.* 227. *num.* 2. *in fin. ver. nunc ad propositum.* † Amplia in tantum, quod 16
nec tenetur custodire confugientem, quando non potest extrahi, alias secus. Oldrad. *d. cons.* 54. *ver. & quod dicitur. circa fin. consil. supra num.* 11. *& sequent.* † Amplia; quia etiam si non fuit oppositum 17
per captum in ecclesia, captura est nulla, si constat, quod in ecclesia sit facta, ^ satis dicitur constare Iudici, si exequutor refert in ecclesia fecisse capturam; quia talis relatio facit rem notoriam, & Iudex supplet in facto de iis, quæ in actis sunt. Roman. *d. consil.* 227. *num.* 3. *&* 4. *versic. nec obstat.* vbi apostilla *in ver. Exactis,* dat concordant. † Amplia, vt procedat ista immunitas etiam in eo, qui 18
membrum alicui mutilauit, etiam si intendebat interficere; quia nisi sit depopulator agrorum nocturnus, vel latro publicus. gaudet priuilegio immunitatis. Oldrad. *consil.* 154. *Quidam deliquit. per totum.* † Amplia, vt procedat de Iure Canonico, quod præ- 19
ualet, licet Ius Ciuile sit in contrarium, *authent. de mandat. princip. § neque autem homicida. collat.* 3. quia Ius Ciuile succumbit. Oldradus *dict. consil.* 154. *in princip.* Alexand. *consil.* 145. *Viso themate. num.* 4. *versic. & in hac materia. lib.* 7. † Amplia, quod ista immunitas 20
in casibus permissis in tantum tuetur confugientem, vt nedum tueatur eum ab omni pœna corporali, sed etiam si extrahitur confugiens, ecclesia possit agere super spolio, prout in aliis interdictis restitutoriis. Oldra. *d. cons.* 154. *Quidam deliquit. in fin.* † Am- 21
plia; quia procedit, etiam si captus in loco licito aufugiat à Birruariis, dum ducitur, & fugiat ad ecclesiam, erit tutus, & non potest extrahi. Ias. *d. l. pleriq; ff. de in ius voc. in* 9. *ampl.* † Extende, vt pro- 22
cedat, etiam si fugiat, dum condemnatus ducitur ad supplicium; quia efficitur immunis à pœna, & non potest extrahi. Clarus in *prax crim. § fin. q* 98. *in princ.* † Amplia; quia etiam fures confugi- 23
entes ad ecclesiam gaudent immunitate ecclesiæ. Iul. Clar. *in d. § fin. q.* 30 *n.*14. vbi dicit, non subesse aliquam difficultatem. † Am- 24
plia; quia extrahentes illum, qui habebat immunitatem, punitur pœna læsæ maiestatis, vide supr. *Concl.* 8. † Amplia; quia procedit 25
etiam in Clericis delinquentibus; quia non possunt inuiti extrahi de ecclesia, communem * dicit Clar. *d. § fin. q.* 30 *n.*16. *vers. vltrius.* licet dicat contrarium seruari de consuetudine. & plene Roman. *cons.* 234. *per totum,* incip. *Aduertendum,* qui hoc plene probat; quia loco concessum est priuilegium, vnde omnibus competit, & *consil.* 227. *per totum,* vbi apostill. *in ver. non potuerit,* & plenior apostill. *d. cons* 234 *in ver. aduertendum,* vbi, quod priuilegium loco est concessum, non personis. † Extende etiam in excommunica- 26
tis; quia habent immunitatem. Iul. Clar. *d. § fin. q.* 30. *num.* 18. vbi, quod ab hac opinione non est recedendum, licet in puncto iuris opinio sit controuersa. Rom *d. cons.* 234. *in fin.* vbi, quod licet debeat excommunicatus expelli; tamen sine expulsione non debet capi, & hanc * communem dicit Boer. *dec. is.* 180. *n.*7. † Restringe * 27
in Iudæo, & infideli delinquente. Iul. Clar. *d. § fin. q.* 30. *n.* 17. vbi de * communi, licet dicat esse controuersum, Rom. *d. consil.* 234. * *per totum.* † Contrarium Boer. *decis.* 110. *n.* 4. *& seq.* vbi, quod Iu- 28
dæi & infideles gaudent immunitate, si nō ficte, & simulate confugiunt ad ecclesiam; sed tamen ibi consilium tenuit cōtrarium *n.*6. † Amplia; quia etiam is, quem Curia insequitur, vt capiat, si 29
recipiat se in ecclesiam, habet immunitatem, nō obstante, quod Curia eum insequeretur, & hanc esse veriorem, & mag.s * communem dicit Iulius Clar. *d. § fin q.* 30 *num.* 19. & in simili etiam de territorio ad territorium tenet *q.* 29. *in fin.* Rom. *d. consil.* 234. *circa fin. ver. ista est ratio.* † Extende; quia imo captus si aufugiat de car- 30

cere, vel de manibus Curiæ, & confugiat ad ecclesiam, non debet extrahi, & extractus debet restitui, & ita iudicauit Senat° Mediolani, Iul. Clar. *in d. § fin. q. 30. n. 19. vers. quinimo.* licet dicat con-
31 trarium aliquando iudicatum fuisse. † Extende; quia etiam condemnatus, si dum ad supplicium ducitur, eximit se, & confugiat ad ecclesiam, non poterit extrahi. Iul. Clar. *d. q. 30. n. 22. vers. scias*
32 *autem.* † Amplia; quia is, qui confugit in ecclesiã, non potest obsi-
* deri secundum * communẽ, Iul. Clar. *d. § fi. q. 30. n. 21. ver. quæro modo.* vbi, quod in multis locis contrarium seruatur. Didac. *lib. 2. var.*
* *c. 20. n. 17.* vbi, quod est communis * opinio, nec valet consuetudo contra, & quod male faciunt Domini temporales contrarium
33 seruantes. Guido Pap. *decis. 121. nu. 2.* † Amplia, vt quod dicitur de confugiente ad ecclesiã, vt sit tutus; idem sit si confugiat ad Sanctissimum Sacramentũ, vel ad Sacerdotem, qui defert Sanctissimum Sacramentum. Clar. *in d. § fin. quæst. 98. nu. 2. ver. sed pone, quod*
* *condemnatus,* vbi dicit * communem, & iterum *quæst. 30. nu. 24. vers.*
*34 *vltimo quæro.* vbi dicit * communem. † Restringe; quia non habet locum, quando reus, qui debet confiteri, sumit etiam Sanctissimum Sacramentũ; quia isto casu non potest allegare immunitatem acquisitam; quia ecclesia; quæ est auctrix iustitiæ, non debet effici auctrix iniustitiæ hoc casu, ita Clar. *d. q. 98. num. 3. ver. sed quæro.* vbi, quod bene ob reuerentiam tanti Sacramenti mors differ-
35 tur in aliam diem. † Ista ratio allegata per Clar. quod ecclesia, quæ est auctrix iustitiæ, fieret auctrix iniustitiæ; non est bona; quia procederet etiã in casu ampliationis; & tamen non est vera eo casu; quia nunquam dareturista immunitas, sed vera ratio est; quia actus agentium regulantur secundum intentionẽ eorum. *l. omnis. ff. si. cert. pet.* sed quando Ecclesia subministrare facit Sanctissimum Sacramentum morituro, id facit ea intentione, vt saluetur anima, & ipse damnatus ex intẽtione recipit Sanctissimum Sacramentum morituro, vt satisfiat debito iustitiæ; ergo nõ debet habere immunitatẽ; secus quando aufugit ad Sanctissimum Sacramentum; quia cũ receperit ex fuga libertatem corporis, & ea intentione, vt saluetur, & conseruetur libertas ex reuerentia, quæ debetur Sanctissimo Sacramento; non est mirum, si intentio agentis hoc operetur.

Ecclesia nõ tuetur confugientes ad eam multis casibus. Concluſ. II.

1 ECclesia † non habet immunitatem, vt confugientes ad eam delinquentes salui fiant à pœna corporali, quando sunt assassini ad stratas, vel alias dedita opera delinquentes; quia possunt tales extrahi & damnari. Innocẽ. *in cap. inter. circa fi. de immun. eccles.* vbi excipiuntur latro publicus, & depopulator nocturnus, secundũ Oldrad. *cons. 154. Quidam deliquit.* vbi dicit latronem publicum esse eũ, qui rapit aliena publice, & depopulator nocturnus, qui agros alienos de nocte destruit, vide plene Iul. Clar. *in praxi. § fi. q. 30. per tot.* vbi plene hanc materiam ponit, & maxime *n. 8.* vbi excipit ab hac immunitate latrones viarum, & depopula-
* tores nocturnos agrorum, & homicidas ex insidiis, vbi dicit *
2 communem omnium Canonistarũ. † Amplia, vt idem sit in homicida voluntario, & ex proposito; quia potest capi, & puniri, & extrahi. Guido Pap. *dec. 121. incip. in Camera.* vide plene Boer. *dec.*
* *109. per tot.* Iul. Clar. *in præxi § fi. n. 12.* vbi magis * communem. *q. 30.* Alex. *cons. 145. lib. 7. in princ.* vbi allegat ad hoc text. *in c. 1. de homicid.* cum glos. ibi, & allegat *auth. de mand. princ. § neq; autem homicidis.* & alia iura, & auctoritates, vsque ad *n. 3.* & dicit, quod tenentes hanc partem dicunt, quod ius Canonicum non corrigit ius
3 Ciuile; quia non est clarum. † Et quia non infertur necessario; excipit assassinos, & nocturnos latrones viarum; ergo includit omnes alios homicidas, maxime, quando ius commune, & ciuile corrigeretur. Contrarium verius est, quod homicida volũtarius, & ex proposito gaudet immunitate ecclesiæ, si confugit ad eam de iure ciuili, per text. *in l. 2. C. de ijs, qui ad eccles. confug.* quæ generaliter loquitur de delinquentibus, & de iure canonico per *cap. inter alia, de immunit, eccles.* qui tex. bene probat per exceptionem, quam facit de assassinis, & latronibus nocturnis viarum; quia in contrarium est regula, & nõ est verum, quod corrigatur ius ciuile Codicis; quia imo concordant, *& auth. de mand. princ. § neque.* vel loquitur in homicida, qui commisit homicidium in ecclesia, vel loco immuni ecclesiæ, qui non gaudet immunitate, & sic non est contra ius canonicum, sed conciliantur iura, vel quatenus esset contra ius canonicum, nõ potuit imperator reuocare priuilegium, quod generaliter concesserat ecclesiis, per *l. 2. C. de immunit. eccles.* & quia standum est in hoc iuri canonico, etiam in terris ecclesiæ, ita Alex. *d. cons. 145. Viso themate, n. 3. & seq. ver. sed præmissis non obstantibus, lib. 7.* vbi tollit omnia cõtraria, & dicit hanc esse veriorem, & vbique * approbatam de consuetudine. † Declarat Alex. *
4 *d. cons. 145. n. 3. ver. secundo probatur. lib. 7.* vtrum sit discrepantia inter ius canonicum & ciuile, quod intelligatur, quod homicidæ non gaudeat priuilegio immunitatis, quando est deliberatus, & voluntarius homicida in ecclesia, vel prope ecclesiam ea intentione se saluandiin ecclesia, vel loco immuni, & alias non fuisset commissurus homicidium. † Declarat secundo Alex. *d. cons. 145. n.*
5 *5. & seq. ver. in contrariũ tamen. lib. 7.* vt *c. 1. de homicid.* loquatur in homicida, qui per insidias interfecit, hoc est, proditorie, quod est, quando tanquam socius, & amicus in itinere, vel alias proditorie commisit homicidiũ; quia ex qualitate dicitur grauius; prout dicimus in eo, qui veneno interfecit; quia grauius est homicidium, quã si ferro interficeret. † Vel intelligitur de homicida, qui insi-
6 diabatur ad stratas, vel de homicida, vt non sit tutus ab altari secundum ius veteris Testamenti, vel intelligatur illud verbum, euellatur ab altari, hoc est, à communione fideliũ per excommunicationem, vel intelligatur de morte ciuili, & in omnem casum, cum ille text. habeat varios intellectus, non potest allegari ad decisionem causarum, ita Alex. *d. cons. 145. n 6. & 7. li. 7.* † Restringe,
7 quando vulnera essent illata non sequuta morte. Decia. *cons. 80. lib. 3.* vbi late de hoc, alios citat Couar. *lib. 2. var. resol. c. fi. n. 7. ver. 8.*
† Contrarium, quod reus etiã non sequuta morte vulnerati pro-
8 ditorie nõ gaudeat immunitate ecclesiæ, tenet Ioan. Igneus *in l. 1. § fi dominus. n. 7. ff. ad Syllania.* vbi n. 20. quod ita fuit indicatũ, & eũ refert Couar. *d. c. fi. var. resol. n. 7. vers. 8.* † Declara, quia iste casus, &
9 multi alii similes erant controuersi inter Doctores iuris canonici & ciuilis; & quia istud ius dubium fuit declaratum per Papam, ad quem spectat, vt per Bullam sel. rec. Gregorii Papæ XIV. & ideo illa deber omnino seruari; quia inter dubias opiniones Doctorum Papa & Cæsar possunt declarare, & qui præuenit in declarando, facit ius dubiũ esse clarum, & illud vbique attendi debet, & amplius non est locus opinionibus Doctorum; quia debent cedere authoritati B. Petri, vt inquit Bald. *cons. 281. Quidam Ser Cola, circa med. vers. in contrarium. lib. 3.* & maxime isto casu spectat ad Papam; quia agitur de lege Diuina declaranda; ideo cauent Principes seculares, & eorum ministri, & officiales; quia nõ excusantur prætextu, quod nõ sit vsu recepta declaratio, vel quod non habeant notitiam; quia ius notorium est, & vniuersale, & factum ab eo, ad quem solum spectat declarare ius diuinũ, non autem opiniones
Doctorum amplius excusare possunt. Vide, *Ius canonicum in quibus* ✠
præualeat iuri ciuili. Concl. 579. † Amplia in eo, qui deliquit in eccle-
10 sia; quia ecclesia eum non tuetur. Inno. *d. c. inter. circa fin. de immun. eccl.* Oldrad. *cons. 154. in prin. ver. certũ est,* & est communis * opinio, *
siue delinquat iurãdo, siue alias quomodolibet delinquẽdo. Iul. Clar. in § *fi. q. 30. n. 15.* apost. ad Ro. *cons. 234. Aduertendum, in ver. aduertendum, circa med.* vbi dat concord. & tollit contraria reprobando Ludouic. Rom. ibi contrarium tenẽtem † Extende, vt proce-
11 dat etiam in eo, qui deliquit in vna ecclesia, & confugit ad aliam; quia non habet immunitatem, communem * dicit Iul. Clar. *d. §. *
fi. n. 15. vers. sed quid. † Extẽde; quia imo is, qui semel deliquit in ec-
12 clesia, & postea deliquit extra ecclesiã, si confugiat ad ecclesiam post delictum factum extra ecclesiam, nõ gaudebit immunitate. Iul. Clar. *d. § fi. q. 30. n. 15. ver. sed quid si aliquis.* Boer. *decis. 110 n. 10.*
vsq; in fi. † Declara tamẽ; quia ita demum perdit exemptionem, si
13 animo consequendi immunitatẽ deliquit in ecclesia, alias secus, * communem * dicit Iul. Clar. *d. § fin. n. 15. ver. item quæro.* licet dicat, quod in praxi non seruaretur; quia quomodocunq; quis delinquat in ecclesia, non gaudet priuilegio, sed quod vtrunq; requiratur, tenet Ægid. *cons. 13. in prin.* † Ego credo, quod illud, quod
14 dicit Ægid. *d cons. 13. in prin.* quod vtrunq; requiratur, procedat, si incipias ab animo delinquendi in ecclesia; secus si incipias à delicto in ecclesia commisso, & hoc videtur clare tenere Alexand. *cons. 195. Viso themate. n. 3 ver. secundo probatur. lib. 7.* vbi vult, quod non gaudet, si commisit homicidiũ in ecclesia; secus si extra ecclesiam, & immunitatem, nisi ea intentione commiserit, vt fallaretur in ecclesia, non aliter commissurus homicidium præfaratum; & facit ratio, quia is qui abutitur priuilegio, perdit priuilegium *l. Iudæos. C. de Iudæ.* Vide, *Priuilegium per dat ur per abusum. Con-* ✠
clusio. 754. Item; quia ei, qui machinatur in legem, non tuetur à lege, neque auxilio legis tueri debet. Anchar. *cons 37 Contra Ioannem. num. 4. & seq.* allegat *c. quia frustra, de vsur.* vbi glossi. & omnes
* declarant, quod perdit beneficiũ illius legis, in quam deliquit, *
quod seruit in casu nostro, & facit regula *in cap frustra de reg. iur. lib.*
6. † Ex præmissis crederem, quod si quis sub isto clypeo commit- 15
tit delicta, vt confugiat ad ecclesiam, & posset constare, non deberet gaudere priuilegio immunitatis; quia alias præberet immuni-

immunitas incentium ad delinquẽdum, prout faciunt aliqui, qui in ecclesia se retrahunt, & inde exeunt certis horis ad delinquendum; nam si postquam sunt in ecclesia tuti, exeũtes delinquunt, debent expelli, quia sicuti habens saluum conductum perdit illum, si delinquat sub saluo conductu. Boer. *decis.* 179. *nu.* 3. plenius Menoch. *casu* 337. *num.* 14. *& sequent.* qui plures allegat; & quia affectatio facit perdere priuilegium. Vide, *Affectatio. Conclus.* 237. Sed tamen spectat hæc cognitio ad iudicem ecclesiasticũ, & forte Bulla feli. rec. Gregor. XIV. patitur hanc interpretationem à iure communi; remitto tamen me ad decis. Sanctissimi D. N. Papæ, & Sanctæ Matris Ecclesiæ semper. † Extende; quia is, qui furatus est, & cum rebus furatis confugit ad ecclesiam; quia ex quo furtum est contrectatio rei alienę inuito domino, retinẽdo res in ecclesia furatas dicitur ibi furtum committere. Barb. *cõs.* 33. *In primo dubio, lib.* 4. Castr. *cons.* 458. *Viso casu, nu.* 2. *ver. secundo. hoc idem, col.* 2 *& ver. ad quod etiam, lib.* 2. † Contrarium tenet Clar. in *§. fin. q.* 38. *num.* 16. *in fin.* vbi late disputat hanc quæstionem, & infinita pro vtraque allegat, adeo, quod res est dubia, licet iura alleget in eo, qui fugit de ciuitate ad ciuitatem cum rebus furatis. † Extende, vt procedat, etiam si is, qui primo in ecclesia deliquit, fuit punitus pro illo delicto; quia si adhuc pro nouo delicto confugit ad ecclesiam; nõ tenet; quia per delictum perdit priuilegium, ita videtur velle Boer. *decis.* 110. *in fin.* † Extende; quia non solum qui deliquit in ecclesia, vulnerando, mutilando, vel occidendo, sed etiam furãdo, non tuetur ab ecclesia, siue furatus fuerit in ea, siue in alia ecclesia, vel Hospitali; quia non tuetur sacrilegos, * communem dicit Castr. *d. cons.* 458 *in prin. lib.* 2. † Extende, etiam si Monachi ecclesiæ, in qua captus est fur, & delinquens in ecclesia, haberent vltra ius commune priuilegium, quod confugientes sint tuti; quia priuilegium intelligitur secundũ ius commune, etiam si nihil operetur vltra ius commune, quando non habet derogationem iuri canonico; quia alias non valeret in præiudicium iuris canonici. Castr. *d. cons.* 458 *num.* 3. *ver. nec obstat, lib.* 2. † Et quod delinquens in ecclesia non gaudet priuilegio immunitatis ecclesiæ. *vide de immunit. ecclesiæ.* Castr. *consil.* 438. *num.* 2. *lib.* 2. † Contrarium Rom. *cons.* 234. *Aduertendum, nu.* 2. *ver. ego dico*, vbi, quod contraria loquuntur in casibus specialibus. † Declara; quia si delictum in ecclesia est graue, non tuetur, si leue, tuetur. apostilla ad Roman. *d. cons.* 234. *in fin.* vbi pro vtraq; allegat, & ita distinguit in *ver. aduertendum*, vbi multa allegat. † Amplia in infideli; quia ecclesia eum nõ tuetur. Oldrad. *cõs.* 54. *in fin.* Allegat Archid. & Gug. in *c. diffinimus.* 17. *q.* 4. † Contrarium Boer. *d. decis.* 110. *num.* 4. *& seq.* † Amplia; quia ecclesiastici & regulares, respectu sui superioris nõ gaudent immunitate ecclesiæ, quin per Episcopum & Prælatum Religionis possint capi in ecclesia, vel loco exempto ecclesiæ, per plura dd. *c. inter alia, de immunit. ecclesia. num.* 13. vbi plene. † In contrarium est * communis opinio, Vide Conclusio. proximam præced. *num.* 25. † Amplia in eo, qui ducitur captus per ecclesiam; quia non habet immunitatem, ne extrahi possit. Oldrad. *d. cõs.* 54. ibi allegat Archid. 17. *quæst.* 4. *c. sicut antiquitus.* † In contrarium, si captus fugeret ad ecclesiam, Vide Conclusionẽ prox. præcedentem, *num.* 29. *& seq.* † Amplia in obligato ciuiliter confugiente ad ecclesiã; quia si de iure ciuili, vel statutario potest capi pro debito ciuili, potest etiam capi, & extrahi in ecclesia, & in hoc non competit immunitas. Oldrad. *d. cons.* 54. *An fugiens, in princ.* & pro ista parte facit; quia suspectus de fuga potest capi die feriato in honorem Dei; ergo in ecclesia; quia valet argumentum de tempore ad locum. Iul. *d. plerique. nu.* 26. *ff. de in ius voc. l.* 1. *§. ea excipiuntur. n.* 6. *ff. de feriis*, plurimos citat Couar. *var. resol. libr.* 2. *ca fin. n.* 14. *versic.* 20. Contrarium tenet Deci. *d. vinum num.* 8. Cagnol. *num.* 48. *& 50.* & Curt. Iun. *num.* 11. *ff. si cert. pet.* qui dicunt * communem contra * hãc quia militat diuersa ratio, & * communem dicit Bologn. ibi *num.* 26. *versic. tamen pro resolutione.* Butigel. Purpur. & Alciat. & * communem dicit Couar. *var. resol. libr.* 2. *cap. fin. num.* 14. *ver. sed posito.* † Declara; quia ratione exequutionis realis non adest immunitas, sed ratione personalis, etiam pro debito ciuili datur, quia immunitas datur confugientibus ad ecclesiam, & sic personæ, nisi agatur de vendicãda persona, prout dominus contra seruum promissa impunitate, *cap. id constituimus*, 17. *q.* 4. *c. inter alia. de immun. eccles.* ita plene Rom. *cons.* 234. *Aduertendũ, in princip.* vbi plene apostilla in *ver. aduertendum*, quia est localis exẽptio. † Amplia, quia in casibus, in quibus potest quis extrahi, si ecclesiasticus non custodit confugientẽ, ipse tenetur pro eo. Oldrad. *d. cons.* 54. *infin. ver. & quod dicitur.* † Amplia multis modis, de quibus per Boer. *decis.* 109. *&* 110. vbi examinat plene, & plenius Couar. *var. resolut. lib.* 2. *cap. fin.* vbi examinat plenissime. † Amplia in raptore virginum secundum Legistas. Clar. *d. §. fin. quæst.* 30. *num.* 10. † Contrarium de iure canonico dicit * communius Clar. *d. §. fin. quæst.* 30. *num.* 10. † Declarat Petr. & Cyn. in *l. præsenti. C. de ijs, qui ad eccles. confug.* vt generaliter omnes delinquentes, qui stimulo naturali delinquunt, habeant immunitatẽ, si sine stimulo naturali; secus. † Contra declarationem, quod communiter * sit reprobata, Alex. *cons.* 145. *num.* 9. *ver. ad tertium lib.* 7. † Amplia in crimine læsæ Maiestatis, ita dicit Iul. Clar. *d. §. fin. quæst.* 30. *num.* 10. *in fine*, qui dicit, quod non seruaretur immunitas hoc casu. † Contrarium tamen de iure dicit esse idem Iul. Clar. *d. §. fi. quæst.* 30. *num.* 10. *in fine.* † Amplia, vt non procedat in homicidio deliberato, & proditorie cõmisso. Iul. Clar. *d. §. fi. q.* 30. *n.* 11. vbi dicit * communẽ, & clarius *n.* 13. & est text. in *c. 1. de homic.* qui text. est desumptus ex libro *Exod. c.* 21. † Extende etiam in homicidio deliberato, licet nõ proditorie secundum magis * cõmunem. Iul. Clar. *d. §. fin. q.* 30. *nu.* 12. & ab ista praxi non esse recedendum dicit, ne detur occasio delinquendi, quam sequitur Farinac. *q.* 28. *n.* 23. *in fi.* vbi dicit magis * communem. † Contrariam tamen ibi allegat plures tenere, & * dicit * communem, allegat Alex. *d. cons.* 145. *n.* 4. *& seq. & n.* 11. *lib.* 7. & ita seruari, & contrarium tenentes communiter reprobari dicit Boss. *tit. de capt. n.* 21. ex mente Soc. quem allegat in *c.* 1. *de homicid. n.* 2. & ita tenent magis * communiter Canonistæ, quibus in hoc * standum magis, quam Legistis; quia ius canonicum præualet in hac materia, vt * omnes dicunt, & vide supra proxime *num.* 3. *ver. Contrariũ verius, cum seq.* † Amplia in delicto, vel homicidio ex insidiis commisso *d. c. inter alia §. & hoc verũ, de immu. eccl.* ibi; *aggressionis insidiis.* † Contrarium Ægid. plene *cons.* 13. *per totum*, vbi in fine respondet ad textũ in *d. c. inter alia*, & dicit, quod illa verba, *aggressionis insidiis*, referuntur ad duo genera delinquentium, videlicet ad latrones publicos, vel populatores agrorum, & ita etiam Alexan. *d. cons.* 145. *n.* 6. *lib.* 7. † Declara tamen; quia hodie extat Bulla Gregor. XIV. quæ excipit homicidas ex insidiis. † Amplia; quia in casibus, in quibus licita est extractio confugientis de Ecclesia, nõ expectatur licentia Ecclesiastici Iudicis, sed fit per secularem; ita tamen, quod nõ sequatur aliquis tumultus, communem, * & ita * vbique seruari dicit Iul. Clar. in *prax. §. fin. quæst.* 30. *n.* 20. *ver. quæro nunc.* † Contrarium disponit Bulla Gregorii XIV. quod semper expectetur declaratio, & consignatio ab Episcopis locorũ. † Amplia; quia aburens priuilegio propter affectationem perdit priuilegium immunitatis, prout si animo saluandi se in ecclesia commisit delictum, prout homicidiũ, ita Henri. Buich. in *cap. Ecclesiæ, num.* 9 *de immunit. Eccles.* qui alios allegat, & dicit præsumi affectationem, si prope ecclesiam delinquat, nisi probet, quod casu, vel alias sine affectatione, & idẽ firmat Alexand. *d. cons.* 145. *Viso themate, nu.* 3. *ver. secundo probatur, lib.* 7. vbi vult non requiri, quod commiserit in loco vicino Ecclesiæ, vt se saluaret, non aliter commissurus homicidium. † Extende, vt idem sit in fure, qui res furatas vendendas portauit prope ecclesiam, & cœmiterium ecclesiæ, qui præsumitur animo saluandi se in Ecclesia, & cœmiterio; vnde non gaudet immunitate Ecclesię propter præsumptam fraudem. Castr. *cons.* 458. *n.* 2. *lib.* 2. † Amplia; quia blasphemus cõfugiens ad Ecclesiam non tuetur. Boer. *decis.* 110. *in princ.* quia sapit hæresim. † Amplia in Sacrilego, Boerius *dict. decis.* 110 *num.* 3. † Extende in frangente carceres; quia dicitur sacrilegus, vide pro vtraque parte eundẽ Boer. *d. decis.* 110. *num.* 8. † Limita, seu declara, quia imo immunes sunt omnes, exceptis latronibus publicis & nocturnis depopulatoribus agrorum; quia licet de iure ciuili adsint alii, qui non habent immunitatem; tamen standum est iuri canonico in hoc. Ro. *cons.* 227. *Spectabilis. n.* 2. *ver. quarto scitis*, vbi dicit hanc esse regulã, Alex. *d. cons.* 145. *n.* 4. *lib.* 7. Oldrad. *cons.* 154. *in princ.* † Declara totam hanc materiam secundum Bullã fel. rec. Gregorii XIV. quæ est ius declaratorium. † Limita; quia in omnibus casibus, in quibus debet extrahi; quia nõ gaudet immunitate, debet requiri Episcopus, Alex. *d. cons.* 145. *n.* 10. *in fi. ver. præterea si vellemus. lib.* 7.

Ecclesia pro bonis suis collectari non potest, & qualiter procedat. Concl. 12.

BONA † Ecclesiarum sunt exempta ab omnibus oneribus & collectis laicorum. *authen. itẽ nulla communitas. C. de Epis. & Cler.* Gemin. *cons.* 116. *n.* 7. *ver. quoad secundum, vsque in finem*, vbi ponit rationem, quia Clerici & Ecclesia nõ est supposita vniuersitati laicorum, & collectæ sunt munera personalia, quæ imponũtur subditis, & ex necessitate vniuersitatis, & Angel. *cons.* 24. *Ecclesia non tenetur, in princ.* vbi limitat, nisi onera & collectę sint effecta ordinaria; quia tenetur pro bonis postea quæsitis. Cardin. Zabar. *consil.* 12. *Commune, & homines, in princip. & per totum.* vbi, quod si non fiat statutum, licet compellantur soluere onera, non sunt laici excom-

excõmunicati ipso iure; quia in hoc est differentia, late Ruin. cõ.
2 III *lib. 5. per totum.* Abbas *cons. 13. lib. 2.* † Amplia; quia nedum ecclesia est exempta pro bonis suis, sed etiam oblati ecclesiæ sunt exempti, quando vere, & sine fraude sunt oblati. Angel. *d. con. 24.*
3 *circa med. ver. & idē dico.* Abb. *cons. 53. Succinctæ per totum. lib. 1.* † Extende in tantum bona oblatorum, qui obtulerunt se, & bona sua religioni, esse exẽpta, vt nulla sit differentia inter bona istorum, & bona veræ ecclesiæ, & Religionis; ex quo per oblationem sui, & suorum dominium transit in Ecclesiam sine alia traditione, & isti oblati possidẽt nomine Religionis, prout filius pro patre, seruus pro domino. Abb. *d. consil. 53. per totum, lib. 1.* vbi, quod etiã isti oblati sunt personæ ecclesiasticæ, & de Religione; ideo etiã quo-
☞ ad onera personalia laicorum sunt exempti. Vide, *Oblati Religioni*
4 *multiplices, & ad quæ teneantur. Conclusio. 16.* † Amplia, vt etiam bona laicalia, & concessa in emphyteusim à laicis, qui professi sunt Religionem, & peruenerunt ad Monasterium, habeant idẽ priuilegium, vt non possint collectari à laicis. Calderin *consil. 280. in fin.* alias *2. de location.* allegat Iacob. Butrig. in *dict. authen. item nulla*
communitas, C. de Episcop. & Cleric. & Ioan. Andr. in *cap. 1. de immunit.*
5 *Eccles. lib. 6.* † Amplia; quia non tenentur ecclesiæ, neque Clerici ad superindictum impositũ etiam ex necessitate belli. Ias. in *l. placet. in 1. lectura. n. 14. ver. secundo, & fortius. C. de Sacrosanct. Eccles.*
6 † Extende; quia non tenetur ad refectionem muri Ciuitatis, quamuis respiciat publicam vtilitatẽ. glo. in *l. ad instructiones. C. de*
7 *Sacrosanct. Eccles.* Abb. *consil. 3. Casus, super quo. lib. 1.* † Extende; quia non tenentur ad construẽda fossata pro munitione Ciuitatis, nisi duo concurrant, quod communis sit vtilitas, & quod laicorum facultates non suppetant, & hoc resideat in arbitrio, & cognitione Episcopi. *cap. non minus, de immunit. Eccles.* & ita Abbas *d. cõsil. 3 Ca-*
8 *sus. super quo, versic. sed iis non obstantibus, lib. 1.* † Declara tamen; quia si oriatur difficultas inter Communitates & Monasteria exempta, quæ non subsunt Episcopo, Papa mandat informari per personas ecclesiasticas, prout in contingentia facti attestatur Abb. *dict. cons. 3. circa fin. ver. quare concludendo, lib. 1.* vbi, quod inter Commune Senarum & Monasterium Montis Oliueti Papa commisit
9 informationem Abbati Panor. & Antonio de Rosellis. † Contrarium, quod teneantur ecclesiæ & Clerici ad omnia onera, quæ respiciunt communem vtilitatem, tenet Ias. in *d. l. placet. in 1. lect.*
num. 14. C. de Sacrosanct. Eccles. cum aliquali limitatione; vt per Episcopum prouideatur, nõ per laicos, vel Principes seculares, quod etiam est de mente Abb. *dicto consil. 3. circa fin.* ex tex. in *cap. non mi-*
10 *nus, de immunit. Eccles.* † Limita; quia bene tenetur ad collectas, & onera certa & ordinaria pro bonis postea quæsitis; quia transeunt cum onere suo ordinario, & certo quocunque nomine nũcupetur illud onus. Angel. *dicto consil. 24* Calder. *consil. 7. de const.* quod intelligas de oneribus collectarum ordinariarũ, quæ semper eodem modo soluuntur; alias si variantur. secus, Ruin. *consil. 111 per*
☞ *totum, lib. 5.* Vide, *Statutum circa onera, tributa, & collectas. Conclus.*
11 610. † Extende; quia tenetur ecclesia succedens laico ad onera imposita viuente laico, licet nondum essent distributa; quia non attenditur dies solutionis, sed substantia impositionis, & obligationis, vt transeat onus. Angel. *consil. 206. Inter ordinamenta. per to-*
tum Florian. de S. Petro. *consil. 12. in princip. versi. licet respectu oneris.*
12 † Extende; quia tenetur ecclesia ad onera & gabellas præteritas, quibus bona sunt obnoxia, antequam ad ecclesiam peruenerint.
☞ Vide, *Gabella habet multa priuilegia. Conclusio. 22. num. 9.* † Limita
13 in legato & donatione conditionali cum hoc, quod teneatur ad omnia onera, prout laici soluunt; quia si vult legatum, vel donationẽ, tenetur etiã agnoscere onus, & soluere. Anchar. plene *con.*
14 *217. Dubium facit, per totũ.* sequitur Feli. in *ca. verum de foro compet. n.*
7. in fin. & quod teneatur seruare pacta & conditiones. † Extende; quia causatiue compelluntur Clerici soluere, nõ præcise; prout si volunt gaudere pascuis, & bonis; quia licitum est statutum, ex quo si vult commodũ, debet quoq; habere onus, ita Fulgos.
con. 202. col. pen. ver est nãque debitum. Abbas *cõs. 6. lib. 1.* quem ad hoc citat Dec. in *c. Eccles. S. Mariæ de constit. n. 225.* Vide, *Causatiue fiũt mul-*
15 *ta, quæ directo non cõceduntur. Concl. 161.* † Limita; quia ecclesia tenetur ad instructiones pontium, & reparationes viarũ. *l. ad instructio-*
nes, C. de Sacros. Eccles. Alex. *cons. 68. Viso, & dubio discusso. num. 13. lib.*
2. vbi, quod tenetur ad onera, quæ ratione aggeris; viarum, pon-
16 *tium, & reparationis fluminum fiũt, & dicit, quod * magis com-*
17 munis est opinio. † Extende; quia tenetur etiam ad gabellã plaustrorum; quia vias deuastant. Ias. qui alios citat in *d. l. placet nu. 14.*
in fine, versi. similiter. C. de sacrosanct. Eccles. † Extende; quia tenetur nedum, vbi agitur de necessitate, sed etiam de vtilitate communi laicorum & Ecclesiarum. Barba. *consil. 1. num. 39.* vbi *num. 41.*
18 *quod tenentur pro pace conseruanda.* † Extende; quia tenetur ecclesia ad omnia onera, quæ ex immensa necessitate imponuntur; quia vbi viget ratio d. legis, viget lex, videlicet pietas, & necessitas, ita Signorol. *cons. 82. In quæstionibus vertentibus,* vbi quod tenetur ad imbotatum, quod soluitur propter bellum imminẽs, & ratione necessitatis multa prohibita cõcedũtur. Petr. de Anch.
cons. 96. Quæstio. super qua, per tot. † Contrarium vtroque casu dicit 19
Calder. *cons. 444. alias 2. de censib.* vbi, quod ita consuluit Io. Andr. eo quia leges secularium non sunt seruandæ; quia sine auctoritate sunt contra ecclesias, & quod Papa est consulendus, & plenius Bero. *cons. 31. n. 21. & seq. ver. supereſt. lib. 1.* vbi ex mente Ioannis Andr. & Abb. *in cap. non minus, de immunit. eccl.* quod omnes leges ciuiles facientes mentionem de ecclesiasticis & ecclesiis, non solum ad damnum, sed etiam ad fauorẽ eorum, sunt ipso iure nullæ, & expresse reuocatæ, *auth. cassa. C. de Sacros. eccl.* † Declarat Ab 20
bas *d. cons. 3. Circa per tot. lib. 1.* vt nullo modo teneantur Clerici & ecclesiæ, & eorum bona concurrere, nisi quando imminet necessitas communis, & non possunt laici soli, eo casu, quatenus autem Episcopus velit, possunt concurrere, per text. *in c. non minus de*
immunit. Eccl. & ad *c. peruenit, eodem tit.* dicit, quod procedit solum in statu ecclesiastico, & tollit omnia contraria, & quod *d. l. ad in-*
structiones. C. de sacros. Eccl. hodie non procedit ex toto per *d. auth. i-*
tem nulla communitas. C. de Episc. & Cleric. † Extende limitationem; 21
quia Commune Senarum potest imponere onera possessionibus ecclesiarum, quando redemit territorium ab inuasione, & depopulatione militum, qui omnia deprædabantur, soluta immensa pecunia, quam necesse habet Commune recuperare à territorio, & bonis liberatis. Petr. de Anchar. *d. cons. 96.* vbi pro vtraque parte, & concludit; quia ecclesia tenetur oppressos & captiuos redimere. † Intelligas semper, quod compellendi sint ecclesiastici & 22
ecclesiæ per Episcopum, & iudicem ecclesiasticum, non autem per seculares, qui nullam habent iurisdictionem, iuxta text. *in c.*
non minus, de immun. Eccl. qui clare hoc disponit, alias contrafaciẽtes sunt ipso iure excommunicati, & ibi omnes.* Zabarell. *in Clẽ.*
1. de vita. & honest. Cleric. Natta plene *cons. 311. n. 4.* Osasch. *decis. Pe-* *
demont. 68 n. 20. vbi *n. 22.* dicit * communem, & licet ipse ibi dicat, *
quod si Episcopus non vult consentire, quod Princeps secularis potest de facto exequi, & adducit similia exempla in Regibus Iuda, illa omnia exempla retorqueantur; quia Reges, qui ad præfata manus apposuẽrũt, percussi fuerunt à Deo, & reprehensi, nempe Rex Asa, vt in *lib. 2. Paralipom. c.* 16. idem de Rege Ioab; quia per seruos suos coniuratos occisus est, vt in *d. lib. Reg 4. c. 12. in fin.* quẽ Osasch. allegat pro se, & facit contra, & tolluntur omnia ex *lib.*
2. Machab. c. 3. in quo miracula Dei enunciantur, & dicit ipse, quod non debet consuli Papa, quod est de directo contra *c. aduersus, de*
immunit. Eccles. quod loquitur in casu necessitatis, & declarat excommunicatos contrafacientes, & etiam successores, qui non reuocant hoc grauamen. Vide conclus. prox. seq. *n. 36.* Vide *Colle-* ☞
ctarum onera quæ sint, & quibus solui debeant. & vbi. Conclus. 447. Vide,
Ecclesia quæ onera soluat, vel non pro rebus & personis. Conclusio. proxima
seq. Vide, *Exemptio ecclesiæ. & Clericorum ad quos se extendat. Conc. 157.*
Vide, *Onera personalia laicorum non obligant Ecclesias, neq; ne Clericos, &*
Ecclesiasticos, & quando secus, Conclusio. 126. Vide, *Onera & collectæ non*
possunt per laicos imponi Ecclesiis. Conclusio. 138.

Ecclesia quæ onera soluat, vel non pro rebus, & personis Concluſ. 13.

REGVLA † est; quia Ecclesia & Ecclesiasticæ personæ non 1
tenentur, neq; compelli possunt ad aliqua onera, etiam pro bonis ecclesiarum, *c. Ecclesia Sanctæ Mariæ, de constitut.* ponit pro regula. Festas. *tract. de collect. num. 430.* Ægid. Bell. *cons. 45. n. 4.* Abbas *cons. 13. n. 2. lib. 2.* vbi reddit rationem; quia quod ecclesiæ conse-
cratur, siue animal, siue ager, sanctum Sanctorum domino efficiatur, siue animal, siue ager, sanctum Sanctorum domino efficiatur, & ad ius pertinet Sacerdotum. † Extende; quia neque valent 2
statuta laicorum contrarium disponentia, tanquam contra libertatẽ ecclesiæ, *auth. cassa. C. de Sacros. Eccles.* Ægid. Bellam. *d. cons.*
45. n. 4. Abb. *d. cons. 13. n. 5. lib. 2.* vbi, quod talia statuta non valeut;
ia deficit iurisdictio. † Extende, etiam si bona, antequam per- 3
uenerint ad ecclesiam, essent allibrata in libro æstimi; quia si peruenerint sine fraude ad ecclesiam, sunt immunia. Abb. *d. cons. 13. n.*
2. ver. quimmo, lib. 2. † Extẽde, etiam si res esset prius laicalis, & pro- 4
phana; quia si deuenit ad ecclesiã, siue ex donatione Ecclesiæ, siue alias, non tenetur ad onera laicorum, * communem dicit Fe- *
stas. *d. tract. de collect. nu. 437. & seq.* vbi dicit procedere, quando bonalibere sunt ecclesiæ; secus si in fructu; & quod ita consuluit, & fuit iudicatũ pro consilio, Ægid. Bella. *d. cons. 45. n. 4. vers. sed quæro.*

vbi.

vbi, quod non tenetur ecclesia, neq; ecclesiastici soluere onera etiam imposita super bonis, quæ peruenerunt ad ecclesias, vel ecclesiasticos, quando sunt onera pro solido, & libra, & extraordinaria. Florian. à Sancto Petro *consil. 12. per tot.* † Extende; vt quæ dicuntur de ecclesia, procedant etiam in capella dotata de bonis laicalibus, quia capella, si est in ecclesia; dicitur vnita ecclesiæ, & gaudet eodem priuilegio ecclesiæ, vt non soluat aliqua onera à laicis imposita, postquam bona peruenerunt ad ecclesiam, vel capellam. Florian. *d. consil. 12. per tot.* † Restringe; quia pro oneribus præteritis, antequam bona essent ecclesiæ, tenetur soluere. Flo- 7 rian. *d. consil. 12. in princ.* † Restringe, nisi bona laicalia, quæ ad ecclesiam peruenerunt, essent primo effecta censuaria, vel tributaria. Festal. *d. tract. de collect. nu* 431. & vt efficiantur tributaria, vel censuaria, oportet; quod lege generali & Principis hoc fiat, quod semper soluatur idem onus ordinarium; quia si non est ordinarium onus, non possunt dici effecta tributaria, vel censualia. Fe- festal. *d. tract. de collect. nu.* 475. *& sequent. & nu.* 506. late Mandell. *cons.* 8 *num.* 4. *& sequent.* vbi latissime. Aegid. *d. cons.* 45. *nu.* 4. *ver. sed quæ-* ro. Florian. *d. cons.* 12. *in princ. ver.* licet respectu oneris iam impositi. * Abb. *cons.* 3. *Casu, super quo. num.* 2. *ver. hanc etiã sententiam.* vbi * dicit communem, & *cons.* 9. *ver. venio ad tertium, lib.* 1. † Amplia; quia neq; Clerici tenentur soluere collectas pro bonis suis patrimonialibus. Festal. *d. tract. de collect. num.* 568. *& sequent.* Franc. Tigrin. *vter cons. Bart. cons.* 44. *lib.* 2. plenius ipse Bartol. *consil.* 180. *Si aliqua possessio, lib.* 1. vbi, quod non possunt Clerici compelli; quia non subditi, plene etiã Ias. in *l. placet, in fin. C. de Sacrosanct. Eccles.* Aegid. Bellad. *cons.* 45. *num.* 4. Abb. *d. cons.* 13. *in princ. lib.* 2. Vide, *Bona patrimonialia Clericorum quibus subsint. Conclus.* 114. † Extende, etiam si mercimonia exerceant, nisi essent ter moniti ab Episcopo. Abbas 11 *d. cons.* 13. *num.* 1. *lib.* 2. † Declara tamen secundum Bartol. in *l. pla-* cet. *num.* 37 *ver. sed an Clerici C. de Sacrosanct. Eccles.* vbi, quod si bona talia sunt allibrata, videtur contrahere adeundo, vt obligetur, licet dicat bi contrarium consuluisse, & est *consil. Bartol.* 180. *lib.* 1. 12 † Contrarium, quod allibratio nihil operetur, quia non est ordinarium onus, ex quo non est à lege, neq; à Senatus Consulto, neque à Principe; & quia in odium præsumitur. Bartol. *d. consil.* 180. *lib.* 1. *per tot.* Restringe, nisi, prout est dictum de ecclesiis, essent onera ordinaria imposita, antequam bona deuenerint ad eccle- 13 siasticos, prout census, & similia. Ægid. Bella. *d. cons.* 45. *n.* 4. Vide, *Onera personalia laicorum non obligant Clericos, & quando secus. Concl.* 116. † Restringe in Clericis & ecclesiasticis exercentibus mercantias; quia pro ipsis mercimoniis bene tenentur, licet prius debeant moneri à iudice ecclesiastico. Aegid. Bella. *d. cons.* 45. *n.* 4. *ver. de Clericis autem.* & quod imo nõ teneantur, nisi prius moniti. 15 Abb. *cons.* 13. *nu.* 1. *lib.* 2. † Restringe in Clericis tabernariis & macellariis; quia tenentur. *clem.* 1. *de vita, & honest. Clericor.* Aegid. Bel- 16 la. *d. cons.* 45. *n.* 4. † Restringe in Clericis coniugatis, *cap. Clerici, de* 17 *Cleric. coniug. in* 6. Aegid. Bella. *d. cons.* 45. *num.* 4. Vide, *Clerici coniugati privilegia Clericorum. Conclusio.* 395. † Amplia; quia ecclesia vna potest præscribere solutionem onerum impositorum per communitatem de licẽtia Papæ, quando per immemorabile tempus non soluit, etiam si per duodecim annos post completam præ- scriptionem immemorabilẽ soluisset; quia ad interrumpendam præscriptionem completam requiruntur 40. anni, ita Abb. *cons.* 54. *Videtur primo. lib.* 2. *per tot.* † Amplia, vbi statutum fieret contra ecclesias, & de bonis ecclesiarum, vt teneantur ad onera, quia non valet, *auth. Item nulla communitas. C. de episc. & Cleri.* Aegid. Bellam. *cons.* 45. *num.* 4. vbi, quod est cõtra libertatem ecclesiasticam. 19 † Extende; quia Clerici & Ecclesiasticæ personæ non tenentur ad gabellas, neq; ad onera, & collectas impositas per communitatem, neq; ad data, & impositiones, siue respiciant bona ecclesiastica, etiam patrimonialia Clericorum, siue Clericorum & Ecclesiasticorum personas. Abb. plene *d. cons.* 13. *Ne hunc casum, lib.* 2. *per totum*, vbi probat hoc esse de iure Diuino, Canonico, & Ciuili. Amplia, vt non procedant limitationes sequentes, quando statutum fieret in fraudem ecclesiarum. Calder. *cons.* 7. *num.* 2. *in fin. vers. ista quidem egerent.* † Limita; quia Ecclesia tenetur soluere 20 onera realia mera, quæ sunt ordinaria, vel tributaria pro bonis, quæ eum tali onere ad eam peruenerunt; quia transit cum onere suo. Calder. *d. cons.* 7. *An sit statuto cauetur, in princ. de const.* qui loquitur, quando aderat statutum, quod res transeat cũ onere suo, et- iam ad Ecclesiam. Bald. *cons.* 246. *Antiqua querela, lib.* 3. *in fin.* vbi, quod non est tutum consulere cõtra ecclesiam, quando laici adhibent in cautelam, quod ciues fecerint bona tributaria. † Limita, vt ea teneatur ad munus personale, seu militare, puta exercitum, vel hospitum albergationem, quando tale onus in est rei, quæ ad ecclesiam peruenit. Innocent. in *cap. non minus, de immunit. Eccles.* † Limita, vt imo teneatur ecclesia ad munera extraordinaria, prout sunt collectæ, quæ imponuntur personæ pro rebus (& ad quas non teneretur) videlicet, quando ipsa munera fuerunt effecta realia, & ordinaria, quod fieri potest. Calderin. *d. consil.* 7. *de constit. in princip. ver. redeundo*, quod intellige teneri ecclesiam pro bonis acquisitis, postquam collecta fuit effecta munus certum & ordinarium. Angel. de Perusio *consil.* 24. *Ecclesia non tenetur.* vbi, quod ius constitit, an onus reale sit certum, & ordinarium, & transit ad ecclesiam; aut incertum, & non transit. † Limita, vt idem sit, quando bona omnia per statutum sunt effecta tributaria pro omnibus oneribus, antequam essent ecclesiæ, quæ si perueniant ad ecclesiam, ecclesia habet onus. Bartol. *in l. rescripto. §. fin. ff. de muner. & honor.* sequitur Calderin. *d. consil.* 7. *de constit.* Abb. *consil.* 53. *Succincte, in fin. lib.* 1. vbi sequitur Bartol. caurelam. † Contrarium dicit Bald. *consil.* 247. *lib.* 3. vbi dat aliam cautelam cum Bartol. quod ciues obligent se principaliter animo non reperendi bona sua, pro quibuscunque possessoribus, etiam ecclesiasticis, ad soluendum munera indicenda; tamen dicit, non bene tutum esse contra ecclesiam consulere. † Declara; quia licet statutum disponat, quod omnia bona fumantium, vel æstima sint hypothecata pro oneribus imponendis, operetur hypothecam bonorum, quæ transit ad ecclesiam, illud est verum, si fuerunt effecta imposita onera certa, antequam ad ecclesiam peruenerint, alias secus: & est ratio: quia ante personalem non oritur hypotheca. Florian. à Sancto Petro *consil.* 12. *versic. plus dico.* † Declara; quia onera propria annexa bonis transeunt cum bonis ad ecclesiam, secundum * communem, de qua Abbas *dict. consil.* 53. * *Succincte. colum.* 1. *lib.* 1. † Vide Abbatem *d. consil.* 13. *colum.* 2. *ver. & per illum text. lib.* 2. qui dicit, quod ecclesia tenetur ad sola onera ordinaria, quando ab Imperatore sunt imposita: secus si ab alio Principe inferiore. *auth. item nulla communitas. C. de Episc. & Cleric.* quæ inhibet omnibus. † Declara, quia statutum Massæ, quod bona non possint per laicos in ecclesiam transferri in præiudicium onerum, & translatio facta non valeat, est nullum, & contra libertatem ecclesiæ, nisi seruetur cautela Bart. *in d. l. rescripto, §. fin. ff. de muner. & honor.* ita Abb. *d. cons.* 53. *in fin. lib.* 1. Vide plenius, *Statutum circa onera faciens bona tributaria, obligat ecclesias, ad quas bona peruenerint, & quando secus. Conclus.* 610. † Limita; quia ecclesia bene tenetur ad constructiones pontium, & viarum, ac murorum Ciuitatis, vel loci reparationes, & in istis Episcopus debet cum moderamine compellere ecclesiasticos; quia saluti vniuersali prouidetur. Bald. *consil.* 246. vbi, quod ita tenent antiqui, moderni, & moderniores. *lib.* 3. *l. ad instructiones.* vbi * omnes, *C. de sacrosanct. ecclesi.* Canon. *in cap. non minus, de immunit. eccles.* Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* 144. *de constitut.* Cæpoll. *in tract. de seruit. vrban. prædio. tit. de refectionib.* Bald. *consil.* 312. *Si de iure communi. lib.* 3. Guid. Pap. *consil.* 78. Corn. *consil.* 72. *lib.* 4. Barbat. *consil.* 1. *num.* 36. *lib.* 3. *& num.* 40. Ægid. Bellamer. *consil.* 45. *in fin.* vbi, quod compelluntur per ecclesiam, & *consil.* 46. *in princip.* quod est dictum Innocent. vbi, quod *d. l. ad instructiones*, non est reuocata, & *num.* 3. quod est alterius Doctoris. † Et hanc magis * communem opinionem dicit Alexand. *consil.* 68. *Et viso, num.* 13. *ver. præterea. lib.* 2. † Contrariam opinionem tuetur Bero. *consil.* 31. *num.* 21. *& sequent. lib.* 1. vbi, quod leges Ciuiles facientes mentionem de ecclesiis, & ecclesiasticis, sunt ipso iure nullæ, & fundantes opinionem suam super legibus prædictis non sunt attendendi, etiã si faceret cõmunem opinionem, à qua receditur, quando expressa iuris Canonici dispositio contradicit. † Declara; quia si ecclesia est diues, tenetur simpliciter ad refectionẽ pontium, & viarũ publicarum; quia ecclesiarum bona, sicut laicorum, sunt obligata: si vero ecclesia est sine bonis, vel ex mendicãtibus, vel haberet solum bona feudalia, non tenetur, & idem de Clericis Ægid. Bellamer. *cons.* 46. *n.* 3. *ver. ad primum.* † Declara; quia ecclesiæ & ecclesiastici nõ tenentur ad contributionem aliquorum onerum impositorum, & imponendorum, nisi in casibus exceptis *auth. item nulla & l. omnis C. de episc. & cler. & l. placet. C. de Sacrosanct. Eccles.* nisi esset tanta necessitas, & Reipublicæ periculum, quod deberent cõcurrere, & isto casu debent offerre, etiam non requisiti. Ægid. Bellamer. *cons.* 45. *num.* 1. *vers. regula est. & d. consil.* 46. *in princip. vers. item super secundo*, vbi, quod etiam in casu necessitatis non potest imponi talea, sed Iudex, & superior ecclesiasticus compellet ipse, & *num.* 3. *& 4. ver. ad secundum*, quod est consilium alterius, dicit, quod non tenentur etiam ad reparationem murorum ciuitatis, quando ad ornatum: secus si ex magna necessitate: & tunc compelluntur ecclesiastici per ecclesiasticum. † Restringe; quia hodie *d. l. ad instructiones. C. de Sacrosanct. Eccles.* est correcta per *d. auth. item nulla. C. de episcop. & cleric.* vt per Bartol. in *dict. l. ad instructiones.* & idẽ tenet

net Hostien. quem sequitur Ægid.Bellamer. *cons.* 47. *in princip.* quæ est Oliuerii Malig. Castrens. *cons.* 423. *Ex puncto. colum.* 3. *vers. quædam aliæ, lib.* 2. vbi allegat Bartol. in *l. ad instructiones* & alios,
33 plene Bero. *cons.* 37. *num.* 22. *lib.* 1. † Contrarium, quod non sit correcta, tenet Ægidius Bellamer. *d. cons.* 45. *in fin.* vbi, quod *d. auth. ite nulla. C. de episc. & cler.* respicit, quod non compellantur ecclesiasti-
34 ci per laicos. † Declarat Ægid. Bellamer. *consil.* 47. *colum.* 3. *ver. subdit autem*, quod est Oliuerii Malige. quod non sit correcta, sed bene restricta ad terminos *ca. non minus, iuncto c. aduersus, & c. peruenit. de immunit. Eccles.* † Declara, si commune sit impotens, & tunc
35 concurrunt secundum vtilitatem magis vicini, & sentientes cō-
36 modum, Festas. *de collect. nu.* 571. † Declara; quia in omnibus casibus, in quibus Ecclesia & ecclesiastici tenentur, debent compelli per ecclesiasticum, *cap. non minus, de immunit. Eccles.* Aegid. Bellam. *d. consil.* 45 *In fi. & d. cons.* 46. *in princ.* quod est D. Innoc. *& n.* 4. quod est alterius, & ita tenent plures, quos citat Castrens. *cons.* 423. *colum.* 3. *ver. quædam aliæ.* vbi, quod Alberi. magnus practicus attesta-
☞ tur ita seruari, & infra, *num.* 44. Vide *Conclusionem proximam præce-*
37 *dentem. in fin.* vbi, quod est communis opinio. † Tu vide Castrens. *d. cons.* 423. *Ex puncto transmisso. colum.* 3. *ver. quædam aliæ, lib.* 2. vbi dicit, quod est verum, quod Clerici non possunt compelli à laicis soluere etiam in casibus, in quibus tenentur præcise, vel directe: quia nullam habent iurisdictionem: sed bene compelluntur per indirectum, & causatiue, puta si Clerici volunt vti beneficio, pro quo imponitur gabella, tenentur soluere, alias ipsis denegatur beneficium, ponit multa exempla, apponuntur custodes fructibus, animalibus, vt tueantur à lupis, vt abeuerētur cum certa impensa, datur salariū medico, pro mensuris, & ponderibus manutenendis iustis soluitur quatrenum pro libra carnis, vel piscium, certe si volunt sibi beneficia suffragari causatiue, compelluntur soluere, alias denegari potest beneficium, sed directe non compelluntur; quia possunt velle emere carnes non ad minutum, vel
38 pondus arbitrio suo. † Extende; quia ecclesiastici tenentur soluere gabellas, & onera imposita per laicos, quando expenduntur in vsum communem, ad quem Clerici tenentur cōtribuere per refectiones pontium & viarum. Abbas. *d. cons.* 13. *nu.* 3. *lib.* 2. intelli-
39 ge semper, vt supra n. 36. † Limita; quia vbi æque principaliter tractatur de vtilitate Clericorum & laicorum, & Ecclesiarū, Clerici, & Ecclesiæ tenentur contribuere. Anchar. & Anton. de Butr. *d. c. non minus, de immunita. Eccles.* vbi inferunt ad aggeres, pro reparanda inundatione aquarum ita teneri Clericos, & Ecclesias, sicuti laicos, quando commune est periculum, & æqualis vtilitas omnium. Bartol. in *l. nullus. C. de cursu publ. lib.* 12. vbi idem dicit in collecta pro reparando incursu hostium, & alii infra proxime al-
40 legati Barbat. *cons.* 1. *n.* 35. *lib.* 3. vbi, quod ista est regula. † Contrariū tenet Abbas *cons.* 3. *Casus, super quo. per totum, lib.* 1. vbi, quod laici subeūt omnia onera militiæ, & defensionis humanæ, Clerici vero subeunt onera militiæ spiritualis, ideo laici tenentur ad mœnia
☞ loci, & non Clerici, licet agatur de communi vtilitate. Vide alias
41 rationes in *ver. Onera personalia laicorum non obligant, &c. Concl.* 129. & ita etiam Castrens. *consil.* 157. *in princ. lib.* 2. † Extende idem pro reparando incursu hostium, Bartol. *d. l. nullus. C. de cursu public. lib.* 12. Ancha. *cons.* 96. *Super dicto dubio.* Barb. *cons.* 1. *lib.* 3. & Ias. in *d. l. placet, C. de sacros. Eccle.* dicit, quod ista opinio Bartol. est * communis, & ad euitandas rapinas, & mala communia. Barba. *cons.* 1. *n.* 35. *lib.*
3. † Extende; quia quando accidit repentina necessitas, Episco-
42 pus debet compellere etiam ecclesiam debito moderamine ad contribuendum in iis, in quibus incolumitati ecclesiarum, & publicæ saluti prouidetur, ita Bald. *consil.* 246. *Antiqua querela. lib.* 3.
43 † Extende; quia Ecclesia tenetur ad collectam impositam pro liberanda Ciuitate à pestilētia; quia imponitur pro communi vtilitate, & pietatem concernit; nulla enim est maior pietas, quam pauperes, & infirmos tueri, & patriam subleuare. *c. non inferēda. 24. quæst.* 3. & vbi concurrunt pietas, & communis vtilitas, Ecclesia
44 non potest excusari. Abbas *dicit cap. non minus, de immun. Eccl.* † Declara omnes extensiones, & ampliationem procedere; quia per laicos non potest grauari etiam in casibus prædictis; quia laici in ecclesias iurisdictionem aliquam non habent, sed authoritate Episcopi bene compelli possunt, arg. *cap. nulli de iure patronat.* Cyn. in *dict. l. ad instructiones. C. de Sacrosanct. Eccles.* Ial. *dict. l placet. n.* 14. C. *eod. tit.* & Bald. plene *d. consil.* 246. *lib.* 3. Guido Pap. *decis.* 78. & quod requiratur authoritas Papæ in omnibus casibus, in quibus tenentur ecclesiastici; quia aliter compelli non possunt. Cyn. in *l. nemē. C. de Sacrosanct. Eccle. in fin.* Barba. *d. cons.* 1. *n.* 34. *lib.* 3. Zabar. & alii
45 in *clem.* 1. *de immu. eccles.* supra *num.* 36. † Declara, quia bene ecclesiastici compelluntur à laicis soluere pedagia, collectas, & onera imposita pro iis, quæ respiciunt tam vtilitatem Clericorum, quam laicorum causatiue; non directe; quia si volunt vti beneficio concesso, soluunt, veluti si pro conseruandis ponderibus, & mensuris iustis emptor carnium, seu piscium soluit vnum quatrenum pro libra conuertendum in manutentione mensuræ, & ponderis, & non possunt conqueri, quando de iis non fit mentio in specie, sed generaliter omnes soluant. Castrens. *consil.* 423. *colum.*
3. *vers. quædam aliæ, lib.* 2. † Extende multis casibus causatiue, de 46
quibus Conclus. proxima præced. *num.* 13. & 14. † Limita, quia 47
in casu necessitatis Ecclesia cum Clero tenetur ad onera. Abb. in *cap. peruenit. & cap. non minus, de immunt. Eccles.* quod procedit trib⁹ concurrentibus, quod Episcopus cum Clero deliberet; secundo, quod immineat necessitas; tertio, quod in subsidium, & sic non suppetunt facultates laicorum, ita Festas. *dicto tract. de collect. num.* 451. vel hodie sufficit, quod Roma. Pontifex mandet. *cap. aduersus. & d. cap. non minus, de immunit. Eccles.* Festas. vbi supra. † Et isto 48
casu, si secularis grauat ecclesias, seu ecclesiasticas personas ex necessitate, tenetur tamen restituere, cum poterit. Cyn. *d. l. neminem. C. de sacrosanct. Eccles. in fin.* vbi, quod si tanta immineat necessitas, quod Papam consulere non potest, potest res Ecclesiæ sine Papa recipere, dummodo restituat. † Declarat Abb. *consil.* 13. *num.* 49
2. *vers. secundo probatur. lib.* 2. quod Episcopus & Clerus possunt ex causa necessitatis laicorum velle contribuere, sed requiritur, quod prius Papa consenserit. *d. cap. aduersus. de immunit. Eccles.* † De- 50
clara, & restringe totam istam materiam, & omnes ampliationes, ex quibus dicitur, quod Ecclesiæ & ecclesiastici tenentur contribuere ad onera, quæ pro communi vtilitate imponuntur à laicis circa ea, quæ concernunt commune commodum, pietatem, & defensionem; quasi quod *d. cap. non minus, de immunit. Eccles. & d. cap. aduersus. eod. titul.* non loquantur in istis casibus; quia in contrarium est veritas, quia loquuntur de fossatis, Item expressam faciunt mentionem de oneribus pro communi vtilitate, *in ver. quocirca, &c.* & quia *clemen. vnica. eod. titul.* quæ venit ad interpretationem *d. text. in cap. non minus.* prohibet vniuersaliter quascunq; exactiones, taleas, & collectas, & idem *in extrauag. Benedicti, eod. titul.* adeo, quod ista est communis * opinio, vt attestatur Bero. *cons.* 31. * *Consultatio hæc, per totum lib.* 1. maxime *num.* 10. *& seq. vers. pro parte,* & de * communi. *num.* 13. ideo dicit declarandam totam materi- *
am, seu requisita debere concurrere, primo, quod adsit magna necessitas laicorum, secundo, quod adsit communis vtilitas, vel saltem pietas, tertio, quod non sufficiant facultates laicorum, quia in subsidium tenentur ecclesiastici; quarto, quod vocetur totus clerus, & consentiat, quia non sufficit consensus Episcopi & Capituli, nisi Clerus sine causa recusaret; quinto, quod consulto Papa hoc fiat; sexto, quod Ecclesiastici compellantur ab Epi- 51
scopo, & à suo superiore, non à laicis. † Ad *d. cap. peruenit. de immunit. Eccl. iuncto c. igitur. cum seq. 23. quæst.* 8. respondet, quod habet plures sensus; ideo ad decisionem eanrum non potest allegari; secundo habet locum, quando agitur de communi vtilitate Religionis, vt si Ciuitas à Saracenis, vel infidelibus obsideretur, se- *
cundum * communem intellectum, tertio loquitur in laicis Ecclesiæ seruientibus; quarto loquitur, quando laici ad custodiam non sufficerent, quinto loquitur Episcopo sic iudicante fieri debere. ita Bero. *d. cons.* 31. *num.* 24. *& seq. vers. non obstat secundum. lib.* 1. *
sic etiam Zabarell. & * omnes *in clemen.* 1. *de immunit. Eccles.* † Li- 52
mita; quia licet communitas exigat datium & onera ab ecclesiasticis soluentibus sponte, nec exigentes sunt propterea excommunicati, neq; communitas interdicta; quia si exigerent coacte, & ab inuitis, bene essent excommunicati, & interdicti, secus si à soluentibus sponte, quia etiam Clerici possunt de redditibus suis donare laicis, & non datur reperitio, si sponte soluerunt, quia cēsentur donasse. Castrens. plene *consil.* 423. *Ex puncto transmisso. lib.* 2. *in princ.* vbi ponit, portatur leuiter, quod portat quisque libenter.
† Limita, quia si datium, vel onus fuit exactum à Clericis spon- 53
te soluentibus ab immemorabili tempore, possunt laici continuare in exactione. Castren. *d. consil.* 423. *num.* 2. *vers. secundum dubium.* vbi pro vtraque parte allegat, quod non possint exigere, & quod possint, & tandem *in ver. breuiter.* distinguit, vt teneantur ad datium pro ea rata, quæ expenditur in seruitium commune, tam Clericorum, quam laicorum, vt custodire fructus agrorum, abeuerare omnia animalia, illa à lupis custodire, dare salaria medicis, pro custodia portarum, & murorum Ciuitatis. † Limita, quia 54
Ecclesia bene tenetur ad oneta ordinaria, & extraordinaria, quando quis legat Ecclesiæ ea conditione, quod teneatur soluere omnia onera, ita Felin. *in cap. Ecclesia Sanctæ Mariæ, num.* 7. *vers. sic. primo, quod testator, de constitut.* Barbat. *consil.* 1. *num.* 18. *lib.* 3.
† Extende, vt idem sit, quando particulares dona- 55
runt omnia bona Communi, vt sint obligata pro omnibus

oneribus

oneribus Communis; quia tunc cautela est licita, & bona; quia sicut licet legare Ecclesiæ cum hac conditione: ergo licet etiã per ſtatutum. Ancharan. *consil.303. Hoc ſtatutum. per totum.* † Restringe, quando bona ſolũ erant accaſtrata: quia non inducitur onus ordinarium. Bartol. *conſ.180. Si aliqua poſſeſſio. lib.1. per totum.* ſequitur Felin. in *c. Eccleſia Sanctæ Mariæ, n.77. verſ. ſecundo nota. de conſt.* & * Bar. communiter * approbari, Iaſ. in *l placet, nu.19. C. de ſacroſanct. Eccleſ.* † Contra reſtrictionem tenet Deci. *conſ.284. Et pro tenui. nu. 5. per quarto hoc idem*, vbi, quod ſola deſcriptio in caſtro inducit hypothecam, quæ tranſit ad quemcunq;. † Limita, quia vbicũq; eſt magna ratio damni alieni, ſtatutum laicorum obligat Eccleſiaſticos, & Eccleſiaſticos, prout eſt, ſi res prohibetur alienari in nõ ſubditum: quia ſit in confinio, certe Eccleſiaſticus prohibetur. Barb. *conſil. num.36. & ſeq. lib.3.* vbi ponit alia ſimilia. † Limita; quia tenentur Clerici ſoluere gabellam contractuum, quando ſtatutum diſponit, quod non valent contractus non ſoluta gabella. Caſtr. *conſ.423. colum.3. in fin. verſ. nec. obſtat. lib.2.* † Limita; quia Clerici & Eccleſiæ tenentur contribuere collectæ impoſitæ pro dando hoſtibus, qui veniẽt ad deprędandũ territorium, & bona territorii quia agitur de commodo Eccleſiarum. Caſtrenſ. *d. conſ.423. in fin. nu.4. ver. tertium dubium. lib.2.* † Reſtringe, quando hoſtilitas cauſaretur ex partialitate, vel ex adhærentia Ciuitatis: quia tunc non tenentur contribuere Clerici, neq; Eccleſiæ, neque rationebonorum patrimonialium, plene Caſtrenſ. *d. conſ.423. ver. tertium dubium, vſque in finem. lib.2.* allegat Bartol. in *quodam ſuo conſ.* † Reſtringe; quia non tenentur Clerici contribuere ſtipendiis militum armatorum pro guerra, vel territorio: ſecus pro guardia Ciuitatis. Caſtrenſ. *d. conſ.423. lib.2. circa finem.* vbi ita declarat intelligendum eſſe Bald. qui generaliter locutus eſt, teneri Clericos ad ſtipendia militum, & vide Alexand. *conſ.34. lib.4.* † Declara ſemper, & intellige, vt ſup. *num.36. & num.44.* & in *Conſil. prox. prad. in fin.* dũmodo Epiſcopus ſit, qui in caſibus præmiſſis compellat. *cap. non minus. & cap. aduerſus, de immun. Eccleſ.* & alias facientes ſunt excommunicati iudices, & magiſtratus ſeculares, ſi per ſe faciunt de facto, quia nullam habent iuriſdictionem.

Eccleſia nunquam claudit gremium pœnitentibus, & quando ſecus. Concluſ. 14.

1 ECclesia † numquam claudit gremium redeuntibus, *epiſtola inter claras, circa fin. C. de ſumma Trinit. & fid. Cathol.* Bart. *conſ.* 2 *167. Quod miniſter. lib.1. num.2.* † Et ſemper dat veniam pœnitenti- 3 bus: *ſalben. Gazaros. in fin. C. de hæret.* Bart. *d. conſ.167. num.2. lib.1.* † Imo ligatis in foro animæ. *cap. ſuper eo, de hæret. in 6.* Vide, *Abſolutio in foro conſcientiæ. Concluſ.45.* Vide, *Hæreticus relapſus quis dicatur*, in limitationibus ibi poſitis. *Concl.103.* † Amplia propterea; quia ſtante ſtatuto Peruſii, quod dentur Religioni Fratribus de pœnitentiã delinquentes quatuor pro tali feſto, ſi habent pacem à parte offenſi, blaſphemator dicitur habere pacem cum Deo, ſi pœnitens eſt confeſſus: quia Deus & Eccleſia non claudunt gremium alicui. Bartol. *d. conſ.167. per totum*, vbi eſt caſus. *lib.1.* † Extende, vt quod dicitur de Deo, & de Eccleſia, habeat etiam locum in Imperatore; quia is, qui maledixit Imperatori, dicitur habere pacem cum Imperatore; quia Imperator ipſi parcit. *l.1. C. ſi quis Imper. maled.* Bart. *d. conſ.167. lib.1.* † Limita in hæretico relapſo: quia quoad ſilatem nunquam Eccleſia claudit gremium, ſed quoad pœnam temporalem nunquam parcit. Clar. in §. *hæreſis. num.8. verſ. caterum.* Vide, *Hæreticus relapſus. d. Concluſ.103.*

Eccleſia non iudicat de occultis, & quomodo. Concluſ. 15.

1 ECclesia † in foro fori contentioſo non iudicat de occultis. *cap.1. de clandeſt. deſponſatio.* & hoc procedit in foro contentioſo. Roman. *conſil.506. In re præſenti. nu.11. ver. Eccleſiæ enim.* † Amplia quia nullus poteſt de occultis diuinare, vel iudicare. Vide, *Diuinare de occultis nullus poteſt. Concluſ.519.* Vide, *Papa non diuinat de occultis. Concluſ.77.* † Limita in foro conſcientiæ, ſeu pœnitentiæ; quia Eccleſia iudicat de occultis; quia ſtatur aſſertioni confitentis, qui præſumitur, & creditur veritatem confiteri. Rom. *d. conſ.506. num.11. ver. in pœnitentiali vero.* vbi ponit plura exempla, quod quidam aſſerenti ſe clandeſtine deſponſaſſe mulierem quoad confitentem: item, quod confitens habeat licentiam confitendi à ſuo parochiano, quod ſit abſolutus ab excommunicatione.

Eccleſia, Cõmunitas, & Capitulum nunquã moriũtur, & in quibus vicẽ perſonæ habeant. Concl. 16.

ECclesia † nunquam moritur: ideo priuilegium conceſſum ratione eccleſiæ eſt reale, & perpetuum. Cald. *conſ.523.* 1
alias 8. *de priuil.* † Extende in Eccleſia Collegiata; quia licet deſiciat collegium, vt quia mortui ſint, vel priuati omnes de collegio: tamen illud ius remanet penes eccleſiam, quæ erit collegiata habitu, licet non actu. Alex. *conſ.74. Viſo puncto, in princ.* maxime *n.* 2
2. verſ. faciunt, lib.4. † Amplia in communitate, & vniuerſitate, quæ 3
numquam moritur, *l. proponebatur. ff. de iud.* Calder. *d. conſ.523. in fin.* alias 8. *de priuil.* † Amplia in Hoſpitali; quia non moritur, & etiam 4
ſi vacet, vicem perſonæ habet, & ideo ſi aliquid relinquitur Hoſpitali etiam vacanti, acquiritur ordini, vel ſancto protectori dicti Hoſpitalis. exemplo hæreditatis iacentis, cui acquiritur ad beneficium futuri hæredis. Bald. *conſ.309. Proponitur, quod Hoſpitale,* 5
in princ. lib.3. † Idem in Papatu, Imperio, Regno, Republica, & omni dignitate, quæ nunquam moritur. Vide, *Dignitas non moritur vnquam. Concluſ.420.*

Eccleſia non obligatur ex mutuo, & ſimilibus, niſi probetur verſum in vtilitatem, & quando ſecus. Concluſ.

VIde Maſcard. *Concluſ.581. Eccleſia an poſſit.* Vide, *Prælatus contrahendo, vel conſitendo, quando obliget Eccleſiam, vel non. Concluſ.* 506. *& Concluſ. ibi ſequent.*

Eccleſia quas pœnas imponat, & de multiplicibus pœnis. Concluſ. 17.

CEnsvra † eccleſiaſtica eſt pœna continens excommunicationem, ſuſpenſionem, & interdictum, & non veniunt 1
pœnæ degradationis, neq; aliæ pœnæ, *c. quærenti, de verb ſign.* Old. *conſ.86. in fin.* Bald. *conſ.478. num.8. lib.4.* Vide, *Cenſuræ Eccleſiaſticæ quid ſint. Concl.189.* † Reſtringe; quia bene cenſura continet etiam 2
alias pœnas, & mulctas pecuniarias, & depoſitionẽ, quando conceditur ordinario habenti ordinariam iuriſdictionem. Bald. *d. conſ.478. Præmittendum eſt. n.8. lib.4.* † Reſtringe, quando Papa cõcedit Delegato, nõ ad vnam cauſam, ſed ad vniuerſalem Prouinciæ, vel Ciuitatis iuriſdictionem, Bald. *d. conſ.478. num.8. & per tot. vſq; in fin. lib.4.* † Ordo pœnarum in Eccleſia eſt, quod inducitur 4
quandoque ſuſpenſio ab officio, ab ordine, vel adminiſtratione, & hæc pœna ponitur per Clar. in §. *fin. quæſt.75.* vbi enumerat aliquos caſus, quando requiratur ſententia, & quando ipſo iure incurratur, & credo, quod ob reuerentiam hæc pœna ſuſpenſionis vtleuior imponatur Epiſcopis. † Secunda pœna eſt interdictum ingreſſus Eccleſiæ Prælato, quandoque populo, à quibus 5
ſubtrahuntur Sacramenta, & hæc eſt ſecunda pœna, quæ imponitur Epiſcopis poſt ſuſpenſionis pœnam. Vide, *Interdictum eccleſiaſticum multiplex, & quos liget. Concl.272. cum multis ibi ſeq.* † Ex iſtis 6
duabus pœnis cauſatur tertia propter contemptum, quæ eſt irregularitas. Vide, *Irregularitas contrahitur multis modis, & quando ſecus. Concluſ.362.* † Tertia pœna eſt depoſitio, quæ dicitur degradatio 7
verbalis. Vide, *Degradatio Clerici quid ſit, quotuplex, & à quo fiat. Concluſ.139. cum Conc. ibi prox. ſeqq.* † Quarta eſt excommunicatio, quę 8
cauſatur ab eo, qui irregularis celebrat, & quandoq; imponitur, & hæc eſt maior pœna eccleſiaſtica, quæ poſſit dari in Eccleſia. Vide, *Excommunicatio quid ſit. Concluſ.435. cum ſequent. ibi.* † Data incorrigibilitate, & pertinacia fit abſolutio in foro conſcientiæ, & 9
fit degradatio actualis, & traditur Curiæ ſeculari, vt iuſtitia mediante caſtigetur, licet in conſignatione Eccleſia roger ſeculares, vt miſericordiam exerceant. Vide, *Degradatio. dict. Conclu.139. cum* 10
Concl. ibi proxime ſequen. †, Quandoq; tamẽ punit etiam corporaliter Eccleſia pœnas corporales infligendo citra mortem, & membrorum mutilationem, vt in caſibus ſequentibus. † Animaduer- 11
ſio eccleſiaſtica regulariter importat idem, quod cenſura, licet quandoq; etiam alias pœnas importet. Bald. *d. conſ.478. n.9. lib.4.* † Reſtringe; quia quandoq; importat degradationem, & Curiæ 12
ſeculari traditionem. Bald. *d. conſ.478. num.11. lib.4.* † Mucro du- 13
plex eſt in Eccleſia, temporalis, & ſpiritualis: ſpiritualis eſt duplex; quia vnus eſt eradicans, & mortalis: alius eſt diſciplinans, & medicinalis: eradicans eſt, quando aliquis degradatur: medicinalis, quando excommunicatur. Bald. *d. conſ.478. n.11. & 12. lib.4.* vbi, in quos, & p quos poſſit exerceri, vide Anch. *conſ.158 n.8.* vbi, quod pœna degradationis, & traditionis Curiæ ſeculari ſuccedit, vbicũq; de iure Ciuili eſt locus pœnæ mortis naturalis: quando vero eſt locus de iure Ciuili pœnæ ad beſtias; tũc ius Canonicũ inuenit carcerem

carcerem perpetuum, quod intelligas, vt in *ver. Degradatio Clericorum in quibus casibus. Concluſ.140. num.11. & ſeq.* † Pœnam mortis
14 directe non imponit Eccleſia, *c. ſententiam. ne Cler. vel Monachi.* † Indirecte bene imponit; quia facit degradationem, & mandat tradi
15 Curiæ ſæculari. Anchar. *d. conſ.158. Ex narratis. num.7.* † Item; quia
16 poteſt condemnare aliquem ad carcerem perpetuum cum tanta ne ceſſitate cibi & potus, vt fame necetur. Angel. in *l. Praetor ait. §. ſi publicanus ff. vi bono rapt.* Clar. in *§. fin. quæſt. 70. nu. 4. in fine.* vbi reſtringit, vt Eccleſia hoc poſſit quoad Clericos, nō quoad laicos,
17 & infra *num.24. & ſequent.* † Item poteſt condemnare ad pœnam corporis afflictiuam, dummodo non ſequatur mors, neq; membri mutilatio, ita apoſtil. ad Abbatem in *c. in Archiepiſcopatu. de rapt. in ver. vnde.* Hoſtien. & ibi etiam Abb. & alii in figuratione caſus.
18 † Seueritas Canonica continet pœnam temporalem. Bald. *d. conſ.*
19 478. *num.11. lib.4.* † Fuſtigatio & flagellatio eſt de iure Ciuili. & de iure Canonico etiam in perſonas Eccleſiaſticas. Clar. *d. §. fin. qu.70. nu.2. ver. eſt etiam pœna*, vbi, quod ſi crudeliter Epiſcopus faceret flagellari, eſſet ſuſpenſus per duos menſes à celebratione
20 Miſſarum *cap. præterea, de Cleric. percuſſ.* † Tertium pœna eſt de iure Ciuili & Canonico, ſaltem de conſuetudine, etiam contra presbyteros. Clar. *d. §. fin. quæſt. 70. nu.5. ver. frequenteſt*, vbi reſtringit procedere, quando grauia eſſent delicta Clericorum, vel in-
21 corrigibiles fierent, & *quæſt. 67. ver. item damnatio.* † Degradatio eſt pœna eccleſiaſtica, & dicitur corporalis. Clar. *d. §. fin. qu.*
22 *70. in fin.* † Deportatio, quæ receſſit ab aula, obſeruatur apud ec-
23 cleſiaſticos. Clar. *§. fin. quæſt. 67. n.8. ver. deportatio.* † Exilium, quod ſuccedit loco relegationis, licet de iure communi non imponatur ab Eccleſia ſecundum * communem, Alciat. *cap. cum non ab homine. n.108. de iudic.* tamen ſecus eſt de conſuetudine. Clar. *§. fin.*
24 *quæſt 67. in fin.* † Pœnā carceris perpetui imponit Eccleſia, maxime hæreticis pœnitentibus. Clar. in *§. hæreſis. num.8.* & vide ſupra
25 proxime. † Et hæc pœna non eſt in vſu de iure Ciuili, licet Vene-
26 tiis, & in Regno Caſtellæ obſeruetur. Clar. *§. fin. quæſt. 70. nu.4.* † Reſtringe; quia iudex eccleſiaſticus non poteſt condemnare laicum ad carcerem perpetuum, etiam quando eſt effectus ob delictum de foro Eccleſiæ, excepto crimine hæreſis Clar. *d. § fin. quæſt.*
27 *70. num.4. in fine.* † Detrudit etiam in Monaſterium perpetuo, & ad tempus, licet hæc pœna receſſerit ab aula: quia raro eccleſiaſtici puniunt, vel deponunt aliquem. Clar. *d. § fin. quæſt. 706. verſ. ſunt etiam* ſed imo ſeruatur, quicquid dicat Clarus, & quotidie vi-
28 demus exēpla. † Pœna gabiarū etiam eſt de iure Canonico; quia presbyteri qnandoque ob grauiora ponuntur in gabiis, licet etiā iſta pœna receſſerit ab vſu. Clar. *d. §. fin quæſt. 70. num.7. verſ. ſolent etiam.* vbi allegat Felin. in *cap. qualiter & quando. il. ſecondo. §. ad corrigendos. num.10. de accuſat.* qui dicit talem pœnam non eſſe licitam
29 eccleſiaſticis, licet de conſuetudine contrarium ſeruetur. † Confiſcat bona maxime Clericorum hæreticorum ſine dubio. Clar. *d.*
30 *§. hæreſis num.13.* vbi, quod Eccleſia Cathedralis habet fiſcum. † Et etiam in aliis delictis habet confitcationem tam contra eccleſiaſticos, quam etiam contra laicos in cauſis mixti fori, ſeu in de-
31 lictis eccleſiaſticis. Vide, *Confiſcationem bonorum an habeat Epiſcopus. Concl. 722.* † Pœnas pecuniarias licet Eccleſia nō imponat, vt fugiat auaritiæ cupiditatem; tamen ſi magis timetur, poteſt iudex eccleſiaſticus imponere pœnam pecuniariam, & illam applicare locis piis, vt hodie ex forma Conc. Trid. *ſeſſ 25. cap.3.* † Et ita Abb.
32 in *cap. licet, de pœnis*, vbi omnes, * & ſequitur plene Corne *conſ.19.*
** *lib.3. per totum*, maxime *n.12 & 13.* vbi dicit * cōmunem, & magis * communem, quod ſibi etiam retinet, vt diſpenſet in vſus pios.
Vide, *Epiſcopus habet territorium, cui coheret iuriſdictio. Concluſ. 253.* Vide plenius, *Pœna fori eccleſiaſtici, & iuris Canonici quæ ſint. Concluſ. 232.* Vide, *Pœna exactæ ab Epiſcopo quibus debeantur. Concluſ. 259.*

Eccleſiæ appellatione an veniat Cathedralis, & quæ Eccleſia veniat. Concl. 18.

1 Eccleſiæ † appellatione & ſtatutum generale loquens de eccleſiis non comprehendit Cathedralē, quando de ea non eſt facta mentio. Oldrad. *conſ.259. num.2. & 3. ver. item probo.* vbi loquitur de ſtatuto Capituli, & dicit dari tres gradus in eccleſia: primus, quid eſt vtur apex, Epiſcopalis dignitas, quæ eſt culmen, & ſimplex dignitas. Vide, *Expectans ad dignitatem non capit in cathedrali, & quando ſecus Concluſ. 611.* † Amplia; quia Eccleſiarum Ciuita-
2 tis appellatione nō venit cathedralis in materia ſtricta. *cap. quamuis, de prabend lib.6.* Calder in. *conſ.492. circa med. ver. item appellatione.* alias 1. *de hæret.* † Amplia; quia appellatione eccleſiæ nunquam
3 venit Eccleſia Romana, niſi de ea expreſſe ſit facta mentio. Calder. plene *d conſ.492.* alias 1. *de hæret.* vbi, quod *clementina, Nolentes, de hæret.* prohibens inquiſitores poſſe bona eccleſiarum applicare non habet locum in bonis Eccleſiæ Romanæ. Vide, *Expreſſio indiuidua quando requiratur, vel non Concluſ. 652.* † Amplia, quia eccle- 4
ſiarum appellatione in materia odioſa & correctoria diſponente de ordinibus ſacris ſuſcipiendis venit ſolum parochialis eccleſia ſimplex, ne inducatur legum, & Canonum correctio. Gemin. *conſ.131. num.2. ver. primo per regulā* † Amplia; quia appellatione ec- 5
cleſiæ nō venit capella in diſpoſitione contra regulas iuris, vt ſicuti ædificans eccleſiam tenetur dotare; ita ædificans capellam. Ioan. de An. *conſil.24. Primo videtur, per totum*, & ibi Bologn. in apoſtil. Vide Concluſ. proxim. ſeq. † Limita in appellatione locorum; quia bene venit eccleſia cathedralis. Oldrad. *conſ 321. in fin.* 6
num.4. ver non obſtat. vbi loquitur in priuilegio oblationum debitarum Hoſpitali S. Antonii de Vienna pro mortuariis Curialium in quibuſcunq; locis, & dicit etiam in cathedrali habere locum. † Limita, quando diſpoſitio eſt fauorabilis; quia tunc Eccleſiæ 7
appellatione venit cathedralis. Fulgoſ *conſ.120. col fin. ver in ſecundo.* † Limita, quando dicitur de eccleſiis prouinciæ; quia tunc ve- 8
niunt cathedrales; ſecus, ſi de eccleſiis ciuitatis haberetur. Fulgoſ. *d. conſ.120. col. fin. ver. in ſecundo.*

Eccleſiæ Cathedralis appellatione quid veniat. Concluſ. 19.

Eccleſiæ † cathedralis appellatione quandoque ſolus 1
Epiſcopus, quandoq; ſolum Capitulum, quandoque vtrunque ſignificatur, importat etiam collegium Clericorum: Irem quandoq; importat quid diuerſum ab Epiſcopo, vt multa exempla ponit Feder. de Sen. *conſ.296. Quidam in ſuo teſtamento, in princ.* quod conſil. eſt lectura ad *capit requiſiti de teſta.* † Et alia exempla, quid ſit Eccleſia, ponit Ægid. Bellam. *conſ. 20. num.11.* vbi, quod 2
importat collectionem fidelium, item prouinciam; item Epiſcopum; item materialem eccleſiam, & ſecundum hunc vltimū ſenſum inſeruit eccleſia Epiſcopo ad prædicandum verbum Dei, & alia diuina celebrandum, & non eſt matrimonium inter Epiſcopum & eccleſiam materialem: quia eſt de cæmentis, quæ non conueniunt matrimonio. Vide, *Eccleſia appellatione an veniat cathedralis. Concluſ proxim. preced.*

Eccleſiæ appellatione veniunt ſepta & continentia vſque ad triginta paſſus. Concluſ. 20.

Eccleſiæ † appellatione veniunt campanile, cæmiterium, 1
domus continuæ eccleſiæ per 30. paſſus, Lap *alleg.12 num.4.* vbi, quod prædicta quoad immunitatem procedunt † Amplia, 2
vt nedum prædicta procedant quoad immunitatem, ſed etiam quoad prohibitam locationem; quia ſicut Eccleſia prohibetur locari: ita etiam campanile, cæmiterium, domus contiguæ, & alia Eccleſiæ exiſtentia intra ſepta per 30. paſſus. Lap *d allegat. 12.* diſputat à num. 4. vſque in finem. † Amplia, vt procedant prædicta 3
etiam quoad odium, & pollutionem; quia polluta eccleſia cenſetur pollutum cæmiterium, capella, & alia ſacra loca contigua. Federic. de Senis *conſil.201. ver. ad quintum.* † Amplia, quod Eccle- 4
ſiarum appellatione veniunt Monaſteria. *cap. cum dilectus. in fine. de conſuetud.* Federic. de Sen. *d. conſ.201. num.4. ver. item nomine eccleſiarum.* Calder. *conſ.293. n.2. verſ. item verba generalia.* alias 1. *de rer. permut.* Vide, *Eccleſia tuetur aduerſus poteſtatem ſecularem omnes confugientes ad Eccleſiam, & continentia eccleſiarum. Concluſ.10.*

Eccleſię, & Eccleſiaſtici loci ſigna quæ ſint. Cōcl. 21.

Signa † Eccleſiæ, & ad probandum locum Eccleſiaſticum, 1
ſunt multa, quæ ponit Geminian. *conſ.117. In quæſtione veritēe. n.4. ver. ita hic ad concludendum.* quæ ſunt iſta, celebratio Miſſæ, benedictio ſponſæ adſtante populo, ſepelitio mortuorū, aqua benedicta in ea exiſtens, campana, campanile, & altare, vbi ſingula ſigna eſſe eccleſiæ comprobat; alia ſigna ponit Calderi. *conſ.420. a-*
lias 4. de relig. domib. circa fin. ver. in contrarium, nempe ædificium in forma eccleſiæ, campanile ſuper tecto cum campana, celebratio Miſſæ, & aliorum officiorum, ianuis apertis confluentia populi, & altare lapideum, vbi etiam ponit ſigna contraria. Lap. *alleg. 42.* & altare lapideum, vbi etiam ponit ſigna contraria. Lap. *alleg. 42.* & altare lapideum, vbi etiam ponit ſigna contraria. Lap. *alleg. 42.* enumerat collationem Sacramentorum, altare & capella- *num* 3. enumerat collationem Sacramentorum, altare & capella- num 3. enumerat collationem Sacramentorum, altare & capella- num 3. enumerat collationem Sacramentorum, altare & capella- num

publica: secus dicit, si campana esset priuata. Vide, *Hospitale quando dicatur laicale, & quando ecclesiasticum. Concluſ.158.* † Limita; quia signa loci secularis sunt, quando gubernatur per laicos, etiam si sit congregatio, in qua aliqui sint clerici, & locus non habet campanile, neque altare, & alia signa Ecclesiæ. Card. Zabar. *cons.13. In Ciuitate Vrbinaten.*

Ecclesia si ædificetur, cui acquiratur, & à quo possit vendicari. Concl 22.

1 ECCLESIA † noua si ædificetur etiam sine licentia Episcopi per laicos, solum cedit Ecclesiæ, & non potest reduci ad vsus prophanos, sed potest ab Episcopo vendicari; quia fabricantes, & ædificantes censentur voluisse omne consequens, quod veniebat ex tali ædificatione. Calder. *cons.421.* alias *5. de relig. dom.* 2 maxime, inquit, si in ea Missa fuit celebrata. † Amplia, vt idem sit, si ædificetur etiam à religiosis regularibus; quia Episcopus sub sua iurisdictione Ecclesiam vendicabit. Calder. *d. consil.421. circa fin. versitem de hoc videtur.* alias *5. de relig. dom.* † Amplia; quia Ecclesia 3 sine etiam non cõsecrata gaudet immunitate ecclesiastica, & subest Episcopo. Card. Zabar. *cons.13. In ciuitate Vrbinat. in prin.* † Amplia; quia si clericus in solo suo de pecuniis Ecclesiæ ædificat Ecclesiam, solum cedit Ecclesiæ. gl. *in c. Apostolicos. 12. quæst. 2.* Abb. 4 *consil. 62. In controuersia. col. 7. in fin. ver. ex secundo. lib. 2. & consil. 94. In quæstione. col. 1. in fin. num. 1. vers. facit ad idem. lib. 2.* Vide, *Aedificium in solo alieno cedit solo, & quando secus. Concl. 34.* † Declara tamen; quia 5 Ecclesia præsumitur ædificata à populo, sub quo reperitur constructa. Vide Mascard. *concluſ. 587. Ecclesiasticæ res. n. 3.* Vide, *Præsumitur actus factus ab eo, ad quem cura spectabat. Concluſ. 625. cum Concl. ibi prox. seq.*

Ecclesia & Oratorium nouum quando prohibeatur ædificari. Concl. 23.

1 ECCLESIA † noua, siue oratorium nouum prohibentur ædificari in præiudicium alterius Ecclesiæ iam constructæ. *cap. Ecclesia. de Eccles. ædif.* quod intelligit Feder. de Sen. *cons.201. Ad primam. n. 2. ver. sed posset aliquis procedere.* in præiudiciũ parochiæ pro- 1 pter ius oblationum, & mortuariorum debitorum parochiæ. Vide, *Oratorium in quibus differat ab Ecclesia. Concluſ. 176. cum Concl. ibi* 2 *prox. præced. & seq.* † Amplia; quia Ecclesia, seu altare non potest ædificari, seu erigi, nisi de licentia Episcopi, & quatenus in loco exempto, nisi de licentia Sedis Apostolicæ. *c. authoritate. de priuil.* 3 *in 6.* Abb. *cons. 89. Ex themate. in princ. lib. 2.* † Declara tamen; quia si Abbates, & aliqui Prælati exempti dicuntur diœcesani in loco ratione plenæ subiectionis sibi debitæ, potest licentia talis Prælati sufficere. gl. *in clem. 1. de reb. eccles. non alien.* Abb. *d. cons. 89. in princ.* 4 *lib. 2.* † Extende in tantum prohiberi Ecclesiam, vel Oratorium, aut altare construi sine licentia Episcopi, vel Prælati superioris, vt supra, vt si ædificetur sine licentia, debeat destrui de facto. Ab- 5 bas *d. cons. 89. in princip. lib. 2.* † Declara tamen; quia debet destrui, nisi superior velit habere ratũ, & approbare ædificationem; quia cum istud respiciat fauorem Ecclesiæ, seu Episcopi, & Prælati superioris, non debet in ipsius odium retorqueri. Abb. *d. cons. 89. in* 6 *prin. ver. sed iis non obstantibus. lib. 2.* † Extende; quia Prior subiectus, vel Prælatus subiectus non potest dare licentiam ædificandi Ec- 7 clesiam, altare, vel oratorium. Abb. *d. cons. 89. in princ. lib. 2.* † Amplia; quia ædificans Ecclesiam, vel oratorium, vel altare, vel aliud beneficium ecclesiasticum de licentia Episcopi, vel Prælati legitimi, obligatur dotare ipsam Ecclesiam, vel beneficium simplex, prout obligatur pater dotare filiam, & bona ædificantis sunt obligata pro dote Ecclesiæ, sicut pro dote filiæ. Abb. *d. cons. 89. nu. 2. ver. moueor principaliter. lib. 2.* & idem tenuit Ioan. de Imol. *cons. 50. In casu præmisso. per tot.* Castr. *cons. 295. In causis n. 3. ver. aliud est in stru-* 8 *mentum. lib. 1.* † Declara; quia si non habet modum dotandi is, qui ædificauit de licentia Episcopi, ipse Episcopus obligatur dotare. Abb. *d. cons. 89. n. 2. lib. 2.* vbi dicit * communem reprobata gl. *in c. cum sicut. de consecr. eccles. vel altar.* quæ tenet contrarium, quod 9 primo Episcopus obligatur. † Extende in tantum ædificantem obligari ad dotandum Ecclesiam per eum ædificatam, & eius bona esse tacite obligata, quemadmodum bona patris pro dote filiæ, vt præferatur, etiam si ædificans postea donasset omnia bona sua alteri Ecclesiæ, Ecclesia ædificata in dote, & fiat reuocatio donationis, prout fieret pro filia. Abb. *d. cons. 89. col. 2. num. 7. & seq. vers. ad quartum. lib. 2.* Vide plenius, *Dos habet tacitam hypothecam.* 10 *Concluſ. 745.* † Amplia; quia ædificans Ecclesiam, seu beneficium simplex, nedum tenetur dotare eam dote competenti pro rectore beneficii, sed etiam pro clerico, qui possit inseruire ad Missam celebrandam. Abb. *d. cons. 89. Ex themate. col. 2. in princ. lib. 2.* allegat se ipsum *in c. vt quisque. de vita & honest. cler.* † Limita in mendicantibus religiosis; quia non possunt prohibere ædificium nouæ Ecclesiæ, vel oratorii. Fed. de Sen. *d. cons. 201. n. 5. ver. ad octauum.* † Limita, nisi ex causa Episcopus vellet, quod Ecclesia & oratorium publicum construeretur intra parochiam; quia posset etiam partem iurium parochiæ applicare inuito rectore parochiæ. Cardin. Zabar. *cons. 8. Quidam syndicus. nu. 2.* † Limita in oratorio priuato; quia quilibet potest priuatum oratorium in domo sua construere, & demoliri. Card. Zabar. *d. cons. 8. & cons. 11. n. 5. & cons. 13. In ciuitate Vrbinaten. n. 2.* vbi, quod quilibet potest deputare domum suam ad vsum hospitalis & oratorii, & remouere. † Extende; quia 14 Ecclesia, vel oratorium existens in palatio alicuius domini, propterea non est locus religiosus, sed prophanus. Angel. *consil. 384. Paximusque. in princ.*

Ecclesia nõ præsumitur ædificata de consensu Episcopi, & quando secus. Concluſ.

VIDE Mascard. *concl. 583. Ecclesia diu ædificata.* & plenius *concl. 623. Episcopi authoritate an præsumatur Ecclesia ædificata.* Vide, *Consensus Episcopi vel Capituli quanto tempore præsumatur. Concl. 748.*

Ecclesia quando consecrari non possit sine dote, & quando præsumatur cõsecrata, vel nõ. Concl. 24.

1 ECCLESIA † non potest consecrari, si in ea ante consecrationem sunt sepulta corpora infidelium, nisi eiiciantur, & radantur muri; quia conuersatio non permittitur cum infidelibus viuis, nec mortuis. Lap. *alleg. 84. in prin.* per *c. Ecclesia. de consecr. dist. 1.* † Amplia; quia nulla Ecclesia potest construi, & consecrari, nisi 2 habeat dotem condecentem. Ioan. de Imol. *consil. 50. vers. circa secundum.* † Et ideo constituens Ecclesiam tenetur illam dotare. *c.* 3 *nemo ædificet. de consecr. dist. 1.* plene Ana. *cons. 24. in princ.* vbi Bolog. *n. 6.* in apostil. reddit rationem; quia sicuti matrimonium carnale requirit dotem: ita spirituale. † Extende in tantum, quod ha- 4 beat Ecclesia erecta, & consecrata hypothecata omnia bona ædificantis ecclesiam; quia sicuti tacita hypotheca oritur pro dote matrimonii carnalis: ita etiam pro spirituali. Io. de Imol. *consil. 50. per tot.* † Restringe; quia non procedit in capella, quę potest con- 5 strui sine obligatione dotis. Io. de Ana. *cõs. 24. Primo videtur per tot.* vbi Bologn. in apostill. † Benedici & reconciliari debet Ecclesia 6 polluta sanguine, vel semine humano, quod declara, vt per gl. & Doct. *in c. vnico. de consecr. eccles. vel altar. in 6.* Abb. plene *in cap. proposuisti. de consecr. eccles. vel altar.* † Episcopus debet esse consecrator, 7 & benedicens, seu reconcilians Ecclesiam; quia istud est ordinis episcopalis. *c aqua de consecrat eccles. vel altar.* vbi Abb. & alii. † Et 8 regulariter non præsumitur Ecclesia consecrata, nisi probetur, excepta Ecclesia cathedrali. Mascard. *concl. 582. Ecclesia an præsumatur consecrata.* vbi, quod bene probatur consecrata per vnum testem: item per inscriptiones in lapidibus, & per libros antiquos. Vide, *Consecratio ecclesiæ vel altaris quando & à quibus fiat. Concl 745.*

Ecclesiam esse collegiatam quomodo, & qualiter probetur. Concluſ.

VIDE Mascard. *concl. 584 Ecclesiam collegiatam.* Vide, *Collegiata Ecclesia quæ dicatur, & ex quibus probetur. Concl. 458.*

Ecclesia collegiata curata non dicitur parochialis. Concluſ. 25.

1 ECCLESIA † curata, quando est collegiata, non dicitur parochialis, sed dignitas. Lap *alleg. 5. n. 7.* vbi dicit differre à parochiali; quia parochialis habet vnicum rectorem curatum, collegiata secus; quia rector est Prælatus, & Collegium. Calder. *cons. 339 circa med. ver. & dicto. qui.* alias 18. *de præb.* & quod sit dignitas, & non parochialis. Card. Zabar. *cons. 30 In hac dubit. quæst. n. 1. in fi.* † Amplia, vt omnis Ecclesia collegiata dicatur habere dignita- 2 tem & sui districtionem. Bald. *cons. 1. in fin. vers. & ratio differentia est. lib. 1.* † Extende in tantum Ecclesiam habentem curam non dici 3 parochialem, quando est collegiata, vt imo dignitas ipsa non dicatur habere ipsam curam, sed ministri, & collegium habere curam dicuntur. Calder. *cons. 239 versit. non obstat. si dicatur.* alias 18. *de præbend.* Rom. *cons. 325. nu 3.* † Contra extensionem, vt imo sit ve- 4 rum, quod omnis collegiata dicatur habere curam animarum,

sed quod cura resideat apud habentem maiorem dignitatem, dicit Card. Zabarell. *cons.30.num.1.*† Declara, vt per Ægid. Bellam. quia cura monasterii conuentualis, seu ecclesiæ collegiatæ habitu est apud collegium, exercitio, seu actu apud Vicarium perpetuum, ita Ægid. Bellamer. *cons.32.num.26.vers. venio ad quartum.* vbi pro vtraque parte, & ita maior pars tenuit Dd. Rotæ.† Anton. de Butr. *consil.3. in princip. & num.2.* dicit, quod cura ecclesiæ collegiatæ residet habitu in Priore, & collegio, exercitio in Vicario perpetuo, vel in Capellano perpetuo non amouibili, & Prior, & Canonici habent directum titulum; isti vero habent quasi titulum, & omnes sunt filii Ecclesiæ; si vero capellani sunt amouibiles, dicuntur stipendiati, & nullum habent titulum, & non sunt filii Ecclesiæ.† Amplia in tantum collegiatam ecclesiam etiam habentem curam animarum non esse parochialem, sed dignitatem, vt licet is, qui obtinet parochialem, priuetur, si intra annum non est promotus ad sacerdotium, per text. in *cap.licet, de elect.* tamen non habet locum in Ecclesia parochiali collegiata; quia est dignitas. *cap.statutum, eod.tit.lib.6.* Roman. *cons.325. Quoad primum. n.2. & sequent. ver. quoad secundum.* vbi plene apostil. in *ver. quoad secundum.*

Ecclesia parochialis ex quibus probetur, & ex quibus nō, & qualiter probetur parochianus. Concl.

VIDE Mascard. *Concluſ.588. Eccleſia an parochialis probetur.* Vide, *Parochialis Eccleſia quæ dicatur. Concluſ.93.*

Ecclesia quælibet præsumitur libera, & non subiecta iuri patronatus, vel alteri oneri, & quando secus. Concluſ.26.

VIDE plene Mascard. *Concluſ.585. Eccleſia quælibet in dubio præſumitur libera.* Vide, *Libertas præſumitur, niſi probetur ſeruitus. Concl.* 338. Vide, *Seruitus non præſumitur in dubio. Concluſio.227.*

Ecclesiarum vnio nō præsumitur, neq; probatur, nisi per scripturā, & tēpus immemorabile, & quando secus Conclusio.

VIDE Mascard. *Concluſ.586. Eccleſiarum vnio quomodo probetur.* Vide, *Vnio ex quibus probetur, licet de ea non conſtet. Concluſ.241.*

Ecclesiasticæ personæ quæ dicātur, & gaudeant priuilegio fori Ecclesiastici, & clericatus. Cōcl.27.

1 RELIGIOSI † omnes professi in religione approbata à sede Apostolica dicuntur personę Ecclesiasticę. *c fi. de relig. domib.* Maria. Socin. in *cap.ſi quis clericus.n.10. ver. ſeptima declaratio, de*
2 *foro compet.* † Amplia, vt etiam religiosi conuersi sint personæ ecclesiasticæ, & gaudeant priuilegio fori clericatus; si tamen sunt professi, alias non. Ita Calder. *conſ.121.num.2.circa principſ.* alias 7. *de*
3 *iudic.* † Oblati simpliciter religioni, prout quando se, & sua bona obtulerunt religioni; quia sunt effecti de religione, & æquiparantur conuersis. Abb. *conſil.53. Succincte. per totum, lib.1.* vbi dicit, quod non habet difficultatem. † Contrarium, seu aliter tenere
4 videntur, Zabarell. *conſ.21.num.2.* & Castrenſ. *conſ.69. lib.1.* Vide,
5 *Oblati alicui religioni multiplices, & qui dicantur. Concluſ.16.* † Amplia, vt tēplarii dicantur personæ Ecclesiasticæ; quia profitentur regulā B. Augustini approbatam. Calder. *d. conſ.121. circa ſi. ver. il-*
6 *lud autem*, alias 7. *de iud.* † Amplia, vt pœnitētes soleniter sint personæ Ecclesiasticæ. Calder. *d. conſ.121. circa ſi. ver. in quantum autem.*
* alias 7. *de iud.* quod admittit Clar. in § *ſi. q.35. n.20.* vbi dicit* communem loquendo de pœnitentibus, qui profitētur aliquam re-
7 ligionem, quę appellatur publicæ pœnitentiæ.† Si vero agatur de iis, qui agunt publicam pœnitentiam impositam ab Episcopo inquisitore, vel alio superiore ecclesiastico, & si est laicus, non
8 gaudet priuilegio, Iul. Clar. *d. quæſt.35. num 20. in. fin.* † Amplia, vt heremitæ sint personę ecclesiasticę. etiam si non profiteantur ordinem approbatum ab ecclesia. Ioan. in *c. qui vere. 16. quæſt.1.* Calder. *d. conſ.121. in princip. ver. pro hac parte.* Angel. *conſil.121. Nicolaus vendidit. col. ſi. in princ.* Ant. de Butr. *conſ.19. n.19. ver. vnde ex hoc ſa-*
9 *tis.* Vide, *Heremita gaudet priuilegio fori, & quando ſecus. Concluſ.90.* † Amplia; quia fratres ordinis Militiæ S. Mariæ sunt Ecclesiasticæ personæ, quia eorū religio est approbata ab Vrbano Papa; ideo sunt exempti ab oneribus secularibus, etiam si habeant vxorem.
10 Dyn. *cōſ.52. Quæſtio talis eſt ſuper eo* † Amplia, quia ingressi religionem, etiam intra annū professionis, licet possint pœnitere, interim sunt Ecclesiasticæ personæ, & gaudēt priuilegiis ecclesiasticarum personarū, maxime quādo postea ab euentu emiserunt professionē. Anch. *conſ.69. Contra donationem. n.9. ſed iſtud eſt pulchrum, per tot.* † Amplia; quia oblati, qui se, & bona sua monasterio obtu- 11
lerunt, si quidem sumpserūt habitum, gaudent priuilegio; si vero non mutarunt habitum, non gaudent priuilegio clericatus, ita Clar. *d. § fin. quæſt.35. num.19.* Vide, *Oblatio ſui, & bonorum religioni quid operetur. Concl.17.* † Amplia; quia Hospitalia, & illorum bona, quando sunt authoritate Episcopi fundata, sunt de iurisdictione Ecclesiastica, nec potest iudex secularis esse iudex, & solemnitas in alienatione istorum bonorum adhibenda est, quæ in bonis Ecclesiæ. Anch. *conſil.353. Oportet primo. num. 4. & ſeq. ver. ſecundo.* † Amplia; quia fideles familiares, seruitores, & subditi ec- 13
clesiæ, licet non sint ecclesiastici; tamen vtuntur eodem iure, quo Ecclesiæ, ideo non potest Imperator in eos aliquid disponere. Sig. *conſ.218. Factū ſic ſe habet. num.11. in fin. & n.12.* Abb. *conſ.53. Succincte. num.3. lib.1.* & late tuetur hanc partem Barba. in *cap.2. de foro comp. num.34. & ſeq. vers. & in quantum*, vbi allegat concor. reprobato Abbate ibi, & adducit similiain seruitoribus scholarium; imo dicit plus, quod si res Episcoporum & clericorum sunt exemptæ, quanto magis personæ seruientium; cum sit maior ratio, siue sint serui perpetui, siue temporales, durāte seruitute, & gaudent priuilegio fori, vt ita etiam tenuit Bald. in *l.2. C. de epiſ. & cleric. in 3. not. & num.3. & 4.* vbi, quod habent, donec morantur in seruitio; quia non propter se, sed propter dominum. Alber. de Rosat. in *l.1. C. eod. tit.* & plenius in *l.1. C. de vxor. milit.* vbi, quod est speciale in seruitoribus clericorum, & dicit, quod etiam continetur Medicus. Calcan. *conſ.71. num.2. & ſeq. & conſil.72.* quod est Ioan. de Monte Sperello, vbi dicit* communem, prout etiam *
communem* dicit Clar. in *prax. crim. § fin. quæſt.35. num.18.* vide infra. *num.14. & ſeq.* † Amplia; quia famuli laboratores, & inseruientes Episcopo, imo clericis sunt priuilegiati, & habent declinatoriam fori tam in ciuilibus, quam in criminalibus. Calcan. *d. conſil.71. num.4* & idem tenet *d. conſil.72.* quod est Ioan. de Monte Sperello. *conſil.73.* quod est Benedicti de Barziis, & pro hac parte facit Sign. *conſ.218. nu.11. in ſi. & ſeq.* qui loquitur in vasallo & emphyteuta ecclesiæ, supra. *n.13.* † Contrarium tenet Franc. 15
Aret. *d. c.2. de foro comp.* quod laboratores bene pro administratione rerū ecclesiæ possunt cōueniri coram Ecclesiastico, sed possunt quoad alia extra realem actionem cōueniri coram seculari, licet fateatur communem in contrarium, & ibi Feli. qui dicit, quod nō gaudent priuilegio fori laboratores Ecclesiæ, nisi darent damnū cū bestiis ecclesię. † Vide Ant. de Butr. in *d. c.2. n.6. de for. comp.* qui 16
aliter distinguit, dicēs: rusticos subesse ecclesiastico, si est concessum Ecclesiæ, vel si habent aliquam administrationem generalē bonorum Ecclesiæ, vel quādo pro re Ecclesiastica conuenirētur; secus si pro delicto, vel cō tractu personali, allegat gl. in *c. indicatū. 89. diſtinct.* idem tenet ibi Abb. *n.6.* & Barbat. *n.75. vers. quid de ruſti.* Dicis. Soc. in *c. ſi quis clericus. n.8. ver ſed tu aduerte. de foro compet.* † Di- 17
cas, quod de iure ciuili res est sine controuersia; quia priuilegium fori concessum Comitibus consistorianis cōpetit etiam pro vxoribus, pro filiis, pro seruis, & pro colonis, vt est text in *l. viros. C. de Comit. conſiſtorian. lib.12.* & idem in militibus sacrorū scriniorū, vt nō possint cōueniri ciuiliter, neq; criminaliter, nisi coram magistro officiorum; & hoc priuilegium competit parētibus, vxoribus, liberis, colonis, seu adscriptitiis, & seruis eorū. *l. in ſacris, la tertia. C. de proxſacr ſcrinior. lib.12.* & de colono conductore, quod gaudeat priuilegio fori fisci, & domus diuinæ, est text. in *l ſi quis. C. vbi cauſ. fiſcal.* & hoc procedit tam in ciuilibus, quā in criminali. *l ſi. C. vbi fiſcal.* & hoc in clericorum priuilegiis etiā procedit, vt est text. in *l.2. circa ſi. C. de Epiſc. & cleric.* & ita finaliter videtur inclinare Specular. *tit. de cōp. iudicis additio § 1 n.27. ver.27.* dū refert, quod iura prædicta possunt intelligi, si agitur de re Ecclesiæ, & in fi. dicit, qdd. leges loquūtur indistincte, & ita eū intelligit Calcan. *d. conſ.* *71. n.3. in fi.* sed quicquid sit, satis est, quod sicuti coloni fisci sunt seculari, siue sint perpetui, vel ad tēpus, p. *c. eccleſiarū ſeruos.12. q.2.*

sed

sed tamen Bellamer. & Gemin. & Præpos. *d.c. indicatum.* 89. *dist.* allegat, quod restrictio procedit quoad clericos; quia ipsi nullam habent iurisdictionem, prout habet episcopus, & allegant Innoc. in *c. cum contingat, de for. compet.* qui hoc dicit explicite sic intelligendo *c. indicatum* 89 *distinct.* Alberic. *in l. 1. in fin.* Castr. *n.* 7. *C. de epis. & cler.* & plene Tessaur. *decis. Pedem.* 22 *per totam.* Vide, *Fa-*
15 *muliares qui dicantur vere. Concluſ.* 72. † Amplia; quia ista est regula, quod illi, qui sunt de familia episcopi, licet sint laici, non possunt conueniri coram iudice seculari. *c. fin. de offic. Archid.* plene Abb. in
20 *c. 2. de for. comp. n.* 6. & ibi gl. Innoc. Host. Ioan. And. Collecta. & alii *nuper innotes* Bald. *in l. 1. & 2. C. de epis. & cler.* † Extende; quia gaudent priuilegio fori familiares, & seruientes Episcopo, & laboratores, tam in ciuilibus, quam in criminalibus, in tantum, quod
25 possunt per Episcopum peti à iudice seculari, vt remittat eos, & non remittens est excommunicatus; ita Calcan. *cons. 71. n. 3. & seq.* & *cons.* 72. quod est Ioan. de Monte Sperello. Vide, *Episcopus habet*
30 *multa priuilegia pro se, bona, & familia. Concluſ.* 299. † Et quod famuli, & familiares Episcoporum gaudent priuilegio fori, ita vt si delinquant, non possint à iudice laico molestari, etiamsi ipsi delin-
35 quentes famuli sint mere laici, communem * dicit Iul. Clar. *in §. fin. quæſt.* 35 *n.* 18. † Et idem in familiaribus & seruitoribus Cardinalium; quia remittuntur ad Illustr. Cardinales puniendi, Clar.
40 *d. q.* 35. *n.* 17. † Declara, dummodo familiares prædicti stent in continuo seruitio Episcopi. Calcan. *d. consil.* 72. *circa fi.* secus si essent operarii conductitii, ita Collect. in *ca. 2. de foro compet. colum. 1. circa*
45 *fin.* & Ioan. de Imola dicit ibi *num.* 2. *verſ. tertio quæritur.*, vbi etiam Abb. *num.* 6. quod conductitii sunt, qui pretio conducuntur ad operandum. † Extende, etiam si familiares Episcopi sint salariati,
50 & non sint perpetui. Calcan. *d cons.* 72. quod est Io. de Monte Sperello, & dicit * communem. † Et licet Abb. *cons.* 54. *Succincte. num.* 3. *lib.* 1. dicat, quod serui Ecclesiarum sunt sub foro ecclesiastico, seruitores vero sunt in controuersia, an vtantur priuilegio fori
55 ecclesiastici, & non discutit; quia non faciebat ad causam: tamen * Barbat. *in d. cap. 2. de for. compet nu.* 26. allegat hoc consiliũ * Abb. pro opinione affirmatiua, quod etiam seruientes Clericis sunt de foro ecclesiæ, & sic tuetur hanc partem. † Vide etiam Zabarell. *d.*
60 *cap. 2. de for. compet.* qui dicit, quod intelligit de seruientibus perpetuo, sed alii contra, & Io. de Imol. dicit ibi *num.* 2. quod vt immunitas sit perpetua, debent esse perpetui, alias temporalis erit tem-
65 pore priuilegii, & ita etiam Baldus in *d. l. 2. C. de Episc. & Cleric.* † Declarant Bald. & Soc. quos citat apost. ad Abb. *d. cap. 2. de for. compet. verſ. familia*, quod habet locum in familiaribus necessariis, alias secus, & quatenus habet locum, est speciale in familiaribus Cle-
70 ricorum. Alber. in *l. 1. C. de vxor. milit. in fin.* sequitur Capic. *decis.* 13. *in fin.* Castrens. *d. l. 1. C. de Episc. & Cler.* † Declara, vt procedat Episcopo viuente; secus eo mortuo. apostill. ad Abb. in *d. c. fin. de offic.*
75 *archidiac. num.* 5. allegat Zabarell. in *clem. 1. in 12. not ab. de exceſſ. Prælat.* Bald. *in d. l. 2. num.* 4. *C. de Episc. & Cleric.* † Extende; quia omnes de familia dicuntur, siue sint temporales, siue perpetui seruientes, siue salariati, siue non, sine quibus Episcopus nõ posset com-
80 mode officium suum exercere. Felin. post Abb. & alios. *d. c. 2. de for. compet.* vbi idem dicunt de vxore Clerici, de concubina, & alijs. † Amplia, quod imo etiam familiares Clericorum non perpetui sint de foro Ecclesiæ tantum, & non possit secularis eos iu-
85 dicare; quia sequuntur personam Clerici, communem * dicit Calcan. *d. cõs. 71. in princip.* & quod sunt iudices ipso iure excõmunicati, si non seruant priuilegium; & dicit non esse speciale in Clericis, quia etiam in scholaribus est decisum, & plenius supra *n.* 12.
90 & plene tuetur hanc partem Maria. Socin. in *cap. si quis Clericus. n.* 22. *vers. & declaratione, de for. compet.* † Contrarium, quod imo familiares aliorum Clericorum non gaudent priuilegio fori ecclesiastici, secundum * communem, de qua Capic. *decis.* 12.
95 *num.* 2. *in fin.* & sequitur Iul. Clar. *d. §. fin. quæſt.* 35. *num.* 18. vbi allegat Calcan. *d. cons.* 71. *nu.* 3. attestantem de * communi in contrarium, inter Montesperel. cuius est *Cons. Calcan.* 72. dicat in familiare Epi-
100 scopi esse indubitatum. † Declarat Felin. *d. cap. 2. nu. 2. de for. comp.* quod in familia Episcopi est indubitatum, in familia Clericorum ita dicunt, quando sunt necessarii seruientes, & sine quibus priuilegium commode locum non haberet, allegat tex. in *cap. pen. §.*
105 *cum autem dicitur, de priuil. in* 6. & idẽ in scholaribus allegat; quia sine seruitio esse non possunt, dare exemplum de priuilegio concesso hospitali, quod includit seruientes, sine quibus hospitari nõ possent, quo vero ad rusticos dicit non gaudere fori priuilegio, sed nõ
110 posse sic grauari, vt in odium Clericorum redundet. † Amplia, videm dicatur de dominio vtili vasallorum & emphyteutarum Ecclesiæ, quod dicitur de directo domino Ecclesiæ, vt Imperator non possit aliquid disponere contra; quia sunt extra iurisdictionem temporalem. Sign. *cons.* 218. *num.* 12. † Limita, vt in Conclusione proxima seq. Vide multas alias ampliationes per Marianum Socin. in *d. cap. si quis Clericus.* vbi ponit 20. ampliationes, & limitationes 32. quas videas; quia omnia plene examinat, & complectitur. 34

Ecclesiasticæ personæ quæ non sint, neque gaudeant priuilegio fori, & Clericatus. Concl. 28.

FRATRES † de pœnitentia, qui dicuntur tertii ordinis, non 1
sunt personæ ecclesiasticę, nec gaudent priuilegio fori, neque Clericatus, licet appellentur fratres continentes; quia non sunt approbati à Sede Apost. nec tria vota religionis emittunt, ideo seculares reputantur. Calder. *cons.* 121. *per totum.* alias 7. *de iudic. & for. comp.* Card. Zabar. *cons.* 13. *In ciuitate Vrbinaten. in fin.* Feder. de Sen. *cons.* 156. *Cum aliqui boni viri. in princ.* & multi alii, quos pro vtraque parte citat Maria. Socin. in *cap. si quis Clericus. nu.* 12. *ver. nona declaratio, de for. comp.* † Contrariũ, quod imo sint approbati à Sede A- 2
postolica, & sint quoad multa ecclesiasticæ personę, tenẽt plurimi, quos citat idem Socin. *d. cap. si quis Clericus. nu.* 12. *de foro compet.* Vide, *Beghinæ, & fratres tertij ordinis. Concluſ.* 32. Vide, *Fratres tertij or-* 3
dinis an sint ecclesiastici, vel non. Concluſ. 468. † Declarat Socin. *d. cap. si quis Clericus. n.* 12. *cir. fin. de for. compet.* quia si per fraudem, non gaudent priuilegio; secus; si sunt perpetuo Deo dicati. † Amplia; 4
quia Confraternitates secularium & laicorum, etiã si in eis interueniant Clerici, non sunt Ecclesiasticæ, neque subsunt Episcopo, neque possunt visitari, neq; quarta debetur Episcopo de legatis relictis huiusmodi Confraternitatibus, Zabar. *d. cons.* 13. *in ciuitate Vrbinaten. per tot.* vbi loquitur de Cõfraternitate S. Mariæ de Misericordia, concor. Bald. *cons.* 134. *Factum, super quo lib.* 2. Corne. *cons.* 18. *n.* 5. *lib.* 4. vbi late. Feder. de Sen. *d. cons.* 150. & idẽ dicit Castren. de scholis Venetorum; quia licet sint loca pia; quia capiunt legata, vt laicis distribuant, sunt sub iudicibus laicis, quando maxime non sunt fundata authoritate Episcopi. Castr. *cons.* 301. *n.* 3. *per tot. lib.* 2. Vide, *Confraternitates laicorũ an sint Ecclesiasticæ personæ. Concluſ.* 5
728. † Extende; quia tales Confraternitates possunt disponere de bonis eorum, neq; requiritur solemnitas in alienatione, quæ requiritur in bonis ecclesię alienandis. Angel. *cons.* 384. *Paximus q.,* *per totum.* Vide, *Pia causa quæ dicatur. Concluſ.* 332. † Extende; quia 6
non sunt pia loca, nisi authoritate Episcopi dicata; & ideo nõ habent priuilegium pii loci. Ang. Aret. *cons.* 25. *Locando. num.* 7. *& seq. ver. ex ijs.* † Et quod non habeant restitutionem in integrum, nisi 7
authoritate Episcopi sunt constitutæ. Bald. in. *auth. hoc ius porrectũ. & in l. si quis ad declinandam. C. de sacrosanct. Eccles.* † Contrarium in 8
hoc vltimo, quoad restitutionem in integrũ, tenet Angel. Aret. *d. cons.* 25 *n.* 9. & 10. quia omnes, qui ab alio gubernantur, habent restitutionem in integrum. † Limita; quia rectores & Guberna- 9
tores istarum congregationum & locorum piorum sunt de foro Ecclesiæ cũ distinctione, de qua Marian. Socin. in *d. cap. si quis Clericus. num.* 19. *in* 16. *declarat. de foro compet.* quem videas. † Limita; 10
quia istę Confraternitates secularium laicorum, quæ ad vsus pios & loca pia congregantur, dicuntur ad piam causam; & ideo sunt approbatæ, & valet legatum eis factum tanquam loco pio. Castr. *cons.* 5 *Dicendum est. lib.* 2. *in princ. & cons.* 12. *in fin. verſ. illud autẽ certum. cod. lib.* vbi, quod sunt ad pium vsum, & licitę, & capaces. Abb. *cons.* 11
32. *Circa duo colum.* 2. *lib.* 2. *ver subſtitutio vero.* † Extende; quia legatum factum confraternitati secularium, vel institutio, censetur factum Hospitali Ecclesiastico, in quo confraternitas congregatur, quando ipsa Confraternitas consueuit omnia distribuere ad fauorem Hospitalis, in qua congregatur: quia cõfraternitas censetur exequutrix, & administratrix Hospitalis. Castrens. *d. cons.* 5. *in princ. lib.* 2. vbi è contra allegat similia, quod tutor, vel administrator, si vt talis grauatur, censetur grauatus pupillus. † Contrarium, 12
quod possit dici potius institutа Confraternitas, videlicet singulares personæ; quia non sunt illorum personæ annexæ loco pio, prout sũt Canonici, & alii titulati; quia bene, si eis legatur, vel instituantur, censetur legatũ Ecclesiæ, & institutа ecclesia, ita Bald. in *d. l. si quis ad declinandã. C. de Episc. & Cler.* quẽ citat Castrens. *dicto cons.* 5. *in fin.* vbi dicit præcedentem veriorem. *lib.* 2. † Extende; 13
quia si sunt ad vsum pium Ecclesiæ, vel altaris, non valet statutũ, quod eis legari non possit, prout quod loco pio, vel Hospitali legari non possit, sed tale statutum esset contra ecclesiasticã libertatem, Castr. plene *d. cons.* 5 *n.* 2. *& per tot. lib.* 2. vbi secus in casu cõtrario. † Item Trebellianica non deducitur ex legato facto tali 14
Congregationi ad vsum pium. Castr. *cons.* 12. *in fin. lib.* 2. † Declara 15
tamen; quia Episcopus potest visitare omnia collegia, & omnes Confraternitates laicorum, quas scholas vocant, vel quocun-

que nomine nuncupentur, loca montium, etiam si per meros laicos gubernentur: non tamen si sub Regum immediata protectione sunt, & quæcunq; loca pia, etiam exempta, vt in Concil. Trid. *sess. 22. c. 8. & seq. de reform.*

Economus à quo constituatur, & quid possit. Conclus. 29.

1 OECONOMVS † non potest constitui in Ecclesia à Vicario, etiam de consensu partium; quia iste non est actus contentiosæ iurisdictionis. Lap. *alleg. 82. n. 4. vers. item vicarius.* † Amplia; etiam si Episcopus dedisset hãc facultatem; quia intelligitur de œconomo ad custodiam Ecclesiæ vacantis, quando simpliciter fuit data facultas. Lap. *d. alleg. 82. n. 4. in fin.* † Oeconomus deputatus ad custodiam huiusmodi in Ecclesia vacante non dicitur habere possessionem bonorum Ecclesiæ, sed custodiam; ideo non potest agere; quia vacante sede non potest agi, vel litigari. Lap. *d. alleg 82. n. 5 ver. item œconomus.* † Et non potest administrare spiritualia, nec gubernare Ecclesiam, nec in possessionem Ecclesiæ se intromittere. Lap. *d. alleg. 82. n. 6. ver. item œconomus.* † Nec potest constituere procuratorem ante litem contestatam. Lap. *d. alleg. 82. n. 6. ver. item non potuit.* sed si non potest agere, non video, quomodo post litem contestatam possit dare procuratorem, nisi forte esset reus, & se defenderet. 6 † Amplia, quod nec recipere possessionem præsente domino, nisi prout colonus. Lap. *d. alleg. 82. in fin.* vbi, quod non possidet, sed detinet nomine domini, prout colonus.

Edes quid contineant, & ædium appellatione quid veniat. Concl. 30.

1 ÆDIVM † appellatione continentur vrbana ædificia. *l. fundi. ff. de verb. sign.* & omne ædificium. Bart. *in l. 1. §. deinde. ff. de cloacis.* † Amplia; quia ædium appellatione veniunt etiam horti coniuncti ipsis ædibus: non tamen ex propria significatione ædium, sed ex quadam accessione extrinseca. Bald. *cons. 378. in fin. lib. 1.* † Amplia; quia ædium appellatio aliquando sumitur pro libertate à molestiis. Vide, *Libertas ades quis habet quoad vnum, non quoad alium. Concl. 324.* † Limita; quia ædium appellatione non continetur fundus. Bald *d. cons. 378. Et sequitur aliquid, in fin. lib. 1.*

Edicta publica quæ possint facere officiales. Concluſ. 31.

1 OFFICIALIS † potest facere edictum publicũ, quod quicunque sciat res furatas talis personæ, & furem, debeat revelare: sicut & iudex ecclesiasticus potest excommunicare, Iul. Clar. *in §. fin. in prax. crim. q. 27 num. 3.* vbi declarat. Vide, *Banimenta de quibus possit facere officialis. Concluſ. 3.* Vide, *Barones, & Comites quid possint. Concluſ. 28.* † Declara; quia edictum debet ex causa fieri, alias autem factum sine causa non valet, neque contra ius datur tempore. Roman. *consil. 151. Præfati consultoris, in fin. ver. quoad secundum.*

Edificatum non demolitur de facili. Concl. 32.

1 ÆDIFICIA † Vrbis non sunt de facili destruẽda, ne Vrbs ruinis deformetur. *l. si. ff. ne quid in flum. publ.* † Amplia; quia idem est in casu, in quo statutum prohibet occupari viam consortiuam, seu vicinalem, & mandat debere dissombrari, non attenta quacunque præscriptione; quia non habet locum statutum, quando lapsa sunt tempora longissimæ præscriptionis, & ageretur de demoliendo ædificato in Ciuitate, qua demolitio non ita de facili est facienda. Bald *cons. 44. Contra quendam. ver. in contrarium. lib. 5* † Amplia; quia regula est, quod legitime ædificatum non debet demoliri; quia qui permittitur ædificare, censetur permissus ad perpetuum, nisi concessio sit temporalis, & in dubio præsumitur ad perpetuum. Ang. *cons. 1. Porrecta fuit. n. 6. & seq. ver. præterea, vsq; in fin.* † Amplia; quia ædificãs in alieno sciente, & non prohibente domino, non potest compelli ad demolitionem. Ang. *d. cons. 1. in princ.* vbi, quod quando ædificatum non est vi, nec clam, non fit demolitio. † Limita; quia si quis ædificauit etiam in suo, quando debet locus ædificatus seruituti alteri eundi, & seruitus impeditur, debet fieri demolitio. *l. si eo loco ff. si serv. vend.* † Extende; quia is, qui ædificauit spreta nunciatione, tenetur demoliri omne ædificatum. Castr. *consil. 412. Visis punctis.* † Extende etiam, quando iudex sine causæ cognitione dedit licentiam ædificandi; quia si sciuit ædificans licentiam nullã, tenetur ad demolitionem; secus si ignorauit, & debet probari scientia; quia à dolo, & pœna error iuris excusat. 8 Castr. *d. cons. 412. n. 3. & per tot. lib. 2.* † Limita, quando quis ædificauit in alieno, inscio domino, vel domino sciente, & prohibẽte; quia compellitur demoliri ædificatum. Bald. *cons. 478. Super hoc puncto. lib. 2.* Vide, *Ædificare in alieno quilibet prohibetur. Concl. 38.* vbi, quod eo casu fit demolitio, & quando non.

Edificium quando cedat solo, vel non. Concl. 33.

VENDENS † campum, seu agrum cum omnibus iuribus, quæ dicta res vendita habet supra se, vel intra se, comprehendit domum, & ædificium super re vendita existens. Bald. *consil. 233. Renunciatio non valuit, in fin. lib. 4.* † Amplia; quia regulariter ædificatum, & melioratum cedit solo. Vide, *Melioramenta, & ædificia cedunt solo, & quando secus. Concluſ. 175.* † Extende, siue fiat ædificium in solo ædificantis, siue in alieno. *l. cum in suo. cum l. seq. ff. de rer. diuis' l. adeo. §. ex diuerso. ff. de acq. rer. dom.* † Extende, etiam si ædificans in suo, puta territorio vnius suę Ciuitatis applicaret illud ædificium ad vsum castri separati; quia cessante vsu illo ædificium cedit solo ad beneficium Ciuitatis. Abb. *cons. 62. In controuersia. col. 7. in princ. vers. venio ad quartum. lib. 2.* vbi, quod de facili res reuertitur ad suam naturam. † Contrarium tenet idem Abb. *d. cons. 62. col. 7. in fin. sub n. 14. ver. ex secundo.* lib. 2. vbi, quod censetur ex destinatione ædificii ad vsum castri donasse castro, nedum ædificium factum in territorio Ciuitatis suæ, sed etiam censetur donasse solum, & illud territorium soli; quia hoc casu solum cedit ædificio, prout si ædificatur Ecclesia. Vide Concl. prox. seq. Vide, *Emphyteusis quando comprehendat, vel non adificatum super emphyteusi. Concluſ. 150.* † Limita in ædificio Ecclesiæ; quia solum cedit ædificato, & sic Ecclesiæ. Vide, *Ecclesia si ædificetur. Concluſ. 22.*

Edificium in solo alieno cedit solo, & quando secus. Concluſ. 34.

SI † quis ædificet, plantet, vel seminet in solo alieno, ædificatum, plantatum, & seminatum, si egit radices, cedit solo, & in ædificiis loco radicum sunt fundamenta. Bald. *cons. 309. Proponitur, quod Hospitale. n. 4. ver. item certum est. lib. 3.* Abb. *consil. 6 In quæstione. col. 4. ver. venio ad quartum. lib. 2.* † Ratio est; quia quod per se stare nõ põt, cedit solo, sine quo stare non debet. Bald. *cons. 124. Quidam emit, in princ. lib. 5.* Vide, *Ædificium quando cedat solo, vel non. Concluſ. prox præced.* † Amplia, vt procedat etiam in ædificante 3 super ædificio alieno; quia ædificium cedit ædificio primo, super quo est ædificatum. Bald. *d. cons. 309. n. 4. in fin. lib. 3.* † Extende; quia pars superior cedit parti inferiori, super qua ædificatur. Bald. *d. cons. 124. lib. 5. in princ.* † Extende, vt procedat etiam si Ecclesia ædificetur in solo alterius Ecclesiæ; quia adhuc procedit regula. Bald. *d. cons. 309. n. 4. lib. 3.* vbi loquitur in Hospitali, quod ædificatum in solo Monasterii. † Extende, etiam si communitas ædificet in solo domini, vel Ecclesiæ, & fabricet hospitia, & hostrias; quia ædificatum cedit solo, & pensiones spectant ad dominum, licet communitas repetat expensas, si bona fide fecit. Abb *d. cons. 6. col. 4. in 4. dub. lib. 2.* † Amplia; quia vendicãs ædificatum non habet necesse probare se ædificari fecisse, sed sufficit, quod doceat se esse dominum soli, in quo est ædificium. Vide Masc. *Concl. 589. Ædificium.* † Amplia; quia si quis ædificet in 8 re emphyteutica Ecclesię, vel alterius, ædificium est pariter emphyteuticum. Bald. *cons 234. Diuisio à principio. lib. 4. in fin.* Anton. de But. *cons. 23. n. 6. vers. nec obstat.* Gab. *cons. 168. in 6. quæst. n. 88. & seq.* vbi latissime, & Ias. *in l. fin. n. 44. ver. quarto quaro. C. de iur. emph.* † Extende, maxime in bonis Ecclesiæ: quia si pro solo solueretur 9 vnum nummum, & in eo ædificatur palatium, totum sub illo nummo erit emphyteuticum. quod videtur mirabile, vt dicit Anton. de But. *d. cons. 23. in fin.* † Limita in Ecclesia ædificata; quia 10 solũ cedit ædificio. Cald. *cons. 421* alias *5. de relig. domib.* quod maxime verum dicit, si in ea est Missa celebrata. Vide, *Ecclesia si adificatur, cui acquiratur, & à quo possit vindicari. Concluſ. 22.* † Limita, 11 quando ædificans habet bonam fidem, & est in possessione, & expensa est vtilis domino; quia habet exceptionem doli, nisi sibi reddatur; secus si non est vtilis domino. Bald. *consil. 366. Præmitto ad euidentiam. num. 3. ver. secundo præmitto. lib. 5.* † Limita, quando factum esset pactum in contrarium; quia potest emphyteuta habere proprium ædificium in fundo emphyteutico ex pacto Bald. *consil. 134. per tot. lib. 5.* † Declara tamen; quia hoc casu licet ædificium non deuoluatur; tamen sequuta deuolutione soli tenetur vel asportare ædificium, vel vendere pro valore cæmentorum asportandorum. Bald. *dict. consil. 134. in fin. lib. 5.* † Extende; quia ex pacto quis potest habere partem

tem turris superiorem liberam; alter vero inferiorem, ita vt superior non cedat inferiori. Bald. *d. cons.* 134. *ante med. lib.* 5. † Extende in arbore, quam possum habere liberam in fundo alieno, & fructus colligere; quia non cedit solo, si pactum est cõtratium. Bald. *d. cons.* 134. *ante med. lib.* 5. † Extende; quia quis potest in solo alieno habere ex pacto lapidicinas, & auri fodinas liberas, quæ non cedunt solo. Bald. *d. cons.* 134. *ante med. lib.* 5. † Limita, quando ex pecunia alterius ædificatum fuisset; quia non cedit solo, nisi restituta pecunia, ne locupletetur cum aliena iactura. Tiraq. *de priuil. pia causa priuil.* 121. † Maxime, quando ædificans habet dominium vtile loci, in quo est ædificatum. Ruin. *cons.* 14. *n.* 3. & 4. & *cons.* 24. *num.* 10. & *cons.* 132. *num.* 4. *lib.* 1. Burs. *cons.* 85. *num.* 32. *cum seq. lib.* 1. & ita seruari de consuetudine, Menoch. *de recup. poss. remed.* 15. *num.* 165. *vers. quare ipse.* † Limita; quia Princeps ædificans in solo, & territorio ciuitatis suæ, & destinans illud ædificium ad vsum castri separati, censetur non solum donare castro illud ædificium, sed etiam solum, & territorium, in quo est ædificium; ideo hoc casu solum cedit ædificio, prout quando Ecclesia ædificatur in solo alieno, vel proprio. Abb. *cons.* 62. *In controuersia. col.* 7. *in fi. n.* 14. *ver. ex secundo. lib.* 2. & plenius *col.* 8. *n.* 15. *in princ. ver. nunc restat respondere.* vbi comprobat, & contrarium dicit procedere, quando solum conceditur; quia etiam venit superædificatum. Vide plene per Socin. *reg.* 2. *Ædificium regulariter solo, seu domino cedit,* vbi limitat septem modis.

Edificare in solo suo quæ liceat. Concl. 35.

1 QVILIBET † potest in solo suo ædificare, si modo moueantur ædificantes principaliter, vt sibi prosint; quia licet vicino noceant secundario, non consideratur; quia in re sua quilibet est moderator, & arbiter: ideo possum in fundo meo fodere, etiam si fontem vicini deseccarem; quia non teneor desistere. *l.* 1 §. *denique ff. de aqu. plu. arc.* Angel. Aret. *cons.* 94. *In casu contingente. in princ.* 2 maxime, quando luminibus vicini non officitur. † Extende; quia potest quis in suo solo solariari, deambulare, cœnare, & omnia facere. Aretin. *d. consil.* 94. *in princip. num.* 2. † Extende; quia potest molendinum fullonum, & alia ædificia stre pitosa fabricare. Ang. 4 Aretin. *d. cons.* 94. *in princ. num.* 2. *vers. nec videtur posse conqueri.* † Declara, seu restringe; quia prædicta non procedunt quando venditio esset facta limitate; quia tunc censetur imposita seruitus, ne possit excedere modum limitatum. Angel. Aretin. *d. cõs.* 94. *n.* 28. 5 *vers. nec obstant allegata.* † Declara alio modo; quia dominus bene potest in suo ædificare, quicquid velit, etiam si offendat in cõsequentiam rem nõ animatam vicini; secus si offenderet animatũ animarationabili, aut homines, & personas liberas, ita plene Angel. Aretin. *d. cons.* 94. *nu.* 28. & *seq. vers. vel secundo, vsque in finem,* ma- 6 xime *num.* 35. *vers. ex quo patet responsio.* † Extende; quia possum in meo nedum ædificare vsq; ad cœlum, sed etiam fodere deorsum in centro terræ, quantum mihi placet, etiam venas, & fontem vicini exsiccando, quando principaliter facio, vt mihi prosim. Ang. Aretin. *d. cons.* 94. *in princ.* Alexand. *cons.* 174. *Opportune. num.* 4. *vers.* 7 *tertio probatur. lib.* 2. † Declara, dummodo non faciam ex dolo, & vt noceam principaliter vicino, vel ad æmulationem. Alexand. *d.* 8 *cons.* 174. *num.* 4. *lib.* 2. Vide, *Aemulatio quando mala, & quæ prohibita ad æmulationem. Concl.* 332. Vide Concl. proximam sequent. *n.* 9. & 9 *seq.* † Extende pariter in eo, qui super eodem flumine communi vult ædificare molendinum; quia si ad sui vtilitatẽ principaliter potest, si ad nocendũ, non potest. Alex *d. cons.* 174. *n.* 6. & *seq. lib.* 2. 10 † Æmulatio, dolus, & intentio nocendi nõ præsumitur, sed bene probatur coniecturis, veluti si faciens se iactauit velle facere ad nocendum, & vtilitatem non capit, & alia similia; ideo statur in hoc peritis, vel probationi. Alex. *d. cons.* 174. *n.* 5. *ver. quæri circa hoc,* 11 & *in fin. lib.* 2. Vide plenius Concl. prox. seq.

Edificare in suo cuilibet licet, & quando secus. Concl. 36.

1 QVILIBET † potest fabricare in suo, & altius tollere vsq; ad cœlum. Bero. *cons.* 135. *In causa monialium. lib.* 3. *n.* 4. latius *cons.* 2 134. *ad. lib. num.* 15. & *seq. l. altius. C. de seruit & aqu.* † Declara, dummodo seruitutem alteri non debeat, & aliquid in alieno non immittat, & principaliter nõ faciat, vt vicino noceat, sed vt sibi prosit. *l. hoc corpus. §. competit. l. sicuti. §. Aristo.* & ibi glos. *ff. si seru. vendic. l.* 3 *Proculus. & l. fluminum. ff. de dam. infect. l.* 1. §. *de eo opere. ff. de aq plu. arc. l. altius. C. de seruitut. & aqua.* † Extende, etiam si luminibus vicini officiat, vel ea obscuret. Bero. *d. consil.* 134. *num.* 16. *lib.* 3. Alexan. 4 *in fi. cons.* 174. *Opportune considerati, in princip. lib.* 2. † Et in dubio res præsumitur libera, nisi de contrario constet. Alexand. *d. cons.* 174.

in pr. lib. 2. † Extende; quia licet vicinus steterit per longa tempora in possessione, vel quasi libertatis prospectus, & luminũ; quia 5 vicinus nunquam ædificauit: tamen non præscripsit aliquam libertatem contra vicinum ædificare volentem. Alex. *d. cons.* 174. *n.* 2. *in fi. & n.* 3. *ver. nec habet obstare. lib.* 2. † Declara; quæ ad hoc, vt quis 6 præscribat contra vicinum, ne possit in fundo suo ædificare, vel altius tollere ædificium, necesse est, quod voluerit altius tollere, & fuerit impeditus; quia tunc à die prohibitionis incipit prohibens esse in possessione, vel quasi: & tunc talis prohibens, si est in bona fide, præscribit per decenniũ. Alex. *d. cons.* 174. *n.* 3. *lib.* 2. † Et 7 propterea is, qui habet palatium prope hortum vicini, qui habet fenestras, & prospectum horti, etiam per mille annos non dicitur præscripsisse, quin habens hortum dimisso spatio congruo possit ædificare, etiam si luminibus vicini officiat. Alex. *d. cons.* 174. *nu.* 3. *ver. & ideo in proposito. lib.* 2. † Extende; quia in muro suo potest quis 8 facere fenestram, etiam si nunquam fuerit murus perforatus, etiam si perspiciat vicinos, dummodo non ad æmulationem. Bero. *d. cons.* 135. *in prin. lib.* 3. † Restringe; quia non procedunt prædicta, 9 quando ædificans in suo faceret, vt noceret vicino, nõ autem, vt prodesset sibi principaliter: & ideo si quis ædificaret domum altam, vt secreta monialium, vel monachorum, aut vxorem, vel filiam vicini videre posset, non admittitur. Alex. *d. cons.* 174. *Opportune. n.* 3. *& seq. ver. sed præmissis. lib.* 2. † Restringe, quando faceret ad 10 æmulationem; quia non posset. Alex. *d. cons.* 174. *n.* 4. vbi apost. in *ver. æmulationem. lib.* 2. Vide Socin. *reg.* 26. *Domum suam vsque ad cælum eleuare quilibet potest.* vbi ponit regulam, & limitat quatuor modis. † Amplia; quia potest etiam quis ædificare sibi domum 11 altam, & castrum. Vide, *Castra ædificare quibus liceat, & quando. Concl.* 121. † Amplia; quia non potest is, qui cœpit construere mo- 12 lendinum, impediri in suo opere cœpto ab eo, qui prius incepit facere aliud molendinum, quando aqua est sufficiens pro vtroq; molendino: secus si aqua non sufficeret; quia locus est præoccupationi. Vide, *Molendinum nouum quando liceat, & in quo loco fabricare. vel non. Concl.* 304. † Amplia; quia consuetudo facit de illicito licitum; ideo licet in confinio quis non possit castrum ædificare 13 sine licentia Principis, neq; in loco publico ædificare; tamen fallit, si extat consuetudo, Boer. *decis.* 320. *num.* 16. & 17. maxime *in fin.* vbi de hac consuetudine. † Limita; quia non est licitum vltra 14 modum vsitatum extollere, & fenestras, & alia ad prospectum, maxime monialium, facere, pulchre Bero. *d. cons.* 135. *per tot. lib.* 3. Ias. *in l. ex facto. n.* 8. *ff. de iust. & iur.* † Limita; quia ad æmulationem 15 non licet ædificare in suo, vt noceat vicino, & sibi non prosit. Ias. *in d. l. ex facto. ff. de iust. & iur.* plenius *in l. quominus. ff. de flumin. n.* 22. & *seq.* vbi extendit, siue æmulatio sit contra Principem, siue contra priuatum, & reprobat Angel. contrarium tenentem. † Declara; 16 quia sunt certi casus, in quibus licitum est, etiam contra priuatum ad æmulationem fabricare, veluti, si quis construat molendinum in casu permisso ea intentione, vt vicino noceat, ita, quod si non noceret, non faceret; quia potius ait ēditur effectus, quam intentio; quia etiam est vtile, & in casu permisso. Ias. *d. l. quominus, num.* 34. *ff. de flumin.* vbi alios citat. † Declara; quia etiam ad æmu- 17 lationem publicam licitum est fabricare fortalitium in confinio etiam in flumine publico, & nauigabili pro defensione sui status; & ideo Rex Franciæ ædificat fortalitia in confinio Regis Angliæ pro sua tuitione & defensione. Boer. *cons.* 24. *num.* 19. & *seq.* & plenius *d. decis.* 320 *per tot.* Vide, *Aemulatio quando mala, & quæ prohibita ad æmulationem. Concl.* 232. † Limita nouem, & pluribus modis 18 per Cæpol. *de seru. vrb. tit. de area.* vbi late ponit regulam cum multis limitationibus. † Limita; quia dominus, qui debet alteri seruitutem eandem, non potest fabricare in loco, qui debet seruitu- 19 tem, licet suus sit, si offendat seruitutem debitam. Vide supra in principio, *verfic. declara.* † Secus si non offendat. *l. si supra iter. ff. de* 20 *aqua plu. arcend. l. qui sella. §. qui viam. ff. de seruit. rustic. præd.* † Extende; quia si ædificauit in præiudicium habentis seruitutem, instante eo, cui debetur seruitus, debet fieri demolitio ædificati. *l. si eo loco. ff. si ser. ven. l. fi. §. fi. ff. de seru. vrb. præd.* † Limita; quia non potest ha- 22 bens murum contiguum prato communi vicinorum facere ostium in suo muro, quod respondeat in prato, licet murus sit proprius, & si illud fecit, tenetur murare, & claudere. Vide Conclus. prox. præced. Vide, *Facere quæ liceat vnicuique in suo, vel non. Concl.* 5. Vide, *Rei suæ quilibet est moderator, & arbiter. Concl.* 112.

Edificare in muro communi quis possit, & quando. Conclus. 37.

1 ÆDIFICARE † potest habens murum communem pro indiuiso, absque damno muri communis. Bald. *cons.* 233. *Si*

per instrumenta, in prin. lib. 1. si constat, quod murus sit communis.
2 † Extende in tantum, vt nec volente socio sit demoliendum ædificium factum in re communi, ex quo alter socius tacuit. Bald. *cons. 478. Super hoc puncto. lib. 2.* Ang. *cons. 1. Porrecta fuit, in princ.* vbi,
3 quia paria sunt in hoc consensus tacitus, & expressus. † Extende, vt procedat, siue constet de communione per instrumenta, seu testes, siue per consuetudinem, vel possessionem præscriptã.
4 Bald. *d. cons. 233. vers. si vero non apparent. lib. 1.* † Restringe, quando esset ædificatum super alieno, & induceretur impedimentum vsus ex ædificato ipsi domino; quia debet fieri demolitio, non
5 obstante scientia. Bald. *d. cons. 478. lib. 2.* † Amplia; quia tria sunt, per quæ permittitur ædificare in muro communi, pactum, patientia, & rei natura, de quibus per Bald. *cons. 348. Ad euidentiam præmittendum, in prin. lib. 2.* vbi exemplificat, & dicit de natura rei,
6 prout custodia Turris, vel Arcis communis. † Declara; quia de natura rei intelligitur multis modis. Primo modo, si murus est aptus; quia si murus esset debilis, vel subtilis, non aptus ad onus ferendum, non potest ædificari super eo. Boer. *cons. 5. Pro solutio-*
7 *ne. n. 21.* Bero. *cons. 132. n. 9. lib. 3.* † Secundo intellige, dummodo non sit murus destinatus ad alium vsum; quia ad alium nõ potest destinari, prout in muro diuidente hortos, vel Curias. Cæpoll. *in tract. de seruit. Vrban. cap. 40. tit. de pariete, seu muro in fin.* vbi, quod super tali muro non potest ædificari; quia nõ est destinatus ad hoc, late Boer. *d. cons. 5. in fin vers. sed quando duo vicini.* & idẽ Cæpoll. *tit. de fenestra. n. 5.* Castr. *cons. 324. Incipiendo. col. 2. vers. nec super dicto pariete. lib. 2.* vbi, quod murus longo tempore ad vnum
8 vsum destinatus non potest ad alium vsum destinari. † Extende, quando murus etiam inter domos solum pro diuisione est destinatus. Burs. *cons. 57. n. 7.* & latius *cons. 58. per tot.* maxime *n. 11. vsq; in fin* vbi, quod attenditur qualitas principalis muri, ad quã est destinatus, puta ad diuisionem, non potest alterari; loquitur
9 tamen, quando est etiam murus non habilis. † Vide ad præmissa Ias. *cons. 98. vol. 1.* Rimin. *cons. 71. lib. 1.* qui videntur fundare extensionem, quando erat imposita seruitus, licet respõdeat Burs. *d. cons. 58.* Quod idem fit etiam, quando ex destinatione non es-
10 set murus aptus. † Extende idem, quando murus est destinatus ad sustinendũ tectum vnius; quia non potest alius velle ædificare super eo inuito socio. Castr. *consil. 334. col. 2. ver. nec super dicto pariete. lib. 2.* vbi, quod multo minus, quando non apparet com-
11 munis, sed seruit pro vna parte. † Declara tamen; quia quando murus est propius, & vellet vicinus murum contiguum facere, intelligitur concurrentibus multis. Primum est; quia si vicinus habet libertatem aeris penes murũ, puta per decem pedes, debet dimitti secundum *l. Meniana. C. de ædif. priu.* quæ loquitur in vrbanis: si vero non habet seruitutẽ aeris, sed diuidit domos; tunc potest ædificare tribus concurrentibus, videlicet, quod nõ noceat ædificatio, quod murus nouus per se stet, & quod non impediat refectionem muri antiqui proprii, & vno deficiente non potest ædificare. Castr. *d. cons. 334. in fin. ver. quantum ad aliud.*
12 *lib. 2.* † Amplia; quia vterq; socius in muro communi potest immittere, licet altero inuito alter non possit ædificare. Bald. *cons.*
13 14 *348. in princ. ver. sed præmittendum. lib. 2.* † Amplia; quia cuilibet licitum est ædificare in suo iuxta rem communem, dũmodo non
15 noceat rei communi. Bald. *d. cons. 348. n. 3. vers. vltimo præmitto. lib.* 2. † Declara, vt per Cæpoll. *de seruit. vrban. tit. de camino. n. 9.* vbi la-
16 te. † Extende; quia cui permittitur ædificare, permittitur etiam pilastros ad fortificationem ædificii facere. Bald. *d. cons. 348. n. 4. ver. quarto præmittendum est. lib. 2.* † Amplia; quia in muro communi licitum est inuito socio facere ea, quæ sunt reparationis. Bero.
17 *cons. 131. Cum super quodam. n. 8. lib. 3.* † Extende; quia potest quis in muro communi ædificare altius extollendo tectum, & murũ destinatum ad hoc, etiam si luminibus officiatur etiam claudẽdo fenestras vicini in muro cõmuni, quando non constat, quod iure seruitutis. Ias. *cons. 98. lib. 1.* Vide consilium manuscriptum in causa D. Bombelli, quod consilium manuscriptũ allegat vidisse Laur. de Pin. qui hoc tenet: *cons. 164. Verum claudendo.* & respondet statuto Bononiæ. Vide Cæpoll. *de seruit. tit. de fenestra. v.*
18 bi declarat idem tenet Burs. *cons. 111. lib. 1.* alleg. Parif. *cons. 63. vol. 1.* Rim. *cons. 401. n. 7. lib. 3.* Castr. *cons. 49. cum apostilla. lib 3.* vbi ampliat, etiamsi aliunde lumen non haberet. Bero. *cons. 134. n. 15. & seq. vsq; in fin. lib. 3.* † Imo potest quilibet ædificare iuxta vicinum, vel murum alienum, aut communem etiam obscurando lumina, dummodo spatium dimittat duorum pedum, vel vnius, late
19 Alex. *cons. 318. Opportune consideratis*, quod est *176. lib. 2.* nisi fieret ad æmulationem, vbi ponit multa exempla, & sequitur Ias. *d. cons. 98. lib. 1.* Bero. *d. cons. 134. n. 15. vers. secundum nunc. lib. 3.* † Declara; quia etiam non dimisso spatio, quandoq; vicinus nouum murum ædificat, licet lumina vicini impediat. Vide Cæpoll. *in tract. de seruit. vrba. præd. tit. de camino. n. 9.* † Declara; quia si aliun- 20
de vicinus lumen habere non potest; tũc si communio est causata post fenestram, non posset claudi: secus si aliunde lumẽ potest habere, sic videtur concludere Bero. *cons. 333. in princ. & 132. n. 7. & seq. lib. 3.* & est bona ratio ad hoc, quæ colligitur ex text. in *l. fin. §. fin. C. de seruit.* quia si aliunde non potest haberi, videtur seruitus constituta. † Extende; quia etiam potest demoliri, vt 21
iterum reædificetur. † Extende in dubio; quia cum cautione fit 22
eleuatio. Bero. *d. cons. 132. n. 8. lib. 3.* † Restringe; quando consta- 23
ret, quod iure seruitutis fenestræ essent factæ, sic innuunt, & dicunt prædicti * omnes, maxime Ias. Laur. de Pin. & Burs. Am- *
plia; † quia regulariter licitũ est in re communi ædificare, quan- 24
do vicino, & socio non nocetur, vel sine vitio nocetur. Cæpoll. *cons. ciuil. 35. n. 10.* † Amplia; quia imo si murus communis indi- 25
get refectione, & socius vult eum reficere iure communionis, potest etiam inuito socio illum reficere. *l. in parietis. l. nam sinõ fuit idoneus*, vbi Bart. & *in l. inter quos ff. de dam. infect.* Bald. Ang. & Cast. *l. parietem. ff. de seruit. vrban. præd.* per text. *in l. cum duob. §. idem r. spondit, & §. item nulla. ff. pro socio.* † Extende; quia tenetur alius socius, 26
& compellitur concurrere ad expensas pro rata sua. Castr. *in d. l. parietem. ff. de seru. vrb. præd.* Imol. *in d. l. in parietis, in princ ff. de damn. infect.* & præsertim, quando socius vult reficere, vt deseruiat ad vsum destinatum. Cæpoll. *de seru. tit. de muro. c. 40. in fin. & in tit. de refect. c. 59. ver. secundo casu principali.* † Restringe; quia socius habẽs 27
communionem in muro, non potest sine socio destruere murũ communem, etiam vt reficiat; quia nõ est solus dominus. *d. l. parietem. ff. de seru. vrban. præd. l. Sabinus. C. commun. diuid.* † Limita; quia 28
non potest tolli, neque aliquid fieri in muro, vel pilastro cõmuni pro indiuiso, inuito socio, per quod nocumentum socio inducatur, vel quando non est expediens societati, multa ponit Bero *cons. 131. per tot. lib. 3.* vbi ponit 9. casus, quibus non est licitũ tollere, neque fabricare, aut innouare super muro communi indiuiso. † Idem in muro communi; quia non potest in totum per- 29
forari, neque supra eum ædificari, quado officitur vicino; & ideo non potest eleuari, neq; in eo ædificari, quando res socii deterior fieret, plene Bero. *d. cons. 132. n. 8. lib. 3.* vbi si est dubiũ, succurritur per cautionem; si clarum est præiudicium, potior conditio prohibentis est. † Extende, quando luminibus vicini offi- 30
ceretur, vel alias damnum vicinus pateretur. Bero. *d. cons. 132 n. 8. lib. 3.* vbi ponit multa signa. Burs. at, plene *cons. 57. nu. 13. ver. quinto adducitur.* vbi allegat Corn. *cons. 78. lib. 4.* & alios. † Extende, quã- 31
do ad æmulationem fieret, quod præsumitur ex obiectis, maxime quando nõ est vtile facienti. Burs. at. *d. cons. 57. n. 16.* † Limi- 32
ta; quia si quis ædificauit super muro communi pro indiuiso, vel pro diuiso vltra debitum vicino contradicente cogitur ad demolitionem, & interesse, Boer. *cons. 5. in fin.* † Si vero tacuit, sed 33
non consensit expresse, cogitur ad demolitionem, sed non ad interesse. Boer. *d. cons 5. in fin.* † Si vero expresse consensit, non co- 34
gitur neque ad demolitionem, neque ad interesse, nisi versetur publica vtilitas. Boer. *d. cons. 5. in fi.* † Si vero neque consensit, ne- 35
que contradixit; quia absens agit ad demolitionem. Boer. *d. cons. 5. in fin.* † Limita; quia non potest ædificare is, qui habet seruitu- 36
tem in muro communi, sed non habet communionem in proprietate dicti muri. Bald. *cons. 233. in princ. ver. si vero potest. lib. 1.* † In 37
dubio tamen potius præsumitur communio, quã seruitus. Soc. *cons. 44. lib. 4. circa princ. vers. confirmatur dicta opinio.* ex argumento, quod seruitus non præsumitur. Alex. *cons. 174. lib. 2.* Ias. *cons 98. lib. 1. vers. tertio pro eadem.* † Extende limitationem, vt procedat, et- 38
iã si res sit dubia, vt quia non constat, quod murus sit communis, neque constat de consuetudine, vel præscriptione; quia, qui tenet partes actoris, debet probare, quod sit communis; quia in dubio potius seruitus, quam communio præsumitur, & ideo debet fieri demolitio facti de facto. Bald. *d. cons. 233. circa fin. ver. si autem omnia. lib. 1.* † Murus quandoq; dicitur communis pro in- 39
diuiso, quando habet vnusquisq; in toto muro ligna, & alia imposita vltra medietatem, & in illo licitum est ædificare ad commoditatem communem; secus si ad propriam, vel cum damno vicini. Boer. *d. cons. 5. in prin. & n. 24. cum seq.* vbi ponit signa, quando dicatur pro indiuiso. Cæp. *de seru. vrban. præd. c. 40. tit. de pariete.* dicatur pro indiuiso. Cæp. *de seru. vrban. præd. c. 40. tit. de pariete. seu muro communi.* plenius Soc. *cons. 44. lib. 4.* & idem Bero. *consil.* 131. *n. 7. lib. 3.* vbi, quod non potest in eo ædificari, altero inuito, nisi causa reparationis, vel ornatus, puta incastrandi, vel pingẽ- 40
di. † Extende; quia in muro cõmuni pro indiuiso nõ potest socius inuito socio facere aliquid, quod noceat, vel officiat muro cõmuni, vel socio. Bero. *d. cons. 131. n. 9. & seq. lib. 3.* † Murus commu- 41
nis pro indiuiso dicitur, quando est sine termino, & ita grossus,

quod

quod super medietate potest ædificari, Boer. *d. consil. 5. in princ. & per ibi n. 20.* quod licitum est super eo ædificare pro sua me-
ff. dietate, & per totum consilium. Vide, *Socius in quibus possit vti re communi, inuito socio. Conclus. 297. & Concl. ibi proxima seq.*

Edificare in alieno quilibet prohibetur. Concl. 38.

1 AEDIFICANS † in solo alieno inuito domino, vel inscio, tenetur demoliri facere. Bald. *cons. 478. Super hoc puncto. lib.* 2. † Extende; quia neque potest quis appodiare, vel immittere aliquid muro proprio vicini. *l. quemadmodum. §. si proiectum. ff. ad leg. Aquil. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seru. vend. l. quidam Hiberus. ff. de seru. vrb. praed.* † Restringe; quia ædificans in prohibito, vel alieno sciente, & non prohibente eo, qui potest prohibere, & instat demoliri, non fit demolitio, quia non dicitur vi, vel clam fecisse, vel precario. Ang. de Perus. *cons. 1. Correcta fuit, in princ.* Vide, *Ædificatum non demolitur de facili. Conclus 32.*

Edificium vitiosum faciens ad quæ teneatur. Conclus. 39.

1 OPERARIVS, † qui fabricat murum vitiosum, tenetur ad interesse, prout quilibet administrator. Rom. *cons. 297. In causa, in princ.* vbi, quod est generalis doctrina. † Extende, vt procedat, etiam si solam conductionem murorum construendorũ fecerint; quia si muri fuerunt facti vitiose; tenentur ad damna
2 & interesse. Rom. *d. cons. 297. in princ. vers. & cæterum.* † Amplia, vt procedat, quod conductor teneatur ad damna & interesse pro muro vitiose fabricato, & sine eius dolo, vel culpa per suos ministros, vel substitutos. Rom. *d. cons. 297. in princ. ver. quimmo. & n.* 2. quia imputandum est ei, qui per substitutum elegit fabricare.
4 † Pœna dolose fabricantis murum vitiosum vltra refectionem, & interesse est, quod efficitur infamis, & ideo prohibetur infamis, siue infamia iuris, vel facti ab omnibus honoribus, & dignitatibus, tam obtentis, vt priuetur, quam obtinendis, vt inhabilis
ff. fiat. Rom. *d. cons. 297. In casu isto*, vbi apostill. *ver. incurrerit.* Vide, *Infamis quis dicatur. Conclus. 108.*

Editio multiplex scripturarum. Conclus. 40.

EDITIO † scripturarum duplex est. Vna, quæ fit inter reum & actorem in iudicio, de qua loquitur *l. fin. C. de eden.* & communiter * concluditur, actorem teneri reo edere instrumenta ad probandam exceptionem. † Alia, quæ fit extra iudicium à tertio ad fauorem tertii, qui non vult vti in aliqua causa; de qua
* Bart. *in l. quadam, in princ. ff. de eden.* & in hac communiter * cõcluditur, tertium non teneri, nisi fuerit rogatus ab eo, qui petit. Alex. *cons. 58. n. 4 lib. 1.* vbi ponit limitationes. † Quando autẽ scriptura est publica, editio fit cuicunque habenti interesse, & est
3 speciale in actis publicis. Alex. *d. cons. 58. n. 4. in fin. ver. est enim specialis lib. 1. & in l. 2. C. de eden.* Dec. *in cap. 1. de probat. nu. 276.* vbi dicit * communem. Quia regula est in contrarium, quod tertius non teneatur edere petenti scripturas, etiam si petẽs offerat nolle vti contra exhibentem, à quo petit, sed contra alium. glos. *in l. in quadam. § neq. in ver. adi. ff. de iure fisci.* Abb. *in c. 1. col. 4. de probat.* vbi Dec. *n. 273.* dicit * communem. † Tertia editio est, quæ fit fisco, quæ importat, quod de omnibus, quæ producuntur contra fiscum, debeat sibi copia transmitti sumptibus producentis, vt infra. Vide, *Editio instrumentorum quibus debeat fieri. Conclus. 43.* Exhibitio † vero fit, quando scriptura, vel res exhibenda spectat ad exhibitionem petentem, vel saltem sua interest, & competit actio in factum, vel ad exhibendum. Alex. *d. consil. 58. n. 3. vers. nec*
4 *etiam lib. 1.* † Et quod duo requirantur de iure communi ad exhibitionem obtinẽdam; primum, quod ex ordine petentis editionem facta sit scriptura; secundum, quod sua interest. Roman.
5 *cons. 83. Licet iure communi, in princ.* † Restringe, nisi adesset statutum, quod iudex ad petitionem cuiusliber, cuius interest, vel interesse diceretur, teneatur habentem librũ cogere, vt ipsum librum exhibeat; quia sufficit, quod alleget interesse, licet non doceat de eo is, qui petit exhiberi propter alternatiuam, cuius interest, vel interesse diceretur, quæ ponitur inter diuersa, alias
6 essent verba superflua, ideo non debet restringi ad ius commu-
7 ne. Roman. *d. cons. 83. Licet iure communi, per tot.* † Declara tamen; quia interesse quãdo requiritur, probatur solo iuramento. Ro-
8 man. *d. cons. 83. in fin.* vbi apostill. *in ver. iuramentum* † Declara; quia exhibitio librorum administrationis fieri debet cuicunque habenti interesse; quia si fuit præsens, videtur mandasse, & sic competit actio mãdati; si fuit absens, videtur petere posse actionem negotiorum gestorum, & si continet vtilia, videtur consentire, si damnosa, secus. Alex. *cons. 32. Visa concessione, in fin. ver. circa*
secũdum. lib. 5. † Duplex est exhibitio; vna competit iure actionis, alia officio iudicis. Bart. *in l. quædam, in princ. ff. de eden.* & quæ sit differentia, vide Alex. *d. cons. 58. n. 6. lib. 1.* vbi etiam, quando detur iuramentum in litem. † Editio fieri debet librorũ per mercatorem, in loco, vbi exercuit mercaturam, vel nummulatiam; quia eo ipso, quod alio transportat, dicitur delinquere. *l. prator. §. is etiam. ff. de eden.* vbi Castr. dat exemplum in Florentino, qui trãsportat libros Florentiam. Stracch. *de mercatur. quomodo in causis.* Maranta *n. 19.* Magon. *decis. Lucen. 5. n. 12.* † Extende, etiam si adsit pactũ inter plures mercatores, puta Florentinos exercentes mercaturam Anconæ, quod finita mercatura libri reportentur Florentiam; quia tale pactum, vel nullum est, tanquam contra legem. *l. pacta, quæ contra ff. de pact.* vel quatenus excuset à dolo, non tamen à culpa. Plot. *l. si quando. n. 258. C. vnde vi.* vbi de cõmuni; * ideo is, qui per latam culpam desiit possidere, tenetur exhibere, prout si possideret. *l. vbi exigitur. ff. de eden.* † Et saltem non dicitur expeditum negotium, donec extant rationes reddendæ. Rota Ianuen. *decis. 71. n. 7.* † Et imputãdum est socio, qui transmittit non receptis cautionibus de reportando, credendo. *l. debitorum. C. de pact.* vbi Bald. & alij, maxime; quia cautiones solent præstari. *l. omne æs alienum, cum l. seq. l. pro socio arbiter. & l. si vnus ex sociis. ff. pro socio.*

Editio de quibus debeat fieri, vel non. Concl. 41.

LIBRI † rationum sunt edendi ab vsurario, vel argentario, vel mercatore, quando editio petitur ab eo, cuius interest. Bald. *cons. 443. Ius naturale. n. 6. vers. his præmissis. lib. 3.* Zabar. *consil. 119.* † Amplia; quia is, qui conficit libros, vel aliam scripturam sibi, & alterius contemplatione, vel alterius contemplatione tantum, semper tenetur edere. Bald. *d. cons. 443. n. 10. lib. 3.* vbi loquitur in socio, & aliis. † Amplia; quia codices rationum montium Florentiæ, ad quos recurritur tanquam ad publicam scripturam, debent edi iurato de calumnia per petentem suadentibus coniecturis de interesse; quia libri tales sunt quasi super negociatione, & perfecti sunt quasi nummularii. Bald. *cons. 322. Præsentis publici. in fin. lib. 2.* † Amplia; quia socius, cui commissa est administratio societatis, tenetur conficere, & edere libros à capite, & si non edat, & dicat solum habere scripturas sfilciatas, non creditur ipsi, & præsumitur occultare; & ideo potest iurari in litem contra eum pro interesse. Bald. *consil. 152. Ad euidentiam præmittendum. per tot. lib. 3.* vbi multa ponit, qualis fieri debeat editio, & redditio computorum inter socios. † Amplia; quia à capite debet fieri editio integralis inter socios cum die, consule, & omnibus necessariis, vt possint examinari, & percunctari omnia. Bald. *cons. 152. quasi per tot.* maxime *in fin. n. 1. ver. illud est notissimũ. lib. 3.* † Limita; quia nemo tenetur edere libros proprios pro sui memoria scriptos, & non alterius contemplatione, Bald.
7 *d. cons. 443. n 10. vers. quandoque quis. lib. 3.* † Restringe in vsurario; quia ex causa cogitur edere libros etiam pro sui memoria tantũ conscriptos. Bald. *d. cons. 443. n. 9. vers. item vsura. lib. 3.* Zabar. *d. consil. 119. alleg. clem 1. §. cæterum, de vsur.* † Declara, vt procedat quando constat, quod est vsurarius; si vero negetur, & non constat, non compellitur, & sententia interlocutoria est iniusta hoc casu. Zabar. *d. cons. 119. n. 2. ver. restat ergo.*

Editionem petens an teneatur stare libris, vel scripturis edendis, tam pro se, quam contra se. Concl. 42.

PETENS † fieri editionem librorum si promisit velle stare libris tam pro se, quam contra se, libri probant contra approbantem librum exhibendum. Bald *cons 156. Cum duo sunt. n. 3 ver. dicũt Dd. lib. 3.* Vide, *Approbare quando quis dicatur, & quomodo. Concl.* 431. † Amplia, vt procedat, etiam si non declarasset velle stare libro, quando capitulum esset inseparabile; quia tenetur, qui vult allegare pro se, pati etiam contra se. Bald. *d. cons. 156. n. 3. vers. dicũt Doct. lib. 3.* Ang. *cons. 304. Visa scriptura. per tot.* Ias. *in l. admonendi. nu. 124. ff. de iureiur. in 2. lect. ver. sexto principaliter limita.* Vide pro vtraque parte *in vers. Liber Rationum campsorii. Conclus. 347. n. 82. & seq.* & declara, vt ibi latet; quia est arbitrarium iudici. Vide, *Societate finita ad quæ obligentur socij. Concl. 307. n. 9.* † Declara; quia licet teneatur stare quis pro se, & contra se, quando declarauit velle stare, vel quando partitæ libri sunt connexæ; tamen potest is, qui tenetur stare, probare contrarium, si veritas esset contraria. Bald. *d. consil. 156. circa fin. ver. ex iis concluditur. lib. 3.* Bart. *in l. quædam. §. nummularios. ff. de eden.* & quæ dicantur connexa. † Et
4 dicitur scriptura inseparabilis, etiam si contineat plura capitula

pluſia ſeparata, quando habentur pro vno; quia regulantur ab eadem cauſa, ideo non poteſt fieri acceptatio pro parte, & impugnatio pro parte Ang. *conſ.* 304 *per tot.* † Amplia; quia libri & inſtrumenta defuncti per eius hæredes ſunt exhibendi ad inſtantiã creditorum petentium pro eorum intereſſe. *l. ſi.* vbi Bart. *ff de bon. auth. iud. poſſid. & in l. maritus. ff. ad. l. Falc.* † Declara tamen; quia debet prius conſtare iudici, quod hæredes habeant tales libros, vel decretum debet eſſe cõditionale, teneri, quatenus conſtet apud eos eſſe, vel fuiſſe, & valet talis ſententia, licet ſi incerta, quando venit certificanda ex probationibus, per text. *in l. ſi quæ ſunt caut. ff. famil. herciſc.* † Si tamen conſtat, quod conuentus ſemel habuit librum, vel inſtrumentũ, præſumitur etiam de præſenti illum habere, niſi probet contrariũ. *l. ſi quis ex argentariis, in ſi. cum ibi not. ff. de eden. l. non ignorabit*, alias §. *prætor ait*, vbi Bart. & Iaſ. C. *ad exhiben.* ita Caſtr. *conſ.* 300. *Ad bene examin. in 4. dub. lib.* 1. Alex. *conſ.* 58. *Circa primum quæſtum. col. ſi. lib.* 1. Aret. *conſil.* 120. *col. ſi.* Soc. *conſ.* 190. *col.* 3. *ver. ſecundo poſito. lib.* 2. † Florentiæ etiam ſtatuto cauetur *in 4. lib. in tract. mercatorũ*, quod quando conſtat aliquem habere librum, & citatur ad exhibendum, & non vult; tunc poteſt condemnari in eo, quod prætendit actor. † Amplia; quia hæres Epiſcopi mortui tenetur exhibere Epiſcopo ſucceſſori librum computorum, & ſi conſtat librum exiſtiſſe, poteſt mitti ad domũ hæredis per iudicem, & compelli ad exhibendum, etiam aperiendo caſſas, quia ſicuti nummularius, tutor, & alius adminiſtraror compellitur; ita etiã iſte. Caſtren. plene *conſ.* 227. *Reſpondeo. & dico. lib.* 2. † Limita in capitulis ſeparatis; quia petẽs exhiberi libros poteſt ſtare vni capitulo deſcripto & aliud capitulum ſeparatum impugnare. Bald. *d. conſil.* 156. *num.* 3. *ver. dicunt Doctores. lib.* 3. *vſq; in fin.* vbi, quod in iis, quæ recipiunt diuiſionẽ, prout in pluribus capitulis ſeparatis libri, & poſitionum, & ſententiæ, poteſt quis partem approbare, & partem impugnare, idem tenet Abb. *conſ.* 36. *Circa primum. col. ſin. ver. an autem hoc caſu. lib.* 2. allegat *l. Publica. ff. depoſit.* † Extende, vt quod dicitur de libris & de epiſtola, vt poſſit quis approbare, in quantum faciunt pro ſe, & reprobare, in quantum faciunt contra ſe inſeparabilibus; idem eſt in omni alia ſcriptura propter identitatem rationis. Abb. *conſ.* 36. *in ſi. ver. an autẽ. li.* 2. † Declara tamen; quia arbitrarium eſt iudici, an impugnatio ſit admittenda, vel non, propter veriſimilitudinem, alias procedunt prædicta. Bald. *d. conſ.* 156. *per totum. lib.* 3. † Reſtringe; quia non procedit in filio, cui pater dedit adminiſtrationẽ apothecæ, vel in ſocio; quia ſufficit, quod reddant rationem per libros ſuos, ſecundum conſuetudinem loci, & aliorum ſociorum; vnde in iis, de quibus non ſolent fieri inſtrumenta, prout in modicis, ſtari debet pro, & contra, licet poſſit exigi iuramẽtum. Abb. *d. conſ.* 36. *in ſi. lib.* 2. vbi maxime dicit hoc inter ſocios habere locum; quia maior diligentia non adhibetur in rebus communibus, quam in rebus propriis. Vide, *Exhibere rem, de qua agitur, quando, & qui teneantur. Concluſ.* 585.

Editio inſtrumentorum quibus debeat fieri, & per quos. Concl. 43.

1 FIſco † debet fieri editio inſtrumentorum, niſi is, qui tenetur edere, prout emphyteuta, iuret ſe inſtrumentum nõ habere, neque habuiſſe. Bald. *conſ.* 225. *Quæſtio eſt de terra. circa med. ver item*
2 *tenetur. lib.* 1. allegat *l. ſi. C. de fid. inſtr.* † Et quod fiſco ſit facienda editio, tenet Angel. *conſ.* 399. *Vtrum inſtrumentum, n.* 2. *ver. ſed hoc fal-*
3 *lit.* † Et procedit etiam ad fundandam intentionẽ fiſci, Iul. Clar.
4 *in praxi. §. fi. quæſt.* 27. *n.* 2. *ver. ſed hic incidenter.* † Reſtringe in cauſa
* criminali, ſiue ſit capitalis, ſiue non, communem * dicit Clar. *d. q.*
* 27. Alex. *conſ.* 132. *Viſa facti, col. fin. ver capio ſecundum. lib.* 1. vbi dicit *
5 communem, allegat Bartol. & alios. † Contrarium, quod imo ſemper fiſco debeat fieri editio inſtrumentorum, tam in Ciuili, quam in criminali cauſa. Bartol. *in ſua quæſt.* 14. *Iudex maleficiorum,*
6 *in fin.* † Amplia in eccleſia per æquiparationẽ; quia editio, quæ debet fieri fiſco, debet fieri eccleſiæ. Bald. *d. conſ.* 225. *circa med. ver.*
7 *item tenetur. lib.* 1. † Amplia in omnibus actis publicis; quia illa debent edi cuicunque, cuius intereſt. Alexand. *conſil.* 58. *num.* 4. *in ſi.*
* *ver. eſt enim ſpeciale, lib.* 1. etiam a tertio; licet in aliis ſcripturis non
* publicis ſecus ſit, * communem vtranque Concluſionem dicit
8 Dec. *in c.* 1. *de probat. n.* 273. *&* 276. † Amplia; quia quilibet tertius tenetur edere ſcripturam petenti, quando ille, contra quem petitur editio, confecit illam ſcripturam mandante illo, qui petit editionem. Alexand. *conſil.* 58. *num.* 4. *ver. ſecundo & melius. lib.* 1.
9 † Amplia, quia edere ſcripturam tenetur procurator domino, quãdo conſtat de mandato, & quod illius vigore ſcripturam ha-
10 buit. Alexan. *d. conſ.* 58. *Circa primum, in princ. lib.* 1. † Extende etiam, ſi procurator poſt acceptatum mandatũ ſuo nomine ſcripturam receperit; quia adhuc tenetur illam domino exhibere, & reſtituere actione mandati, dũmodo conſtet de mandato. Alex. *d. conſil.* 58. *in princ. & num.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia vbicunq; inſtrumentum 11
fuit productum in iudicio, ſemper pars, quæ produxit, tenetur altera parte inſtante edere, & reportare; quia iura producta ſunt effecta communia. Angel. Aretin. *conſil.* 99. *Videndum cenſeo, nu.* 15. *& ſeq. ver. quo ad illud quæſitũ.* † Amplia; quia Notarius tenetur edere 12
inſtrumẽta ab eo rogata extraordinario remedio, videlicet officio Iudicis, duobus concurrentibus, videlicet quod petens edi habeat intereſſe, & quod Notarius ab eo fuerit rogatus. Bald. *conſil.* 358. *Creditor habens, in princ. lib.* 3. Angel. *conſil.* 399. alias 400. *Vtrum inſtrumentum, per totũ.* vbi dicit hoc eſſe de rigore, quod teneatur ſolum, ſi duo concurrunt; quia etiam ſi ſolum intereſſe probetur, de æquitate tenetur. † Extende; quia tenetur edere et- 13
iam hæredibus eorũ, qui rogauerunt, & habent intereſſe. Angel. *d. conſil.* 399. *Vtrum inſtrumentum. n.* 3. *ver. non obſtat*, vbi idem in habentibus cauſam ab eis. † Extende, vt imo etiam teneatur Nota- 14
rius edere inſtrumenta creditori eius, qui rogauit, habenti hypothecata omnia bona eius, qui rogauit; quia conſequenter habet obligatum etiam hoc inſtrumentum. Bald. *d. conſil.* 358. *circa med. ver. in contrarium & per totum. lib.* 3. † Idem; quia tenetur edere in- 15
ſtrumentum liberationis debitori liberato, & inſtrumentum obligationis creditori. Angel. *d. conſil.* 399. *Vtrum, nu.* 2. *ver. vnde ibi dixit.* † Extende; quia tenetur Notarius edere nedum hæredi eius, 16
qui rogauit, ſed etiam illius ſingulari ſucceſſori. Bald. *d. conſil.* 358.
in fin. lib. 3. Angel. *dict. conſil.* 399. *Vtrum, nu.* 3. † Extende; quia No- 17
tarius tenetur edere magis de facili teſtamentum, quam aliud inſtrumentum, & ideo ſufficit iuramentum petentis editionem, ſi non conſtat de calumnia, & habeat intereſſe. Angel. *conſil.* 164.
per tot. † Reſtringe; quia licet teſtamentum pinguius edi debeat, 18
quam alia inſtrumenta; tamen Notarius non tenetur edere particulam teſtamenti filiæ teſtatoris inſtitutæ in re particulari, in qua non habet intereſſe; & ſi iuraret ſua intereſſe, niſi doceat de eo. Angel. *conſil.* 164. *Dominus Vitalis, per totum.* † Amplia; quia 19
Commentarienſis, & cuſtos Archiui tenetur edere ſcripturam ab eo deſignatam, alias præſumitur in dolo, & quod per dolum occultauerit, & poteſt contra eum iurari pro damno, & intereſſe. Bald. *conſil.* 80. *Principalis cura, lib.* 3. *per totum.* † Amplia; quia vbi 20
dubitatur de vtilitate petentis, edi debet & oſtendi iudici. Ang. *conſ.* 399. *n.* 2. *ver. vnde, vbi continetur.* † Amplia; quia tenetur Notari- 21
us edere inſtrumenta creditori miſſo in poſſeſſionem debitoris ſui, quia ſua intereſt habere inſtrumenta debitoris prædicti, ex quo tenetur illa cuſtodire. Ang. *d. conſ.* 399. *Vtrum. n.* 2. *ver. non obſtant iura in contrarium.* † Amplia in fiſco, & fauore fiſci. Ang. *d.* 22
conſ. 399. *Vtrum. num.* 2. *in fin. ver. ſed fallit.* † Declara; quia conſue- 23
tudo circa editionem inſtrumentorum ſeruanda eſt Angel. *dict. conſ.* 399. *Vtrũ. in fin.* † Amplia; quia hæredi volenti deliberare ſu- 24
per additione hæreditatis inſtrumenta ſunt edenda. Angel. *dict. conſ.* 399. *Vtrum, circa fin. verſic. non obſtat l. Ariſto.* † Amplia; quia ar- 25
gentarii tenentur edere eorum libros; quia ſunt ex publico, *l. argentarius ff. de eden.* Zabarell. *conſ.* 119. *in princip. l. quædam. §. nummularios*, vbi gloſſ. *ff. eod.* † Extende hodie in mercatoribus, & ſtationa- 26
riis; quia cogũtur exhibere libros, prout argentarii. Bar. in *d. l. quædam. §. nummularios. ff. de eden.* cuius opinionem ſeruari ex æquitate per aliquos, dicit Zabarell. *d. conſ.* 119. *in princ.* licet dicat cõtrariam veriorem. † Limita inter priuatos; quia non tenẽtur edere ad in- 27
tentionem fundãdam alteri priuato, & ita * communiter ſeruari * 28
dicit Iul. Clar. *dict. §. final. quæſt.* 27. *num.* 2. † Extende etiam ſi cauſa ſit ſummaria, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii expediri poſſit, ſa ſit ſummaria, & ſine ſtrepitu, & figura iudicii expediri poſſit, Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in verſic. & figuram. n.* 17. *verſ. ite an*
in hac cauſa. † Reſtringe in hærede extraneo, qui præſumitur habere teſtamentum, & tenetur illud edere legatario, ſiue hæres aſſe- 29
rat non eſſe legatum factum, ſiue legatarius agat; & hæres neget; ſic vt etiam legatarius ignorans petat ſibi edi, vt videat, an ſit legatum ad fundandam intentionem. Bartol. *conſili.* 90. *Dilecto Do-*
mino. num. 14. *lib.* 1. *verſic. ad ſolutionem.* † Limita; quia tertius non 30
tenetur edere ſcripturam tertio non volenti ea vti in cauſa inter eos, niſi ille, contra quem petitur, confecerit ſcripturam de mandato petentis. Alexand. *dict. conſil.* 58. *Circa primum. num.* 4. *lib.* 1.
vbi dicit * communem, ſequitur Dec. in *l.* 1. *nu.* 17. *C. de eden.* † Re- *
ſtringe, niſi originalia eſſent deperdita. Alex. *d. conſ.* 58. *n.* 4. *verſ. niſi* 31
originalia. lib. 1. † Reſtringe, niſi originalis ſcriptura eſſet confecta 32
mandante eo, qui petit editionem; quia ſi non poſſet aliunde habere, compellitur tertius. Alex. *dict. conſil.* 58. *num.* 4. *verſic. vel niſi.*
lib. 1. † Limita; quia non tenentur obligati edere libros ad editio- 33
nem, ſi negant habere libros; quia ſtatur eorum iuramento,

donec

donec cõtrarium probetur. Zabar. *d. cons. 119. n. 3. ver. quo ad aliud*, vbi dicit iura loquentia de editione habere locum, quando nõ
34 est in controuersia existentia librorum. † Extende maxime in
haerede procedere limitationem. Zabar. *d. cons. 119. n. 3. in fin. ver.*
35 *fortius ergo*. † Extende in tantum, vt sententia lata super exhibi-
tione, non probato quod exhibere iussus habeat libros, sit nul-
la, & reuocanda, quando negauit habere libros, & esse talem,
36 qualis asserebatur. Zabar. *d. cons. 119. n. 3. vsq; in fin.* † Limita; quia
non tenetur edere Notarius habenti solum interesse, si non ro-
gauit; quia ista duo copulatiue requiruntur, quod constet de in-
teresse, & quod rogauerit de iure. Ang. *d. cons. 399. Vtrum instru-*
37 *mentum. per tot.* † Extende, quia non tenetur Notarius edere in-
strumentum ei, qui rogauit, quando eius non interest; ideo non
tenetur edere creditori, qui liberauit debitorem volenti libera-
tionem, & è conuerso non tenetur edere instrumentum debiti
ipsi debitori, quia non concernit illius vtilitatem. Ang. *d. consil.*
38 *399. Vtrum instrumentum. nu. 2.* † Restringe secus esse de æquita-
te, quia tenetur habenti interesse edere. Ang. *d. cons. 399. Vtrum*
instrumentum, in princ.

Edere an teneatur actor reõ, & quando. Concl. 44.

1 ACTOR † tenetur edere reo scripturas ad probandam ex-
ceptionem. Alex. *cons. 58. Circa primum. nu. 4. lib. 1.* vbi dicit
2 * communem. † Contrarium, quod accusator, & sic actor non
teneatur edere reo ad fundandam exceptionem, dicit Sign. esse
3 * communem antiquorum, *cons. 243. n. 10.* † Amplia; quia semper
actor tenetur edere reo omnia scripta, & instrumenta, quæ enũ-
ciat in libello suo, si reus petat illa ante omnia exhiberi, vt pos-
sit deliberare. Alex. plene *cons. 3. In causa, & lite, in princ.* Dec. *cons.*
301. Et pro tenui. n. 2. vbi, quod si ex illo instrumento reus allega-
tur debitor, & petat exhiberi, actor tenetur exhibere illud ante
litem contestatam, & nõ sufficeret exhibitio, si tale instrumen-
tum ad aliud sereferret; quia etiam relatum debet exhiberi, &
quod debeat edere actor instrumenta in libello enunciata. In-
noc. *in c. 1. de probat.* Ioan. And. Ant. de But. & Felin. ibi. Dec. *in l. 1.*
4 *§. editiones. col. 4. ff. de eden. & in l. fi. C. de precib. Imper. offer.* † Extende,
vbi instrumentum enunciatum est relatiuum ad aliud instru-
mentum, debeat etiam aliud exhiberi, Bald. *in l. inciuile, ad fin. ff.*
de legib. Innoc. *d. c. 1.* vbi etiam Bald. *de probat.* Alex. *cons. 3. col. 1. lib.*
2. vbi reddit rationem; quia scriptura relata si non exhibetur,
scriptura referens remanet incerta, ibi apostill. *in ver. referens*, dat
concor. Dec. *in l. edita. col. 1. C. de eden. & d. cons. 301. col. 2.* Extende;
5 † quia procedit ampliatio, etiam si ante litem contestatam non
fuit petita editio; quia etiam post litem cõtestatam peri potest.
6 Dec. *d. cons. 301. Et pro tenui, in princ.* † Restringe, quãdo actor dice-
re se non habere facultatem edendi, & ita iurat; et; quia non te-
netur edere. Spec. *in tit. de instr. editio. §. & nunc dicamus. ver. quod si*
quis in libello. Bald *in l. qui stipendia, ad fin. C. de procur.* Rot. *decis. 34. in*
nou. Fel. *in c. 1. n. 47. de prob.* Dec. *cons. 49. nu. 77.* Intellige, vt per A-
lex. *cons. 3. in princ. ver. & si esset.* videlicet non tenetur ante litem
7 contestatam, post vero tenetur. *lib. 2.* † Restringe, quando in-
strumenta essent aliena, & reuera non posset exhibere; quia cũ
iuramento excusatur edere ante litem contestatam, sed nõ ex-
cusatur post litem contestatam; quia tenetur edere, alias repel-
litur à iudicio, & ipsi denegatur audientia. Alex. *d. cons. 3. In causa,*
ff. & lite. in princ. ver. & si essent instrumenta, cum seq. lib. . Vide Socin.
in reg. 4. Edere instrumentum ante litem contestatam tenetur actor, si in
libello de eo mentionem fecit, vbi limitat tribus modis.

Edere quando teneatur reus actori, vel non. Concl. 45.

1 REGVLA † est, quod reus non tenetur edere actori instru-
menta, vel iura ad intentionem suam fundandam, iuxta
not. *in l. fin. C. de eden.* Bald. *consil. 258. Creditor habens, circa med. vers.*
item quia licet, lib. 3. vbi limitat, quod bene tenetur in suppl nda,
& quod non teneatur edere reus actori ad fundandam inten-
*tionem actoris, est * communis opinio. Alex. *cons. 58. Circa pri-*
2 *mum. n. 4. lib. 1.* † Amplia; quia reus non tenetur edere actori ra-
3 tiones proprias, & speciales. Zabarell. *cons. 119. in princ.* † Limita;
quia quando actor probauit in parte intentionem suam, bene
tenetur reus edere ad supplendam, & adiuuãdam intentionem
ipsius actoris. Bald. *d. cons. 358. ver. in contrarium. lib 3.* vbi loquitur
in creditore habente hypothecata omnia bona debitoris, vt si
debitor vendidit bona post hypothecam, teneatur edere instru-
menta ad probandum, quod bona alienata erant in bonis, & ca-
4 dunt in hypotheca. † Limita, quando agitur de probatione in
supplementum; quia debet fieri editio. Bald. *consil. 322. Præsentis*
publici, in fin. lib. 3. † Limita, quando reus esset argẽtarius, vel per-
5 sona publica; quia tenetur edere actori. Zabarell. *consil. 119.* vbi,
quod opinio Bart. seruatur ex æquitate in hoc, vt hodie mercã-
tores & stationarii compellantur, sicut olim argentarii. Vide,
Editio de quibus debeat fieri, vel non. Conclus. 41. † Limita; quia libri e-
6 dendi sunt actori per reum, quando conscripti sunt actore mã-
dante, & sua interest. Roman. *cons. 398. Vt clarior resultet, in princ.*
vbi apostill. citat Iaf. *in l. fin. n. 3. C. de eden.* † Extende, siue actor
7 mandauerit expresse conscribi libros, siue tacite, puta, quia so-
cius semper censetur tacite mandare, quod libri societatis fiant.
Rom *d. cons. 398. in princ. & per tot.* vbi apostill. *in ver. intelligunt.*
dat concord. † Limita, quando agitur de periculo animæ. Rom. 8
d. cons. 398. n. 3. vers. secundo idem ostenditur, vbi apostill. *in ver. animæ*,
dat concord. † Et in causa renunciationis iudicialis, quod prin- 9
cipaliter instituitur, dicitur agi de præiudicio animæ; ideo reus
edit actori ad fundandam intentionem actoris. Rom. *d. cons. 398.*
per tot. maxime *n. 3.* † Limita; quia iudici tenetur reus edere ex 10
magna causa; & dicitur magna causa, quando actor non potest
aliter probare, de quo standum est iuramento actoris; quia in
iis, quæ consistunt in conscientia, statur iuramento asserentis.
Rom. *d. cons 398. n. 4. vers. vltimo idem probatur. vsq; in fin.* vbi apost.
in ver. exhibendum. Vide Socin. *reg. 3. Edere actori instrumentum, vel li-*
bellos reus regulariter non tenetur, vbi limitat quatuordecem modis.

Eduensis Ecclesiæ statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 46.

EDVENSIS † Ecclesia habet consuetudinem, quod canto- 1
rissa dignitas, & eligatur à Capitulo, & Decano, & quod non
præsentetur Episcopo, neq; Archiepiscopo, sed installetur sta-
tim electus, & administret. Oldr. *cons. 146. Factum tale est.*

Educatio filiorum penes quem fieri debeat. Concl. 47.

EDVCATIO † filiorum penes matrem, quæ non transiuit 1
ad secunda vota, fieri debet; quia illa præsumitur diligen-
tior, cui res verisimiliter est cordi. *l. 1. C. vbi pupill. educ. debeat.* Ro-
man. *cons 353. Quoad primum. in princ.* Vide, *Alimentare qui teneantur de iure, & quomodo, & quando. Concl. 287 n. 75. & seq.* Vide ple-
nius, *Pupillus vbi, & apud quem educari debeat. Conclus. 977.*

Effectus principalis agentium attenditur. Concl. 48.

EFFECTVS, † ad quem dispositio emanauit, attendi debet, 1
ita quod alius effectus non sequatur; quia inducta ad vnum
finem non debent cõtrarium operari Oldr. *cons. 150 n. 5. ver. item*
quod dicitur. † Declara, quod inducta ad vnum finem nõ debent 2
contrarium operari, videlicet de directo; quia inducta ad nulli-
tatem non debent conualidare; sed tamen possunt operari ef-
fectum diuersum concurrentem, & compatientem, vt declarat
Oldr. *d. cons. 150. n. 5. ver. item quod dicitur.* † Amplia; quia licet sen- 3
tentia lata in causa ciuili contra eum, qui iurauerat non teneri,
probet periurium aliqualiter; quia tamen ad alium finem lata
fuit, non facit periurum nororium, nec ex tali periurio potest
condemnari; quia non se defendit super periurio. Feder. *consil.*
255. n. 2. ver. sed magnum. & n. 3. ver. item sententia subsecuta. † Amplia; 4
quia conditio apposita fideicõmisso dicitur respicere fauorem
grauati, non autem fideicommissarii; quia si non esset conditio,
fideicommissum esset purum; & ideo non potest respicere fauo-
rem fideicommissarii vllo modo, licet in consequentiam secus,
qui attenditur principalis effectus. Franc. Aret. *cons. 1. nu. 5. ver.*
præmitto, vbi apost. Vide, *Principalis dispositio attenditur, non quia in*
consequentiam. Conclus. 662. Vide, *Intentio agentium regulat omnes ac-*
tus ad intentionem. Conclus. 269.

Effectus à causa regulatur, & causam demonstrat. Concl. 49.

EFFECTVS † à sua causa producitur; ideo posito effe- 1
ctu necessario ponitur causa producens effectum, prout
dicimus, dato consequenti necessario ponitur antecedens; sine
quo, &c. ita Socin. Iun. *consil. 105. num. 5. & seq. lib. 2.* vbi,
quod sententia, quæ adiudicat ius præsentandi ad benefi-
cium, necessario adiudicat ius Patronatus; quia præsentatio
est effectus, & fructus iuris patronatus; ideo non separan-
tur. † Et potius attenditur causa, propter quam aliquid fit, 2
quam ipsum factum. Crauett. *consil. 201. num. 25.* † Idem in 3

colono

colono partiario, qui fecit expensas gratia fructuum quærendorum; quia illas non repetit, ex quo fiunt gratia fructuũ colligendorum; si igitur habet partem suam fructuũ, expensæ, quæ sunt effectus fructuum, regulantur à sua causa. Cephal. *cons.* 181. *n.* 3. *&*
4 *per tot.* † Idem tenet Castr. *cons.* 83. *Præsens casus. n.* 5. *lib.* 2. *ver. nam statutum*, vbi dicit, quod statutum excludens dotatam à successione, intelligitur à successione dotantis, vt effectus suæ causæ commensuretur; ergo dos, quæ est effectus exclusionis, causam supponit, à qua reguletur, & à successione dantis dotem. † Idem in omni alia materia; quia effectus regulatur à causa; quia potius attenditur causa, quam factum, ita Becci. *cons.* 94. *n.* 17. vbi, quod is, qui rapit mulierem libidinis causa, non dicitur committere furtum; quia non fecit animo furandi, & factum à causa regulatur.
6 † Amplia; quia effectus à sua causa regulatur: vnde proportionari debet effectus ad suam causam. Bald. *in rub. ff. de rer. diuis. in fin.* vbi quod alluuio diuiditur secundũ causam, vt habens latitudinem vnius pedis iuxta alluuionem habeat vnam mensuram, habens duos pedes habeat duas mẽsuras; quia hoc modo effectus regulatur à sua causa proportionabiliter. *Pedemontan. decis.* 68. *num.* 11.
7 † Extende; quia vulgo dicimus limitatam causam limitatũ producere effectũ; quia effectus producitur à causa, & regulatur ab
8 ea. Corn. *in l. admonendi. n.* 4. *ff. de iureiur.* † Amplia; quia causa non potest esse sine effectu, ne inducatur frustratorie, Ias. *in l. res coniunc̃ti. n.* 108. *ff. de leg.* 3. † Extẽde; quia quando causa subest cum effectu, licet tollatur effectum; tamen adhuc durat; quia tolli non potest durante causa. Bartol. *in* 1. *quæst. Lucanæ Ciuitatis. ver. è contra. in fin. n.* 20. *ver. decimo probatur sic.* vbi dicit per alia verba, videlicet, quod quando duo simul competunt, & vnum per aliud procedit; tunc illud vnum sine alio tolli potest, allegat text. *in l.*
10 *si ita. §. regula. ff. de liber. & posthum.* † Idem est in casu, in quo relinquitur monacho cum hoc, quod nõ acquiratur Monasterio; quia ex quo tollit legans effectum legati facti monacho, si vult legare monacho; ergo ipse effectus legati sublatus durat; ideo Bartol. *in quæst.* 12. *quidam reliquit*, primo arguit, quod legatum est nullum tanquam continens repugnantiam; secundo dicit, quod illa verba, quod non acquiratur monasterio, possunt exponi octo modis, & per distinctionem tollitur repugnantia; ergo valet; tertio dicit, quod cõditio & modus, quod non acquiratur, habetur pro non adiecto, & reiicitur, & in hoc tertio concordat cum extensione, & dat sex exempla similia, vltimo *in versic. solutio.* dicit,
☞ quod acquiritur monasterio volente monacho, alias non. Vide, *Causa finalis expressa regulat actum. & quomodo. Concl.* 136. *cum conclusione ibi proxima sequente.* Vide, *Transactio per verba generalia quando restringatur. Concl.* 356. Vide *verba vniuersalia & indefinita restringi ad*
11 *causam. Concl.* 139 † Limita multis casibus; quia effectus est quandoque diuersus à sua causa; nam mutuum transfert dominium rei mutuatæ, verum, & naturaliter, etiam si numeratio sit ficta; vnde dominium, quod est effectus numerationis fictæ, transfertur vere in recipientem, & sua causa, quæ est numeratio, non est vera; igitur à causa non regulatur semper effectus, ita Mantua.
12 *singul.* 343. *solet quam sapissime.* vbi dicit menti tenendum. † Extende in constituto, quod est per fictionem traditio, & actus mere ciuilis; & tamen transfertur ex constituto possessio & dominium naturaliter, & vere. *l. quod meo. ff. de acquiren. rer. domin.* & sic effectus non mensuratur à sua causa. † Limita; quia mulier prægnans ventris nomine missa in possessionẽ, quæ si reperiatur non prægnans, potest expelli de facto; si tamen alteri possessionem tradidit, non poterit de facto expelli, licet plus iuris in alium quis non transferat, quam ipse habeat, & sic effectus non regulatur
14 à sua causa semper. Bald *consil.* 362. *Quanquam super prædicto. lib.* 3. † Limita in arbitro, qui nõ potest restituere in integrum, & delegatus, qui non potest mittere in possessionem; & tamen arbiter pronunciat restituendum in integrum, & delegatus mittendum in possessionem. Vide prædicta, & alia exempla *in ver.*
☞ *Dare alteri nemo potest, quod ipse non habet. Conclusio.* 17

Effectus attenditur potius, quam verba. Concl. 50.

1 AD † cognitionem rei potius attẽdimus effectum, quam verba; ideo sententia iudicatur diffinitiua considerato effectu, quando diffinit negocium, non attentis verbis. Feder. de Sen.
2 *cons.* 198. *Casus talis est. lata, nisi, ver. item gloss.* † Amplia; quia citatio verbalis facta tempore feriarum valet, si effectus est collatus in tempus iuridicum; quia potius attenditur effectus, quam verba; & quia paria sunt, aliquid fieri tempore permisso, vel fieri tempore prohibito, si effectus confertur in tẽpus permissum. Feder.
3 de Sen. *consil.* 244. *Suo Domino Federico, per tot.* vbi est casus. † Amplia, quia si testator fecit fideicommissum in euentum, quod hæres non fecerit aliud testamentum, intelligitur de testamento, quod habeat effectum iuris, ideo si hæres fecerit testamentum, & postea pœna mortis fuerit damnatus, non dicitur fecisse testamentum, ex quo est intestabilis tempore mortis, & testamentum intelligitur de habente effectum iuris. Angel. *consil.*
159. *Corrad. Albert. col.* 3. *ver. de secundo, vsque in fin.* Vide, *Dispositio intelligitur de actu valido. Concluſ.* 504. † Amplia; quia locatio in emphyteusim est locatio perpetua, non emphyteutica, quando pẽsio correspondet fructibus; quia potius attenditur effectus, quã verba. Iul. Clar. *§. emphyteusis, q.* 1. *in fi.* vbi dicit * communem; quia si effectus repugnet verbis, fit denominatio contractus ab effectu. Bellon. *consil.* 21. *nu.* 5. *& consil.* 107. *in fi. lib.* 4. † Extende; quia si quis vendat pro annua responsione domum, vel fundum, erit locatio, non venditio; quia effectus attendi debet, non verba. Alexand. *consil.* 107. *Perspectis verbis, per tot.* vbi ponit multa exempla. *lib.* 3. † Extende per multa exempla, quæ ponit Rom. *consil.* 6
509. *in princ.* vbi ponit quamplura exempla, & declarat, dic, vt per eum. † Extende; quia potius impropriari debet natura verborum, quam natura rerum. Crauett. *consil.* 245. *num.* 6. qui loquitur, 7
etiam si adsit iuramentum. † Restringe, vt non procedat, quando effectus est dubius, & verba sunt clara; quia tunc attenduntur verba. Rip. *in l.* 2. *in princ. num.* 37. *ff. ficer. pet.* † Amplia; quia dona- 8
tio pura, libera, & simplex dicitur inter viuos, licet adsit verbum, quod causa mortis; quia potius attenditur effectus, quam verba, quæ censentur posita demonstratiue. Crauet. *consil.* 214 *in princ. &* 9
per totum. † Extende; quia si testator coram septem testibus instituat hæredem, licet dicat se facere codicillos, erit testamentum. 10
Crauet. *d. consil.* 214. *in princip.* † Extende; quia hæres cum beneficio se obligans in solidum vti hæres cum beneficio, tenetur de 11
suo; quia potius attendimus effectum, quã verba. Crauet. *d. cons.* 214. *numer.* 6 *& seq.* vbi videas plura similia. Corn. *consil.* 31. *numer.* 11. *& seq. lib.* 3. † Amplia; quia magis attenditur veritas, quam ap- 12
parentia; ideo deponens pecunias per instrumentum, vt ponat in mora illum, contra quem fit depositum, si constat, quod deinde secum reportauit pecuniam, erit inutile depositum. Paris. *cons.*
5 4. *n.* 80. *lib.* 1. † Extende in mutuo; quia si repugnant pacta, non 13
erit mutuum, sed emptio; quia effectus magis attenditur, quam verba, & denominatio. Gab. *cons.* 69. *in prin. lib.* 1. † Amplia; quia si 14
fiat donatio alicui sub cõditione, si studuerit legibus, intelligitur cum effectu, ita vt gradum doctoratus assequatur. Ias. *cons.* 149. *li.*
☞ 4. Vide Conclusionem proximam præced. Vide, *verba cum effectu sunt intelligenda, & quando secus Concluſ.* 90.

Effectus attenditur, non modus. Concl. 51.

NON † curamus de modo, dummodo sequatur idem effectus. *l.* 3. vbi Bal. C. *de institut. & substitut* † Amplia, quod in tã- 1
tum attenditur effectus, vt valeat actus celebratus tempore prohibito, si effectus confertur in tempus permissum. Oldrad. *consil.* 2
257. *n.* 4. *ver. effectus.* Fed. de Sen. *cons.* 244. *ver. secundo quia.* † Am- 3
plia in tantũ, vt verba semper cum effectu sint intelligenda. Fed. de Sen. *cons.* 10. *Casus talis*, vbi vult, quod de legatis factis pro sepultura debeatur quarta parochiæ, si legans fuerit sepultus cum effectu in sepultura electa, alias nõ, & in fi. ponit versum; A casu
4 describe, dicit, non solis ab ortu. † Amplia; quia regula est, quod quando aliquid debet fieri, sufficit à quocunq; fiat, quando agitur de iure conseruando. Bald. *cons.* 307. *Verba Dyni. lib.* 2. *in princ.* 5
† Extende, vt idẽ sit, quãdo agitur de euitanda pœna, Bald. *d. cons.* 6
307. *in princ. lib.* 2. † Restringe; quia quando agitur de obligatione acquirenda, non sufficit, quod fiat à quocunque, sed necesse est, quod fiat per me, qui volo acquirere, vel opera mea. Bald. *d. cons.* 7
307. *in princ. lib.* 2. † Restringe in obligato repræsentare aliquem; quia nõ sufficit, quod ab alio repræsentetur ad aliũ finem. Bald. 8
d. cons. 307. *in fin. ver. sed verius est. lib.* 2. † Amplia in conditionibus implendis; quia licet conditio impleri debeat in forma specifica, tamen si idem est effectus, sufficit implementum cum effectu. A- ☞
lex. *cons.* 2. *n.* 12. *lib.* 1. vbi ponit multos casus. Vide, *Condutio debet im-* 9
pleri in totum, & in forma specifica. Concluſ. 595. † Amplia; quia vbi duo requiruntur propter vnũ, sufficit vnum, videlicet effectus, verbi gratia, quis tenetur facere diligentiam, & quod Commune nõ fraudetur, si Cõmune non fraudatur, licet non fecerit diligentiam, sufficit; quia duo sunt propter vnum. Castren. *consil.* 99. 10
Quia super prædictos, in fin. lib. 1. † Idem, si statutum præfigit terminum instantiæ appellationis, prout Florentiæ, quod curtat innstantia post decem dies ad appellandum, duo sunt propter vnũ; stantia post decem dies ad appellandum, duo sunt propter vnũ; id est, propter appellationem, quæ debet expectari per decem

dies;

dies, sed si interponatur prima dies, ab illa die currit instantia; quia decem dies designantur; quia debentur appellanti, si velit, & sic dicitur propter vnum, videlicet appellationem. Castren. *cons.* 117. *in fine primo num.* 3. *& sequent. per totum*, maxime *col. fin. lib.* 1. † Limita; quia imo effectus non attenditur resultans ex modo diuerso, quando causa dispositionis immediata fundatur super causa modo dalia, quæ non conuenit modo sequuto. Oldrad. *consil.* 225. *num.* 1. *versic. circa quartum*, vbi vult, quod quarta, quæ debetur parochiali à fratribus ex legato facto ecclesiæ, vel conuentui ab eo, qui elegit sepulturam in earum ecclesia, non debeatur, si legatū fuerit monacho singulari ex particulari affectione; quia licet per eum acquiratur Monasterio, & Conuentui; tamen in singularem non cadit receptio ad sepulturā. † Declara tamen, vt non procedat, quando fraudulenter hoc fieret; quia nō procederet limitatio per Innoc. in *c. in nostra. circa fin. de sepult.* † Contrarium indicunde consuluit Feder. de Sen. *cons.* 4. *per tot.* vbi, quod debetur quarta; quia attenditur effectus; quia per Monachum necessario acquiritur Monasterio. Vide conclusionem proximam præcedentem. Vide, *Modus agendi attenditur, & multum refert. Concluſ.* 302.

Effectus iuris an attendendus, vel potius effectus facti. Concluſ. 52.

1 EFFECTVS † causatus ex solo facto, quod de iure non habet effectum; ita attenditur, sicuti si causaretur à iure; & ideo cognatio spiritualis ita contrahitur inter leuantem & filios cum lauacro de fonte baptismali, licet baptismus non valeat, quemadmodum si valuisset. Geminian. *consil.* 33. *numer.* 5. *versic. vnde sussi-* 2 *cit quod leue.* † idem in eo, qui contrahit matrimonium, vel ponit illa de facto, quę non valebant de iure; quia nihilominus resultat effectus publicæ honestatis, & iustitiæ, quemadmodum si valuisset. *c. ad audientiam, de sponsalib.* Gemin. *d. cons.* 33. *num.* 6. † Idem 3 in subreptione, quæ causatur ex taciturnitate; quia licet non oriatur subreptio, licet quis taceat gratiam nullam; tamen si taceatur postea illo vigore gratię nullius, intrat subreptio; quia effectus facti operatur, licet factum sit improbatum, sicuti esset effectus iuris. 4 Gemin. *d. cons.* 33. *n.* 7. *ver. pro hac parte facit.* † Limita; quia nō dicitur peruisse laudo, qui paruit facto, sed non effectu, vt quia tradidit rem, ad quam est condemnatus, postea statim abstulit, & ideo iudicatur, ac si non paruisset, & incidit in eandem pœnam. Castren. *in l. Titio centum, in princ. ff. de cond. indeb. & in l. si quis hæredem, nu.* 2. *C. transa. & subsist. & in l. fideiussor. § memi nisse. n.* 2. *ff. de leg.* 1. Lāfranch. de Oriano in *tract. de arbitr. in vlt. parte q.* 41. vbi optime distinguit. 5 idem. Vide, *Perseuerantia actus requiritur, vt effectū producat, & quando secus. Concluſ.* 315. † Extende; quia in omni dispositione, qui promisit aliquid facere, puta fideiubere, non sufficit, quod facto fideiubeat, sed fideiussio careat effectu iuris, vt quia nō valet, puta quia fideiussor est decoctus rex. est, & ibi gl. & Bar. & Doctor. *in l. fideiussor.* nam debet posse conueniri de iure, & facto, alias non dicitur promittens adimpleuisse, *l.* 2. vbi Bartol. & alii. *ff. quisq. cog.* † Extende; quia verba semper debent intelligi cum effectu, & ad effectum pertinet, quod actus sit alicuius momenti, & validus. *c. si Ciuitas de sent. excomm. in* 6. Nam semper dispositio intelligitur de acto valido, & non carente effectu iuris, vt infra proxime. † Nam actus etiam validus, qui non potest habere effectum, dicitur nullus. *l. mandatum*, vbi gloss. & Doctor. *ff. de offic. eius. cui.* Alibi confirmat ex pluribus similibus, & paria sunt, non facere, & nulliter facere. *l.* 1. *§. penult. ff. quod cuiusque vniuersitat.* Felin. *in c. ex tenore. num.* 5. *de rescript.* † Contrariū, quod imo condemnatus ad locandum per quinquennium sub pœna, si locauit ad quinquennium, licet postea contrafaciat, non dicatur incidere in pœnam, molestando conductorem; secus si fuisset dictum, quod conductor haberet fundum per quinquennium; quia tale verbum denotat patientiam, & perseuerantiam. Bar. *in l. si fideiussor. §. memini. ff. de legat.* 1. per text. *in l. fundi. ff. de cōtrahend. emptio.* Vide, *Venisse non dicitur, qui non fecit. Concl.* 75. Vide, *Verba sunt intelligenda cum effectu. Concluſ.* 90.

Effectus & exequutio rei cæptæ si non apparet, ex eo non arguitur. Concluſ. 53.

1 EFFECTVS † & consummatio actus attenditur, & si non apparet, ex eo non arguitur. Vide, *Mandatū ad aliquid faciendum non* 2 *probat illud factum. Concluſ.* 49. † Quia res tunc dicitur perfecta, & habet effectum fortita; quando ad exequutionem perfectam est deductus. Bald. & Angel. *in l. metū autem. §. sed prætor. ff. quod met. causa.* & Guido Pap. *consil.* 125 *num.* 6. Vide, *Quasi possessio eligendi, & præsentandi ex quibus probetur. Concluſ.* 35. † Licentia concessa ab Epi- 3
scopo ordines suscipiendi non arguit licentiatum, prætendentem se fore exemptum, dici subiectum, nisi constet de effectu licentiæ, quod illius vigore fuerit ordinatus. Oldrad. *consil.* 244. *numer.* 21. *verticul. quintam similiter.* † Excommunicatio lata in ali- 4
quem non arguit subiectionem illius, nisi constet, quod habuit effectum, quod videlicet fuerit tali excommunicationi paritum. Innocēt. *de restit. spol. c. olim, il tertio, circa finem.* † Electio, seu collatio facta per Abbatem ad certum Hospitale non probat ius eligendi, vel conferendi, si non constat, quod habuerit effectum, & electus fuerit confirmatus, & habuerit administrationem. Bald. 6
consil. 378. *Sequitur aliud instrumentum. lib.* 1. † Sententia non probat dominium, nisi probetur, quod fuerit exequutioni demandata; quia effectus in hoc inspicitur. Vide, *Dominium quando, & ex quibus contractibus transferatur, vel nō. Concluſ.* 603. *numer.* 78. *& sequent.* † Statutum non probat vsum statuti receptum, nisi constet 7
de vsu frequentato, & sic de effectu sequuto. Caputaq. *decis.* 203. *lib.* 3. † Et collatio sola non probat ius conferendi, si non constet 8
de effectu. Io. de Sil. *de ben. par.* 2. *quæst.* 7. † Locatio nō probat pos- 9
sessionem, nisi constet de effectu, vt quia locans percepit pensiones. Vide, *Locatio non probat dominium, vel possessionem, & quando secus. Concluſ.* 427. Vide, *Eligendi possessio ex quibus acquiratur. Concluſio.* 83. Vide, *Quasi possessio eligendi, & præsentandi ex quibus probetur. Concluſ.* 49.

Effectum diuersum quando eadem res habere possit. Concluſ. 54.

EADEM † res eundem effectum regulariter habere debet; 1
quia eadē res nō debet diuersō iure censeri. *l. eum qui ades. ff. de vsucap.* plenissime Tiraquell. *in l. si vnquam. §. donatione largitus. n.* 284 *ver. tertia ratio.* † Limita; quia diuersis respectibus potest ea- 2
dem res habere diuersos effectus. Vide, *Persona eadem potest habere iura diuersarum personarum. Concluſ.* 317. † Extende; quia probatio 3
eadem potest quo ad vnum effectum esse sufficiēs, quoad alium secus, Oldrad. *cons.* 263. *n.* 6. *ver. neque nouū.* † Extēde; quia ius meū 4
potest esse bonum quoad vnum, vt obtineam, & non bonū quoad aliū, vt intret regula, quoad te liberas ædes habeo. Aret. *Instit. de interdict. § retinēda. n.* 6. *vers. in ea glossa. ibi in fi.* Vide, *Probatio potest esse sufficiens quoad aliqua, quoad alia secus. Cōcluſ.* 781. † Sic potest quis 5
esse superior & inferior alio diuersis respectibus, quia licet eadē persona, & eadem res non debeat diuersō iure censeri, illud est, considerata corporali persona, vel re corporali; sed consideratione intellectuali, contrarium potest cōtingere, vt quis diuersis respectibus sit maior & minor, superior & inferior. Tiraquel. qui multa allegat *tracta. de nobilitat. cap.* 28. *numer.* 11. *& multis seqq.* maxime *nu.* 15. *& 16.* † Siquis potest approbare, & improbare diuersis 6
respectibus Tiraquell. *de nobil. cap.* 28. *num.* 15. *& seq.* vbi ponit plura exempla in Archidiacono, qui maior est quoad multa Archipresbytero, in aliquibus minor. † Sic etiam in eodem verbo; quia 7
secundum diuersos effectus habet diuersas significationes, plura Tiraquell. *de retract. lignag. §.* 1. *gloss.* 18. *num.* 71. *& seq.* † Sicq; con- 8
traria cumulātur in eadem persona diuersis respectibus. Tiraqu. *de retract. lignag. d. §.* 1 *gloss.* 18. *numer.* 23. *&* 24. † Sic pater habet filiū 9
in potestate; & tamen si filius suscipiat Principatum, vel magistratum, est quidem in potestate patris, & maior patre diuersis respectibus; de primo est text. *in l.* 3. *ff. de iis. qui sunt sui. vel alien. iur.* de secundo est text. *in l. ille à quo. § vlt. cum l. seq. ff. ad Trebel.* † Declaratamen Tiraquell. *de nobilitat. cap.* 28. *num.* 9. *& sequen.* vbi filius subsit 10
patri, & reuerentiam exhibeat in domo, & rebus familiaribus: in iis vero, quæ magistratum respiciūt, pater filio obediat. † Limita; 11
quia eadem persona respectu diuersarum qualitatum pro pluribus accipitur. Aretin. *in l. commodiss. me. col.* 2. *ver. vnde pro tāto. ff. de liber. & posthum.* † Extende; quia quando duo iura coniunguntur in 12
eadem persona, & diuersos habent effectus, perinde considerātur persona illa respectu diuersorum iurium, ac si essent duæ personæ. Bald. *c. cum olim. de restitu.* Vide, *Actus vnus plura facta continens quando dicatur vnus, vel plures. Concluſ.* 131. *cum duabus Concluſ. seqq. ibi prox.*

Effectus contrarios eadem res producere non potest. Concl. 55.

SOLVTIO † vna non potest inducere liberationem & repeti- 1
tionem tanquā indebiti soluti; quia contraria sunt. *l. qui homi- nē. §. fi. ff. de solutio.* Alex. *cons.* 69. *Incausa. in fi. lib.* 3. Vide, *Contraria allegās nō auditur. Concl.* 1005. Vide, *Cōtrarietas est vitāda in omni dispositione,*

tione. Concluſ.1068. Vide, *Inducta ad vnum finem non poſſunt contrariũ operari. Concluſ.103.* Vide, *Repugnantia nõ admittitur, ſed potius annullatur actus. Concluſ.203.*

Effectus magis attenditur, quã natura rei. Concl. 56.

1 SENTENTIA † lata ſuper exceptione regulariter eſt interlocutoria; ſi tamen exceptio, quæ tollitur per talẽ interloquutoriam, eſt peremptoria, tunc ſententia habet vim diffinitiuæ ab effectu cauſato, qui alterat naturam ipſius ſententiæ. Zabarel. *conſil.72. nu.11. ver. ad aliud.* vbi, quod poterit ab ea appellari etiam ſine ſcriptis, & nõ expreſſa cauſa, quæ requireretur in appellatione ab interloquutoria. Rot. *deciſ.11. de appell. in nouis*, alias 85. vbi, quod potius conſideratur effectus, quam nomẽ. Bald. *conſ.334. in*
2 *fin. lib.1.* † Citatio, quæ vulgariter dicitur de iure naturali, ita demum dicitur de iure naturali ab effectu, puta ſi tollat defenſionem, quæ eſt de iure naturali; ſed ſi non tollit defenſionem, vt quia non citatus non habet ius; tunc dicitur de iure poſitiuo mere propter effectum, qui conſideratur. Bald. *in l. cum quidã. C. de accuſat.* Vide; quia verba in dubio ſecundum naturã rei ſunt intelligenda. Vide, *Verba ſecundum naturam rei ſunt intelligenda. Concl.96.*

Electio Papæ ad quos ſpectauerit, & hodie ſpectet. Concluſ 57.

1 ELECTIO † Papæ antiquitus fuit; quia beatus Petrus ſucceſſorem ſibi Clementem de Monte Cælio elegit, qui præ modeſtia voluit Linum, & deinde Cletum præferri ſibi, adeo quod quarto loco poſt Cletum habuerit Pontificatum, ita Hiſtorici in *tract. de Vitis Pontificũ.* Vide Franc. Marc. *deciſ.934.* vbi, quod à principio eligebatur ab Imperatoribus, poſtea vero diuerſis modis mutatio eſt facta ex edicto Bonifacii II. qui ſtatuit, ſucceſſorem ſibi eligere non poſſe; & Pontificem intra triduum eligi debere
2 poſt mortem alterius. † Succeſſiue electio facta fuit à Clero & aliis ordinatis in Vrbe vſque ad tempus Syluestri; nam Pontifices creabant Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, & deinde alii ordines minores fuerunt diſtincti per Caium, qui fuit 27. Papa, & ſic continuatum eſt in paupertate vſque ad Syluestrum Papam, qui in ordine fuit 33. cui Conſtãtinus Imperator donauit Vrbem
3 Italiam, & Prouincias, & Syluestro ſucceſſit Marcus. † Dotata eccleſia, & mortuo Conſtantino, Conſtantius Cõſtantini filius fauens Arianis incepit relegare Iulium Papam, qui ſucceſſit Marco, & Liberium, qui ſucceſſit Iulio, & factum eſt ſchiſma; quia Ariani expulſo Liberio elegerunt Felicem Presbyterum; qui cum eis eſſet inimicus, occiditur, & Liberius ab exilio reuocatur, cui Liberio ſucceſſit Damaſus magna controuerſia; quia nedũ ſuffragiis, ſed armis vſi ſunt electores, procurante Vrſicinio Diacono, quo Vrſicinio eiecto, Pontifex idem Damaſus à Clero, & Populo Romano eligitur in concordia, qui Liberius fuit in ordine Papa 37.
4 † Poſtea Adrianus II. reuocat, quod laici, & Principes non ſe in-
5 tromittant. 63 *diſtin. c. Adria. PP. II.* † Clerus Romanus elegit Bonifacium Primum. Alii diuerſæ factionis eligunt Eulalium, Honorius Imperator ambos eiecit, deinde Bonifacium admittit, qui eſt in ordine 42. Item Syluerio creato per Clerum Romanum fauore Regis Theodati Oſtrogothorum regnantis in Italia, Iuſtinianus Impetator mittit in Italiam Beliſarium cum exercitu contra Theodatum Regem, & Theodora vxor Conſtantini, Syluerium exulare compellit; quia noluit hæreticum remittere, iuberque Auguſta, vt alium Beliſarius loco Syluerii ſubroget, & idem Auguſta procurat Vigilio ſucceſſori, Pelagius quoque electus ſine authoritate Imperatoris miſit Gregorium Monachum ad Imperatorem Conſtãtinopolitanum ratum hac de re, qui reconciliatus fuit. Conon etiam eligitur in diſcordia inter Romanos, & exercitum Imperatoris. Adrianus Papa Primus creat Carolum Magnum Regem Francorum Imperatorẽ acclamante Populo Romano, cui Carolo ex decreto Concilii contulit ius eligendi Papam, vt 63. *diſtinc. c. Adrianus*, nam ſoluebatur quædam pecunia Imperio Conſtantinopolis, pro ordine Papæ, vt *c. Agatho 63. diſtin.* & idem fecit Leo Octauus verſus Othonem Primum Imperatorem *c. in ſynodo* cauſam videas apud Hiſtoricos; quia Leo creatus ab Othone viuente Ioanne non admittitur à Romanis, qui eligunt Benedictum, & Otho capto Benedicto obtinet Leonem ad mitti, rurſus Henricus ſecundus compellit Romanos iurare non intereſſe electioni Pontificis, niſi cogerentur iuſſu Imperatoris. Vide gloſſ. *in d. c. in ſynodo. ver. aſſici*, quæ dicit, quod Imperatores
6 renunciarunt priuilegio, & per abuſum priuati fuerunt; † Adrianus Secũdus ſtatuit, quod laici nullo modo in electione Papæ ſe intromitterent, ſed ſoli clerici, etiam ſi laici Principes forent, vt *in c. Adrianus Papa Secundus, 63. diſtinc.* qui fuit anno 869. † Adrianus 7
vero Tertius ſtatuit ad Clerum, Senatum, Populumq; Romanũ electionẽ Papæ ſpectare, non expectata poſthac authoritate Imperatoris, vt in Hiſtoria legitur. † Et licet ad tollenda ſcandala e- 8
lectioni & coronationi deberent adeſſe Ambaſciatores Principum & Imperatoris ſtante conſuetudine. *c. quia ſancta. 63. diſtinct.* tamen ne ius iſtud induceretur continuatũ, etiam ſine illis factæ ſunt electiones, & coronationes non vocatis Ambaſciatoribus. *cap. cum Adrianus 63. diſtinct.* imo Henricus primus, & Otho Primus expreſſe huic iuri renunciarunt. *c. conſtitutio, eadem diſtinct.* † Sym- 9
machus in controuerſia Cleti, & Populi Romani eligitur Papa, alia pars populi, & Cleri eligit Laurentium coacto Concilio Rauennæ, vbi fuit Theodoricus Gothorum Rex, qui Italię præerat, Symmachus Papa declaratur, eſt in ordine 51. eadem diſcordia iterum pars Cleti & Populi elegit Bonifacium Secundum: alia Dioſcorum, qui moritur intra 28. dies, & ſolus Bonifacius præſidet. Sex tempora ponit Rebuff. *in rubr. de elect.* derogatione in cõcord. Franciæ. † Primum tempus fuit apud Deum, & Dominum 10
Ieſum Chriſtum, Deus Pater elegit filium ſuum, Filius autem Apoſtolos, poſt Chriſtum Apoſtoli elegerunt Iacobum Hieroſolymorum Epiſcopum, & hæc iure diuino probantur. † Secundum 11
tempus, in quo populi eligebant, & Clerus. † Tertiũ, in quo Prin- 12
cipes ſeculares, qui renunciarunt. † Quartum, in quo ſeculares o- 13
mnino excluduntur, etiam ſi Principes. † Quintum; quia ſoli Ca- 14
nonici, vel religioſi eligunt Prælatos. † Sextum eſt nominatio in 15
Gallia, & aliquibus partibus, & priuilio abſoluta. † Vide omnino 16
Ferret. *conſ.301.* vbi ponit initium iuris eligendi vſque ad noſtra tempora, & incipit ab electione Apoſtolorum, deinde ſequuntur electiones tumultuoſæ, & Principum, poſtea clericorum, & vltimo prouiſionum, & vide apud eum; quia diſtinguit omnia tempora. Franciſ. Marc. *deciſ.934. & ſeq.* † Eccleſia Sancti Petri dicitur 17
caput eccleſiæ, licet communiter teneatur, quod ſit eccleſia S. Ioannis Lateranenſis, Fran. Marc. *d. deciſ.934. n.11.* † Mortuo Ale- 18
xandro Secundo Papa Cardinales Conclaue ingrediuntur, & eligunt Gregorium Septimũ anno 1073. cui Henricus Rex Tertius aſſenſit, & rurſus Paſcaſius eligitur petente populo, eligente Clero cum cætu Cardinalium. Anno autẽ 1059. menſe Aprili Nicolaus Papa Secundus ſanxit electionem Papæ ad ſolos Cardinales ſpectare, vt 23. *diſtinct. c. In nomine Domini*, vbi ad Epiſcopos Cardi-
nales ſpectat tractare, ad alios adhærere. † Extende, vt electio Pa- 19
pæ ſit data Cardinalibus nedũ in caſu mortis naturalis Papæ, ſed etiam in caſu priuationis, & mortis ciuilis, etiã vigente, & aperto legitimo Concilio generali; quia non ſpectat electio ad Concilium, ſed ad Cardinales, plene Abb. in ſua *q.1. col. pen. ver. ad quintũ, vſque in fin.* vbi, quod eſt fauorabilis conceſſio, & extendenda ad omnes caſus ex mente, & hoc propter faciliorem exitũ, & expeditionem. † Soli igitur Cardinales eligunt Papam. 79. *diſtinct. per* 20
totam, vbi ita ſtatuitur per Nicolaum Papam, Symmachum, & ex Concilio facto à Stephano Papa. † In tantum, quod Papa debet 21
eligi ex Cardinalibus. *c. oportebat. 79. diſtinct.* † Contrarium, quod 22
non ſeruaretur ille tex. ſi non Cardinalis eligeretur. Franc. *in cap. vbi periculum. n.11. de elect. in 6.* † Declara; quia ſi de gremio Eccle- 23
ſiæ Cardinalis idoneus reperitur, debet eligi Cardinalis, alias poteſt eligi non Cardinalis. *c. in Nomine Domini. 23. diſtinct.* & eſt Canon Nicolai Papæ in ſynodo promulgatus † Viuente Papa non 24
poteſt aliquis inconſulto eo tractare de ſucceſſore, neque vota promittere, neque ſubſcriptiones accommodare, alias priuatur dignitate & communione. *c. ſi quis Papa. 79. diſtin.*

Electio Papæ qualiter fiat, & per quos. Concl. 58.

ELECTIO † Papæ debet fieri per Cardinales, videlicet per 1
duas partes ex tribus concordes, alias electio non valet. tex. eſt *in c. licet de vitanda, de election.* qui tex. eſt Alexan. Papæ Tertii de voto Cardinalium, & aſſenſu Concilii Lateranenſis, vbi, quod eſt ſpeciale in electione Romani Põtificis; quia recurſus ad ſuperiorem haberi nõ poteſt. † Extende; quia licet electio fuerit à mino- 2
ri parte duarum partium ex tribus; tamen valet, quandocunque tot accedunt, vt ſint duæ tertiæ, ita tex. *in d. cap. licet circa fin. ver. niſi maior concordia. de elect.* † Extende; quia etiam ille, qui eligitur, cõ- 3
putatur inter facientes duas partes ex tribus; quia poteſt accedere aliis, & facit numerum. Franc. Marc. *deciſ.429. per totam*, maxime *in fine. parte 1.* & hanc partem communem * eſſe dicit Decius * 4
dicto cap. licet, de election. numer. 23. licet adducat contraria. † Contrarium tenet gloſſ. *in dicto cap. licet. in ver. à duabus partibus, de election.* vbi recitat opiniones, & hanc vltimam ponit Inno-

cendibin princip. † Declara; quia electus cõputatur inter repræ-
sentantes duas partes Capituli; ideo in electione, quando fit per
maiorem partẽ, non potest accedere; quia se ipsum non potest
eligere, sed in electione Papæ, in qua requiruntur duæ partes ex
tribus, nõ est mirum, si accedit; quia computatur inter duas par-
tes. Dec. *d.c.licet, nu.* 47. *de electio.* † Extende; quia electio spectat
ad Cardinales, siue vacet sedes per mortem Papæ, siue renũcia-
tionem, siue depositionem. Franc. Marc. *decis.* 940. *in fi.* † Cõtra-
rium, quod quando per depositionem vacat, electio spectat ad
Concilium generale, tenent aliqui, & male, & maxime Abb. &
Dec. *in d.c.licet. nu.* 34. vbi alios citat, *de electio.* † Restringe in casu
necessitatis; quia valeret electio facta à minori parte, quam sint
duæ ex tribus, ita gloss. *d.c.licet, in verb. à duab. de electio.* † Restrin-
ge, quando Cardinales renunciarent huic constitutioni *d. cap li-*
cet, quia possunt, vt ibi gloss. *in verb. à duabus partibus, de electio.* vbi,
q hodie aliquando non seruatur. † Contrarium, q non possint
renunciare, tenet Hostien. *in d.c.licet, col.* 6. *in pr. ver. nisi Cardinales*
renunciarent. † Declara; quia possunt statuere Cardinales, q ele-
ctio Papæ valeat facta à maiori parte Cardinalium. Franch.
Marc. *decis.* 934. *nu.* 10. & ita obseruari dicit Abb. *cons.* 25. *Quoniã.*
col. 3. *n.* 4. *ver. circa quintum. lib.* 2. † Amplia; quia compellendi sũt
concordare, quatenus discordarent. gloss. *in d. cap. licet, in ver. nul-*
latenus, vbi, q ita seruatum fuit, q Cardinales fuerunt per bra-
chium seculare recluſi in electione Honorij Tertij apud Perusiũ
& post mortem Gregorij Noni in electione Celestini, & in ele-
ctione Innocẽtij Quarti, vt vidit glo. † Amplia; quia quocunq;
modo sufficit, q duæ partes ex tribus concordent, siue per scru-
tinium, siue per compromissum, siue per nominationem ad Pa-
patum. Host. *d.c.licet, col.* 2. *ver. hæc autem intelligas, de electio.* † Am-
plia in tantum duas partes ex tribus requiri in electione Papæ, vt
si aliquis à minori parte eligatur, facta alia electione alterius à
duabus partibus ex tribus, tam electus, quam eligentes sint ex-
communicati, vt dicit text. *in d.c.licet, de electio.* † Extende, etiam
si electio fieret à minori numero, quam essent duæ partes ex tri-
bus; quia licet alius non eligatur; tamen taliter electus, si acce-
pat, est excommunicatus, & etiã eligentes, vbi supra proxime.
† Contrariũ tenet Innoc. *d.c.licet, de elect. in ver. si quis autẽ.* † Decla-
ra; quia si electus à minori parte duarũ partiũ ex tribus non acce-
pet, & non gerat se pro Papa, non incurrit pœnas, neque eligẽ-
tes, & accedentes vsque ad numerum sanant electionem, si vero
prius acceptasset, & gessisset se pro Papa electus à minori nume-
ro duarũ partium ex tribus, tunc electus, & eligentes sunt ex-
communicati, & accessio illi non prodesset, ita Hostien. *d.c.licet, col.*
3. *ver. quid ergo si non seruassent*, vbi reprobat Innoc. † Adde modũ:
mortuo Papa expectantur absentes Cardinales per decem dies,
quibus expletis intrant Conclaue, videlicet in palatio, in quo
mortuus Pontifex habitabat, *cap vbi periculum, in princ. &* §. 1. *de e-*
lect. in 6. & est in generali Concilio Lugdun. idẽ statuit Pius IV.
1565. septimo Idus Octobris fol. 557. vbi addit per nouem dies
exequias compleri, & expensam funeris regulari, ne excedat de-
cimum. † Seruitorem vnum quilibet Cardinalis secum ducit, ex
necessitate duos habere possunt, *d. cap. vbi*, §. 1. *de elect. in* 6. Hodie
ex bulla Pij IV. quilibet habet duos seruitores, & ex causa infir-
mitatis tres cũ voto & suffragio Cardinalium. † Necessitas de-
claratur, prout podagra, vel alia infirmitas, vt per gloss. *in d.c. vbi*
§. 1. *in ver. necessitatis, lib.* 6. † Conclaue describitur locus communis
clausus, q nemo ingredi, vel literas mittere licitum est, nisi in ijs,
quæ electionem respiciunt de omnium consensu. *d. cap. vbi*, § 1. *de*
elect. in 6. † Si extra Romanam Ciuitatem obierit, ibi fit Con-
clave, vbi moritur Papa, in domo Episcopali, vel alia assignãda,
nisi Ciuitas sit interdicta, vel rebellis, quo casu in viciniori om-
nes seruentur, *d.c. vbi periculũ. de electio. in* 6. † Declaratur hoc vl. i-
nisi Papa aliter disposuerit. *clem. Ne Romani, de electio.* §. *sani.*
† Electio debet perfici tribus diebus, quibus elapsis intra alios
quinq; & vnico ferculo sint contenti; lapsis omnibus diebus o-
cto, panis, vinum, & aqua duntaxat ministretur, *d. cap. vbi*, §. 1. *ver.*
si conclauit tamen, de elect. lib. 6. † Excõmunicati etiam admittun-
tur, *clem. Ne Romani*, §. *pen. de elect.* † Infirmi possunt exire, & ad-
mittuntur iterum facti sani, prout etiam illi, qui post decem dies
intrarunt. *d. cap. vbi periculũ* §. 1. *vers. sane si aliquis, de electio. in* 6. † Sio-
nes infirmarentur, possunt omnes exire, & sani facti reintrare
compelluntur, & perficient electionem in statu, in quo erat. *d.*
clem. Ne Romani, § *porro, de electio.* † Disponere nihil possunt de bo-
nis Papæ, & Ecclesiæ, nisi ex necessitate. *d.c. vbi* §. 1. *vers. ijdẽ quoq;*
de elect. in 6. † Contrarium statuit *d. clem. Ne Romani, de elect.* vbi cir-
ca Camerariũ deficientem, & pœnitentiarios potest cœtus Car-
dinalium alios constituere. † Exequutores deputantur Rectores

Ciuitatum ad prædictam obseruationem, vt non possint aliam
coactionem facere, & non seruantes sunt excõmunicati, & Do-
mini temporales priuati feudis Ecclesiæ. *d. cap. vbi periculũ.* §. *præ-*
terea, de elect. in 6. † Pactio & conuentio omnis prohibetur, & 31
cassatur, quæ in electione fieret Romani Pontificis, *d.c. vbi.* §. *cæ-*
terum, vbi hortantur Cardinales, vt omni passione animi depo-
sita studeant electioni salutari incumbere. *de electio. in* 6. † Multa 32
sunt specialia in electione Papæ. Primum, quod non sufficit ma-
ior pars, sed duæ partes ex tribus debent concurrere. *c. licet. de e-*
lect. † Secundum, q in electione Papæ non habetur ratio zeli ad 33
zelum, vel meriti ad meritũ, sed solus numerus attenditur dua-
rũ partium, ex quo non sufficit maior pars, ita Franc. Marc. *decis.*
103. *n.* 1. *p.* 1. & est ratio; quia quando duæ partes ex tribus eli-
gerent, cessat ratio zeli, & meriti. Vide *in ver. Maior & sanior pars quã-*
do dicatur. Concluſ 17. † Tertium, q electus in Papam potest ac- 34
cedere ad seipsum, & auget numerum; si vero scrutinium sit pu-
blicatum, siue alteri vocem dederit, siue non, q non admittitur
in alijs; quia non potest accedere sibi, quando per viam scrutinij,
neq; quando alteri votum dedit, sed solum quando per viam
compromissi, & alteri votũ nõ dederit, ita pulchre Franc. Marc.
decis. 929. *per tot.* maxime *in fi. par.* 1. † Quartum, q in electione Pa- 35
pæ datur accessus, & variatio Cardinalium; quia possunt illi de
numero maiori accedere electo à minori parte, etiam ab vno so-
lo, & valet accessus, quando duo concurrunt, q nulla electio est
valida, vt quia duæ partes ex tribus non concurrent, & electus
à minori parte non acceptauerit, & se gesserit pro Papa; quia tũc
sibi accedi non potest. Franc. Marc. *dec.* 932. vbi, q secus est in a-
lijs electionibus; quia nunquam datur accessus, nisi quando mi-
nor pars accedit maiori, & idem repetit *decis.* 1034. *par.* 1. † Quin- 36
tum est, q si electio fiat de indigno etiam à maiori parte, illi pri-
uantur facultate eligendi, & ius competit minori parti, quæ non
elegit indignum; secus est in Cardinalibus; quia etiam si indignũ
eligant, non priuantur, sed omnes iterum eligunt. Franc. Marc.
decis. 940. *n.* 3. *parte* 1.

Electio quid sit, & quid importet verbum eligere, & postulare. Concluſ. 59.

ELECTIO † propriè est alicuius personæ ad Prælationem fa- 1
cta vocatio, plene Decius in *rub. de elect.* vbi, q sunt electio,
confirmatio, præsentatio, institutio, & collatio: electio requirit
confirmationem: præsentatio requirit institutionem, & plus iu-
ris cõfertur ex electione, quam ex præsentatione, & in fi. Decius
dicit, quod electio est nomen verbale significans actiuam, & pas-
siuam electionem. † Et appellatio electionis, nisi aliud exprimatur, 2
intelligitur de actiua, & passiua; ideo priuatus electione nõ
poterit eligere, neque eligi. Gem. in. *cons.* 99. *n.* 4. *in si ver. sed appel-*
latione electionis. † Matrimonium dicitur contrahi inter electum 3
& eligentes. *cap. cum inter Canonicos, de elect.* Feder. de Sen. *cons.* 80.
n. 3. *ver. nec obstat. quod dicatur.* † Et ideo beneficium electiuũ spe- 4
ctans ad electionem, & cui nõ cadit sub gratia de beneficio ad col-
lationem, prouisionem, præsentationem, & dispositionem quo-
rumcunq;. *cap cum in illis*, §. 1 *de præben. in* 6 † Electio autem com- 5
prehendit quandoq; collationem, *cap. cũ Ecclesia Vulterana, de elect.*
c. cũ dilectus de præb. Fed. r. *d. cons.* 80. *n.* 3. † Amplia; quia electio im- 6
portat præsentationem. *cap. in cauſis, de elect.* Feder. *d. cons.* 80.
circa fin. & ideo licet propre patrono laico cõpetat præsentatio;
tamen largo modo dicitur electio. Feder. de Sen. *cons.* 102. *in pr.*
vers. nec obstat. Calder. *cons.* 294. *n.* 2. *ver. item si electores*, alias 2. *de ver.*
permut. † Hodie propter reseruationes *extrauag. ad regimen*, & pro- 7
pter regulas Cancellariæ redactum est ius eligendi ad nihilum
in Italia; sed tamen in Gallia conseruatur; quia Concilium Basi-
leæ annullauit reseruationes, & Gallia amplexa est Concilium,
vt per Dec. *in cap.* 1. *n.* 6. & *seq. de electio. in noua impress. n.* 10. Æneas
de Falcon. *de reseru. in* 1. *prælud.* † Amplia; quia electio differt à no- 8
minatione, vel postulatione; ideo habentes electionem, prout
Conuentus, vel Capitulum de Prælato non possunt compelli
nominare, vel postulare. Alex. *cons.* 106. *Perspectis ijs, lib.* 2. *in princ.*
† Contrarium Card. Zabar. *cons.* 5. *in princ.* vbi, q si Capitulũ eli- 9
git, seu postulat vnum; quia in postulatione idem ius videtur in
postulatione prosequuta, q in electione; sed caue, quia loquitur
quoad expensas consequendas. † Amplia; quia postulatio im- 10
portat ius eligendi; ideo qui est in possessione postulandi, dici-
tur in possessione eligendi Ioan. de Selua *tract. de benef. in* 2. *par. q.*
7. *n.* 17. & *seq.* † Differunt in hoc electio & postulatio; quia po- 11
stulatio nititur gratiæ, electio iustitiæ; ideo qui postulat ad be-
neficiũ reseruatũ, magis excusatur. q̃ is, qui eligit; quia licet reser-
uatio impediat postulationẽ & electionẽ; tamen magis excusi-

tur postulans. Card. Zabarell. *d. cons. 5. in fi. ver. sed forte dicetur*, & idem repetit *cons. 36.* vbi, quod magis congrua est postulatio, quã
12 electio, quando beneficium est reseruatum. † Et propterea eligendus postulari potest, non è conuerso, vt idem Card. Zabar.
13 *d. cons. 36. in princip.* † Et habens mandatum ad eligendum habet etiam ad postulandum; quia per eam deuenitur ad electionem,
☞ & est præambula electionis. Abb. *cons. 65. col. fi. in 4. dub. lib. 2.* Vide, *Postulatio & nominatio Prælati facta Papæ non potest reuocari, & quando. Concl. 457.*

Electio debet esse legitima, & formalis, videlicet, quod fiat ex consensu, & formula seruata. Concl. 60.

1 OMNIS † electio ex duabus substãtialibus consistit, ex substantia consensus, & ex substantia formæ, quæ duo si non interueniãt, electio est nulla; cætera autem præter ista duo sunt accidentia, quæ non vitiant, *cap. quia propter, & cap. in genesi, de elect.* Bald. *cons. 338. Ad euidentiam, num. 3. in fi. vers. ijs ergo præmissis, lib. 1.*
2 † Consensus substantia in eo consistit, quod maior pars consentiat electioni, videlicet, quod sint vltra dimidiam numeri eligere debentium. Bald. *d. cons. 338. nu. 4. vers. & considero. lib. 1.* & *cons. 316. Ponitur, quod electio, per totum lib. 3.* maxime *circa fin. vers. cum igitur vtraque pars*, vbi, quod saltem vna vox requiritur vltra dimidiam, alias si fiant duæ electiones per vota paria, neutra valet.
3 † Et iste consensus debet esse maioris partis habentium ius eligendi habito respectu ad totam Congregationem. *c. Ecclesia. il 1. de electio.* Abb. *cons. 25. Quoniam. col fin. n. 4. vers. circa quintum, lib. 2.* vbi, quod bene omnes possent conuenire alites; quia tunc omnes eligunt modo conuento, & dicit, quod ita faciunt Card. in
4 electione Papæ. † Imo Bald. *cons. 316. n. 2. vers. in contrarium*, videtur velle, quod debeat interuenire maior, & sanior pars, ita quod non sufficiat vnum sine altero, *lib. 3.* & latius *n. 4. vers. amplius etiã* vbi allegat multa iura, quæ requirunt maiorem, & saniorem par-
5 tem. † Et iste consensus debet esse omnino liber, & non valet
☞ consuetudo contraria. Vide, *Electio debet esse libera in facultate eligentium. Concluſ. 62.* † Forma si est data, qualiter sit procedendum
6 ad electionem, illa debet seruari, & non seruata forma non valet electio. Bald. *d. cons. 316. Ponitur, quod. n. 2. vers. solutio, dicendum, lib. 3.* vbi loquitur in electione rectoris scholarium, quæ secundũ formam statuti debuit fieri per schedulas, vt si facta sit in voce sine schedulis, non valeat, & latius *nu. 4. vers. sed ijs non obstantibus.*
7 † Et de forma substantiali est, quod electio fiat ab ijs, qui sunt de collegio, vel conuentu, & Capitulo, non ab alijs extraneis Rom. *cons. 332. n. 6. & seq.* vbi, quod ad electionem Abbatis maioris Monasterij monachi facti Priores in Monasterijs subiectis separata bona habentibus non sunt vocandi, neque habent electionem.
8 † Extende; quia neque possunt non habentes vocem esse scru-
* tatores electionis factæ per scrutinium, secundum * communẽ,
9 de qua idem Rom. *d. cons. 332. n. 11. & 12.* † Extende; quia forma, *c. quia propter de elect.* omnino seruari debet. Rom. *cons. 483. Dubi-*
10 *tatur, sub nu. 7. in fi. & n. 8. vers. nec dixerit.* † Restringe, nisi consuetudo sit in contrarium; quia in electionibus seruanda est consuetudo. Bald. *d. cons. 316. num. 1. circa fin. vers. nam consuetudo. lib. 3.*
11 Roman. *d. cons. 332. n. 10.* † Item in scrutatione seruanda est con-
12 suetudo. Roman. *d. cons. 332.* † Amplia; quia electio Episcopi, vel Prælati mortui non potest de alio fieri, antequam mortuus sit
☞ sepultus, *c. bone. il 2. de electio.* Boer. *decis. 332. n. 6.* Vide Concl. prox.
13 sequent. *n. 3.* † Limita, quando necessitas tolleret scrutinium, vt quia duo soli electores essent. Vide, *Electio facta non seruata forma quando valeat. Concl. 78.*

Electio intra quantum tempus fieri debeat. Concl. 61.

1 ELECTIO † Episcopi debet fieri intra tres menses à die notæ vacationis. Bertach. *in tract. de Episcop. lib. 1. in 2. quæst. c. ne pro defectu, in princ. de electio.* alias pro ea vice perdunt electionem,
2 & superior confert, vt ibi. † Declara, nisi legitimo impedimento sint detenti. *d. c. ne pro defectu, de electio.* sed tamen si est impedimentum, superioris debet peti licentia, vel fieri protestatio, vt p
3 Bertach. *d. tract. de Episcop. in 1. part. 8. q.* † Non tamen potest fieri electio viuente, vel non sepulto Episcopo mortuo, & si fiat non valet, & eligentes puniri debent: nisi Episcopus infirmus instaret, quod alius eligeretur. Bertach. *d. tract. de Episcop. part. 1. qu. 3.*
☞ Vide Concluſ. prox. præced. *n. 12.* † Et quibus temporibus, & in
4 quo loco, & qualiter sit facienda electio, plene Bertach. *d. tract.*
5 *de Episcop. lib. 1. part. 1. & 2.* † Facta electione debet notificari elec-
6 to. *l. 2.* & ibi Bart. *C. de decur. lib. 10.* † Intimata debet intra mensem acceptari. Bertach. *d. tract. de Episcop. lib. 3. part. 2. in princip. cap. quã sit, de election. in 6.* Rot. *decis. 3. de elect. in nou.* alias 288. vbi, quod alias perdit ius suum. † Acceptata debet confirmatio peti à Papa intra alios tres menses à die acceptationis, *d. c. quam sit, de elect. in 6.* Bertach. *de Episcop. part. 2. in princip. lib. 3.* Rot. *decis. 3. de electio. in nouis*, alias 288. vbi quod alias priuatur iure suo. † Obtenta con-
8 firmatione debet fieri consecratio intra alios tres menses; alias vacat Episcopatus, nisi iusto impedimento fuerit detentus. Bertach. *d. tract. lib. 3 part. 2. in princ.*

Electio debet esse libera in facultate eligentium, & qualiter alterari possit. Concl. 62.

ELECTIO † debet esse libera in facultate eligentium, ideo 1
non valet consuetudo, quod eligentes teneantur eligere psonam sibi nominatam ab alio; quia non esset libera. *c. cum terra, de election.* † Amplia, vt in tantum debeat esse libera, vt non valeat 2
compromissum, neque electio subsequens facta, quando in cõpromisso dicebatur, quod certam personam eligerent compromissarij, quia debet esse libera. Calder. *consil. 49. An valeat electio*, alias 3. *de election.* † Amplia; quia neque valet cõsuetudo, vel sta- 3
tutum, quod habentes electionem teneantur nominare duos, vel plures, & superior Prælatus, quem maluerit ex nominatis, possit instituere. Alex. *cons. 106. Perspectis ij, in princ. lib. 2.*

Electio capitulariter facienda. Concluſ. 63.

ELECTIO † capitulariter facienda ad hoc, vt valeat, debet 1
fieri omnibus præsentibus, & absentes sunt vocãdi, ita quod vno contempto electio potest retractari; quia plus nocet contẽptus vnius, quam multorum præsentium contradictio. Oldrad. ☜
cons. 64. Quodam Canonico. Vide, *Contemptus, qui debuit vocari, potest annullare electionem. Concluſ. 967.* † Et quod in electione legitima 2
debeant vocari omnes habentes ius eligendi, alias non valeat, Alex *cons. 218. Visis verbis, in fi. n. 11. ver. aliusfuit defectus, lib. 2.* † Et 3
quid sit contemptus, vel contemnere. Vide, *Contemnere quando quis dicatur, vel non. Concl. 963.* † Amplia, quod propterea contemptus prosequens contemptum dicitur prosequi ius suum, & non 4
dicitur obijcere in forma, neque in personam, & in eo non habet locum *c. vt circa de electio. in 6.* Oldrad. *cons. 188. Quod prosequẽs*, vbi multa ad hoc. † Amplia; quia electio facta à 14. Canonicis, a- 5
liis 13. prorogantibus electionem, est bona tanquam facta à maiori parte omnibus citatis; & quia in pari causa melior est conditio prohibentium prorogationem fieri. Oldrad. *cons. 122. Cita-* 6
to Capitulo. † Amplia in tantum electionem & postulationem esse faciendam à maiori parte capitulariter, vt si fiat à non maiori parte, possit sperni per superiorem, & nemini fit iniuria. Si vero fit à maiori parte capitulariter, non potest sperni, & si spernatur, fit iniuria. Rom. *cons. 330. Circa primum, num. 20. vers. postremo.* 7
† Declara; quia si postulatio fieret à minori parte Capituli, seu electio, licet postea extra Capitulum accedant tot, quot faciant maiorem partem; tamen non dicitur facta à maiori parte, neq; est legitima, & talis consensus non operatur, nisi, quod accedentes nõ possunt dici spreti, ita Rom. *d. cons. 330. col pen. n. 20.* † Amplia; quia debet fieri electio capitulariter, ita vt adsit maior pars ☜
Capituli, vel Vniuersitatis. Vide, *Electio debet fieri à maiori parte. Concl. 66.* Vide, *Capitulariter quæ fieri debeant, & quæ à singulis possint expediri. Concluſ. 47.* Vide, *Vniuersitas quid sit, & quando dicatur delinquere. Concluſ. 255.*

Electio pluribus competens per quos fieri possit, vel non. Concl. 64.

ELECTIO † competens pluribus, si aliqui sunt contumaces 1
in eligendo, vt quia vocati non comparent, vel electioni interesse non volũt, potest fieri per alios electores præsentes; quia in eos censentur contumaces transferre suum ius eligendi. Bald. *cons. 338. Ad euidentiam, in princip. lib. 1.* † Extende, vt procedat, et- 2
iam si aliqui sint præsentes in loco, sed non velint eligere; quia censentur ius eligendi in alios eligentes transferre. Bald. *d. cons.*
338. n. 2. vers. secundo præmitto. lib. 1. † Restringe, vt non procedat, 3
quando absentes vocati cõparuerunt; quia si recederent ex discordia, vel alias, debent iterum vocari, & talis secunda vocatio habetur pro peremptoria. Bald. *d. cons. 338. n.*
4. vers. item licet recedentes, lib. 1. alleg. *c. Ecclesia, de elect.*

Electio

Electio à maiori, & saniori parte est facienda. Conclusio 65.

1 ELECTIO † regulariter debet fieri à maiori & saniori parte, & sic non sufficit maior pars, sed debet etiam esse saniori habito respectu numeri ad numerum, meriti ad meritum, & zeli ad zelum, & quid si vnus habet maiorem numerum vtrorum, alter saniorem partem meriti ad meritum, zeli ad zelum, tam respectu eligentium, quam electi, vide Franc. Marc. *decis.* 1033. vbi pro vtraque parte, & dicit, quod præfertur habens saniorem, licet in fine dicat, quod sufficit, quod electus à maiori parte sit idoneus, * non obstante, quod posset eligi magis idoneus, & hãc cõmunẽ * dicit Alexand. *consil.* 192. *Perspecta. nu. 7. in fin. lib. 6.* † Contrarium, quod neutra valeat, & iterũ debeat fieri electio. Franc. Marc. *de-* 2 *cis.* 193. *in fine.* † Declara; quia vbi maior est numerus, præsumitur maior zelus, *c. Ecclesia vestra, il secondo, de elect.* cum alijs per Mascard. *Conclus.* 593. *Eligentium vbi maior est numerus.* Declara, vt in Con- 4 clus. prox. seq. *num.* 3. † Restringe in electione Papæ; quia non attenditur saniorpars: idem, quando concurrerẽt vota pro maiori parte in duplo; quia non attenditur tũc sanior pars. Franc. Marc. 3 *decis.* 1033. *& decis.* 1193. *in fin.* † Restringe; quia sanior pars solum attenditur in electionibus Archiepiscoporum, & Episcoporum; quia fiunt sposi Ecclesiarum. Franc. Marc. *decis.* 924. *in princip.* igi- 6 tur non habet locum in alijs. † Amplia; quia electio facta per vota paria, vt quia tot sunt vota contraria, quot sunt fauorabilia; tũc datur saniori parti; quia si sũt digniores ex parte affirmatiua, præualet illa pars, licet vota sint paria. Alexand. *cõs.* 192. *Perspecta & in- fine, in princip. lib. 6.* vbi multa allegat, & *num. 7. versic. nec prædictis,* dicit hanc magis * communem, quando vota sunt paria. † Re- 7 stringe, quia non habet locum ampliatio in officijs, & gradibus secularibus, in quibus proceditur per electionem; quia solum attenditur maior pars respectu numeri. Alexand. citat plures *d. con-* 8 *sil. 192. num. 7. vers. nec prædictis, lib. 6.* † Declara; quia si electio est facta per voces pares, vt quia electus habet tot vota ad fauorem, quot habet contraria, necessario vel non valet, vel debet attendi sanior pars; quia in paritate, & concursu semper habetur ratio ad saniorem partẽ, siue simus de iure Ciuili; siue de iure Canonico, & siue agatur de dignitatibus, & officijs Ecclesiasticis, siue profanis, ita Alexand. *d. cons.* 192. *Perspecta, per tot. lib. 6.* solam differẽtiam videtur considerare; quia in profanis saniorem partem facit dignitas; in Ecclesiasticis considerabitur etiam meritum, & zelus, & vtrumque debet concurrere in Ecclesiasticis; videlicet maior, & sanior pars secundum magis * communem, vt attestatur ibi *num.* 9 *7. in fin.* † Sanior autem pars, siue respectu meriti, & zeli, siue respectu dignitatis, non potest considerari, quando electio fuit facta per fabas secretas, seu per vota secreta; quia nõ potest probari, quis dederit votum affirmatiuum, vel negatiuum, & non creditur dicentibus se dedisse votum pro electo, vel contra; quia sunt omnes testes singulares, quibus nõ creditur. Alexand. *d. cons.* 192. 10 *num. 12. & sequent. versic. alio in super fundamento, lib. 6.* vbi tollit contrariũ, quod credatur testi de facto suo, vbi dicit * communem 11 * contrarium, & quod possit quis declarare dictum suum; quia procedunt contraria, quando dictum non est clarum, & perfectum, balloctatio autem, & votum hic non fuit ambiguum, sed certum; Ideo, &c. Vide, *Concilij maior pars reputatur totum Concilium. Conclus.* 554. Vide, *Electio debet fieri à maiori parte. Conclus. proxi-* 12 *mo sequent.* Vide, *Maior pars multa operatur. Conclus.* 14. Vide, *Maior* 13 *pars quando dicatur, Conclus.* 17. † Limita; quia licet debeat electio fieri à maiori parte; tamen non valeret statutum, quod debeat fieri ab omnibus, ita quod vno discordante non valeat propter facilem hominum discordiam; quia nunquam posset fieri electio. Alexand. *consil.* 224. *In re tam graui num. 2. & seq. lib. 6.*

Electio debet fieri à maiori parte, & quando præualeat facta à minori parte. Concl. 66.

1 ELECTIO † vt valeat, debet fieri à maiori parte, & hoc est regulariter in omnibus vniuersitatibus, Concilijs, Collegijs, & Conciliis, vt factum à maiori parte valeat, & dicatur factũ à toto Concilio, & tota Vniuersitate, nõ attenta contradictione minoris partis, sic Concilio generali est tex. in c. 1. 70. *distinct.* vbi idem de Concilio prouinciali, de alijs inferioribus collegijs, & Vniuersitatibus est tex. in *cap. 1. & c. fin. de his, quæ fiunt à maiori parte Capit.* & de iure ciuili in *l. quod maior. ff. ad municipal. & in l. nominationẽ. C. de* 2 *decurio. lib. 10.* † Ratio est: quia virtus Collegij cõsistit in toto Collegio, siue in duabus partibus. Bart. in *l. nulli. & l. plane. ff. quod cuius-*

que Vniuersit. nomine. † Declara tamen; quia maior, & sanior pars 3 Capituli semper debet interuenire, & vbi ista duo non concurrunt, non dicitur factum à maiori parte, & per fictionẽ à toto Capitulo, sed potius se inuicẽ impediunt, puta maior pars, & minor sanior contradicentes; quia maior non obtinet; quia non sanior; neque sanior; quia non maior. Abb. *d. c. Ecclesia vestr. il 2. de electio.* v- bi citat plurimos, & dicit * communem; secus dicit, quando duæ * tertiæ concurrunt, vel longe maior pars; quia tunc non consideratur in aliquo, quod minor pars sit sanior, *c. si quãdo, de electio. in 6.* vbi, quod non extenuantur vota duarum partium ex tribus, ratione zeli, meriti, neq; dignitatis, sed bene, si agitur de incapacitate votãtium, vt quia excommunicati, vel quid simile, potest electio annullari. † Amplia; quia si mandatur Capitulo aliquid 4 per Papam, quod respiciat ius illud, non potest exequi extra Capitulum, neq; per minorem partem Capituli; secus si illud, quod mandatur, respicit merum factum, prout quod mitterent in possessionem, Abb. in *c. eam te, de rescript.* † Contrarium tenet Cassad. 5 *decis. 8. de caus. possess. & propriet.* & quod imo etiã possessio facti debeat esse Capitularis, alias non est bona, nisi consuetudo esset in loco contraria. † Limita, quando eligentes sunt vltra tertiam par- 6 tem, & simul cum postulantibus faciunt maiorem partem; quia licet eligentes non faciant maiorem partem; puta quia ex 12. solum quinque eligunt, si alij quatuor postulant; tunc faciunt nouem, & sic minor pars sufficit hoc modo. Roman. *consil.* 483. *Dubitatum, in princip.* vbi dicit esse tex. in *c. scriptum. de electi.* secundum * communem intellectum. † Extende, vt procedat, quod elec- * tio facta à maiore parte tertiæ partis sufficit, quando cum postu- 7 lantibus valide faciunt maiorem partem, sed etiam, quando postulantes inualide, & nulliter postulassent, per maiorem rationem, ne sit melioris conditionis faciens actum nullum, quam faciens actum validum, ita plene Roman. *d. consil.* 483. *nu. 2. vers. nec refragatur, cum sequent.* vbi plura allegat. † Extende, vt idem sit, 8 quando maior pars tertiæ partis elegit, & cum alijs votis nulliter datis, & qui priuantur ea vice, faciunt maiorem partem; quia illa vota nulla, prout si conditionalia sunt, prout postulo eligendum, accrescunt eligentibus valide maiorem partem tertiæ cõstituentibus, adeo, quod si vota eorum, & vota nulla, si accedentia faciunt maiorem partem, valet electio. Roma. *d. consil* 483. *nu. 2. & se-* *quent. versic. cum enim.* † Limita, quando minor pars excedit maio- 9 rem partem in merito, & repræsentatione; quia si Episcopus cum minori parte Capituli aliquid facit; tunc præualet maiori parti Capituli in numero Canonicorũ. Hostien. in *c. postulasti de conces. præbend.* † Contrarium tenent alij Canonistæ in *d. cap. postula-* 10 *sti, de conces. præbend.* & ista est * communis opinio. † Limita; 11 * quia minor pars facit aliquando maiorem ratione zeli, meriti, & auctoritatis, vt in *d. c. Ecclesia vestra, il secõdo, de electio.* vbi electio minoris partis propter zelum & meritum præfertur. Vide, *Maior &* *sanior pars, &c. Conclus.* 17. † Declara totam istam materiam, vt su- 12 pra, *num.* 3. quia ad hoc, vt maior pars obtineat, debet esse maior, & sanior, & sic duo copulatiue requiruntur. Vnde licet sit maior pars, impeditur per minorem saniorem; quia nõ concurrunt duæ qualitates; sic etiam è conuerso sanior pars non potest præualere, sed solum impedire; quia non concurrunt duæ qualitates, quod sit maior & sanior; id circo vna impedit aliam, sed neutra præualet, nisi vno casu, videlicet, quãdo maior pars est pro duabus tertijs; quia tunc dicitur maior, & etiã sanior; quia tunc nulla potest habere ratio sanioris in minori parte, ne que respectu zeli, neque meriti, neque authoritatis, ex quo duæ tertiæ concurrunt, & ita declarat Abb. *d. c. Ecclesia vestra. il 2. nu. 15. de electio.* vbi dicit * com- * munem, & pro hoc vltimo allegat *c. si quando, de electio. in 6.* † Ex- 13 tende tamẽ; quia sunt aliqui casus expressi, in quibus deuoluitur potestas collegij ad minorem partem negligentem facere; sed tamen sunt casus speciales expressi à Iure, & extra illos casus nihil admittitur, gloss. in *cap. bonæ. il 2. de elect.* quam communiter approbant Doct. † Declara extensionem, quia in omnibus casibus, in 14 quibus potestas collegij ad minorem partem deuoluitur, intelligitur, vt coram Iudice, vel superiore declaretur, vel quatenus ipso Iure hæret deuolutio, & cũ sit ius speciale, debet hoc exprimi in dispositione, & debent dicere, quod hoc faciũt pro illa vice, & quo ad illum actum propter deuolutionem factam ad eos, alias autem facientes simpliciter sub nomine collegij fallum committunt; quia stante controuersia præsumitur pro maiori parte, donec declaretur contrarium, *c. cum inter canonicos.* vbi gloss. *de electio.* & sic dicit gloss. in *c. 1. de his, quæ fiunt à prælat.* † Restringe; quia nun- 15 quam fit deuolutio potestatis Collegij de maiori parte Collegij ad minorem, nisi prius maior pars elegerit indignũ, vel aliud fecerit, per quod priuetur, & oporteat, quod ille actus, per quem fit

deuolutio, sit consumptus, & finitus, & si minor pars ante facit actum, ex deuolutione dicitur nulliter facere. Ioan. Andr. & alii in
16 *c. congregato, de elect.* † Restringe; quia immo non licet minori parti facere nouã electionem ex iure sibi deuoluto per electionem indigni factam à maiori parte, nisi prius sit cassata electio indigni, ne duæ electiones eodem tempore reperiantur, gloss. magna & fin. in *c. auditis, de electio. in ver. irritandam*, quæ videri potest, & ibi
* *omnes, maxime Abb. *in fin. num. 9. vers. & adhuc plenius expediendo*, vbi ponit plenissimam distinctionem, & declarationem in hac materia, quando sint plures electiones, quæ præualeat, & quando præualet facta à maiori parte, & quando imo præualeat facta
17 à minori, & saniori, ad quem recurras. † Limita, quando minor pars nititur meliori ratione, quia præfertur, & procedit aliquando, quod etiam opinio vnius melioris rationis nitẽs præfertur, est tex. in *c. Nicena. 31. distinctio. & in c. Sane*, quod est vltimũ, 45. *distinctio*. Nam opinio sancti habens sacram Scripturam pro se præfertur opinioni plurium etiam Pontificum, glos. in *c. placuit. 36. quæst.*
18 *vlt. & in d. c. Sane. 45. distinct.* † Contrarium dicit; quia nunquam iudicium & potestas Collegii, seu Vniuersitatis, aut Capituli, seu maioris partis deuoluitur ad minorem partem ex meliori ratione se mouentem, nisi in casibus in iure expressis. gloss. in *c. bonæ 2. de*
* *electio*. quæ communiter * approbatur ibi per Canonistas. † Declara igitur, quod factum maioris partis non valebit; quia sine ra-
19 tione, & factum minoris, seu vnius etiam non valebit; quia caret potestate; quia potestas Vniuersitatis cõsistit in tota, vel in maiori parte eorum, qui constituunt duas partes Collegii, *l. quod maior pars, ff. ad municipal. l. nominationẽ, C. de decurio. lib. 10.* Abb. in *cap. 1. in fi. de ijs, quæ fiunt à maiori parte Capit.* & faciunt ad hoc ea, quæ dicit innocẽt. in *c. eam te, de rescript.* vbi, quod si Papa aliquid mandat Capitulo, nõ potest minor pars inuita maiori parte exequi mandatum Apostolicum; quia est directum Capitulo, nõ autem singulis. Abb. tamen in *cap. cum nobis, num. 9. versic. hæc procedunt*, dicit, quod quãdo non instat finis termini, vnus solus de Capitulo potest eligere in fine termini ad eligendum, aliis non comparentibus, & qui sciebant tempus spirare, & isto casu bene deuoluitur
20 etiam ad vnum, *de electio.* † Limita, quando omnes de Vniuersitate aliquid statuerunt facere, vel deberi; quia si maior pars non vult seruare, & minor vult, quod seruetur de eisum ab omnibus, vt obuietur periculo & damno Vniuersitatis, deuoluitur potestas ad minorem partem, *l. sicut, in fin. quod cuiusque Vniuers. nomi.*
21 † Cõtrarium, quod imo siue necessitas imminеat, siue vtilitas, siue pietas, semper maior pars disponit, & non minor, & allegata in contrarium loquuntur, quasi Vniuersitas in vno esset redacta; quia alii mortui essent, vel quando alii essent contumaces, & negligentes; sed quando tota Vniuersitas in pluribus consistit, semper maior pars sufficit; quia si deuolutio fieret ad minorem partem; tunc esset tota Vniuersitas per deuolutionem, alias sequerentur absurditates. Et ita not. communiter * Canonistæ in *d. cap. cum nobis, de electio.* & est text. in *c. 1. de ijs, quæ fiũt à maiori parte Capit.* & est text. in *c. hoc ius porrectum*, 10. *quæst.* 2. vbi debitum vrgens factum ab omnibus, non à minori parte, sed à maiore est persoluen-
22 dum. † Limita; quia quando aliquid fuit per omnes statutum nemine discrepante, illud non potest tolli per maiorem partem; quia debent pariter omnes conuenire; vt illud tollatur nemine discrepante. *Auth. de defens. ciuit. §. fi. in fi.* ibi; *nullo reluctante*, & quia eodem modo res soluitur, quo ligata est, *l. nihil tam naturale, ff. de*
23 *regul. iur. cap. 1. eod. tit.* † Contrarium tenet Bart. *d. authent. de defensor. ciuit. §. fin. num. 6.* vbi, quod *d. authent.* ponit casum specialem, quando agebatur de continuandis honoribus contra legem; tu vero dicas, quod *d. authent.* in *§. fin.* vere loquitur in casu speciali, quando agitur de prorogando officio defensoris contra legem; quia hoc est prohibitum in odium aliorum, & non reperitur iure cautum, quod omnes debeant cõcordare, misi in casibus specialibus; eo quia semper vera est regula, quod factum à maiori parte dicitur factum à tota vniuersitate, *cap. 1. de ijs, quæ fiunt à maiori parte Capit.* ponderando illum text. ibi in verbis, in cunctatẽr debere obseruari; ergo indistincte, & ibi, semper præualeat; ita quia etiam tollitur iuramentum ibi præstitum, quod nõ possit derogari; & tamen valet derogatio à maiori parte, vt ibi dicitur; & quia tantum operatur fictio in casu ficto, quãtum veritas in casu vero; sed maior pars fingitur pro tota vniuersitate; ergo, & Abb. ibi *num. 8.* dicit, quod neque potest collegium facere statutũ, quod omnes debeant concordare, neq; Capitulum Ecclesiasticum potest facere statutum, quod requirantur duę partes ex tribus, & non valeat maior pars. Vide, *Concilij maior pars reputatur totum Concilium. Concl. fin. 554.* Vide, *Electio à maiori, & saniori parte est facienda. Concl. prox. præced.* Vide, *Maior pars operatur multa. Concl. 14.*

Electores non possunt aliquid exigere ab electo. Cõclusio 67.

ELECTORES libere † eligere debent, neq; ab electo aliquid 1
exigere possunt, vel recipere, alias committitur simonia, quæ annullat actum electionis. Deci. in *c. cum super Abb. de offic. deleg. n. 41. & sequent. versic. secundo modo contra Abbatem.* † Extende; quia i- 2
mo si vnus ex pluribus eligentibus committit simoniam, & alii sciunt, tota electio est nulla. Deci. vbi supra. † Amplia, vt neque 3
eligentes possint exigere iuramentum de seruandis statutis ab electo; quia tale iuramentum debet præstari in manibus superioris, non autem in manibus eligentium. Calder. *cons. 179.* alias *3. de iureiurand.* † Amplia; quia electus si promittat dare beneficium 4
consentientibus suæ electioni, committit simoniam. Abb. in *cap. cum essent. num. 5. de simonia.* & multo magis si dat pecuniam dissentientibus. Abb. in *c. Mattheus. de simo. n. 1.* † Amplia in tantum electum per simoniam non posse obtinere; quia electio est nulla, vt 5
neque possit eligi denouo pro illa vice, etiam si ignoraret simoniam, Abb. in *c. si aliquis, in princ. de elect.*

Eligendi ius Ecclesiastico cõpetens ad beneficium potest in alium non laicum cedi, vel transferri. Concl. 68.

IVS † eligendi potest per Abbatem & Capitulum transferri in 1
alium, dummodo non in laicum. Alex. *cons. 106. Perspectis ijs per totum*, maxime *n. 9. & seq lib. 2.*

Eligere qui prohibeantur. Concluſ. 69.

VOCATI † ad electionem, & contumaces priuantur iure eli- 1
gendi; quia ipsorum ius pro illa vice censetur trãsfusum in alios præsentes electioni. Bald. *consil. 338. ad euidentiam, in princ. lib. 1.* † Amplia, vt idem sit in iis, qui sunt præsentes, sed non volunt 2
eligere. Bald. *d. consil. 338. nu. 2. versic. idem si præsentes, lib. 1.* † Extende; quia Canonici præsentes, qui non sunt in sacris, non possunt 3
esse in Capitulo, & consequenter non possunt eligere. Abb. in *c. pro illorum num. 3. de electio.* vbi apostilla in *ver. in sacris*, dicit secus, si admissus fuit, quia nõ annullatur, sed si esset promotus etiam antetæratem potest eligere, vt ibi Abb. Sed hodie Concil. Trident. *sess. 22. c. 4. de Reform.* vult, quod sint in sacris, alias admitti non possint. † Amplia, vt schismatici sint omnino priuati iure eligend; 4
quia quasi hæretici dici possunt. Bald. *d. cons. 338. num. 4. versic. Item non obstat lib. 1.* † Amplia; quia excommunicati excommunicatio- 5
ne maiori non possunt eligere, & electio facta ab excommunicatis non valet; secus, quado excõmunicati sunt excommunicatione minori; quia eligunt, sed non possunt eligi, Abb. in *capilla quotidiana, de electio.* † Amplia; quia eligentes scienter indignum pri- 6
uantur iure eligendi alium dignum pro illa vice; Ideo electio deuoluitur ad alios, qui non elegerunt indignum. Bald. *consil. 316. Pontur. quod electio. lib. 3 per totum*, vbi dicit, quod excusantur propter consuetudinem, vel probabilem errorẽ. Vide, *Electio ex quibus cassetur. & c. Concluſ. 71.* † Restringe, vt non procedat, quando 7
electio esset ipso iure nulla, & non esset facta de Episcopo, vel alio superiore; quia in ipsis solis, quando eligũtur, videtur imposita priuatio, & suspensio. Bald. *consil. 375. Videtur dicendum, lib. 5.*
† Amplia; quia impuberes, & regulares non eligunt in Ecclesia 8
seculari. Abb. in *c. quia propter, num 3. de electio.* † Limita; quia licet 9
constitutio dicat, quod electio Abbatis fiat per monachos omniũ Prioratuum, & Couentuum eligendorum ad hoc, si in vno prioratus non sunt, nisi tres monachi, & teneantur plures eligere, vno electo non priuatur ille, quin possit interuenire in electione alterius socij; quia non reperitur prohibitum. Abb. *consil. 25. nu. 2. ver-*
sic. & primo, lib. 2. † Limita; quia Priores monasteriorum infe- 10
rioris & primo, lib. 2. † Limita; quia Priores monasteriorum habentium bona distincta non habent electionem Abbatis maioris mõasterii. Roman. *cons. 332. num 6. & sequent. versic. quoad tertium*, vbi reddit rationẽ, ne inducatur vagatio; & quia sunt separati, sequitur Felin. in *c. ecclesiarum, col. vlt. vers. scias etiam, de rescript.* quem refert, & sequitur apostil. ad Roman. *d. consil. 332. ver. in contrarium.* † Restringe; quia imo Priores supposuit habentes bona 11
de mensa Abbatiali concurrunt ad electionem Abbatis superioris; si vero bona sunt separata; tunc distinguitur; quia si Prioratus est mannalis Abbatis superioris; & tunc cum non habeat electionem proprii Prælati, debet habere electionem superioris cõmunem proprii Prælati, debet habere electionem superioris cõmunem proprii Prælati, debet habere electionem superioris cõmun

morum sententia comprobatur. Abb. *cons.25. Quoniam de infrascri. prin.col.1.post med. & col.seq. ver.ex iis infertur. lib.2.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Electio ex quibus possit impugnari, respectu eligentium. Concl.70.

1 ELECTIO † respectu eligentium potest impugnari, si fuit facta à fornicatoribus notoriis; quia quoad se sunt ipso iure sus-
2 pensi. Oldrad. *cons.286. in princ.* † Amplia, vt imo electio tota annullari possit, quando fuit facta etiá à non fornicatoribus, quando simul interuenerunt notorii fornicatores moniti; quia eo casu sunt suspensi tales moniti quoad se, & quoad alios; secus si non fuerunt moniti. Oldrad. *d.cons.286. in princ. vers. & quantum ad pri-*
3 *mum.* † Amplia, vt suspensus ab homine sit actiue & passiue interdictus ab omni electione; secus si à iure. Oldrad. *d.cons.286.nu.2.*
4 *vers.quantum ad 2.* † Amplia, vt electio facta à notorie excommunicatis, vel notorie laicis nedum possit impugnari respectu ipsorum excommunicatorum, & laicorum, sed etiam respectu aliorum, qui non erant excommunicati, sed cum excommunicatis & laicis simul elegerunt. Oldra. *d.cons.286.n.5.vers.quantum ad quin-*
tum.& n.7. & 8. Vide, *Electio ex quibus cassetur ob defectum eligentium.*
5 *Concl. prox. seq.* † Limita in fornicariis suspensis; quia respectu aliorum, qui non sunt fornicarii, electio substinetur, licet cum eis communicauerint, dummodo ipsi suspensi non essent moniti. Oldrad. *d.cons.286.n.1.ver.& quantum ad 1. & num.5. & num.7. ver.*
6 *praterea.* † Limita, quando is, ex cuius suspensione impugnatur electio, erat taliter potens, vt sine scandalo eiici non potuisset.
Oldrad. *d.cons.286.n.6.ver.attendatur insuper.* Vide etiam Conclusionem proximam præcedentem.

Electio ex quibus cassetur ob defectum eligentium. Conclus.71.

1 ELECTIO † est nulla, si fuit facta ab excommunicatis, vel suspensis, etiá si non fuerint declarati, dummodo cõstet de excommunicatione, vel suspensione. Fed. de Sen. *cons.5. in fi. ver. hinc est.* Declara; quia si eligitur solus suspensus, licet electio sit nulla; tamen eligentes non priuantur iure eligendi. Abb. *in c. cum inter.*
n.15. de elect. Vide, *Eligere qui prohibeantur. Conclus.69.* † Intelligas;
2 quia electio facta de excõmunicato tempore electionis est nulla; si vero electus excommunicetur ante confirmationem, potest electio cassari. Abb. *in c. dilecti filij. n.3. de except.*

Eligere seipsum nemo potest, & quando secus. Conclus. 72.

1 ELECTIO † per scrutinium secretum facienda debet esse, vt eligens aliũ eligat, non seipsum, alias electio esset nulla, tanquam ambitiosa; nam cum ignoret, an ab aliis eligatur, seipsum eligens remanet exclusus tanquam ambitiosus. Abb. *cons.25. Quo-*
niam de infrascriptis. col.3. ver. secundus modus. lib.2. & in c. gratum. n.11.
2 † Amplia; quia si electio fiat per compromissum, & debent plures eligi, non possunt compromissarii seipsos eligere. Vide, & declara vt infra, *Electio potest fieri per cõpromissum. & quomodo. Concl.75.*
3 *n.2. & seq.* † Limita; quia in scrutinio aperto si quis à maiori parte aliorum eligitur, potest seipsum eligere, & in electionem de se factam consentire per viam accessus, vel electionis; quia cessat am-
4 bitio. Abb. *d.cons.25 col.2. vers. secundo, modus. nu.2. & seq. lib.2.* † Extende, vt procedat, etiam si constitutio mandet electionem fieri per scrutinium; quia si non extant tot in collegio, quod possit scrutinium secretum fieri, sufficit, quod fiat apertum, & licet non
5 seruata forma; tamen valet electio facta, puta de vno ex duobus, & à seipso. Abb. *d.cons.25.n.2.lib.2.* † Extende; quia si constitutio dicat, quod per quoscunque Monasterium Prioratus ad electionem Abbatis Generalis mittantur duo Monachi, & in vno Prioratu non sint, nisi duo Monachi, & vadant, dicuntur missi à Conuentu, qui residet in eis propter necessitatem. Abb. *d.cons.25.*
col.fin.in princip.lib.2.vers.tertio dico. Vide, *Patronus seipsum præsentare non potest, & quando secus. Conclus.138.*

Electio ex quibus cassetur ob defectum electi. Conclus.73.

1 INELIGIBILES † sunt, qui sine dispensatione eligi non pos-
2 sunt. Innoc. *in c.1. de postul. Prælat. n.3. ver. ineligibiles autẽ.* † Amplia; quia electio facta de eo, qui fuit immediate in eodẽ officio, non valet, maxime, si magistratus habet iurisdictionem; quia inducetur ambitus; ideo de iure communi est nulla. Bald. *cons.316. Po-*

nitur, quod electio. in princ. & per tot. lib.3. † Extende, maxime, quan- 3
do officium vigore statuti esset annale; quia non potest post annum iterum eligi etiam à maiori parte. Bald. *d.cons.316. in prin.* vbi loquitur in Rectore scholarium, *lib.2.* † Restringe, vt non procedat ampliatio, quando alius idoneus non reperiretur. Bald. *consil.* 4
319. in prin. lib.3. † Restringe, vt non procedat in aliis officiis, vel 5
quando nullus eligentium discreparet. Bald. *d.cons.316. in pr. lib.3.* vbi videtur velle, quod nemine discrepante potest iterum eligi is, qui fuit in officio. † Restringe, nisi adesset consuetudo in con- 6
trarium. Bald. *d.cons.316. in prin. lib.3.* † Amplia; quia electus ad di- 7
gnitatem, quæ requirit sacerdotium, si non est in ætate, vt saltem intra annum possit effici sacerdos, nullũ ius acquirit, sed electio 8
est ipso iure nulla. Bald. *cons.375. Videtur dicendum. lib.5.* † Amplia; quia Communia, & Ciuitates iure proprio eligentes officiales possunt cassare electionem factam de forensi; secus si eligerent iure statutario confirmato à Principe. Ang. *cons.320. Ars chartula-*
riorum per tot. † Amplia; quia electio est nulla, & cassari debet fa- 9
cta de eo, qui non habet qualitates requisitas, quando habere illas professus est. Roman. *cons.216. Electio. n.3. vers. tertio principaliter.*
† Extende idem esse, si tacuit in electione se facta, quando 10
sciebat qualitates requisitas; quia tacendo videtur dixisse se habere qualitates. Rom. *d.cons.216. n.3.* † Extende, etiam si habeat 11
electus honestatem morum, vel alias qualitates bonas; quia non supplentur qualitates requisitæ, quæ deficiunt, nisi sit dispensatum secum tacite, vel expresse, quod quando fiat, vel non, plene Rom. *d.cons.216.n.5. & seq. vers. cæterum per tot.* † Limita; quia valet 12
electio & præsentatio religiosi ad Ecclesiam curatam secularem, & debet institui, si alias est idoneus; secus si eligatur ad beneficium simplex. Feder. de Sen. *consil.134. in princ. vers. hinc est. & cons.*
136. in fin princip. † Extende; quia frater ordinis Minorum potest 13
eligi ad Ecclesiam Episcopalem, *cap. quorundam. de elect. in 6.* Card. Zabarell. *consil.36. in princip.* † Limita in criminoso; quia eligibilis 14
est. Innocent. *d.cap.1. de postulat. Prælat. num.3. vers. criminosus autem.* quod declarat Feder. de Sen. *consil.13. in fine. versic. soluendo igitur.* vt intelligatur de criminosis non regularibus, vbi etiam argumenta in contrarium adducit, quem omnino videvsque in fin. consilii; quia nihil soluit.

Electionem impugnans probare debet nõ fuisse legitimam, & quando secus. Conclus.

VIDE Mascard. *concl.590. Electionem factam non fuisse legitimam.* Vide, *Probatio incumbit asserenti, & quando secus. Concl.768.*

Electio, quæ fit per inspirationem, qualis, & quæ requirat. Concl.74.

ELECTIO, † quæ fit per inspirationem, est illa, quæ fit nullo 1
ordine seruato inter eligentes, vt quando quasi inebriati omnes vnanimes eligunt. Oldr. *cons.155. Quia de forma. in pr.* & vide Franc. Marc. *decis.1308.* vbi dat exempla in Ambrosio, Martino, Nicolao, & similibus. † Et tria requiruntur, vt dicatur quasi per 2
inspirationem; primo, quod nulla præcedat nominatio; secundo, quod nullus tractatus; tertio, quod omnes consentiant. Ripa *re-*
spons.33. alias *5. de elect. n.10. & seq.* vbi *n.8.* dicit, quod amplius non fit per inspirationem, videlicet per apparitionem columbæ; quia coruus eam interfecit, & apostill. ad Rom. *cons.345.n.18.* citat hoc consilium Rip. sub *n.12.* † Imo electio per inspirationem in tan- 3
tum requirit, quod omnes vnanimes conueniant quasi inebriati, vt si extent aliqui electores, licet suspensi, vel priuati iure eligendi, & non concurrerent, non diceretur facta per inspirationem. Castr. *cons.347. Formæ Capituli. in fin. lib.1.* † Amplia; quia elec- 4
tio facta per inspirationem non subiacet legi, neque regulæ, aut formæ, quæ requiritur in electione. *e. quia propter de elect.* Ro. *d.cons.*
345. Circa primum. n.18. † Ratio est; quia q̃ spiritu Dei agũtur, liber- 5
ra sunt, & non sunt sub lege. Rom. *d.cons.345.n.23. vers. præterea ratio.* vbi plena apost. *in ver. legi*, dat concord. † Item, quia absurdum 6
esset velle dicere contrarium, quod ea, quæ spiritu Dei aguntur, subsint legibus humanis. Rom. *d.cons.345. in fin. n.23.* † Extende; 7
quia sicuti electio per inspirationem non subiacet legi; quia hæc lex dicit *in cap. quia propter. de elect.* idem erit in omni additione, vel limitatione noua, quæ fieret super electione, etiam si esset formalis, & à Sacro Concilio; quia semper habebit eandem interpretationem passiuam à iure communi, vt non includat electionem factam per inspirationem, plenissime Rom. *d.cons.345. n.18.*
& seq. vbi ponit plura similia, & apostill. dat concord. vbi *num.21.* extendit, etiam si lex noua derogaret legibus antiquis; quia

derogatio nõ extenditur ad hoc. † Electio vero, quæ fit per quasi inspirationem, est, quando subito, & repente, aliquo tamen ordine seruato vnus post alium sine interuallo eligunt omnes, & isto casu, ne tot dicantur electiones, quot sunt eligentes, contra *c. in generali. de elect.* oportet, quod committatur vni, qui vice omnium eligat, & tunc omnes dicuntur vnanimiter elegisse, *cap. dilectus. de temp. ord.* Oldra. *cons.* 155. *Quia de forma. vers. per quasi inspirationem.* & de hac vide plene Franc. Marc. *decis.* 1320. *per tot.* vbi, quod multa requiruntur, & quod requiritur consensus omnium, & quod vnoore omnes eligant, non autem singulariter. † Vide tamen eundem Franc. Marc. *decis.* 1343. *Quæritur, quomodo.* vbi *in fin.* videtur tenere, quod etiam si non fiat communi omnium ore, sed singulariter, valeat; quia quæ spiritu Dei aguntur, libera sunt; tamen refert contrarium tenentes.

Electio potest fieri per compromissum, & quomodo fiat Concl. 75.

ELECTIO † potest fieri per compromissum; quia possunt eligere debentes in vnum compromittere electione, & compromissarii possunt eligere vnum ex seipsis. Cast. *cons.* 230. *Quia de defectibus. n. 2. ve. secundo quæritur. lib.* 2. allegat text. *in c. cum in iure. de elect.* † Extende; quia licet quis non possit eligere seipsum, *c. per vestras. de iure patron.* bene potest quis eligere illum, qui elegerat eligentem, & sic seruant Cardinales; quia Cardinalis electus ad Papatum si non potest esse, potest eligere suum electorem. Castr. *d. cons.* 230. *n.* 2. *lib.* 2. † Declara, seu restringe; quia quando sunt eligendi plures, non possunt compromissarii electi ad eligendum seipsos eligere. Castr. *d. cons.* 230. *n* 2. *vers. breuiter. lib.* 2. quia sequeretur absurdum, quod inter se possent facere plures electiones, quod non est prohibitum in vnica, & ita dicit debere limitari *cap. cum in iure. de elect.* † Amplia; quia potest compromissum fieri in pluribus in solidum, ita quod vnusquisque arbiter solus potest eligere, & locus est præuentioni. Calder. *cons.* 52. *An si dati sint. per tot.* alias 6. *de election.* † Et non solum per compromissum, sed etiam per commissionem, potest dari facultas aliquibus eligendi, puta Capitaneum iustitiæ, vel alium officialem, & si tales habentes facultatem excedunt formam commissionis, electio est nulla. *c. cum dilecti. de elect.* per quem text. Roman. *cons.* 216. *Electio dicti Domini. in princ.* dicit, quod stante statuto Senarum, quod Capitaneus iustitiæ habeat ætatem 26. annorum, si eligere habentes eligant minorem 26. annorũ, electio est nulla, licet de iure communi sufficiat ætas 25. annorum. † Limita, quando electio committeretur facienda de certa persona; quia non valet compromissum, neq; electio talis, ex quo non est libera. Calder. *cons.* 49. alias 3. *de elect.* † Limita; quia compromissarii non possunt esse non habentes vocem in electione. Rom. *cons.* 332. *nu.* 11. & 12. vbi dicit *communem. † Limita; quia electio compromissa in plures per vnum est pronuntianda, non per omnes compromissarios, *c. sicut. de elect. lib.* 6. Rom. *d. cons.* 216. *n.* 4. *ver. quarto eiusdem nullitas.* Vide plenius Concluſ. prox. seq.

Electio per scrutinium, vel cõpromissum debet pronunciari per verba singularia, alias est nulla, & quomodo procedat. Concl. 76.

ELECTIO † facta de Episcopo per scrutinium à Capitulo debet pronunciari per verba singularia à scrutatore, cui cõmittitur scrutinium, alias est nulla electio. Oldr. *cons.* 184 *in prin. incip. Pater sancte.* † Amplia, vt idem sit, si electio committatur plurib. arbitris; quia vnus debet pronunciare electionem in singulari, alias est nulla. Oldrad. *d. cons.* 184. *in prin.* Rom. *cons.* 216. *num.* 4. *ver. quarto eiusdem nullitas.* † Amplia, etiam si esset pronunciata in plurali, deinde in singulari pronunciaretur; quia adhuc non valet; quia consumpta est facultas ex primo actu nullo; ideo non valet. Oldrad. *d. cons.* 184. *vers. secundo excusat.* † Contrarium, si in continenti fiat correctio in singulari, videtur tenere Io. Andr. & Franc. *in c. sicut per formam. de elect. in* 6. *in fin.* Oldrad. *cons.* 183. *circa fin. n.* 22. *versic. & valde mirandum.* † Declara; quia si electio, vel postulatio est nulla respectu formæ, potest reiterari de nouo, quando eligentes, & postulantes ex postulatione nulla non sunt priuati; si vero inducitur priuatio ipso iure, non possunt iterum eligere. Rom. *cons.* 483. *n.* 9. *vers. respondeo.* † Limita; quia quando vota data fuerunt in scrutinio conditionalia, vel incerta, prout postulo eligendum; tunc quia sunt nulla, licet per scrutatorem bene pronuncietur, prout eligo nomine meo, & aliorũ talem; tamen non conualidatur. Rom. *d. cons.* 483. *Dubitatur. n.* 7. & 8. *versic. nec dixerit quisquam.* † Limita; quia si in electione, vel postulatione facta per scrutinium data sunt vota incerta, vel conditionalia, & sic nulla, propterea que priuati sunt pro illa vice postulare, & eligere, vt in *cap.* 2. *de elect. in* 6. illa vota accrescunt eligentibus legitime, dummodo ipsi eligentes legitime excedant tertiam partem, & si cum votis, quæ accrescunt, faciunt maiorem partem, legitima erit electio. Roman. *dict. consil.* 483. *in princip.* † Et procedit limitatio, et iam si vota in scrutinio data incerta, vel cõditionalia sint, & scrutinium non fuerit publicatum. Roman. *d. consil.* 483. *num.* 10. vbi dicit *communem. † Limita; quia scrutatores tres debent esse de collegio eligentium, alias electio esset nulla, etiam si pars scrutatorum, videlicet vnus ex tribus esset de collegio; quia non valet. Rom. *consil.* 332. *num.* 6. & *seq. vers. quoad tertium.* vbi *num.* 11. dicit *communem.

Electio per scrutinium facta nõ potest reuocari, sed cõpelluntur scrutatores perseuerare. Concl. 77.

ELECTIO † per scrutinium facta, & publicata operatur, vt si eligentes nolint perficere electionem ad fauorem sic electi, possint compelli. Gemin. *cons.* 84. *Quia istud dubium, n.* 13. *ver.* & *idem dicitur.*

Electio facta non seruata forma quando valeat. Concluſ. 78.

ELECTIO, † quæ debet fieri per scrutinũ, si fiat aperto modo; quia non possit fieri scrutinium, puta, quia sint duo soli, valet, & potest eo casu quis seipsum eligere, & valet electio. Abb. *cons.* 25. *Quoniam de infrascriptis. col.* 2. *ver. secundo modus. lib.* 2. † Amplia; quia licet quando electio fit per scrutinium secretum, nemo possit seipsum eligere; quia ambitiosus reputaretur, ex quo ignorat, an ab aliis eligatur; tamen quando fit electio per scrutinium apertum, tunc bene potest seipsum eligere, ex quo cessat ambitio; quia ob aliis eligitur. Abb. *d. cons.* 25. *num.* 2. *versic. secundus modus. num.* 2. & *seqent. lib.* 2. Vide, *Electio debet esse legitima, & formalis. Concluſ.* 60.

Electio non potest fieri per sortes. Concl. 79.

ELECTIO † non debet fieri per sortes; quia detestatur Oldrad. *cons.* 191. *Nullo modo. num.* 3. *vers. quarto si illa.* † Et maxime electio Papæ prohibetur fieri per sortes. Fran. Marc. *decis.* 933. vbi respondet ad illud de electione Matthiæ Apostoli; quia fuit diuina inspiratione. Vide, *Diuisio inter fratres an per sortes, & qualiter facienda. Concluſ.* 530.

Electiones plures fieri non possunt, & quando secus. Concluſ. 80.

ELECTIONES † duæ si fiant in discordia non simul, sed diuersis temporib. si prima fuit valida, nõ valet secunda. Bald. *cons.* 338. *Ad euidentiam est præmittendum. n.* 3. *ver. tertio præmittendum. lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si sit dubium, an prima valeat, vel ne; quia interim secunda est cassanda. Bald. *d. cons.* 338. *nu.* 3. *lib.* 1. allegat *c. consideremus & c. auditis. de elect.* † Restringe, vt non procedat; quia secunda valet, dummodo alias sit legitima, quando notorium est primam non valere. Bald. *d. cons.* 338. *num.* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia duæ electiones factæ in paritate vocum hinc inde non valent, sed alia electio erit facienda; quia ad hoc, vt vna prævaleat alteri, debet esse facta à maiori parte, & sic debet salte prævalere in vna voce. Bald. *cõs.* 316. *Ponitur. quod electio per tot.* maxime *n.* 4. *vers. amplius est. lib.* 3. vbi loquitur in duobus rectoribus scholarium in paritate vocum, vt vtraq; sit nulla, & de nouo debeat fieri, & melius in fin. vbi, quod pares numero sibi inuicem pariter contradicunt. † Extende; quia si ludentes ad taxillos, ille debeat vincere, qui plura puncta proiecerit, & duo eadem puncta numero æqualia proiecãt, neuter obtinere debet, sed iterum experiri debent isti duo, non alii, qui sunt excluſi. † Extende generaliter in omnibus electionibus contextualiter factis in paritate vocum; quia non valent. Franc. Marc. *decis.* 1034. *in fi* licet nihil alleget. vbi, quod poterunt alias electiones facere, & plenius *decis.* 1342 *per tot.* † Declara; quia bene potest Papa gratificatiue istas pares electiones; secus in alio superiore, ita Franc. Marc. *decis.* 1033. *in princip.* & plenius *decis.* 1342. *num.* 4. & *decis.* 924. *num.* 1. † Imo, quod si est dubium, quæ ex duabus electionibus sit valida, vocandum esset Concilium generale. Franc. Marc. *decis.* 940. *in princ.*

9 *Aymirac.* † Dicuntur autē electiones plures contextualiter factæ, quando sunt omnibus existentibus in Capitulo, & pariter eligētibus. Franc. Marc. *d. decis.* 924. *in fi.* diuerso contextu dicuntur factæ, quando vna pars recessit de Capitulo, & *decis.* 1035. *in fi.* † Restringe, quando vna pars haberet maiorem numerum; quia tunc de duabus electionibus eodē contextu factis, illa præfertur, quæ habet maiorem numerum; si vero non eodem contextu, non valet secunda, nisi cassata prima electione. Franc. Marc. *d. decis.* 1035. 10 *per tot. & decis.* 927. *in fi.* † Restringe, nisi vna pars scienter elegisset prohibitum eligi, & sic indignum; quia tunc vota istorum accrescerent electioni legitimè factæ. Bald. *d. cons.* 316. *n.* 2. *vers. venio ad* 11 *secundam electionem, lib.* 3. † Idem, si vna pars elegisset nulliter per vota incerta, vel conditionalia; quia eorum electio non valet, & eorum vota accedunt legitimè eligentibus, si sunt vltra tertiam 12 partem, plene Roma. *cons.* 483. *Dubitatur, in princ.* † Declara, vt non perdāt voces suas illi, qui eligunt indignum, si habeant aliquam probabilem excusationem, etiam si sit excusatio consuetudinis 13 nondum præscriptę. Bald. *d. cons.* 316. *num.* 4. *in fi. & sequent. ver. item* 14 *consuetudo li.* 3. † Amplia; quia is, qui semel elegit, non potest aliam electionem facere contrariam. † Extende in delegato, vel com- 15 promissario; quia si nulliter elegit etiam sine culpa sua, non potest aliam electionem facere. Rom. *consil.* 492. *n.* 2. *vers. secus in ha-* 16 *bente.* † Restringe, quando electio redditur nulla ex defectu personę electi temporali; secus si defectus personæ esset perpetuus. 17 Roman. *d. cons.* 492. *num.* 3. *vers. tertio.* allegat *c. super eo, de elect.* † Restringe, quando aliquis eligitur ad officium, vel beneficium, q̄ alteri debebatur; quia tunc potest ille idem electus de nouo eligi ad aliud officium, vel beneficium, non obstante prima electione de eo facta, quæ alteri debebatur. Rom. *d. consil.* 492. *num.* 4. *ver.* 18 *quarto probatur*, vbi plena apostil. in. *ver. eligendi*, quæ dat plurim. conc. & allegat simile de expectante, qui ignoranter acceptat beneficium alteri debitum, qui suam gratiam non consumit. † Re- 19 stringe, nisi prima electio fuisset ipso iure nulla. Bald. *cons.* 375. *Vi-* 20 *deter dicendum, lib.* 5. Roman. *d. consil.* 492. *In casu, in princ.* † Declarat Castrē. *cons.* 121. *Antequam veniam, col. fi. ver secundo quia. lib.* 2. quod non possunt eligentes variare, & facere secundam electionē post primam, nisi prima sit notorie nulla, vel cassata per sententiam; quia donec est dubia, non potest fieri secunda, nisi eligentes sint 21 certi de nullitate primæ. † Restringe; quia habens electionem iure proprio, & ordinario, si facit primā electionem nullam sine vitio suo, potest facere aliam electionem. Roman. *d. consil.* 492. *n.* 22 *vers. ista eadem conclus.* allegat *c. si electio, de elect. lib.* 6. *& l.* 2. *ff. de optio.* 23 *leg.* † An autem duobus electis in paritate vocum, ex quo se impediunt, & confringūt, & neuter prævalet, debeat solum de illis duobus fieri nouum scrutinium, & noua electio ad effectum videndi, quis eorum prævaleat, an vero omnes debeāt scrutari? dicas, quod omnes; quia istis nullum ius fuit quæsitum priuatiue ad alios licet sit contrarium, quando ius eis esset quæsitum, prout in currentibus ad brauium. Vide Bald. in 1. *constit. ff. §. itaq.*, vbi multa similia.

Electo inter plures magis defertur habenti maiorē partem. Concl. 81.

1 ELECTO † magis defertur inter plures ei, qui habet maiorem partem, *l.* 2. *circa prin. C. quando, & quib.* 4 *pars, lib.* 10. Oldr. *cōs.* 2 *113. n.* 2. *ver. vir autē bonus.* Vide, *Electio à maiori, & saniori parte. est fa-* 3 *cenda. Concl.* 65. & plenius *Concl. ibi prox. seq.* † Amplia; quia vbi maior est numerus eligentiū inter plures electiones, ibi melior præsumitur zelus. Vide plene Mascar. *Conclus.* 593. *Eligentium vbi ma-* 4 *ior est numerus.*

Electio, acceptatio, & collatio conditionalis nō valet, & quando secus. Concl. 82.

1 ELECTIO, † acceptatio, & collatio incerta, alternata, vel conditionalis nō valet, *c.* 2. *de elect. in* 6. Vide omnino Lap. *alleg.* 6. 2 *per tot.* qui declarat procedere, quando electio, vel persona est incerta; secus si modus vacationis, vel alia qualitas, vt eligo, vel po- 3 stulo, quia tunc valet. Rom. *cons.* 360. *Circa propositum. in prin. n.* 2. 4 Declara, nisi subsit iusta, & probabilis ratio dubitandi, an sit electus etiam postulandus; quia tunc valet electio alternatiua, vide- 5 licet, eligo, vel postulo, prout melius de iure expedit, Rom. *d. cons.* 6 360. *in princ. n.* 2. † Amplia; quia in electione, postulatione & scrutinio, vota conditionalia, alternatiua, & incerta in totum repro- 7 bantur, *cap.* 2. *de electio. in* 6. Roman. *cons.* 483. *Dubitatur, num.* 2. *ver.* 8 *secundo.* † Extende; quia propterea non valet postulatio, sicuti neque electio conditionalis. puta si dicatur, postulo eligendum; quia vota sunt incerta. Roman. *d. cons.* 483. *nn.* 2. allegat tex. in *cap.* 1. *de postulat. Prælat. lib.* 6. † Extende; quia postulantes, vel eligentes per vota incerta, cōditionalia, vel reprobata priuantur pro illa vice, & illa vota accrescunt legitime eligētibus, dummodo legitime eligentes excedant tertiam partem, *cap.* 2. *de elect. in* 6. & isto casu si legitime eligentes cum istis votis, quæ accedunt, ascendūt ad maiorem partem, electio erit legitima, tāquam à maiori parte facta. Roman. *d. consil.* 483. *in princip.* † Limita; quia valet collatio facta per hæc verba; confero, si vacat per mortem Sempronij, vel alio quouis modo. Lap. *d. alleg* 6. *in princip. versic. in collatione*, vbi idē dicit, si diceret, eligo, vel postulo, prout melius valeat, idē Lap. *alleg.* 51. *num.* 10. *versic. ita etiam*, vbi, quod valet, eligo, vel postulo, prout melius de iure fieri potest. † Limita; quia valet collatio beneficij facta per exequutorem ignorantem vacationem; etiam si prouisus ignoret; quia sufficit vera vacatio. Lap. *d. alleg.* 6. *num.* 2. † Limita in conditione respiciente ius, vt si dicat, accepto, si mihi debetur tale beneficium. Lap. *d. alleg.* 6. *n.* 2. *versic. item in acceptatio-* 8 *nibus.* † Limita in electione facta de beneficio vacante nullo expresso modo vacationis; quia valet. Lap. *d. alleg.* 6. *in fin. versic. item si* 9 *forte, num.* 6. † Limita in præsentatione, quæ potest esse alternatiua. Lap. *alleg.* 8. *num.* 3. *versic. item vota alternatiua*, per *clemen.* 2. *de iure* 10 *patronat.*

Eligendi possessio ex quibus acquiratur Cōclus. 83.

POSSESSIO, † vel quasi eligendi, ad hoc, vt acquiratur, tria 1 requiruntur, quod volens quærere possessionem eligat; item suo nomine, & suo iure; item quod electio cōfirmetur per superiorem. Gemin. *cons.* 123. *in fin. vers. oportet ergo.* † Calderin. *consil.* 12. 2 *tit. de iure patronat.* alias 434. quod est repetitum 6 *tit. de caus. possess.* requirit alia tria, videlicet primo bonā fidem in eligente, vel præsentante. Secundo admissionem, vel confirmationem. Tertio, quod admissus fuerit in possessione, quem sequitur Io. de Selua *tract. de benef.* 2. *p quæst.* 7. vbi alios infinitos allegat, & Rota sequitur hoc consilium, vt per Palæott. *decis.* 327. † Et quod vna collatio, quæ habuerit effectum, cōstituat quasi possessionem conferendi, licet consuetudo plures actus requirat. Ægid. *decis.* 128. *vers.* 3 *quia licet vno actu.* Palæott. *decis.* 278. † Idē in vnica præsentatione. 4 Bald. *consil.* 32. *Quidam nobilis, in fin. lib.* 1. † Idem in vna electione 5 confirmata à superiore, vt acquirat quasi possessionem iuris eligendi. Bertach in *tract. de Episcop. lib.* 1. *in* 3. *part. in* 6. *q. in fi.* Bald. in *l.* 2. *n.* 15. *versic. quidam sunt, C. de seruitut & aqua. & n.* 77. Abb. in *cap. cum Ecclesia Sutrina. n.* 22. *& 23. de caus. possess.* & hæc est communis ** opinio, de qua Fiāc. Balb. *de præscript. in* 5. *part quæst.* 8. † Imo quod 6 duæ, vel tres electiones sufficiant, etiam si non sint confirmatæ; quia sufficit, quod prouisum habuerint pro electo. Bald. in *d. l.* 2. *C. de seruitut. & aqu. n.* 57. *versic. sed nunquid per solam*, sequitur Bertach. *d. tract. de Episcop. lib.* 1. *part.* 3. *in fin.* † Et quod possessio, vel 7 quasi acquiratur, vel saltem conseruetur, si eligere debentes, vel præsentare habuerint pro electo, seu præsentato prouisum, videtur tenere Cardin. Zabarell. *consil.* 62. *versic. ad tertium.* † Et idem 8 in postulatione; quia dicitur esse in possessione eligendi, si semel postulatio est admissa. Ioan. de Selua *tract. de benef.* 2. *part. quæstio.* 7. *num.* 17. Vide, *Effectus, & exequutio rei cœptæ si non apparet, ex eo non* 9 *arguitur. Concl.* 53. Vide plenius, *Quasi possessio eligendi, & præsentandi ex quibus probetur. Concl.* 35. Vide, *Titulus in spolio beneficij non probatur ex præsentatione. Conclus.* 318. † Amplia; quia sufficit quasi possessio 9 eligendi, vt quis effectum electionis consequatur, etiam si non constet de proprietate; quia electio & collatio est fructus iuris eligendi, qui spectat ad possessorem. Abb. in *cap. Cumana. n.* 4. *versic. pro clariori, de election.* plenius in *cap. querelam, n.* 5. *eodem tit.* Lap. *alleg.* 78. *num.* 9. Rota in *antiqu. decis.* 14. *de iur. patronā.* alias 575. latissime Ioan. de Selua *tract. de benef. part.* 2. *quæst.* 7. vbi infinitos allegat, quod ex vnica præsentatione & electione, ac collatione acquiratur quasi possessio. † Idem in quasi possessione præsentandi, nominādi, vel conferendi. Lap. *d. allegat.* 78. *In Dei nomine, Amē,* 10 *num.* 9. Bald. *consil.* 32. *in fin. lib.* 1. Alexand. *consil.* 75. *Visis ponderatis, n.* 42. *versic. sed ijs non obstan. lib.* 4. vbi apostill. *in ver. possessorem.* † Idem 11 in quasi possessione conferendi, & generaliter in incorporalibus. Ioann. de Selua *tract. de benef. part.* 2. *quæstio.* 7. *per totam.* † Exten- 12 de, etiam si existens in quasi possessione eligendi sit malæ fidei; quia non debet eiici de facto, sed per sententiam, & fructus consequi debet interim, & vocari ad electionem. Abbas *dict. cap. Cumana num.* 12. *de election.* Bald. in *dict. l.* 2. *n.* 16. *C. de seruit & aqua*, vbi reddit rationem; quia possessio non requirit bonam fidem, sed præscriptio. † Adde, quod possessor in istis spiritualibus 13

in dubio præsumitur malæ fidei possessor, maxime si non habet ius commune pro se. Alex. *cons.75.nu.47. & seq. lib.4.* Vide, *Quasi possessio habeat in multis quasi possidentem. Concl.36.* † Declara, nisi constaret de mala fide. Rot. *in nou. decis.7. de iure patron.* alias 268. Alex. *d. consil.75. num.44. & seq. versic. preterea dato lib.4.* † Extende in tantum, vt institutus, vel confirmatus, aut habés collationem ab eo, qui est in quasi possessione, debeat manuteneri, etiam si tale ius cuinceretur; quia cum sit fructus iuris, debet spectare ad bonæ fidei possessorem. Rot. in *antiq. decis.14. de iure patron.* alias 575. idem tenet Bald. quem sequitur Bertach. *tract. de Episcop. lib.1. in 3. part. q.53. n.71.* Bald. in *d.l.2. C. de seruit. & aqua. n.81. versic. sed an possessor.* † Imo si talis existens in quasi possessione eligendi, præsentandi, vel conferendi esset violentus, & malæ fidei, præfertur, si modo non constet de violétia, & mala fide. Rot. in *nouis, d. decis.7. de iure patrō.* alias 268. † Contrarium videtur velle Bald. in *d.l.2. C. de seruit. & aqua. n.78. vers. videamus ergo.* † Extende; quia quasi possessio vltima præfertur proprietati. Rota *decis.49.* alias 557. *de rescript. in antiqu.* Alex. *d. cons.75. Visis & ponderatis, n.42. vers. sed iis nō obstātib. lib.4.* vbi apostill. in *ver. possessorem. lib.4.* † Extende; quia quasi possessio tribuit restitutionem. Rot. *decis.2. de caus. possess.* alias 23. *in antiquis.* † Imo possessio præsentati à laico tuetur per solam institutionem, licet non constet de præsentatione; sicut è contra tuetur ex sola electione, licet confirmatio irritetur. Rot. *decis.4. de caus. possess. in nouis,* alias 189. † Restringe, nisi simul, & semel constaret de possessione vnius, & de proprietate alterius; quia debet pronunciari super proprietate. Abb. *d. cap. Cumana. n.7. de electio.* † Restringe, nisi esset mota lis ante præsentationem in possessorio; quia si non iustificatur, non potest præsentare, ita Alex. *d. cons 75. n.46.* vbi apostil. in *ver. quod non. lib.4.* † Amplia; quia quasi possessio conferendi, eligendi, vel præsentādi ex vnico actu quęsita vltimo loco præfertur habenti antiquiorem possessionē ex plurib⁹ actibus quæsitam; & præscriptam; quia imputandū est habenti antiquiorē, si passus fuit recentem possessionem causari, quæ sibi præiudicat, quod tamen intelligit, si vltima possessio sit bona fide, alias non. Ioan. de Selu. in *tractat. de benef. quæst.7. part.2. nu.8. & seq.* vbi, quod nō requiritur præscriptio. † Declara tamen; quia ampliatio procedit ad effectum quasi possessionis; secus est ad effectū proprietatis; quia requiritur possessio præscripta. Ioā. de Selu. *d. tract. de benef. par.2. quæst.7. num.9.* †. Limita; quia imo requiritur possessio præscripta, vel cum titulo ad hoc, vt sit releuās. Abb. *cons.106. num.2. lib.2.* vbi loquitur, quando est contraria iuri communi talis possessio, & idem tenet Alex. *d. cons.75. n.48. lib.4.* qui dicūt requiri 40. annos, vt ex possessione præsentādi ex vnica præsentatione sit quæsitum ius præsentandi.

Eligendi ius quāto tēpore præscribatur. Concl. 84.

1 IVs † eligendi acquiritur cōsuetudine, vel præscriptione annorum 40. *c. cum arrha, de electio.* vbi gloss. & Doctor. & in *cap. cum Ecclesia Sutrina, de caus. possess. & propriet.* plene Bertach. in *tract. de Episcop. in lib.1.3. part. quæst.5. & 6.* vbi late. Vide, *Ius patronatus præscribitur, & quando secus. Concluſ.604. & Conclusione ibi proxima seq.* Vide, *Præscribi potest status Ecclesiarum. Concluſ.543. cum duabus ibi proximis Concluſ. sequentib.*

Electio quomodo, & per quas personas probari possit. Concl.

VIde Mascardum *Concl.591. An in probanda electione.* Vide, *Testes inhabiles, & non idonei admittuntur multis casibus. Concl.226.*

Eligendi facultas quando, & ex quibus amittatur. Concluſ. 85.

1 HAbens † facultatem eligendi rem incertam, quando persona est certa, si non eligat intra annum, perditius eligendi. Bart. in *l fin. §. sed & si quis. C. commun. de leg. & consil.142. Constitutione*
2 *Camer. in fin. lib.1.* † Restringe; quia non habet locum, quando res est certa, sed persona eligenda est incerta; quia potest fieri electio post annum. Bart. *d.l. fin. §. sed & si quis. C. commun. de leg. & consil.*
3 142. *in fin. lib.1.* † Amplia; quia magis de facili perditur quasi possessio incorporalium, quam possessio corporalium. Bald. in *l.2. n.*
4 11. *vers. item nota. C. de seruitut. & aqua.* † Restringe; quia ius eligendi non perditur per collationes à Papa factas de plenitudine potestatis. Bald. *d.l.2. nu.24. versic. item nota. C. de seruitut. & aqua.* Vide, *Patronus negligens præsentare, quando perdat ius patronatus. Concluſ.149.* Vide, *Quasi possessio præsentandi ex quibus perdatur, vel conseruetur. Concluſ.37.* Vide Conclusionem prox. sequentem.

Electio competens circa plura, quando, & ex quibus extinguatur. Concl. 86.

ELectionem † habens circa plura censetur eligere ex in- 1
teritu alterius corporis eligendi, quando vnicum corpus remanet, quia extinguitur ius eligendi ex interitu rei, quæ erat in electione. Bald. *consil.324. Inter catera, col.2. vers. nam conditio potestatiua. lib.2.* † Amplia; quia habens optionem declarandi vnum, si 2
aliud displicuerit, perdit illud ius per lapsum sexaginta dierum; quia si non declaret displicere, ipsi placere videtur. Bald. *d. cons. 324. ante fin. vers. considerandum est, lib.2.* Vide Conclusionem proximam præced.

Electio Abbatissæ qualiter fiat, & de forma talis electionis. Concl. 87.

IN † electione monialium de Abbatissa debet seruari forma *c.* 1
quia propter, de elect. eo saluo, quod non seruata forma, licet electio sit nulla; non tamen moniales priuantur etiam pro illa vice iure eligendi, sed poterunt iterum aliam Abbatissam eligere seruata dicta forma. Castren. *consil. 347. Formæ cap. in princip. lib.1.* † 2
Declara; quia non priuātur iure eligendi; quia mulieres, quæ excusantur, nisi dolo omisissent formam, videlicet scientes eam nō voluissent seruare. Castr. *d. cons.347. in princip. lib.1.* † Amplia; quia 3
licet fuerit appellatum à cassatione electionis facta non seruata forma; tamen possunt moniales aliam electionem facere, seruata forma, & valebit, si sunt in possessione eligendi, neque dicitur attentata; quia qui continuat suam possessionem, non attentat. Castren. *d. cons.347. per totum, lib.1.* Vide, *Abbatissa electa confirmatur, & benedicitur. Concluſ.27.*

Electus ad officium, vel dignitatem præsumitur idoneus, licet admittatur probatio in contrarium, & qualiter procedat. Concluſ.

VIde Mascard. *Concluſ.592. Electus ad aliquod officium,* vbi, quando possit amoueri. Vide Conclusionem proximam seq.

Electus ad officium perpetuum quando possit deponi, vel non, & à quo, vel quibus. Concl. 88.

POpvlvs † Ianuæ habens ius eligendi Ducem Ianuæ, potest 1
illum destituere, & deponere; quia nō confirmatur ab aliquo superiore. Bald. *cons.325. Super primo, & consil.326. Super puncto. lib.5.* vbi loquitur, etiam sine causa. † Amplia; quia Populus Roma- 2
nus ex causa potest deponere Imperatorem electum ab ipso populo, secus sine causa. Bald. *d. cons.325. circa princ. vers. multi Doctores, lib.5.* Vide, *Imperium qualiter sit à Deo. Concluſ.31.* † Amplia; quia Ci- 3
uitates, & oppida habentia ius eligendi officiales iure proprio, & antequam acceptauerit electus, possunt eum reuocare, sed non sine causa. Angel. *consil.320. Ars chartulariorum per totum.* † Li- 4
mita, quando electus est confirmatus à superiore; quia tunc propter confirmationem superioris non potest populus, qui elegit, deponere electum. Bald. *d. cons.325. circa finem, lib.5. & consil. sequent.* † Extende, vt procedat, siue confirmatio sit facta post electionem, siue ante per statutum superioris disponens, quod electus à 5
certo Collegio habeat officium; quia non potest Collegium reuocare talem electionem semel factam. Angel. *d. cons.320. per totum,* vbi est casus.

Electio potentior præsentatione. Concluſ. 89.

ELectio † potentius ius confert, quam præsentatio. Oldrad. 1
cons.188. ver. preterea constat. Vide, *Præsentatio & electio in quibus differant. Concluſ.598.* † Adde, quod electio dicitur fructus quasi 2
possessionis Canonicatus, per quem spectat ius eligendi. Oldrad. *d. cons.188. circa finem.* Vide, *Eligendi possessio ex quibus acquiratur. Conclusio.83.*

Electio & confirmatio in quo differant. Concl. 90.

ELectio † & confirmatio, an sint actus diuersi, an vnus im- 1
pleat alium, & an confirmatio dicatur pars electionis, Vide *in vers. Confirmatio differt ab electione. Concluſ.707.* † Amplia; quia 2
electio spectans ad Capitulum circa beneficia sua habet vim collationis; quia Capitulum semper eligit; & ideo sicuti eligendo videtur

videant conferre, ita valet consuetudo, quod electus ad dignitatem intra Ecclesiã à Capitulo administrat sine alia confirmatione. Petr. de Anchar. *consil.* 51. *Consuetudo, quæ habet per tot.* † Extende; quia consuetudo est in Ecclesia Lucana, quod Canonici eligãtur à Capitulo, & nõ requiratur alia confirmatio Episcopi, vel superioris; quia talis electio habet etiam vim confirmationis, & non potest ab Episcopo tolli, ita Abb. *consil.* 67. *Condescendo, in fin. versic. quod tertium, lib.* 1. vbi de * communi. † Extende, vt imo in solo Canonico, & seu singularibus Canonicis potest introduci eadẽ electio de consuetudine, quæ habeat vim collationis. Abb. *d. consil.* 67. *in fin. versic. quod tertium, lib.* 1. † Amplia; quia confirmatio electionis si est facta solemniter, & in contradictorio, habet vim sententiæ diffinitiuæ, si vero fiat sine contradictore, habet vim interloquutoriæ; si vero fiat non promisso edicto, est nulla, plene Franc. Marc. *decis. Delph.* 1355 *lib.* 1. vbi late. † Et quod confirmatio electionis debeat fieri per modũ sententiæ, dicit Zabarell. *consil.* 112. *versic. ad secundum.* † Et quando electio est nulla; tunc confirmatio non tenet. Franc. Marc. *d. decis. Delph.* 1355. *nu.* 4. † Extende; quia si electio est nulla defectu personæ, vel formæ, ipso iure cõfirmatio est nulla. Franc. Marc. *d. decis. Delphi.* 1355. *n.* 8. Vide, *Confirmatio quando habeat vim diffinitiuæ. Concluſ.* 711. Vide, *Confirmatio differt ab electione. Concl.* 707.

Electus intra quantum tempus debeat petere confirmari Concluſ 91.

1 ELECTVS † debet petere confirmationem à superiore intra tres menses, alias electio remanet nulla, & inefficax. Roman. *consil.* 332. *Quoad primum in princip.* per text. in *cap. cum sit. de electio. in* 6. † Extende, vt non excusetur, licet alleget se dubitasse, quod superior dedisset repulsam, Roman. *d. consil.* 332. *in princip.* vbi apostilla prima in *ver. repulsam*, allegat Felin. in *c. ex transmissa. col.* 1. *versic. & similiter, de præscription.* † Extende, quia non excusatur, licet alleget metum superioris, nisi probet iustum metum, qui cadat in constantem virum. Roman. *d. consil.* 332. *in princip. n.* 2. vbi, quod vanus suspicio non inducit iustum metum. † Amplia, quia non sufficit semel petisse confirmationem, sed requiritur trina petitio, vt inducatur negligentia superioris, & non steterit per terentem. Roman. *d. consil.* 332. *n.* 2. *versic. cæterum amplius.* † Amplia; quia non excusatur, licet petierit à proximo superiore, qui denegauerit; quia debuit adire maiorem, & superiorem. Roman. *d. consil* 332. *n.* 2. *in fin.* vbi apostil. in *ver superioris.* † Amplia; quia non excusatur, si non requisito Episcopo, ad quem spectabat confirmatio, recessum habuit ad Concilium, narrato, quod ordinarius aberat; cum tamen adesset Vicarius. Rom. *d. consil.* 332. *num.* 3. & 4.

Electio potest confirmari per delegatum. Concluſio 92.

1 ELECTIO † potest mandari confirmari, & dari delegatus ad hoc, qui teneatur citare certos contradictores, & ponere edictum generale contra omnes, alias confirmatio non valet, maxime quando dicitur in delegatione, *vocatis vocandis*. Cardin. Zabarell. *consil.* 31. *Cum inter. in princip.* † Amplia, vt procedat etiã, quod potest delegari iudex ad confirmandam electionem nondum factam. Calder. *cons.* 78. alias 5. *de offic. deleg.*

Electio qualiter confirmetur. Concluſ. 93.

1 ELECTIO † ad hoc, vt confirmari possit, requiritur, quod fiat citatio particularis eorum, qui habent interesse, & generalis per edictum contra omnes in genere, *cap. fin. de elect. in* 6. Franc. Marc. *decis. Delphi.* 1315. *lib.* 1. † Extende, vt procedat, siue fiat confirmatio per superiorem, siue per delegatum ab eodem; quia etiam nullo existente contradictore debet fieri citatio per proclama generale, alias institutio non valeret. Cardin. Zabarell. *consil.* 31. *Cum inter religiosos, in princip.* † Terminus autem in citatorio generali nõ debet esse nimis brevis; quia præsumeretur fraudulentia. Franc. Marc. *d. decis. Delphi* 1355. *num.* 6. *lib.* 1. † Extende, quia est generale, quod in omnibus electionibus, antequam electus cõfirmetur, debet citatio fieri generalis, de qua in *c. fin. de electio. in* 6. Zabarel. *consil.* 112. *in princip.* † Restringe; quia præsumitur citatio, & solemnitas, si inter electionem & confirmationem intercessit certum tempus, quod potuit fieri; quia cum confirmatio sit quędam sententia, ita quæ præsumitur pro sententia, ita pro confirmatione. Imol. *consil.* 132. *n.* 3. & 4. *ver ad tertiũ.* † Restringe; quia si erat cõsuetudo in loco, prout Taurini, quod fiat citatio, valebit confirmatio electionis sine citatione. Io. de Imo. *d. consil.* 132. *n.* 4. *in fin. versic. præterea.* † Amplia; quia licet quoad qualitates intrinsecas electus præsumatur idoneus, puta quoad vitã, & bonos mores; secus quoad qualitates extrinsecas, videlicet quod sit litteratus, clericus, & similia; quia debet superior ista inquirere, & electus probare; quia non præsumuntur istæ qualitates extrinsecæ. Franc. Marc. *d. decis. Delphi.* 1315. vbi late. † Declara; quia quando præsentatio, vel electio est cõfirmata à superiore, bene tunc præsumitur solemnitas extrinseca, & sic clericatus, idoneitas & ætas instituti. Soci. *consil.* 258. *n.* 2. *versic. secundo infertur, lib.* 2. † Sufficit tamen summari informatio per superiorem, quando non adest contradictor, alias secus. Franc. Marc. *d. decis.* 1315. *in fin.*

Electus ante confirmationẽ non habet dignitatem, ideo non potest administrare. Concluſ. 94.

ELECTVS † ante confirmationem non dicitur habere dignitatem, ad quam eligitur, nec potest administrare, quod procedit etiam in Imperatore, qui ante coronationem dicitur Rex Romanorum, & non valent priuilegia ab eo concessa. Iason in *l. quamuis in* 5. *not. num.* 5. *C. de inoffic. testament.* Vide plenius, *Imperator à quibus eligatur, & ante confirmationem Papæ non potest administrare. Concluſio.* 39. † Amplia in Episcopo electo, & non consecrato, qui non exercet Episcopalia. Iason in *d. l. quamuis, in* 4. *not. C. de inoffic. testament.* de quo excipias causam necessitatis, vt infra *ver. Electus ad dignitatem, qui ante confirmationem administrat.* Vide, *Electus in Episcopum ante confirmationem quæ possit. Concl.* 96. † Et quale ius habeat electus ante confirmationem, Vide, *Electus ante confirmationẽ quale ius habere dicatur. Cõcluſ.* 97. Vide, *Confirmatio differt ab electione. Concluſ.* 707. † Amplia, vt nec contrarium possit consuetudine introduci. Oldrad. *consil.* 191. *Nullo modo. in princip.* † Declara, vt in *versic. Consuetudo non valet multis casibus. Concluſ.* 813. Vide plenius, *Consuetudo an valeat in spiritualibus, quod electus ante institutionem ministret. Conclu.* 944. † Amplia, vt procedat in electo ad collegiatam ministrante ante confirmationem; quia est ipso iure priuatus. *c. auaritiæ. de electio. in* 6. † Extende ampliationem, vt procedat etiam in Ecclesia curata non collegiata secundum Franc. in *d. c. auaritiæ, num.* 2. *versic. item habet locum.* † Contrarium, quod non habeat locum in non collegiata; quia non est priuatus ipso iure, sed priuandus. Calder. *consil.* 54. alias 8. *de elect.* † Extende, vt procedat etiam in præsentato administrante ante institutionem; in quo procedit etiam *d. c. auaritiæ.* licet sit pœnale. Lap. *alleg.* 8. *nu.* 5. vbi, quod ita se habet communis * observantia. Calder. *consil.* 8. *de electio.* quod est 54. † Amplia; quia electus, & institutus, seu confirmatus administrans pendente appellatione est priuatus, nisi appellatio esset manifeste frustratoria. Calderin. *consil.* 55. *An appellatio*, alias 9. *de election.* † Limita, quando esset electus in partibus remotis, & quando necessitas compelleret administrare. Vide Concluſ. prox sequent. † Limita in electo, qui fuit nulliter confirmatus; quia licet confirmatio non valeat defectu solemnitatis, vel defectu potestatis confirmantis; tamen valet electio, & non incurritur pœna *d. cap. auaritiæ*, quod est odiosum, & loquitur in electo, non confirmato. Cardin. Zabarell. *consil.* 31. *Cum inter religiosos, num.* 4. *vsque in fin. versic. sed remanet.* † Declara tamen; quia limitatio non procedit, quando electus, qui obtinuit confirmationem, fuit in culpa; quia subreptitia erat gratia confirmans; quia falso narrauit. Cardin. *d. consil.* 31. *in fin. versic. Archid. & Io. Andr.* † Limita, quando adesset priuilegium Papæ, quod ex sola electione induceretur confirmatio, vel q̃ sine confirmatione electus ministraret. Gemin. *consil.* 15. *Super tertio dubio. num.* 15. *in fin.* † Limita in electis ad præceptorias, vel alias administrationes, in quibus non datur administratio spiritualium; quia in istis non requiritur confirmatio. Gemin. *d. consil.* 15. *Super tertio dubio. num.* 15. *in fin.* † Limita in magno Magistro Hierosolymitano, qui statim electus ministrat; sed dicit in eo, & aliis procedere; quia habent nudum ministerium, & nõ dignitatem in titulum, ita Oldrad. *consil.* 128. *num.* 5. *ver. circa quod est attendendum.* † Extende etiam in Prioribus electis in dicta religione; quia administrant ante cõfirmationem. Gemin *d. consil.* 15. *n.* 5. 6. & 7. vbi, quod istud est; quia sunt administratores meri; & quia laicis dantur in administrationem tales Prioratus & latius *nu.* 15. vbi, quod non habent isti administrationem spiritualium; ideo non requiritur cõfirmatio; & quia ordinaria hoc disponũt. † Limita, quod electus in Episcopum, licet nõ possit administrare Episcopalia; tamẽ potest benedicere populũ non solemniter, & non incidit in pœnã *d. c. auaritiæ. de elect. in* 6. quia actus est indifferens, & conuenit etiã simplici sacerdoti. Old. *cons.* 246. *Quæsitio est. per totũ.* † Limita in Cisterciẽsib⁹, qui e-

qui electi non habita confirmatione administrant; quia sunt meri administratores. Gemin. *d. cons. 15. n. 6. vers. sed ex sola.* Vide Conclus. prox. seq.

Electus ante confirmationem quando administrare possit. Concl. 95.

1 ELECTVS † ad dignitatem immediate sedi Apostolicæ subiectam, si est in partib. remotis ex necessitate, ante confirmationem potest administrare spiritualia, & temporalia, *c. nihil est. de elect.* Oldrad. *cons. 9. per tot.* vbi declarat illum text. secundum verba, & secundum mentem. † Amplia, quod valet consuetudo inducta, quod electus ante confirmationem administret ex necessitate, vel propter vtilitatem Ecclesiæ. Oldrad. *d. cons. 9. n. 5. & seq.* pro quo videtur text. *in c. sicut eius. de simon.* Innoc. per illum text. 3 *in c. cum venerabilis. de consuet.* † Contrarium, quod non valeat dicta consuetudo tanquam damnosa Ecclesiis, videtur tenere Innoc. & Host. *in c. transmissam. de elect.* de quo plene per Franc. *in c. auaritia. ver. in ea glossa. in fin. n. 2. & seq. de elect. in 6.* qui distinguit, & Doctor. *in c. eum qui. § 1. de præbend. in 6.* vt videlicet valeat consuetudo de licentia, vel scientia superioris. Oldrad. *cons. 128. Quando ad inuestigationem. ver. quod autem nudum. n. 6. & seq.* tenet, quod non valeat consuetudo introducens electum ad dignitatem in titulum administrare sine cõfirmatione; quia hoc potius arguit eum habere nudum ministerium, prout in magno Magistro Hierosolymitano, & idem apertius tenet *in consil. 191. Nullo modo. in princip.*

4 † Declara; quia valet consuetudo, maxime, quando sunt dignitates intra Ecclesiam, quæ non faciunt Ecclesiam esse pastore viduatam. Petr. de Anchar. *consil. 51. Consuetudo, quæ habet per tot.* maxime, si consuetudo est immemorabilis. Vide, *Consuetudo non valet multis casibus. Concl.* 813. Vide plenius, *Consuetudo an valeat in spiritualibus, quod electus ante institutionem, seu confirmationē ministret.*

5 † Amplia, vt procedat, quod valet cõsuetudo inducens electum ad dignitatem non indigere alia confirmatione superioris, sed statim posse administrare; quia hoc per priuilegium potest induci. Oldrad. *consil. 146. Factum tale est, de consuetudine. in fin.* vbi maxime hoc dicit procedere, quando consuetudo inducit aliquem actum post electionē fiendum à superiore, qui potest habere vim 6 confirmationis, vt installatio, & similia. † Amplia in senatoria dignitate, regali, & aliis, quæ conferuntur à Principe; quia statim, quod eliguntur, electio in eis habet vim collationis. Oldra. *consil.* 7 180. *Quæstio est. n. 16. vers. ad secundum.* † Extende, vbicunque electio fit de administratore, & illa administratio laicis concedi solet; quia sola electio tribuit administrationem sine confirmatione, vt in militibus Hierosolymitanis, & fratribus Cistertiens. & 8 Hospitalibus laicalibus. Gemin. *cons. 15. nn. 5. 6. & 7.* † Extende in officiis, quando electus potest cogi præcise ad suscipiendum officium; quia tunc etiam ante acceptationem acquiritur electo ius in officio, ad quod eligitur. Castrens. *cons. 9. Præmitto quod. lib. 1.* Vide Conclus. prox. præced. vbi plenius.

Electus in Episcopum ante confirmationem quæ possit. Concl. 96.

1 ELECTVS † in Episcopum, vel ad aliam dignitatem, licet non possit ministrare ante confirmationem obtentam à superiore; tamen potest populum benedicere, & actus indifferentes celebrare, dummodo sint tales, qui competant sibi etiam non electo. Oldrad. *consil. 246. Quæstio est.* † Amplia, vt licet post electionem quis non possit administrare, tamen si, ante quam eligeretur, administrasset, non priuatur ante electionem, sicut post. Oldrad. *d. cons. 246. ver. quarta ratio. circa fin.* vbi reddit rationem à simili de legatario, qui si occupat rem legatam post aditam hæreditatem; quia priuatur legato; si vero ante, priuatur sola possessione, sed consequitur legatum.

Electus ante confirmationem quale ius habere dicatur. Concl. 97.

1 ELECTIO † ad beneficium legitime statim ius acquiritur, imo etiam statim publicato scrutinio. Card. Zabar. *consil. 30. nu. 9.*

2 † Extende in tantum, vt gratia de beneficio, ad quod iam erat electus alius legitime, non facta mentione electionis, non valeat,

3 Card. Zabarell. *d. cons. 30. n. 8. in fin. vers. item ipse secundæ.* † Restringe in religioso mendicante electo etiam de licentia sui superioris in discordia eligentium, vel in religioso non mendicante, si eligitur non à maiori, & saniori parte eligentium; quia nullum ius illis queritur, *cap. quorundam, de electio. in 6.* † Dicitur ius quæsitum ad rem, non autem in re. Sarnen. *reg. de non tollen. iur. quæs. quæst. 1. in primo modo iuris ad rem.* Franc. Marc. *decis. Delph. 1351. lib. 1.* vbi, quod habitu quæritur ius; quia per electionē initiatur matrimonium. Paris. *consil. 19. n. 16. lib. 4.* † Et propterea adhuc Ecclesia, ad 5 quam est facta electio, dicitur vacare, gloss. *4. in clem. 1. vt lit. pend.* vbi Vital. *num. 27.* Collect. in *c. accedentes. de concess. præb.* Couar. *pract. quæst. cap. 36. num. 7. vers. primus casus.* Sarn. *reg. de impet. benef. per obit. famil. Card. quæst. 24.* Vide plenius, *Electus ante confirmationem nō habet dignitatem. Concl. 94.* Vide, *Confirmatio differt ab electione. Conclusio. 707.*

Electio plurium Regum impedit, ne administrent. Concl. 98.

ELECTIO † plurium Regum, seu Imperatorum, cum vnus 1 solus possit eligi, operatur, vt si omnes administrēt, & concedant priuilegia, nō valeant gesta interim, sed debeat expectari euentus, vt valeant acta illius, qui canonice electus declarabitur. Oldrad. *cons. 22. quæst. 1.* vbi etiam, *q. 2.* dicit, quod si omnes isti electi concederent idem priuilegium, valeret à principio, etiam non expectato euentu; quia certum est alterum esse Regem canonicum, & consensus omnium interuenit, & *cons. 23. ver. aliam, quæ*, dicit, quod vsus concessionis est liber absque expectatione euentus. † Declarat tamen idem Oldrad. *d. cons. 23. in prin. incip. Vidi quæstiones.* quod concessio, & priuilegium huiusmodi, quæ euētum declarationis expectat propter facti incertitudinē, valeat ab 2 ipso principio, vel fuerit nulla ab ipso principio quoad effectum iuris, secundum quod euentus portauerit; & idem dicit ibi circa vsum concessionis, vt ab initio sit valida, vel nulla secundum euentum. † Amplia; quia electio duorū Rectorum scholarium facta in paritate vocum non valet, sed noua electio est faciēda; quia 3 ad hoc, vt valeat, debet maior pars eligentium concurrere. Bald. *cons. 316. Ponitur, quod electio. lib. 3.*

Electiua beneficia quæ sint, & quando speciali nota sint digna. Concl. 99.

ELECTIVA † beneficia sunt, quæ spectant ad electionem Ca- 1 pituli eiusdem Ecclesiæ, quādo electio requirit confirmationē superioris. Card. Zabar. in *clem. 1. n. 5. de præb.* Felin. in *c. in nostra. corollar. 35. de rescript.* † Extende etiam, si sit beneficium de minoribus; quia si electio requirit confirmationem superioris, dicitur e- 2 lectiuum. Felin. *d. cap. in nostra. corollar. 32. num. 26. in fi. de rescrip.* Zabarell. *cons. 103. num. 7.* † Quando que tamen electiuum restringitur, & intelligitur solū illud, in quos seruatur forma *cap. quia propter, de elect.* & ita declarasse Innoc. Papā VI. dicit Feli. *d. c. in nostra. coroll. 32. n. 26. in fin. de rescript.* † Restringe; quia beneficia electiua, 4 quæ non expectant confirmationem electionis, proprie nō sunt electiua, sed collatiua. Felin. in *d. c. in nostra. coroll. 32. n. 26. in fi. ver. aliud autem beneficium, de rescrip.* Zabar. *cons. 103. n. 7.* † Amplia; quia 5 omnes dignitates, & Prælaturæ collegiatæ de iure communi sunt electiuę & ordinari debent per viam electionis, *cap. 1. de elect.* Calder. *cons. 225.* alias *4. de præben. ver. itē dictæ literæ*, vbi quod communiter aliter ordinari solent, sed de iure communi per electionem ordinari debent, & quod de iure communi electio Prælati in collegiatis spectet ad conuentum, vel capitulum. Alexand. *cons. 106. Perspectis ijs, in prin. lib. 1.* † Extende in tantum electionem Prælati in 6 collegiata, vel conuentuali spectare ad Capitulum, vel conuentum, vt non valeat consuetudo, vel statutū Prælatorum inferiorum, quod teneantur nominare plures superiori, qui vnum instituat. Alexand. *d. cons. 106. in princip. vers. siue attendamus. lib. 2.* † Am- 7 plia; quia beneficia electiua non veniunt sub quacunq; generali forma verborum, nisi fiat mentio de electiuis, *c. cum in illis, § 1. de præb. in 6.* qui text. licet loquatur in personatibus, & dignitatibus; tamen habet locum etiam in simplicibus electiuis, secundum * * communem opinionem, de qua per Calder. *cons. 233. in princ.* alias *12. de præb.* & de * communi attestatur gl. *in clem. 1. de præb. ver. de dignitate.* vbi Vital. *n. 15.* vbi de * communi, prout etiam attestatur * Franc. *in d. c. cum in illis, § illis. eod. tit. in 6. n. 2. ver. secundo quæritur.* Fel. *in d. c. in nostra. coroll. 32. in prin. de rescript.* vbi de * communi. † Dicas * 8 igitur, quod beneficia electiua non cadunt sub mandato Papæ, quod prouideatur alicui de dignitate, vel personatu, etiam cum cura ad collationem, prouisionem, præsentationē, & dispositionem quorumcunque; quia si nō est dictum, ad electionem, non venit electiuum, *cap. cum in illis. § illis vero. de præbend. in 6.* Felin. *in cap. sedes. num. 3 vers. clausula generalis. colum. 3. versicul. & dicit Cardinal. de rescript.* † Extende, vt procedat, etiam si sit dictum, quod 9 prouī-

prouideatur de dignitate, vel personatu, etiam cum cura ad collationem, prouisionem, præsentationem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque; quia illa dictio vniuersalis, *quamcunque aliam dispositionem*, non includit electiuam, quando non est facta mentio de electiuo, *clement. 1. de præbend.* Felin. *d. cap. sedes, nu.* 10 *2. col. 3. vers. & dicit Cardin.* † Extende etiam in casu magis amplo, quando esset dictum, ad collationem, prouisionem, præsentationem, & quamuis aliam dispositionem quorumcunque, & insuper fuerit appositum decretum irritans, cum expressa inhibitione electoribus, ne eligerent; quia adhuc non venit dignitas electiua, nisi de electiuo sit facta mentio in dispositiua; quia mentio in clausulis exequutiuis non ampliat dispositionem, *d. clement.* 11 *1. de præbend.* vbi est casus. † Restringe, quando Papa non expressit aliquem modum prouidendi; quia si generaliter mãdat prouideri de quacunque dignitate, & personatu; tunc bene venient electiua; quia primo casu vniuersalis dictio apposita vni modo prouidendi non includit alium: secus si generaliter nullo modo expresso prouidendi, gloss. *in d. clem. 1. in ver. quamuis, de præbend.* & ita expresse tenet Paulus de Eleazar. quem habeo manuscriptũ, *col. fi. in ver. dignitate.* quem etiam refert, & sequitur ibi Zabarel. *n.* 6. Io. de Imol. *n.* 19. licet nihil firmet, in fi. tamen videtur inclinare in hanc partem, plene Felin. *in d. c. in nostra, corollar.* 32. *n.* 27. *vers. & nota. quod si nullus modus, de rescript.* Hanc partem tenet Rota *in antiq. decis.* 18. *de concess. præbend* alias 411. & *in nouis decis.* 10. *de præben.* alias 196. † Contrarium tenet Bonifacius Vital. *in d. clem. 1. de præben. n.* 15. *& seq.* vbi *n.* 18. dicit, quod ita seruatur in practica, & hanc partem tenet Io. Monach. *in reg. in generali, de reg. iur.* quem sequitur Kap. *in d. c. cum in illis, § illis vero, de præben. in* 6. & ibi Io. Andr. *n.* 3. & 4. *ver. in gloss electionem,* licet enim quoad quædam reprobet, sed in hoc sequitur, prout etiam sequitur Lap. Franc. ibi *n.* 2. *vers. vltimo tene menti,* vbi recitatis opinionibus dicit absurdum, quod veniat electiuum nullo expresso modo. Staphil. *de litter. grat. fol.* 11. *vers. postremo secundum.* Zabar. *cons.* 103. vbi *p* vtu[m] allegat, & hanc partem tenet, quam dicit etiam tenere Rotam, licet decisiones, quas allegat, faciant contra, vt supra in *f* restrictione, nisi allegaretur Rota *decis.* 41. *de rescript. in antiq.* † Declara igitur; quia si fumus in prouisione facta per Papam de præbenda, nisi sit facta mentio, quod sit electiua, non capit electi- 12 uam. Rot. *d. decis.* 41. *de rescript. in antiq.* alias 257. † Declara; quia si fumus in materia odiosa, vel ambitiosa, non venit electiuum; secus si materia esset fauorabilis, vt l motu proprio, ita videtur distinguere Franc. *in d. c. cum in illis, § illis vero. de præbendis in* 6. & secundum hanc declarationem inseruit *decis.* 37. *de rescript. in anti-* 13 *quis*, alias 202. † Declara tamen; quia in materia fauorabili, vt est facultas conferendi beneficia, si concedatur alicui, vt cõferre possit omnia beneficia, etiam si dignitates, &c. is poterit conferre etiam electiuas dignitates; quia omnis dignitas de iure cõmuni electiua est. Calder. *cons.* 225. *per tot.* alias 4. *de præbendis*, vbi, quod non solum intelligitur secundum quod ordinari debent *f* dignitates, sed prout de iure communi fieri debet. † Declara secundo, quod immo text. *in d. cap. cum in illis, §.* 1. *de præben. in* 6. loquens de personatibus, & dignitatibus, non haber locũ in simplicibus electiuis; quia licet non sit facta mentio, q̃ sint electiua, veniunt tamen in prouisione, vel mandato de prouidendo. Calder. *cons.* 233. *vers. contrarium reperi*, vbi quod ita consuluit bis, alias 12. *de præbend.* quem reprobat Felin. *d. cap. in nostra* 32. *coroll. de rescript.* sed tamen Calder. sequitur Franch. *in d. § illis, n.* 2. *vers. secundo quæritur*, cum distinctione, vt si conferatur, vel mandatur conferri simpliciter beneficium simplex non restricto modo, neque expresso, valeat, etiam si sit electiuum; secus si modus exprimitur, allegat Rotam, quæ hoc dicit *decis.* 196. alias 10. *in no-* 14 *uis, de præbend.* quę duplicatur *in antiq. decis.* 18. *de concess. præbend.* alias 411. † Limita; quia electiua non dicitur Plebs, cuius electio spectat ad Capellanos Plebis, vel sub Plebe; quia nõ cõstituunt Capitulum, vel Collegium. Feder. de Sen. *cons.* 80. *versic. non obstat, quod dicatur, num.* 3. maxime vbi laici interueniunt in electionẽ; quia in Collegiatis non possunt interuenire, vt eligant, nisi *g* improprie, vt ibi dicitur. † Extende primam declarationem, vt idem sit in dispensatione, vt quis possit obtinere Curatum, & dignitatem, cum obtentis, si sibi canonice conferatur; quia licet de electione nihil sit dictum, ex quo modus prouidendi non exprimitur, dispensatio capiet etiam dignitatem, & beneficium electiuum. Calder. *consil.* 245. alias 24. *de præbend. per totum*, maxime *vers. circa secundum*, *vsque in fin.*

* *
*

Electiuum beneficium non potest conferri sine consensu eligentium. Concl. 100.

EPISCOPVS † non potest conferre beneficia spectantia ad 1
electionem certorum, etiam ex causa permutationis. Calder. *cons.* 294. *in princ. & per totum*, alias *secundo de rer. permutat.* quia electiua non conferuntur, sed fit electio, & confirmatio electionis, *cap. 1. de election.* † Amplia, vt per Gemin. *consil.* 97. *circa finem,* 2
vers. Quoad secundum, vt nec etiam possit conferre Episcopus per renunciationem, mortem, vel priuationem, beneficia electiua vacantia de consensu electorum: & secus est, quando vacant ex causa permutationis; quia de consensu eligentium potest conferre. quod videtur esse contra consilium Calder. sed saluatur; quia ipse loquitur sine consensu electorum, sed interuenit consensus in casu Gemin. † Limita in Papa; quia bene ipse confert 3
beneficia electiua sine electoribus. Gemin. *d. cons.* 97. *in fin. vers. quoad secundum.* Vide, *Episcopus potest multa circa beneficia iuris patronatus, & multa non. Concl.* 271. Vide, *Iuri patronatus laicorum non censetur Papa derogare. Concl.* 618.

Electio mala dicitur culpa, & nocibilis multis casibus. Concl. 101.

DEBITOR, cui † creditor scripsit, quod sibi mitteret pecu- 1
nias debitas per fidum nuncium, non excusatur, si missi per fide dignum non soluentem; quia ex quo ipse debitor elegit eũ, qui non soluit, ex mala electione est in culpa, & non liberatur, Bald. *cons.* 132. *Franc. Domini Bart. lib.* 5. allegat tex. *in l. cum plures, §. seruum meum, vers.* 10. *quod si sine distinction ff. locat.* † Restringe, vt 2
non procedat, quando creditor petijsset eodem nuncio; quia videretur ratam habuisse electionẽ talis nuncij, Bald. *d. cons.* 132. *in fi. lib.* 5. † Officialis habens facultatem deputandi, seu substi- 3
tuendi aliquem in officio tenetur pro eo, si male gerat officium, & non sit soluendo. Angel. Petrus. *cons.* 237. *Per reformationem, per totum.* † Obligatus denunciare aliquid sub pœna non excusatur, 4
licet mandauerit alteri, qui deberet denunciare, & non denunciauit. Castren *cons.* 37. *Antonius tenebatur, in fi. lib.* 1. quia negligentia mandatarij est negligentia mandantis obligari, ex quo mala electio est in culpa. † Prælatus constituens procuratorem, qui 5
non appellauit, vel non est prosecutus appellationem, dicitur esse in culpa propter malam electionem; ideo sententia transit in iudicatum contra Ecclesiam. Zabar. *cons.* 134. *nu.* 4. *versic. & in eo.* † Mittens procuratorem ad capiendum possessionem si ne- 6
gligat facere, præiudicat; quia in culpa est, qui talem negligentem elegit. *l. fin. C. de acquir. possess.* † Ciuitas & Princeps tenen- 7
tur de delictis officialium suorum, quia mala electio est in culpa. Signorol. *cons.* 143. *per totum*, maxime *n.* 5. vbi, quod Commune Venetiarum tenetur pro iniusto facto officialium suorum. † Eli- 8
gens procuratorem malũ, qui inducat falsos testes, perdit causam stante statuto, prout Alexandrię, quod inducẽs falsos testes perdat causam; quia electio est in culpa. Sign. *cons.* 229. *in fi.* † So- 9
cius, qui habet facultatem eligendi sibi tot creditores, & debitores societatis, quot voluerit, si eligat scienter plures creditores, quam debitores; quia est in culpa ex sua mala electione, sibi imputare debet, non alijs. Rom. *cons.* 475. *Quoad primum, in princ.*

Electio in debito alternatiuo, vel incerto est debitoris, & quando secus. Concl. 102.

ELECTIO † soluendi id, quod alternatiue debetur, spectat 1
ad debitorem, *l. plerunque. in fi. ff. de iure dot. cap. in alternatiuis, de regul. iur. in* 6. Rom. *cons.* 192. *Sicuti, in princip. versic. tum ex regulis,* Socin. *cons.* 56. *num.* 6. *lib.* 1. † Declara in contractibus procedere, 2
quod electio debiti alternatiui est debitoris; secus in vltimis voluntatibus; quia electio est legatarij, & creditoris, Bartol. & alij *in l. Caio. ff. de leg.* 2. † Extende, vt procedat, quando verba contra- 3
ctus sunt dubia; quia semper electio est debitoris. Bald. *cons.* 180. *Ad euidentiam est præmittendum, in princip. lib.* 2. † Item; quia in dubio 4
fit interpretatio contra stipulatorem, qui debuit certum stipulari. Bald. *d. consil.* 180. *n.* 3. *vers. sed aliquando, lib.* 2. † Item; quia quod 5
minimum est, venit in obligatione, Bald. *d. cons.* 180. *nu.* 4. *versic. cũ igitur, lib.* 2. maxime, quando est quantitas, secus si species; quia mediocris debetur. † Amplia, vt idem sit in obligatione generi- 6
ca, vt si promittitur homo in genere, electio est debitoris, Bald. *d. cons.* 180. *in princ. lib.* 2. † Amplia, vt idẽ sit, quando promittitur 7
incertũ de certis; quia electio est debitoris. Bald. *d. cons.* 180. *in pr.*

Ver. &

8 *ver. & idem est, quando, lib.* 2. † Amplia; quia vbicunq; præstatio est
9 alternatiua, electio est debitoris. Bald. *d. cons.* 180. *in pr. lib.* 2. † Declara omnes ampliationes, vt maxime procedant, quando debitũ, vel obligatio est in quantitate; si vero est in specie, debetur
10 mediocris speciei. Bald. *d. cons.* 180. *n.* 4. *ver. istis ergo, lib.* 2. † Amplia quando vnum est in obligatione, aliud in facultate soluendi.
11 † Amplia; quia in contractibus electio est debitoris in alternati-
12 uis. Rot. Ianuen. *dec.* 144. *n.* 8. & 9. † Limita, quãdo tacite, vel expresse electio esset creditoris; eo, quia verba exequutiua sunt collata in potestatẽ petitoris. Bald. *d. cons.* 180. *in pr. ver. quandoque*
13 *est electio, lib.* 2. † Limita; quia in venditione rerum alternatiuarum semper electio est emptoris, *l. si in emptione, § si emptio. ff. de contra-*
14 *hen. empt.* Rom. *cons.* 192. *Sicut in potestate, in pr.* † Limita, quando alternatiua posita est ad fauorem creditoris, vt si debitor promisit soluere, vel dare pignus Dec. *cons.* 12. *in princ. n.* 2. *ver. secundo probatur*, plene Straech. *tract. de assecurat. in præfat. n.* 63. & *seq.* vbi pro vtraq; parte, & hanc veriorem, plenissime Barba. *cons.* 15. *n.* 28. &
* *seq. lib.* 2. vbi ponit plura exempla, & ista est * cõmunis opinio secũdum Ias. *in l.* 1. *n.* 6. *ff. qui satisdar. cogan.* licet ipse conetur ibi im-
15 pugnare. † Declara, q̃ censetur factum ad fauorem creditoris, vbicunq; alternatiua tendit ad maiorem cautionem creditoris, sed alternatum adiectum minus importat, sic loquuntur allegata per Dec. *cons.* 12. *n.* 2. Calder. *cons.* 200. alias *quarto, de re iudic.* qui
16 loquitur, quando pœna minor sorte adijcitur. † Extende, vt idem sit, si ego promitto Titio in mea sylua vnum, vel duo plaustra lignorum, electio est Titij. non mea. Ias. *d. l.* 1. *n.* 6. *ff. qui satisd.*
*17 *cogant.* vbi, q̃ * omnes ita tenent, licet ipse impugnet. † Extende, vt imo etiamsi adiectio esset maior, quam obligatio principalis; quia electio erit semper creditoris, quando ad fauorem suum, vt in condemnato non soluente in termino, vt possit sibi manus amputari; quia licet post lapsum termini non possit eligere soluere in pecunia; tamen bene is, cui debetur, videlicet fiscus, potest eligere summam pecuniæ. Aret. *cons.* 89. *Placet mihi.* quem se-
18 quitur Dec. *d. cons.* 12 *col.* 3. *vers. non obstat, quod not. Bart.* † Limita, vbi alternatiua respicit exequutionem; quia semper respicit fauorem creditoris, & sic ad eum spectat electio. Bald. *in l. fi. col. fin. ver. quæro in isto. C. de pet. hæred.* quem sequitur Dec. *d. cons.* 12. *in pr. n.* 2.
19 *ver. tertio facit.* † Extende; quia alternatiua circa solutionem est semper ad electionem debitoris; alternatiua vero circa exactionem semper respicit electionem creditoris. Straech. *de assicurat.*
20 *in præfat. n.* 64. † Limita; quia electio est actoris, coram quo ex pluribus iudicibus cõpetentibus reũ conueniat. Socin. *cons.* 94. *n.* 1. & *seq. ver. sed præmissis. lib.* 3. Couar. *var. resolut. lib.* 1. *c.* 18. *n.* 6. *decis. Pe-*
21 *demont.* 150. Benintend. *decis.* 66. † Extende; quia electio est creditoris, quando debitor promisit soluere Romæ, Venetijs, Florentiæ, vel alibi; quia locus solutionis est in electione creditoris non debitoris. Bart. *in l. non solũ. § morte, in* 3. *q. pr. ff. de nou. oper. nunc.*
22 Ias. *in l. non vtiq. n.* 5. *ff. de eo. qui cert. loc.* † Limita; quia in promissione, vel concessione principis alternatiua electio est eius, cui debetur, non autem Principis. Straech. *tract. de assicurat. in præfatio. n.*
23 65. † Limita, quando de duobus alternatiue positis constaret vnũ solũ fuisse positum in solutione; secus si non constaret; quia tunc electio esset debitoris. Rom. *cons.* 192. *n.* 2. *ver. nec refragatur.*
24 † Limita; quia vbicunque non præstatio, sed acceptio est alter-
25 natiua, electio est creditoris. Bald. *d. cons.* 180. *in pr. lib.* 2. † Extende, vt idẽ sit, quando verba dispositionis alternatiuæ diriguntur in actorem, veluti q̃ possit hoc, vel hoc; quia electio est eius, in quẽ verba diriguntur. Dynus *cons.* 32. *Quæstio talis est. ordinamus, nu.* 4. *circa finem, ver. præterea comprura.* Bart. & alij *in d. l. Catoff. de leg.* 2.
26 † Declara; quia, aut verba diriguntur in personã legatarij, vt habeat, & electio est legatarij, & idem in creditore; aut verba diriguntur in debitorẽ, vel in hæredẽ & electio est debitoris, & hæredis, siue simus in contractu, siue in vltima volũtate; si vero sumus in dubio; tunc in contractibus electio in alternatiuis est debitoris, in vltimis voluntatibus est creditoris, videlicet legatarij; in pœnis alternatiuis electio est iudicis. ita Bart. clare *in d. l. Caio. ff.*
*27 *de leg.* 2. & ibi * omnes. † Contrarium videtur sentire tex. *in l. legato generaliter. ff. de legat.* 1. q̃ in vltimis voluntatibus electio sit hæredis, quando certũ de incertis; secus in contractu ex causa onerosa, & sic distinguit Salicet. *in auth. hoc ius porrectũ. col. fi. ver. oppono, quod non mediocrem, C. de sacrosanct. Eccl.* vbi, q̃ in lucratiuis electio
28 est hæredis debitoris, in onerosis electio creditoris. † Declara; quia quandoq; electio non est debitoris, neq; creditoris, sed iudicis; quia si quis promittit certũ redditũ ex possessionibus suis, ita q̃ teneatur tradere bona, intelligitur de mediocribus, ita vt nec meliora, nec deteriora tradere debeat. Bald. *d. cons.* 180. *in pr.*
29 *ver. sed interdũ, lib.* 2. † Extende; quia in dubio promissio in genere facta intelligitur de mediocri. Bald. *d. cons.* 180. *n.* 3. *ver. nã extrema, lib.* 2. † Idem in eo, qui est obligatus soluere decem in melle; 30
quia licet habeat electionem soluendi mel; nõ tamen potest soluere pessimũ mel, sed tale, q̃ possit vendi id: q̃ erat in obligatione. Bald. *cons.* 358. *Dubitari potest, lib.* 5. † Idem in eo, qui tenetur 31
soluere tot, vel delegare tot de suis debitoribus; quia intelligitur de idoneis debitoribus delegandis. Bald. *d. cons.* 358. *per totum, lib.* 5. † Regulã facias ex præmissis, q̃ si promissio est facta de ali- 32
quo vniuerso; & tunc electio est debitoris, vel creditoris, prout coniecturæ, seu mens contrahentiũ sonat, vel præsumptio iuris inducit: si vero promissio est non de aliquo vniuerso, sed de vniuerso simpliciter; tunc q̃ est mediocre, debetur, & si discordant debitor & creditor, iudex arbitrabitur. Bald. *d. cons.* 180. *nu.* 5. *ver. solutio. lib.* 2. vbi est casus. † Declara tamen secundũ eundem 33
Baldum *d. cons.* 180. *lib.* 2. *in fi.* q̃ si ex promissione vniuersali, quæ reducitur ad multa corpora imparia; debet fieri solutio, ex omnibus proportionabiliter fieri debet, vel cõputato meliori, & deteriori fiet mediocre; vbi loquitur de eo, qui vendidit tantum redditum, & seu promisit emere tantũ redditũ ex montibus Ianuæ, qui ascendant ad scuta 500. quia si adsunt mõtes trinæ speciei, boni, meliores, & optimi, ex omnibus rata debet emi, vel mediocritas eligi. † Aliã regulã facias; electio est eius, cui datur 34
à disponente; ideo si testator legat vnũ prædiũ ex omnibus suis prædiis Titio, q̃ sibi Titius elegerit, electio est legatarij; sed tamẽ ita debet eligere, vtnõ eligat prædiũ melius, & fertilius, sed mediocre, g'o. & ibi Bart. *in l.* 2. *ff. de opt. leg.* † Idẽ in contractu; quia si 35
maritus recipit fundũ æstimatũ pro dote, & ipsi detur electio in casu dotis restituendæ, vt possit, vel fundum, vel æstimationem restituere, electio est mariti. *l.* 1. *§ exactio.* vbi gloss. *C. de rei vxor. actio.* alias aũt si non fieret conuentio, electio esset mulieris. Bart. *in q.* 10. *vers. contra quod. n.* 7. *vers. quinto.* Vide plenius *in ver. Alternatiua dat electionẽ debitori. Concl.* 316. † Aliã regulã facias in pœnalib. 36
& pœnis alternatiue positis, an electio sit iudicis, an potius delinquentis condemnandi, & q̃ electio simpliciter sit iudicis, tenet glos. fi. *in cap. sicut Iudæis. de Iudæis,* & ibi Ioan. de Anan. *n.* 17. *& seq.* dicit * communem, & alia gloss. *in cap. à crapula, in fi. de vit. & honest. Cleric.* q̃ communem * ibi dicit Abbas *n.* 4. † Declarat me- * 37
lius Bart. *in l.* 1. *§. expilatores, n.* 2. *ff. de effractor.* quem refert & sequitur Clar. *d. § fi. quæst.* 85. *n.* 6. *vers. tu vero,* vbi distinguit tres casus.
† Primus est, quando lex, vel statutum dirigit verba ad iudicem, 38
puta si aliquis commiserit tale maleficium, iudex faciat illũ fustigari, vel condemnet in tot scutis; & electio est iudicis sine dubio; quia dirigendo verba ad iudicem censetur illi dedisse arbitrium, & ista est communis * opinio. Clar. *d. quæst.* 85. *n.* 6. *ver. pri-* *
mus. † Secundus casus est, quando verba legis, vel statuti dirigũ- 39
tur ad reũ, veluti, qui fecerit tale maleficium, soluat centum, vel tertiam partem bonorum suorũ; & isto casu electio est rei; quia lex dirigendo verba in eum censetur illi dedisse arbitrium, & ista est communis * opinio. Rip. *in cap. inter cæteras, nu.* 65. *de rescrip.* *
quem refert, & sequitur attestando de * communi Clar. *d. q.* 85. *n.* *
6. *ver. secundus casus.* † Tertius casus est, quãdo verba non sunt di- 40
recta, neq; ad iudicem, neq; ad reũ, sed sunt impersonaliter prolata; & iste casus est dubius; quia Bartol. *d. l.* 1. *§. expilatores,* dubitat, postea dicit, q̃ putat electionem rei esse; glossæ vero tenent
* communiter, q̃ sit iudicis, vt refert Clar. *d. quæst.* 85. *n.* 6. *vers. ter-* * 41
tius casus. vbi dicit esse distinguendum per tres casus. † Vnus casus est, quando pœna est corporalis, & seu capitalis alternatiue, veluti, q̃ fur famosus suspendatur, vel decapitetur; & hoc casu electio est iudicis secundum * communem. Clar. *d. quæst.* 85. *n.* 6. * 42
ver. tu vero dic, vbi dicit * communem. † Alius casus est, quando
pœna est pecuniaria, q̃ soluat centum, vel tertiam, aut quotam bonorum suorũ; & electio est rei, secundũ * communem. Clar. * 43
d. § fi. quæst. 85. *n.* 6. *vers. aut vtraque pœna est pecuniaria.* † Tertius casus est, quando pœna esset corporalis, vel pecuniaria. puta soluat centũ, vel torqueatur publice, aut fustigetur; & isto casu electio pœnæ est rei, & non iudicis, nisi aliud suadeant verba legis, vel statuti; nã si diceret statutũ, fustigetur, vel soluat centũ in specie qualitate delicti, & personæ delinquentis, electio esset isto casu iudicis; quia ista verba causæ cognitionem desiderant. Clar.
d. q. 85. *n.* 6. *in fi. vers. aut altera pœna est corporalis.* † Vltimus casus est, 44
quando statutum dicit, q̃ non comparens puniatur in banno, de quo non eximatur, nisi soluerit mille; pone aliquis fuit citatus, & contumax, propterea positus in banno sub pœna mille, iudex & contumax, propterea positus in banno sub pœna mille, iudex & contumax, propterea positus in banno sub pœna mille, iudex

non velle eximi, ita Clar. *d.q.85.n.8.verſ.ſucceſſiue quæro*, vbi, quod ita ſeruatur in practica, & eſt iuridica.

Eligens viam ordinariam non reuertitur ad extraordinariam, & quando ſecus. Concluſ. 103.

AGENS † via ordinaria per porrectionem libelli, & litis conteſtationem, non poteſt reuerti ad viam extraordinariam. Oldr. *conſ.301. Breues allegationes, in fin. verſ. vlt. quicquid.* † Declara, parte opponente, alias ſecus. Oldr. *conſ.302.n.12.ver. de eo.* † Continuã, quod imo proceſſus ordinarius poſſit tranſfundi in extraordinarium, quando competebat à principio, quod intelligit etiam volente iudice, & eo inuito. Rom. *conſ.133. circa med. incip. In præſupoſito caſu.* † Reſtringe, niſi expreſſe ab initio eſſet actũ, quod via ordinaria procederet; quia tunc variare non poterit. Rom. *d. conſ.133.col.1.* Vide, *Executiuum iudicium quando dicatur. Concluſ. 471.* † Amplia; quia tenetur perſeuerare actor in actione ordinaria intentata vſque ad finem, *auth. qui ſemel. C. quom. & quando iud.* † Declara; quia bene poteſt actor renunciare modo agendi, non litis, & ſic non recedit à lite inuito reo, & à modo agendi. Rom. *d. conſ.133. in fin.* † Limita, niſi eligens variaret ante litis conteſtatam. Oldr. *d. conſ.302.n.12. verſ. de eo, quod.* † Limita; quia eligens procedere via ordinaria, non prohibetur proſequi iudicũ via ſummaria ſibi competente. Bald. *in l.3 ff. de milit. teſt.* vbi ponit plura exempla, quod procedens iure communi non præiudicat iudicio priuilegiato ſibi competenti. † Extende in caſu contrario, quia ſi in cauſa ordinaria fuit petitum procedi ſummarie, & adeſt in fine clauſula, *omni meliori modo*, valebit proceſſus ordinarie factus, Bald. *conſ.478. In cauſa vertente. n.3. ver. item non obſtat.* Ias. vbi latiſſime. Vide Concluſ. proxime ſeq.

Eligens vnam viam de pluribus quando ſibi præcludat alias vias. Concl. 104.

HABENS † plures vias aliquid expediendi, vna via electa non poteſt eligens pœnitere in alterius præiudicium. *c. dudum de ſpon. de præſumpt.* vbi Innoc. & Hoſt. quos ſequitur Feder. de Sen. *conſ.79.n.3. ver. Quid plus.* qui loquitur in executore, qui poteſt citare partem, & non citare, & ſi citauit, non poteſt procedere, vt merus executor, licet potuiſſet ante citationem. † Amplia; quia eligens expedire per vnum modum non poteſt per alium variare, niſi adſit facultas. Pariſ. *conſ.77. per tot. lib.4.* vbi loquitur, quando expeditiones ſunt contrariæ; ſecus ſi ſunt compatibiles. † Amplia; quia ſi extat ſtatutum, quod miſſus in poſſeſſionem extimo decreto faciat fructus ſuos, intelligitur, ſi miſſio eſt facta ſeruata forma ſtatuti. Bald. *conſ.53 Ad hoc, vt miſſio, in 4. caſu fin. ver. & hoc verum.* alias ſi vigore iuris communis ſit proceſſum, non lucrabitur fructus. Vide, *Legis beneficium non conſiſtit, qui legem non ſeruat. Concl.270.* † Amplia; quia eligens viã probandi per teſtes, non poteſt eligere poſtea, vt deferatur iuramentum, vel quod reus teneatur edere. Decian. *conſ.61.nu.7.* † Amplia; quia habens plures actiones ſi eligit vnam, alteri ceſſat. Ang. *conſ.336.n.4. ver. pro hoc etiam facit.* † Amplia; quia quando duæ diſpoſitiones ſimul in eodem ſubiecto non poſſunt concurrere, prout præſentatio, & collatio beneficii in patrono, ſi eligit vnum, cenſetur alteri renunciare. Ægid. Bellam. *conſ.10.n.44. & ſeq. ver. mod. ius præſentandi.* † Amplia; quia ſiue variatio conſiſtat circa perſonarum electionem, ſiue circa res, ſiue circa actiones, ſiue circa qualitates, facta electione ſemel de vna perſona, vel re, vel actione, vel qualitate, præcluditur via variandi, exceptis certis caſibus, relatiue Angel. *d. conſ.336.nu.4.* † Amplia; quia regula eſt, quod variatio in iudicio non admittitur, ideo qui egit alternatiue ad rem, vel pretium, non poteſt agere ad alterum præciſe; quia ius quæſitum reo, vt ſoluat ad ſui electionem, non poteſt ab eo auferri. Crau. *conſ.74.n.7.* vbi late *ver. circa ſecundum. & n.8.* Vide, *Variatio admittitur in multis. Concl. 1096. & Concluſ. contraria ibi prox. ſeq.* † Extende, quia ſi competunt remedia contraria, puta, quod quis agat ex teſtamento, vel codicillis; quia ſunt remedia contraria, vt directo, vel per obliquũ, electa vna via ſibi præiudicat in alia. Ias. poſt alios *in l. fin. C. de codicill.* vbi ponit plures limitationes. Rom. *conſ.125. in princ. Mater & ſoror.* † Extende; quia is, qui obtinuit in executione hypothecæ aſſiſtentiam in certis bonis debitoris, non poteſt variare, vt agat ad aſſiſtentiam aliorum bonorum. Capic. *deciſ.33. In cauſſa magiſtratuum*, vbi multa hinc inde, & ita deciſum fuiſſe aſſerit. † Reſtringe; quia creditor, qui obtinuit translationem poſſeſſionis, vel executionem in bonis, poteſt capi facere debitorem. Bart. *in l. conſentaneum. C. quomodo & quando Iudex. n.17.* plene Ias. *in l. ſi quis ius dic. non obtemp. num.23.* vbi alios allegat, maxime, quando non eſt plene ſuccurſum ex poſſeſſione. † Reſtringe, vt non procedat, quando ex diuerſis ſcripturis remedia contraria competunt. Ias. *d. l. fin. ver.4. limita. C. de codicill.* † Amplia; quia adminiſtrator, qui poteſt reddere rationem adminiſtrationis etiã non confecto libro, & contra eũ non iuratur in litem. Menoch. *de arb. c.208.n.1.* tamen ſi confecit librum, in quo omnia non deſcripſit habita, bene dicitur in dolo; quia hanc viam libri elegit. Hieron. Gabr. *conſ.148.n.8. & ſeq. vſque in fin. lib.1.* † Amplia; quia habens plures vias ſi vnam eligit, illa debet ſibi patrocinari, nõ alia. Soc. *conſ.24.nu.23. lib.1.* Alex. *conſ.203. col.1. in fin. lib.7.* Surd. *deciſ. Mant.92.n.13.* † Amplia; quia habens facultatem eligendi vnum ex pluribus, ſi eligat, quod poſtea eſt ſcienter, ſibi præiudicat. Rom. *conſ.475. Quoad primum, in princ.* † Extende; quia ſcienter & male eligens ſeipſum decipit; Ideo ſibi imputet. Rom. *d. conſ.475.n.3.* † Limita, vt nõ procedat in actionib. quæ non ſunt contrariæ, & in viis non contrariis, & quæ electione non tollũtur; quia vna electa, & multiplicata ab alia non receditur. Cald. *conſ.53. in princ. ver. Item regula magiſtralis.* vbi ponit plura exempla, & in ſumma, vbi res iudicata nõ parit exceptionem, in alio datur multiplicatio, & eſt *conſ.7. de elect.* † Declara; quia electio vnius viæ ex pluribus excludit ab aliis, quando eligit quis viam vnam, & in ea recte proceſſit; quia tunc excluditur ab aliis. Bald. *conſ.52.n.4. ver. Item non obſtat, lib.5.* † Declara; quia quando vnicũ remedium poteſt intentari; tunc electo vno remedio nõ poteſt reuerti ad aliud maxime in contrariis; ſecus ſi vtrumque cõpetit realiter; ideo intentans creditor executionem realem de iure communi non poteſt intentare perſonalem, niſi in ſubſidium, quando realis nõ ſufficit, ſed ſi extat ſtatutum, prout Mutinæ, tunc vtramque intentat. Ang. Aret. *conſ.8.n.4. & ſeq. ver. venio ad ſecundum.* † Declara; quia eligens vnam viam ex pluribus excluditur ab aliis, quando ſunt viæ contrariæ; & incompatibiles, ita Bald. *d. conſ.52. Litteris aut. n.4. ver. omnibus igitur*, & ita declarat Ang. Aret. *d. conſ.8. Quoad primum, n.11. ver. ex iis clare patet.* † Declara, vt procedat excluſio ab aliis viis, quando quis elegit viam incompatibilem volens. Bald. *d. conſ.52.n.4 ver. omnibus igitur. lib.5.* † Limita in milite, qui licet poſſit teſtari iure militari; ſi tamen teſtatus eſt iure communi, non ſibi præiudicat, quin iure militari teſtari poſſit. *l. ſi miles, qui deſtinauerat. ff. de teſt. milit.* Bald. *d. conſ.52. Litteris aut. n.4. ver. in contrarium, lib.5.* † Item hæres inſtitutus in duobus teſtamentis ſi adeat ex nullo, non ſibi præiudicat, quin poſſit adire ex valido *l. Claudius Clodianus. ff. de a. quir. hæred.* Bald. *d. conſ.52.n.3. lib.5.* † Item is, qui poteſt doctorari ex priuilegio, ſi vtatur iure communi, & ſuccumbat, non excluditur à via priuilegiata. Bald. *d. conſ.52. per tot. lib.5.* vbi eſt caſus. † Limita; quia is, qui habet plures vias, ſi ab vna excluditur, non excluditur ab alia. Bald. *d. conſ.52.nu.3.* vbi ponit plura exempla. *lib.5.* † Limita, quando ambo contraria remedia proponuntur alternatiue, vel cõditionaliter. Crau. *conſ.678.n.5.* † Extende; quia imo in dubio conditio ineſt tacite, licet non ſit dictum, vt libellus ſubſtineatur. Crauet. *d. conſ.678.n.5. & ſeq.* † Limita; quando pars impugnauit; quia tunc electione ſibi quis non præiudicat. Crau. *d. conſ.678.n.7. ver.2. principaliter.* † Extende; quia ſi non eſt facta acceptatio, non cenſetur renunciare. Crau. *d. conſ.678.n.8. ver. non ſolum autem.* † Limita, quando alia cõiectura capi poteſt. Crau. *d. conſ.678.n.9.* Rom. *conſ.133. circa ſi. ver. duo tamen.* † Extende; quia imo cõiectura eſt, vt qui poteſt incipere à captura perſonæ, & incipiat à bonis, faciat ex vrbanitate, non vt renunciet. Rom. *d. conſ.133. circa fin. ver. duo tamen.* Vide Concluſ. prox. ſeq. & proximam præcedentem.

Eligens vnam actionem quando alteri renunciare videatur. Concluſ. 105.

ELIGENS † vnam actionem ex contrariis cenſetur cõtrariæ actioni non electæ renunciaſſe. Bald. *conſ.292. Factum ſic proponitur. col.2. circa med. ver. quoad primum. lib.3.* Vide, *Cumulatio contrariorum iudiciorum prohibita. Concl.1096.* † Extende maxime in actione ex teſtamento, vel codicillis; quia eligens agere via directa non competenti cenſetur renunciare viæ fideicommiſſi competenti. *l. fin. C. de codicill.* Rom. *conſ.125. Mater & Soror. in princ.* vbi apoſtill. *in ver. non poſſunt*, vbi loquitur in muliere. † Extende, vt procedat, etiam ſi ex ignorantia iuris eligat ineptam actionẽ; quia paria ſunt ſcire, vel ſcire debere, & ignorantia iuris non excuſat. Rom. *d. conſ.125.n.2.* † Declara tamen; quia licet ignorantia iuris excuſet eligentem ineptam actionem ſibi competentem ex vna ſcriptura, quod non cenſeatur renunciare actioni aptæ ſibi competenti ex alia ſcriptura; ſecus tamen eſt, quando vtraque actio ex eadem ſcriptura competit; quia eligens ineptam

censetur renunciare aptæ. Rom. *d. cons.125.n.2.ver.secundū probatur.* † Extende; quia neq; mulier excusatur eligens ineptā actionem, quando tractat de lucro captando, vel etiā de damno habente originem à lucro, vel de quasi debito. Rom. *d.cons.125.col.* 6 *2.ver.quoniā respondetur*, vbi apost. † Extende in emphyteuta, qui fuit indebite à tertio priuatus; quia potest agere vtili actione, tāquam emphyteuta, & etiam directa nomine Domini; quia habet mandatum à lege; sed tamen tenetur eligere, vel vtilem, vel 7 directam. Alex. *cons.17. Ponderatis, in fin. lib.5.* † Et quod vtili actio- 8 ne in rem agere possit. Alex. *cons.24. Ponderatis.n.3. lib.5.* † Restringe; quia *d.l.fin. C. de iur. codicill.* excipit matrem, & coniūctos vsq; ad quartum gradum, ne eligentes ipsi ineptam actionē perdant 9 aptā. † Declara tamen; quia restrictio habet locum, quando possent succedere ex testamento, vel ab intestato, alias secus; quia si mater, & alii essent ab intestato exclusi per statutū, perdunt ius gradus, & coniunctionis. Ideo *l.fin. C. de codicill.* eo casu non exci- 10 pit eos, ita Rom. *d.cons.125.n.3.ver.postremo, vsq; in fin.* † Amplia, vt idem sit in obiiciente, seu excipiente; nam eligens vnum obiectū censetur alteri obiectui contrario renūciare. Oldr. *cons.275.* 11 *n.2.ver.circa primū.* † Amplia in eo, cui cōpetunt plures actiones ad vindictam; quia si eligat vnā, non potest reuerti ad aliā. Gem. 12 *cons.26.n.9.vers.quod vbi duæ actiones.* † Extende; quia procedit in criminalibus, in quibus si intentatur remedium vnius legis, secundū illam debet sequi condēnatio; vnde intentās remedium statuti super certo crimine debet secundum statutum obtinere, 13 non alias. Bald. *cons.59. in fin. lib.1.* † Amplia; quia hæres si est instituatus in testamento coram quinq; testibus, q̄ valet; quia primū testamentum habebat hæredes extraneos, secūdum habet venientes ab intestato; quo casu valet coram 5. testib. *l. hac consultissima §. fin autē. C. de testam.* tamen si hęres in secundo testamēto non egit ex isto remedio, sed actione ex testamēto valido, vt quia fit locus delationi iuramenti pro testibus deficientibus, nō valet tale testamentum, q̄ alias valeret electa bona via agendi. 14 Bald. *cons.306. Quidā nomine Marcellus, in princ. lib.3.* † Declara; quia quando ex cade scriptura petit quis iure directo hæreditarē, quę non debetur, postea non potest ex eadem scriptura petere iure * fideicōmissi ex clausula codicillari secundum *cōmunem intellectum *d.l fin. C. de codicill.* Cuman. *cons.95. Vtrum legata, per tot.* vbi, quod non est speciale, sed ex ratione ista, ita plene Rom. *d. cons.125. Mater, & Soror, in princ.* vbi plena apostill. *in ver. non possunt,* 15 dat multos concord. † Secus, si petat ex codicillis, & sic ex diuersa scriptura; quia poterit petere ex testamento, & è contra; quia ex diuersa scriptura non præiudicatur. Bart. *cons.68. Quidam fecit,* ☞ *n.2. in fin. & n.3. ver. super secundo. lib.2.* vbi dicit sine dubio esse. Vide Ant. Gab. *lib.2. tit. de actio. Conclus.3. Agens à principio ex testamen-* 16 *to non potest agere ab intestato.* † Extende, vt procedat, nedū in hæreditate ex fideicōmisso vniuersali, sed etiam in legatis; quia qui petit legata ex testamēto inualido, non pōt petere postea illa ab intestato ex eodem testamēto ex clausula codicillari. Cuman. *d.* 17 *cons.95. per tot.* † Extende; quia si soror exclusa à statuto, & mater sunt instituræ cum clausula codicillari præteritis filiis testatoris, quæ potuissent habere hęreditatem ex fideicōmisso à filiis propter clausulam codicillarē, si petierunt ipsam hæreditatem iure directo nō competente, sunt etiā exclusæ à fideicommisso; quia eligentes viam directam inutilem renunciarunt clausulæ codicillari, plene Rom. *d.cons.125. in princ.* vbi apost. *in ver. non possunt,* 18 quæ plurimos citat concord. † Extende, vt procedat, siue sciuerint, siue scire debuerint; quia paria sunt. Rom. *d.cons.125.n.2.ver.* 19 *præmissis autem.* † Extēde idem in creditore hypothecario, qui ex forma statuti potest recta via agere contra tertium possessorē, si agat non expressa hypotheca, neq; intentato remedio statuti, & ponatur in possessionē; quia possessio est nulla, & contrario imperio reuocanda tanquam lata super inepto libello, Bald. *consil.* 20 329. *Statuto Ciuitatis, per tot. lib.3.* † Extende idem in eo, qui habet remedium ex statuto accusandi certo casu; quia si in accusatione omittit casum, vel actionem permissam, nō valet processus; quia casus omissus habetur pro omisso in libellis. Bald. *cons.331.* 21 *Statuto Ciuitatis, per tot.* maxime *circa fin. ver ex iis videtur. lib.3.* † Extēde in creditore priore hypothecario, qui licet præferri debeat secundo posteriori; si tamen agit actione personali, & non hypothecaria, excludetur à secundo posteriori veniente ratione hypothecæ in illo iudicio. Bald. *cons.278. In causa domini Amoneti.* 22 *lib.2.* † Limita; quia ex eodem facto duæ actiones oriuntur, puta legis Aquiliæ, & iniuriarum; vnde licet agere volens teneatur relig ere vnam tantum; tamē facta electione potest consequi illud plus, quod est in altera. Alex. *cons.103. Videtur. nu.5. ver. vnde vide-* 23 *mus. lib.1.* † Limita non procedere, quando electio non fuit ex certa scientia, sed per errorem. Oldr. *cons.275. nu.1. ver. respondeo.* † Limita, quando electio fieret de vna actione, quę de iure non 24 posset sortiri effectum; quia tunc non excluditur ab alia contraria omissa. Oldr. *cons.313.n.5. ver. quinto mirabile.* & per *tot. cons. à nu.* 2. *vsq; in fin.* vbi multa similia ponit pro regula, quod non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum, & maxime *n 7. in fin. ver. non obstat.* † Extende, quando vna sola actio, vel 25 vna res competit, & alia eligitur; quia non sibi præiudicat; ideo habens actionem ad domum, si agat ad fundum, non præiudicat sibi; sic qui habet actionem personalem, si agat reali, non sibi præcludit viam; sic qui vnam executionem, vel actionem intentauit pro alia, & succubuit, potest redire ad competentem; sic qui debuit nominare vnum tutorem, & alium nominauit, & qui debuit adire iudicem competentem, & adiuit incompetentem, sibi non præiudicat, plene Ang. *cons 336. Secus sententiam. n.* 4. *ver. contrarium.* † Limita in iis actionibus, quæ non sunt con- 26 trariæ, & quæ electione non tolluntur. Cald. *cons.53.* alias 7. *de elect. in princ. vers. item regula*, vbi eligens appellare bis non renunciat primæ, & qui secundo excommunicat, non absoluit à prima. † Declara; quia imo habens plures actiones contrarias te- 27 netur vnam eligere, quia non auditur super contrariis. Ægid. Bellam. *cons.333.n.6. ver. sed caueat*, vbi loquitur in Papa. Vide, *Cōtraria allegans audiri non debet. Concl.1005.* † Et quod actor habens 28 plures actiones ad idem competentes teneatur eligere, & quando secus, Vide Gabr. *lib.2. tit. de actio. Concl.s. Actiones plures.* Et † quod vna actione electa alteri cehseatur renunciatum, & 29 quando secus, Vide eundem Gabr. *lib.1. tit. de actio. Concl.2. Actione vna electa.* Vide, *Exequutiuum iudicium differt ab ordinario. Concl.* 472 *n.15. & seq.*

Eligens procedere tanquam ordinarius, vel iure communi, an sibi præcludat aliam viam. Concl.106.

IVDEX, qui † potest procedere via executiua vigore statuti, si 1 elegit procedere de iure communi, non poterit postea procedere vigore statuti, Fed. de Sen. *cons.211.n.1. ver. ité quod iudex elegit.* † Contrarium tenet Lap. *in addit. ad d. consil. Feder.211. col.2.n.1.* 2 *ver. item quod iudex.* † Limita in præiudicium fisci, vel Cōmunis; 3 quia iudex, qui potest procedere via executiua vigore statuti ad fauorem Communis contra certos, si eligat viam ordinariam, non potest præiudicare Communi. Fed. de Sen. *d.cons.211. col.3.n.* 2. *ver. item non obstat, quod vna via.* † Limita in arbitro, & arbitratore, quia si cœpit procedere, vt arbiter, potest tamen postea procedere, vt arbitrator. *c. Quintauallis, de iureiur.* Fed. de Sen. *d.consil.* 4 *211.n.3. ver. item qui est arbiter.* † Limita in iudice ordinario, & delegato; quia licet cœperit procedere iure ordinario; non tamen 5 dimisit iurisdictionem delegatam, quin tāquam delegatus possit procedere. Fed. de Sen. *d.cons.211.n.3. ver. item qui est arbiter.* allegat Innoc. *in c. cum ex officio. de præscr.* Vide Ant. Gab. *lib.2. tit. de act.* ☞ *Concl.4. Arbiter eligens in procedendo vnam viam.*

Eleemosyna quid sit, & qualis esse debeat, & quid operetur. Concluſ. 107.

ELEEMOSYNA † est beneficentia miseris pp Deū exhibita, S. 1 Thom. *2.2.q.32. & in 4. sent. dist.15.q.2.* apoll. ad Ant. de Butr. *cons.28. ver. eleemosynā.* † Eleemosyna differt ab oblatione; quia e- 2 leemosyna fit secrete, oblatio vero fit publice. Anch. *consil.429. Quæstio talis.n.3.* vbi, q̄ ecclesia recipit eleemosynā à quocūque, *Quæstio talis.n.3.* vbi, q̄ ecclesia recipit eleemosynā à quocūque, sed oblationē non recipit ab excommunicato, & impœnitente. † Amplia; quia Ecclesia recipit eleemosynā ab excōmunicato, 3 & impœnitēte, vt per eā pœniteat. Anch. *d.cons.429.n.2.* Voluntaria † debet esse eleemosyna, & ideo si auia dat partē dotis, & 4 eleemosynę nepti moniali effectę, nō pōt dici obligata vltra id, q̄ dedit, si alias de iure nō teneretur; quia actus exercens eleemosynā non obligat vltra. *l. voluntaria de excus. tut.* Bart. *in l 3. C. ne uxor pro marito.* Alex. *in l. naturaliter. §. nihil commune. n.50. ff. de acq.* 5 *possess.* Dec. *in l.1.n.11. C. de eden.* † Extēde; quia nemo inuitus compellitur facere eleemosynā. *c.1. & 2. 83. dist.* Abb. *in c.1. col.3. de emt.* 6 *& vend.* † Amplia; quia eleemosyna multū operatur in pœna, *de* 7 *pœnit. dist.1. c. medicina.* † Ité liberat à morte, non vtiq; ab illa, quā Christus semel sanguine suo extrinxit, & à qua nos Baptismo liberauit, sed ab ea, q̄ postmodum per delicta serpit. *de pœn. dist.1. c.* 8 *miror.* Rom. *cons.364. Dū secundo.n.7.* † Declara tamen; quia eleemosyna data pro mediocriter bonis tūc prodest, vt citius liberē- 9 tur ab igne Purgatorii; si pro mediocriter malis, prodest, vt minus puniātur, non autē vt liberentur. Rom. *d.cons.364. in fin.* † Ité text. diuinæ scripturæ, quem citat Rom. *d.cons.364.n.7.* dicit: Da- 10 te eleemosynā, & omnia sunt munda vobis. † Limita; quia decedens

densin peccato mortali non licita facit legata pia, & Ecclesia non recipit, secundum Bart. *in l. 1. C. de Sacros. Eccles. num. 30.* sed Anchar. *d. cons. 429. n. 2. & 3.* dicit procedere, quando per modum obligationis; secus si per modum eleemosynæ. † Defendit Anton. de But. Bart. ab impugnatione Ancharan. hoc modo, quod Anchar. dicit verum quoad differentiam, sed Bart. dicit verum quoad receptionem; quia eleemosyna recipitur ab impœnitente, dum est in vita; quia potest effici pœnitens; secus si esset impœnitens in morte; quia nō recipitur etiam eleemosyna; quia deficit spes pœnitendi, ita Ant. de Butr. *cons. 25. in fin. ver. nō obstat*, & plenius *d. cons. 28. in fine. vers. non obstat.* vbi, quod neque orandum pro eo, qui decessit impœnitens, *d. cons. 25. num. 11.* vbi, quod est communis * opinio Theologorum, & quod tales non participent de suffragiis ecclesiæ, idem Ant. de But. *d. cōs. 28. in fin.* vbi, quod pariter est * communis opin. Theologorum, quibus standum est.

Eleemosyna data per errorē an possit subrogari prō eleemosyna ex obligatione. Concl. 108.

1 ELEEMOSYNA † facta per exequutorem testamenti pro anima Petri in scutis 20. supra summam debitam, quam teneretur, potest in foro cōscientiæ delegari alteri obligato facere eleemosynam in dictis scutis viginti pro anima Andreæ, & dicitur satisfacere per solam delegationem; & remissionem inter eum, qui soluit, & recepit, & qui soluere debet. Lap. *allegat. 72. Martinus, per totam*, vbi hoc procedere in foro conscientiæ asserit, in quo de spicibus iuris non curatur.

Elusorium actum nemo facere velle præsumitur, & qualiter procedat. Conclusio.

VIDE Mascard. *Concl. 595. Elusorium actum.* Vide, *Actus debet interpretari, vt aliquid operetur, non vt sit inutilis. Concl. 135.* Vide, *Frustratoria, & elusoria non debet esse lex, neque prouisio. Concl. 518.*

Emancipatio qualiter fiat, vt valida sit, & quam solemnitatem requirat. Concluſ. 109.

1 EMANCIPATIO † potest fieri à patre per procuratorem; quia non est necessaria præsentia vtriusque, & sufficit, quod sit facta per nuntium, vel procuratorem. Angel. de Perut. *cons. 44. 2 Pater quidam. ver. solum igitur, vsque in fi.* † Contrarium tenet Azo *in summa. C. de emancip. libe.* vbi, quod requiritur præsentia vtriusq; .† Declara; quia requitur præsentia per se ipsum, vel per procuratorem, aut nuntium; quia idem est sequuta ratificatione, Ang. *d. cōs. 44. per tot.* † Extende; quia valet emancipatio filii absentis facta per rescriptū Principis; quia sufficit, quod ratificet. Ang. *d. cons. 44. in 5* † Amplia; quia emancipatio facta etiam non seruata forma tradita, & quæ esset nulla; tamen per lapsum decennii conualidatur, vt nulla allegari nō possit. Rom. *cons. 402. In proposita consultatione, 6 incip. ver. quoad secundū.* † Declara tamen; quia si datur aliqua forma faciendi emancipationē, & prohibeatur aliter fieri, prout est Senis, non valet intra decem annos emancipatio facta cōtra formam, & emancipatus met potest dicere de nullitate, & venire contra factum suum hoc casu ante lapsum decēnii. Rom. *d. cons. 402. 7 per tot.* † Extende; quia qui vixit per decem annos, vel 20. tāquam paterfamilias, præsumitur emancipatus, & licet requiratur scriptura, bene valet emancipatio. Afflict. *decis. 183. n. 2.* † Amplia; quia emancipatio potest fieri coram iudice quocunq; habente iurisdictionem; quia est actus voluntariæ iurisdictionis. Ias. *Inst. quib. 8 mod. iur. pat. potest. solui. n. 4. in addit ad Porc.* † Emancipatio quam solemnitate requirat, quādo sit de infante, vide tex. *in l. pen. & fi. C. de 9 emācip. liber.* relatiue Anch. *cōs. 430. Fuisset expediēs in prin.* † Amplia; quia valet facta corā Notario, qui habeat iurisdictionē Chartularii ordinariam; quia si interposuit decretū, valet. Ang. *cons. 93. Visis 10 & inspectis, in princ.* † Restringe, vt non procedat, quando esset simpliciter creatus Notarius; quia tunc non dicitur habere aliquam iurisdictionem, & non valet emancipatio coram eo facta. Ang. *d. cons. 93. n. 2. vers. in contrarium*, vbi dicit procedere, etiā si partes prorogauerint illius iurisdictionem; quia non valet prorogatio, cum 11 simplicius careret omni iurisdictione. Vide, *Emancipatio coram quib. iuris possit. Concl. 114.* † Limita; quia emancipatio non valet, nisi interuenerint iudicis authoritas. Decian. *cons. 3. n. 34. ver nō obstat. lib. 1.* 13 † Limita, & regula est, quod pater non potest emancipare filium, & filius pater non potest compellere patrem ad emancipandū. 14 Castr. *cons. 52. Videtur dicendum. col. 1. in fi. ver. videmus. lib. 2.* † Extende; quia emancipatio nō potest fieri, nisi de consensu; ideo sicuti pater non potest emancipare inuitum filium; ita è conuerso non potest filius compellere patrem ad emancipandum, Cast. *cons. 142. Videtur dicendum. col. 1. ver. videmus, quod sicut. lib. 2.*

Emancipatio vt valeat, quæ requirat. Concluſ. 110.

FLORENTIÆ † non valet emancipatio filiorum facta, nisi sit notificata in proprio consilio, & soluta certa quantitate, ità disponēte lege de anno 1421. vbi, quod alias præsumitur fraudulenta, & in fraudem creditorum facta, & super simili statuto cōsuluit Alex. *cons. 112. Post redditum. lib. 3.* † Et idē in statuto Bononiæ; 2 quia debet notificari, vt valeat; sufficit tamen notificatio facta à quocunque; quia mandatum præsumitur ex scientia, & patientia emancipati. Castr. *cons. 84. in fi. lib. 1.* † Declara tamen; quia filius e- 3 mancipatus non potest ipse allegare hanc nullitatem contra donationem, vel contractum à se factum tanquam ab emancipato, & saltem tenetur ad omne interesse; & hoc quando lex non resistit actui; si vero resistit actui, vt aliter fieri non possit; tunc potest ipsemet emancipatus intra decennium dicere de nullitate, post decennium nō. Rom. *cons. 402. In proposita consultatione, per tot.* vbi de forma data à lege municipali Senarum. † Declara; quia licet e- 4 mancipatio reddatur nulla; quia non fuit in cōsilio generali notificata; tamen donatio facta in ea in præmiū emancipationis dicitur simplex, & non ex causa; quia pater non tenetur aliquid donare in præmium; quia filius lucratur, eo quod liberatur à patria potestate; ideo donatio maxime facta cū clausula, *& omni alio meliori modo*, valet, & morte confirmatur, licet nulla reddatur emancipatio. Alex. plene *d. cons. 112. Post redditum, per tot. lib. 3.* † Limita; 5 quia emancipatio, quę allegatur per filium nulla propter metum reuerentialem, conualidatur lapsu 30. annorū; quia tanto tēpore purgatur omnis metus. *l. cum te, cum ibi notat. C. quod met. caus.* † Ex- 6 tende, etiam si nullitas per modum excipiēdi deducatur; quia licet soleat dici, quod temporalia ad agendū sunt perpetua ad excipiendum. *l. pure. §. fin. ff. de dol. except.* Tamen, quando cum exceptione etiam competit ius agendi, finito tempore agendi finitur etiam ius excipiendi. Fel. post alios *in c. si autem, de rescrip.*

Emancipatio tacita ex quibus inducatur; vel non. Concluſ. 111.

EMANCIPASSE † videtur pater filium dando eidem potestatem donādi causa mortis. *l. tam is. ff. de donat.* Oldra. *cons. 26. Pater consensit*, vbi alia similia. † Amplia; quia pater permittendo 2 filium habitare seorsum à se per decennium, videtur emancipasse eum, ita vt si quid acquisiuit filius, sit propriū filii. Mascard. *concl. 598. Emancipatio an præsumatur.* † Limita; quia pater non dicitur e- 3 mancipare filium, licet eum tradat in adoptionem extraneo. Decian. *cons. 3. n. 34. & seq. vers. non obstat. lib. 2.* Vide, *Obseruantia diuturna operatur multa, & quando secus. Concluſ. 59.*

Emāciparē quādo teneatur pater filiū. Cōcluſ. 112.

EMANCIPARE † quando pater compellatur filium, vide 1 Comen. *cons. 82. Casus talis est. per tot.* vbi si male tractat filios, 2 si induxit concubinam, si interfecit matrem filiorū. † Extende ad alios casus, de quibus per Bart. & plenius Imol. in *l. vtrum. ff. de ver. obl.* † Et dicitur vtilis esse emancipatio filio; quia lucratur, & potius est dānosa patri; ideo abusiue dicitur patri donare filius in prē- 3 mium emancipationis. Decia. *cons. 41. n. 11. lib. 1.* Bart. in *l. vt liberis, in fi. C. de collatio. bonor.* Imo. post Bar. & alios in *l. vtrum. ff. de ver. obligi.* Vide, *Donatio facta per patrem filio non imputatur in legitimam. Concluſ. 675. num. 4. & seq.*

Emancipari nōn potest filius inuitus. Concluſio.

VIDE Soci. *reg. 17. Filius familias, vt à patre se emancipari patiatur, cogi non potest.* vbi limitat duobus modis, quos videas. † Extende in casu conuerso; quia neque pater compellitur emancipare filium. Soci. *reg. 8. Pater ad filiū emancipandum*, vbi limitat in quinque casibus, quos videas per te.

Emancipatus filius quid cōsequatur ab inuito pātre, & è contra. Concluſ 113.

FILIVS † emancipatus potest compellere patrem ad restitu- 1 endum lucra illicita facta per filiū, ad quæ ipse filius fuit condemnatus. Dyn. *cons. 12. Factum tale est. n. 5. ver. item dictus filius.* † Am- 2 plia; quia etiā si filius non fuerit cōdemnatus; potest tamen compelle-

pellere patrem ad restituendū vsuras, & lucra illicita ex persona filii acquisita, quando filius instaret, vt animam suam liberaret. Dyn. *d.cons.12.n.6.ver.item dictus filius*, & ibi apostilla, quæ adducit
3 concord. *in ver.teneatur*. † Extende; quia multo magis filius potest penes se retinere lucra illicita, vt restituat, nec potest compelli à patre, vt ipsi soluat, si filius vult illa restituere illis, à quibus fuerūt
4 extorta. Dyn. *d.cons.12.in fi.n.9.ver.ité super eo*. † Amplia; quia filiꝰ emancipatus, licet habuerit legitimam suam à patre, nō potest cōpelli ad renunciandum successioni paternæ. Dyn. *d.cons.12.in fi.n.*
5 10.*ver.item super eo*. † Amplia; quia licet pater habens filium in potestate lucretur vsumfructū bonorum filii; tamen filio emancipato tenetur restituere proprietatem, & medietatem vsusfructus
☞ ipsi filio. Dyn. *d.cōs.12.ver.item super eo.n* 11. Vide, *Filius quando, & in*
6 *quib. patri acquirat. Cōcl.*351. † Amplia in dote vxoris filii emancipati; quia pater tenetur restituere dotem ipsi filio, à quo habuit & ab vxore debet liberari. Dyn. *d.cons.12.n.8.ver.item pater*, vbi apostilla *in ver. onera matrimonij*, quæ concord. multos allegat. Vide,
☞ *Dos soluta socero quādo consignari debeat filio, marito, vel non. Concl.*778.

Emancipatio coram quibus fieri possit. Concl.114.

1 EMANCIPATIO † potest fieri coram quocunq; Magistratu habente iurisdictionē. Castr. *cons.* 84. *Visa dicta facti narratione.col.2.lib.1.* † Amplia; quia coram Notario potest fieri, quando
2 in creatione est notarius, & iudex chartularius creatus, alias secus, videlicet si esset simplex Notarius. Castr. *d. cons.*84.*per tot.* vbi dicit, quod debet interponere decretū vigore suæ facultatis. *lib.1.*
3 † Extende; quia valet, etiam si interposuit suam, & Cōmunis authoritatem; quia sustinetur ex sua, & potest ipse rogari de instrumento, & decreto, & ita seruatur de consuetudine. Castr. *d. cons.*
☞ 84.*per tot*, vbi casus, *lib.*1. Vide, *Emancipatio qualiter fiat, & quam solemnitatem requirat. Concl.*109.*& seq.*

Emancipatio nō præsumitur, & quando secus. Cōcl.

1 VIDE † Mascard. *Concl.*596. *Emancipatū esse asserens.* & plenius
☞ *Concl.*598. *Emancipatio an præsumatur*. Vide, *Observantia diuturna operatur multa. Concl.*59.

Emancipatio quid operetur. Concl.115.

1 EMANCIPATIO † filii facta per patrem de iure operatur, vt pater in quærendis per filiū post emancipationem nullum ius, & nullum vsumfructum habeat, in quæsitis vero ante emancipationem, durante patria potestate, ex causa aduentitia pater habet medietatem vsusfructus. Oldr. *cons.*214. *Factum tale est, in instrumento*, & quod filius emancipatus acquirat sibi, & non patri.
2 Bald. *cons.*138. *Petrinus Isei.in pr.lib.*1. † Contrariū videtur velle Ias. *in addit. ad Porc. Inst. quib. mod. ius patr. pot. sol.n.*3. *§. præterea.* vbi, quod de consuetudine pater remittit vsumfructum. *l. cum oportet. C. de*
3 *coll. bon. in fi.* † Tamen ista consuetudo, & vsus non videtur verus; quia *l. cum oportet. § cum autem. C. de bon. quæ lib.* videtur tollere consuetudinem contrariam, de qua *inl. vt liberis. C de collat. bon.* quæ est lex Leonis. & ista vltima est Iustiniani, & illa consuetudo erat circa proprietatem, & nunc lucratur vsumfructum pro medietate, si nihil dicitur, ea consuetudo contraria nihil facit, & ad ista faciunt multa, quod filio est vtilis emancipatio. Decian. *cons.*41.*n.*12.*lib.*1. & ideo iste vsus donandi fit à volentibus, non tamen obligat, vt declarat Aldobrand. *d. §. præterea. Inst. quib. mod. ius pat. potest. sol n.*51.
4 *& seq.* & videtur declarare plene Imol. *in l. vtrū. ff. de ver. obli.* † Amplia, vt procedat, etiam si pater in emancipatione sibi retineret vsumfructum quærendorum, etiam si decretum iudicis super hoc fuerit interpositū; quia cum ista retentio præsupponat habitum, & de iure nullum ius habeat in acquirendis, tanquā erronea ni-
5 hil operatur. Oldr. *d. cons.*214 *per tot.* † Amplia; quia emancipatio operatur, quod filius emancipatus amplius nō est agnatus patri, & consequenter, quod omnes descendentes ex tali emancipato non sunt agnati auo emancipati; quia sublato fundamento corruit ædificiū, & eandem naturam habent, quam radix, à qua prō-
6 ueniunt. Alex. *cons.*174. *Super eo.n.6.vsque in fi.lib.*5. † Amplia; quia emancipatio operatur, quod filius emancipatus nedum acquirit sibi, & non patri, sed etiam dicitur per se paterfamilias, & ipse tenetur ad onera bonorum acquisitorum, & nō pater. Bald. *d. cons.*
138. *Petrinus de Iseo. in princ. & per tot. lib.*1 *& cons.*139. *Consuetudo est in terra. in princ. eod. lib.* vbi, quod maxime hoc dicit procedere, si ha-
7 bitat seorsum à patre emancipatus. † Amplia; quia per emancipationem tollitur ius patriæ potestatis. Bald. *d. cons.*139. *in fi. lib.*1. *Inst. quib. mod. ius patr. potest. sol. §. præterea.* Alex. *cons.*142. *Circa primam. in prin. lib.*2. † Extende; quia etiam filii concepti post emancipatio- 8
nem non sunt in potestate aui; secus si tempore emancipationis esset iam concepti. Alex. *cons.*161. *Examinatis in pr. lib.*2. Vide, *Patria potestas multis modis soluitur. Concl.*132. † Amplia; quia emanci- 9
patio operatur, quod filii nati ex emancipato tempore emancipationis remanent in potestate aui emancipantis. Bald. *cons.*404. *Visis itaque.n.*3. *ver. prima fit. lib.*1. Alex. *cons.*19. *Circa primum. in princ. ver. secundo adduco. lib.*6. vbi, quod ius suitatis obtinet primum locum in nepote ex filio emancipato. † Si vero concepti sunt post 10
emancipationem, non incidunt in potestatem aui. Castill. *cons.*6. *Supponitur. in princ.* vbi, quod incidunt in potestatem patris emancipati, cui sunt hæredes necessarii. † Amplia; quia emancipatio se- 11
cundum ius ciuile tollit successionem, & consequēter ius dicendi testamentum patris nullum, licet possit contratabulare. Rom. *cons.*179. *Amplissime Doct. n.*11. *ver. nec refragatur. & n.*12. vbi expresse hoc dicit. † Amplia; quia emancipatio operatur, quod inter pa- 12
trem & filium potest cadere obligatio, & contractus; ideo valet donatio inter patrem & filium emancipatum, quādo est legitime facta, prout inter alios. Angel. de Perus. *cons.*44. *Pater quidam. in pr.* † Amplia; quia emancipatio facta de filio, qui habet multa debi- 13
ta, operatur, ꝙ nō tenetur, nisi in quantū facere potest, licet prius teneretur in totum, & posset carcerari. Soc. *in reg.*16. *Filius familias.* vbi declarat. † Limita; quia emancipatio non operatur, quin filii 14
emancipati debeant hodie instituī, prout alii existentes in potestate, & non emancipati; ideo præteriti rumpunt testamentum. Alex. *d. cons.*142. *Circa primam. in pr. lib.*2. vbi dicit, quod ita tenent
omnes * Doct. *in auth. ex causa. C. de lib. præter.* † Limita; quia hodie * 15
emancipatio nihil operatur quoad successionem; quia ita succedunt filii emancipati, sicut non emancipati parentibus eorum, & procedit etiā quoad nepotes ex filio emancipato conceptos post emancipationem; quia mortuo eorum patre emancipato succedunt auo paterno in stirpes, vna cum eorum patruo filio aui in potestate ipsius aui existentis; quia sublata est omnino differentia emancipationis, & patriæ potestatis. Castill. *d. cons.*6. *Supponitur. in pr.* maximē *n.*5. *ver. amplius.* † Declara; quia licet hodie sit sub- 16
lata differentia emācipationis quoad modum succedendi ab intestato; non tamen est sublata ex testamento; ideo si pater habet filium emancipatum, & ex eo nepotem natū ante emancipationem, licet pater instituat filiū emancipatū, si prætériit nepotem, testamentum est nullum; quia ius suitatis in primo capite residet in nepote ex filio emācipato: ideo debet instituī, vel ex causa exhæredari. Alex. *d. cons.*19. *Circa primum. in pr. ver.*2. *adduco. lib.*6. vbi, quod ita tenetur p gl. & alios. † Contra declarationem est * com- 17 *
munis, & magis communis opinio, vt Alex. *d. cons.*19. *n.*6. *vers. non obstat id, quod secundo. lib.*6. vbi quod gl. & contrariū tenentes communiter reprobantur. † Limita; quia per emancipationem non 18
tollitur, neq; soluitur origo, neq; domicilium. Bald. *d. cons.*139. *in fi. lib.*1. † Limita; quia hodie emancipatio non tollit effectum iu- 19
ris succedendi, licet tollat modū, & ideo pariter succedit emancipatus cum suo. Bald. *cons.*403. *Punctus talis est. in fin. lib.*1. *& d. cons.*
404. *Visis itaque.n.*4. *ver. tertia conclusio. lib.*1.

Emācipatio debet probari per scripturam, & quando secus. Concluſ.

VIDE Mascard. *concl.*597. *Emancipatio an per scripturam.* Vide, ☞
*Probatio per testes non admittitur, si per scripturam fieri potest, & quando secus. Concl.*271.

Emancipato filio nepotes ex propria persona non habent querelam. Concl 116.

FILIO † per patrem emancipato, nepotes ex filio, licet rema- 1
neant in potestate aui; tamen si prætereantur ab auo, non est nullum testamentum, neq; ex persona sua possunt querelare testamentum aui, sed solum ex persona patris emancipati, ideo si filius emancipatus habuit suam legitimam, non possunt nepotes aliam petere. Bald *cons.*403. *Punctus talis est. & cons.*404. *Visis itaque. lib.*1. *per tot.* quod est Argentini, D. Rayneri, & Paganini de Sala, *
vbi *in fin.* dicit * communem, & hanc partem videtur tenere Signorol. *cons.*18. licet ponat opinionem pro vtraque parte, & hanc partem tenet Anch. *cons.*430. *Fuisset expediens.* vbi limitat, quando esset emancipatio fraudulenta. † Declara; quia de hac quæstione 2
sunt opiniones; quia potest contraria opinio teneri, & pro vtraque parte allegat iura, & fundamenta Signorol. Homod. *cons.*18. *Quæritur, quid iuris.* vbi, ꝙ medietas legitime debetur nepoti ex

filio

filio emancipato nato ante emancipationem, licet secundum a- 5
liquos nihil ei debeatur extante patre. † Limita, quando emancipatio filiæ esset facta in fraudem nepotū ex filia, ne hæredes nepotum possint aliquid capere, puta tēpore pestis, vel quando auus senex prope morituru emanciparet filiā infirmantem, ne filii filiæ possent succedere; quia non valet tanquā fraudulenta. Anch. *cons.* 430. *per tot.* † Limita, quando non esset valida; quia sit facta non seruatis solemnitatibus. Anch *d.cons.*430. *in prin. & in fin.*

Emancipatio quando, & ex quibus fraudulenta esse dicatur. Conclusio.

VIDE Masc. *Concl.*599. *Emancipatio quomodo fraudulenta.* Vide, *Fraus & dolus ex quibus probetur, vel præsumatur. Concl.*475.

Emendatum aliquem esse à crimine commisso qualiter probetur, & quando præsumatur, vel non. Conclusio.

VIDE plene Mascard. *Concluſ.* 600. *Emendatum esse à crimine si quis dixerit, probare debet.* Vide eundem Masc. *Concl.*465. *Crimen sum esse emendatum.* Vide, *Malus semel semper præsumitur malus, qualiter procedat. Concl.*28.

Emere & vendere nemo compellitur. Concl.117.

1 EMERE † & vendere nemo compellitur de iure. *l.nec emere.ff. de contrahen.empt.* † Amplia in tantum, vt nec arbiter, vel arbitrator possint compellere compromittentem ad vendendum, si non est compromissum expresse; quia est nouus cōtractus, & nemo compellitur emere, vel vendere. Bald. *consil* 414. *Verba dicunt.* vbi est calus. *lib.1. & cons.*439. *Visis consiliis per tot. lib.1.* vbi confirmat consilium præcedens, vbi dicit hoc procedere, etiam si fiat intuitu concordiæ, & pacis; quia non debet fieri iniustitia. † Amplia; quia nemo compellitur compromittere, nisi extet statutum. Cafeus. *cons.*182. *circa med. lib.*2. † Limita; quia habens rem communem cum fisco volente vendere partem suam potest compelli; quia fiscus potest vendere partem suam, & partem socii. Bal. *cons.* 171. *Condemnatus circa med. ver tamen est sciēdum. lib.*1. † Limita; quia hoc vnico casu cōpellitur vendere, videl. abutens re sua. Bald. *d. cons.*414. *in fi. ver. ex quibus apparet. lib.*1. † Limita; quia feudo confiscato; licet sit hæreditarium ad quoscunq; transiens; tamen tenetur fiscus priuatum inuestire, qui præstet seruitium, aut vendere vile dominium, vel emere directum à domino feudi. Crau. *cons.* 123. *in fi.* † Limita; quia emens rem communem scienter à Titio, quam habet pro indiuiso cum Seio, si Seius prouocauit ad diuisionem Titium fratrem, qui vendidit, & tota domus fuit ex necessitate adiudicata Titio, qui vendidit partem; quia non recipit commodam diuisionem, compellitur emptor emere aliam partem adiudicatam ipsi Titio venditori, est text. *in l. Iulianus.* §. *idem Cassius.* & ibi Castr. *ff. de act. empt.* † Limita; quia tenentes apothecam apertam ad vendendum compelluntur vendere. *l.*1. §. *fin. ff. port. aduer. nau. caup. stab.* † Extende in hospite; quia tenetur hospitari. *l.*1. §. *fi. ff. naut. caup. stab.* † Contrariū tenet Anch. *cons.*157. *Summa prudentia. n.*6. *& seq.* † Declara speciale in hospite, seu caupone, vt compellatur hospitari viatores, & peregrinos. Anchar. *cons.*157. *n.*7. † Declara secundo; quia licet compellantur vendere, emere volentibus; non tamen tenentur admittere non volentes emere, & non volentes hospitari. Anch. *d. cons.*157. *n.*7. *ver. item licet.*

Emere & comparare in quo differant. Concl.118.

1 EMERE † differt à comparare; quia emptio fit de specie soluto pretio, comparare vero est acquirere speciē cum alia specie; prout est dō, vt des; ideo secūdum cōmunem vsum loquendi vulgariter appellamus emptionem, vna compra; sed si loquimur secundum propriam significationem differunt. Alex. *consil.* 87. *Anna aduersis. n.*15. *ver. præterea. lib.*4. † Vendere tamen, & distrahere sunt synonyma, & vnum accipitur pro alio. Alex. *cons.*41. *Visis themate in fin. lib.*6.

Emere rem suam nemo potest, & quando secus. Concluſ.119.

1 EMPTIONEM † rei suæ non potest dominus facere, & facta non valet, *l.rei suæ. ff. de contrah. empt.* quia res mea non potest effici mea. † Amplia; quia res mea irreuocabiliter nō potest emi à me; quia si mea est irreuocabiliter, non potest amplius effici mea; secus si esset mea reuocabiliter. Alex. *cōs.*100. *Super primo dubio. n.*6.

*lib.*7. vbi arguit à pignoratione ad venditionē; quia sicuti res mea irreuocabiliter non potest mihi pignorari; secus si reuocabiliter. 3
† Amplia; quia imo res mihi legata, vel per fideicommissum relicta, potest à me emi; & si quidē emo scienter, valet emptio & ego videor renuntiare legato, seu fideicommisso, quod possum facere; si vero emi ignoranter, non videor renuntiare; ideo si postea scio, possum euincere à me ipso, citato vēditore, qui tenebitur de euictione, sed quādo scienter emi, secus est. Alex. plene *d. cons.*100. *n.*5. *& seq. per tot. lib.*7. vbi, quod error iuris non excusat, *n.*7. † Limita, quando res mea potest aliquo tempore desinere esse mea; 4
quia si emo illā ab eo, qui est futurus dominus, valet emptio pro consolidatione, *l. existimo. ff. de contrah. emp.* Ang. de Perus. *cons.*169. *col.*4. *in pr. ver. non obstat.* Alex. *d. cons.*100. *Super primo. n.*5. *& 6. lib.*7. qui vtitur alio vocabulo, quando res reuocabiliter est mea. † Extende, vt procedat, si res sit debita ex vltima voluntate ementis, siue alias; quia sufficit, quod sciat sibi deberi ex testamento, vt videatur renuntiare legato, si emat. Alex. *d. cons.*100. *n.*8. *ver. non obstat etiam. lib.*7. † Restringe limitationem, vt non procedat, quando idem, qui vendidit, successit emptori rei suæ ab eo, qui spem habebat, quia tunc licet non esset illa res propria ementis, sed futura venditoris, si venditor successit emptori, nulla fuit venditio, & emptio; secus si alius successisset. Ang. *d. cons.*169. *col.*4. *in pr. vers. non obstat.* † Restringe, quando legatarius emeret ab extraneo; 7
quia non censetur renuntiare suo legato; secus si emeret ab hærede. Alex. *d. cons.*100. *n.*10. *vers. similiter non obstat. lib.*7. † Limita; 8
quia per diuisionem censetur renūtiatum fideicommisso, quando diuidentes sciebant fideicommissum. Alex *d. consil.*100. *Super primo. n.*11. *ver. tertio principaliter. lib.*7. Vide, *Diuisio non præiudicat fideicommisso, & quando secus. Concl.*543.

Emptio & venditio regulariter licita, & quando secus. Concl.120.

1 EMPTIO † & venditio est de iure gentiū licita & permissa, & 1
ideo non potest prohiberi sine causa, *l. ex hoc iure. ff. de iustit. & iur.* plene Nart. *cons.*221. *Emanarunt.* † Limita, nisi extet statutum, 2
quod forensis non possit emere bona in territorio; quia valet tale statutum. Tiraq. plene *de retract. in proœ. n.*14. *& multis seqq.* vbi enumerat plurima statuta Italiæ valida super hoc. † Limita; quia po- 3
test prohiberi emptio annonæ propter publicam vtilitatem sub pœna, quę potest licite exigi à contrafacientibus. Natt. *d. cons.*221. *n.*2. *per tot.* † Limita; quia bona in confinibus prouinciæ, vel terri- 4
torii non possunt vendi, quando turbarentur fines, seu confunderentur. *c. quicunque.*16. *q.*3. vbi gl. magna dicit, quod talia bona non possunt præscribi, vt confinia prouinciæ confundantur, & idem *in c.*4. *de paroch.* † Et eadem ratione bona metrocomiæ non 5
possunt alienari. *l. vnica. C. non licere habit. metroco. lib.*11. quem text. alleg. Bald. *in l.*2. *in fi. ff. de iurisd. om. iud.* † Limita; quia turpiter facit, 6
qui emit, vt carius vendat. Rom. *sing.*220. *Fus heri.* vbi apostilla, & plene Nat. *d. cons.*221. vbi, quod non tamen tenetur ad restitutionem, sed pœna potest exigi, si emit contra banniménta.

Emptio cum risico vitæ est licita, quantumcunque sit fructuosa. Concl.121.

1 EMPTIO † annui reditus ad quamcunque rationem pro centenario est licita, quando durat solum ad vitam ementis, propter dubium euentum, nec potest dici vsuraria propter excessum, vel propter contingentiam, quod emens diutius vixerit. Old. *cons.*207. *Vniuersis.* vbi *in fin.* dicit, quod de consuetudine totius Orbis fiunt similes contractus, & admittuntur. † Amplia; 2
quia emptor ad vitam suam non priuatur prætextu, quod inferat damna in re empta; quia poterit compensare cum melioramentis. Ias. *cons.*17. *lib.*1. compellitur cauere tamen, etiam si sint in magna quantitate. Vide, *Vsurarius non est contractus emptionis fructuum ad vitam. Concl.*362.

Emi & vendi quæ possint, vel non, & pure, & sub conditione. Concl.122.

1 EMI † & vendi possunt omnia, quę sunt in dominio venden- 1
tis, & in commercio hominū; quia venditio est de iure gentium subrogata loco permutationis, quando pretium intercedit. *l.*1. *ff. de contrah. empt.* † Amplia; quia valet emptio vsusfructus, vel 2
fructuum ad vitā vnius, vel pluriū personarū, & dominii, & potest vendi ad tempus. *l. fi. C. de legat. l.*2. *C. de don. quæ sub modo.* Bart. *in l. seruitutes*, quæ est quarta in ordine. *ff. de seruit.* Bald. *in l. ea lege. col.*3. *n.*8. *C. de cond. ob caus. & in c.*1. *col. fi. de feud. dat.* Vide, *Emptio cum risico*

vitæ est licita quantumcunque fructuosa sit. *Concl. prox. præced.* † Amplia; quia etiam nuda possessio emi & vendi potest. Bald. *cons.* 299. *Dicunt Petrus & Cynus. n.* 7. *ver. ecce enim. lib.* 1. † Amplia; quia res aliena emi & vendi potest, *l. rem alienam. ff. de contrah. emp.* † Declara; quia valet venditio rei alienæ in præiudicium vendentis, & ad eius incommodum, non autem in præiudicium domini, vel alterius. *l.* 1. & ibi gl. & Doct. *C. de reb. alien. non alien.* † Limita; quia ille, qui est dominus rei, non potest eandem rem emere, neq; in emphyteusim recipere, & non valet emphyteusis mihi concessa de re mea. Bald. *cons.* 204. *Longum thema. n.* 2. *ver. venio ad secundum. lib.* 3. Vide, *Venditio fit diuersis modis, & de diuersis rebus. Concl.* 47.

Emptor rei communis habet multa incommoda. Concl. 123.

EMENS † scienter dimidiam domus, quam habet Franciscus pro indiuiso cũ Petro fratre suo, patitur incõmodum, quod si Petrus agat ad diuisionem cum Francisco, & quia domus est indiuisibilis, tota adiudicatur Francisco, qui vendidit, qui supplevit Petro in aliis bonis, vel pretio cõpellitur emptor emere aliam dimidiam, ita dicit tex. *in l. Iulianus. § idem Celsus.* vbi Castr. *ff. de act. empt.* † Idem in casu contrario; quia si tota domus adiudicatur Petro, qui non vendidit, compellitur emptor recipere suum pretium, si esset plus æstimata, recipit plus, si minus, etiam recipiet minus; quia commodo & incommodo emptoris fit, vt est text. *in d. l. Iulianus. § idem Celsus.* vbi Castr. *ff. de actio. empt.* Vide, *Communio excusat, & multa operatur. Concl.* 533.

Emptio & venditio ex quibus dicatur perfecta, & probata, vel præsumatur. Concl. 124.

EMPTIO † & venditio perficitur consensu, nec refert, an interuenerit arrha, vel non, & an magna, vel modica; quia licet arrha sit argumẽtum emptionis; non tamen est modus tollendę, vel inducendæ emptionis. Bald. *cons.* 458. *Quidam emit. in prin. lib.* 1. Vide, *Arrharum datio quid operetur. Concl.* 444. † Ex tribus constat substantia emptionis & venditionis, ex re, ex pretio, & consensu. gl. *in l pacta ff. de contrah. empt.* Bald. *in l. in ementis. C. eod. tit.* plene Fabian. de Monte *tract. de emp. & vend. q.* 1. *n.* 4. Bereng. *in d. l. pacta conuenta n.* 45. *& seq.* vbi alii, plene Ias. *in l. iuris gentium. § adeo autem. ff. de pact.* † Imo etiam si emptor offerat pretium, licet venditor, vel hæres nolit recipere, videtur perfecta, si alia concurrunt. Fabian. de Mont. *de emption. q.* 5 *prin. n.* 63. Curt. Iun. *cons.* 82. *n.* 6. *& seq. lib.* 2. † Contrarium; quia etiam vltra tria, videlicet consensum, rem, & pretium, requiratur traditio rei, & solutio pretii, vt dicatur perfecta, tenet Fabian. de Monte *tract. de empt. & vend. q. princ.* 5. *nu.* 63. *& seq.* & quod ad constituendam veram & perfectam venditionem requiratur traditio. Decian. *cons.* 2. *nu* 61. *lib.* 1. vbi allegat *§.* 1. *Instit. de empt. & vend.* plenissime Rol. à Vall. qui plurimos allegat *cons.* 51. *n.* 10. *lib.* 2. vbi, quod ante traditionẽ non est perfecta venditio. Bart. *in l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend.* vbi, quod traditio est vltima venditionis perfectio. † Declara; quia emptio est perfecta solo consensu, quando interuenit res & pretium, ad hoc, vt ab ea non recedatur, nisi solo cõsensu; quia non est necessaria traditio ad essentiam venditionis perfectæ, vt dicit Aret. *Inst. de empt. in pr. ver nota contra communem.* vbi, ꝙ vulgares decipiuntur, dicentes, quod requiratur traditio, vt venditio dicatur perfecta; quia non est verum; ratio est; quia datur actio ad tradendum, & ad soluendum ex illo contractu ex empto. *l.* 1. *ff. de act. empt.* † Bene verũ est, quod respectu absolutæ perfectionis, vt nihil sit agendum, traditio operatur omnem perfectionem, ne ab ea solo consensu recedatur, ita declarat Ias. *in l. iuris gentium § adeo. ff. de pact. n.* 2. † Vide omnino Fulgos. *in d. l. pacta conuenta. n.* 5. *ff. de contrah. emp.* vbi, quod substantialia emptionis sunt consensus, res, & pretium, cætera autem appellantur adminicula, & ante eum idem dixit ibi gl. *in ver. expretio.* Vide, *Accidentia possunt mutari non vitiata substantia. secus è conuerso. Concl.* 82. † Declara; quia ad hoc, vt inducatur caducitas ob alienationem rei emphyteuticæ, requiritur perfectio totalis, quod res sit tradita, & ita loquitur Rol. à Vall. *d. cons.* 51. *n.* 10. *& per tot. lib.* 2. † Consensus autem debet esse simul, & præsentialiter, vt dicit tex. iuncta gl. *in l.* 2. *ff. de act. & obli.* † Et si iste consensus simultaneus interuenit, non est licitum ab emptione recedere. *l. sicut. C. de act. & oblig.* Soc *cons.* 185. *lib.* 4. alias secus. † Amplia; quia si actũ est, quod pretium soluatur per emptorem creditori venditoris, & fuit solutum, standum est pacto. Bald. *d. cons.* 458. *n.* 1. *in fin vers. si autem. lib.* 1. † Amplia; quia si Communitas distribuit simpliciter comitatinis sal, vt inde recipiat grauamen pro sale, dicitur perfecta venditio, & translatum dominium salis, ita quod in eo non potest dici furtum commissum à comitatinis, qui erant illud recepturi; quia in re propria nõ cadit furtum, etiam si ipsi fateantur furtum cõmisisse, late Rom. *cons.* 113. *Pro decisione. per tot.* vbi apostil. *in ver. nocere.* † Amplia; quia in tantum est perfectus contractus venditionis ex cõsensu, vel solutione pretii ex pacto, vt teneatur venditor facere instrumentum venditionis. Bald. *d. consil.* 458. *per tot.* vbi distinguit hoc procedere, si venditor possideat, alias tenetur ad interesse. Vide, *Instrumentum non tenentur facere debitores, & quando secus. Concl.* 258. † Amplia; quia venditio dicitur perfecta, si fiat venditio, & promittat venditor facere instrumentum ad beneplacitum emptoris; quia si interueniunt consensus, res, & pretium, confectio instrumenti non est de substantia, vt impediat, pro vtraque parte Fab. de Mont. *tract. de empt. q.* 5 *prin. n* 53. & vide, quæ posui ad Bart. *in l. contractus. C. de fid. instru.* † Amplia; quia emptio perfecta, in qua consensus interuenit, res & pretium pure, & parit actionem, & ab ea non est licitũ recedere, parte inuita; quia in contractibus nominatis oritur actio & obligatio, licet ante implementum non oriatur exercitium actionis. *l. iuris gentium.* vbi Ias. *in prin. ff. de pact. n.* 2. & est * communis opinio Dec. *cons.* 421. *n.* 8. *& n.* 11. vt per Vecin. *in* 1. *vol. com. opin. fol.* 641. *tit. de act. empt. in pr.* † Extende, etiam si sit emptio conditionalis; quia licet non sit nata actio, neque obligatio ante conditionem; tamen expectanda est conditio, nec altera pars potest resilire alia inuita. Crauet. *cons.* 669. *n.* 9. est tex. *in l. necessario. ff. de peric. & commod. rei vend.* † Et multo magis, quando fuit impleta conditio. Grat. *cons.* 107. *n.* 8. *& seq. lib.* 1. vbi, & in contractu innominato idem probat. † Declara, vt per Ias. *in l. in bonæ fidei. n.* 4. *ff. de eo, quod cert. loc.* vt si conditionalis sit venditio, obliget; secus si conditio penderet à voluntate contrahentium, vel si esset promissio de vendendo. † Restringe; quia perfecta non dicitur conditionalis venditio, licet obliget, sed expectandum est implementum conditionis. *d. l. necessario. ff. de peric. & commod. rei vend.* † Amplia; quia post emptionem non potest altera pars recedere. Rom. *cons.* 251. *in prin.* † Amplia; quia vbicunque fit mentio pretii, præsumitur emptio vel venditio. Soc. *reg.* 7. *emptio & venditio.* vbi limitat. Vide Mascard. *conclus.* 616. *Emptor an probare debeat. n.* 4 *& seq.* † Limita; quia venditio dicitur conditionalis facta pro pretio declarando; quia donec declaretur, dicitur conditionalis, & non perfecta. *l. si. C. de contrah. emp* Ruin. *cons.* 136. *n.* 2. *lib.* 1. † Extende, etiam si in tali venditione adesset cõstitutum purum; quia tale constitutũ regulatur secundum naturam contractus, & dicitur conditionale. Alex. *cons.* 83. *n.* 6. *lib.* 2. Dec. *consil.* 247. *col.* 3. Grat. *cons.* 69 *col.* 2. *lib.* 1. Gozad *cons.* 20. Rip. *lib.* 3. *respons. c.* 20. Tiraq *de constit. par.* 2. *ampl.* 15. † Extende; quia emptio & locatio redditur nulla facta pro pretio declarando per Titiũ, quando Titius vel non potest declarare; quia mortuus est, vel nõ vult; quia remanet sine pretio, de emptione est text. *in l si. C de contrah. empt.* in locatione text *in l si merces in princ. ff. locati.* Abb. *cons.* 80. *Pro decisione. in princ. lib.* 2. † Declara; quia licet conditio apposita substantiæ contractus vitiet contractum, si conditio non impletur; tamen secus est, si adiiciatur aliis accessoriis, quæ nõ sunt de substantia, puta, quis emit pro se, & hæredibus suis pro tanto pretio aliquid cum pacto, ꝙ possit in illa emptione, vel cõductione nominare socios intra annum, si moritur intra annum, valet nihilominus contractus; quia redditur purus, etiã si hæredes nõ possint nominare; quia circa accessoria, clare Abb. *cons.* 80. *Pro decisione. in pr. lib.* 2. imo ibi per totum tenet; quod hæredes possent declarare socios, & nominare. Vide, *Venditio, p pretio declarando valet, & quando secus. Concl.* 45. † Limita; quia nõ dicitur perfecta, si cõsensus est conditionalis; quia tunc licitum est recedere. *Inst. de empt. & vend. §.* 1. † Limita, quando partes conuenerunt expresse de celebrando instrumẽto; quia donec celebretur, non videtur perfecta venditio. Affli. *dec* 93. Dec. *cons.* 340. *per tot.* † Limita; quia venditio nõ est ꝓbata, nisi testes deponãt de certo pretio. Bald. *cons.* 98. *Ego præsuppono. lib.* 5. † Declara; quia si pretiũ est remissum in tertiũ, & eo mortuo in Vicariũ Potestatis, dicitur cerrũ. & venditio est perfecta. Io. de Ana. *cons.* 19. *per tot.* maxime *n.* 12. *& seq.* Vide, *Venditio per testes probatur. & quãdo secus. Concl.* 65. † Limita; quia venditio nõ dicitur perfecta effectu, si res nõ est tradita emptori, ideo nõ cadit in pœnã emphyteuta, licet vendiderit ante traditionẽ. Marsi. *sing.* 312. *Plures sunt causa. n.* 2. vbi dicit * communem. † Extende in tantum, ꝙ ante traditionẽ non potest emptor impedire, ne venditor alteri tradat, vel det immissionẽ. Ro. *sing.* 292. *An emptor.* vbi apost. † Limita; quia venditio facta ad mensuram non dicitur perfecta, donec fiat mensuratio. *l.* 2. & ibi Castr. *C. de peric. & commo. rei vend.* Bart. *in l. Iulianus. § si Titius. ff. de act. empt. & consil.* 74. *Petrus vendidit.* Alex. *cons.* 176. *In causa, & lite. in princip lib.* 6. Vide, *Venditio ad mensuram dicitur conditionalis, & quando secus Conclus.* 49. † Declara tamen; quia si emptor ad mensuram promisit certa die soluere pretium,

pretiũ, non excusatur à mora, etiam si non sit facta mensuratio diem. Deci. *consil.* 452. *Visa instructione*, sequitur Ruin. *consil.* 198. *Viso & perfecto. lib.* 1. † Restringe, nisi deuentum sit ad traditionem; quia pro rata trãsiit dominium, licet fieri debeat æstimatio. Deci. *cons.* 178 *per tot.* sequitur Anchar. Regien. *q.* 18. *lib.* 1. † Limita; quia venditio non dicitur perfecta, si venditor non erat alias venturus, nisi pretium sibi solueretur cõfestim, vel ex modico interual. loquia si emptor vadit per lõgas moras, venditor non teneretur vendere. Bald. *d. cons.* 458. *circa prin. versi. sed in hoc est considerandum. lib.* 2. † Limita; quia venditio non est perfecta, neque ex ea acquiritur emptori dominium, si statim pretium numeratũ emptor soluit vel reuinuit; quia sicuti dominium pecuniæ non est acquisitũ venditori; ita dominium rei non transiuit in emptorem, quando non fuit habita fides de pretio. Bald. *cons.* 298. *Inter Dominicum. n.* 2. *vers. de fundis. lib.* 4. † Declara in venditione facta ad hastam plus offerenti, quia licet quis obtulerit, & obligetur ex oblatione; si tamẽ non est facta deliberatio, nõ dicitur perfecta venditio, quin periculum spectet ad venditorem. Bald. *consi.* 393. *Punctus talis est, per tot. lib.* 4. Vide, *Contractus quando dicatur perfectus. Concl.* 981. Vide, *Venditio ex quibus dicatur perfecta, & valeat, vel non. Concl.* 44. † Limita; quia non releuat probatio venditionis & solutionis pretii, nisi probetur tempus, videlicet, quod tempore litis contestatæ, &c. Clemens *singu.* 18. Vide plene per Mascard. *Conclus.* 608. *Emptio & venditio vt probetur*, vbi, quomodo, & ex quibus probetur, vel non. Vide eundem *Conclus.* 609. *Emptio an probari possit per testes.*

Emptor possidens rem emptã præsumitur possidere de consensu venditoris, & quando secus. Concl.

Vide Mascard. *Conclus.* 613. *Emptor si reperiatur*, vbi si soluit pretium, procedit conclusio, alias non. Vide, *Possessio quo iure præsumatur, an ex titulo, vel secus. Conclus.* 416.

Emptori, an venditori spectet periculum rei venditæ. Conclus. 125.

1 PERICVLVM, † damnum, & iniuria, quæ contigit post rem venditam, antequã tradatur emptori, spectat ad venditorẽ; ideo ipse tenetur agere ad vtilitatem emptoris. Bald. *consi.* 214. *Casu talis est, Cartusiensis, in pr. lib.* 1. † Contrarium, quod imo perfecta venditione, sicuti fructus rei venditæ spectãt emptori; ita periculũ rei venditæ ad eum spectat etiã ante rei traditionem. Abb. *cons.* 66. *circa fi. col.* 2. *ver. item facit. li.* 1. sed intelligas cum distinctione, vt procedat hoc contrariũ, quando sterit per emptorem. † Extende, vt idem sit ante perfectã venditionem; quia periculũ spectat venditori. Bald. *cons.* 393. *Punctus talis est, lib.* 4. *in princ.* † Restringe, quando res vendita, prout Ciuitas, erat obsessa, & sciebant; quia perfecta venditione, etiã si non sit tradita possessio, nisi per constitutũ, periculũ est emptoris, si Ciuitas capiatur. Ancha. *cons.* 331. *Casus talis. per tot.* † Amplia; quia periculum spectat venditori gabellarum ad incantum, si contingat damnũ, dum facta est obblatio ad hastam, sed nõ deliberatio; quia dicitur venditio pẽdens, & nõ perfecta. Bald. *d. cons.* 393 *per tot.* vbi est casus *lib.* 4. † Limita; quia post perfectam rei venditæ traditionem, periculum, & incõmodum omne spectat ad emptorem; ideo ipse agit, & experitur contra turbantem, & impedientem. Bald. *d. cons.* 214. *in princip. lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si periculum proueniat à fortuna, vel leuissima culpa venditoris, ex quo contractus gratia vtriusq; est celebratus. Castr. *cons.* 145. *prope fin. lib.* 2. † Declara tamen, quod licet spectet periculum ad venditorẽ re nõ tradita; tamen quando interuenit ficta traditio, etiam emptor potest agere, si vult, cõ tranquillum rei venditæ, & contra omnem impedientẽ. Bald. *d. cons.* 214. *in fi. ver. si etiam emptor. lib.* 1. † Extende limitationẽ; quia periculum contingens in re vendita perfecta venditione spectat ad emptorẽ, siue sit empta res certa, siue spes incerta. Bald. *d. cons.* 393. *in princip. lib.* 4. † Extende; quia vis hostium, & casus fortuitus spectat ad emptorem perfecta venditione. Anch. *d. cons.* 151. *nu.* 4. Castr. *cons.* 145. *lib.* 2. † Extende in tantum perfecta venditione periculum, & incommodum spectare ad emptorem, vt etiam si sit conuentum, quod nõ teneatur ad pretium, si vendita nõ possint possideri, donec recuperentur; quia si pars perdatur, non potest teneri pretiũ. Anch. *d. cons.* 151. *per tot.* vbi est casus, & dicit, quod prouisio facta vno casu non se extendit ad alium casum in pactis. † Si tamen venditor suscepit in se omne periculũ etiam casus fortuitus, valet pactum, & tenetur, & sententia lata contra contractũ, quando debuit pronunciare, de iure est nulla, quia contractus ex conuentione partiũ legem accipiunt, Castr. *d. cons.* 145. *n.* 3. *lib.* 2. † Limita; quia emptori animalium spectat periculum, quãdo fuerunt depositata super hospitio, & ab euentu litis cõstat, quod emptor recusauit illa recipere sine iusta causa. *l. qui decem. in prin. l. creditor oblatam. in prin.* & vtrobique Bart. & Doctor. *ff. de solution.* late Tiraq. *de retract. conuentio.* § 4. *gloss.* 6. *n* 34. & ideo etiam tenetur ad expensas. † Limita, si res vendatur ad mensuram; quia donec fiat mensuratio rei, dicitur conditionalis, & nõ transfertur dominiũ; ideo periculũ est domini, videlicet venditoris. Cur. Iun. *cons.* 76. *n.* 7. & 9. *lib.* 2. Vide, *Venditio ad mensurã dicitur conditionalis, & quando secus. Concl.* 49. † Limita; quia periculũ omne casus fortuiti spectat ad creditorem, cui nomen debitoris fuit datum in solutum; ideo si dedi in solutum creditori meo conductorem bonorum meorum, qui illum acceptauit; & eueniat casus fortuitus in re locata, per quem sit facienda remissio, fieri debet periculo creditoris, qui accepit in solutum, non debitoris locantis. Alex. *in l. si cum emptor. in* 3. *col. ver. sed tamen non placet. ff. de pact.* per text. *in l. pupilli. §. soror. ff. de solut.* † Contrarium posse defendi, probari videtur, vt infra prox. Concl. alleganda. Vide, *Periculum quando spectat ad debitorem, vel ad creditorem. Concl.* 280.

Emptor qualiter agat re non tradita, vel euicta post traditionem. Conclus. 126.

EMPTOR, cui res † vendita non est tradita, agit ad interesse. *l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empti*, ideo potest petere traditionem rei, & etiam perceptionem, seu quantitatem fructuum rei non traditæ. Bald. *cons.* 289. *Antonia de Maiis, in prin. lib.* 2. † Restringe; quia solũ tenetur venditor rem tradere, quando habuit pretiũ, quia licet simul & semel debeat ab vtroq; impleri cõtractus, videlicet emptor soluere pretiũ, & venditor rem tradere; tamen ex ordine intellectus primo tenetur emptor soluere pretiũ, quã venditor rẽ tradere. Bald. *in c.* 1. *de seque. poss. & fruct.* sequitur Curt. *in tract. de sequestra. col.* 5. † Amplia, siue emptor agat ex empto; quia res non sit tradita ob inuoluntatem venditoris, siue ob impotentiam; quia nihilominus agit ad interesse. *l.* 1. *ff. de action. empt.* Bald. *d. cons.* 289. *circa med. ver. sed si diceretur.* † Contrarium, quando ob impotentiã, quam emptor potuit, seu debuit præuidere, prout si scienter emit rem cõmunem pro indiuiso pro rata vendẽtis; quia si agant alii ad diuisionem, & non sit diuisibilis, & propterea tota non vendenti adiudicetur, habebit solum pretium medietatis, vel partis emptę. *d. l. Iulianus. § idem Celsus. ff. de actio. empti.* quod notandũ exclamat ibi Castr. † Amplia; quia emptor agere potest solum, vt res tradatur, quod importat traditionem facti, nõ autem tenetur ad dandũ; quia in hoc differunt; nã verbũ, *dare*, importat facere accipientis, verbum vero, *tradere*, importat nudã traditionem; ex qua tamen causatur, quod si tradens est Dominus, res tradita efficitur accipientis, si vero nõ est tradẽtis, is, cui traditur, acquirit vsu capiendi conditionẽ, plene tex. & ibi Bar. & alii, maxime Castr. in *l. ex empto ff. de act. empt.* Ias. in *l. si domus. § de euict. n.* 34 *ff. de leg.* 1. Bart. & alii. *d. l. ex empto*, vbi Fulgos. *n.* 4. & 5. late declarat. † Extende, quia bene ista traditio importat vacuã, & liberam possessionem. Castr. in *d. l. ex empto. § fin. n.* 2 *ff. de act. empt.* Ias. in *l. ab emptione. n.* 13. *ff. de pact.* † Et facta traditione cessat actio ex empto, etiam si res sit aliena, quia amplius nõ agit ad rem, vel pro re, sed ad interesse. Ias. *d. l. si domus. § de euict. n.* 34. *ff. de leg.* 1. † Restringe, quando venditio esset in genere pro tot corbiũ vini, vel grani, vel quãdo esset venditor dominus speciei, & rei vẽditæ, quia tenetur dare, vt res fiat emptoris, prout etiam emptor tenetur facere pretiũ venditoris, & sic dare. glos. Bart. Bald. & * omnes *d. l. ex empto ff. de act. empti.* † Amplia; quia præcise non compellitur venditor tradere, sed tenetur ad interesse, vt videtur velle rex. in *l.* 1. *ff. de act. empt. in princ. d. l. ex empto. ff. eodem.* vbi Bartol. Bald. & alii dicunt, quod venditor tenetur tradere et emptor vero dare. † Cõtrarium, quod imo teneatur, & præcise compelli possit ad traditionem rei venditæ, si habet facultatem rei tradendæ, & sit dominus, ita Castr. post alios in *l.* 1. *in fin. princip. ff. de act. empt.* & communem * dicit Fabian. de Mont. *tract. de emptio. & vend. in* 6. *q. pr. ver. ad octauum. n.* 38. & *seq.* Ias. in *l.* 1. § *fuit quæstum. n.* 16. *ff. ad Treb.* & est text. in *d. l. ex empto. ff. de act. empt.* vbi Bart. *n.* 2. Fulgo. *n.* 4. & 5. Castr. in *l. contractus. nu.* 12. *C. de fid. instrument.* vbi dicit * communem. Roland. à Valle *cons.* 53. *n.* 2. vbi cõmunem, * *lib.* 1. Menoch. *cons.* 92. *n.* 63. vbi * communem, & alios de communi allegat. Vide, *Venditor potest compelli præcise ad tradendum rem venditam. Conclus.* 55. † Imo in tantum compellitur præcise tradere, vt res ab eo auferatur etiã manu militari. Castr. *d. l.* 1. *n.* 8. *in fin. ff. de act. empti.* & clarius in *d. l. contractus. numer.* 12. *C. de fid. instrument.* vbi * dicit communem. † Declara, quia si venditor non habet facultatem rei tradendæ, nõ compellitur præcise, sed tenetur ad interesse, alias secus. † Restringe, quia

compellitur præcisè tradere,& facere emptorem dominũ,vel ad transferendum vsucapiendi conditionem sex casibus,de quibus per Fabian.de Monte *d.tract.in 6.q.princ.ver ad octauum.n.40*. Primo,si in venditione est precariũ:secundo,si promisit præcisè tradere: tertio,si fuit condemnatus per sententiam: quarto,si interesse affectionis dedit causam contractui: quinto,si interuenit iuramentũ,vel precarium: sexto,si adest guarentigia in instrumento,quæ habet effectum sententiæ. Ias.*in l.1.§.fiat quæsitum.n.16.ff.*
14 *ad Treb.*†Declara,si pretium est solutum,alias non,Fab.de Mon-
15 te *d.6.q.princ.n.41.* † Sufficit tamen oblatio pretii, si venditor recusat recipere.Fab.de Monte *d.tract.q.5.princ.n.63.* Curt.Iun.*cons.*
82.*n.6.lib.2.* Vide, *Oblatio debiti quando sufficiat verbalis, vel requiratur depositio.Concl.20.*†Limita;quia non potest emptor petere pretium, vel id, quod dedit in solutũ ex empto; & ideo si dedit creditum,non potest agere ad suum creditum re non tradita,vel etiam tacite euicta, vt quia non potest tradi, sed agit ad interesse.
17 Bald.*d.cons.289.in prin.lib.2.* † Extende; quia emptor ob non implementum venditoris nõ potest à contractu recedere, sed stan-
18 te contractu agit ad interesse.Afflict.*decis.280.per tot.*†Restringe, nisi res tradita vel vendita in solutum esset euicta per sententiam; quia tunc quis agit ad creditum,& reuiuiscunt iura cessa,vt ad ea emptor agat, si extant, maxime, quando est conuentum. Bald.*d.*
19 *cons.289.per totum.lib.2.* † Restringe multis casibus, de quibus per Surd.*cons.145.n.12.lib.1.* vbi allegat nouem casus,in quibus agitur primæua actione secuta euictione, vbi *num.34.* declarat quatuor modis,quos videas,vsq; in fin. vbi respondet, & distinguit, qua-
20 liter procedat,vel non. † Restringe fauore dotis; quia si mulier cessit creditũ pro datione in solutum, vel aliter habeat actionem ex empto,potest re non tradita,vel quæ non potest tradi,aut euicta agere ad suum creditum, & est speciale fauore dotis, secundum Bart.*in l.qui res.in prin.ff.de solut.* sequitur Bald.*d.cons.289.in fi.*
21 *ver.visis pulchris lib.2. & cons.300.lib.1.* Vide, *Euictionem passus qualiter agat contra venditorem.Concl.357.*†Limita;quia si venditor vere tradidit, non compellitur denuo tradere, sed ad interesse tene-
22 tur. † Et dicitur tradidisse,si in conspectu rei vendidit; quia tunc verbum *dare*,importat traditionẽ perfectam.Rol.à Vall.*consil.51.*
23 *n.31.lib.2.*† Restringe;quia licet constitutũ transferat dominium & possessionẽ;non tamen liberatur venditor ab actuali traditione rei venditæ. Rol.*cons.53.n.7.lib.1.* Vide, *Venditor obligatur emptori ex vendito ad multa.Concl.54.cum Concl.ibi prox.seq.*

Emptor non debet habere rem,& pretium. Concluſ.127.

1 EMPTOR † qui habuit possessionem rei emptæ, & fructus percepit,si integrum pretium nõ soluit,non lucratur fructus rei,nisi pro rata pretii soluti, & ex æquitate tenetur restituere secundum terminos *l.curabit. C.de act.empt.* vbi Cagn.ponit septem ampliationes,& quinque limitationes,& circa hoc, quod habet locum pro portione nõ soluta,sicut pro toto.Corn.*cons.145.n.14.*
lib.2. Pet.Surd.*cons.101.n.15.& seq.lib.1.* vbi,quod ista mora cõtrahitur re ipsa,Gabr.*cons.74.n.31.& seq.* vbi,q; pro modo fructuum, late Cephal.*cons.609.n.3.& seq.lib.4.* vbi dicit impium esse dicere
* contrarium.Alex.*cons.31.Viso themate.lib.6.* Deci.*cons.109.Et pro te-*
nui. Soci.*cons.133.Profecto ni fallor.col.4.in pr.*& est * communis opinio, idem Soci.*cons.88.Abunde,& eleganter.col pen.vers.secunda diffi-*
2 *cultas.lib.4.* Alex.*cons.147.Perspectis.in prin.lib.5.* † Et quod emptor, qui possedit rem emptam non soluto pretio,teneatur ad interesse pro rata pretii non soluti, per *d.l.curabit.C.de act.empt.* & dicitur interesse pecuniarum non solutarum esse loco fructuum,& dicitur commodi percepti recompensatiuum,& est damni emergen-
3 tis interesse. Bald.& Salycet.*in l.2.C.de vsur.* † Contrarium,quod imo non efficiatur emptor dominus rei emptæ pro rata soluti pretii ideo non agat ad fructus,donec impleuerit totum, & soluerit integrum pretium. Deci.*cons.119.n.2.in fi.* sequitur Surd.*cons.*
10.*n.25.& seq.& cons.36.in princ.lib.1.* allegat Abb.*cons.66.col.3.lib.1.*
Aret.*cons.160.in 5.dub.*& quod non acquirat dominium pro rata pretii soluti, sed bene ex æquitate debeatur rata fructuum. Bart.
4 *in l.Iulianus. §.offerri.ff.de action.empt.* † Declara, vt per Natt. *consil.*
384.*num.12.* Surd.*d.consil.101.num.25.lib.1.* quia imo etiam si non impleuerit ex parte sua, adhuc consequi debet fructus pro rata, & si non iure actionis,saltem officio iudicis; quia qui vult lucrari
5 cum aliena iactura, dicitur in dolo. † Et quod emptor teneatur
* ad fructus rei emptæ pro rata pretii non soluti, est gl. * communiter approbata *in s.conquestus.de vsur.* Socin.*consil.176.colum.1.&*
2.lib.2. Afflict.*decis.20.* Deci.*consil.39.colum.2.* Bart.*in l.fistulas.§.qui*
* *fundum.ff.de contrah.empt.* & * communem dicit Corn.*consil.145.*
colum.2.lib.4. † Ratio est; quia bona fides non patitur,vt penes 6
eundem sit res,& pretium.*l.bona fides.ff.de actio.empti.* Bald in *l.fi.in*
fin.ff.de iure dotium. Alexand.*cons.95.in fin.lib.1. & consil.121.colum.1.*
lib.4. Stepha.Bertrand.*consil.109.colum.1.vol.3.* vide infra.*num.17.*
& num.23.ver.Amplia,& n.47.ver.Declara, quia debetur potius.† Et i- 7
stæ dicuntur vsuræ compensatiuæ, quę omni iure sunt permissæ.
Socin.*d.cons.133.colum.1.lib.1.*gl.in *l.socium,qui in eo.ff.pro socio.* † Et 8
debentur sine mora aliqua, & sine interpellatione; quia hoc est de natura contractuum correspectiuorum.Bald.in *l.2.n.4.C.de vsur.* Corne.*consil.145.colum.3 lib.2.*& communem* dicit Cagnol.in *
d.l.curabit.num.33.C.de actio.empti. † Extende,vt procedat, etiam 9
si sint conuenti fructus, puta emptor pro parte pretii non soluti promisit soluere venditori certum quid annuũ, loco fructuum, nam valet tàlis conuentio, & tenetur soluere, etiãsi ex re vendita nulli fructus percipiantur propter bellum vel alium casum inopinatum,per text.in *l.sicut emptio,cum l.seq.ff.locat.* quem allegat, in simili Alex.*cons.121.in prin.lib.5.* Deci.*cons.312.* Ruin.*cõs.73.n.3.lib.*
1.& facit text.in *l.cum fundus,& in l.quæro.ff.locat.* vbi sola æstimatio rei cõductæ facit transire periculum in conductorẽ; quanto magis quando res fuit æstimata, sed per æstimationẽ vendita. Vide,
Interesse conuentum, quando,& qualiter debeatur,vel non. Conclus.308.
†Extende, vt procedat,etiam si venditor sibi reseruauerit dominium pro rata pretii non soluti; quia nihilominus dicitur perfecta venditio;quia non reseruauit perpetuo; quo casu nõ esset vẽditio.*l.cum manu sata,in fi.ff. de contrahen. emptio.* sed reseruauit sibi ad tempus vsq; ad solutionẽ pretii;quo casu dicitur venditio perfecta.Bald.in *rubri.C.de contrahen.emptio.quæst.13.& in d.l.cum manu sata,*& probat text.in §.*vẽdita Instit.de rer.diuis.*Afflict.*decis.338.*
n.9. Fabian.de Monte *de emption.& vendit.in 7.par.num.15.* Deci.
cons. 440. Si igitur venditio fuit perfecta, non mirum, si non excusatur emptor à fructibus,seu ab affictu loco fructuum per casum fortuitum, qui alias excusaret nudum conductorem. † Am- 11
plia; vt quod dicitur de emptore, procedat etiam in venditore.
Socin.*consil.170.num.13. ver.secundum principale.lib.2.* quia pariter pro rata pretii habiti tenetur tradere ratã fructuum rei venditæ.
Cagnol. *d.l.curabit.num.40.* vbi plures allegat. C.*de action.empt.*
Gabr.*cons.64.num.5.* Cephal.*dict cons.609.num.4.& sequent.lib.4.*
Alexand *consil.147.num.2.& 3.lib.5.* Vide, *Fructus pendentes rei ven-*
ditæ spectant ad emptorem, & quando secus. Conclusio. 493. † Et quod 12
venditor teneatur ad ratã fructuum emptori pro rata pretii habiti,etiam si nihil sit conuentum,est tex. in *l.fin.ff.de fund. dotal.* &
ita per illum tex.Bartol.in *d.l.fistulas.§.qui fundum, il secõdo.ff.de contrahen.emptio.& in l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empti.* vbi, quod licet emptor pro parte pretii soluti non acquirat dominium;tamen ex æquitate consequitur partem fructuum:ita Fulgos.in *d.l.fistulas.§.*
*qui fundum,il secondo.*Salycet in *d.l.curabit.C.de act.empt.* Bald.in *l.si*
traditio.in 11.quæst.C.eod.tit. Alexand.*consil.73.lib.2.& cons.121.colu.*
penult.lib.5. Aretin.*cons.160.Longa est.in quinto dubio.* Alexand.in apostilla ad Bartol.in *d.l.Iulianus.§.offerri.ff.de act.empti.* Abb.*consil.*
66.Duo ad claram decisionem.colum.2.lib.1.in secundo dubio.& cons.69.
ad fi.lib.2. Cuman.*cons.20.* Corne.*cons.150.Viso tenore.colum.2.lib.4.*
Socin.*d.cons.170 colum.penult.in fin.& cons.179 ad fin.lib.2.& consil.*
86.num.56.& cons.130.ad fin.lib.4. Bologn.*cons.62.A. Bononien.colu.*
3. Ruin.*cons.62.Licet.num.7.lib.4.* Deci.*cons.116.colum.2.& cons.543.*
numer.20. Afflict.*decis.87.* Iason *cons.117 colum fin.lib.1.* Fabian.de Mont. *in tract.de emptio.& vendit.in quinto membro quinte partis,in 7.*
quæst.princip.col.fin. † Vel tenetur venditor ad interesse pro rata 13
pretii soluti sibi re non tradita.secundum * communem, de qua *
Alexand.*cons.63.Stantibus.n.5.ver.simile.lib.4.* vbi dicit * commu- *
nem.† Et si habuit pretium,& non tradidit rem, teneatur restitu- 14
ere pretium tanquam solutum sine causa; quia nõ debet habere rem,& pretium. Castr. plene *cons.347.num.2.lib.2.*† Declara 15
tamen; quia emptor,etiam si esset mercator, non potest prætendere aliud interesse prætextu lucri,quam fructus rei emptæ; quia ex illo negocio non potest plus lucrari. Vide, *Interesse qualiter de-*
beatur,& deducatur.Conclus.299.num.17. & sequent.vsque in fin.† Et 16
pro declaratione,quod non possit habere maius interesse,quam sint illi fructus. Crauet.*cons.189.num.7.ver.quartus casus.* plene Cephal.*cons.290.* vbi,quod solum debentur fructus habito respectu ad valorem fructuũ rei,non alias,& quod non valeat conuentio alterata in hoc,& ita Castren.in *d.l.Iulianus.§.ex vendito.ff.de actio.*
empt. sequitur Alexand.*cons.69.lib.1.* Cagnol.in *d.l.curabit.C.de act.*
empti. qui dicunt, quod alias lucraretur venditor, quod esse non
debet.† Extende declarationem; quia cum isti fructus debeant 17
ex æquitate emptori pro rata pretii soluti, ne vẽditor habeat rem,& pretium,& locupletetur cum aliena iactura.Bald.in. *d.l.si*
traditio in 11.quæst.C.de act.empti. non debentur isti fructus ad ratã

quan-

etiam plurimi, sed æstimari debent secundum tempora ipsorum
fructuum collectorũ, & vide infra n. 23. & n. 47. † Declara; quia si
probatur maius damnum, peti potest, alias non probato damno
probatur debetur interesse habito respectu ad fructus rei. Rim. Iun.
d. cons. 484. n. 22. & seq. † Contrarium, quod imo mercator, qui ven-
didit, debeat habere lucrũ cessans ab emptore, qui nõ soluit pre-
tium in termino, etiã de iure Canonico. Soc. in c. dilecti filij, in vlti.
de foro compet. & cons. 2. in fi. lib. 1. vbi attestatur, se pluries ita cõ-
sulisse, & obtinuisse in foro Ecclesiastico, & firmat Abb. consi. 64.
visa ad primũ. col. 3. ver. valuit insuper. lib. 1. Alex. cõs. 191. Visa scriptu-
ra primo, circa fi. lib. 2. & cons. 221. Super titulo quæstionis, in pr. eod. lib.
2. cons. 141. Viso themate cum dubijs, in pr. lib. 5. sequitur Dec. cons. 39.
Iudicũ esse arbitror. col. 2. in pr. & cons. 322. Visis cons. circa fi. Aret. cons.
Eligantur, & vere. in tertio quæsito. Dec. in l. cum quid, circa finem. ff. si
pars, vbi fatetur hanc esse cõmunem *opinionem, licet aliquid
pingat in contrarium, cui de facili potest respondẽri, sed non est
necesse in iudicando; quia à communi non receditur. † Et pro
contrario, quia posset habere locum nedum interesse proueni-
ens ex æquitate d. l. curabit. contra morosum, sed etiam posset re-
petiad lucrum cessans, si probaretur, quod propter moram debi-
toris habebat promptam occasionem lucrandi, quam perdidit,
iuxta doctr. Bar. in l. non vtique. §. nunc de offic. ff. de eo, quod certo loc.
petens, si non probauit se mercatorem, & habuisse promptam oc-
casionem, & ita in individuo Afflict. decis. 20. Soc. Iun. cons. 66. n. 9.
vol. 2. Rim. Iun. d. cons. 484. n. 22. & 23. ita Cagnol. in d. l. curabit. n. 30.
plene ibi Castr. qui idem dicit etiãre non tradita, quando vendi-
tor obrutilit. † Et fructus isti, seu interesse ex æquitate d. l. curabit. C.
de act. empt. dicitur damnum emergens, nõ autem lucrum cessans,
neque vsura; ideo si peteretur tanquam vsura, vel lucrum, nõ de-
beretur, neq; procedit libellus. Surd. d. cons. 101. n. 19. & seq. lib. 1. ver.
quarto verat. Castr. cons. 102. n. 2. lib. 1. & ibi a posti. citat Soc. cons. 176.
incipit secundo confirmatur, & ver. secunda difficultas. lib. 2. † Et debetur
omnino hoc interesse. Bald. & Salyc. in l. 2. C. de vsur. Dec. in c. cũ
venerabilis. col. 4. de except. etiam de iure diuino, canonico, & ciuili
expressim. d. l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. l. fin. ff. de fund.
dotal. d. l. curabit. C. de act. empt. vbi late Cagnol. Couar. var. resolut. lib.
1. c. 4. n. 2. Corn. cons. 145. n. 7. & 8. lib. 2. † Amplia; quia ex æquitate
legis, is, qui non est Dominus, lucratur fructus pro rata pretii so-
luti, ne inducatur iniquum, quod alius gaudeat re, & pretio, & sic
alienum, Alex. cons. 121. in pr. lib. 4. Soc. cõs. 170. in fi. lib. 2. Ruin. cons.
66. n. 7. lib. 4. Gabriel. cons. 64. n. 5. lib. 1. Bald. in d. l. si traditio. in 11 q.
C. de act. empt. † Extende; quia emptor, qui compellitur rem em-
ptam minori restituere cum fructibus, compensabit pro rata pre-
tii. Pedemont. decis. 160. n. 16. vbi, quod debetur ex æquitate in tali
casu. † Extende, vt procedat, etiam si res non sit fructuosa. Bald.
in l. 2. C. de vsur. Soc. cons. 133. col. 1. & cõs. 126. col. 2. in pr. lib. 2. latissime
Rolã Valle cons. 14. lib. 2. n. 2. vbi infinitos allegat, licet ipse cõtra-
rium teneat. Parif. cons. 60. n. 28. lib. 1. allegat Soc. cons. 88. n. 8. & cõs.
103. lib. 4. † Contrarium, quando res ex natura est infructuosa, vel
vetusta, puta; quia molendinũ est ruptum, ex mente Beninten. de-
cis. 29. col. fin. ver. & dictum Baldi. Couar. & aliorum, quos allegat,
tenet Surd. d. cons. 101. n. 21. & 22. lib. 1. & hanc veriorem *dicit Ro-
land. d. cons. 14. n. 3. lib. 2. vbi in fine dicit * communem, & pluri-
bus authoritatibus comprobat Natt. cons. 417. nu. 2. vbi etiam lo-
quitur contra fiscum vendentẽ, etiam, vbi erat pactum. † Decla-
ra, vt infra in 3. limitatione, num. 80. & multis seqq. † Amplia; quia
æquitas d. l. curabit, procedit in omni contractu vltro citroque ob-
ligatorio; quia semper morosus, & nõ implens ex parte sua rene-
tur ad interesse. Rota Ianuen. decis. 1. n. 42. Cagnol. d. l. curabit. C. de
act. empt. n. 36. Corn. cons. 145. lib. 2. nu. 7. & seq. Alex. plene cons. 147.
Perfectus in pr. lib. 5. † Idem in contractu innominato bonæ fidei.
Cagn. vbi supra, nu. 36. † Item procedit in dispositione testatoris
præcipientis hæredibus, quod omnia communicẽt sub pœna pri-
mationis; quia si vnus communicauit, alter non, habet locum pœ-
na absque interpellatione, & nõ communicans est priuatus pro-
pter moram irregularem ex d. l. curabit. C. de actio. empti. ita Soc. in l.
de diuisione. in fi. ff. solut. mat. vbi, quod ita consuluit. † Itẽ in minore,
Ecclesia, & fisco, & aliis, qui loco minoris habẽtur, procedit dis-
positio d. l. curabit, nedũ in emptione & venditione, sed in omni
debito, & cõtractu bonæ fidei, vel vltima volũtate, prout notant
Doct. in l. in minorum. C. in quib. caus. in integ. restit. nõ est necess. † Item
in diuisione, & in laudo diuisorio; quia si vnus condẽnatur ad re-
friendum alteri in pecunia, tenebitur post terminum ad fructus
ex æquitate d. l. curabit. † Extende in dote promissa. Corn. cõs. 145.
n. 5. & seq. lib. 2. & cons. 59. lib. 3. declarat Cagn. in d. l. curabit. n. 41. C. de
act. empt. cum seq. latiss. Surd. cons. 290. n. 31. lib. 2. vbi extendit, etiã si
nõ sit dos liquida; quia in arbitrium alterius collata sit, Corn. cons.
59. n. 6. lib. 3. vbi dicit * communem, & plenius Alex. d. cons. 147. in
princ. lib. 5. vbi n. 3. in fi. dicit * communem, & nu. 4. limitat in dote
data ab extraneo. Tiraq. de retract. conuentio. ad fi. tit. n. 69. & seq. vbi
plene declarat, quod idem est in dote, quod in venditione. † De- 34
clara; quia in istis vltro, citroq; obligatoriis mora irregularis suc-
cedit ex parte non implentis, cum primum alia pars impleuit pro
parte sua absque alia interpellatione. Alex. d. cons. 147. in prin. lib. 5.
sed tamen istud est verum cõtra patrem, vel fratrem, vel alios do-
tãtes filios, vel sorores; quia eo ipso, quod maritus subsistinet one-
ra, isti dotantes, qui tenebantur alere mulierem, eo ipso morã in-
currunt; secus si extraneus dotet, qui non tenetur alere; quia solũ
moram incurrit lapso biennio. Alex. d. cons. 147. n. 4. versi. nec obstat.
lib. 5. vbi dicit magis * communem. † Extende in cessionario. Ca- * 35
gnol. d. l. curabit. num. 44. C. de action. empt. † Extende in hærede gra- 36
uato, qui coactus fuit vendere propria bona. Boer. decis. 44. num.
26. † Extende in promissione de vendendo. Cagnol. d. l. curabit. n. 37
45. late Surd. cons. 101. in fi. lib. 1. vbi plures allegat. Soc. cons. 170. lib.
2. sequitur Paris. cons. 60. n. 24 lib. 1. vbi reprobat Dec. contrarium
tenentem, plenissime Natt. cons. 384. per tot. † Contrarium Alex. 38
cons. 121. lib. 4. vide plenam apost. quæ dat plur. conc. ad Bart. in l.
Iulianus. §. offerri. de act. empti. in verb. de fundo dotali. Dec. in cons. 183.
plene Gabriel. cons. 64. num. 9. vbi plures pro vtraque opinione, &
hanc tutiorem, & ꝙ in pacto de vendendo habeat locum. † Pro 39
contrario, quod non habeat locum, vide Alex. cons. 73. lib. 2. Soc.
cons. 176. lib. 2. † Declara multis modis per Natt. d. cons. 384. nu. 8. 9. 40
& seq. vt quando adest iuramentum; tunc non sit dubium, quod
tenetur soluere fructus pro rata pretii; contrarium potest procede-
re, quando constat, quod soluit, vt cõsequatur fructus, & vsu-
ram, & non esset iuratum. † Amplia; quia procedit etiam in ven- 41
ditione conditionali, & in augmento pretii rei venditæ sub con-
ditione augendi pretium; quia fructus debentur ex æquitate etiã
pro tempore, quo venditio, vel pretiũ erat conditionale; quia fa-
cta purificatione retrotrahitur, vt per Gabr. qui declarat cons. 74.
n. 31. & seq. vbi videas. † Extende idem, quando pretium est colla- 42
tum in arbitriũ alterius; quia pro rata soluti pretii debet emptor
habere fructus, & cõtra, si totam rem possedit non soluto pretio;
quia licet nõ possit compelli soluere, tamen tenetur fructus ex æ-
quitate restituere. plura Gabr. cons. 57. n. 3. & seq. † Amplia, vt pro- 43
cedat, etiam si recompensatio non sit respectu fructuum, vt quia
non sit fructuosa res, sed respectu commoditatis possidẽdi; quia
est locus æquitati d. legis. curabit, vt ibi Cagn. n. 16. & seq. vbi pro vtraq; parte allegat, & ita distinguit. C. de act. empt. ita Corn. cons. 59.
lib. 3. n. 6. ver. nec iam dictis refragatur. ex Rota Ianuen. decis. 194. n. 2.
& seq. vbi plura. † Amplia, etiam si emptor, qui non soluit pretiũ, 44
& possedit, non sit in mora; vt quia sibi venditor non dedit fide-
iussionem cõuentam, vel debitam pro lite mota, idem Cagn. d. l.
curabit. num. 31. & seq. vbi pro vtraque parte, & num. 31. dicit * com- *
munem. Surd. cons. 290. num. 32. lib. 2. plenius cons. 101. numer. 22. &
sequent. versi. non obstat. lib. 1. allegat Socin. cons. 176. numer. 4. ver. pri-
mo. per ea. lib. 2. Deci. cons. 119. nu. 5. versi. sexto adduci potest. Natt. consi.
38. num. 12. & alios plures, & num. 23. dicit * communem, & quod *
sine mora debeantur, Alex. cons. 69. n. 4. lib. 1. latius cons. 147. n. 3. lib.
5. Corn. cons. 145. n. 8. & num. 18. lib 2. Cephal. cons. 609. nu. 6. & seq.
plene Alex. cons. 31. Viso themate, in fin. lib. 6. † Et hanc partem tenet 45
Bald. in l. 2. nu. 4. C. de vsur. Io. de Anan. in c. conquestus. colu. 1. in fi. de
vsur. Ruin. cons. 73. num. 9. lib 1. Alex. cons. 31. col. pen. lib. 6. ver. imo for-
tius. & in eodem casu fatetur Soc. cons. 109. colu. 3. vers. & fi dicatur.
lib. 1. Bauer. tract. de mora, in 2. part. nu. 10. ver. tertio principaliter, & n.
12. ver. tertio. Aret. cons. 149. Diligenter. num. 11. Benintend. decis. 29. n.
6. ver. & dictum Bald. Couar. var. resolut. lib. 3. cap. 4. num. 3. versi. quar-
to hic examinandum est. † Contra extensionem, quod sine mora nõ 46
debentur fructus ex d. l. curabit. Crauett. cons. 189. n. 7. versi. quartus
casus. & dubitauit, quod debeantur, Socin. consil. 88. num. 17. lib. 4.
Bald. tenet non deberi in l. 1. C. de bon. mat. facit text. in l. pen. § fi. ff.
de peric. & commod. rei vend. & in fortioribus in dote Cast. cons. 178.
Præfati promissores, in pr. lib. 1. vbi apost. † Declara; quia debẽtur po- 47
tius ex æquitate, ne emptor fruatur re, & pretio, & ne locupleta-
retur cum aliena iactura, quã ex mora. Bald. & Castr. d. l. 2. C. de vsur.
in pr. Io. Andr. in d. c. conquestus. colu. 2. eodem. Deci. cons. 119. colum. 2.
& fin. Alexand. cons. 121. in princ. lib. 4. plene Ruin. consil. 66. n. 7. lib.
4. Socin. cons. 170. lib. 2. Paris. cons. 60. num. 23. lib. 1. Gabr. cons. 64. n.
5. Extende, etiã si adsit alia mora, vel defectus impleméti ex par- 48
te emptoris, vel venditoris; quia debẽtur fructus ꝓ rata ex æqui-
tate, nõ ex mora. Surd. d. cons. 101. n. 12. & seq. ver nõ obstat lib. 1. † Cõ- 49
trarium, ꝙ imo nõ debeantur fructus pro rata, donec in totũ im-
pleuerit is, qui petit fructus, sed bene postquã impleuerit pro sua
parte, debeãtur. Dec. cons. 119. n. 2. in fin. vbi alios citat. † Declara; 50

quia

quia opinio Decii procedit, quando ageret emptor ex empto pro rata pretii soluti; quia nō auditur, nisi primo impleat ex parte sua, secus si agat officio iudicis implorato ex æquitate *d.l.curabit*. Nat.
51 *cons.384.n.12.* Surd. *d.consil.101.n.26.lib.1.* †Declara; quia procedit opinio Dec. in emptore agente; secus in venditore propter diuersitatem rationis. Surd. *d.cons.101.n.26.& seq. ver. respondeo quoq;*
52 maxime *n.28.lib.1.* †Extende; quia imo si non fuit consignata res; quia non mensurata per conuentum, adeo quod non erat venditor in aliqua mora; tamen si habuit pretium totum, vel partem,
53 tenetur dare fructus pro rata, plene Ruin. *d.cons.66.n.7.lib.4.* † Et quod procedat, etiam si venditor promisit dare fideiussores pro euictione, & non dedit; quia licet non teneatur emptor soluere pretium, & propterea non sit in mora soluendi; tamen si habet rem & pretiū, tenetur soluere fructus, ex *d.l.curabit. C. de actio. empt.* quia attenditur vsus rei venditæ, qui nō debet minui non soluto
54 pretio, & idem Alex. *cons.69.n.4.lib.1.* Afflict. *decis.20. per tot.* † Extende, vt idem sit in casu conuerso, quando emptor soluisset pretium, & venditor non tradidisset rem; quia nō debet gaudere re, & pretio, & fructus sunt emptoris. Alex. *cons.147.n.3. ver. & similiter è contra. lib.5* †Extende in venditore; quia si nō consignauit rē venditam, & habuit pretium, tenetur ad hoc restū interesse recōpensatiuum pretii, etiam si res non sit fructuosa. Cagnol. *d.l. cura-*
56 *bit, n.34.* †Declara tamen, vt per Cagnol. ibi. *n.37.* vt non percipiat à venditore tanquam lucrum pretii; quia esset vsura, sed tanquā
57 damnum, si passus est. † Amplia; etiam si emptor domus nō habitauit, neq; locauit domū, & sic nullos fructus percepit; quia sufficit, q̄ percipere potuerit. Soc. *cons.174. col.4. lib.2.* Cagn. *d.l. curabit.*
58 *n.35.* Surd. *d. cōs.101.n.21. lib.1.* vbi alios allegat. † Amplia; quia debentur, etiam si emptor, qui habuit rem & pretium, sit pauper, & rusticus; quia bona fides nō patitur, vt emptor percipiat fructus rei emptę, & pretio rei fruatur. *l. bonam fidem. ff. de action. & oblig.* secundum Bald. in *l. si. in si. de iure doti.* Alex. *cons.96. in fi. lib.1. & cōs.121.*
59 *col.1. lib.4.* late Afflict. *decis.20.* † Extende, vt procedat etiam cōtra minorem vendentem; quia si habuit rem & pretium, tenetur ad restitutionem fructuum. Bart. in *l. in minorum C. in quib. caus. rest. in*
60 *integr. non est necess.* †Extende, vt procedat in eo, qui cedit actionē ad rem, quā potest recuperare; quia ex quo cedit illi, qui possidet, dicitur res relaxata, & tradita; vt teneatur ad tatā fructuum perceptorum pro pretio non soluto; quia cum cessio facta pro certo pretio accedat venditioni, vt late Paris. *cons.83.n.19. & seq. lib.3.* sequitur, quod habet locū in cessione, prout arguit Ruin. *d.cons.66.*
n.6. & seq. lib.4. vbi ostendit habere locum in datione in solutum;
61 quia accedit emptioni & venditioni. † Extende in datione in solutum, quæ æquiparatur venditioni; quia fructus debentur pro rata soluti pretii, etiam si venditor nō sit in mora, vt quia nō fuit fa-
62 cta mensura conuenta. Ruin. plene *d.cons.66.n.6. & seq.lib.4.* †Extende, vt procedat, quando emptor possedit quocūq; modo, ita, q̄ fructus percepit, & pretiū habuit; quia non releuatur, licet possessio non fuerit licita, vel nō legitima; quia consideratur sola cō-
63 modi tas percipiendi fructus. Paris. *cons.60.n.26.lib.1.* † Extende, etiam si venditio non sit perfecta, vt quia non facta æstimatione, aut quia in arbitrium alterius collatum sit pretium. Abb. *cons.66.*
Viso. col. si. in fi. lib.1. sequitur Paris. qui alios allegat *d.cons.60.n.27.*
64 *lib.1.* †Extende, vt procedat, vbicūq; res mihi debita ab alio detinetur; quia competit officiū iudicis ex æquitate, ne locupletetur cum aliena iactura, & illud dicitur pertinere, q̄ peti potest, vel ratione proprietatis, vel possessionis. Natt. *cons.384.n.7.8. & seq.* v-
65 bi late, allegat Abb. *d.cōs.66.lib.1.* † Extende, vt procedat, etiam si in venditione sit expresse conuentum, quod dominium sit reseruatum venditori, donec integrum pretium soluatur, & q̄ interim emptor soluat tot p̄ fructibus; quia si partem pretii soluit, debet emptor diminuere pensionem pro rata venditori, Abb. *d.cōs.66.*
66 *per tot. li.1.* Nat. *d.cons.384 n.6.* † Extende, vbicunque res, quæ fuit mea, est mihi debita, licet alius illam possideat; quia tenetur mihi ad fructus etiā sine mora ex æquitate *d. l. curabit.* ne locupletetur cum aliena iactura; si vero non fuit mea, & est mihi debita, secus;
67 quia requiritur mora; plene Gabr. *cōs.64.n.11. & 12. lib.1.* † Amplia; quia requiritur mora; plene Gabr. *cōs.64.n.11. & 12. lib.1.* † Amplia; quia licet quia procedit etiam in eo, qui emit à iudice, vel Curia; quia licet iudex vendat pro pretio æstimato, de quo facit soluere partem creditori, qui fecit vēdere bona, & residuū reseruat creditoribus; tamen emptor licet non sit in mora; quia non prius apparuerunt creditores; tamen ne gaudeat re & pretio, tenetur ad fructus pro rata pretii debiti; quia tale interesse est loco fructuum, & dicitur commodi percepti recompensatiuum. Bald. Salyc. & alii in *l.2. C. de vsur.* Dec. in *c. cum venerabilis. col.4. de except.* late Soc. *cons.176 Præsens consultatio. lib.2.* Ruin. *cōs.73. Quæstio, quæ proponitur, lib 1.* & hoc potius ex æquitate, ne fruatur re & pretio. Bald. & Castr. in *d.l.*
2. C. de vsur. Dec. *consil. 119. col.2. & fi.* & ideo sine mora debentur.
† Imo huiusmodi vsuræ & interesse ratione fructuum percepto- 68
rum non soluto pretio dicuntur recompensatiuæ, & debentur omni iure. glos. in *d.l. curabit, C. de actiō. empti.* quæ communiter *tenetur. Soc. *cons.133.n.2. lib.1.* & *communē dicit Corn. *cons.145. col.* *
2. lib.2. Dec. *d. cons.119. n.3.* quia petuntur tanquam damnū emergens; quia alias venditor esset in damno, & emptor cum iactura aliena lucraretur fructus non soluto pretio, *l. nā hoc natura. ff. de cōd. indeb.* † Amplia; quia debentur, etiamsi iudex, qui vendidit bona 69
iudicialiter, dimisisset partem pretii in manibus emptoris pro satisfaciendo creditoribus venturis debitoris; quia non per hoc cēsetur eidem concessisse, q̄ gaudeat re & pretio, per prædicta, nec est verisimile, q̄ iudex voluerit fauere emptori, & præiudicare creditoribus; quia p̄sumitur bonus, & quod recte, & iuste faciat ea, quæ officio suo incumbunt. *l.2. C. de offi. ciuil. iud.* Bald. in *l. vnica, in fi. C. ne quis in sua causa.* & sicuti in parte vendente non præsumitur donatio; ita minus in iudice vendente. † Amplia; quia ma- 70
xime valet conuentio, quod emptor soluat singulo anno tantam quantitatē grani, & fructuū ex re vendita, cuius dominiū sibi emptor reseruauit, donec totum pretium sit solutū; quia tunc est licita conuentio. Soc. Iun. *cons.66.n.5. & seq.lib.2.* † Amplia maxime, 71
quia debetur interesse conuentum, quādo fuit promissum cū iuramento, & taxatum. Soc. Iun. *d.cons.66.n.11. lib.2.* † Amplia; quia 72
imo tenetur emptor ad interesse vltra fructus, quando venditor obtulit se paratū tradere, si pretium soluatur; quia tunc si emptor non soluit, ex mora bene tenetur ad damna & interesse, nec releuatur, si velit, quod venditor retineat fructus rei, qui minus important. ita Castr. *d.l. curabit. C. de actio. empt.* qui monet vēditorem ad hoc, vide eū, sed ista sunt extra *d.l. curabit.* quæ non sunt ex hac æquitate, sed de iure. † Amplia in laudo diuisorio; qa si vni dātur 73
bona, alteri refectio in pecunia, *l. curabit.* habet locum. Castr. in *d. l. curabit. C. de actiō. empt* glo. in *c. conquestus, de vsur.* Ratio est; quia diuisio est alienatio, & ad instar emptionis, & venditionis. *l.1. C. cōmu. vtriusq; iud.* vbi gl. & Bart. quod licet non quoad omnia sit similis; tamen est in hoc, vbi etiā Bald. & Salyc. & sic debetur interesse pro quantitate fructuum. † Amplia; quia etiam debentur 74
fructus ab emptore, qui non soluit pretium, licet partem depositauerit, quando depositum non est liberum, & pars nō recusauit recipere. Gabr. *cōs.57. in fi. lib.1.* † Amplia; quia si is, qui vēdidit ptę- 75
dium cum pacto redimendi quādocunque, si interim soluat partem pretii, licet neq; ratione dominii; quia per solutionem partis non transfertur in eum dominium aliquod bonorū; neq; ratione possessionis; quia nō possidet; neque ratione moræ; quia emptor nō est in mora, faciat fructus suos; tamē ex æquitate, ne gaudeat re, & pretio, & ne cum aliena iactura locupletetur, debet cōsequi ratam fructuum pro rata pretii soluti. Bart. in *l. fistulas. §. qui fundum. ff. de cōtrah. empt. & in l. iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt.* Bald. in *l. si traditio, in q.11. C. de action. empt.* & alia iura in proxima extensione. † Extende, vt idem sit in vxore dante prædiū marito in do- 76
tem cum pacto francandi pro eodem pretio; quia si mulier ante tempus soluat partem pretii, debet consequi ratam partem fructuū prædii, vt est text. in punctō in *l. fi. §. fi. ff. de fund. dot.* vbi Bald. qui dicit esse menti tenendum, sequitur Ruin. *cons.144. De puribus. col.2.n.3. lib.1. & cons.66. Quia dubia. col.3. n.7. lib.4.* & supra præced. ampliatione. † Limita, quando habita est fides de pretio, & 77
dicitur habita fides, si sine solutione pretii fit traditio, vel si apponitur terminus ad soluendum, Bolog. in *addit. ad Io. de Anan. cons.*
19. n.12. ver. circa vero. vide concord. per Gabr. *d. cons.57. n.5.* vbi plures. † Declara; quia istud procedit in dilatione, quæ fit gratia de- 78
bitoris; secus si gratia venditoris, vel vtriusq;, puta, quod debeat æstimari, vel mensurari, vel pretiū declarari; quia debentur fructus. Gabriel. *d. cons.57. n.3.* † Limita, quando emptor delegauit a- 79
lium debitorem; quia licet non soluat, nō est locus primæ actioni, quod emptor rem & pretium habeat; quia cum fuerit liberatus ex delegatione, ne cessaria est mora, & interpellatio contra delegatum, ita Surd. *cons.369. n.15. & seq. lib.2.* vbi loquitur in dote, quādo marito fuit facta delegatio, & dicit, quod licet fructus debeantur à delegāte; non tamen à delegato; quia cessat prima ob- 80
ligatio. Vide, *Maritus quando consequi debeat interesse dotis, vel non.* Cōclus. *96. n.28. & sequent.* † Limita; quia non habet locū ratione mo- 80
ræ, quando nulli fructus sunt percepti ab emptore, neq; fuissent percepti à venditore, vt quia res sit infructuosa; quia non debetur interesse ex æquitate *d.l. curabit*, quæ solū procedit in recompensationem fructuum, ita Cagnol. qui plures allegat, *d.l. cura-* *
bit. num.26. vbi *num.29.* dicit * communem. *C. de actio. empt.* Corn. *consil. 59. colum. 2. lib.3.* vbi plures allegat, quos videas. † Extende 81
in minore. Cagnol. vbi supra *num. 29. ver. & hæc opinio.* † Extende 82

etiam

etiam si fiscus sit venditor, etiam si sit conuentum de soluendis quinque pro centenario. Natt. *cons.* 417 *n.* 2. & 3. † Contrarium tenent Bald. Cast. Anch. Ioan. de Anan. & alii, quos adducit Socin. *cons.* 88. *col.* 2 *lib.* 4. & *cons.* 103. *col.* 1. & *cons.* 130. *col.* 3 *lib.* 4. Dec. *cons.* 119. cum aliis, quos Cagn. allegat *d. l. curabit. nu.* 17. *C. de actio. empt.* † Declara; quia in minore est speciale, quod ex re non fructuosa percipiat fructus, vt per Bald. Salyc. & Iacob. *in l. in minorum. C. in quib. caus. restit. in integr. non est necess.* vel saltem secundum Bart. ibi, vt etiam re non tradita, dummodo offerat tradere. Vide Bart. & alios pro duplici lectura. † Declara, vt per Cagn. *d. l. curabit. n.* 30. quando ratione perfidiæ hoc eueniret; quia posset iudex ex æquitate taxare interesse honestum in recompensationem commoditatis vtendi & fruendi, non soluto pretio, vt in Natt. *d. cons.* 417. *n.* 2. *& seq.* † Et cessat perfidia, vbi emptori data est dilatio, Natt *d. cons.* 417. *n.* 2. *ver. præterea.* † Declara alio modo; quia debetur fructus, si possedit emptor rem infructuosam, ratione commoditatis possidendi, ita declarat Corn. *consil.* 59. *n.* 6. *ver. nec iam dictu. lib.* 3. Cagn. *d. l. curabit. n.* 16. *& seq.* † Declara quia bene debetur interesse, si venditor compulsus fuisset accipere pecunias sub vsuris; quia emptor non soluit; quia est in damno; vel si promptam occasionem perdidit aliquid acquirendi, si non fuit sibi solutum, & etiam potest iudex arbitrariliquid, quando non probetur, vti declarat Cagn. *d. l. curabit. n.* 30. *& seq. C. de act. empt.* † Limita, quando non perseuerauit percipio fructuum, vel commoditas possidendi, vt quia venditor renocauit; quia erat precaria possessio. Corn. *d. cons.* 59. *n.* 5. *in fin. cum seq. vers. & ille text. lib.* 3. vbi *nu.* 6. dat exemplum in fructibus dotis; quia cessant, si maritus non substituit onus matrimonii, sed debens dotem substituit.. † Limita, quando cõcurrunt præsumptiones fraudis vsuriæ, veluti, si quis locat rem per annos octo ad sex singulo anno, postea incontinenti vendidit eandem rem locatam conductori pretio centum, & confitetur habuisse pretium, & in alio contractu declarant non esse solutum pretium, sed quandiu non soluitur, currant pensiones; quia solutæ pensiones in pretio compensantur propter fraudem vsurarum. Abb. *cons.* 5. *Omissis. lib.* 1. *per tot.* † Limita; quia mora irregularis nõ obligat ad fructus non perceptos; quia solum ad perceptos obligat ex æquitate. *d. l. curabit.* nisi certis casibus, de quibus plene Socin. *de diuisione. n.* 13. *vers. nota gloss.* vbi distinguit octo casus. *ff. solu. mat.* † Declara, nisi potuisset percipere, & non percepit, puta locando aliis. Surd. *cons.* 101. *n.* 21. *lib.* 1. Socin. *cons.* 174. *num.* 11. *vers. tertio principaliter. lib.* 2. Natt. *cons.* 494. *n.* 3. † Limita; quia non procedit in interesse ex obligatione facti, nisi adsit vera mora. Corn. *cons.* 59. *n.* 7. *ver. sed dicat forte. lib.* 3. † Limita; quia pro rata pretii soluti, vel pro rata bonorum consignatorum, nullum debetur interesse, quia quoad hoc non adest mora, neque militat ratio. *d. l. curabit.* Bart. *in l. fistulas. §. qui fundum. ff. de contrab. empt.* per *l. fin. ff. de fund. dotal.* † Limita, quando fructus sunt taxati habito respectu ad pretium, puta quinq; pro centenario, non autem habito respectu ad fructus rei. Natt. *d. cons.* 417. *n.* 3. & 4. plene Cephal. *cons.* 290. *per tot.* vbi dicit * communem. † Limita, quando est data dilatio ad soluendum, & res fuit infructuosa per accidens, puta propter bellum; quia licet sit conuentum de soluendis quinque pro centenario; non tamen debentur, ita Natt. *d. cons.* 417. *per tot.* qui loquitur etiam in fisco vendente. † Limita; quia emptor, qui habet pretium rei in manibus totum, vel partem ad effectum reinuestiendi, licet teneatur ad fructus, donec illud retinet; tamen si facit actuale depositum ad effectum reinuestiendi, excusatur ab omni interesse, & fructuum cursu. *l. accepam. C. de usur.* quia non dicitur in mora, nisi sibi offeratur in promptu reinuestimentum tẽpore oblationis pecuniæ per emptorem factæ; quia non debet in effectu exbursare, & relaxare pecuniam, nisi inuestiatur, vt per Dec. *cons.* 421. Soc. *cons. fin. col fi.* lib. Ruin. *cons.* 46. *col.* 2. *lib.* 5. Alex. *cons.* 119. *col. fin. vers. quia respondeo. lib.* 1. † Limita, quando emptori esset facta dilatio ad soluendum, de quo vide Socin. *cons.* 130. *lib.* 4. Dec. *cons.* 119. *& in d. c. cum venerabilis. col.* 6. *de except.* † Limita; quia hoc interesse non potest excedere sortem principalem, & sic simplum, & si excederet, id imputatur creditori, cur non petierit. *l. vnic. C. de sent. quæ pro eo, quod interest. primo respons.* vbi Dd. maxime Cagn. ibi *n.* 57. Alciat. *de usur. iura. lib.* 5. *c.* 15. *vers. rursus idem voluit*, qui exemplificat in interesse pretii non soluti de emptione. † Limita; quia non debetur fructus, quando fuit conuentum, quod venditor, si sibi soluat emptor mille singulo anno, tunc defalcare debeat ratam summum pro mille; quia si soluit emptor 500. donec impleuerit summam conuentam, non debet habere fructus, stante conuentione. Vide pro vtraque parte Socin. Iun. *cons.* 85. *per tot. lib.* 2. vbi non decidit; quia pro vtraque parte est quæstio difficilis, sed remittit arbitrio iudicare debentis. Vide, *Fructus pendentes rei venditæ spectant ad emptorem, & quando secus. Conclus.* 493. Vide plene per Ant. Gab. *lib.* 3. *tit. de empt. & vend. Conclus.* 4. *Emptor qui parte pretii soluit.* Vide, *Interesse debetur damnum passo indistincte. Conclus.* 301. Vide, *Interesse conuentum quando, & qualiter debeatur, vel non. Conclus.* 308.

Emens rem viliori pretio quando suppleat pretium. Conclus. 128.

EMENS † rem cum onere census soluendi, si non soluat censum; quia tempore venditionis erat præscriptum, tenetur supplere pretium venditori in eo, quod ratione pacti minori pretio fuit venditum. *l. si res, quam. ff. de euictio.* Bald. *cons.* 313. *Proponitur, quod, circa fin. ver. ex iis concluditur. lib.* 3. † E contra vendens rem, quam non debuit vendere, nisi certo termino, & facta diligentia, si vendat viliori pretio, quod præsumitur ex festinantia, tenetur iuxta pactum supplere. Bald. *cons.* 219. *Pontius Bertagn. per tot. lib.* 3. vbi loquitur in eo, qui habuit rem in solutum cum onere, quod si intra 9. annos venderet talem rem Titio maiori pretio, illud plus restitueret; qui si statim vendidit Titio pro eodem pretio, quo habuit, censetur in dolo; quia debuit expectare nouem annos, & facere diligentiam; ideo si probetur res maioris pretii intra nouem annos fuisse, tenetur supplere pretium.

Emptor quando perdat pretium, etiam si res euincatur. Concl. 129.

EMPTOR † si emat rem feudalem, sciens esse feudalem, sine licentia domini, non repetit pretium, neque à domino, neque à venditore, ex quo contra iura mercatus fuit. Bald. *cons.* 337. *Inprimis videndum. num.* 10. *ver. in contrarium videtur. lib.* 1. Vide, *Euictione secuta an teneatur venditor stante pacto, quod non teneatur de euictione. Conclus.* 362.

Emptor cum pacto resolutiuo, vel francandi qualiter liberetur. Concl. 130.

EMPTOR † cum pacto resolutiuo, vel francandi, si molestatur à creditore anteriore venditoris, potest resoluere, & liberare bona per depositum dicti crediti; & maxime, quando est conuentum, quod in casu cuiuscunq; alienationis talia bona intelligerentur eidem vendita, vt late in motiuis DD. trium Rotæ Florent. 13. Decemb. 1571.

Emptor excipit, & vtitur iure sui authoris. Concl. 131.

EMPTOR † rei si conueniatur super restitutione ex fideicommisso, potest excipere de Trebellianica, & quarta debita ei, qui ipsi vendidit, quia potest opponere ea, quę posset vẽditor. Oldr. *cons.* 107. *Circa municip. n.* 8. *ver. ad quartam.* vbi videtur affirmare hoc verum in legitima, vel supplemẽto, sed in aliis quartis allegat gl. *in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad SC. Trebell.* distinguẽtem; sed tamen ipse eam reprobat ibi, multi alii dicunt scientes. † Amplia; quia emptor habet omnia iura quo ad petendum, & defendendum, quæ habet eius author. *l. inuitus. §. plerumque. ff. de reg. iur.* quia omnia iura venditoris transeunt in emptorem. *l. emptori.* vbi Bald. *C. de euict. in princ.* facit *l emptori. ff. de hæred. vel actio. vend.* † Amplia; quia potest vti seruitute reali debita rei emptæ, prout poterat venditor. Vide, *Seruitus qualiter constituatur. Concl.* 221. *num.* 23. *& seq.* Vide, *Actus ius ad rem quando, & qualiter debeatur. Conclus.* 80.

Emptio pro persona nominata, vel nominanda valet, & qualiter. Conclus. 132.

VALET † emptio facta pro se, & persona nominãda, & nominatus perinde acquirit iura primi emptoris, ac si in ipso emptionis cõtractu nominatus, & expressus fuisset. Anch. *cons.* 318. *In quæst. & cons.* 127. *Ad dubia illicita. col.* 1. Dec. *cons.* 543. *in casu proposito. n.* 4. *&* 5. Ruin. *cons.* 69 *Viso processu, in fin. lib.* 1. Fabian. de Mont. *tract. de empt. & vendan* 3. *q. princ. ver. duodecimo quæro. num.* 19. † Extende; quia facta nominatione per emptorem, qui emit pro se, vel nominandis ab eo, ipse nominatus in tantũ dicitur verus emptor, & iura omnia in eum transeunt, & nihil remanet penes nominantem, & possessio tradita emptori etiam per constitutũ transit in nominatum absq; noua traditione. Anch. *d. cons.* 127. *Ad dubia illicita.* † Extende; quia ius, q acquiritur nominato, non est

est nouum ius, nec diuersum à iure; quod stipulatum fuit per ipsum ementem, sed est idem; quia ipse nominatus ab initio fuit inclusus in venditione & emptione, adeo, quod noua traditio non est necessaria, & licet is, qui emit, possit pro se retinere, & non facere aliquam nominationem, tamen statim, q̃ nominat, venditio censetur facta nominato, & non nominanti. *l. si it a. ff. de cond. & demonst.* Anch. *d. cons.* 127. Alex. *cons.* 232. *lib.* 6. Dec. *consil.*
4 543. † Declara tamen; quia ius, quod transit ex nominãte in nominatum, dicitur affectum omnibus obligationibus & onerib. nominantis. Bart. *in l. In diem. ff. de aq. plu. arc.* quando sumus in alienatione voluntaria, quæ à principio, & postea pendet à facto emptoris; secus si teneatur ex pacto nominare. Alex. *d. cons.* 232.
5 *lib.* 6. † Contra declarationem Florentiæ seruatur de consuetudine; quia fere omnes contractus tales fiunt à proxenetis, & postea nominant etiam in rebus maximis, & licet sint proxenetæ pauperes, & decocti; tamen nunquam fuit attentatum, quod
6 nominatus teneatur ad debita nominantis. † Restringe, quando quis copulatiue, & non alternatiue acquirit pro se, & pro nominandis; quia licet nominet; tamen non se excludit, nisi quando emptio est alternatiua pro se, vel persona nominãda. Alex. post Bart. *in l. Gallus. §. quidam recte ff. de lib. & posthum. & in l. si mihi & Tit.*
7 *tio. ff. de ver. oblig.* Vide Bald. *cons.* 124. D. *Agatha, lib.* 2. † Amplia; quia valet cessio facta Titio pro se, & persona nominãda, nec dicitur simulata; quia de iure communi potest fieri absenti. Bart. *in l.*
8 *per diuersas. C. mandat.* † Extende, & declara etiam, quando tempore emptionis nominatus erat forensis incapax; dummodo tempore nominationis esset factus capax; quia creatus sit ciuis. Alex. *d. cons.* 232. *Ponderatis iis, lib.* 6. vbi *n.* 3. tollit contraria, quod inspiciatur initium. Item, quod trahatur retro nominatio; quia dicit non procedere, quando est impossibile; & quia sumus in conditione potestatiua, quæ non trahitur retro, sed interim ac-
9 quiritur ementi. † Declara; quia si quis stipulatur dari, cui ipse concedere, vel relinquere voluerit, videtur stipulatus sibi ipsi stipulanti; & idem est, si aliquid promisisti mihi recipienti pro eo, quem declarabo, & donec declaro, valet pro me, & possum ego agere, & hæres meus; & ideo emptor pro persona declarãda interim pro se emit, ita q̃ si nunquam declarat, vel intra certum tempus, interim pro se emisse dicitur. plene Alex. *d. cons.* 232.
10 *Ponderatis, n.* 3. *& seq. lib.* 6. concordat Dec. *d. cons.* 543. *col.* 1. quę citat apost. ad Alex. *d. cons.* 232. *in verb. sibi ipsi.* † Amplia; quia valet emptio pro se, & post eũ pro aliis nominatis, puta p̃ Titio & Seio fratribus emptoris, & Florentiæ illis acquiritur vigore statuti,
11 quod alteri per alterũ, vt per Soc. *cons.* 6. *Licet adijcere, ad fin. lib.* 4. Vide Conclus. prox. seq. † Extende in tantũ, quod si emptor, vel alius ex fratribus percepit integros fructus, tenetur restituere ratam partem absentibus, pro quibus acquisiuit. *l fructus. col. pen. C. de actio. empt.* Alex. *cons.* 27. *Viso processu, lib.* 6. Aret. *cons.* 159. *Longa*
est, col. 5. *in* 5. *quæsito*, quia cum sit malæ fidei, excusari non potest; quia aut sciuit, & excusari non potest à mala fide. Bart. *in l. Celsus.*
12 *n.* 8. *ff. de vsuc. ap.* Soc. *cons.* 22. *sequendo ordinem, col fin. lib.* 1. † Declara tamen; quia tenetur absens refundere ratam pretii emptori, qui de suo soluisse præsumitur. Bart. *in l. cum proponas. per illũ text. C. pro socio.* late Alex. *cons.* 77. *lib.* 6. Dec. *cons.* 21. *Viso puncto. col. pen. n.*
☞ 13 lit fructus. Alex. *d. cons.* 77. Aret. *cons.* 159. Vide, *Emptor ex pecunia aliena quando sibi acquirat, vel domino pecuniæ. Concluſ.* 138. Vide plenius. *Maritus acquirens pro vxore quando vxori acquirat, & qualiter v-*
xori debeatur, Concl. 92. † Et si nollet absens, pro quo facta est emptio, refundere pretium, & vsuras, acquirere tuti ipsi ementi, &
14 suis hæredibus. *l. si absentis*, vbi Scrib. *C. si cert. pet.* † Imo, etiam si vellet soluere possidens, qui emit, haberet retentionem, donec sibi pretium soluatur. Batt. & alii *in l. si non sortem. §. si centum ff. de*
15 *cond. indeb.* † Amplia; quia valet emptio simulata, quando quis emit pro se, cum in veritate emat pro alio; quia cum non tendat in fraudem, vel præiudiciũ alterius, dominiũ acquiritur ei, pro
☞ quo vere fit emptio. Dec. *cons.* 544. *n.* 19. Vide, *Simulatio quid sit.*
16 *Concluſ.* 257. *n.* 38. *ver. Primus casus*, vbi alios videas. † Et probatur hæc simulatio coniecturis, puta si ille alius, pro quo emebatur, soluit pretiũ, si habuit possessionem, & percepit fructus; item si emptor etiam extraiudicialiter hoc asseruit etiam absente parte.
Socin. *cons.* 18. *Prosequẽdo ordinem. n.* 24. *col.* 7. *lib.* 1. Bald. *cons.* 431. *An*
17 *possessio, in fin lib.* 5. Aret. *cons.* 65. *col. fin. ver. aut est excessus.* † Amplia; quia emens pro aliquo acquiritur illi, quo quo fuit stipulata, & acquisita res vigore illius dictionis, seu propositionis, *pro.* Bald. *in l.*
quod scitis. n. 2. *C. de bon. qua liber.* & idem est dicere pro tali, puta p̃ Titio, & nomine Titii. *l. fideicõmissa. §. interdũ. ff. de leg.* 3. Bart. *in l.* 1.
§. nuciatio. n. 17. *ff. de non. oper. nunc.* Alex. *cons.* 131. *n.* 6. *ver. fortificatur. lib.* 7. Affl. *decis.* 3. *n.* 16. Corn. *cons.* 107. *col.* 2. *lib.* 2. Gozad. *cons.* 58. *n.*
11. † Extende; quia de iure attenditur, cuius nomine acquiratur. 18
l. si ea pecunia. & l. ex pecunia. C. de iure dot. Corn. *cons.* 9. *n.* 15. *lib.* 1. vnde talis ita acquirens ex titulo, & traditione sibi facta nomine alieno facit dominũ verum eum, pro quo acquirit, maxime Florentiæ stante statuto sub *rub.* 39. *lib.* 2. quod alteri per alterum acquiratur sine cessione. † Extende in marito acquirente pro vxo- 19
re, seu nomine vxoris; quia acquirit vxori. Vide, *Maritus acquirẽs* ✍
pro vxore quando vxori acquirat, d. concl. 92. † Extende; quia valet 20
emptio per patrem facta pro filio. Vide, *Pater quando acquirat filio, vel nepoti. Concl.* 116. † Extende; quia tertius acquirens pro se, & 21
persona nominanda, si nominat filiũfamilias, acquirit ipsi filiofamilias; quia sunt aduentitia, q̃ proueniunt ex nominatione facta à tertio. Vide, *Filius quando, & in quibus patri acquirat, vel non.* ✍
Concl. 351. † Amplia; quia emens p̃ Titio de pecuniis ipsius emẽtis, si Titius est extraneus, nõ censetur illi donare, sed debet con- 22
sequi pretiũ, etiam si tradidisset rem emptam Titio, cõmunem
* dicit Bero. *cons.* 178. *Legitimatus. n.* 10. *ver. sed restat dubiũ. lib.* 2. Ex- *
tende, † vt procedat, etiam si is, pro quo emi, esset mihi cõsan- 23
guineus. Bero. *in suprad. cons.* 178. *n.* 10. *lib.* 2. † Restringe, quando 24
pater acquireret pro filio, vel ascendens pro descendente; quia secuta traditione cẽsetur donare. Bero. *d. cons.* 178. *n.* 10. *lib.* 2. Restringe, † quando consanguineus acquirit pro cõsanguineo be- 25
nemerito, cui dedit vxorem, & promisit acquirere pro eo p̃ tot scutis; quia si emit, & tradidit, censetur donare propter merita, & obligationem. Bero. *d. cons.* 178. *n.* 7. *& seq. lib.* 2. † Amplia; quia 26
in tantũ acquiritur nominato in emptorem, vt si emens pro se, & persona nominanda, postquam semel nominauit, vellet aliũ nominare, non posset in præiudiciũ prius nominati. Dd. *in l. serui*
electione, in fi. & in l huiusmodi. §. Stichũ ff. de leg. 1. *& in l si quis stipulatus sit, in princ. ff. de verb. obl.* Tiraq. *in l. boues. §. hoc sermone. ff. de verb.*
sign. lim. 23. † Extende, vt procedat etiã in actibus extraiudiciali- 27
bus priuatorum. Tiraq. in loco proxime allegato *in l. boues. §. hoc*
sermone. ff. de verb. signific. in 23. *lim.* † Extende, etiam si prima no- 28
minatio sit facta in absentem, & ignorantem; nam de iure communi quando Notarius stipulatus est pro absente, etiam non se- * *
cuta ratificatione acquiritur absenti, secundum magis * cõmu- *
nem. Bald. *in l. cum à socero. col. pen. in fin. C. de iur. dot.* Alex. *cons.* 27.
lib. 3. Soc. *cons.* 187. *circa fin. lib.* 2. Corn. *cons.* 68. *lib.* 3. Dec. *cons.* 58. *col.*
1. *& cons.* 239. *& cons.* 607. *col.* 4. Ripa *lib.* 3. *responſ. c.* 2. *n.* 7. Ruin. *cõs.*
119. *Primo per ordinem. n.* 7. *lib.* 1. Boer. *decis.* 353. Soc. Iun. *cons.* 118. *Vi-* *
sis. n. 16. *lib.* 2. vbi * cõmunem dicit, & *cons.* 127. *lib.* 3. Vide plenius,
Absenti non acquiritur. Concl. 38. *n.* 38. *& seq.* vbi pro vtraque parte ✍
videas iura & authoritates. Vide *Contractus in f. uorem personæ no-*
minandæ quando, & qualiter valeat. Concl. 1002. Vide in duab. Con- 29
cluſ. proxime seqq. † Limita; quia acquirens pro tertio de pro-
priis pecuniis, quãdo sibi reseruat facultatem libere disponendi de re empta, necessario includit in reseruatione dominium, & ius illius rei; nam protestatio declarat animum protestantis. Rom. *cons.* 85. & conseruat protestanti ius illæsum. Rom. *cons.* 252.
Curt. *cons.* 81. *col.* 1. maxime concurrente consensu debitoris huic reseruationi; ideo talis emens poterit disponere de re empta pro tertio, antequam tertius sibi restituerit pretium. Bart. *in l* 2.
C. pro socio, item antequam tertius ratum habuerit; licet hoc vltimũ possit de iure communi procedere sine reseruatione; secus
Florentiæ stante statuto, quod alteri per alterum. *lib.* 2. *rubr.* 39. 30
† Limita; quia acquirens pro se & persona nominanda, si decedat ante nominationem, non poterit hæres nominare; quia voluntas contractus in conditione posita non transit ad hæredem.
l. 4. *ff. locat. l. si ita expressum. ff. de cond. & demonstr.* Bald. *cons.* 384. *Duo*
sunt videnda. lib. 1. & quia ius declarandi mentem est personale. *l.* ✍
inter stipulantem. §. 1. *ff. de verb. oblig.* Vide, *Declaratio an possit fieri post*
mortem, & per quos, & quomodo. Concl. 101. Vide Ant. Gabr. *lib.* 3. *de*
verb. obl. Concl. 2. qui stipulatur pro nominando, non facta nominatione, sibi censetur stipulatus.

Emptio pro persona nominanda cui acquirat. Concluſ. 133.

EMPTIO † si sit facta pro persona nominanda cũ constituto 1
facta declaratione personę, pro qua emit, & secuta ratihabitione personæ nominatæ, illi acquiritur dominiũ, & possessio, quod, & quam habuit emptor. *l. siego*, vbi gl. *in ver. suam facere ff.*
de negot. gest. Anch. *cons.* 127. *Ad dubia, in princ.* vbi, quod procedit, quando negociorũ gestor nomine personæ nominandæ acqui- 2
siuit; secus si nomine suo, † Et quod sit valida emptio pro perso-
na nominanda, est text. *in l.* 2. *C. de contrah. & comm. it. stip.* Bart. *in l.*
fundum. ff. de act. empt. Bald. *in l. multũ. C. si quis alteri, vel sibi. & in l.* 1.
col.

...in, c. de pact. Alex. *cons.*232. *lib.*6. vbi, quod valet emptio pro persona nominanda, & acquiritur ipsi, qui debet nominare, antequam nominationem, sed facta nominatione statim acquiritur nominato, & si habet rem penes se is, qui declarat, incipit retinere rem pro illo, pro quo declarat. Franc. Alberg. *in l. sciendū. C. de contrab. & committ. stipul.* & quod valeat, Fabian. de Mont. *de empt. & vend. in 3. quæst. princ. n.*19. Socin. *cons.*228. *col.*2. *lib.*2. *cons.*61. *lib.*4. Dec. *cons.*543. *col.*1. & expresse Ruin. *cons.* 69. *n.*3. ...ib.1. & vide Conclusionem prox. præced. vbi plenius. † Declaratio etiam fieri potest absente persona nominanda; quia declaratio voluntatis non requirit partis præsentiam. Ancharan. *cons.*127. *n.*3. Alex. *d. cons.*232. *lib.*6. sequitur Socin. *cons.*61. *lib.*4. 4 † Non tamen potest fieri declaratio in nominatione ad fauorē alterius, prout ad fauorem certi creditoris nominati; quia cum nominare debens sit nudus minister, non potest apponere conditiones aliquas in ipsa nominatione, sed bene à principio. Fieri potest omni tempore, sine temporis præfixione, sed Florentiæ, si non fiat intra 45. dies, soluenda erit noua gabella vigore statuti. † Restringe, quādo is, qui emit pro persona nominanda, voluit sibi acquirere dominium & possessionem, puta, quia dixit verba, quæ hoc important, puta, quod sibi reseruabat facultatem vendendi, & pro libito suo disponendi. Anch. *d. cons.*127. *n.*4. *cons. sed plura.* vbi, quod inspicitur animus in istis acquisitionibus, vt secundum animum fiat acquisitio; ideo secuta declaratione hoc casu non acquiritur dominium & possessio personæ nominatæ, maxime mortuo declarante, & idem repetit *cons.* ...*lib. In quæstione. n.*5. *& seq. ver. ad hoc respondeo.* † Restringe; quia si quis emit pro se, & persona declaranda, habuit dominium & possessionem, & declarauit emisse nomine Titii, & de pecunia Titii absentis pro sua cautione, & antequam Titius ratificet, ...nens decedat, non potest hæres, qui possidet, molestari; quia tale declaratio est per verba enunciatiua, & propter aliud. Anch. *...cons.*127. *n.*5. *& seq. ver. per ista deciditur* † Amplia, vt licet non acquiratur ante ratihabitionem personæ nominandæ; tamen acquiritur interim ei, qui stipulatur pro se & persona nominanda, & eius hæredibus. Bald. & Angel. per illum text. *in l. secundum responsum. C. de contrab. vel commit. stip.* idē Bald. *cons.*162. *Casus. lib.*3. ...*cons.*318. *In quæstione, & d. cons.*127. *Ad dubia. col.*1. *& seq.* Soc. ...*cons.*61. *n.*12. *lib.*4. Alex. *cons.*232. *lib.*6. Dec. *d. cons.*542. *n.*2. Fabian. de Mont. *de empt. & vend. in* 3. *quæst. princ. n.*19. *ver. duodecimo quaro.* † Extende; quia imo si ego acquiro pro Titio de pecunia mea, antequam Titius ratum habeat, dominium est meū, & fructus ...emptæ sunt mei. Gab. *cons.*80. *n.*1. vbi allegat Crau. *consil.*324. ...quitur Bece. *cons.*113. *n.*33. *ver. secundo pro responsione.* † Extende, ...procedat, etiam si non adsint illa verba, pro se, sed æquipollēta, puta, pro persona nominanda, sed voluit posse disponere; quia necessario inferunt, quod interim acquiratur sibi. Anch. *d. ...*127. *n.*4. *& d. cons.*318. *n.*5. *ver. ad hoc respondeo.* † Extende; quia etiam si quis simpliciter acquirat pro persona, quam nominauerit, vel declarabit, si neminem nominat, sibi acquirit. Alexand. ...*cons.*232. *Ponderatis. n.*3. *lib.*6. Dec. *d. cons.*543. *In casu proposito. n.*3. ...*sa fal.* plene *in l. ita stipul. n.*6. *ff. de verb. obl.* Ang. *cons.*232. *Punctus ...dicti, in princ.* & hanc partem tenet apostill. ad Alex. *d. cons.*232. ...*lit. in ver. sibi ipsi.* quæ reprobat Bertrand. contrarium tenentē, ...idem tenet Rol. à Vall. *cons.*59. *nu.*12. *lib.*3. quia si acquirit pro persona, quam declarabit, verba faciunt conditionem propter futurum, quæ, iuncto verbo futuri temporis. † Contrariū; quia qui emit pro persona nominanda, antequam sequatur ratificatio personæ nominandæ, non acquirit dominiū sibi, nec personæ nominandæ. Anch. *cons.*318. *In quæstione. n.*6. † Et pro contrario facit Bertr. *cons.*90. *Viso instrumento. lib.*1. vbi, quod renunciatio facta per filiam patri pro hæredibus ab eo nominandis, si filiam nominat, non valet. † Declara; quia si quis sine mandato acquirat simpliciter pro Titio, & ante ratificationē Titii nominati, vel declarati, dominium remanet penes vendentem, & ...declarationis transit in nominatum Alex. *d. cons.*232. *n.*5. *lib.* ...sibi dicit communem * opinionem, qui loquitur in acquirēte sine mandato. † Sed quando emens pro se & persona nominanda, vel simpliciter acquirit pro persona nominanda, bene interim acquirit sibi, & hæredibus suis, si non fiat nominatio, & ...si fiat nominatio, acquiritur personæ nominatæ, & hæredibus ...tunc à die declarationis & nominationis, nō ante, vt dixit Alex. *d. cons.*232. *n.*4. *& 5. lib.*6. Dec. *d. cons.*543. *n.*3. *& 4.* & sūpra ampliat. *n.*8. *cum seqq.* † Si tamen persona declarata esset à principio capax, & nominatio non esset restricta, sed simplex, hæc acquiritur nominato à principio, & in totum, vt videtur tenere Alex. *d. cons.*232. *n.*6. *ver. nec obstat, cum seq. lib.*6. quia impossibilitas, puta acquisitio pro forense incapace à principio impedit retrotrahi; secus si capax, nisi obstaret, quod conditio sit potestatiua, quæ non trahitur retro. † Et propterea declaratio debet fieri viuente eo, qui emit sub conditione, vt per Anch. *d. cons.* 127. *n.*4. *& 5. & d. cons.*318. *n.*6. *& seq.* vbi, quod debet ratificatio fieri ante litem motam. † Restringe; quia si fiat nominatio per acquirentem, & nominatus accepret, acquiritur acceptanti, & in eum totus contractus cum pactis, & promissionibus, & obligationibus transfunditur. Alex. *d. cons.*232. *lib.*6. *per tot.* Dec. *d. cons.*543. vbi late, & etiam declarat Anch. *d. cons.*127. *Ad dubia, per tot.* † Amplia; quia emptione facta ad hastam pro persona nominanda facta nominatione, & secuta ratificatione per nominatum, talis oblatio est efficax ad obligandum nominatum ad emendum. Bart. *in l. licitatio, in princ. ff. de publ.* Ioan. de Platea *in l. si tempora. C. de fide instr. & iure hastæ fiscal. lib.*10. † Declara tamen; quia compellitur, prout si obtulisset non vltra; ideo si imminaret euictio in limine contractus, non compelleretur, nisi sibi daretur idonea cautio de illa lite, & omni alia. *l. si post perfectam. C. de euict.* Vide, *in ver. Euictio in limine contractus quando dicatur, &c. Concluſ.*360. † Limita; quia si is, qui acquisiuit pro persona nominanda, non nominauerit personam, censetur sibi acquisiuisse. Vide Ant. Gabr. *lib.*3. *tit. de verb. obl. Concl.*2. *qui stipulatur pro nominando.* Vide, *Acquiri alteri quando, & per quos possit. Concluſ.*440. Vide, *Contractus in fauorem personæ nominandæ qualiter valeat. Concl.* 997. Vide, *Emphyteusis concessa ad nominationem qualiter transeat. Concluſ.*180. Vide, *Negociorum gestor cui acquirat ante ratificationem, vel post. Concluſ.*41.

Emptor an præsumatur habuisse possessionem à venditore. Concluſ.134.

EMPTOR † si probet se possedisse rem emptam sciēte & patiente venditore, præsumitur de consensu venditoris tradita possessio. *l.*2. *C. de acquir. poss. l. non solum. §. quod vulgo. ff. de vsucap.* † Declara, vt procedat, quando constat emptorem soluisse pretium, & adimpleuisse pro parte sua omnia, ad quæ tenebatur ex contractu, alias non. Ang. *in l. super. C. de præscript. long. temp.* Vide, *Possessio quo iure præsumatur, an ex titulo, vel secus. Concl.*416. 1 2

Emptor & venditor ad quæ præcise obligentur. Concluſ.135.

VENDITOR, † qui ex pacto se obligauit ad inuestiendum pretium rei venditæ, obligatur præcise ad inuestiendum; quia tale pactum de iure est validum. Alex. *in l. si fideiussor. §. si necessario. ff. qui satisd. cog.* Neguſ. *de pign. in* 5. *part. memb.*2. *n.*31. vbi dicit, quod hoc sæpe practicatur Florentiæ. † Amplia; quia venditor præcise compellitur ad tradendum rem venditam emptori. Vide, *Venditor potest compelli præcise ad tradendum. Concl.*55. 1 2

Emptio facta mihi & alteri per me quando valeat, vel non. Concluſ.136.

EMPTIO † facta per me mihi & Titio, nihil Titio confert, sed mihi soli emptio facta censetur. *l. fundus ille. ff. de contrah. empt.* † Extende; quia etiam si quis emat prædiū pro Titio, postea soluit pretium de suis pecuniis, & sibi ementi fit traditio, censetur reuera pro se acquisiuisse, & in eum transit dominium, & nomen Titii censetur accommodate appositū. Castr. clare *in l. quamuis. C. si quis alteri, vel sibi.* Vide, *Maritus acquirens pro vxore quando vxori acquirat, & qualiter debeatur. Concluſ.*92. † Declara tamen, & distingue tres casus, de quibus idem Castrens. *in l. fin. C. si quis alteri, vel sibi, & in rubrica. C. de eod.* † Restringe, vt non procedat, quando emisset recipiendo pro me & Titio; quia tunc Titio ratificante vtrique emptum esset pro medietate. Bald. *consil.*124. *D. Agatha. lib.*2. † Amplia; quia acquirens feudum, emphyteusim, vel aliquid pro se & fratribus absentibus, si fratres absentes non ratificant, acquiritur in totum stipulanti, plene Alexand. *consil.*24. *lib.*5. *per totum*, vbi recitatis opinionibus dicit magis * communem sub *num.*7. † Declara tamen, quod si * accepit pro generatione sua, & fratris, quatenus frater non habeat ratum, ipse acquirens quoad medietatem intrat in locum fratris, & illius generationis, qua deficiente acquiritur domino. Alexand. *dict. consil.*24. *num.*6. *lib.*5. † Limita; quia emens pro Titio, & asserens de pecuniis Titii, si præcessit mandatum, tenetur actione mandati ad tradendum. *l. si ita quis. §. Seia*, vbi Castr. & Aret. *ff. de verb. obl.* Bart. & alii *in l. qui mihi dona. ff. de donat. & in l. qui in aliena. §. is, qui put. at. ff. de acq. hæred.* Alex. *in l.* 1. *§. nunciatio. ff. de oper. nou. nunciat.* † Si vero non præcessit mandatum, te- 1 2 3 4 5 6 7 8

tum, tenetur actione negotiorum gestorum, casus est in *l.si ego. ff.de negoc.gest.* Socin. *cons.*228.*In causa Gabrielis.col.pen.lib.*2. Vide, *Emptio pro persona nominata, vel nominanda valet, & qualiter. Concluſ.* 132.*cum Concluſ.ibi prox.ſeq.*

Emptor ex pecunia vſuraria an acquirat, & cuius ſit pecunia. Concl.137.

1 EMENS † ex pecunia vſuraria acquirit ei, à quo pecuniam vſurariam exegit; ideo is, qui ſoluit vſuras, poteſt bona empta ex pecunia vſuraria vendicare. gloſſ. fin. in *cap.cum tu, de vſur.*
2 Socin.*reg.*12. *Res empta per alium, in* 6. *fallentia.* † Contrarium tenet Ioan. Andr. in *d.cap.cum tu, de vſura*, quod imo res debeat vēdi, & pretium reſtitui, prout refert Lap.*allegat.* 75. *Quæro, an res, in principio. & alleg.* 73. *In quæſtione præmiſſa, in princip. ver. addunt aliqui,*
3 dicit eſſe dubium. † Amplia, quod etiam ille, ad quem peruenit res empta ab vſurario ex pecunia vſuraria, teneatur ad reſtitutionem rei, ſi habet rem ex titulo lucratiuo; ſecus ſi ex titulo oneroſo; & idē, ſi ipſas res vendidiſſet, & alias emiſſet; quia quoad hoc ſuccedunt loco primorum bonorum pro vſuris obligatorum. Lap.*d.alleg.*75. *verſ.ſecundo caſu.num.*2. allegat gloſſ. vlt. in
* *d.cap.cum tu, de vſur.* quam *num.*3. dicit communiter * approbari.
4 † Contrarium tenet Goffred. ex mente Ioan. Andr. in *d.cap.cum tu*, quos refert Lap.*d.allegat.*75.*num.*2.*verſ. Ioan.Andr.* vbi fatetur præmiſſa quoad reſtitutionem pretii, ſed non quoad reſtitutionem rei, & hoc cum temperamento, quando non adſunt alia
5 bona vſurarii, vel hæredis eius. † Declarat Lap. ex mente aliorū *d.alleg.*75.*num.*3. *verſ.poteſt ergo colligi*, quod vſuræ poſſint ab eo, qui illas exegit, vel hærede eius repeti, & excuſſis bonis eorum, ſi non extant bona, agi poſſit contra eos, ad quos res vſurariorum peruenerunt emptæ ex vſura ſecundum vnam opinionem, & etiam non emptæ, ſecundum aliam; quia hoc dependet ab eo, an ſint hypothecata bona vſurarii. Vide, *Vſurarij bona an ſint hypothecata pro vſuris reſtituendis. Concl.*359.

Emens præſumitur emere ex pecunia propria, non ex aliena, & quando ſecus. Concluſ.

VIDE Maſcard. *Concluſ.* 611. *Emptio an in dubio præſumatur*, vbi ponit regulam, ampliat, & limitat. Vide, *Solutio facta de proprio præſumitur, & quando ſecus. Concl.*337.

Emptor ex pecunia aliena quando ſibi acquirat, vel domino pecuniæ. Concluſ.138.

1 EMENS † rem nomine ſuo cum pecunia aliena efficitur dominus rei emptæ, ita, quod dominus pecuniæ non poteſt agere ad rem emptam, ſed ad pecuniam ſuam, ex qua res fuit empta. *l.ſi ex ea. C. de rei vendic.* & hanc pro regula ponit Lap.*allegat.* 73.*In quæſtione præmiſſa.in principio.* Bald. in *l.*1. *C.ſi quis alteri, vel ſibi.* Rip. in *l.*1.*ff.in quibus cauſ.num.* 10. *verſ.ſit igitur.* vbi ponit nouem limitationes. Ioan. de Anan. *conſil.*65.*in fin.* vbi Bologn. in apoſt. latiſſime Iaſ. in *l.*1.*C.de fer. num.*2. vbi ponit plures caſus ſimiles, & Corn. *conſil.*167.*num.*1 *lib.*1. Vide plene Caſtrenſ. diſtinguentem *conſil.*316.*lib.*1. & iſta eſt regula, quod acquirens ſibi ex pecunia aliena efficitur dominus rei emptæ, & tenetur ad pecuniam. *d. l.*1. & *l.penult.C.ſi quis alteri, vel ſibi.* Anton.de Butr. *conſil.* 71. *Primo videtur, in princip.* Rom. in *conſil.*413. *Quoad primum. colum.fin.num.*20. & idem Roman. *conſil.*291. *Cum iſti fratres. numer.* 5. *verſic. & quia videtur.* Ang. Aretin. *conſil.*21. *Quoad primum. num.*8.
2 *verſic.quid plura.* † Extende, vt procedat etiam in eo, qui emit nomine Titii, & perſonæ nominandæ à Titio; quia ſi Titius nominat Seium, acquirit Seio, etiam, quod pecunia ſit aliena; quia attenditur perſona, cui acquiritur. Ancharan. *conſil.*270. *In primo*
*dubio.num.*6. *& ſeq. verſ.venio ad ſecundum.* Vide, *Emptio pro perſona nominata, vel nominanda valet. Concluſ.*132. *cum Concluſ.ibi prox.ſeq.*
3 † Extende; quia ſi ego emo de pecunia mea nomine Titii, & fuit Titio facta traditio, acquiritur dominium Titio. Caſtrenſ. *conſil.*319. *in princip. lib.*2. † Extende etiam in procuratore; quia ſi e-
4 mit ſimpliciter ex pecunia domini, cenſetur nomine ſuo emiſſe, & ſibi, & non domino acquirit, etiam ſi de mandato domini
5 dicat emere. Iaſ. in *l.ſi ita quis.§.Seia.num.*4. *ff.de verbor.oblig.* † Et iſta eſt regula, quod emptum ex pecunia aliena efficitur mentis, exceptis quibuſdam caſibus, extra quos regula procedit. Anto. de Butr. *d.conſil.*71. *in princ.* & Caſtrenſ. idem dicit *d.conſil.*319. *Vi-*
6 *ſis & examinatis, in princip.lib.*2. † Declara iſtum caſum, quod e-

mens ex pecunia Titii nomine mentis ita demum acquirit ſibi menti, & in eum transfertur dominium, ſi res vendita fuit ſibi tradita; ſi vero fuit tradita Titio domino pecuniæ; tunc domino pecuniæ acquiritur dominium, & emens nomine ſuo præſumitur habere nudum nomen, & intrat quædam ſimulatio de perſona ad perſonam. Caſtrenſ. *d.conſil.*319. *Viſis, & examinatis, in princip.lib.*2. † Amplia, vt procedat etiam in fratre, qui non 7
habet bona diuiſa cum aliis fratribus; quia etiam ſi acquirat nomine ſuo ex pecunia communi, alii in communione exiſtentes agent ad pecuniam, non ad rem emptam, quæ eſt mentis. Roman. *conſil.*3. *Viſo themate, per totum, ver. hocque multo magis.* Bald. in *l.qui aliena. C.ſi quis alteri.* Ioann. de Anan. *dict.conſil.*65. *in fine.* vbi Bologn. *l.ſi patruus. C. commun. vtriuſque iudic.* & eſt regulare; quia emptum de pecunia mea non acquiritur mihi, niſi acquiratur nomine meo. *l.ſi ex ea pecunia. C. de rei vendicat. l. ad probationem, in fin. C. de probat.* Roman. *dict.conſil.*291. *num.*5. *verſic. quinimo.* † Con- 8
trarium, quod imo ſi frater ſtans in communione, vel ſocius emat ex pecunia communi prædium nomine ſuo; teneatur diuidere; quia efficitur commune. Bald. *in l.*1. *C. ſi quis alteri, vel ſibi. & in l.ſi vt proponis. C. de rei vendic. & in l.ſi ſocius. ff. ſi certum petat. & in l.fin.§.quatuor, per illum text. ff. de leg.*2. Alexand. *conſil.*49. *Mature ponderatis. lib.*1. † Declara; quia quando ſocius ex re commu- 9
ni pecunia empta acquirit, ſibi acquirit *l.ſi patruus. C. commun. vtriuſque iudic. cum ibi notat.* Corn. *conſil.*167. *num.*1. *lib.*1. ſed bene poſſunt alii fratres, vel ſocii agere perſonali actione contra acquirentem, vt communicet rem emptam. Bartol. in *l.cum proponas. ff. pro ſocio.* † Declara; quia ſi eſſet ſocietas omnium bonorum, 10
acquirens ex pecunia communi non poteſt ſibi acquirere; quia nihil poteſt proprium habere. Dec. *conſil.*442. *In cauſa, in vlt. col. poſt med. ver. ſi autem per d. Antonium. & in conſil.*628. *In caſu, de quo quæritur. colum.*2. † Extende, etiam ſi vnus ſit pupillus, dummo- 11
do emptio facta per ſocium ſit facta ex fructibus communibus. Bald. *conſil.*53. *Remanentibus in communione. lib.*1. † Reſtringe; 12
quia licet ſocius emens nomine ſuo etiam ex pecunia communi ſibi acquirat; tamen ſecus eſt, ſi poſtea bona empta accaſtraſtrauit, tanquam communia ſibi, & ſocio. Roman. *dict.conſil.*291. *num.*7. *verſic. iis tamen non refragantibus.* † Amplia, vt procedat, et- 13
iam ſi emens accepiſſet mutuo pecuniam illam ad effectum emendi rem illam, quia non acquiritur mutuanti, ſed nec habet hypothecam in bonis emptis, neque præfertur aliis, niſi expreſſe ſit dictum; quia ſolum habet priuilegium in perſonali. *l. quod quis.* & ibi gloſſ. *ff. de priuileg. credit.* Bart. *in l.interdum. ff. qui potior. in pignor.* Bald. *in l.quamuis ex ea. C. de pignor.* Neguſ. *in quarto membro ſecundæ partis princip. num.*163. † Amplia, vt idem ſit in 14
ſoluente, vt acquirat actionem; quia ſi tertius ſoluit etiam pecuniam alienam debitori, acquirit ſibi actionem negotiorum geſtorum, & non ei, cuius eſt pecunia; quia attenditur perſona nominata. *l. Caſſius. ff. de ſolutio.* vbi Angel. Caſtrenſ. & Ioan. de Imola hoc expreſſe dicunt, qui text. loquitur, etiam ſi tertius ſoluens habuit pecuniam à debitore, & mandatum, vt ſolueret nomine debitoris. † Amplia; quia ſi ego de pecunia mea emo 15
nomine, & vt procurator Tirii bona, & illa retineo, & percipio fructus, teneor compenſare fructus cum ſorte, ita, quod Titius habebit rem emptam ſine pretio: cautelam hanc ad euadendum diuitem, tradunt Bald. *in rubr. C. de contrahend. emptio. quæſtio.* 15. Iaſ. *in l.*2. §. *mutui datio. colum. fin. verſic. decimo quinto fallit*, vbi Purpur. *num.* 120 *ff. ſi certum petatur.* Gabriel. *conſil.*80. *numer.*1. Cremen. *ſing.*169. Vide, *Cautela diuerſæ circa diuerſa. Concluſ.*165. 16
† Extende, vt procedat, etiam ſi mandatum non præcedat, dummodo ſit ratificatio ſubſequuta, quæ mandato æquiparatur, ita Becc. *conſil.*113. *num.*30. & 31. *lib.*1. quia ante ratificationem eius, cuius nomine facta eſt emptio, illi non acquiritur dominium, vt ibi dicit idem Becc. *num.*33. *verſic. ſecundo pro reſponſione.* Vide, *Emptio pro perſona nominanda cui acquirat. Concluſ.*133.
† Reſtringe in mercatore, prout in Ianuenſe, vel Florenti- 17
no, qui non retinent pecunias otioſas; quia ipſis deberetur intereſſe lucri ceſſantis, ita Becc. *dict.conſil.*113. *num.*33. † Am- 18
plia; quia vxor acquirens ex pecunia mariti acquirit ſibi, licet teneatur reſtituere pecunias ſuas viro. Bart. *in l. inſtrumenta. C. de fid. inſtrument. & iure haſta. lib.*10. † Amplia; quia hæres emens 19
ex pecunia hæreditaria nomine ſuo non acquirit hæreditati. Caſtrenſ. *conſil.*326. *lib.*2. *num.*3. † Amplia; quia ſocius etiam o- 20
mnium bonorum emens ex pecunia nomine ſuo præſumitur de ſuo emiſſe, & ſi emit etiam ex pecunia, ſuo & nomine ſocii, præſumitur de ſua pecunia, non de communi emiſſe. Roman. *d. conſ.*291. *Cum iſti fratres. num.*5. *verſ. & quia videtur*, vbi apoſtilla.
† Amplia; quia filius acquirens nomine ſuo ex pecunia patris, 21

cum

qua cum negociatur, sibi acquirit. Castrens. in *l. cum oportet. colum. fi. ver. sed quid si filius. C. de bon. quæ liber.* Socin. *consil. 61. lib. 4.* vbi hoc dictum Castrens. refert pro vero, licet ibi ex aliis rationibus tenet contrarium. Bartol. in *l. Titium. § alter. nu. 3. ff. de administr. tutor.* facit regula communis *l. si patruus. C. commun. vtriusque iudic. & in l.* 22 *1. C. si quis alteri, vel sibi.* † Extende; quia filius, qui negociatur periculo suo cum pecunia patris, acquirendo sibi acquirit. Roman. *cons. 469. Quoad primum. ver tertio casu. n. 5. & authen. ex testamento. & in hillud. C. de collatio.* vbi Ias. & Dec. tenent eandem opinionem.
23 Croc. in *repet. l. frater à fratre. vers. tertius casus ff. de cond. indeb.* † Declara; quia bene tenetur filius, qui ex pecunia patris nomine suo emit, conferre pecuniam aliis cohæredibus pro rata eorum, ità Castrens. in *d. l. cum oportet.* Socin. *cons. 61. colum penult. lib. 4.* Bartol. in *l. Titiũ & Maniam. §. altero. ff. de administr. tutor.* Extende in filio emancipato; quia si acquirit, sibi acquirit ex quacunque pecunia, non patri. Vide, *Emancipatio quid operetur. Conclus. 115. in princip.*
24 † Extende in casu cõuerso; quia pater acquirens filio ex propria pecunia acquirit filio, Vide, *Pater quando acquirat filio, vel nepoti.*
25 *Conclus. 116.* † Restringe, nisi filius expresse in instrumento, vel alibi confiteretur se emisse pro patre; quia tunc res empta efficitur
26 patris. Socin. *cons. 192. lib. 2.* † Limita in pecunia data à patrono liberto, quia si libertus emat ex ea, reuocatur emptio ex sola ob-
27 sequii non præstatione. *l. 1. C. de reuoc. donat.* † Limita in pecunia ex fœnore; quia acquiritur domino pecuniæ. *cap. cum tu, de vsur.* quod esse dubitabile, asserit Lap. *allegat. 73. in princip.* quæ est al-
28 leg. Ioann. de Lignano, vt ibi in fine. Vide, *Emptor ex pecunia vsuraria an acquirat ei cuius est pecunia. Conclusione proxima præcedente.* † Limita; quia certi sunt casus, in quibus emens ex pecunia aliena acquirit ei, cuius est pecunia, extra illos casus regula est in contrarium. Anton. de Butr. *consil. 71. in princip* allegat *l. si vt proponis. C. de*
29 *rei vendic.* † Limita in eo, qui emit rem ex pecunia Ecclesiæ; quia res ipsa acquiritur Ecclesiæ. Lap. *allegat. 59. num. 10. versic. & facit ad hoc. & allegat. 75. in princip. ver. licet secus.* allegat glos. in *cap. cum tu, de vsur.* Bald. *cons. 295. Fama vicinæ. circa med. versi. fallit in istis Rectoribus, lib. 1.* quod est Gualterii de Sozz. de Papia, & in *l. 1. C. si quis alteri* glos. & Doct. in *l. si vt proponis. C. de rei vendic. & in l. vxor marito,* in glos. 1. & fin. *ff. de donation. inter vir. & vxor.* Socin. in *reg. 310. Pri-*
30 *uilegia pia causa.* † Contrarium tenet Lap. *d. allegat. 73. In quæstione præmissa, in princip.* vbi, quod non reperitur tex. qui hoc dicat, & est allegat. Ioann. de Lignano, vt in fine, contra quam obtinuit Lap. *d. alleg. 59.* sed dicas, quod æquiparatur militi, & minori; er-
31 go, &c. † Extende limitationem, vt procedat, etiam si rector ex pecunia Ecclesiæ per alterum suppositum emisset. Bald. *dict. cons.*
32 *295. circa med. versic. fallit. in istis lib. 1.* Vide, *Emens ex pecunia Ecclesiæ quando Ecclesia, vel sibi acquirat. Conclus. 139.* † Limita in pecunia militis. *d. l. si vt proponis. C. de rei vendic.* Lap. *d. alleg. 73. in princ.* Lap *alleg. 75. Quæro an res, in princip. versic. licet secus.* Bald. *consil. 297. Licet non sit opus. n. 2. ver. maxime quia. lib. 1.* gl. & Doct. in *d. l. si vt proponis. C. de rei vendic. & in d. l. vxor. marito, in glo. 1. & in fin. ff. de donat. inter vir. & v-*
33 *xor.* Vide Soci. *reg. 12. Res empta per alium, in prima fallentia.* † Extende in Clerico, & sic milite cœlestis militiæ. Abb. in *cap. penult. ad fin. de pecul. Cleric. & in cons. 94. lib. 2. in 2. quæst.* sequitur Felin. in *cap. cũ*
34 *ex officio. colum. 2. de præscript.* † Limita in pupillo. *l. 3. C arbitr. tutel.* Lap. *d. alleg. 73. In quæstione præmissa, in princip. & d. alleg. 75. in princip. vers. licet secus.* Vide plenius, *Emens ex pecunia pupilli. Conclus. 140.* †
35 Limita in marito emente ex pecunia vxoris; quia acquirit vxori. Lap. *d. allegat. 73. in princip. l. res quæ. ff. de iure dot. l. ex lapidicinis. eod. tit.* glo. in *l. 2. ff. quando ex facto tut.* vbi etiam Bald. & in *l. si patruus. C. cõmun. vtriusq; iud.* Roman *cons. 201.* Alexand. *cons. 21. lib 6. & cons. 49.*
36 *lib. 3.* Socin. *cons. 224. lib. 2.* Vide, *Dotalis fundus qualiter dicatur constitutus. Conclus. 726.* † Extende in marito emente ex pecunia dotali; quia res empta efficitur dotalis, *l. ex pecunia. C. de iur. dot.* vbi glos. dicit hoc esse verum in subsidium, alias agit actione ex dote, &
37 quod in subsidiũ res empta ex pecunia dotali sit mulieris, & dotalis. Bald. *consil. 226. Ista confessio, in fin lib. 4.* † Contrarium, quod maritus emens nomine suo de pecunia dotali, acquirat sibi, non vxori, licet teneatur restituere pecuniam, tenet Bologn. in addit.
38 ad Ioann. de Anan. *cons. 65. d. l. ex pecunia.* vbi Bald. Alberic. & Ang. *C. de iur. dot.* Batt. & Castrens. in *d. l. si vt proponis. C. de rei vendic.* † Declara; quia si maritus emit ex pecunia dotali nomine vxoris, non efficitur fundus emtus dotalis, nisi expediat mulieri. *d. l. ex pecunia. C. de iur. dot.* & licet videatur tex. cõtrarius in *l. res quæ ex dotali. ff. eod.* debet tamen intelligi, quando fuit expresse emptus fundus pro dote, & est vtile mulieri, alias nõ, vt declarat glos. in *d. l. ex pecunia.*
* *C. de iur. dot.* vbi * omnes. Bald. Nouell. *de dote in 7. par. priuileg. 15. & in 8. part. priuileg* 37. Baptista à S. Blasio in *tract. de dot. n. 6. & 7.* Bertach. *tract. de Epis. n. 139.* vbi sic cõcord. has leges, & in simili Socin.

cõs. 69. Visolaudo. columna 3. vers. circa secũdã difficultatẽ. lib. 4. Alexan. *cons. 79. Eleganter. per totum. lib. 5.* vbi, quando dos promissa est in pecunia, semper pecunia est dotalis, non autem res empta ex pecunia, nisi in subsidium. † Declara; quia emptum ex pecunia dotali non efficitur dotale, nisi maritus & vxor ita cõuenerint, quod 39
res empta efficiatur dotalis. *d. l. ex pecunia, cũ ibi not. per Bart. & Soci. cons. 224. n. 1. lib. 2.* Corne. *consil. 41. n. 4. lib. 3. & consil. 170. n. 2. lib. 4.* Bald. Nouell. *de dot. in d. part. 7. & 8.* Roman *cons. 274. Dicta mater.* † Contrarium, quod imo licet non sit actum; quod tamen præsu- 40
matur actum, quod pecunia ex re dotali redacta sit dotalis, si mulieri est vtile; quia fauore mulieris & dotis vna res præsumitur permutata in aliam, tenet expresse Bartol. *consil. 124. Puncl. us quæstionis. num. 2. ver. secundo examinandum,* vbi, quod istud est speciale in dote, & quod non requiritur, quod sit actum; quia alias penes maritũ esset sine causa; & quia dos est quid vniuersale, & in vniuersalibus pretium succedit loco rei, sequitur Castrens. *cons. 361. Bartolus. lib. 1. num. 2.* Roman. *cons. 201. in princip.* Bartol. allegat glos. in *l. Labeo, in ver. obest. ff. de verbor. signifi.* & dicit, quod si est actum, procedit in omnibus; ergo cum sit speciale in dote, non requiritur, quod agatur. † Declara; quia Bartol. *dict. cons. 24.* loquitur, quan- 41
do venditur res dotalis per mulierem, & maritum; tunc forte intrant allegata; quia pretium succedit loco rei in vniuersalibus; quia expedit mulieri, & ipsa quoque interuenit in contractu rei dotalis, & forte idem esset, si ambo maritus & vxor pecuniam dotalem in re stabili in solidum inuestirent; contraria, quãdo solus maritus ex pecunia dotali emit, & Castrens. *dict. cons. 361.* circa finem dicit, hoc præsumi, quod sit dotalis, quando alia coniectura contraria non subest. † Si vero maritus emat nomine suo ex 42
pecunia dotali, res est clara, quod fundus emptus non est dotalis, nisi in subsidium; & procedit tam in marito, quam in quolibet tertio acquirente ex pecunia dotali. *l. si ex ea pecunia. C. de rei vendic. l. ex pecunia. C. de iur. dot.* vbi Bald. Alberic. & Ang. † Si vero simpli- 43
citer fiat emptio, adhuc idem; quia non est dotalis, nisi in subsidium, vt supra, & vxor soluto matrimonio debet pecuniã repetere, non rem emptam. Bald. *cons. 226. Ista confessio.* † Dicas tamen 44
in dubio; quod non præsumitur soluendo maritus, & sic mulier habet intentionem fundatam, glos. in *l. si vero. §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogan.* † Et quod dicitur de matito, idem est in vxore pro- 45
mittente centum in dotem; quia licet ipsa mulier ex centum promissis emat prædium, & tradat marito; non tamen erit fundus dotalis; quia maritus debet habere centum promissa in dotem. *l. 1. C. si quis alteri, vel sibi.* vbi glos. & Doctor. † Declara; quia em- 46
ptio fundi ex pecunia dotali bene releuat vxorem in hoc; quia in subsidium habebit regressum ad bona empta ex sua pecunia, & præfertur omnibus anterioribus, vt declarat Socin. *d. cons. 224. Eleganter lib. 2.* & poterit vendicare talem fundum emptum ex pecunia dotali in subsidium. Bartol. Bald. & Salycet. in *dict. l. si vt proponis. C. de rei vendic.* & habetur in *l. vxor marito,* vbi Bartol. *ff. de donat. inter vir. & vxor.* Bald. in *l. in rebus numer. 8. C. de iur. dot.* Negus. *de pign. 1. membr. 5. part. numer 39. & 40.* vbi, quod etiam stante hypotheca potest vendicare, quando non est soluendo, contra Socin. quem reprehendit *d. consil. 224. lib. 2.* † Extẽde; quia si socer 47
& sponsus emant ex pecunia dotali, emptum acquiritur mulieri, ad quem dominium rei emptæ spectat. Bald. *cons. 298. Inter Dominicum, in princip lib. 4.* † Extende nedum in marito, sed in quo- 48
cunque acquirente ex pecunia dotali; quia fundus emptus erit dotalis. Bald. in *l. vxor marito. ff. de donat. inter vir. & vxor.* † Extende, etiam si mulier sit filia familias; quia acquisitum per maritum, 49
vel sponsum, & socerum eidem mulieri acquiritur, in tantum, quod ea mortua res empta transit ad patrem mulieris, etiam si refutauerit pretium dotale; quia propterea non refutauit rem emptam ex pretio dotali. Bald. *d. cons. 298. in princip. lib. 4.* † Extende, vt procedat, etiam si dos fuit data contractus solis sponsalibus; 50
quia mulier erat infans; quia adhuc dos habet eadem priuilegia propter spem matrimonii. Bald. *d. consil. 298. circa princ. ver. & si dicatur. lib. 4.* † Extende, vt procedat, etiam si confessio emptionis 51
rei de pecunia dotali fiat inter patrem & filium maritum vxoris; quia talis confessio probat, & valet fauore dotis, vt in subsidium res sit dotalis. Bald. *consil. 226. per totum. lib. 4.* † Restringe, & de- 52
clara, quia quod dicitur emptum ex pecunia dotali effici dotale, procedit, si vtile est doti; quia cum hoc sit priuilegium, nõ debet retorqueri in damnum. *d. ex pecunia dotali. C. de iure dot. l. ita constãte, & l. res quæ. ff. eodem.* Vide plenius, *Emptio ex pecunia dotali an dos acquirat. Conclus. 141.* † Limita in feudo acquisito ex pecunia com- 53
muni; quia si dominus sciuit, licet acquirens suo nomine acquisierit; tamen feudum est commune, prout erat pecunia. Angel. de Perul. *cons. 60. Morte dicti fili. num. 2. in fin. ver. hoc intelligo.* Con-

trarium tenet Soc.*reg.12.res empta per alium,in 6.fallentia.* vbi plura
54 cumulat.† Limita in hæreditate, peculio, dote, & aliis vniuersalibus; quia pretium succedit loco rei, & è contra res succedit loco pretii: ideo si res particularis hæreditaria alienetur, pretium loco rei succedit, quando res petitur vti de vniuersali, & è cõtra; & ideo pretium hæreditatis in emptione bonorum conuentum facit, quod res empta est effecta hæreditaria, vel è contra. Alexand. plene *cons.124.Super primo.num.10.& 11.ver. quia dico, quod imo. lib.*
55 4.† Extende idem, si bona hæreditatis fideicommissariæ sunt alienata, & alia ex pretio empta sunt loco fideicõmissi quæsita, & veniũt in restitutione. Ias.*cons.231.in princip.lib.2.* cum aliis in *vers. Fideicommissum quæ bona, &c. Concluſ.259.* † Limita, quia si Titius
56 de pecunia mea emat nomine meo, si quidẽ tractauit cum venditore, quod pro me emebat, & de pecunia mea, & sic vtroq; gestiente verbis & animo, quod nomine meo facta traditione etiã Titio mihi acquiritur, etiam ignoranti, si Titius habebat mandatum à me, vel si non habebat mandatum, statim, quod ratum habeo. Castrens.*cons.319.columna.2.in princip. ver. si vero.lib.2.* Vide Soci.
57 *d.reg.12.res empta per alium,in 6.fallentia.circa fin.* † Extende limitationẽ; quia Titius acquirens simpliciter, licet in dubio præsumatur nomine suo, & de pecunia propria acquisiuisse, tamen si ex libro suo apparet, quod scripsit emisse nomine meo, & de pecunia mea, & passus est me possidere post emptionem, videtur fecisse procuratorio nomine, vel mihi tradidisse, & sic mihi acquiritur, etiam quod ipse Titius postea donasset rem emptam vxori meæ, quia mihi non potest præiudicare. Castrens.*dict.cons.319.nu.2.&*
58 *per totum.lib.2.* † Restringe, secus esse, si Titius gessit me cum deemendo ex pecunia mea nomine meo, sed cum venditore nihil de me egit; & tunc facta traditione Titio; dominium acquiritur Titio, licet teneatur mihi restituere actione mandati, vel negociorũ gestorum, Castrens.*d.cons.319.colũ.2.in princ.ver. aut hoc facit, lib.2.*
59 † E conuerso si emens ex pecunia mea nõ habet animum emendi nomine meo, vendens vero sic tunc intrat *l.qui mihi donatum ff.*
60 *de donatio.* Castrens. vbi supra.† Vide Socin.*d.regul.12.Res empta per alium*, vbi ponit sex limitationes, quas videre poteris, inter alias duæ seruiunt hic pro limitatione; prima in emente ex pecunia militis; secunda in emente ex pecunia eius, cuius bonis est interdictum ab administratore eius; quia acquiritur domino pecunię.

Emens ex pecunia ecclesiæ quando ecclesiæ, vel sibi acquirat. Concluſ.139.

1 EMENS † proprietatem ex pecunia Ecclesiæ, etiam si emptio fiat nomine proprio acquirentis; tamen res ipsa Ecclesiæ acquiritur. Lap.*alleg.59.num.20.ver.& facit ad hoc.& alleg.75.in princ.* alleg.gl.*in c. cum tu.de vsur.* plene Roman.*cons.159.Super eo.in princ. nu.3.ver.quod autem.* vbi, quod est speciale fauore Ecclesiæ, & plenius Abb.*cons.94.In quæstione.col.1.vers.si vero dictum palatium lib 2.*
* vbi dicit *communem esse theoricam, & probat; quia si hoc est
2 in milite, multo magis in Ecclesia.† Contrarium tenet Lap.*alleg. 73.In quæstione præmissa,in princip.* vbi, quod non reperitur text. qui hoc dicat, & est allegatio Io. de Ligna. & contra quam obtinuit Lap.*d.alleg.59.* & hanc partem contrariam tenet Bald.*consil.297. num.2.ver.sed licet.& cons.299.in princip.lib.1.* & procedit ab æquiparatione minoris, vel militis. Bald. in *l.1.C.si quis alteri, vel sibi.*
3 † Declara; quia si est omnino extraneus, qui emat, non suppositus à Prælato, neque sit administrator Ecclesiæ, Ecclesia non acquirit, sed bene res obligata est pro pretio. Bald.*cons.299.num.6. ver.sed quidam sunt.lib.1.* si vero sunt administratores, vel rectores, aut suppositæ personæ ab administratoribus; tunc ecclesię acquiritur. Bald.*consil.295.& 297.& 298.& 299.per totum lib.1.* vt infra
4 dicetur.† Regula igitur sit in omnibus Prælatis, & in omnibus rectoribus ipsarum Ecclesiarum; quia licet emant nomine suo, vel suorum de pecunia Ecclesiæ; tamẽ res acquiritur ecclesiæ, ita loquitur Bald.*d.cons.295.circa med.ver.fallit in istis.lib.1.& d. consil. 297.n.2.verſic.sed licet, eod.lib.1.* vbi allegat text. *in cap.fixum.15 quæst. vltim.* & alia iura. Bald.*d.cons.299.Dicunt Petrus & Cynus, in princip. lib.1.& d.cons.298.in princ.ver.si vero est talis, eod. lib.* & ita loquitur Roma.*d.cons 159.n.3.* Socin.*reg.12.res empta per aliũ, in quinta fallentia.* † Extende multo magis, quando casus est indubitatus; quia Rector ecclesiæ acquisiuit nomine ecclesiæ, quia dominium & possessio est ecclesiæ, siue acquirẽs moriatur, siue cedat ecclesiæ; quia ius perfectũ est ecclesię. Bald.*d cõs.298.Hæc materia.in princip.*
6 & hoc, siue ex pecunia ecclesiæ, sine non.† Amplia, vt procedat, etiam si Rector Ecclesiæ ex pecunia ecclesiæ per suppositam personam acquirat nomine suorum, vel si nomine alterius emisset, quia adhuc res empta eo modo acquiritur Ecclesiæ. Bald.*dict.cõs. 295.circa med.verſic.fallit lib.1.& d.consil.297.Licet non sit.vers.nec refert.n.2.in fi.lib.1.& d.cons.298.Hæc materia altioris.num.6.verſic.sequitur videre.lib.1.* † Amplia, vt procedat, vbicunque duo concurrunt, quod emens sit administrator ecclesiæ, & emat ex pecunia Ecclesiæ; quia quocunq; nomine emat, acquiritur Ecclesię. Bald. *d.consil.299.Dicunt Petr.& Cyn.in princip.lib.1.* † Extende etiam in 8
admiſtratore voluntario à principio, postea necessario, vt in procuratore ad emendum; quia est obligatus cedere. Bald.*d.cons. 299.ver.eadem ratio.lib.1.* † Extende etiam in administratore, cui pe- 9
cunia est concessa ad administrandum; quia tenetur reddere rationem. Bald.*d.cons.299.in princip. lib.1.* † Restringe in admini- 10
stratore voluntario à principio, & post; quia suo periculo emit, Bald.*d.consil.299.numer.6.verſic.sed quidam sunt, lib.1.* & dic ista seruire quoad præsumptionem, cum alias cõtradicetet primæ Conclusioni.† Declara tamen, dummodo sit administrator necessa- 11
rius à principio, & ex post facto, vt Prælatus, vel Curator Ecclesiæ; quia si se nominat in instrumento, & emat ex pecunia Ecclesiæ, velit, nolit, acquirit Ecclesiæ directũ dominium. Bald.*d.consil.299.numer.5.verſic.dic,quod administrator.lib.1.* Vide, *Bona per Prælatum acquisita an sint hæredum, vel Ecclesiæ. Concluſ.112.* † Limita, 12
quando extraneus emit nomine suo ex pecunia Ecclesiæ, qui nõ gerit negocia Ecclesiæ, nec est persona suppositа à Rectore; quia acquirit sibi, licet res sit pro pretio obligata Ecclesiæ. Bald.*d.cons. 297.numer.2.versi.sed licet.lib.1.* quod est Christophori Castillion. *& d.consil.299.Dicunt Petr.& Cyn.lib.1.in princip.verſ.aut nõ est administrator.* † Contrarium tenet Lap.*d.alleg.59.numer.10.* & vide su- 13
pra in principio, & Abb.*consil.94.In quæstione.columna.1.verſic.si vero. libr.2.* vbi dicit, quod est vera conclusio, siue emat administrator, siue extraneus ex pecunia Ecclesiæ, quicquid sit in pupillo; quia hoc procedit in milite; ergo in Ecclesia, secundum *commu- *
nem idem est.† Limita, quando prælatus mutuasset pecuniam 14
Ecclesiæ consanguineo suo, vel alteri, qui emit; quia ex quo dominium pecuniæ est translatum, acquisitum ex tali pecunia non est Ecclesiæ. Bald.*d consil.298.Hæc materia altioris.numer.3.verſic.sed quid si Prælatus.lib.1.* † Extende, vt procedat, etiam si Prælatus si- 15
bi ipsi mutuasset; quia res empta ex tali mutuo non acquiritur Ecclesiæ. Bald.*dict.consil.298.numer.4.versi imo plus videtur.lib.1.*
† Declara tamen; quia licet Ecclesiæ non acquiratur ex pecunia 16
mutuata, tamen præfertur in re empta ex sua pecunia mutuata quibuscunque anterioribus.*l.idemque.ff qui potior.in pignor.* † De- 17
clara tamen; quia non refert, an acquirat Prælatus, vel alius ex pecunia Ecclesiæ quoad hoc; quia quod dicitur acquiri Ecclesiæ, intelligitur Ecclesia volente; alias si ipsi magis expedit habere pretium, quam rem, potest eligere, quod sibi magis placet, & videtur eligere id, quod magis est vtile; quia vbi agitur de lucro, facile quis consentit; tamen ante declarationem non acquiritur Ecclesiæ. Bald.*dict.consil.299.numer.5.verſic.sed si nominat.lib.1.*
† Limita; quia Prælatus acquirens ex pecunia Ecclesiæ nomine 18
suo, velit, nolit, acquirit Ecclesiæ etiam directum dominium; si vero acquisit nomine consanguineorum, vel alius ex pecunia Ecclesiæ acquirat, & agatur cum venditore, quod non quæratur Ecclesiæ, illi non acquiritur directe, sed vtilis rei vendicatio commutabiliter, videlicet si placuerit Ecclesiæ, potius habere rem, quam pretium; quia istud est in electione Ecclesiæ. Bald. *dict.consil.299.num.5.verſicul.sed si nominat.lib.1.* † Limita, quan- 19
do in loco esset statutum, quod bona non possent alienari in non suppositos statuentibus ex causa publicæ vtilitatis; quia tunc res empta in personam suppositi ex pecunia Ecclesiæ non acquiritur Ecclesiæ, obstante statuto, sed bene Ecclesia habet regressum contra Rectorem, vel bona pro pretio. Bald. *dict. consil.297.in fi.vers.ceterum.istud.lib.1.* Vide Conclusionem proximam præced.

Emens ex pecunia pupilli quando pupillo acquirat, vel non. Concluſ.140.

EMENS † ex pecunia pupilli, etiam nomine suo, acquirit pu- 1
pillo in subsidium *l.si ex pecunia, & l si vt proponis.C.de res vendicat.* Abb.*consil.94.In quæstione,in princ.verſic.si vero.lib.2.* Roman. *consil 413.Quæ ad primum, colum.fin.numer.20.* † Declara, vt pro- 2
cedat in tutore emẽte ex pecunia pupilli, vt acquirat pupillo ratificanti. Bald.*cons.109.In ista materia.lib.2.* † Imo simpliciter 3
videtur verum, quod quando tutor, vel curator emunt nomine suo ex pecunia pupilli, acquiritur pupillo; secus in alio, nisi in subsidium. Bartol. in *l.Titium.§ altero.numer.3.ff. de administr. tutor.* & quod ista duo requirantur, quod pecunia sit pupilli, & per tutorem

rem sit facta emptio, alias secus. Castrens. *cons.*289 *ante med. versic.* 3
*tunc autē ferent lib.*2. & ita Abb. *d. cons.*94. *col.*1. *ver. si vero li.*2. ita Soc.
4 *Reg.*12 *Res empta. in secunda fallentia.* † Declara tamen, vt procedat,
dummodo cōstet, quod pecunia esset pupilli; quia in dubio præ-
sumitur esse illius, penes quē est pecunia. Bald. *d. cons.*109. *in princ.*
5 *vers. tamen constare debet. lib.*2. Castrens. *d. cons.*289. *ver. in dubio præsu-*
*mitur. lib.*2. † Sufficit tamen etiam, quod sit communis pupillo, vt
6 quia sit hæreditaria, vel alio modo; quod tamē esset difficile pro-
bare. Castrens. *consil.*289. *in princip. lib.*2. *ver. & posito.* † Amplia, vt
procedat, nedum, quando pecunia est totalis pupilli, sed etiam,
si est communis pupillo; quia res empta est communis pupillo
ratificanti, si constat, quod esset communis. Bald. *d. cons.*109. *vir-*
*tamē. ver ex ijs apparet. lib.*2. Roman. *d. cons.*413. *Quo ad primum, in fi.*
allegat casum in *l. Curator. C. arbitr. tutel.* & dicit, quod est in ele-
ctione pupilli, an velit, quod res empta p tutorē ex pecunia eius
7 sit communis, an potius velit suam partem pecuniæ. † Amplia;
quia est speciale, q̄ res empta ex pecunia pupilli sit pupillo hy-
pothecata. Negus. *de pignoribus. in* 4. *memb.*2. *part. princip. n.*163. Pa-
risi. *cons.*80. *num.*17. *&* 18. *lib.*1. & ita dicit Bald. *d. l. si vt proponis. C. de*
8 *rei vendic.* Abb. *cons.*94. *column.*1. *vers. si vero. lib.*2. † Limita, nisi pu-
pillus ratum non haberet. Bald. *cons.*53. *Remanentibus in cōmunione,*
*in princip. lib.*1. quia ita demum pupillo acquiritur, si ratum habet.
9 Bald. *d. consil.*109. *in princip. lib.*2. † Limita, quando emptio fieret
non ex pecunia pupilli, sed ex fructibus bonorum, vel ex aliis re-
bus pupilli. Bald. *dict. cons.*53. *Remanentibus in communione. per totum,*
*lib.*1. vel ex pecunia redacta ex rebus pupilli, vt ibi per eum. Castr.
10 *d. consil.*289. *In casu supradicti. lib.*2. † Extende; quia si emptio fiat ex
pecunia redacta ex venditione rerum cōmunium inter patruum
& pupillum, si est facta nomine proprio patrui, nō est pupilli, ne-
que communis. Castrens. *d. cons.*289. *in princ. versic. nam posito. lib.*2.
11 † Limita, quando hæres tutoris emeret ex pecunia hæreditatis
tutoris; quia empta non sunt pupilli, neq; hypothecata pupillo,
etiamsi hereditas tutoris, p administratione esset tacite hypothe-
12 cata ipsi pupillo. Cuman. *cons.*58. *Quæritur, an bona.* † Limita in ne-
gociorū gestore; quia si emat nomine proprio ex pecunia pupil-
li, res empta est illius propria, nisi in subsidium. Rom. *cons.*313. *in*
fi. & idem in omni alio, qui nō sit tutor, vel curator. Bartol. in *d. l.*
13 *Titium. §. altero. n.*3. *ff. de admin. tutor.* † Limita; quia licet res empta
per tutorē nomine suo ex pecunia pupillari sit pupilli; secus est, si
illa res empta iterum venderetur per tutorem nomine suo; quia
ex illo pretio, si alia bona emerentur nomine suo, non essent pu-
14 pilli. Bartol. in *d. l. Titium. §. altero, in princ. ff. de admin. tutor.* † Limi-
ta; quia non probatur pecunia pupilli ex eo, quod pupilli steterunt
cum patruo post mortē patris, & simul habitabant, & tene-
15 bant bona in communi. Castr. *d. cons.*289. *circa fi. vers. autex eo. quod*
*habebant. lib.*2. † Limita; quia neq; præsumitur pecunia commu-
nis, licet esset societas cum patre & patruo pupillorum; quia
mortuo patre non potuit contrahi expressa, neque tacita societas
cum pupillis. Castrens. *d. cons.*289. *in fin. lib.*2.

Emēs ex pecunia dotali an doti acquirat. Cōcl. 141.

1 EMENS † ex pecunia dotali nomine emētis sibi acquirit, nō
doti. *l. ex pecunia. C. de iur. dot.* Roma. *consil.*201. *Pro decisione, in*
2 *princ.* † Extende; quia immo maritus emens simpliciter ex pecu-
nia dotali suo nomine emisse præsumitur; ideo nō dicitur acqui-
sisse doti. Roman. *consil.*274. *Dicta mater, in princip.* vbi Apost. l. in
3 *fi. ver. non efficiuntur*, dat concord. † Extende; quia immo pecunia
soluta per emptorem in dubio præsumitur sua, & ideo vxori, seu
mulieri dicenti ex pecunia sua fuisse factam emptionem incum-
bit onus probandi. Roman. *d. cons.*274. vbi Apostilla plena in *ver.*
4 *præsumitur*, citat infinitos. † Immo etiamsi emens sit administra-
tor rerum alienarum præsumitur de suo acquisuisse, dummodo
habeat patrimoniū, vel sit homo industriosus, Roman *dict. consil.*
274. *in fi.* vbi apostil. in *ver. fuerit*, quæ allegat eundem Rom. ple-
nius hoc decidentem *cons.*346. *In hac causa, nu.*16. *vers. quoad octa-*
5 *vum, vsq; in fin.* † Contrarium, quod emptum ex pecunia dotali sit
dotale, tenere videtur idem Roman. *d. consil.*201. *num.*2. *vers. Im-*
mo, vbi Apostilla in *ver. pecunia*, dat concord. pro vtraque parte.
6 Alex. *cons.*124. *Super prima, num.*10. *&* 11. *ver. Rursus. lib.*4. † Declara;
quia si vtile est mulieri, emptum ex pecunia dotali est dotale; se-
cus si mulieri nō est vtile. *l. ex pecunia dotali. C. de iur. dot.* & ita etiam
Rom. *d. cons.*201. *in princ.* vbi etiā dicit procedere, si nomine vxo-
ris, vel mulieris aliquid sit emptū ex pecunia dotali; quia erit do-
7 tale, si expedit mulieri. † Declara; qa in re empta ex pecunia do-
tali, vel recepta in solutum pro dote, saltem competit Actio sub-
sidiaria, vt mulier præferatur. Angel. Aret. *cons.*132. *in casu praedicto.*

*num.*8. *& seq. ver. sed tamē ijs nō obstantibus.* † Declara; quia si vxor ve- 8
lit emptum ex pecunia dotali, acquiritur vxori; secus si ipsa non
velit, ita Socin. in *Reg.*12. *Res empta per aliū, in quarta fallentia.* † Am- 9
plia; quia immo si maritus & vxor simul emant, licet exprimant
de pecunia dotali, tamen vnicuique eorū acquiritur pro medie-
tate; Ideo inepte ageret mulier ad rotum, ita Angel. Aretin. *consil.*
21 *Quoad primum, per tot.* maxime *num.*8. *ver. quid plura.* arguit ab eo,
quod dicitur de emente ex pecunia aliena nomine suo; quia sibi
acquirit. Vide plenius, *Emptor ex pecunia aliena quando sibi, vel domi-*
*no pecuniæ acquirat. Conclusio.*138. *n.*35. *& multis seqq.*

Emens à fisco, vel principe non potest molestari, & quando secus. Concl. 142.

SI † fiscus principis, vel eius officiales vendāt aliqua bona pri- 1
uato, vel donent non potest donatarius, vel emptor molesta-
riab aliquo, etiam si dictæ res pertineāt ad aliquos priuatos; quia
debent agere contra fiscum, quando est fiscus principis habentis
regalia, prout est Dux Mediolani. Bald. *cons.*363. *Quæritur, an si per*
*officiales, lib.*1. qui dicit hoc procedere, quādo res vēditur, vel do-
natur tanquam fiscalis ementi bona fide, alias secus. Vide, *Fiscus* 2
*habet multa priuilegia. Conclusio.*381. † Declara; quia emptor, vel ha-
bens causam à fisco semper est tutus à quocunq;, quando res dō-
nata, vel vendita erat incorporata fisco, & apprehēsa; secus si in-
corporata non erat. Bald. *d. cons.*363. *num.*2. *vers. & hæc vera in rebus,*
*li.*1. vbi, quod prætendens ius agit intra quadriennium contra fi-
scum. & *n.*3. dicit, quod *l. bene à Zenone. C. de quadr. præscript.* procedit, si venditio fuit solemniter facta sine dolo, quod intervenerit
traditio, & quod nō se opposuerit legitimus contradictor. † Am- 3
plia in fisco Dutum, & Ciuitatum habentium concessionem ab
Imperatore; quia censetur idē fiscus cum Imperatore. Bald. *d. cons.*
363. *circa fin. ver. Item non obstat si dicatur, lib.*1. † Amplia in principe 4
quocunque non recognoscente superiorē; quia si donat, vel vē-
dit rem alienam, vt suā bona fide credens esse suam, emptor non
potest molestari, sed intra quatuor annos agendum est contra fi-
scum, & lapso quadriennio, neque fiscus molestari potest. Bald.
*cons.*127. *circa med. ver. sequitur subsequenter, lib.*3. Bartol. in *l. si. colum.*
penultim. C. de sentent. passis. Roman. *cons.*59. *Ad discutiendam veritatē,*
in 6 *dub. & cons.*300. *in casu propositæ consultationis.* Bald. *consil.*225. *lib.*
3. *& consil.*228. *In primordio, lib.*1. Cuman. *consil.*153. *Ad primum, in fi.*
Fulgos. *cons.*20. *Pro pleniori. in* 3. *dubio.* Bald. *cons.*315. *Quæritur, an si of-*
ficiales Cameræ. lib 3. *& cons.*460. *Præmitto ad evidentiā, lib.*4. Felin. in
*cap. quæ in Ecclesiarū, colum.*1. *concl.*1. *ver. & quod dixi, de constit.* † Con- 5
trarium Angel. in *repet. l. C. de fid instrument. & iure hastæ, lib* 10. *col.*
8. *ver. sed incidenter potest quæri.* Abb. *cons.*3. *Nitar in præsenti, q.*17. *lib.*
2. † Extende, vt idem sit, quando vendit princeps supremus rem 6
alienam, vt alienam ad hastā iure creditoris; quia non potest em-
ptor molestari, sed solus fiscus molestari potest intra quatuor an-
nos. Bald. *d. cons.*127. *post med. ver. quādoq; dat, lib.*3. † Amplia; quia e- 7
mens à fisco rem propter onera non soluta est tutus à quocunq;
creditore etiam habente hypothecam talis rei venditæ, etiam
quod vellet offerre emptori id, quod fisco soluitur. *l. potior. § fin.*
ff. qui potiores in pign. hab. & ita Bart. *in l pen. C. de fid. instr. & iure hastæ,*
*lib.*10. † Restringe; quia bene admittitur minor ad retractan- 8
dum, quando tutor non fuit vocatus. Bartol. in *d. l. penult. C. de fid.*
*instrum. & iure hastæ, lib.*10. Bald. & Castr. post Butrig. *l fin. C. si ad-*
uers. fisc. † Limita, quando res venditur vel donatur, tanquam ca- 9
pta in executione, & tanquam aliena; quia tunc potest vendicari
à Domino, qui in exequutione non fuit citatus, & à quocunque
habente ius; quia exequutio censetur facta sine præiudicio iuris
tertii. Bald. *d. cons.*363. *num.*2. *ver. si autem, lib.*1. Extende; quia vbi- 10
cunque fiscus donat, vel vendit rem alienam, vt alienam, non ser-
uata solemnitate subhastationis, cēsetur solum cedere ius suum;
ideo potest recuperari per Dominum ab eo, qui habet à fisco eo
modo. Bald. *d. cons.*127. *A principio, circa fi. lib.*3. † Limita, quando 11
venditio esset facta per fiscum tanquam de bonis Titii, & essent
Caii, quia error causæ finalis vitiat, nec emptor est tutus. Bald. *d.*
*cons.*363. *n.*2. *ver. & idem si res, li.*1. † Limita; quia emēs à fisco bona, 12
siue tanquam fiscalia, & confiscata, siue alias, non tuetur circa o-
nera, quæ insunt ex natura contractus, veluti si fiscus vendat hæ-
reditatem; quia transeunt iura & actiones actiue & passiue. Bald.
*d. cons.*363. *n.*2. *ver. non obstat. lib.*1. † Extende, etiam si fiscus do- 13
naret, vel venderet hæreditatē; quia tenetur emens ad onera, &
ad omnes obligationes passiuas, ad quas fiscus tenebatur. *l.*1. *C. de*
hæred. vel actio. vend. l. eum qui bona. ff. de iur. fisc. & ratio est secundum
Bald. & Salyc. *d. l.*1. *in secunda oppositio.* quia quando fiscus vendit
hæreditatē, de cuius natura est habere in se onera, emptor ad illa

14 tenetur. Ias. *cons.* 88. *lib.* 3. † Extende, vt idem sit, si fiscus vendat rem obnoxiam oneri; quia emptor tenetur ad onus. Bald. *d. cons.*
15 363. *n.* 2. *ver. non obstat, lib.* 1. † Extende, quando fiscus concederet bona generaliter; quia non censetur concedere ius, quod tertia persona habet; ideo emptor non est tutus. Bald. *cons.* 363. *in ver.*
16 *Item si fiscus, lib.* 1. † Limita quatuor modis, de quibus Abb. *cons.* 3. *n.* 8. *lib.* 2. Primo, vt non habeat locum, quãdo alius est Princeps, quia in solo Imperatore & Augusta habet locum, prout loquitur *l. bene à Zenone. C. de quadrien præscript.* vbi dicit, quod in Rege
17 Franciæ non procedit. † Item non procedit in bonis Ecclesiasti-
18 cis, vt Abb. *d. cons.* 3. *nu.* 8. † Item, quando bona sunt reuersa ad concedentem; item quando non sunt concessa, vt fiscalia, vide
19 eum. † Limita aliis modis, vt per Bald. & Saly. *in d. l.* 1. *C. de hæred. vel act. vend.* Bart. *in l. fin. C. si contra ius, vel vtil. publ.* Vide, *Præscriptio quadriennÿ quando habeat locum, vel non. Conclus.* 574. Vide Concl. prox. seq.

Emens à Principe, vel à fisco quando teneatur ad onera, vel non. Conclus. 143.

1 EMENS † à Principe, vel à fisco bona castri & territorii destructi ob delictum, dicitur emisse eam exemptionem, quã habebat Princeps, vel fiscus, quando vendidit cum omnibus iuribus: ideo facta restitutione per Principem de castro, talis restitutio non præiudicat in exemptione emptorum medio tempore. Bald. *cons.* 322. *Viso instrumento, per tot. lib.* 4. quod est Ioan. de
2 Lignano. † Declara; quia procedit cõclusio, quando fiscus vendidit sub nomine iurisdictionis, vel vniuersitatis, aut sub expressione exemptionis; alias autem emens à fisco, vel Principe rem particularem tenetur ad onera versus Principem solita, & si apud fiscum, vel Principem res esset exempta. Bald. *d. cons.* 322.
3 *n.* 2. *vsq; in fin. lib.* 4. † Ratio declarationis est, quia iurisdictio, vel potestas exemptionis ex iurisdictione non cohæret agris priuatis, sed vniuerso territorio; quia sumitur ex potestate, non ex agris: ideo non censetur concessa, nisi sub vniuerso, vel sub ex-
4 pressione specifica. Bald. *cons.* 293. *in princ. lib.* 4. † Amplia; quia habens vsumfructum à fisco, vel à Republica dicitur habere liberum à pedagio, & oneribus, quando hoc est expressum. Bald.
5 *cons.* 119. *n.* 3. *ver. sed ex pacto. & d. cons.* 322. *n.* 2. *lib.* 4. † Extende etiã, quando adessent verba talia, quæ hoc inducerent ex præsumptione, veluti quod debeat habere vsumfructum libere, pacifice, & quiete; quia ex verbis geminatis iunctis indiciis, maxime, quia sic fuerit obseruatum per longum tempus, hoc importat.
6 Bald. *d. cons.* 119. *n.* 3. *vers. nunc igitur, vsq; in fi. lib.* 4. † Limita, vt non procedat in emente sub nomine agrorum; quia tenetur ad onera fiscalia, nisi in specie remissa, & vendita fuerit exemptio. idẽ Bald. *d. cons.* 322. *Punctus quæstionis, super quo. n.* 2. *ver. secundo videndũ.*
7 *lib.* 4. *& d. cons.* 119. *n.* 3. *ver. tertio præmitto. lib.* 4. † Extende, vt idem sit in emente granum, vel quid simile asportandum, quia non propterea erit exemptus emptor ab asportatione, sed soluet pedagium, quando non est promissa exemptio. Bald. *d. consil.* 293.
8 *Thema integrale. per tot.* maxime *n.* 2. *lib.* 4. † Extende, vt idem sit in eo, qui habet vsumfructum agrorũ à fisco, vel à Republica; quia tenetur soluere onera, ex quo ius pedagii, licet cohæreat solo; non tamen ad vtilitatem soli, sed ad vtilitatem fisci. Bald. *d. cons.*
119. *Ad euidentiam est præmittendum, n.* 2. *vers. secundo est præmittendũ.*
9 *lib.* 4. † Declara, quod dicitur de vsufructu, non procedere, quãdo esset concessus vsusfructus pedagii, vel iurisdictionis; quia tunc vsusfructuarius nihil solueret, ex quo ad eum pertinet fructus pedagii; nec tamen soluere debet fiscus, vel Princeps peda-
10 gium pro rebus suis, licet concesserit illud priuato. Bald. *d. consil.* 119. *n.* 2. *& 3. lib.* 4. † Limita; quia emens iurisdictionem, vel pedagium à fisco, vel Republica nõ potest exigere aliquid à fisco, vel Republica pro rebus publicis; quia sicuti fiscus non exigit à se ipso, ita neque emptor poterit exigere à fisco; quia non emit,
11 nisi ius fisci. Bald. *d. cons.* 119. *n.* 3. *ver. tertio præmitto. lib* 4. † Limita; quia Ciuitas habens merum & mixtum imperium si vendat etiam Ecclesiæ quædam bona; non tamen transfert ius pedagii, neque iurisdictionem, quam habet vendens Ciuitas in Ecclesiam ementem. Bald. *cons.* 237 *Factum, super quo, &* 238. *Considerãdum, quod iurisdictio. lib.* 4. † Extende, vt idem sit in donatione,
12 quam facit Princeps, vel Ciuitas; quia non censetur donare iurisdictionem, vel pedagium, sed emptor tenetur ad onera. Bald. *d. cons.* 238. *in fin. lib.* 4. Vide Conclus. prox. præced.

Emptor primus, an secundus præferatur. Concl. 144.

EMPTORIBVS † pluribus concurrentibus ad eandem rẽ emptam, ille præfertur, cui fuit prius tradita possessio rei venditæ etiam per solum constitutum. *l. quoties. C. de rei vendic.* vbi Ias. plene *in* 5. *lim.* late Tiraq. *in tract. de const. in* 1. *part. n.* 21. Alex. *cons.* 124. *Consideratis, in princ. lib.* 5. † Extende, vt procedat, etiamsi, 2
postquam fuit tradita possessio rei venditę per constitutũ, postea alteri fuerit data possessio; quia præfertur ille, qui habuit primo possessionem ex constituto. Tiraq. *de const. in* 1. *part. n.* 21. *& de retract. conuent. gl.* 1. *n.* 5. *& seq.* Couarr. *var. resol. lib.* 2. *c.* 14. & est ratio; quia ex constituto transfertur vere dominium & possessio, ac si vere esset tradita. *l. certi. §.* 1. *in ver. proprie possidere videor. ff. de precar.* Alex. *cons.* 228. *Ponderatis, in princ. ver. sed quod domini, lib.* 6. †Extende; quia etiam si esset secundus emptor, cui prius res vẽ- 3
dita fuit data, tamen præfertur primo emptori, *d. l. quoties. C. de rei vend.* Rom. *cons.* 270. *Pro decisione, in princ.* vbi apostill. *in ver. censeri,* dat plurimos concord. †Et procedit extensio in tantum, quod 4
primus emptor pro suo interesse nõ posset se opponere, vel impedire, quo minus secundus emptor, cui per constitutum, vel alias res vendita fuit prius tradita, mittatur in possessionẽ. Bald. *in c.* 1. *colum. pen. ver. extra not. tit. quid sit inuest. in vsib. feudo.* † Exten- 5
de, etiam si venditor iurasset obseruantiam contractus venditionis factæ primo emptori; quia nihil ominus præfertur secundus, cui prius res vendita fuit tradita. Imol. *in repet. cap. cum contingat, de iureiur. vers. quantum autem ad ipsam rem.* quia iuramentũ non habet vim impediendi translationem dominii. Bald. *consil.* 397. *incip. Inter tres Marchiones. lib.* 4. licet talis vendens contra iu-
ramentum alteri incidat in periurium, & pœnam falsi, *l. qui duobus cum ibi notat. ff. de falsis.* † Restringe, quando adest constitu- 6
tum in prima venditione. Ias. *d. l. quoties. C. de rei vend. lim.* 5. † Re- 7
stringe, quando in prima venditione adest hypotheca specialis rei venditæ pro obseruantia venditionis cum promissione de non vendendo alteri; quia tunc impedit translationem dominii. *l. si creditor,* & ibi Bart. *ff. de distract. pign.* Bart. & alii *in l. ea lege. ff. de verb. obl.* & in terminis *in l. qui absenti. §.* 1. *in fin. ff. de acquir. possess.* sequitur Ias. *in d. l. quoties in* 11. *& vlt. limit. C. de rei vend.* Thom. Buxius *cautela* 48. † Restringe; quia imo etiam sine hypotheca, & 8
sine constituto præfertur primus secundo; cui facta est traditio, quando secundus sciret venditionem factam primo. Ias. *d. l. quoties. in* 9. *limit. C. de rei vend. & in l. fin. col.* 9. *ver. item adde, quod si aliquis vendit. C. de sacrosanc. Eccles.* vbi dicit menti tenendum, & *in §. item si quis in fraudem. n.* 48. *Inst. de actio.* idem Thomas Buxius *d. cautel.* 48. Alias limitationes, & ampliationes vide per Ias. *in d. l. quoties. C. de rei vend.* † Restringe; quia si primus habuit constitu- 9
tum; quando venditio erat conditionalis pro pretio declarando, si, antequam fiat declaratio, & vendat postea alteri, & tradat possessionem, præfertur secundus, cui primo fuit facta traditio; quia licet postea purificetur conditio, & trahatur retro; non tamen in præiudicium tertii, cui ius fuit primo quæsitum, ita Alex. *d. cons.* 228. *Ponderatis. n.* 2. *& seq. ver. nec obstat, quod dicit de Cadamastis. lib.* 7. Vide, *Brachium militare quando, & quibus concedendum. Conclus.* 126. † Restringe maxime, quando prima venditio cum 10
constituto fuit conditionalis, secunda venditio cum constituto fuit pura; quia præfertur secundus, ex quo sibi fuit prius ex constituto puro tradita possessio; & licet conditio primæ venditionis purificetur etiam in casu, in quo alias traheretur retro ad tempus primæ venditionis; tamen non habet locum quoad dominium iam secundo translatum. Alex. *d. cons.* 228. *Ponderatis. n* 3. *in fin. & n.* 4. *ver. quinimo. lib.* 6. vbi apostill. *in ver. dominium.* dat concord. sequitur Paris *cons.* 11. *n.* 31. *lib* 1. Ias. *in l. si filius. in princ. ff. de verb. oblig.* † Restringe in eo, qui emit; vel titulũ habuit à Prin- 11
cipe; quia semper primus præfertur secundo habenti titulum ab eodem Principe, etiam si secundus habuit prius possessionem. Roman. *cons.* 298. *Circa præmissam per tot.* & apostill. sub *n.* 3. *in ver. Imperatoris,* citat pro vtraque parte, sed dicit * hanc com- *
munem. †Restringe in donatione, collatione, vel gratia Princi- 12
pis; quia semper primus præfertur, non attenta possessione secundi. Rom. *d. consil.* 298. *n.* 2. *& seq. vers. tertio videtur casus.* Contra † duas restrictiones de Principe videtur tenere Alex. *consil.* 13
81. *In causa, & lite. lib.* 7. *per tot.* vbi loquitur in concessione Ducis Ferrariæ, vt qui primo habuit possessionem, præferatur; sed bene dicit quod si non constat, quis primo habuerit, quod præsumitur pro eo, qui prius habuit titulum. † Restringe in his, quæ 14
fiunt ab Ecclesia, vel Ecclesiastica persona; quia semper primus præfertur secundo non attenta possessione; & est ratio; quia Ecclesia, quæ est tutrix, & auctrix iustitiæ, non debet in suis con-

tractibus

ractibus dolum adhibere. Roman. plene *d. cons. 298, nu. 2. in fin. ver. vltimo videtur*, vbi apostill. plena *in verb. persona*. Alex. *d. cons. 81. In causa, & lite, n. 5. lib. 7.* allegat Hostien. Ioan. And. & alios *in c. continebatur, de iis, quæ fiunt à Prælat.* ratio est; quia leges ciuiles nō ligant Ecclesiasticas personas, nisi sint approbatæ de iure Ca-
15 nonico. † Contrarium tenet apostill. ad Roman. *d. cons. 298. n. 2.* * *in fin. ver. persona*, quæ dicit restrictionem esse communiter * da-
minatam, & citat plurimos; bene dicit, quod limitatio habet lo-
16 cum in spiritualibus, in quibus statim ius acquiritur sine tradi-
tione. † Restringe, quando prima venditio etiam habens con-
stitutum esset incerta, puta de tribus statibus terreni ex tali
fundo ad electionem emptoris; quia si ante electionem, &
certitudinem alteri vendatur, & tradatur, præfertur secun-
dus emptor. Bartol. *consil. Septuagesimo quarto, Petrus vendidit*
lib. 1. vbi apostill. *in ver. possessio.* quia res incerta possideri non po-
17 test, & apostill. *in ver. locus incertus.* † Restringe, quando prima
venditio cum constituto fuit facta ad mensuram; quia si ante
mensuram vendatur alteri, & tradatur possessio, præfertur se-
cundus; quia dominium non transit, donec mensuretur. Bart. *d.*
18 *cons. 74. in fin. lib. 1.* & ibi apostill *in v. r. possessio*, dat concord. † Am-
plia, etiam si venditor nullum ius haberet tempore venditionū
factarum, & postea ius superueneriti; quia ius superueniens ma-
gis consolidatur secundo emptori, qui fuit missus in possessio-
nem, & cui res vendita primo fuit tradita; non autem consoli-
datur primo emptori, cui non fuit res tradita. Rom. *cons. 270. in*
prine. ver. quinimo, vbi apostill. *in ver. emptionis*, dat concord. Am-
19 plia † nedum in emptore, sed etiam in inuestito de emphyteusi
Ecclesiastica; quia qui primo fuit inuestitus, & primo habuit
possessionem, sine dubio præfertur. Alex. *cons. 124. Consideratis, in*
20 *prine. lib. 5.* † Extende maxime, quando emphyteuta solvit cano-
nem per tot annos; quia per talem solutionem longi temporis
præsumitur habuisse renouationem. Alex. *d. cons. 124. n. 2. & seq.*
maxime *n. 3. lib. 5. & n. 2. & seq.* loquitur etiam, quando solutio-
nes per decennium probantur ex libro Ecclesiæ, cui de consue-
21 tudine datur fides. † Extende etiam in alia inuestitura facta de
bonis stabilibus, vt per Alex. *d. cons. 81. In causa, & lite, per tot. lib. 7.*
22 † Limita; quia si non constat clare, quis primo acceperit pos-
sessionem, vt quia ambo possident emptores, vel conductores,
qui ab eodem domino habent titulum, præsumitur poss. ssio
primo capta ab eo; qui prius habuit titulum. Alex. *d. cons. 81. In*
causa, & lite, n. 4. lib. 7. vbi apostill. *in ver. priorem*, dat concord. Li-
23 mita † nouem modis, de quibus Soc. *in reg. 9. Emptorum duorum*
ille potior est, cui primo possessio tradita fuit, vbi ponit nouem fallen-
tias. Vide, *Donatarius primus præfertur secundo, & quando secus. Con-*
clus. 699. Vide, *Locans rem eandem duobus quis præferatur. Concl. 429.*
Vide, *Vendens rem duobus quis emptor præferatur. Concl. 64.* Vide An-
ton. Gabr. *lib. 3. tit. de empt. & vend. Concl. 2. In venditione ille est præfe-*
rendus.

Emergens nouum indiget nouo auxilio. Concl. 145.

1 QVÆ † de nouo emergunt, nouo indigent auxilio, & in re-
bus nouis nouum est remedium, & consilium suggerendū.
l. de state. §. ex causa. ff. de interrog. act. Pet. de Anch. *cons. 84.* D. Azo-
2 lina. *n. 5.* † Extende in omni dispositione, etiam ex contractu iu-
rato; quia recedit ex causa de nouo emergēti. Crau. *cons. 264.*
3 *n. 5. & seq.* vbi ponit plura exempla. † Amplia; quia ex causa su-
peruenientē recedit à constitutione, quæ tendit ad noxam.
Pet. de Anch. *d. cons. 84. n. 4.* Rol. à Vall. *cons. 1. n. 159. lib. 2.* Crau. *d.*
4 *cons. 264. n. 5.* † Idē in legibus & statutis. Anch. *cons. 67. n. 8.* Crau.
5 vbi supra. † Idem in testamentis. Anch. vbi supra, videlicet *consil.*
84. n. 4. & 5. Rol. à Vall. *d. cons. 1. n. 159. lib. 2.* Crau. *d. cons. 264. n. 5.*
6 7 † Idem in locatione. Crau. *d. cons. 264. n. 6.* † Idem in iuramento.
Anch. vbi supra, videlicet *cons. 84. n. 4. & 5.* Rol. à Vall. *d. cons. 1. n.*
8 *159. lib. 2.* † Idem in pactis. Anch. vbi supra, videlicet *cons. 84. n. 4.*
9 *& 5.* † Idem in promissione de non offendendo. Crau. *d. consil.*
10 *264. n. 6.* † Idem in priuilegio. Anch. vbi supra, videlicet *cons. 84.*
n. 4. & 5. Rol. à Vall. *d. cons. 1. n. 161. & seq. lib. 2.* vbi, quod si tendit
11 ad iniquum, vel damnum non cognitum, cessat. † Idem; quia in
lege diuina Dominus noster quædam mutauit propter nouā e-
12 mergentia. Rol. à Vall. *d. cons. 1. n. 161. lib. 2.* † Contrarium in obli-
gationibus facti; quia ab eis non receditur propter superueni-
entem causam, vel inopiam debitoris. Anch. *cons. 67. n. 8.* vbi,
13 quod hoc procedit in legibus & statutis. † Imo etiam in contra-
ctu Principis recedit mutato statu in iis, quæ respiciunt rega-
lia; quia reuocat mutato statu, vel si res non est in primo statu,
14 vt per plura Roland. à Vall. *d. cons. 1. n. 159. & seq.* maxime *n. 164.*
& seq. lib. 2. † Idem in æstimo; quia ex causa superuenienti potest
reformari, & reduci ad nouam æqualitatem. *l. forma. ff. de censibus.*
† Idem in priuilegio; quia recedit ex causa superuenienti. 15
Crau. *d. cons. 264. n. 5.* † Declara, vt procedat quoad onera supe- 16
riori subeunda, vel soluenda; secus si diuisio esset facta onerum
ex conuentione inter particulares. Anch. *d. cons. 67. in fin. ver. non*
obstat. † Idem in diuisione facta, & iurata; quia ex causa superue- 17
nienti recedit ab ea, & ab omni promissione. Crau. *d. cons. 264.*
n. 5. & seq. vbi latissime. † Amplia; quia noua res nouum consi- 18
lium capit, & quæ de nouo emergunt, nouo indigent auxilio.
Anch. *cons. 204. Punctum vnius. n. 12.* † Extēde; quia nullum emer- 19
gens de nouo remanet destitutum legis auxilio. *l. 1. in princ. ff. de*
ventr. inspic. † Et propterea licet post publicatas attestationes, & 20
didicita testificata non admittatur noua probatio; secus est su-
per emergenti de nouo Sign. *cons. 243. n. 6. & seq.* † Et quando in- 21
stantia est terminata, & vltima die producuntur iura, vel oppo-
nitur exceptio, potest probari etiam post instātiam; quia emer-
git de nouo. Cuman. *cons. 7. Primum videndum. n. 17. ver. & hac ra-*
tione. † Extende; quia si statutum, vel lex excludit omnem exce- 22
ptionem, vel probationem post conclusum in causa, vel post
certam instantiam; non tamen excludit illam, quæ de nouo e-
mergit, vel superuenit post exclusionem. Roder. Suar. *cons. 5.* vbi
late. † Amplia; quia illud, quod per mutationem status, vel e- 23
mergentia de nouo incipit nocere, & à principio non nocebat,
vel est effectum intolerabile, vel damnosum, vel quia in suc-
cessiuis incipiat lædere, potest reformari, & tolli. Rol. à Vall. *d.*
cons. 1. n. 164. & seq. vbi ponit infinita exempla. *lib. 2.* Vide, *Dispo-*
sitio intelligitur rebus sic stantibus. Concl. 502. Vide, *Mutatio & alteratio*
status rei quid operetur. Conclus. 436.

Emergens articulus quid sit, & in quo differat ab incidenti. Conclus. 146.

EMERGENS † quæstio, vel articulus dicitur, quando post 1
iudicium cæptum super principali habet originem, vt si te-
stis arguatur de falso, vel similia, & regulariter super emergen-
tibus pronunciatur. Bart. *in l. 1. C. de ord. iud. n. 5. ver. incidens dicitur.*
vbi, quod differt ab incidenti; quia incidēs habet originem an-
te iudicium, & super eo non pronūciatur. † Declara, quod mul- 2
tæ exceptiones, & articuli habent originem ante iudicium, vt
sunt transactio, res iudicata, iuramentum, & similia, quæ etiam
dicuntur emergentia; tamen quando opponuntur ad proces-
sum, vt quia dicitur non posse procedi, dicuntur emergere, &
habere originem pendente processu; & tunc etiam super eis est
pronunciandum. Bart. *d. l. 1. C. de ord. iud. n. 6. ver. exceptio.* vbi, quod
istæ possunt etiam esse incidentes, si opponantur ad effectū iu-
stitiæ; secus si ad effectum processus. † Aliquando tamen emer- 3
gens exceptio orta post iudicium, vt est pactum de non peten-
do, sequitur naturam incidentis; quia super eo non pronuncia-
tur. Bart. *d. l. 1. n. 6. vers. item pone C. de ord. iud.* † Et idem est, vbicū- 4
que emergens esset super eo, quod lex statuit; quia super eo nō
pronunciatur, veluti si oritur emergens declinatoriæ rei, qui di-
cit, quod non potest conueniri; quia si fateatur, vel constet eum
esse originarium, procedit sine alia pronuncia. Bald. *cons. 124.*
Super articulo iurisdictionis, in princ. lib. 3. Vide, *Officium iudicis quibus*
casibus seruiat loco actionis. Concl. 113. † Idem; si conuentus rei ven 5
dicatione interrogetur an possideat, & neget possidere; cū pos-
sideat, certe perdit possessionem propter mendacium. *l. fin. ff. de*
rei vend. istud emergens dandæ, vel transferendæ possessionis nō
requirit nouum iudicium, neque libellum, aut litis contestatio-
nem, sed officio iudicis expeditur secundum * communem. de *
qua Rom. *cons. 70. Visis themate. n. 7. vers. tertio principaliter.* vbi a-
postill. *in ver. quod sic.* & ibi Roman. addit alias rationes; quia acta
redduntur rem notoriam, & in notoriis iuris ordo non requiritur.
Vide, *Incidens & emergens quid sit, & quando super eo pronuncietur, vel*
non. Conclus. 70. † Regula igitur est, quod si causa principalis est 6
summaria, omnes eius articuli incidentes & emergentes sunt
summarii. Bart. *in extrauag. ad reprim. in ver. summarie, n. 20. ver. sed*
quomodo. † Extende, vt idem sit, quando aliquid, quod est causa 7
principalis intentionis, venit examinandum summarie; quia to-
ta causa est summaria. Bart. vbi supra, *n. 19. in fin. ver. sed vbi aliquid.*
† Extende; quia imo articulus emergens, vel incidens in causa 8
summaria, quæ requireret plenam probationem, quando ex ta-
li emergenti, siue agens vincat, siue vincatur, causa principalis
propter hoc non perditur, semper est summarius, nedum quo-
ad ordinem; sed etiam quoad probationem; & cum agatur de
modico præiudicio, sufficit; quod prima facie ostendatur sic
esse iudici. Bartol. vbi supra, *num. 20. ver. dico, quod quadam*;
vbi videtur etiam loqui, licet causa principalis esset ordinaria.

9 † Extende in causa ordinaria; quia incidens probatur summarie, quando actor, qui deducit incidens, si vincit, non vincit causam, sed si perdit, perderet causam, prout si in prima dilatione nihil probauit, & petit secundam; tunc summaria cognitio sufficit etiam respectu probationis; quia semiplena est sufficiens. Bart. *dict. extrauag. ver. summarie. num. 20. & 21. versic. quædam sunt.* vbi apostil. *in ver. probatio.* vbi tamen *num.* 22. restringit, quando ageretur de probando impedimento; quia quoad probationem plene requi-
10 ritur. † Restringe in casu contrario, quando in causa ordinaria opponens aliquid emergens si vinceret, vinceret totam causam, si perdit, adhuc remanet lis, prout in eo, qui rem iudicatam opponit, vel exceptionem iuramenti, vel transactionis; quia licet quoad ordinem sit causa summaria, quoad probationem debet esse plena, prout in causa ordinaria. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum. in ver. summarie. num. 23. & seq. versic. quædam sunt.* vbi *num. 24. & 25. ver. potest tamen.* dicit, quod si requirit altiorem indaginem, opposita ante litem contestatam, ad impediendum processum, & non sufficienter probata, poterit post litem contestatam opponi ad decisionem, & iterum probari. Ancharan. *consil. 372. nu. 3.*
11 *& seq. per tot.* † Restringe in causa ordinaria, quando emergens, vel incidens perimit causam, & non potest separari à principali; prout exceptio intentionis; tibi non competit ius; quia ego dominus, vel similia; tunc semper probatio plena requiritur, & est ordinarie cognoscenda; quia hoc casu sententia lata in incidenti parat præiudicium rei iudicatæ in principali. Bart. *dict. extrauag. ad reprimendum. ver. summarie. num. 26. versic. quædam sint emergentes.* vbi limitat, nisi causa principalis esset summaria; quia eodem
12 modo esset emergens. † Idem, si possunt separari à principali, vt quia de vno potest agi, de alio omitti, si tamen in alio iudicio non possunt deduci, prout pactum, & similia, ex quo perimunt causam principalem, debet plena cognitio, & probatio fieri; si vero potest in alio iudicio releuari, sed non ad eundem finem, prout *in l. vindicantem. cum l. seq. ff. de euictionib.* & idem; quia requiritur plena probatio; si autem potest in alio iudicio releuari ad eundem finem, prout compensatio; & videtur, quod si requirit altiorem indaginem, debet reseruari; si vero cognoscitur, vt vel reprobetur, vel fiat compensatio, vel si ageretur solum de naturali obligatione, requiritur etiam plena cognitio, Bart. *d. extrauagant. ad reprimendum. ver. summarie. num. 27 & seq. ver. quædam sunt*
13 *exceptiones.* † Regula secunda est, quando exceptiones emergentes opponuntur post rem iudicatam, & si respiciunt merita causæ, requiritur plena cognitio, & probatio; si vero exceptiones respiciunt sententiam; quia dicitur nulla, vel lata ex falsis, & similia, & si offertur probatio, in promptu recipi debet, & fieri plena quoad probationem, licet summaria quoad dilationem, & ordinem; si non offertur, nec sit prompta, reseruatur præstita cautione de restituendo, quod exigitur *l. 2. C. de falsis. authent. quæ supplicatio. C. de precib. Imper. offer.* & idem, si opponitur exceptio, quod non debet exequi in totum, sed solum in quantum facere potest. Bartol. *d. extrauagant. ad reprimendum. ver. summarie. num. 29. & sequent.*
14 *verse. & prædicta de iis.* † Regula tertia est, quando opponitur exceptio non contra exequutionem simpliciter, sed contra rem, in qua fit exequutio; & isto casu summaria est cognitio, & probatio; quia agitur de modico præiudicio; quia si in ista non fiat, fiet in alia; secus si de viribus sententiæ; quia agitur de magno præ-
☞ iudicio. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum. ver. summarie. n. 31. ver. quædam exceptio.* Vide, *Incidens quid sit, & qualiter super eo pronuntietur. Concluſ. 70.*

Emphyteusis quid sit, & quotuplex, & qualis. Concluſ. 147.

1 EMPHYTEVSIS † dicitur ab emponemate, vocabulo Græco; quod idem est, quod melioratio. Alex. *cons. 117. Viso. nu. 12. in fin. lib. 4.* & emphyteusis vulgariter dicitur liuellus, vel locatio perpetua, vel ad longum tempus. Alex. *d. cons 117. n. 12. lib. 4.* Clar. *in § emphyteusis. q. 1. in pr.* vbi, quod emphyteusis proprie est, quando concedens habet directum dominium, liuellus, quando concedens habet vtile tantum, sed quod ex communi vsu loquendi
* vnum pro alio sumitur, & dicit *communem. Et emphyteusis est
* contractus nominatus. Clar. *d. § emphyteusis. q. 2.* vbi dicit * com-
2 munem. † Aliqua igitur emphyteusis est simpliciter concessa, prout, *concedo Titio in emphyteusim*, & non dicitur, neque pro se, & hæredibus, neque pro filiis, neque an perpetuo, vel ad tempus; & ista si est à Papa, vel à Principe, vel sit facta à priuato, siue etiam ab Ecclesia cum solennitatibus, transit ad filios, & descendentes in-
* uestiti; quia potius est realis, quam personalis, communem * dicit Gozad. *cons. 75. post n. 9.* quem citat, & alios plures Clar. *in d. §. emphyteusis. quæst. 28. in princ.* vbi dicit *communem. † Declarat tamen Clar. *d. quæst. 28. n. 1. in fin. vers. bene verum.* quod de stricto iure in emphyteusi ecclesiastica non excederet personam primi inuestiti; sed dicit non esse recedendum à communi. Emphyteusis aliqua est, quæ per ius accrescendi spectat ad descendentes primi inuestiti. Bald. *cons. 431. Punctus quæstionis. nu. 1. lib. 2.* vbi adducit decem rationes, & duplicatur *consil. 280. lib. 3.* Vide, *Emphyteusis* ☞ *quando competat per ius accrescendi, vel non. Concl. 176.* † Pacta omnia 4
caducitatum, seu non caducitatum, etiam ob iniurias, vel aliud, valent in emphyteusi. Socin. *cons. 167. n. 13. lib. 2.* & ideo valet pactum, & seruandum est, quod emphyteuta cadat etiam ante tempus statutum à iure, si non soluat. Castr. *cons. 68. In casu. lib. 2.* sicuti valet in casu contrario, quod non cadat, sed canon duplicetur. Fulgos. *cons. 7. in princ. & n. 5.* Vide, *Emphyteutica pacta valent, &* ☞ *seruanda sunt. Concl. 154.* † Extende in casu conuerso; quia valet pac- 5
tum cõcessionis Ecclesiæ in emphyteusim, quod non cadat per non solutionem intra quinquennium, in quo possit mora purgare. Bart. *cons. 161. Proponitur, quod Syndicus. in pr lib. 1.* quod est Bar. Ang. de Amelia, Francisci Abbatis Saxomi, & Thomę de Eugub. † Idem in pacto circa melioramenta, quod deuoluantur finita li- 6
nea, licet contrarium sit de iure. Bart. *in l. tubemus. § fin. C. de sacros. Eccles.* Ias. *in l. 2. nu. 28. C. de iur. emphyt.* Menoch. *de recuper. remed. 15. n. 504.* † Alia est, quæ non habet ius accrescendi, quando à prin- 7
cipio est concessa pluribus, & non est dictum, quod inter eos sit ius accrescendi Bald. *d. cons. 431. n. 2. ver. quandoque emphyteusis. lib. 2.* quod duplicatur *cons. 280. lib. 3.* † Alia est concessio confirmato- 8
ria, vel suppletiua, quæ nititur ex prima concessione, veluti si facta est concessio in emphyteusim, vel feudum valida, & deinde canon suppleatur, vel augeatur; ista non est noua concessio, neque facit recedere à prima, sed potius confirmat primam. Alex. *consil. 79. Circa primum. num. 8. vers. circa septimum. lib. 1.* Vide, *Alie-* ☞ *natio bonorum Ecclesiæ solitorum alienari quando valeat. Concluſ. 277.*
† Alia requirit duas qualitates succedentium, vt sint filii, & hæ- 9
redes; & ista transit ad posteros, quatenus sint hæredes, alias non. Bald. *d. cons. 431. n. 2. ver. quædam requirit duas. lib. 2.* † Et hanc appel- 10
lat Clar. mixtam *in d. § emphyteusis. q. 16. col. 1. versic. mixta est.* † Alia 11
est, quæ requirit vnam qualitatem, quod succedens sit filius, vel descendens; & tunc non nocet, etiam si renunciasset hæreditati paternæ. Bald. *d cons. 431. n. 2. vers. quædam requirit vnam. lib. 2.* & talis est emphyteusis recepta simpliciter vsque ad tertiam generationem. Bald. *consil. 421. Quidam recepit. lib. 4.* † Et ideo nullo mo- 12
do potest dici hæreditaria; quia de hæredibus non fit mentio. Clar. *d. § emphyteusis. quæst. 16. col. 1. circa fin. vers. emphyteusis non hæreditaria.* † Alia est hæreditaria absolute, alia hæreditaria secundum 13
quid, alia non hæreditaria. † Alia est emphyteusis hæreditaria 14
distributiue, alia hæreditaria demõstratiue; prima vadit pro partibus hæreditariis distributis, alia pro partibus hæredum pro virili. Bald. *d. cons. 431. n. 3. ver. tertio est præmittendum. lib. 2.* † Hæredi- 15
taria absolute est, quando acquirens stipulatus est pro se, & hæredibus & successoribus quibuscunque, vel pro se, & quibus dederit, vel etiam pro se, & hæredibus, quando est recepta à priuato. Clar. *in § emphyteusis. q. 16. in princ.* vbi, quod differt à recepta à priuato à feudo; quia recepta pro se, & hæredibus intelligitur de extraneis, in feudo intelligitur de descendentibus. † Alia est pro- 16
pria, alia impropria; propria est, quando modica pensio soluitur in recognitionem dominii; alia impropria, quando soluitur pensio correspectiua ad fructus, & ista est locatio proprie, quæ non habet naturam emphyteusis, ideo transit ad hæredes extraneos, etiam si sit ecclesiastica. Ruin. *cons. 161. Præmittendum est per totum. lib. 1.* allegat Aret. *cons. 55.* plenius Clar. *in § emphyteusis. quæst. 1. n. 5. vers. & aduerte.* vbi dicit * communem. citat Natta *cons. 49. num. 7.* * *
& Cagnol. *in l. 1. num. 202. C. de rescind. vendit.* vbi de * communi. * *
† Extende, vt licet emphyteusis sit perpetua; tamen si fiat ad mo- 17
dicum tempus pro modico canone, regulatur vt emphyteusis, non vt locatio. Florian. de S. Petro *consil. 1. num. 13. & 14.* † Diffe- 18
runt autem in multis locatio perpetua & emphyteusis, vide plures differentias per Bald. *in l. 1. in princip. C. de iure emphyt.* Natt *cons. 49. num. 31. & seq. & cons. 114. per tot.* † Canon competens est men- 19
sura fructuum diminuta sexta parte. Alexand. *d. consil. 79. Circa primum. num. 6. vers. circa quintum. lib. 1.* vbi, quod non procedit in 20
feudo. † Alia est emphyteusis, cui accedunt generaliter meliora- 21
menta. † Impropriè emphyteusis dicitur, quando quis venderet rem valentem mille pro 300. & postea recipit in emphyteusim ab emptore eandem rem, puta pro scutis quindecim cum pactis caducitatis; quia si cadat, non perdit, nisi pro rata 300. & non vltra, etiam si pactum sit contrarium, & iuratum. Afflict. *decis. 80.*
† Alia vero est emphyteusis consistens in fundo, cui ædificium 22
non

tionis accedit, sed est liberum emphyteutæ, quod potest esse ex pacto, vel consuetudine, aut ex solutionibus factis præcise de emphyteusi consistente in solo fundo, super quo soluens habet ædificium. Bald. *cons.70. Super solo emphyteutico. lib.4.* † Alia est emphyteusis habés in se pacta fidelitatis, & iura feudalia, prout in simili dicimus de emptione, quæ habet pacta locationis. *l.1.§ si rē. ff. de post.* Bartol. *d. cons.161. Proponitur, in princip. & per tot. lib.1.* quod est Bartol. Angel. de Amelia. Fran. Abbat. Saximi, & Thomæ de Eugubio, vbi loquuntur in cōcessione castri facta in emphyteusim, quando inuestitus postea iurauit fidelitatē inuestienti; quia licet videatur emphyteusis, & etiam feudum, erit emphyteusis cum pactis feudalibus. † Alia est emphyteusis, quæ fit per concessionem feudalem; quia licet in feudo attendatur amor, & iuramentum fidelitatis, ita vt læsio non possit allegari; tamen secus est, quando pro feudo soluitur canon, vel annua pensio; quia alteratur natura feudi, & est concessio emphyteutica. Alexand. *consil.136. num.3. lib.1. & consil.14. num.8. lib.2.* † Contrarium, quod imo dicatur feudum etiam si iuramentum sit præstitum tanquam de natura feudi; quia pensio licet alteret feudum; non tamen facit desinere esse feudum. Alexand. *d. cons.79. Circa primum n.7. lib.4. & cons.9. num.8. & 9. lib.5.* sequitur Alber. Brun. *cons.41. inter consilia feuda. num.1. & nu.4.* † Alia est emphyteusis concessa per Ecclesiam communitati, & per communitatem distributa in singulares personas; & ista est eius natura, quod deuolutio ob non solutionē factam communitati non habet locum ad fauorē communitatis, sed ad fauorem Ecclesiæ. Bal. *cons.503. Quod est vltimum, circa fi. lib.5.* † Alia est, quæ fit per emptionem bonorum, quæ illico conceduntur venditori in emphyteusim, super qua iudicatū fuit alias Florentiæ, & dictum, quod si bona talia reperiuntur penes filios emphyteutæ, qui non sint illius hæredes, vel penes tertiū, quod ad hoc, vt dominus possit obtinere, debet probare dominium vel quasi bonorū venditorū; quia solus titulus vēditionis nō probat. *l. eum, qui. §. fi. ff. de publ.* Bald. *cōs.20. Super primo. lib.5.* Alex. *cons.182. Viso processu causæ. col.2. lib.7.* Iatius Soc. *cons.56. Viso processu agitato, in princ. lib.4.* † Alia est emphyteusis, quæ fit dato pretio in principio tempore inuestituræ, vt per Fulg. *d. cons.7. Iam pluribus annis. n.3. & 4.* & quandoq; emphyteusim tale initiū habere dicit Cuman. *cons.57. n.4.* Alex. *cons.112. Videtur in præsenti consultatione, n.3. vers. sexto quia. lib.1.* vbi, quod proprie ista est emphyteusis. Natt. *cons.49. n.29. ver. non obstat. quod proprie.* Anch. *cons.443.* quod est vltimum. *n.11. & 12. ver. modo veniamus,* quod est sex Doctorum, & communem* dicit Dec. *in c. in præsentia. n.48. de probat.* † Contrarium, quod non sit necessarium soluere aliquid à principio. Natt. *d. cons.49. n.17. ver. tertio idem ostenditur,* vbi, quod potiores Doct. hoc nō tenent, quod sit necessaria solutio à principio, licet fieret; imo ista est opinio Bartoli* communis, & à consuetudine recepta communiter, à qua non est recedendum, Clar. *in §. emphyteusis. q.3.* † Declara, q. non est necesse, quod aliquid detur ab initio. Alex. *cons.117. Viso processu in fi. n.13. ver. nec ad essentiam. lib.4.* vbi dicit* communem, & Clar. *d. quæst.3.* † Declara; quia ad essentiam emphyteusis non requiritur, quod soluatur aliquid à principio, sed bene talis solutio si fiat, operatur, quod talis emphyteusis non potest dici concessa titulo lucratiuo, & non est gratia, prout bene est gratia, & habet titulum lucratiuum, quādo est concessa pro modica pensione in recognitionem dominii, & nullum pretium domino fuit solutū. Alex. *cons.7. Attentis, in princ. maxime n.5. ver. fortificantur prædicta. lib.7.* † Alia est emphyteusis, quæ fit ex cōcessione rei sterilis à principio ad meliorandum pro modica pensione, & propterea emphyteusis Græce significat Latine meliorationem. Fulgos. *cons.9. Abbas Monasterii, circa fi. ver. ad l. ad domus, vsque in fi.* Alex. *cons.112. col. fi. ver. vel aliter. lib.1.* & ista etiā est proprie emphyteusis; quia cum à principio datur res sterilis pro modica pensione, & aliqua pecunia, erat dubium, an esset venditio, vel locatio, & fuit inducta tertia species, videlicet emphyteusis. Natt. *d. cons.49. num.29. ver. non obstat, quod proprie.* Anch. *cons. fi. n.11. & seq. in 5. dubio.* † Et licet modica solutio fiat, etiam si vnico nummo; tamen non habet locū rescissio ex læsione, si interueniat longissimum & immemorabile tēpus, vel si est facta renouatio in vim trāsactionis. Anch. *d. cons. fi. n.11. & seq. ver. modo veniamus,* quod est subscriptum à sex Doctoribus, vbi, quod consuetudo approbat hanc opinionem, & Castr. *cons.386. Factum sic se habet, per totum lib.2.* Vide, *Læsio vltra dimidiam habet locū in omnibus cōtractibus, & in rebus. Concl.293.* † Alia est emphyteusis, quę fit perpetua, & ista est, quæ transit ad quoscunque, quæ etiam dicitur hæreditaria secundum aliquos; secundum vero alios considerantur verba, pro quo vide Clar. *in d. §. emphyteusis. q.28. n.3. in fi. cum seq. ver. quarto modo,* vbi cō. dituit plures casus, quos videas. † Dicitur etiam perpetua facta ad modicū tempus cum pacto renouandi de quinquennio in quinquennium, vel aliud tempus pro se & hæredibus Alex. *cōs.165. in princip. & per tot. lib.1.* Vide, *Emphyteusis perpetua ad quos transeat. Concl.164.* † Alia temporalis ad certam generationem, prout Ecclesiastica, & ista nō potest fieri cū pacto, quod finita tertia generatione transeat ad quartam & quintam. Alex. *d. cons.165. in princip. lib.2.* † Et ista si est ad tertiam & quartam generationem, clarum est, quod nō potest transire ad extraneos. Clar. *d. §. emphyteusis. q.28. n.2. ver. secundo modo.* † Alia est vsq; ad certum limitatum tempus, puta 29. vel 30. annorum, & ista pro illo tempore transit ad quoscunque. Clar. *d. §. emphyteusis. quæst.28. num.3. ver. tertio modo,* vbi in ecclesiastica dubitat. † Alia temporalis desinita, prout de 29. annis in 29. annos renouanda. Ang. *cons.184. Ex forma & serie. n.2. in fi. v. superest vt videamus.* vbi de natura istius emphyteusis, vt emphyteuta habeat nudam personalem, vt renouetur, & si fiat alteri, ille nouiter inuestitus præfertur; sed tamen inuestiens tenetur ad interesse, & idem tenet *cons.311. In themate prædicto, per tot.* maxime *ver. super tertio, vsque in fi.* & communiter fit renouatio de 29. in 29. annos. Io. de Anan. *cons.90. in fi.* † Fit tamen etiam de centum annis in centum annos, vel de sexaginta annis in sexaginta annos renouanda. Anchar. *cons.443.* quod est vlt. *n.2. in fin. ver. quarto potest dubitari, & n.10.* † Imo, etiam si fiat renouanda de decem in decem annos, est emphyteusis. Alexand. *cons.117. Viso. n.12. vers. nec obstat. lib.4.* † Et de ista emphyteusi ad renouandum, quod sit liuellus, & appelletur liuellus, & non emphyteusis, licet confundantur etiam ista vocabula. Angel. *d. cons.184. n.3. vsque in fi.* Vide, *Liuellarij qui dicantur, & quid sit liuellus. Concl.399.* † Declara vt procedat, quando nihil à principio est solutum pro locatione, alias secus, quia si aliquid esset solutū, esset emphyteusis, Fulg. *consil.7. nu.3. & 4.* Anchar. *consil. fin. n.11. & seq.* † Vide tamen Cuman. *consil.57. num.4.* vbi, quod in emphyteusi quandoque datur à principio magnum pretiū, postea soluitur quid modicum annuum. † Alia est emphyteusis per æquiparationem, prout locatio ad longum tempus, veluti locatio facta pro certa pensione, donec soluerit, de qua Fulgos. *cons.240. per totum.* & tunc procedit, quando ab initio in locatione aliquid est solutum, vt ibi; alias secus; quia esset liuellus, si nihil esset solutum. Fulgos. *d. consil.7. n.3. & 4.* Anch. *d. cons.443. n.10.* † Alia est emphyteusis, quæ fit iure puræ & simplicis locationis, & illa verba operantur solum, quod emphyteuta nō habet dominium, neq; possessionem, sed nudam detentationē, prout conductor simplex, licet quoad alia fiat renouatio, & sequatur natura emphyteusis. Io. de Imo. *cōs.68. per tot.* vbi loquitur in inuestitura facta ad 9. annos iure puræ & meræ locationis, in qua aliquid est solutum in inuestitura vltra pensionem. † Differentia, quæ est inter emphyteusim & simplicem locationem, est, quia in locatione pensio debet esse in pecunia, in emphyteusi vero potest consistere in pecunia, & in specie, seu alia re. Alex. *d. cōs.117. Viso processu, in fi. n.14. ver. accedit prædictis. lib.4.* † Alia; quia in emphyteusi pensio est pro recognitione dominii, non vt correspondeat fructibus, in locatione simplici, vt correspondeat fructibus, vt supra Clar. *d. §. emphyteusis q.1. n.5.* † Alia est emphyteusis promiscua, veluti si in contractu fit mentio promiscue de emphyteusi, locatione, vel contractu liuellario; quia isto casu pacta declarant potius, quam denominatio contractus. Clar. in *d. §. emphyteusis. quæst.1. in fi. n.6. ver. vnū scias.* † Alia emphyteusis, quæ modicum quid soluit, alias, pro qua soluitur pensio correspōdens fructibus; & ista, quæ habet pēsionem correspondentem fructibus, est potius quædā locatio. Rim. 2. Iun. *cons.160. n.10. lib.2.* vbi idem, quando quasi correspondet, & quod æquiparetur potius simplici locationi, etiam si sit ad longum tempus, quam emphyteusi, quando pensio correspondet fructibus, secus, si modica. Ruin. *cons.77. n.7. lib.1.* plenius Rol. à Vall. *consil.96. n.24. & seq. lib.1.* Alex. *consil 112. Videtur in præsenti. per tot. lib.1.* & hanc communem* dicit Clar. in *§. emphyteusis. quæst.1. n.5.* Ruin. *consil.157. num.23. lib.1.* Aretin. *cons.55.* Bologn. *consil.54. n.5.* Ruin. *consil.161. num.23. lib.1.* † Et in dubio præsumitur correspōdens fructibus, & dicenti contrarium incumbit onus probandi. Ruin. *d. cons.157. num.23. lib.1.* plenius. *d. consil.161. num.25. eod. lib.1.* † Extende; quia in tantum præponderat hæc coniectura, quod pensio sit correspectiua fructibus ad inducēdam locationem, etiam si sit dictum, in emphyteusim, vt superet omnes alias coniecturas, & pacta. Aret. *cons.55. circa fi. vers. secūdo respondemus,* sequitur Bologn. *d. cons.54. n.5. ver. ex quibus omnibus,* vbi, q. est maior & potentior coniectura cæteris omnibus contrariis. † Et quando promiscue est facta mentio de emphyteusi & locatione, erit locatio, si pensio correspondet fructibus, communem* dicit Bellon. *cōs.* * *21. num.5.* Iul. Clar. *in d. §. emphyteusis. q.1. in fin.* vbi de* communi, &

quando

quãdo fuit dictum, quod conducebat in emphyteusim, quod sit
54 locatio perpetua Ruin. *cons.*107. *Superfluum est, in fin.* † E conuerso locatio facta ad longum tempus pro modica pensione iudicatur
* emphyteusis. Natta *cons.*49. & communẽ * dicit Clar. *d.* §. *emphyteusis, q.*1. *n.* 5. † Item locatio ad modicum tempus licet non possit
55 esse emphyteusis; si tamen est pro modica pensione, iudicatur, prout emphyteusis, vt non repetat melioramenta. Flor. à S. Pet.
56 *cons.*1. *n.*13. *&* 14. † Contrariũ tenet Natt. *d. cons.*49 *per tot.* vbi multa argumẽta adducit. † Declara; quia in dubio erit locatio, si cor-
57 respõderet fructib. pensio, si modica, erit emphyteusis, sed si dictũ sit, in emphyteusim, & pensio pro canone; tunc est emphyteusis, licet respõdeat fructibus. Gab. *cons.*84. *n.*9. *& seq. lib.*2. *ver. nec refert.*
58 † Proprie autẽ emphyteusis est melioratio, & sic datur res in emphyteusim, vt melioretur. Cor. *cons.*146. *n.*9. *lib.*2. & verbum emphyteusis venit ab emponemate, q̃ est melioratio, vel à verbo græco emphyteuo, quod est planto, insero, & germina pono, late
59 Nat. *d. cons.*49. *n.*6. † Et est tertia species cõtractus; quia nõ est emptio, neq; venditio, neq; locatio, imo est contractus stricti iuris. Castr. *cons.*386. *Factum sic se habet. lib.*2. vbi, q̃ antiquitus emphyteusis erat locatio etiam ad modicum tempus, sed Zeno Impera-
60 tor fecit, quod esset tertia species. † Alia est emphyteusis, quæ secundo loco fit per primum emphyteutam de licentia domini; & huius est natura, quod fr canon solui debet primo domino, & nõ primo emphyteutæ, ipse primus emphyteuta non habet aliquod dominium, neq; aliquam possessionem, & non debet requiri in aliquo, si secundus velit alienare; si vero primus emphyteuta sibi solui voluit canonem; tunc retinet vtile dominium, & sine eo nõ
61 potest alienari, late Ruin. *cõs.*168. *n.*5. *& seq* maxime *n.*11. *& seq. lib.*1. † Imo Alex. *cons.*165. *Visis duobus*, videtur tenere, quod quando primus emphyteuta concedit alteri, nullum retinet dominium pe-
62 nes se. *n.*3. *ver. sed ita est. lib.*2. Vide, *Feudum subinfeudatum ad quem reuertatur, & deuoluatur. Concl.*191. †. Alia est emphyteusis, seu locatio, quæ fit de agro sterili, vt reducatur ad culturã, & facta reductione, licet sit tẽporalis, debet perpetua fieri; & si perpetua propter finitam generationem debet renouari etiam non aucto canone, quando erat perpetua, & seu quando à principio plus non
63 merebatur. Ruin. *cõs.*115. *in primis videtur. lib.*1. *n.*3. *& seq.* Ioan. de Imol. *cons.*68. *v. in contrariũ.* Castr. plene *cõs.*142. & plenius *cons.*260. *& cons.*387. *lib.*2. vbi plura adducit. Vide, *Locare quando teneatur dominus antiquo conductori. Conclus.*422. † Extende, etiam si esset facta
64 inuestitura talium bonorum sterilium ad nouẽ annos iure puræ & meræ locationis; quia ad huc debet renouari ea finita. Io. de Imol. *d. cons.*68. Castr. *d. cons.*260. *& cons.*142. *lib.*2 †. Alia est emphyteusis etiã propria, quæ fit pro canone, & responsione eius, quod
65 res concessa fructificat diminuta sexta parte. Alexand. *d. cõs.*112. *n.*2. *lib.*1. † Declara; quia licet res Ecclesiæ nõ possit concedi in emphyteusim, cum diminutione vltra sextam partem; tamen nõ sequitur, quod debeat semper diminui sexta pars, sed est quædam
66 permissio, non necessitas. Nat. *d. cons.*49. *n.*27. *ver. superest modo.* † In dubio emphyteusis præsumitur facta in vtilitatem Ecclesiæ; ideo
67 qui allegat contrariũ, probet. Alex. *cons.*79. *n.*7. *ver. fortificatur, quia lib.*1. † Alia est emphyteusis noua, quæ est, quando habet originem in persona emphyteutæ, qui vult de ea disponere. Clar. *d.* §.
68 *emphyt. q.*16. *in princ.* † Alia est antiqua, quãdo habet originem ab aliquo ascendente. Clar. *d.* §. *emphyteusis. q.*16. *in princ.*

Emphyteusis de substantia requirit scripturã, & inuestituram, & quomodo. Concl. 148.

1 EMPHYTEVTICVS † contractus de substãtia probationis debet fieri in scriptis, quia requirit scripturam. *l.*1. *C. de iur. emphyt.* Bald. *cons.*106. *Columbinus dedu. n.*2. *ver. certũ est. lib.*1. *& cons.*220
* *Proponitur, quod A. lib.*1. & communem * dicit Soc. *cons.*167. *Non inu-*
* *tilis. n.*8. *lib.*2. & magis * communem dicit Rimin. Iun. *cons.*22. *num.*
10. *lib.*1. gloss. *c.*1. *de censib. lib.*6. Ias. & alii *in d. l.*1. *col.*13. *num.*61. *ver. contrariam partem. C. de iur. emphyt.* pleniss. Crau. *cõs.*280. *in princ.*
Alex. *cons.*136. *Viso & examinato. n.*5. *ver. præterea lib.*1. idem Alex. *cons.*
* 112. *Videtur. in fi. lib.*1. *& cons.*50. *n.*4. *lib.*5. vbi dicit * communem, *&*
*n.*5. quod à communi non receditur, licet Doct. aliqui dicant nõ
seruari de consuetudine, nisi consuetudo probetur, & hanc com-
*2 munem * dicit Clar. *in* §. *emphyteusis, q.*4 vt citat plures. † Et ideo
3 nõ potest probari per testes. Alex. *cons.*94. *Repetitus in causa, in prin. lib.*7. † Contrarium, quod emphyteusis non requirat scripturam,
tenet apostill. ad Alex. *d. cons.*136. *n*8. *lib.*1. *in ver. scripturam.* & itetum ad *cons. Alex.*50. *n.*4. *lib.*5. *in ver. scripturam*, & fuit opinio Bart.
4 *in d. l.*1. *n.*6. *C. de iur. emph.* vbi Ang. *n.*3. † Dubitatiue loquitur Alex.
5 *cons.*17. *n.*12. *lib.*3. † Declara; quia de consuetudine non seruatur, q̃ scriptura sit necessaria, vide Clar. *d.* §. *emphyteusis. q.*4. *circa fin.* vbi, quod si non constat de consuetudine, scriptura est necessaria; si constat de consuetudine, illa debet seruari. † In aliquibus locis 6
nõ seruari, quod scriptura sit necessaria, idem Alex. *d. cons.*136. *n.*8. *lib.*1. *vers. licet secundum aliquos.* † Amplia; quia sicuti emphyteusis 7
requirit scripturam; ita etiam solutio facta per emphyteutam requirit scripturam; quia eadem solemnitas requiritur in distractu, 8
quæ requiritur in contractu. Bald. *cons.*220. *lib.*1. † Extende, vt idẽ sit, q̃ prohibita probatione per testes circa emphyteusim prohibetur etiam probatio possessionis percipiendi canonem emphyteusis. Alex. *cõs.*94. *n.*2. *ver. præterea si lex. lib.*7. † Contrarium ibi te- 9
ner apostil. ad Alex. *d. cons.*94. *n.*2. *in ver. prohibet. lib.*7. † Amplia, vt 10
,,cedat in renouatione; ideo si cecidit emphyteuta, licet dominus patiatur eum continuare; non tamen inducitur noua inuestitura; quia scriptura requiritur. Soc. *d. cons.*167. *n.*8. *& seq. li.*2. † Ex- 11
tende, vt idem sit in renouatione; quia si simpliciter sit conuentum, q̃ fiat renouatio de 29. in 29. annos, intelligitur in scriptis, ita
Bero. *cons.*116. *n.*7. *lib.*1. † Contra hanc extensionem, quod imo 12
si in scriptis non est conuentum, non requiratur necessario scriptura; quia per solam solutionem factã censetur remissa caducitas. Vide *emphyteuta euitat caducitatẽ, &c. Concl.*193. *n.*23. *ver. amplia.* ✠
† Amplia; quia etiam requirit inuestituram de substantia perfi- 13
ciendi contractum emphyteuticum, *l. fin. C. de iur. emphyt.* Bald. *cons.*116. *n.*2. *ver. item non interuenit. li.*1. † Amplia; quia in probanda 14
emphyteusi requiritur scriptura; ideo per testes non probaretur, infr. *n.*16. Vide, *emphyteusis quomodo, & qualiter probetur. Concl.*188. † ✠
Limita; quia licet sit magis cõmunis * opinio, quod emphyteusis 15 *
requirit scripturam; tamen de cõsuetudine seruatur contrariũ, ita
Riminal. Iun. *cons.*22. *n.*10. *lib.*1. Soc. *d. cons.*167. *n.*8. *lib.*2. Fulgos. & alii *in d. l.*1. *C. de iur. emphyt.* vbi Ias. *num.*62. dicit sibi multum placere *in ver. non omitto tamen.* & de hac consuetudine attestantur Specul. *tit. de locatio* §. *nunc aliqua.* Bar. *in d. l.*1. vbi etiam Angel. & Ias. *n.*61. *C. de iur. emphyt.* vbi dicit, quod Doctori attestanti de hac cõsuetudine credendum est, iuxta doctrin. Bart. *in l. de quibus. ff. de legib.* & hanc consuetudinem etiam attestatur Socin. *cons.*169. *col. penult. lib.*2. plene Roman. *consil.*103. *Viso. num.*6. *ver. nec obstat.* † Ex- 16
tende; quia consequenter potest emphyteusis probari per testes, famam, libros Ecclesiæ & alia documenta. Rom. *cons.*127. *Posito, quod dominum, per totum.* Curt. Sen. *cons.*25. *in prim. dub.* Vide, supra
*n.*14. † Declara; quia à communi non receditur, nisi consuetudo 17
loci specifice probetur. Alex. *d. cõs.*50. *n.*5. *lib.*5. † Limita; quia licet 18
requiratur scriptura & inuestitura in contractu emphyteutico; si tamen probantur solutiones in scriptis factæ, probatur etiã emphyteusis & inuestitura; quia scriptura, quæ probat consequens, probat etiã necessariũ antecedens. Bald. *d. cons.*116. *n.*2. *ver. respõde ad primum, lib.*1. vbi, q̃ patientia habetur pro inuestitura, & præsumptio habetur pro scriptura. Riminal. Iun. *d. cons.*22. *n.*9. *& seq. lib.*1. † Extẽde; quia probatur emphyteusis & liuellus per solutio- 19
nes, & libros solutionum, famam, & alias coniecturas. Fulgos. *cõs.*227. *in fi.* † Limita, quando longo tempore probantur factæ solu- 20
tiones; quia præsumptio legis habetur pro scriptura. Bald. *d. cons.*116. *n.*2. *ver. præterea præsumptio legis. li.*1. *& cons.*177. *Ad euidentiam. n.*4. *ver. oportet tamen. lib.*3. & q̃ longum tempus, quo quis possedit & soluit, vt emphyteuta, probet emphyteusim, licet non constet de instrumento. Bald. in *l. qui in alienã, in pr. ver. sed & si non adierit. ff. de acq. her.* vbi Ang. Imo. Alex. & Ias. & idem Ias. in *l. si certis annis. col.*3. *C. de pact. ver.*4. *facit.* vbi etiam Dec. *col. pen.* Felin. in *c. sicut. col.*15. *in fi. & in c. cum Bertoldus, ver. adde etiam istis, de re iudic.* Alexand. *cons.*79. *Circa primum, de quo quæritur, colum.*3. *lib.*1. *& cons.*124. *Super primo quæsito. eod. lib. & cons.*113. *Viso & diligenter considerato, col. si ver. vnde in proposito, li.*4. Rom. *cons.*127. *Posito, quod Dominicus, col.*1. Abb. *cons.*74. *Duo principalia. in* 1. *dubio, lib.*1. Dec. *cons.*146. *Et pro tenui, col.*
2. *vers. & cum pro tali linea.* † Contrarium, quod scriptura non præ- 21
sumatur interuenisse ex lapsu tẽporis; quia licet solemnitas præsumatur, illud est, quando apparet actus idem; tunc. n. p̃sumitur sumatur, illud est, quando apparet actus idem; tunc. n. p̃sumitur solennitas, quia posito actu tanquã consequẽti necessario ponitur solemnitas, quæ est antecedens; secus si agatur de substantia actus; quia nunquã præsumitur, & scriptura est de substantia emphyteusis. Alex. *d. consil*50. *In causa, & lite. num.*5. *& seq. ver. non obstat prædictis.* vbi dat exempla de instrumento enunciante aliquid contra tertium, vt nũquam præiudicet tertio ex lapsu temporis, & ibi Apostilla in *ver. substantia*, allegat Dec. *cons.*442. *n.*12. & alia similia. † Declara tamen dictas limitationes, vt proce- 22
dant, quando solutio est facta tanquam ab emphyteuta; secus si simpliciter; quia solutio fructuum correspectiua potius inducit præsumptionẽ simplicis locationis, quam emphyteusis. Bald. *d. cons.*116. *n*3. *ver. in cõtrariũ, lib.*1. Vide, *Emphyteusis quomodo, & quali-* ✠
ter

vt probetur. *Conclus.*188. Vide Masc. *Conclus.*337. *Concessio in emphyteusin, vel feudum.* vbi, quod in priuato pro 30. in Ecclesia pro 40. annis. † Contra limitationes videtur facere Bero. *cons.*116. *nu.*7. *lib.*1. vbi, quod renouatio nō potest dici facta ex receptione canonis, quando debuit renouari ex pacto, puta de quinquennio in quinquennium, vel aliud tempus; quia intelligitur formiter intercedente scriptura, secus, quando cecidit ob canonem nō solutum; quia recipiendo bene censetur renouata, licet scriptura non interuenerit. Vide, *Emphyteuta cum pacto renouandi quando cadat, si non renouat*, maxime *n.*2. *ver. Amplia*, vbi, quod imo etiam stante pacto expresso de renouando inducitur renouatio per receptionem canonis scienter factam. † Quod tempus dicatur longum, vel antiquum in hac materia, aliqui volunt requiri 10. vel 40. annorum tempus Iaf. *in l* 1. *n* 64. *C. de iur. emphyt.* Vide, *Tempus modicum quando dicatur, & quando longum. Concl.*37. † Alii, quod sufficiat tempus 10. annorum. Bald. *in l.*1. *col.*3. *C. de fideicom.* Ant. de Butr. *in c. peruenit, de censib.* Felin. *in c. cum Bertold. de re iudic.* Iaf. *in l. si certis annis. col.*3. *ver. quarto facit. C. de pact.* vbi etiam Dec. *col.*pen. Alex. *cons.*113. *col.*fin. *lib.*4. † Declaratur; quia respectu terrae requiruntur 30. vel 40. anni, sed respectu soluentis sufficiunt decem anni, vt distinguit Balb. post alios, quos citat *in tract. de præscript. in* 1. *part.*3. *part. principal. q.*10. *nu.*36. *ver. vel dic, quod aut loquitur respectu soluentis.* & hanc distinctionem etiam videtur amplecti Curt. Sen. *cons.*76 *Super motiuis editis, col.*2. *n.*3. † Declarat Alex. alio modo, qui fuit sibi contrarius in hac materia; quia *cons.* 113. *lib.*1. vult, quod requiratur tempus 30. vel 40. annorum. & *d. cons.*113. *n.*11. *lib.*4. dicit, quod sufficiūt 10. anni, & ibi tollit cōtraria; quia si constat non interuenisse inuestituram, requirantur 30. anni, & contra Ecclesiam 40. Sed si est dubium, an interuenerit inuestitura, & soluens dicat, quod sic, & ad probandam inuestituram docet de solutione 10. annorum sciente domino; & tunc sufficiūt decem anni; secus si non ad hunc finem & plures ad hoc citat Masc. *d. Conclus.*337. *Concess. in emphyteusin, n.*2. *ver. & quanquam.* quia si allegatur titulus, sufficiunt decem anni, & quando eo nomine possedit, vt ibi in fin. *n.*3. *ver. limitatur.* Vide, *Seruitutes aliqua dicitur continua, aliqua discontinua. Conclus.*224. *n.*6. *& seq.* † Limita, quando ope præscriptionis probaretur emphyteusis. Curt. Sen. *cons.*25. *in* 1. *dubio.* Iaf. *in l.*2. *ver. sum modo. C. de iur. emph.* plene Crau. *cons.*380. *n.*16. † Limita, quando pars confitetur emphyteusin; quia confessio sufficit. Crau. *d. cons.*380. *nu.*17. † Limita, quando essent facta proclamata, & aliquæ inuestituræ exhiberentur. Crau. *d. cons.*380. *n.*15. *ver. neque mouet.* Vide, *Contractus quando requirat scripturam, vel non. Concl.*992. † Limita, quando esset deperditū instrumentum; quia tunc probata perditione potest probari per testes. Iaf. *in l.*1. *nu.*63 *C. de iure emphyt.* Vide Masc. *Conclus.*604. *emphyteusis an probetur per testes.* Vide plenissime per eundem Masc. *Conclus.*602. *Emphyteusis an probetur per scripturam.*

Emphyteuta dicitur habere dominium vtile, & quale. Concl.149.

EMPHYTEVTA † dicitur habere dominiū vtile in re emphyteutica adinstar superficiarii, quod potest in alium trāsferri. Bart. *in l. si quis vi.* §. *differre. n.*6. *ff. de acq. poss. & in l. ex asse, n.*3. *& ff. ad Trebell.* Aret. *in* §. *adeo n.*6. *Inst. locat.* quem text. in sui proposito allegat Bald. *cons.*160. *Quæritur, vt non emphyteuta, ver. considera. quod aut loquimur, lib.*3. Iaf. *in l.*2. *C. de iur. emphyt. n.*151. Socin. *cons.*256. *Si in præsenti consultatione, col.*1. *vers. sed præmissis non obstantibus. lib.*2. Specul. *in tit. locat. vers. nunc aliqua, n.*151. † Declara tamen, quod potest, transferri de consensu Domini, alias secus. Vide infra, *Emphyteuta non potest vendere emphyteusin sine consensu Domini.* Cōcl.207. † Amplia; quia emphyteuta dicitur conductor perpetuus, vt probatur *Instit. locat.* §. *adeo.* conductor autem perpetuus habet vtile dominium, & recognoscit locatorem in directum dominum, *l.*1. *ff. si ager vectig. vel emphyt. & in l.*1. §. *quod autem. ff. de superfic.* Clar. *in* §. *emphyteusis. q.*1. *n.*2. *ver. contractus autem*, vbi dicit communem. † Et quod habeat vtile dominium, est text. *in l. possessori. C. de fund. patrim. lib.*11. vbi Bart. & Bald. *in rubr. C. de iur. emphyt.* quod procedit pro ea rata, quæ ad se spectat, vt ibi; Ideo debet habere fructus pro illa rata; quia vsufructuario æquiparatur. Gl. *in l.*1. *C. de iur. emphyt.* Vide, *Emphyteuta & vsufructuarius æquiparantur. Conclus.*218. † Extende; quia sicuti ratione vtilis dominii debet sentire commodū, & habere fructus; ita etiam debet sentire incommoda, & soluere onera. *l. secundum naturam. ff. de reg. iur. cap. qui sentit. eod. tit. in* 6. Vide, *Emphyteuta tenetur ad onera realia, non autem dominus. Conclus.*151. † Limita; quia hoc dominiū vtile, sicuti neque directum, non acquiritur per solam inuestituram, sed requiritur traditio actualis. Corn. *cons.*237. *In hac consultatione, ver. ius tamen non obstantib. lib.*1. *& cons.*137. *In præsenti, num.*24. *lib.*2. Vide, *Dominium vtile qualiter transferatur. Concl.*668.

Emphyteusis quando comprehendat, vel non ædificatum super emphyteusi. Conclus.150.

EMPHYTEVSIS † concessa consistens in fundo operatur, quod ædificatū super fundo accedit ipsi emphyteusi. Bald. *cons.*234. *Diuisio à principio, in fin. lib.*4. Gerard. Mazol. *cons.*80. *n.*3. *& seq.* plene Ant. de Butr. *cons.*23. *n.*4. *ver. nec obstat.* † Amplia, vt procedat, etiamsi sit dictum in inuestitura; *concedimus & confirmamus solum in emphyteusin, & ædificatum proprium*; quia ista verba denotant, quod omnia sunt emphyteutica, & cadunt in deuolutionem; sed tamen declarant, quod ædificatum fuit factum ab inuestito, non autem ab Ecclesia. Bart. *in l.*1. §. 1. *ver. sunt hic quædam. ff. de superfic.* † Contrarium tenet Bald. *cons.*134. *Quidam emit. lib.*5. *in fin. ver. si etiam quis vellet*, vbi, quod imo pactum contrarium naturæ contractus alterat contractum. Iaf. *in l* 1. *n.*46. & 47. *C. de iur. emphyt.* † Declara; quia quando maxime quis emit ædificatum primo loco ab vno tanquam liberum, & postea de fundo solo fuit inuestitus, dicitur dominus ædificati, ita Bald. *d. cons.*134. *per tot. lib.*5. vbi, quod bene tenetur secuta deuolutione asportare ædificatum, vel vendere solutis cæmentis. Bald. *in c.*1. §. *si vasallus. n.*3. & 4. vbi Præpos. *col.*2. *in fin. ver. Bal. sic quærit. tit. hic finit. lex.* † Amplia intantum ædificatum super fundo emphyteutico effici emphyteuticum; quia superficies cedit solo; vt sicuti solum Ecclesiæ non transit ad extraneos, neque potest alienari sine consensu domini; ita neque supra ædificatum. Ant. de Butr. *cons.*23. *n.*4. *ver. nec obstat.* † Limita; quando esset factum pactum contrarium, vel extaret consuetudo, aut ex solutionibus factis appareret mens contrahentium, veluti si solutiones cantarent pro fundo solo, super quo soluens habet ædificium. Bald. *consil.*70. *Super solo emphyteutico. lib.*4. Vide, *Ædificium quādo cedat solo, vel non. Conclus.*33. *& Conclus. ibi prox. seq.*

Emphyteuta tenetur ad onera realia, non autem dominus. Concl.151.

EMPHYTEVTA † tenetur ipse soluere onera & grauedines impositas bonis. Iaf. *in l.*2. *in* 2. *not. ab. C. de iur. emphyt.* & idē in conductore ad longum tempus. † Extende; quia pro fructibus rei emphyteuticæ etiam Ecclesia potest collectari, & tenetur soluere onera laicalia. Alex. *cons.*101. *n.*11. *lib.*1. vbi apostil. dat plures concord. videlicet Bald. *cons.*31. *lib.*1. Bertr. *cons.*14. *Supposita, lib.*1. plene Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum, n.*20. *de const.* vbi apostil. dat pro concord. Anch. *cons.*125. *n.*15. *& cons.*443. *n* 2. † Contrarium, quod imo non possint à laicis collectari emphyteutæ Ecclesiæ, etiā pro fructibus, tenent plurimi, de quibus *in ver. Onera duplicia pro eadem re quis subire non debet. Concl.*136. *n.*7. *& seq.* vbi habes communem pro contr. & ibi declaratur. † Declara etiam, vt per Fed. de Sen. *cons.*111. *n.*9. quia dummodo non fiat in fraudem, & onus Ecclesiarum, possunt grauari mediarii, & conductores pro parte sua fructuum, dummodo non sint ita grauati, vt Ecclesia non reperiret conductores, vel laboratores, vt ibi. † Sed in conductore, & laboratore, quod nullo modo possint collectari, etiam respectu fructuum, nisi postquam fuerint separati à solo. Natt. *cons.*409 *per tot.* maxime *in fin.* † Rationem allegat Alex. *d. cons.*101. *n.*11. *lib.*1. quia res sumit cōditionem à persona, non è contra. Vide, *Onera, & collectæ à laicis imponi non possunt Ecclesiasticis personis. Concl.*138.

Emphyteuticus contractus an præsumatur, & quando præsumatur censualis, vel alius. Conclus.152.

EMPHYTEVSIS † non præsumitur concessa ex receptione mercedis multorum annorum etiam longo tempore in pecunia; quia cum sit alienatio, potius capienda est coniectura, quod solutio fuerit facta ex contractu simplicis locationis, ex quo vtrique contractui solutio conuenire potest. Bald. *cons.*116. *Columbinus dedit. n.*3. *ver. in cōtrarium. lib.*1. Alberic. *in l.*2. *n.*13. & ibi Iaf. *n.*42. *C. de iur. emphyt.* Socin. *cons.*167. *col.*2. *lib.*2. *n* 6. Dec. *consil.*138. *Diligenter pro tenui. nu.*5. Ruin. *cons.*42. *n.*7. *lib.*1. Marsil. *sing.*95. Couar. *variar. resolut. lib.*3. *cap.*7. *n.*1. late Crauett. *cons.*204. *nu.*20. & ita seruat Rota, vt per Crescent. *decis.*3. *de præsumpt. & decis.*1. *de censib.* † Amplia; quia potius census præsumitur, & ita tenet vltimo Corb. *tract. de iur. emphyt. tit. de causa priuat. lim.*34. *fol.*493. vbi dicit, quod potius census iudicandus, quam emphyteusis; quia

benignior est interpretatio; quia non cadit, allegat Burs. *cons.* 27. *n.* 17. Paris. *cons.* 84. *n.* 12. *lib.* 4. *& cons.* 85. *in princ. eod. lib.* Bero. *consil.* 49. *n.* 7. *& seq. lib* 3. Natt. *cons.* 3. *in pr.* Chass. *in consuet. Burg. rub.* 11. §. 5 *fol.* 1416. & dicit ita tenuisse Rotam coram D. Blanchetto 13. Iun. 1575. & plura Masc. *concl.* 281. Contrarium, quod imo in dubio præsumatur contractus emphyteuticus, & non censualis, vt cõcedens censeatur minus concessisse, & minus sibi præiudicasse, * tenet Iul. Clar. *in* §. *emphyteusis. q.* 1. *n.* 3. vbi dicit* communem, & allegat Bero. *q.* 14. & plures citat Masc. *concl.* 603. *Emphyteusis, in pr.* * *& n.* 5. vbi dicit* communem, & solutio est facta per 10. annos, probatur emphyteusis [illegible]0, allegat Ias. qui hoc dicit *in l.* 2. *n.* 155. *in fin. C. de iur. emph.* Alex. *cons.* 113. *Viso & diligenter considerato. n.* 11. *lib.* 4. *& cons.* 124. *Consideratis iis. n.* 3. *& n.* 9. *lib.* 5. & multo magis, si soluit per 30. vel 40. ann. vt per Abb. *cons.* 74. *lib.* 1. *in* * *princ.* & de magis * communi Ias. *in d. l.* 2. *n.* 155. & Rom. *cons.* 127. 3 *per tot.* Crau. plene *cons.* 334. *in princ.* †Declara; quia fauore Eccle- * siæ præsumitur emphyteusis, secundum * communem, de qua plene Masc. *concl.* 601. *Emphyteusis communia. n.* 8. *& seq.* citat Alex. * de Næuo *cons.* 27. *per tot.* Bero. *d. q.* 14. vbi de communi, * licet idē * Masc. etiam alleget Clarum de communi * attestantem etiam 4 in priuata; quia minus nocet concedenti, vide eum. † Declara; quia statur coniecturis, & conclusio procedit, quando sola solutio apparet, quod potius cēsus, quam emphyteusis præsumatur; sed si adest confessio, quod pro emphyteusi soluit, etiam vnica solutio facta probat emphyteusin, & non censum; quia statur verbis soluentis, & confessioni, ita Masc. qui plures allegat *d. concl.* 603. *nu.* 35. *ver. limita, cum seq.* Natt. *cons.* 194. *num.* 1. plenius Masc. *concluf.* 606. *per tot.* & Clar. *in d.* § *emphyteusis. q.* 1. *n.* 3 *ver. bene* 5 *verum est.* †Item, q̃ p[illegible]esumatur emphy[illegible]ensis, non census, quando fit mētio, quod dominium [illegible]um, vel proprietas est eius, cui fit solutio; quia non potest e[illegible]census; quia cēsuarius habet plenum dominium vtile & directum. Clar. *in d.* § *emphyteusis. q.* 1. 6 *n.* 2. *ver. contractus autem.* Natt. *d. cons.* 194. *n.* 2. †Idem, quando constat, quod fuit solutum laudemium; quia soluitur pro emphyteusi, non autem pro censu. *l. fi. C. de iur. emphyt. in* §. *& ne auarit.* 7 Io. de Ana. *cons.* 90. *in fi.* † Idē, si in alienatione reseruetur beneplacitum domini; quia istud cõuenit soli emphyteusi. *d. l fi. C. de* 8 *iur. emph.* † Idem, si extant coniecturæ hinc inde; quia pro bonis Ecclesiæ præsumitur emphyteusis. Bero. *d. q.* 14. Clar. *d.* §. *emphy-* * *teusis. q.* 1. *n.* 3. vbi de communi.* Vide. *Censualis contractus cuius natura esse dicatur. Concl.* 191. † cognoscitur autē; quia in censu transfertur dominium directum; ideo nō habet locum caducitas ob 9 non solutionem in emphyteusi, secus, quia transfertur solum vtile dominium. Bald. *cons.* 157. *Visis verbis. lib.* 2. *& cõs.* 503. quod est fin. *lib.* 5. *n.* 2. *ver. in contrarium.* Alex. plene *cons.* 14. *Viso & considerato n.* 8. *& seq. ver. nam contractus. lib.* 2. plene Clar. *in d.* §. *emphyteusis. q.* * 1. *n.* 2. *ver. contractus autem*, vbi dicit* communem, & propterea censuarius soluit de re sua, & emphyteuta, & conductor de re a- 10 liena. † Declara alio modo; quia solutio, quæ fit pro emphyteusi, est recognitio directi dominii; illa vero, quæ fit pro cēsu, est in signum meræ & simplicis recognitionis; ideo non cadit, si non soluit. Cuman. *cons.* 164. *Prælatus certæ Ecclesiæ. n.* 2. Clar. *d.* §. *emphy-* 11 *teusis. q.* 1. *n.* 2. *in fi. ver. & ex hac differentia infertur.* † Amplia; quia in dubio, si non apparet, an contractus sit emphyteuticus, vel censualis, sed solum constat, quod pro tali fundo solutum fuit per longissimum tempus vnum par capponorum, erit iudicandus censualis contractus, in quo non habet locum caducitas secun- * dum * communem opinionem. Bald. *cons.* 177. *Ad euidentiā. n.* 5. *ver. dubitari tamē potest. lib* 3. & nota, quod erratū est consiliū; quia deficit negatiua. Ruin. *cons.* 160. *n.* 5. *& seq. lib.* 1. Ias. *in l.* 2. *C. de iur.* 12 *emphyteutic. n.* 42. *& seq.* † Extende; quia coniectura est, quod sit locatio simplex perpetua potius, quam emphyteusis, quando census, vel pensio, quæ præstatur, est correspondens fructibus; secus si modica, & in recognitionem dominii. Ruin. *cons.* 77. *n.* 7. * *lib.* 1. plenius *cons.* 161. *n.* 22. *eod. lib.* & * communem dicit Cagnol. *in l.* 2. *n.* 202. *C. de rescind. vend.* prout eum refert, & sequitur Clar. *in d.* §. *emphyteusis. in* 1. *q. n.* 5. vbi dicit hoc procedere etiam, quando pensio soluitur ex fructibus, non in pecunia; & quod si pensio correspondet fructibus, sit locatio perpetua, & non emphyteusis, & transeat ad quoscumque hæredes. Ias. *in l.* 1. *n.* 35. *&* 36 13 *C. de iur. emphyt.* † Contrarium tenet Natt. *cons.* 49. *per tot.* vbi latissime tuetur partem contrariam multis fundamētis, & eo potissimo; quia si est conuētum, quod sit emphyteusis, non perdit naturam propter magnam pensionem; quia pacta extranea nō 14 tollunt emphyteusim, & illius naturā in aliis. † Amplia; quia præsumitur censualis contractus, etiam si dicat instrumentum, quod Ecclesia, vel Monasterium cōcedit in emphyteusin omne ius pro censu soluendo; quia erit censualis, & non cadet. Imol. *in c. ad audientiam, de reb. eccles. non alien.* † Restringe, quando fieret 15 locatio, vel concessio in emphyteusin de fundo pro annuo cēsu ab Ecclesia; quia est emphyteusis, nisi concedat omne ius, q̃ habet, vel nisi concedat directum dominiū, ita Socin. *cons.* 167. *n.* 6. *ver. sed certe, lib.* 2. † Amplia; quia contractus e concessionis, & 16 inuestituræ bonorum per Ecclesiam factæ pro annua responsione non reseruato sibi directo dominio, præsumitur in dubio potius censualis, quam emphyteuticus; ideo solutiones subsecutæ iure census censentur factæ, & nō iure emphyteusis. Bald. *cons.* 379. *Sequitur, quod anno Domini, n.* 7. *vers. quæro, quod ius resultat. lib.* 1. vbi, quod si non est facta reseruatio Ecclesiæ de dominio, in dubio præsumitur censualis. † Extende, vt procedat, etiam si 17 dicatur, quod concedit in emphyteusin. † Extende, vt idem sit 18 in ciuitate, & priuato, & Ecclesia, & omnialio, excepto fisco; q̃a ex solutione tributi, vel census soluens in dubio Ecclesiæ ciuitati, vel priuato, censetur, habere dominium directum & vtile. Bald. *d. cons.* 379. *n.* 8. *ver. dicit Bart. lib.* 1. † Restringe in fisco; quia ex 19 solutione tributi fisco debita, censetur fiscus habere dominium directum, & soluens dominium vtile. Bald. *d. cons.* 379. *n.* 8. *ver. & dicit, lib.* 1. † Limita in Ecclesia recipiente annuum censum; quia 20 præsumitur esse Ecclesia proprietaria, & quod sit concessio emphyteutica; ideo intrat caducitas. Bald. *consil.* 271. *Super facto Ecclesiæ, lib.* 5. † Extende; quia si Ecclesia dicat, *concedo tibi talem rem* 21 *in emphyteusin pro censu decem solidorum*, erit emphyteusis; quia cēsus sumitur pro canone, & hoc, quando vtile dominium fuit solutum. Alex. *d. cons.* 14. *Viso, n.* 8. *ver. licet tamen aliquis*, secus dicit, si concessisset in emphyteusin, & quicquid iuris habet; quia tūc esset censualis, & illa verba, in emphyteusin, impropriantur, *lib.* 2. Gramm. *decis.* 77. *n.* 10. † Limita; quia bene præsumitur cōtra- 22 ctus emphyteuticus, si conceditur castrum sub annua respōsione ab Ecclesia; quia si non reseruatur seruitium personale, non potest esse feudum. Item non est censualis, quando sonat in liuellum, emphyteusin, vel locationem, qui contractus reseruāt directum dominium concedenti; ideo non potest esse census; quia ex censu transfertur omne ius, & plenum dominium. Soc. plene *cons.* 167. *Non inutilis, in princ. lib.* 2. † Differentia inter con- 23 tractus emphyteusis, liuelli, feudi, & affictus perpetui, quæ sit, vide plene Bald. & And. de Isern. *in c.* 1. *in ver. aut liuellario, quibus mod. feud. amitt.* Affl. *in l.* 1. *in princ. in tract. de iur. prothom.* Sed tamē, † quod secundum communem vsum loquendi emphyteusis 24 dicatur etiam vulgariter liuellus. Alex. *cons.* 117. *Viso processu. n.* 12. *ver. nec obstat pactum, lib.* 4. † Limita; quia vbi in contractu fit mē- 25 tio de concessione in emphyteusin, semper erit emphyteusis. Vide plene Masc. *Concluf.* 606. *Emphyteuticus contractus.* Et quali- ter † in istis contractibus succedatur, Vide, *Emphyteutæ qualiter* 26 *succedant in emphyteusi. Concl.* 179. Vide plene etiam per Mascard. *Concluf.* 281. *Censualis an in dubio.* Vide eundem plenius *Concl.* 601. *Emphyteusis communia.*

Emphyteusis incerta qualiter reducatur ad certitudinem. Concl. 153.

EMPHYTEVSIS † incerta reducitur ad certitudinē ex in- 1 strumentis antiquis primo loco. Bald. *cons.* 105. *Ad sciendum. lib.* 4. † Amplia; quia si non extant instrumenta, reducitur ad 2 certitudinem ex fama antiqua, ex testibus, & similibus. Bald. *d. cons.* 105. *lib.* 4. Fulgos. *cons.* 227. *n.* 2. † Amplia; quia si non extant 3 probationes per instrumenta, neq; per testes, admittuntur coniecturæ, & verisimilitudines, veluti pretii quantitas; nam pro quanto se extendat pretium, & pro quanto solutum fuerit laudemium, pro tāto poterit emphyteusis incerta declarari. Bald. *d. cons.* 105. *per tot. lib.* 4. † Extende, quia arbitrarium erit iudici 4 considerata consuetudine Ecclesiæ ex aliis concessionibus, & considerato canone, & coniecturis multis facere emphyteutica quædā bona ex pluribus, capiendo de melioribus, & hoc, quādo verisimiliter emphyteuta tanquam hæres potest ignorare. Fulg. *d. cons.* 227. *Andreas & Hendreghettus, per tot.* † Restringe, quā- 5 do emphyteuta esset informatus; quia esset primus inuestitus; nam compelli potest, etiam captis pignoribus ad declarandū, & ostendendum medio iuramento. Fulgos. *d. cons.* 227. *in princ.* & † Amplia; quia si emphyteusis redditur incerta, vt quia aliquis 6 recepit ab Ecclesia in emphyteusin omnia bona, quæ pater suus tenebat in tali territorio, licet ex concessione reddatur incerta; tamen quia tenetur emphyteuta docere, quæ bona sint emphyteutica, omnia præsumuntur, si non docet Socin. *consil.* 167. *num.* 21. *lib.* 2. † Declara tamen; quia tenetur docere, 7 & si nihil docet, omnia præsumuntur; si tamen docet de aliquibus,

quibus,& dominus dicat, imo plura; tunc dominus tenetur ipse docere,quod plura Socin.*d.conſ.*167.*n.*21.*in fi.ver.vnde omnib.lib.*2. † Amplia; quia emphyteuſis incerta, vt quia nō fuit expreſſa quā-
tas canonis,reducitur ad certitudinem ex conſuetudine concedentis alia bona, vt ſoluatur idem canon, vel idem affictus, qui de conſuetudine concedentis ſoluitur ex ſimilibus conceſſionibus.Alex.*conſ.*107.*In cauſa,& lite.in pr.lib.*1.Oldrad.*conſ.*266.*nu.*6. vbi loquitur in ſimili. Calder.*conſ.*88.alias 8.*de off deleg.* Bald.*conſ.* 240.*Quidam Vannes.lib.*5. † Amplia; quia ſi incertitudo eſt reſpectu temporis ſolutionis faciendæ, an debeat fieri anticipate, vel in fine anni. Vide, *Penſiones & afflictus an ſoluantur anticipate,vel in fine anni.Concl.*273. Vide, *Dos incerta poteſt conſtitui, & qualiter reducatur ad certitudinem.Concl.*727. Vide, *Emphyteuta tenetur ad multa ver-
ſus dominum. Concluſ.*183. vbi, quod tenetur oſtendere, pro quibus bonis ſoluat canonem. Vide, *Emphyteuſis quomodo & qualiter probetur. Concluſ.*188. † Amplia; quia emphyteuſis incerta probatur ex inſtrumentis eſſe certa,& pariter ex teſtibus,ex coniecturis,ex
gretio, & aliis modis, de quibus Maſcard. *concluſ.*607. *Emphyteuticarii.*

Emphyteutica pacta valent, & ſunt ſeruanda. Concluſ.154.

VALENT † omnia pacta licita in contractu emphyteutico,& ſeruari debent,etiam ſi ſint contra naturam contractus; id-
eo poteſt dari norma in ſucceſſione, videl. quod ſuccedant perſonæ in emphyteuſi,quæ de iure non ſuccederent. Deci.*conſ.*225. *Incauſa,quæ quondam.col.*2.*verſ primus eſt.* Pariſ.*conſ.*72. *Ad veram ve-
ritatem.n.*16.*lib.*4. † Idem quoad caducitatem, & non caducitatem. Vide, *Emphyteuſis quid ſit Concl.*147.*n.*4. † Extende;quia in emphyteuta priuati valet pactum, quod non cadat, etiam ſi per triennium non ſoluat.Soc.*conſ.*118.*lib.*4.& in Eccleſia,quod non cadat intra quinquennium. Bart.*conſ.*161.*Proponitur.lib.*1. † Idem de pacto,quod emphyteuta Eccleſiæ non cadat,etiam ſi non ſolua-
tur per biennium; quia valet huiuſmodi pactum.Abb.*conſ.*72. *Hungario.n.*2.*lib.*1.† Differt autem pactum ſimplex,quod emphyteuta non cadat ab emphyteuſi; quia intelligitur, ſi ſoluat canonem; ſi vero pactum eſt plenum, quod non cadat, etiam ſi non ſoluat; tunc bene operatur, quod non poteſt cadere, ſiue ſit eccleſiaſtica,ſiue non.Abb *d.conſ.*72.*circa med. ver.venio ad ſecundum.* lib.1.† Emphyteuticus contractus poteſt etiam ex mixtura pactorum participare de feudo; vnde ſi caſtrum conceditur per Eccleſiam in emphyteuſim, & deinde inueſtitus iuret fidelitatem domino inueſtienti, cenſetur emphyteuſis habens in ſe pacta feudalia. Bart.*conſ.*161.*Proponitur.in princ.lib.*1. quod eſt Bart. Ang. de Amelia.Franc.Abbatis Saximi, & Thomæ de Eugubio. † Et natura huius contractus eſt emphyteuticus, vt ſi non ſoluat canonem intra biennium, cadat,quod non alienetur ſine licentia domini, & etiam ſi fiat contra naturam feudi,perdatur, prout ſi inueſtitus fecit contra fidelitatem, vel offendit dominum. Bart. *d. conſ.*161.*per tot.*maxime *circa finem.ver ſed reſtat videre.lib.*1.quod eſt plurium Doctorum,& Bart.vt ſupra. Vide, *Pacta contra naturalia iura aliter valent, & quomodo. Concl.*17.

Emphyteuſis eccleſiaſtica quæ dicatur, & ad quem ſpectet cognitio. Concl.155.

EMPHYTEVSIS † eccleſiaſtica dicitur conceſſio bonorum Eccleſiæ in emphyteuſim facta.*c.potuit.de locat.cum ibi not.* Iaſ. in l.n.*4.C.de iur.emphyt.* † Amplia; quia dicitur emphyteuſis eccleſiaſtica cōceſſio bonorum laicalium in emphyteuſim conceſſorum,quando cōcedens profeſſus eſt aliquam religionem,quæ ſucceſſit in emphyteuſi prædicta. Cald.*conſ.*280.*in fin.*alias 2.*de locato.ver.nec obſtat.* quod duplicatur *conſ.*166. Abb.*inter conſil. Pet. de Anchar.incip.Circa præcedens.* † Contrarium tenet Petr.de Anchar. primo dicatur emphyteuſis laicalis,ex quo habuit iſtā naturam à principio,& perpetuo; ideo tenet, quod ſi concedatur laico, qui eatum ingrediatur monaſterium, quod ſpectabit ad illud monaſterium ſecundum, in quo nouus inueſtitus fuit profeſſus, vide Anchar.*conſil.*165. *Queſtio talis eſt.& conſil.*167. *Authoritates iſtorum.* † Cognitio cauſæ emphyteuſis eccleſiaſticæ, an emphyteuta cedidit, vel non, ſpectat ad iudicem eccleſiaſticum; ideo ſententia lata per iudicem ſecularem,vel Principem ſecularem,& ſtatum laicorum, eſt nulla, & nullum, quatenus de emphyteuſi eccleſiaſtica aliquid diſponat,vel declaret. Cuman.*conſil.*41.*Ad primum quæſitum.in prin.* Vide, *Feudum Eccleſiæ quod dicatur,& in quibus differat ab alio feudo. Concl.*112.

17 433. *in pr.* † Declara, quia ſi inueſtitura cantat *pro ſe, & filiis, & nepotibus* non veniunt filiæ; & nepotes ex ea; quia maſculinum cõcipit fœmininũ per extẽſionẽ, non autẽ ex propria ſignificatione, ſecus ſi dixit, *pro ſe, & liberis, & deſcendentibus*, vel, *pro deſcendentibus*, per nomina collectiua; quia etiam fœminæ veniunt. Alex. plene *d. conſ.* 61. *Super eo, de quo lib.* 1. *per tot.* vbi tollit contraria; & hanc magis* communẽ dicit Alex. *d. conſ.* 80. *Viſo, & opportune, in fi. lib.* 1. * Vide, *Maſculinũ concipit fœmininũ, & quando ſecus. Concl.* 101. Declara; † quia ſi ſequatur abſurdũ, tunc fœminæ includuntur. Alex. *d.* 18 *conſ.* 80. *n.* 14. *ver. pro hoc etiã. lib.* 1. † Contrariũ, ꝙ imo emphyteuſis 19 recepta pro ſe, & filiis, ſi non dicatur, & hæredibus, non cõprehẽdat fœminas. Dec. *in l.* 2. *ff. de reg. iur. & conſ.* 336. *n.* 3. vbi atteſtatur de * cõmuni. † Limita; quando eſſet dictũ, *pro ſe, & deſcenden-* *20 *tibus*; quia cõprehenduntur fœminæ, ex quo deſcendentium appellatione veniunt tã maſculi, q̃ fœminę, vt *in auth. de hæred. ab inteſt. in pr. collat. 9. & in l. ſi. C. de ſuis & legit.* Alex. *conſ.* 160. *Viſo themate. lib.* 2. & ita in ſtipulatione emphyteutica. Bald. *conſ.* 269. *circa fi. lib.* 3. Bero. *in ſuis quæſt. famil. n.* 18. *Sequens quæſtio.* Ruin. *conſ.* 24. *Super iu. n.* 9. *lib.* 1. Corn. *conſ.* 230. *Quanquam. n.* 11. *lib.* 3. Vide plenius, *Emphyteuſis eccleſiaſtica an tranſeat ad fœminas. Concluſ.* 160.

Emphyteuſis conceſſa pro certis perſonis an extendatur ad alias. Concl. 169.

1 EMPHYTEVSIS † cõceſſa alicui pro ſe, & filiis maſculis; & legitimis, ac ẽt pro vna filia fœmina tantũ, non ſe extendit ad nepotes; quia pactũ, & verba illa ſunt poſita ad fauorẽ inueſtiti, & contra eũ interpretantur, maxime ſtante dictione, *tantũ*, quæ põt ad omnia referri. Cald. *conſ.* 289. alias 11. *de locato.* Alex. *cõſ.* 128. *n.* 6. *lib.* 1. † Extende; quia emphyteuſis, ſi eſt recepta ab eccleſia 2 ſimpliciter pro ſe, cum pacto, ꝙ ſi deceſſerit ſine filiis, reuertatur ad eccleſiam, ꝙ reincidit in idem, non veniunt nepotes, vt infra *n.* 9. † Extẽde; quia hoc eſt regulare in contractibus; quia appel- 3 latione filiorum non veniunt nepotes. Alex. *d. conſ.* 128. *n.* 6. *lib.* 1. † Cõtrarium, quod inueſtitura emphyteuſis facta ab eccleſia pro 4 ſe, & filiis, & hæredibus comprehendat nepotes, ita vt dicantur expreſſi nepotes interpretatione iuris; tenet Anch. *conſ.* 393. *Viſa diligẽter. n.* 2. *& ſeq.* vbi late, maxime ex lata interpretatione, & fauorabili. † Reſtringe, niſi eſſet dictũ, pro liberis; quia tunc veni- 5 unt nepotes. Alex. *conſ.* 80. *n.* 14. *vſq; in fin. lib.* 1. † Amplia; quia em- 6 phyteuſis eccleſiaſtica conceſſa pro Titio, filiis, & nepotib. non cõprehendit filiam fœminã teſtatoris; ideo in caſu renouationis potius ꝓferuntur agnati hæredes, q̃ filia fœmina ex mente inueſtiti. Cum *conſ.* 166. *Viſa copia, per tot.* maxime *in fin.* † Limita; quia 7 emphyteuſis conceſſa alicui ſimpliciter, nõ expreſſe, ꝙ pro filiis, vel aliis, debet intelligi, prout cõmuniter fieri ſolet, videl. pro ſe & filiis, prout docet experientia. q̃ eſt rerũ magiſtra. *c. quã ſit, de lect. in* 6. & illud ꝓ ſumitur ſeruatũ, ꝙ conſueuit ſeruari, gl. & Dd. *in l. ſcriptura. C. de fid. inſtr.* late Ial. *in l. certi conductio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet.* ideo talis acquiſitio tranſit ad filios, vt filios, non vt hæredes; ideo licet nõ ſint hæredes, nõ prohibẽtur habere emphyteuſin. Bart. *in l. quod dicitur. col. pen. & fin. ff. de verb. obl. & in l. vt iuriſiurãdi. §. ſi lib. ri. ff. de oper. liber.* Vide, *Emphyteuſis eccleſiaſtica an trãſeat ad filios nõ hær. des. Concl* 159. † Extẽde; quia emphyteuſis ſim- 8 pliciter cõcẽſſa alicui, intelligitur tã ad lineã maſculinã, q̃ fœmininã. Imol. *ind. l. quod dicitur. col. ante pẽ. ff. de verb. obl.* Ang. *in l. item videndũ. §. fi. in fi. ff. de pet. hær.* Ial. *in l.* 2. *q.* 10. *C. de iur. emph.* & videt tex. *in auth. de non alien. §. emphyteuſin.* † Declara; quia licet veniant filii, 9 q̃ſi ſimpliciter eſt recepta pro ſe, vel cũ pacto, ꝙ ſi decedat ſine filiis, reuerratur ad Eccleſiam, quod idẽ importat; quia priuatio præſupponit habitum. *t. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur.* tamen dicta opinio limitatur, vt nõn veniant nepotes, neq; pronepotes. Salyc. per 4. fundamenta *in d. l.* 2. *in* 21. *q. C. de iur. emphyt.* Imol. *in d. l. quod dicitur. n.* 12. *ver. & ex prædictis. ff. de verb. obl. & in c. potuit. in fi. extra locati.* Alex. *conſ.* 17. *Ponderatis in. ver. tamen præmiſſo non obſtantibus*, Cald. *conſ.* 11. *tit. locati.* cum aliis adductis per Ial. *in l. Gallus, lib.* 5.

Emphyteusis concessa pro se, & filiis masculis, & fœminis, quo ordine transeat. Concl. 170.

PATER † acquirens emphyteusim pro se, & filiis, tam masculis, quam fœminis, dicitur acquirere ordine successiuo, vt prius patri, & eo mortuo filiis acquiratur. Rom. *cōs.* 22. *Pro proposita*, *n.* 3. vbi plena apostil. *in ver. competit*, vbi dicit * communem, & communem etiam dicit Clar. *in* §. *emphyteusis. q.* 35. vbi citat Corneum. *cōs.* 46. *lib.* 3 attestantem de * communi, & alios. Vide, *Ordo successiuus, quādo attendatur inter vocatos copulatiue. Concl.* 199. † Amplia; quia emphyteusis recepta pro se, & filiis intelligitur ordine successiuo. Anch. *cons.* 143. *Casus est talis. n.* 2. qui loquitur in Ecclesiastica. † Restringe, quando filii essent emancipati; quia pariter admittuntur cum patre. apostil. 1. ad Rom. *d. cons.* 22. quę multos allegat. † Amplia; quia quicquid sit in feudo recepto pro se, & filiis, tam masculis, quam fœminis copulatiue, copulatiua resoluitur in diuisiuam, vt primo intelligatur pro masculis, si extant, secundo pro fœminis, si nō extant, & si extant masculi, licet postea deficiant, fœmina semel exclusa semper exclusa remanet; nō sic in emphyteusi, in qua possunt succedere tam fœminæ, quā masculi; ideo coniunctim in emphyteusi succedunt. Castr. *cons.* 300. *col.* 2. *circa fi. vers. ideireo lib.* 2. Bart. *cons.* 60. *Quæstio ista, in princ.* q. duplicatur *cons.* 183. *lib.* 1. & in apost *in ver. Quæstio ista. & in ver. fœminæ.* quæ dat concord. sequitur Bart. Rip. *in l. hæredes mei.* §. *cum ita. n.* 77. *ff. ad Treb.* † Restringe maxime, quando emphyteusis fuit recepta expresse pro se & descendentib⁹ masculis, & ipsis deficientib⁹ pro fœminis; quia donec extāt masculi ex masculis, nō succedunt fœminæ, neq; masculi ex fœminis. *c. 1. de eo, qui sibi vel hæred. masc.* Bald. *ff.* 137. *li.* 2. Ro. *cons.* 33. † Restringe, nisi tenor inuestituræ aliter ordinaret successionem. Castr. *d. cons.* 300 *col.* 2. *in fi. lib.* 2. Vide, *Inuestitura feudi attendi debet. Concl.* 356. † Restringe maxime, quando extaret statutum in loco, quod masculi succedant, exclusis fœminis; quia in dubio censetur acquirens se conformare cū statuto. Bar. *in l. vt iurisiurādi.* §. *si liberi ff. de oper. lib.* Castr. *d. cons.* 300. *in fin. versic. nec obstat. lib.* 2. vbi, quod licet statutum non habeat locum in bonis emphyteuticis, bene operatur, quòd inuestitura præsumatur recepta secundum statutum Bart. *cons.* 60. *Quæstio. n.* 2. *ver. item prædicta. lib.* 1. vbi, q. isto casu, licet adsint verba copulatiua, succedent ordine successiuo. † Declara extensionem, nisi constaret de mente contraria, vt quia acquisiuerit, etiam pro sorore, vel vxore; quia tunc non videtur habuisse hanc cōsiderationem; ideo soror & vxor succedent cū masculis & fœminis in virili. Dec. *cons.* 38. † Restringe, nisi consuetudo contraria esset in loco; quia illa esset seruanda. Bar. *d. cons.* 60. *n.* 2. *lib.* 1. † Amplia; quia emphyteusis recepta pro se, & filiis masculis, & ipsis non extantibus, pro fœminis, si semel extiterunt filii masculi, fœminæ sunt perpetuo exclusæ, etiā si desinant extare masculi. *c. 1.* §. *quin. tit. Epist. vel Abb.* vbi Bald. qui licet loquatur in feudo, habet tamen locum in emphyteusi. Vide plenius, *Feudum pro masculis, & fœminis qualiter ad fœminas deueniat. Cōl.* 163. Amplia; quia emphyteusis † recepta pro se, & filiis, tam masculis, quā fœminis, intelligiturin emphyteusi ecclesiastica primo pro masculis, postea pro fœminis, & sic ordine successiuo, vt supra *n. prox. præced.* Vide, *Emphyteusis concessa pro se, & filiis, de quibus intelligatur. Concl.* 168. Extende † idem in omni emphyteusi etiam priuati, quando extat statutum, quod masculi excludant fœminas; quia censetur acquirens se conformare cum statuto, Vide supra *n.* 4. & declara, vt ibi, nisi constet de contraria mente. † Amplia; quia emphyteusis concessa alicui pro se, & sorore, & eorū, & cuiuslibet eorum filiis, & descendentibus, secundum verba, & mentem contrahentium præsumitur ordine successiuo, vt primo pro se, & filiis suis, & descendentibus, donec extabit aliquis, postea pro filiis, & descendentibus sororis, quando nullus superesset de suis descendentibus. Bart. *in l. si mihi, & Titio, al. pr. in fi. ff. de verbor. obligat.* & clarius Bald. *cons.* 431. *Ad euidentiam.* *n. lib.* 2 & *cons.* 215. *Emphyteusis. lib.* 4. Fulg. *cons.* 229. *Nobiles de Vinco.* Corn. *cons.* 263. *Primo aspectu. col. penult. lib.* 1. late Ruin. *cons.* 9. *Proponitur in themate, per tot. lib.* 1. & *cons.* 166. *Attento tenore. n.* 10. *eod. lib.* 1. † Amplia; quia si auus accepit emphyteusim pro se, & filiis masculis, & fœminis, si relinquat tres masculos, qui fœminas excluserunt, cum semel successerint masculi, si mortuo inuestito succedant filii, qui diuidentes inter se dederunt emphyteusim Petro, qui decedat relicta vna filia; an in emphyteusi succedant fratres, vel ex eis masculi, an filia vltimo mortui: & quod succedant fratres, & nō filia vltimi defuncti, tenet Castr. *d. cons.* 300. *Viso quodam, per tot. lib.* 2. vbi, quod ista est verior opinio & magis consona communi vsui vulgarium, allegat text. *in c. 1. de eo, qui sibi, & hared. ex fœm. & fœ.* † Contrarium allegabat alius Aduocatus pro fœmina ex text. meliori, qui possit allegari *in tit. de natur. success. feud. c.* 1. quod incipit, *dummodo scias, in fi.* quē refert Castr. *d. cons.* 300. *col.* 2. *in princ. lib.* 2. † An pater acquirens pro se, & filiis, & descendenti-16 bus possit illis præiudicare, Vide, *Acquirens pro se, & filiis an possit filiis præiudicare. Concl.* 439. Vide, *Feudū pro masculis, & fœminis qualiter ad fœminas deueniat. Concl.* 163.

Emphyteusis concessa pro se, & filiis, & vna fœmina tantum, qualiter intelligatur. Concl. 171.

EMPHYTEVSIS † concessa pro se, & filiis masculis, & legitimis, & vna fœmina tantum, extenditur ad solos filios masculos, & filiam fœminam, si extat, ita quod non transit ad nepotes; quia dictio, *tantum*, refertur ad filios, item refertur ad vnicam fœminam. Cald. *cons.* 289. alias 11. *de locato.* † Extende, quod imo 2 filia fœmina virtute inuestituræ succedere debeat simul cum filiis masculis; quia copulatiue est vocata, tenet Angel. *cons.* 184. *Ex forma, & serie, in prin.* † Declara, nisi extaret consuetudo in loco. q. 3 masculi soli censerētur vocati primo, & post eos ordine successiuo fœmina; quia consuetudini standum est. Ang. *cōs.* 184. *col.* 2 *ver. si tamen de consuetudine.* † Idem, si per alias apparentes probationes 4 vel coniecturas apparere posset, quod mēs fuit primo vocare masculos, alias secus. Ang. *d. cons* 184. *col.* 2. *circa fin. vers. idem si per alias.* † Idem, si extaret in loco statutum, prout Ferrariæ, quod masculi 5 soli succedant, exclusis fœminis; quia tunc fœmina cēseretur vocata ordine successiuo, & deficientibus masculis, nō autem in cōcursu. Ang. *d. cons.* 184. *col.* 2. *in fi. ver. idē est si ex forma statuti.* & idem Ang. *cons.* 311. *In themate prædicto*, & com. * dicit Clar. §. *emphyteusis. q.* * 32. *in fi.* † Declara; quia fœmina exclusa à statuto perpetuo stantibus masculis, nō etiam succedet ordine successiuo; quia exclusio 6 non est temporalis, sed si extiterunt semel masculi excludentes, licet decedant; adhuc tamen fœmina non admittitur. Ang. *d. cons.* 184. *in fi. vers. vnde per existentiā.* † Amplia; quia valet dispositio in- 7 na fœmina, etiā si inuestitus habeat plures fœminas tēpore inuestituræ; quia propterea nō vitiatur dispositio, si vnica tantum petit emphyteusim. Calder. *cōs.* 290. alias 12. *de locato.* Vide, *Incertitudo quando non vitiet dispositionem. Concl.* 66. † Declara tamen, si pater 8 instituit vniuersales filios masculos tantum, & filiam fœminam in centum duntaxat, quod fœmina non succedit; quia non est hęres vniuersalis. Cald. *cons.* 291. alias 13. *de locato.* quod intellige in concursu; secus si filii nō sint hęredes, vel præmoriantur; quia ordine successiuo intelligitur facta stipulatio. Bartol. *in l. quod dicitur. n.* 6. *ver. induco ad* 9 *ff. de verbor. oblig.* vel dicas, q. nullo modo succedit, vel succedit secundum distinctionem Bart. *in d. l. quod dicitur*, vbi apost. *in ver. vt filio ff. de verbor. oblig.* & Alex. *cōs.* 44. *in prin. lib.* 1. Vide, *Emphyteusis ecclesiastica an trāseat ad filios non hęredes. Concl.* 159. † Am- 9 plia, quia emphyteusis concessa duobus fratribus pro se, & eorū filiis masculis, & descendentib. & ipsis mortuis, vel deficiētib. pro vna fœmina, si ambo inuestiti moriātur, & vnus relinquat filios masculos, alter vnam fœminam, portio patris fœminę spectat ad fœminam, nō ad masculos alterius fratris. Bald. *cons.* 215. *Emphyteusis, quam receperūt. lib.* 4. & ideo non potuit confirmari in fauorē masculorum tantum, & duplicatur *cons.* 308. *Emphyteusis, quam. lib.* 4. † Et quando concessa est emphyteusis pro se, & filiis, & nepoti- 10 b⁹, & ipsis deficientib pro Frāciſca fœmina, ista Franciſca si superuiuat masculis vocatis, res est clara, quod ipsa debet inuestiri; quia est vocata, & nullum dubitare dicit Castr. *cons.* 338. *Ad primum. n.* 3. *ver. ex ijs apparet. lib.* 1. vbi, q. primo attēdi debet tenor inuestituræ. Et † si fœmina non est nominata, sed dicitur pro fœmina post ma- 11 sculos, debet intelligi de illa fœmina, quę est proximior primo inuestito, adeo, quod si extat neptis & proneptis, debet admitti neptis, exclusa pronepte, etiam si sit proximior vltimo masculo. Castren. *d. cons.* 338. *col. fi. ver plus dicendum est. lib.* 2. vbi, quod ista censetur ad instar fœminæ exclusa à statuto, donec extent masculi. † Amplia; quia quod dicitur de filiis, & vna fœmina, idē erit si di- 12 catur, pro se, & filiis, & ad vitā vxoris. Declara tamen; † quia vxor 13 præsumitur habuisse vsumfructum, donec vixit maritus, propter quandam societatem inter virum & vxorem contractam, iuxta *cons. Decij* 58. *Et pro tenui. col.* 2. *ver sed breuiter.* † Amplia; quia cessante statuto, consuetudine, vel probatione, q. alia fuerit mens patris acquirentis, si stipulatus fuit pro se, & filiis masculis, & vna filia fœmina tantū, vocabitur eo casu fœmina cum masculis simul. Ang. *d. cons.* 184. *in prin.* † Extende, vt procedat, maxime, quando 15 pater instituit filios masculis hæredib. vniuersalib. instituit etiam filiam fœminam in re certa. Ang. *d. cons.* 184. *col.* 2. *in fi & seq. ver. descendo ad secundum.* † Contrarium tenuit Cald. *d. cons.* 291. alias 13. *de* 16 *locato.* quod imo sit exclusa fœmina. † Declara, quando plures fi- 17 liæ remanssent; quia incumbit onus probandi filiæ asserenti patrem

18 trem de ea sensisse. Ang. *cons.* 311. *in pr.* † Declara, quando pater instituit masculos vniuersaliter, & filiam inter certa, & iussit eam plus petere non posse; quia soli masculi succedent. Ang. *d. cons.* 311.
19 *ver. super secundo* Anchar. *cons.* 143. *Casus est talis.* † Contrariũ tenet Bartol. *cons.* 55. *Dominus Amatus per totum*, & iterum *cons.* 60. *Quæstio ista nu.* 4. *vers. secundum dubium*, quod duplicatur *consil.* 183. *lib.* 1. Anchar. *cons.* 319 *per tot.* incip. *Cæsus.* sequitur Alexand. *cons.* 128. *Consideratis. col. fin. num.* 8. *vers. nec prædictis obstat. lib.* 1. vbi alios citat, licet
20 apostill. ibi distinguat. † Declarat Alexand. *d. consil.* 128. *col. fi. lib.* 1. vt nõ possit pater ita de facili tollere emphyteusim ecclesiasticã, maxime, vt transeat ad legitimatum, prout posset in emphyteusi priuati, & etiam Anch. *d. cons.* 319. loquitur in ecclesiastica, etiam stante rescripto Papæ permissiuo; quia contractum non tollit.
21 Declara; † quia si soli masculi possederunt per longum tempus, præscripserunt ex tali titulo, etiã quod fœmina debuisset admit-
22 ti. Angel. *d. cons.* 311. *prope fi. ver. super quarto.* † Restringe, nisi filia repudiasset hæreditatem patris; quia priuatur etiam munificentia illius circa emphyteusim. Angel. *d. cons.* 184. *n.* 2. *ver. dic, quod quan-*
23 *doque.* Restringe, † quando pater, qui acquisiuit, ipsam filiam exhæredasset. Angel. *d. cons.* 184. *n.* 2. *ver. quandoque non est hæres*, quia potest illam exhæredare circa emphyteusim. Ang. *d. cons.* 311. *nu.* 2.
24 Restringe, † quando pater alteri prælegasset rem emphyteuticã, & filiam instituisset in legitima, & vltra legitimam in alijs bonis ascendentibus ad valorem emphyteusis. Angel. *d. cons.* 184. *col.* 2. *in fin. & seq. ver. quandoque non succedit.*

Emphyteusis concessa pro se, & descendentibus ex linea masculina, quos comprehendat. Conclusio 172.

1 EMPHYTEVSIS † concessa pro se, & descendentibus ex linea masculina, comprehendit etiam fœminam descendente ex
* masculo. glos.* communiter approbata *in l. Gallus. § nunc de lege. ff.*
☞ *de liber. & posthum.* Alex. *cons.* 53. *lib.* 6. Socin. *cons.* 227. *lib.* 2. Vide, *De-*
2 *scendentium posterorum, & c. appellatione qui veniant. Concl.* 220. † Ampliain emphyteusi concessa Titio pro se, & omnibus descendentibus ex generatione masculina, vel pro se, & descendentibus de generatione masculina; quia fœminæ ex masculo sunt de generatione masculina. Castrens. *cons.* 300. *Viso quodam. col.* 2. *in pr. lib.*
3 2. Restringe, † vt non procedat, quando dixit, *pro se, & generatione sua masculina*; quia tunc generatio masculina intelligitur, vt masculi ex masculis succedant, non fœminę, licet ex masculis procedant; quia generatio masculina, si sumitur, vt persona generata, restringitur ad masculinitatem ex masculis; in generatione vero masculina bene etiam fœminæ continentur. Castrens. *d. cons.* 300. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. vbi inter duos aduocatos ita distinguit, quod donec masculi extant, fœminæ non succedunt, & dicit hanc esse opinionem æquiorem, & magis conformem communi vsui vulga-
4 rium. † Limita, quando esset dictum, *pro se, & filius masculis, & descendentibus masculis*; quia tunc fœmina excluditur sine dubio. Feder. de Sen. *cons.* 77. *Factum sic se habet. & cons.* 228. sequitur Dec. *cõs.* 411. Quia tenor inuestiturę est attendendus circa successionem. Bald. *in prælud. feudo. in* 4. *diuis.* Soc. *cons.* 165. *col.* 4. *cum seq. lib.* 2. Curt.
5 Sen. *cons.* 49. *n.* 38. Dec. *cons.* 208. *col.* 1. † Extende; quia procedit limitatio, etiam si facta sit inter fratres masculos filios acquirentis diuisio, & promissum inuicem de euictione, & non molestando; quia ex quo per solutionem canonis sciebant emphyteusim, prout idem de soluente legatum; quia scit testamentum. Alex. *cons.* 4. *Videretur. colum. penult. lib.* 2. Dec. *cons.* 267. *n.* 2. *& consil.* 287. *colum. fi.* quia si expresse non est promissa euictio, in hunc casum potest masculus euincere à fœmina prædefuncti; quia reuertitur secundum naturam rei, & ex præordinata mente authoris communis; quo casu nõ debetur euictio. Bart. Bald. Angel. Salycet. & Castr.
☞ *in l. si familiæ*, post glos. ibi. C. *famil. herciscund.* Vide plenius *in verb.*
Euictio promissa per venditorem nõ habet locum multis casibus. Concl. 367.
6 Limita; † quia non transit ad Monasterium post mortem monachi. Anton. de Butr. *in cap. in præsentia, de probat.* quia verba contrahentium stricte intelliguntur. *l. quicquid adstringendæ. ff. de verbor. obligat.* & sic in contractibus verbum, *descendens*, non intelligitur de Monasterio, quod per ingressum dicitur filius factus, & non descendens, vt plene Barbat. *cons.* 13. *Circa hanc hæsitationem. col.* 3. *lib.* 1.
7 Contrariũ, † quia emphyteusis per ingressum religionis emphyteu-
* tæ priuati transeat in Ecclesiam. Bart. & * omnes *in authent. ingressi. C. de sacrosanct. Eccles.* Iason *in l.* 2. *quæst.* 16. *C. de iur. emphyt.*
quod intellige de religione capaci bonorum, vt Doctores prædicti, & *in authent. rogati. C. ad Trebell.*

Emphyteusis concessa pluribus in solidum qualiter intelligatur. Conclus. 173.

EMPHYTEVSIS † concessa duobus in solidum censetur con- 1
cessa ambobus pro virili portione, & licet vterq; in solidũ teneatur ad pensionem; tamen soluens totũ repetit ab alio partem virilem socij. Bald. *cons.* 116. *Columbinus, in pr. lib.* 1. † Amplia, vt pro- 2
cedat nedum in primis inuestitis, sed etiam in successoribus eorũ; qa primordialis obligatio nõ mutatur tractu temporis. Bald. *d. cons.* 116. *in pr.* vbi vult hoc procedere, etiam si hæredes contrarium seruauerint; quia tanquam error non debet nocere. *lib.* 1. Amplia, † vt procedat etiã in patre & filio simul inuestitis; quia sunt 3
duo rei, & quilibet pro parte, nisi sit dictum, quod pars præmorientis deueniat in alterum superuiuentẽ. Bald. *cons.* 452. *Hæredi habenti. per tot. lib.* 5. † Amplia; quia si quis recipit ab Ecclesia, vel alio 4
emphyteusim pro se, & nomine fratris, & frater, antequam ratificauerit, decedat, portio fratris mortui spectat ad dominũ, nõ autem accrescit acquirenti. Bart. *in l. si quis vsumfructum, in fi. ff. de vsufr. legat.* & alij, quos citat Alex. *cons.* 24. *Ponderatis. n.* 4. *vers. istis sic suppositis lib.* 5. † Extende in omnibus contractibus obligatoriis; quia 5
portio decedentis ante ratificationẽ nõ accrescit acquirenti, nisi interfit cõcedentis. Alex. & Ias. *in l. si mihi, & Titio ff. de verbo. obligat.* apostill. ad Alex. *d. cons.* 24. *n.* 4. *ver. sed is lib.* 5. † Restringe, quando 6
quis acquireret pro absente, & ille absens non haberet ratũ; tunc bene acquisitio fit illi, qui p̃ absente acquisiuit, cũ omnibus qualitatib⁹ expressis; & ideo si acquisiuit p̃ Titio, & eius filiis masculis vsque in tertiam generationem, & ipse non velit habere ratũ, acquiritur mihi ad tertiam generationem, nõ meã, sed Titij. Bart. *in l. fundum cum mihi venderes ff. de actio. empt.* Alex. *d. cons.* 24. *n.* 5. *& seq. lib.* 5. † Declara totam istam materiam; quia si concedo Titio præ- 7
senti, & fratri suo absenti ex causa lucrativa, nõ valet pro dimidia absentis ab initio, sed solũ p̃ dimidia præsentis; si vero fiat ex causa onerosa, vt quia p̃ pensione annua, vel pro certo pretio soluto; ex tunc tota accrescit præsenti; si vero cõcessio fiat Titio præsenti p̃ se, & nomine fratris absentis; tunc bene valet & p̃ absente, ficuti si esset præsens; quia adest persona, quæ nomine absentis est interposita. Alex. *d. cons.* 24. *n.* 6. *lib.* 5. vbi, quod si, ante quã accepta-
uerit, absens moritur; tunc bene portio absẽtis applicatur acquirentis portioni, maxime si ille absens nõ habebat descendentes, seu si nullos reliquit succedentes, quia nõ reuertitur ad dominũ, per *l.* 1. *C. si liber. Imper. socius, lib.* 10. quam ita magis * communiter
☞ teneri dicit Alex. vbi supr. *n.* 7. *&* 8. Vide, *Acquirere alteri quando, &*
per quos quis possit. Concl. 440. *n.* 69. *& seq.* † Limita, quando emphy- 8
teusis est concessa simpliciter pluribus; quia tunc censetur concessio facta pro virili, & pensio est soluenda pro virili. Bald. *d. cõs.* 116. *in fi. ver. considera autem lib.* 1. † Extende; quia quando pluribus 9
est concessa simpliciter, vno non soluente, cadit in commissum sola portio non soluentis, secus si in solidum esset facta concessio. Vide, *Emphyteuta cadens an à tota, vel à parte cadat. Conclus.* 211.
☞

Emphyteutæ duo si sunt inuestiti, quis præferatur. Concl. 174.

EMPHYTEVSIS † Ecclesiastica fuit concessa Titio pro se, & 1
filijs, & nepotibus masculis, & ipsis deficientibus pro vna filia, vel nepte, mortuo Titio, & superstite vna filia, cui pater ex testamento pro dote obligauit emphyteusim, & hæredem instituit fratrem, frater fuit inuestitus de emphyteusi primo loco tanquã hæres, deinde filia tanquam vocata in prima inuestitura, prædicit quilibet præferri. Alex. *cons.* 173. *Viso themate. lib.* 2. *per totum*, dicit, quod licet primo inuestitus videatur potentius ius habere, & præferendus; tamen, quia filia habet obligatam emphyteusim pro dote, quæ potuit sibi dari in dotem, & obligari pro dote irrequisita Ecclesia, filia debet præferri. Nec obstat, quod resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris; ergo obligatio est extincta; quia non dicitur extinctum ius datoris emphyteutæ, donec superfunt alij vocati hæredes, vel ex prouidentia; sed tunc demum extinguitur, si emphyteusis est reuersa ad dominum, & consolidatum vtile dominium cum directo.

Emphyteusis quando dicatur ex prouidentia, vel hæreditaria. Conclus. 175.

EMPHYTEVSIS † cõcessa pro se, & suis hæredibus, vel cui da- 1
re, seu concedere voluerit ius suũ in ipsius tertiã generationem finitam, & completã vtriusq; sexus descendendo de vno in alterum, dicitur hæreditaria, ita, q̃ pater potest instituere in dicta emphyteusi patri suo cõcessa nepote ex fratre excluso propria fi-
115

sequia non est ex prouidentia propter illa verba, *& cui dederit*, & quia est recepta pro hæredibus, non pro filiis. Bald. *cons.* 70. *Punctus testator. per tot. lib.* 2. vbi hinc inde multa adducit, & tandem sic distinguit, quod aut est concessa pro se, & filiis, & est ex prouidentia; aut pro se, & hæredibus, & est hæreditaria inter descendentes vocatos. Alex. *cons.* 124. *n.* 5. *ver. præterea. lib.* 5. Vide, *Acquirens pro se & filiis an filiis possit præiudicare. Concl.* 439. † Et quãdo dicatur emphyteusis acquisita ex prouidẽtia spectare filiis, vt filiis, vel vt hæredibus simpliciter, & absolute, vel secundum quid. Vide *in ver. Acquirens*, supra proxime. † Extende, vt procedat, q̃ dicitur hæreditaria, licet sit simpliciter concessa, quando in loco est consuetudo, quod concedatur vni hæredibus, & descendentibus, Alex. *d. cons.* 124. *Consideratis, n.* 3. 4. *ver. post prædicta*, 4 & 5 † Declara tamen, quod quandoq; emphyteusis est hæreditaria qualificate, puta pro descendentibus hæredibus; & tũc requiritur vtraq; qualitas; quia nõ debetur filio, nisi sit hęres, neq; hæredi, nisi sit filius; quandoq; pro filiis tantum; & tunc sufficit filiatio, & dicitur ex prouidentia hoc vltimo casu, in alio hæreditaria. Bald. *cons.* 431. *Punctus quæstionis, n.* 2. *ver. quadã requirit duas*, 6 *lib.* 2. † Et quod requiratur vtrumque, quod sit filius & hæres, quando inuestitura dicit, *pro se, & filiis, & hæredibus*, late Alex. *cons.* 44. *Viso themate, in pr.* vbi apostil. *in ver. vtrumq;*. dat infinitos concord. *lib.* 1. & * communem dicit idem Alex. *cons.* 128. *n.* 6. *eod. lib.* 1. & *cons.* 124. *Consideratis, n.* 4. *& seq. lib.* 5. † Et potest testator, qui acquisiuit hæreditariam emphyteusin, prohibere, vt vnus ex filiis non succedat, & dare alteri filio, quem facit hæredem vniuersalem. Alex. *d. cons.* 124. *n.* 5. *ver. propterea. lib.* 5. † Imo, q̃ etiam sine particulari prohibitione si acquirens instituat certos filios hæredes vniuersales aliquos in re certa, soli instituti vniuersales habebunt hæreditariam emphyteusin, & in re certa institutus erit excluſus. Alex. *d. cons.* 124. *n.* 5. *& 6. ver. fortius. lib.* 5. vbi *n.* 8. dicit magis * commun. vbi apostil. *in ver. certa*, dat concord. eund. Alex. *d. cons.* 128. *col. fin. lib.* 1. *& cons.* 9. *Ponderatis, n.* 4. *lib.* 5. & ita etiã Crau. *cons.* 186. *in princ.* & ratio est; quia appellatio hæredis de vniuersali intelligitur. Bald. *cons.* 448. *lib.* 3. † Contrarium tenent multi Ang. Aret. *cons.* 124. *In casu prædicto. n.* 26. *& seq. ver. veniamus* ad, vbi pro vtraque, & hanc tuetur. † Declara; quia bene venit institutus in re certa descendens, quando alii hæredes vniuersales non extant. Alex. *cons.* 22. *Viso titulo, n.* 5. *ver. satis est. lib.* 5. *vbi apostilla. ver. certa hoc casu comprobat.* † Declarat Aym. Crau. *d. cons.* 186. vbi emphyteusis esset recepta pro f., hæredibus, & successoribus descendens, & successor in re certa admittitur. Alex. *consil.* 93. *in pr. lib.* 2. † Hereditaria autem emphyteusis duplex est; quia alia est hæreditaria distributiue, & secundum portionem hæreditatis distribui debet; alia hæreditaria in viriles, & hæc dicitur hæreditaria demonstratiue. Bald. *cons.* 431. *n.* 3. *lib.* 2. *vers. est præmittendum.* † Restringe etiam quãdo emphyteusis esset recepta pro filiis, & hæredibus. Bart. *in l. vt iurisiurandi. §. si liberi*, vbi late Alex in apostill. *ff. de oper. libert. l. quod dicitur*, & ibi plene Alex. *ff. de vsufr. leg.* Alex. *d. cons.* 44. *& cons.* 128 *lib.* 1. Curt. Iun. *cons.* 78. *n.* 3. & est communis opinio secundum Iaſ. post alios, *in l.* 2. *n.* 186. *& 188. C. de iur. emphyt.* † Limita; quia emphyteusis concessa alicui vsq; ad tertiam illius generationem, dicitur ex prouidentia; ideo retinens non potest emphyteusin talem legare, & legãdo potest suus repudiare hæreditatem, & velle emphyteusin. Bald. *consil.* 271. *Quadam re. epit, lib.* 4. & quod non valeat fideicommissum in re emphyteusi, quæ non sit hæreditaria. Alex. *cons.* 91. *Ponderatis n.* 10. *lib.* 1. † Limita; quia in dubio emphyteusis concessa alicui pro se, & suis filiis, censetur filiis vt filiis concessa, non hæredibus. Ang. *cons.* 184. *col.* 2. *in fin. ver. descendo ad secundum*, & * communiter dicit Alex. *cons.* 91. *n.* 10. *ver. sed ita est, lib.* 1. Anch. *cons.* 319. *in princ.* † Et ordine successiuo, vt primo acquirens, & post eum filii vocentur, non autem copulatiue. Vide, *Ordo successiuus quando* 7 *attendatur. Concluſ.* 199. † Declara extensionem, vt non procedat in emphyteusi ecclesiastica; quia filiis vt filiis censetur facta cõcessio; ideo siue sint hæredes, siue non sint, in re certa instituti succedunt, & ius quæsitum auferri non potest. Anch. *d. cons.* 319. *Casus communis. n.* 2. *& seq.* † Emphyteusis igitur ex prouidẽtia pro filiis, & nepotibus, seu descendentibus potest consequi à fisco, & vocatis in inuestitura, etiam si non sint hęredes primi acquirentis, neq; vltimi emphyteutæ. Bart. *in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. ff. de oper. libert.* & est * communis opinio, vt per Alex. *consil.* 8. *n.* 4. *lib.* 3. *& cons.* 119. *n.* 4. *lib.* 5. Iaſ. *in l. quod dicitur. n.* 29 *ff. de verb. obl.* Roman. *cons.* 48. *n.* 4. *lib.* 1. *& cons.* 169. *n.* 7. *eod. lib.* Curt. Iun. *cons.* 78. *n.* 3. splendissime Clar. *in §. emphyteusis. q.* 32. *per tot.* vbi dicit * communem Did. Ac. *var. resol. lib.* 2. *c.* 18. *post n.* 2. *ver. quinta conclusio.* Ioan. Dian. *de art. legis. tit.* 11. *caut.* 10. *post n.* 1. & idem tenet Salyc. *in l.* 2. *q.* 18. *C. de iur. emphyt.* qui dicit * communem, prout etiam * communem dicit ibi Iaſ. *n.* 187. *& 188.* & idem Iaſ. *in l. quod dicitur ff. de verb. obl.* & quod emphyteusis ex prouidentia non veniat iure hæreditario, sed ex stipulatu. Alex. *cons.* 89. *col.* 1. *lib.* 4. vbi, quod non imputatur in legitimam, & consequitur eam, & feudum, etiam si repudiet hæreditatem patris, & acquirentis. Bald. *c.* 1. *an agnat. vel filij defuncti.* Alex. *cons.* 124. *Ponderatis, n.* 8. *ver. nec istis obstat, lib.* 1. 5. Vide, *Feudum non hæreditarium quo iure respectet ad feudatarium. Concluſ.* 184. † Et quando filius repudiat hæreditatem patris, q̃ succedat in emphyteusi ex prouidentia patris pro se, & filiis recepta Salyc. *in auth. et si parens, n.* 5. *C. de inoff. testam.* sequitur Alex. *in l. quod dicitur, n.* 19. *ver. illud tamen intelligas. ff. de verb. obl.* & * communem dicit Iaſ. *in l.* 2. *C. de iur. emphy. n.* 188. Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 31. *n.* 1. † Ratio est; quia contrahentes hoc casu potius sanguinis successionem, quam hæreditatis considerasse videntur, & hæc est communis ratio tradita à Corn. *cons.* 10. *lib.* 4. † Ratio est; quia filius habet ex munificẽtia, & beneficio domini cõcedentis. Bald. *cons.* 70. *lib.* 2. & quia filius etiam viuo patre potest dici emphyteuta, aut fundatarius, etiam sine noua inuestitura, & in eum continuat possessio cum administratione magis libera. Grammat. *vot.* 6. *n.* 22. *& seq.* & latius, *decis.* 103. *n.* 44. Vide, *Emphyteusis Ecclesiastica an transeat ad filios non hæredes. Concluſ.* 159. † Limita; quia vbicunq; emphyteusis est recepta pro se, & filiis, & descendentibus masculis legitimis & naturalibus, & per lineam masculinam in perpetuum, & quousque dicta linea durabit, dicitur ex prouidentia, & non potest illis per acquirentem præiudicari, Bart. *in d. l. vt iurisiurandi, §. si liberi. ff. de oper. libert.* Vide Conclusionem prox. seq

Emphyteusis quando competat per ius accrescendi, vel non, & qualiter competat. Concluſ. 176.

EMPHYTEVSIS † quando sumit initium in persona vnius tantum, & deinde transit in plures descendentes primi inuestiti, semper inter ipsos descendentes competit ius accrescẽdi. Bald. *cons.* 431. *Punctus quæstionis, n.* 1. *lib.* 2. vbi ponit decem rationes, quas vide; quia sunt pulchræ, quod duplicatur *cons.* 380. *lib.* 3. & est subscriptum à Bald. Honuphrio de Perusio, & Iuliano Brini, & relatiue idem tenet Anch. *cons.* 245. *Duo prima dubia, in pr.* vbi ponit plures casus. Ang. Aret. *cons.* 35. *In casu supradicto, per tot.* vbi late, & tollit contraria. Alex. *cons.* 189. *Viso, & mature, in princ. n.* 1. *& 2. ver. sed cum talis emphyteusis, lib.* 2. vbi, quod recepta ab vno pro se; & hęredibus ab ecclesia necessario transit de vno descẽdente, cuius linea defluit in alium descendentẽ, vel ex eo, quod sit ex prouidentia, vel ex iure accrescendi; & licet teneat ipse Alex. quod isto casu transeat ad extraneos; tamen non negat, si ad descendentes restringatur inuestitura, prædicta sint vera, & hãc communem * opinionem dicit Clar. *§. Emphyteusis, q.* 39. *n.* 2. *ver. sed quando vni concessa est.* allegat Corn. *cons.* 285 *lib.* 3. attestantem * de communi, & alios. Bero. *q.* 40. *n.* 2. vbi de * communi. † Contrarium, quod competat ius ex inuestitura, non ex iure accrescẽdi. Alex. *cons.* 29. *n.* 3. *& cons.* 44. *n.* 3. *lib.* 1. & ita tenet Bart. *in l. si mihi, & Titio, n.* 4. *ff. de verb. obl.* & hanc * communem dicit Clar. *d. §. emphyteusis, q.* 39. *in pr.* vbi quod regulariter ius accrescendi non habet locum in cõtractu. † Declara; quia si pater acquisiit pro se, & hęredibus in materia transitoria ad hæredes extraneos, vel etiam in materia non transitoria pro hæredibus quibuscunque; tunc non habet locum ius accrescendi; quia statim, quod vni hæredi est facta acquisitio, non transit ad alium ex iure accrescendi; secus, quando dictum est, *pro se & filiis, & descendẽtibus*, vel etiam in materia non transitoria ad hæredes, quando fuit dictum, *pro se, & hæredibus, & successoribus*; quia intelligitur de filiis, & descendẽtibus, ita Ang. Aret. *consil.* 35. *In casu supradicto, per tot.* maxime *n.* 6. *& seq. ver. sed tamen iis non obstantibus*, & maxime *nu.* 8. *& seq. ver. & istam sententiam.* † Extende, vt procedat, etiam si filii primo inuestiti diuidant bona inter se, & bona emphyteutica obueniant vni eorum, qui etiam receperit nouam inuestituram; quia si decedat sine filiis, reuertitur ad fratrem superstitem, non ad dominum; quia sufficit, quod habuit robur à patre, & in ambos primo peruenit. Ang. Aret. *d. cons.* 35. *n.* 7. *& seq.* † Extende; quia etiam si facta diuisione inter filios se liberarunt, & quietarunt, & vnus cessit alteri; qa mortuo habẽte emphyteusin, alter succedit; quia pactum non releuat dominum; quia nõ interest paciscentium. Ang. Aret. *d. cons.* 35. *n.* 12. *in fin. & n.* 13. *ver. secundo talis remissio.* † Amplia, vt procedat, etiam si duo sint inuestiti; quia licet quoad eos non habeat locum ius accrescendi; tamen habet locum inter eorum descendentes respectiue, & proportionabiliter, videlicet; quia in portione Titii, si diuidatur in plures

descendentes, inter eos habet locum ius accrescẽdi quoad portionem Titii, non autem quoad portionem alterius simul inuestiti. Bald. *d. cons. 431. n. 2. ver. quandoq. lib. 2.* quod duplicatur *lib. 3.*
* *cons. 280.* & * communem dicit Clar. *d. §. emphyteusis. q. 39. n. 2. ver.*
7 *scias tamẽ.* † Amplia, quia habet locũ ius accrescendi etiam inter duos inuestitos, & eorum descendentes, vt succedat vnus in portionem alterius, & nõ reuertatur ad Ecclesiam, neq; ad dominum, quando in inuestitura adsunt verba, vel pactum, q̃ emphyteusis transeat de vno in alterum ex dictis inuestitis. Bald. *d. cons. 431. nu. 2. ver. & hoc verum, lib. 2. quod duplicatur cons. 280. lib. 3.*
8 † Idem est, quando fuit dictum, quod Ecclesia inuestiebat Titiũ pro se, & vxore sua, & pro eorum, & cuiuslibet eorum filiis, & nepotibus masculis, & fœminis ex eis, & quolibet eorũ descendentibus, ita q̃ præmorientis pars in superuiuentem deueniat,
9 & accrescat. Alex. *cons. 119. Viso processu, in princ. lib. 5.* † Declara tamen; quia licet istis casibus inducatur ius accrescendi inter duos inuestitos; tamen tale ius ita demum habet locum, si alter sine filiis, & descendentibus decedat, vel quando defierit linea descendentium suorum; quia inest clausula, *si sine filiis.* Alexand. *d. cons. 119. in prin. ver. nec dicatur. lib. 5.* vbi, quod quilibet præsumitur prius prouidere sibi, & posteris, & postea socio inuestito, *& n. 3.* dicit, quod licet hoc decidatur ex lege feudali; tamen est con-
10 forme iuri communi, & valet in omni materia. † Et procedit declaratio, vt filii decedentis præferãtur, etiam si vxor instituat filiam pro dimidia, & maritum simul inuestitũ pro alia dimidia; quia adhuc filia habebit medietatem emphyteusis integræ, quę ex inuestitura obuenit matri, nec tenetur illam diuidere cũ patre cohærede instituto; quia habet illã non vt hæres, sed ex prouidentia. Alex. *d. cons. 119. nu. 3. & seq. ver. nec dicatur. lib. 5.* vbi *nu. 4.*
* 11 dicit * communem. † Vide tamẽ casum singularem; quia si vxor domina emphyteusis Ecclesiasticæ patitur inuestiti seipsam, & maritum, pro se, filiis, & nepotibus masculis, & fœminis ex eis, & quolibet eorum descendẽtibus; ita quod præmorientis pars in superuiuentem deueniat, & eueniat casus, q̃ vxor moriatur superstite vnica filia, portio matris integra spectat ad filiam, etiã si mater instituisset filiam pro dimidia, & maritum pro alia di-
* midia; quia filia habet vt filia, non vt hæres secundum * communem, de qua Alex. *d. cons. 119. in pr. lib. 5.* sed si contingat, q̃ maritus superuiuens habeat postea ex secunda vxore alios filios, portio mariti decedentis tota debet spectare ad filiam ex primo matrimonio, non autem ad filios ex secundo matrimonio; quia cũ habuerit maritus liberalitate primæ vxoris, ad quam spectabat tota emphyteusis à principio, tenetur reseruare filiis ex primo matrimonio. Alex. *d. cons. 119. n. 4. & seq. ver. de reliqua vero dimidia, lib. 5.* bene faretur Alex. quod si non extarent filii ex primo matrimonio, tunc transiret ad filios mariti ex secũdo matrimonio,
12 non ad Ecclesiam. † Ideo, quando adsunt similia verba, q̃ pars præmorientis deueniat in superstitem. Bald. *cons. 452. Hæredi habenti. n. 2. ver. iis præmissis, & per tot. lib. 5.* vbi loquitur etiam in patre
13 & filio simul inuestitis. † Extende, quando pluribus inuestitis esset dictum, quod ipsis mortuis tunc deuoluatur ad Ecclesiam; quia debet expectari mors omnium. Roman. *cons. 19. In casu quæ-*
* *stionis. per tot.* vbi apost. *in ver. ita decidit*, dicit * communem; maxi-
14 me quia dictio, *tunc*, denotat extremitatem temporis. † Cõtra-
15 riũ tenet Alex. & male *cons. 204. Consideratis. lib. 2.* † Amplia, quia ius accrescendi habet locum, etsi emphyteusis detur in dotem; quia mortua vxore & filiis reuertitur ad vocatos in inuestitura,
16 quando fuit dictũ. Bald. *cons. 206. Punctus, concessa fuit. lib. 5.* † Extende, etiam si maritus habuisset inuestituram pro se; quia mortua vxore extinguitur, Pet. de Anch. *cons. 38. Mortua dicta domina.*
17 *n. 8. per tot.* † Amplia; quia in emphyteusi acquisita inter plures cum iure accrescendi vnus non potest alteri vocato per ius accrescendi præiudicare; ideo si vnus alienat extraneo post illius mortem, reuocabunt vocati per ius accrescẽdi talem alienationem. Alex. *cons. 106. num. 6. & seq. lib. 4. gl. in c. 1. de alien. feud. patern.*
18 † Extende; quia si pater accepit emphyteusin pro se, & filiis suis, & decedat relictis duobus filiis, qui succedẽrũt patri in emphyteusi, si postea alter eorũ decedit sine descendentibus, eius portio deuoluitur ad superstitem fratrem, vel descendentes fratris per ius accrescendi, & non ad dominum directum. Bart. *in l. si mihi, & Titio. ff. de verb. oblig.* cum quo transeunt ibi communiter
* * Doct. Alex. in pluribus consiliis, quos refert, & sequitur Dec. *cons. 263. In contractu. col. 2.* vbi tollit contraria, & dicit tale ius accrescendi non impediri per alienationem factam à fratre præ-
☞ mortuo, nec per diuisionem inter eos. Vide, *Emphyteut. & diuidentes vel alienantes inter se sine consensu domin an cadant. Conclus. 202. in*
19 *fin.* † Si vero ageretur de succedendo patri, & auo, vt quia inuestitura habuit duos filios, quorũ alter decessit relicto filio, si iste nepos concurrat cum patruo, filio præfertur patruus; quia est proximior. Alex. *cons. 129. Perspectis iis. lib. 5.* quia nepos non intrat in locum patris. † Contrarium in simili facit Corn. *cons. 131. lib. 2.* 20
Dec. *cons. 217. In casu proposito.* vbi dicit, quod opinio Alex. procedit in successione patrui magni, puta quando duo fratres inuestiti cum iure accrescendi essent, & vnus esset mortuus cũ duobus filiis, & vnus filius mortuus reliquisset filium, si extant nepos & pronepos primi inuestiti ex fratre, solus nepos succedit, vt proximior, donec vixerit, eo mortuo, omnes postea æqualiter succedunt. † Extende; quia sicuti non præiudicatur iuri ac- 21
crescendi per alienationem factam ab vno ex inuestitis; ita neq; per renunciationem, neque per quietationem, generalem factam inter fratres. Alex. *cons. 188. col. 3. lib. 2.* & ideo filius vocatus poterit exiure accrescendi petere emphyteusin ex prouidentia maiorum, etiam si per eius patrem fuerit alienata, & quod plus est, etiam si filius fuerit hæres patris. *Pedemont. decis. 180. & decis. seq.* vbi latissime. † Limita; quia ius accrescendi non habet locum 22
inter duos inuestitos de emphyteusi à principio; ideo vno eorum mortuo, alter non succedit; & idem quoad eorum descendentes; quia si deficiant descendentes alterius ex primis duobus inuestitis, emphyteusis reuertitur ad dominum. Bald. *d. consil. 431. num. 2. vers. quandoque emphyteusis. lib. 2.* quod duplicatur *cons. 280. lib. 3.* communem * dicit Clar. *in §. emphyteusis, quæst. 39.* * Bart. *in l. si mihi & Titio*, vbi Alex. dicit * communem. *ff. de verbor.* * *obl.* & hanc * communem dicit Clar. *d. §. emphyteus. q. 39. nu. 2. ver.* * *scias tamen*, vbi, quod omnes * Doctores concordant in hoc, & ponit exemplum *in fin. n. 4. ver. è contrario*, vbi allegat Alex. *consil.*
167. *num. 4. lib. 7.* vbi dicit * communem. † Et ideo si isto casu vnus cadit; quia non soluit, vel alienauit, portio ipsius tantum deuoluitur ad dominum. Dec. *cons. 263. & cons. 326.* † Extende, vt 24
idem sit in emphyteusi Ecclesiastica concessa duobus fratribus pro se, & filiis hæredibus eorum; quia altero mortuo sine filiis reuertitur ad Ecclesiam portio mortui, non autem transit ad fratrem exiure accrescendi. Bald. *cons. 275. Dicta portio. lib. 4.* & credo, quod sit subscr ptio *consil. 280. lib. 3.* quod est Baldi Honuphrii de Perusio, & Iuliani Bini. Alex. *cons. 204. Ponderatis verbu. nu. 3. ver. sed præmissis, & per totum, lib. 2.* vbi apostill. *in ver. omnibus*, dat concord. pro vtraque parte, & hanc tenet plenius Alex. *consil. 167. Visis. num. 4. ver. tertio non obstat. lib. 7.* vbi plures citat, & dicit * communem, & eum sequitur Clar. *d. q. 39. in fin.* licet al- *
leget corrupte eum. † Contrarium tenet Specul. *tit. locati. § nunc* 25
aliqua. ver. 69. quem refert Alex. *cons. 204. Ponderatis nu. 2. lib. 6.* vbi citat Mart. de Fano, qui mouentur; quia clausula, *pro se, & hæredibus eorum.* videtur cõtinere ius accrescendi, & apost. ad Alex. ibi *in ver. omnibus*, citat pro hac parte Rom. *consil. 19. In casu quæstionis.* Curt. Sen. *cons. 49. col. 1.* Ias. *consil. 117. col. 6. lib. 4. & in l. 2. q. 17. C. de iur. emphyt.* † Declarat apostill. ad Alex. *d. cons. 204. n. 2. in ver. omnib.* 26
lib. 2. quia nisi expresse dicatur per verba collectiua, puta, *post mortem omnium eorum*, non habet locum ius accrescendi; quia illa verba, *pro se, & eorum filiis, vel per mortem eorum reuertatur*, ex quo referuntur verba ad eos, quibus non competit ius accrescendi, non inducunt illud, sed resoluuntur in singularitates, & ita etiã soluit Alex. *cons. 167. n. 4. lib. 7.* † Et sine dubio procedunt limita- 27
tio, & extensio, quando simpliciter est facta inuestitura duobus fratribus pro se, & filiis & descendentibus. Anch. *cons. 245. in pr. ver. secundus casus.* † Extende; quia si concedatur emphyteusis 28
pluribus etiam absentibus, videtur facta concessio vnicuique ipsorum ratificanti pro virili. Bald. *cons. 251. Considerandum est, in pr. lib. 2.* Dec. *cons. 263. in pr. & cons. 326.* vbi, quod si cadat aliquis, sua portio tantum reuertitur ad dominum, nec est locus iuri accrescendi. † Extende, vt procedat in emphyteusi cõcessa Titio pro 29
se, & fratre suo absente, & pro filiis cuiuslibet, seu cuiusq; ipsorum; quia mortuo altero ex eis sine filiis portio eius non accrescit alteri, neque filiis alterius ipsorum; & idem, si alter decedat cum filiis, qui decedant sine descendentibus; quia portio alterius deuoluitur ad dominum, non autem ad lineam alterius. Alex. *cons. 17. Ponderatis, per totum*, maxime *num. 6. & seq. ver. circa terti-*
um. lib. 5. vbi apostill. *in ver. reuertatur*, dat concord. & Alexand. allegat pro vtraque parte, & soluit, quod illa verba, quando applicantur inuestitis, & constat de mente, est locus iuri accrescẽdi; quando vero applicantur filiis, debent intelligi respectiue, & idem Alex. *cons. 24. Ponderatis n. 8. ver. & etiam ponderandum. lib.*
5. † Extende; quia imo si illa verba, *& cuilibet vestrum*, essent ap- 30
posita primis inuestitis, adhuc non esset locus iuri accrescendi, si concedens moritur, antequam absens acceptauerit, vel si ipse absens esset mortuus ante acceptationem. Alex. *d. cons. 24. nu. 7.*

& maxi-

si & maximè num. 8. ver. & etiam ponderandum, & n. 9. lib. 5. † Declara; quia quod dicitur in restrictionibus, quando duo fuerunt inuestiti de feudo, vel emphyteusi, habeat locum ius accrescendi, si dictum fuit, concedo vobis, & cuilibet vestrum; vel quãdo fuit dictum ita, quod mortuis omnibus reuertatur ad dominum, procedit, quando fuerunt præsentes; vel quando absentes acceptarunt; sed si absens, antequam acceptauerit, moritur, vel etiã si concedens moritur, antequam absens acceptauerit; tunc ad dominum non reuertitur, sed præsentib⁹ facta dicitur inuestitura forma, & modis, quibus absenti mortuo, ita quod attendenda sit descendẽtia absentis, non autem præsentis; & ideo si linea absentis, in quem non est sortita effectũ inuestitura, supereſt, quamdiu supererit, acquiritur præsenti; si vero est finita, reuertitur ad dominũ, Alex. d. conſ. 24. Ponderatis, n. 4. ver. istis suppositis, & iterum num. 7. ver. & attento, & plenius n. 9. ver. nec etiam possunt. lib. 5. † Restringe, quando vltra inuestituram factam duobus fratribus pro se, & filiis, & descendentibus, esset dictum, quod post mortem eorum, & filiorũ emphyteusis reuertatur ad Ecclesiã; quia videtur concessum ius accrescendi. Anchar. relatiue conſ. 245. n. 2. ver. secũdo modo. Alex. conſ. 17. Ponderatis. num. 9. & conſil. 22. num. 12. lib. 5. † Contrarium tenet apostil. ad Alexand. d. conſil. 17. n. 9. in ver. operantur. lib. 5. † Restringe, nisi ex verbis concessionis colligeretur mens contrahentium contraria quod voluerint, quod vno eorum decedente sine filiis alter succedat; quia statur menti. Alex. d. l. si mihi, & Titio, n. 12. ff. de verb. oblig. vbi plures citat. Bald. in l. 1. C. quando non pet. parte. n. 28. in fin. quia tali casu superstites succedent per ius non decrescendi. Alexand. d. conſil. 17. n. 9. lib. 5. Bald. conſil. 251. lib. 3. Anchar. conſil. 245. Duo prima dubia. & rationem assignat Alexand. d. conſ. 17. n. 10. quia partes inter se conuenire possunt de hoc. † Restringe, nisi concessio esset ex causa onerosa facta pluribus; quia si nõ valet in personam vnius, non reuertitur ad dominum, sed accrescit illis. leg. fundus ille. ff. de contrah. empt. late Alexand. Aretin. & Iason in l. si mihi & Titio. ff. de verbor. obligation. quod declara, vt per Alexand d. conſil. 24. Ponderatis. n. 6. & sequent. lib. 5. † Restringe, quando esset dictum, quod post mortem omnium reuertatur ad Ecclesiam; quia tunc ex mente est locus iuri accrescendi. Alexand. dict. conſil. 17. num. 9. lib. 3. vbi apostil. in ver. operantur. † Restringe, nisi esset dictum, quod deueniret ad masculos eorundem inuestitorum, & cuiuslibet eorum; quia tunc etiam haberet locum ius accrescendi secundum inuestituram. Baldus conſil. 185. lib. 3. † Limita; quia ius accrescendi non habet locum, quando fuit facta inuestitura in vnum tantum, & fuit ex ea per annos 40. præscriptum. Bald. conſil. 206. lib. 5. per totum. † Limita; quia ius accrescendi non habet locum, quando vnus frater acquisiuit pro se, & fratre absente; quia si frater absens ex dissensu; quia noluit ratificare; non acquirit, non accrescit alteri, qui stipulatus est. Anchar. d. conſil. 245. circa princip. ver. tertia forma. † Extende idem, si ratam habuit, & moritur sine filiis; quia non habet locum ius accrescendi, imo reuertitur sua portio ad Ecclesiam. Anchar. dict. conſil. 245. ver. tertia forma. nu. 2. Alexand. d. conſil. 17. Ponderatis. n. 6. & seq. ver. circa tertium. lib. 5. † Restringe in feudo, secundum Bald. quem refert Anchar. d. conſ. 245. n. 2. ver. tertia forma. vbi dubitat de veritate restrictionis. † Restringe, quando verba, pro duobus fratribus essent in solidũ, puta pro se, & eorum filiis, & quolibet eorum, & cuiuslibet eorum, vt innuit Anchar. d. conſ. 245. num. 4. ver. nemo ad secundum. † Declara; quia si verba, in solidum, respiciunt descendentes, puta pro se, & filiis cuiuslibet eorum, ius accrescendi habet locum in filiis tantum, non in ipsis fratribus acquirentibus; quia verba non aptantur ad eos. Anchar. dict. conſil. 245. num. 5. ver. contra. nam sentio, quia casus. Alexand. d. conſil. 17. lib. 5. in 3 dubio. † Qualiter autem competat ius accrescendi, an in capita, an vero in stirpes? dic, quod in nepotibus, & in patruelibus, si agatur de successione plurium æqualium, habet locum in stirpes à dicto gradu, vltra in capita. Bald. conſil. 199. Ad euidentiam. numer. 6. verſic. & ad maiorem. lib. 3. † Quatuor esse formas inuestiturarum, in quibus ius accrescendi potest dubitari, an competat, de quibus Anchar. d. conſil. 245. Duo prima dubia. † Prima forma, quando vnus recipit pro se, & filiis, & descendentibus; quia mortuo ipso inter filios habet locum ius accrescendi. † Secunda forma, quando simpliciter duobus fit inuestitura, & non habet locum ius accrescendi, neque in inuestitis, neque in descendentibus, nisi pro medietate inter filios cuiuslibet; quia si moriuntur filii alterius, non succedunt filii alterius inuestiti. †. Tertia forma; quando vnus recipit pro se, & fratre absente; & hic casus diuiditur in duos; quia si frater absens non velit habere ratum, non accrescit ei, qui acquisiuit; si vero habet ratum, & moritur, non habet locum ius accrescendi. † Quarta forma est, quando duo acquiruntnon simpliciter, vel vnus pro se, & absente non simpliciter, sed in solidum, vel per verba, quæ hoc importent, puta, pro se, & quolibet eorum, eorumque, & cuiuslibet eorum descendentibus; & isto casu habet locum ius accrescẽdi. † Quinta forma potest esse, si acquisiuit pro se, & fratre, vel duo fratres simul pro se, & eorum, & cuiuslibet eorum filiis, nam dictio, in solidum, quoad filios non haberet locum quoad inuestitos, si vnus moriatur sine filiis, ita Anch. d. conſil. 245. n. 5. verſ. contrarium, vbi ponderat verba illa, cuiuslibet, ad quas personas referantur, & idem plenius tenet Alex. d. conſ. 17. Ponderatis. n. 6. & seq. lib. 5. vbi allegat pro vtraque parte, & dicit, quod licet dictio, cuiuslibet eorum filiis, sit vniuersalis distributiua; tamen applicata filiis non inducit ius accrescendi quoad portionem vnius ad alterum; secus si applicaretur duobus primis inuestitis, vel cõstaret de mente. Vide, Feudum quando competat per ius accrescendi. Concl. 182.

Emphyteusis paterna in filiis renouata an mutet naturam. Concl. 177.

EMPHYTEVSIS † concessa alicui pro se, & filiis, & descendentibus vsque ad certam generationem, licet renouetur in duobus filiis primi inuestiti, qui sunt fratres; nõ tamen cessat ius accrescendi semel creatum. Petr. de Anchar. conſ. 30. Dubitari solet, in fine, num. 6. verſicul. super tertio. † Amplia, vt procedat, etiam si prima inuestitura fuit facta tutori recipienti ab Ecclesia pro tribus pupillis, cum pacto, quod pars morientium accrescat aliis; quia licet diuisionem faciant, & renuncient inter se, & accipiant omnes nouas inuestituras, nõ præiudicatur iuri accrescendi ex nouis renouationibus includentibus nouas personas in præiudicium primo loco inuestitorum, Bald. plene conſil. 431. Punctus quæstionis, per totum. lib. 2. quod duplicatur conſil. 280. lib. 3. † Amplia in emphyteusi concessa patri & filio cum pacto, quod portio præmorientis deueniat in superstitem; quia si pater alienet partem suam extraneo, & emptor inuestiatur de nouo, nihilominus noua inuestitura non præiudicat antiquæ, quin mortuo patre alienante filius possit vendicare bona emphyteutica alienata per patrem, Bald. conſ. 452. Heredi habenti, per tot. lib. 5. † Extende ampliationem, vt procedat, etiam si esset dictum in prima inuestitura, ꝙ non posset alienare sine licentia domini; quia per hoc non sequitur; ergo de licentia domini potuit alienare, etiam si adsit clausula, ad habendum, & disponendum; quia semper intelligitur saluo iure accrescendi. Bald. d. conſ. 452. circa fin. ver. non obstant paci. lib. 5. † Limita; quia si antiquæ inuestituræ essent de pluribus corporibus, & pluribus pretiis, seu canonib⁹, & fieret renouatio pro vnico pretio, non facta mentione de pluralitate corporum, & canonum in antiquis inuestituris; tunc renouatio inducit alterationem, vt sit vnus contractus, & per alienationem partis cadit à toto, licet secus fuisset ex antiquis inuestituris. Cuman. cõſ. 41. Ad primum quæsitum. n. 3. ver. ad secundam. † Limita, quando is, qui habet ius accrescendi, esset hæres simpliciter eius, qui alienauit; quia non posset recuperare, neq; venire contra factum defuncti. Bald d. conſ. 452. circa fin. ver. & ideo dictus. lib. 5. vbi secus dicit, si repudiasset hæreditatem, vel adiuisset cum beneficio legis, & inuentarii. Vide, Feudum non potest renouari, neq; alterari inuito feudatario, & quando secus. Concl. 110. Vide Concl. proximam seq.

Emphyteusis concedi non potest in præiudicium primæ concessionis. Concl. 178.

DVRANTE † prima inuestitura emphyteutica non potest Prælatus Ecclesiæ facere nouam concessionem dictę emphyteusis non apertę, & non reuersæ ad Ecclesiam, in præiudicium sui successoris, sed bene in præiudicium sui ipsius concedentis. Bald. cõſ. 134. Quidam dominus. lib. 2. vbi, quod si mortuus est Prælatus, qui concessit emphyteusim non deuolutã, quæ deuoluatur tempore successoris, illa inuestitura non ligat successorem, Bald. conſ. 431. in fi. verſ. sexto, & vltimo. lib. 2. vbi, quod in præiudicium successoris nõ potest. Vide, Emphyteusis non potest auferri, vel alterari. Concl. 200. † Amplia, etiam si ius consistat solum in spe, & non in re; quia non potest non apertum cõcedi in præiudicium successoris. Bald. d. conſ. 431. in fi. verſ. sexto, & vltimo. lib. 2. † Amplia; quia si dominus faciat nouam inuestituram extraneo in præiudicium habentium ius accrescendi, etiam si de nouo inuestitus soluerit canonem, & antiqui non soluerint; tamen præferri debet inuestitura antiqua, & solutio facta ab inuestitis de facto iuuat antiquos dominos. Petr. de Anchar. conſil. 44. Primo de viribus. num. 6. & sequent. ver. præterea aduertendum est. † Amplia; quia in præiudicium pri-

mæ inuestituræ non potest fieri confirmatio in alias personas, ideo si duo fratres fuerunt inuestiti pro se, & eorum filiis masculis, & ipsis deficientibus pro vna fœmina, & vnus moriatur cum filiis masculis, alter cum sola fœmina, pars decedentis cum fœmina spectat ad fœminam in tantum, quod non valet confirmatio ad fauorem masculorum in prætudicium fœminæ. Bald. *cons.* 215. *Emphyteusis. lib.* 4. & duplicatur *cons.* 308. *Emphyteusis, quæm. lib.* 4. Castr. *cons.* 156 *Viso, & examinato. colum.* 3. *lib.* 1. Alexand. *cons.* 3. *lib.* 5. *& consil.* 23. *col.* 3. *eodem lib.* late Deci. *cons.* 191. *Circa præmissa.* † Extende, etiam si secundus, qui petit nouam inuestituram in præiudicium primæ, offerat meliorem conditionem Bart. per illum text. in *l.* 2. *C. de fund. patrim. lib.* 12. Iason in *l.* 1. *colum.* 2. *in fin. C. de iur. emphyt.* Extende, † etiam si esset Ecclesia, vel minor, & quicunque priuilegiatus; quia licet meliorem conditionem inueniat, non potest priuare primum inuestitum, quando legitima est inuestitura. Alexand. *consil.* 79. *Circa primum, de quo quæritur. col.* 8. *lib.* 1. † Extende, etiam si pater primus acquirens iusserit filiam plus de bonis suis petere non posse; quia non præiudicat. Anchar. *consil.* 319. *circa fin.* vbi loquitur in fortioribus terminis, etiam si Papa fecerit omnia bona emphyteutica libera; quia non tollit ius quæsitum ex stipulatu. † Contrarium in hac extensione tenet Anch *consil.* 143. Amplia; † quia maritus, cui vxor dedit in dotem bona emphyteutica, non potest accipere nouam inuestituram pro se ipso, etiam si emphyteusis reuera esset deuoluta tempore, & facto mariti; secus si tempore vxoris esset deuoluta; quia tunc posset inuestitura impetrari à marito. Bald. *cons.* 476. *Ex actis facti, per tot. lib.* 4. Extende; † quia si bona emphyteutica, in quib⁹ est locus iuri accrescendi, dentur in dotem per mulierem emphyteutam, & maritus recipiat nouam inuestituram, illa cessat statim mortua vxore, & bona emphyteutica reuertuntur ex iure accrescendi ad vocatos ex inuestitura. Petr. de Anchar. *consil.* 38. *Mortua dicta. n.* 8. *& per tot.* † Amplia; quia non valet confirmatio emphyteusis facta ad fauorem extranei emptoris in prætudiciū habentium ius accrescendi, quin mortuo alienante possit vendicari emphyteusis alienata, & confirmata per dominum sine consensu habentis ius accrescendi. Bald. *cons.* 452. *Hæredi habenti. lib.* 5. *per tot.* † Et quod nō valet alienatio feudi, vel emphyteusis ex prouidentia in præiudicium vocatorum facta etiam de consensu directi domini. Alex. *consil.* 106. *lib.* 4. Vide, *Emphyteutæ diuidentes. seu alienantes inter se an cadant. Conclus.* 202. *numer.* 23. *& sequ.* † Amplia; quia non valet alteratio inuestituræ facta per dominum in præiudicium emphyteutæ; ideo si emphyteuta rusticus, qui reduxit ad culturam rem incultam sibi concessam etiam ad tempus, est effectus perpetuus emphyteuta, non valet pactum, quod iure meræ & simplicis locationis tenetur. Castr. *consil.* 142. *in fin. lib.* 2. vbi inuehitur contra certos Abbates qui ad decipiendum emphyteutam alterarēt inuestituram de nouo factam: vt non præiudicet. Vide, *Emphyteusis non aperta non potest concedi. Conclus.* 187. Vide, *Feudum apertum, & deuolutum quando alteri concedi possit. Conclus.* 111. † Limita; quia bene posset de consensu habentis ius non apertum concedere, & conferre alteri emphyteusim non apertam. Bald. *consil.* 431. *Punctus quæstionis, in fine, versic. sexto, & vltimo, lib.* 2. † Limita in Capitulo; quia Capitulum nunquam moritur, vel Collegium, & semper idem censentur; ideo non videtur supplantare successorem, prout in Prælato Bald. *d. consil.* 431 *in fine. lib.* 2. † Limita; quia emphyteusis spectans ad duos potest renouari tota in altero, si alter consentiat. Bald. *cons.* 234. *Diuisio à princip. num.* 3. *lib.* 4. † Extende, etiam si alter consentiat, quando lapsum est longum tempus, & est præscripta. Angel. *consil.* 311. *In themate prædicto. cap. si. vers. super quarto.* † Limita; quia bene valet renouatio facta in vnum tātum etiam altero non consentiente, quando longo tempore, puta per 40. annos vnus fuit in solidum inuestitus à domino. Bald. *consil.* 206. *Punctus, concessa fuit. lib.* 5. † Extende, vt imo renouatio in vnum facta valeat, quando alii prætendentes non potuisse fieri renouationem non soluerunt canonem per multos, prout per octo annos. Bald. *cons.* 146. *Super isto puncto, circa fin. lib.* 5. † Declara extensionem, vt sit vera, quando solutio non est facta ante inuestituram per veros emphyteutas, neque per tertium, alias secus; quia si nouiter inuestiti soluerunt, illa solutio conseruat ius antiquorum emphyteutarum. Petr. de Anchar. *consil.* 44. *Primo de viribus. n.* 8. *& 9. vers. præterea aduertendum est.* † Limita; quia bene valet noua inuestitura in præiudicium habentium ius accrescendi ex antiqua inuestitura, quando emphyteuta non soluit canonem, ita quod cecidit; quia tunc dominus alicui potest inuestire. Pet. de Anchar. *d. consil.* 44. *Primo de viribus. num.* 4. *ver. restat modo.* Vide Concl. prox. præced. Vide, *Feudum non potest reuocari, neque alterari inuito feudatario. Concl.* 110.

Emphyteutæ qualiter succedāt in emphyteusi. Cōclus. 179.

EMPHYTEVSI † recepta pro se, & filiis, & descendentibus, successio spectat ad descendentes ordine successiuo, vt primo filii, postea nepotes & deinceps succedant in tali emphyteusi. Castr. *consil.* 135. Et hanc esse * communem opinionem dixit Alexand. *consil.* 17. *Ponderatis. numer.* 6. *ver. circa secundum. lib.* 5. vbi apostilla in *ver. successuo*, dat concord. idem Alexand. *consil.* 129. *Perspectis. nu.* 3. *& sequent. ver. insuper præsuppono. lib.* 5. † Amplia; quia emphyteusis concessa pro se, & filiis suis, & descendentibus masculis, & post eorum finem pro Michaeleangelo fratre, & suis filiis, & descendentibus masculis, intelligitur ordine successiuo, vt primo ad ipsum, secundo ad eius filios, & descendentes nascituros, & post eos ad fratrem, & successiue ad eius filios, ita Roman. *consil.* 35. *Visa facti, in princ.* Alexand. *consil.* 107. *in causa, in princip. lib.* 4. † Amplia; quia modus succedendi potest ex inuestitura tradi; quia concessio potest fieri cum pacto, quod finita linea primi inuestiti vadat ad quoscunque alios nominatos. Dec. *consil.* 225. *In causa, quæ quondam. colum.* 2. *ver. primus est.* Patrif. *cons.* 72. *Ad veram resolutionem. col.* 2. *n.* 16. *lib.* 4. † Extende, vt idem possit fieri per laudum latum, vel conuentionem inter emphyteutas plures; quia licet non possint ipsi recedere à tenore inuestituræ, neque extendere successionem in prætudiciū domini, bene possunt inter se, & valebit conuentio, si dominus non contradicat. Angel. *consil.* 5. *Andreas Ioannis.* Alexan. *cons.* 59. *Viso themate. lib.* 5. refert, & sequitur Ruin. *consil.* 214. *Visis ijs. num.* 15. *lib.* 1. quia quoad prætudicium contrahentium valebit, sed non ad prætudicium domini, si nolit consentire. Bartol. in *leg. non dubium. colum.* 3. *circa med. ff. de legib.* Aretin. *consil.* 77. *Ratio. colum.* 2. *cir. med.* Cōrn. *cons.* 147. *In hac consultatione, ad fin. lib.* 1. & in specie de re Ecclesiæ alienata Ruin. *consil.* 40. *Visis allegationibus, ad fin. lib.* 5. Extende; quia concessio emphyteusis, & quælibet alienatio potest concipi, vt deficiente linea masculina vadat in fœminam, & deficiente linea fœminina ad alios transeat, maxime, quando non tractatur de vniuersali successione, & hæreditate, sed solum de certis rebus particularibus, vt communiter * Doctor. in *l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verbor. obl. & in leg. fin. Cod. de pact.* Deci. in *l. pactum, quod dotali. colum. fi. circa princip. C. eod. tit: Bartol. consil.* 72. *Ex facto proponitur. colum.* 2. *lib.* 1. Oldra. *cons.* 139. *Ad habendam.* Alexand. *cons.* 28. *Ponderatis verbis, colum. fin. lib.* 3. & alii, quos refert Dec. *cons.* 225. *In causa, qua quondam. colum.* 2. *ver. primus est.* Patrif. *consil.* 72. *Ad veram resolutionem. colu.* 2. *num.* 16. *lib.* 4. Vide, *Fideicommissum valet in contractu inter viuos, & quando secus. Conclus.* 244. *num.* 4. *& sequent.* † Idem etiam per laudum potest disponi. Angel. *cons.* 5. *Andreas.* Alexand. *consil.* 59. *Viso themate. lib.* 5. refert, & sequitur Ruin. *cons.* 214. *Visis ijs, num.* 15. *lib.* 1. † De iure successio inter patrueles vocatos est, quod succedant in capita, & non in stirpes. Iason *consil.* 173. *lib.* 4. † Limita, quando semel est transfusa in descendentes; quia si contingat vnum ex descendentibus decedere sine filiis, eius portio spectat ad proximiorem agnatum decedentis, non ad proximiorem agnatum primi acquirentis; & ideo si primus acquirens pro se, & filiis masculis, & fœminis decedat, relicto filio masculo, & filia fœmina, postea decedat masculus, relicta filia fœmina, ipsa neptis ex primo acquirēte præfertur filiæ primi acquirentis; quia inspicitur persona vltimi mortui, per cuius obitum emphyteusis deuoluitur. *c. 1. de nat. succes. feud.* & in successione valet argumentum de feudo ad emphyteusim & è contra. Iason in *leg. 1. colum.* 11. *ver. nunquid autem argumentum à feudo. Cod. de iur. emphyt.* & ita tenuit in consilio suo decisiuo Castrens. in Ciuitate Camerini, prout eum refert, & sequitur Corn. *d. consil.* 22. *In hac. num* 18. *lib.* 2. *& in cons.* 24. *Ad euidentiam. col.* 2. *ver. nec obstat & colum. penult. eod. lib. & cons.* 131. *Præterea tenendum est, eod. lib.* 2. *& cons.* 230. *Quanquam. col.* 11. *ver. & licet ipsi sint. lib.* 3. allegat rationem; quia mens disponentis est, quod portio patris deueniat ad filios, licet disponenti alius sit proximior, arg. *l. cum auus. ff. de cond. & demonstrat.* sequitur Socin. in *leg. si cognatis. col penult. circa fin. ff. de reb. dub. & consil.* 249. *num.* 21. *versic. septimo ad idem. lib.* 2. *& cons.* 86. *colum fin. num.* 14. *versu. præterea alias vidi. lib.* 3. Ruin. *cons.* 166. *Attento tenore. col.* 3 *in fi. lib.* 1. Castr. in *l. cum ita. §. in fideicommisso. ff. de leg.* 2. & ita est regula, siue simus in vltimis voluntatibus, siue in contractibus; quia semper, quod nomine collectiuo vocantur plures, ordine successiuo morienti succedunt proximiores. *d. §. in fideicommisso*, & est text. in *l. final. C. de verbor. signifi. ita* Ruin. *cons.* 159. *Viso testamento. col* 3. *& cons.* 162. *Proponitur. col.* 4. *& cons.* 167. *Viso testamento. col.* 4. *& cons. Proponitur. col.* 4. *& cons.* 35. *Super eo. colum.* 4. *li.* 3. *&* consulēdo amplexus fuit Socin. Iun. *cons.* 126. *per tot. lib.* 1. vbi multa cumu-

ta cumulat, & dicit hanc communem, & quod nephas est recedere ab ea in iudicando. Adde Rom. *cons.* 122. *Proposito in fin.* Corn. *cons.* 190. *Plures super hoc lib.* 3. *& cons.* 97. *Primo consultus n.* 21. *lib.* 1. vbicitat ad hoc Bald. *cons.* 85. *Præmissis verbis lib.* 5. Ruin. *cons.* 40. *Circa dubium n.* 5. *inter consilia Alexandrini. & cons.* 166. *Attento n.* 10. *lib.* 1. *& cons.* 191. *Proponitur n.* 8. *eod. lib.* 1. & Rub. Alex. *cons.* 36. *Eximij n.* 7. *& cons.* 38. *Memini n.* 4. vbi dicit in iudicando, & consulendo non esse recedendum ab ista opinione. † Dicas, quod diuisio emphyteusis operatur, quod facta diuisione, vel assignatione vni ex filiis semper transit ad descendentes habiles ipsius, cui obuenit, ita quod præferuntur descendentes ab eo vltimo, cui obuenit, descendentibus à primo inuestito, vt remotioribus; si vero emphyteusis spectaret ad solos masculos, vel ex inuestitura, vel ex natura emphyteusis, vel stante statuto; tunc fœmina ex vltimo excluditur, & aliâ primo inuestito succedunt ex mente primi acquirentis; sed si esset noua, esset contrarium. Castr. *consil.* 300. *col. fin. versic. sequitur igitur. vsque in fin. lib.* 2. † Declara restrictionem; quia imo si recepta est emphyteusis pro Dominico & Luca-antonio de Schainis, & eorum, & cuiuslibet eorum filiis, & descendentibus masculis, & linea masculorum finita pro muliere, quæ reperietur maior natu; quia filia descendentium non consideratur, si extat filia inuestitorum; quia qualitas maior natu facit recedere. † Declara restrictionem; quia si auus recepit emphyteusim pro se, & filiis masculis, & fœminis, & relictis pluribus filiis masculis, qui successerunt in emphyteusi, & in diuisione tota emphyteusis datur vni in portione sua, qui moritur sine masculis relicta filia, debent succedere fratres defuncti masculi ex primo inuestito, non fœmina ex vltimo mortuo; quia intentio primi inuestiti sic disponit, & hęc opinio est magis conformis opinioni vulgi, quam contraria. Castrens. *d. consil.* 300. *Viso quodam in princ. & per tot. lib.* 2. † Declara secus esse in inuestitura noua duorum fratrum, qui receperunt emphyteusim vsque ad tertiam generationem pro se, & descendentibus masculis, & fœminis, ita quod deficiente linea alterius sit locus iuri accrescendi; quia etiam si exter consuetudo loci, quod masculi præferantur fœminis, non procedit, si alter moritur cum filia; quia filii alterius inuestiti non debent præferri; quia vnusquisque potius suæ posteritati masculinæ, vel fœmininæ prospexisse censetur, quam posteritati alterius. Castr. *cons.* 316. *Suprascriptus. num.* 3. *ver. quantum vero. lib.* 2. & dicit esse tex. *in cap. 1. de eo, qui sibi & hæred. suis mascul. & fœmin.* secus dicit, quando venerint ex antiqua inuestitura, & omnes ab eodem stipite. † Limita, nisi essent plures filii, quorum aliqui præmortui essent relictis filiis; quia nepotes succederent in locum patris ad successionem aui vna cum patruis, qui sunt filii. Corne. *consil.* 131. *lib.* 2. Deci. *consil.* 217. *In casu proposito.* vbi, quod Alex. qui tenet contrarium, intelligitur, quâdo agitur de successione patrui magni, non, si agitur de successione aui, vel patrui. Bart. & Doctor. *in l. quod dicitur. ff. de verb. oblig.* Iaf. *in l.* 2. *n.* 210. *C. de iur. emphyt.* Gozad. *consil.* 75. Ruin. *cons.* 49. *lib.* 1. & apostill. ad Alex. *cons.* 129. *lib.* 5. *in ver. præmortua*, citat plurimos, & dicit æquiorem. Imo, quod in successione emphyteusis, tam nepotes, quam pronepotes succedât in locum patris, & illum repræsentent. Deci. *d. consil.* 217. *In casu proposito. per tot.* † Contrarium consuluit Alex. *d. cons.* 129. *Perspectis iis. lib.* 5. *n.* 3. *& seq. ver. insuper.* vbi apostill. *in ver. præmortuo.* dat concord. † Declara, vt non procedat, quando agitur de successione patrui magni, vel transuersalium vltra patruum; quia si ageretur de successione patrui magni, vel patruelis; tunc non intrat nepos, vel pronepos in locum patris. † Declara; quia si agitur de emphyteusi ecclesiastica non hæreditaria, contrarium est verum; quia præfertur filius nepotibus ex altero filio; quia in dispositione successoris legalis solum nepos intrat in locum patris; si vero agatur de emphyteusi ecclesiastica pro se, filiis, & nepotibus hæredibus, vel de emphyteusi priuati, quæ transit ad quoscunque, vel de feudo; quia feudum est magis cohærens hæreditati, quam emphyteusis ecclesiastica pro se, filiis, & nepotibus; & tunc est vera restrictio, quod nepos intrat in locum patris, alias non ita. Alex. *d. cons.* 129. *n.* 7. *& seq. ver. denique posito. vsque in fin. lib.* 5. † Limita, quando esset semel facta diuisio emphyteusis inter descendentes; quia operatur diuisio, quod quælibet portio diuisa spectat ad descendentes eius, qui habet, & dimittit partem diuisam, etiam quod tales descendentes sint remotiores à primo acquirente. Corn. *consil.* 22. *num.* 6. *in fin. lib.* 2. vbi refert Castren. ita determinare in suo quodam consilio decisiuo, quod est 309. *Viso quodam. colum. fin. ver. secundum autem. lib.* 2. Socin. *cons.* 249. *n.* 21. *ver.* 7. *ad idem. lib.* 2. *& consil.* 86. *col. fin. lib.* 3. per tex. *in c.* 1. *de natur. success. feud.* † Regulariter successio in emphyteusi, in feudo, in liuello, & affictu, vel locatione perpetua regulatur ex inuestitura. Ioan. de Anan. *consil.* 7. *& consil.* 84. *in princip.* Iaf. *consil.* 78. *num.* 1. *& cons.* 114. *lib.* 1. Curt. Sen. *cons.* 49. *num.* 37. *& seq.* Bald. *in l. ex hoc iure. col.* 2. *in fin. ff. de iust. & iur.* vbi etiam Castr. & idem Bald. *in prælud. feudor. in* 4. *diuisione.* Laud. *in c.* 1. *qui feud. dar. poss.* & Castr. *d. cons.* 300. *colum.* 2. *ver. id circo. lib.* 2. † Et de emphyteusi, quod reguletur ex inuestitura, non obstante successione statutaria. Castrens. *consil.* 146. *Viso puncto. in princ. lib.* 2. *& cons.* 300. *col.* 2. *in fi. lib.* 2. † Et si inuestitura dat successionem in emphyteusi, quod succedant filii, & hæredes, & descendentes hæredes, vel qui possideant bona patris, debent exponi, qui sint hæredes patris; & ideo si inuestitura dicat, quod succedant filii, & descendentes masculi hæredes, & post eos fœminæ, si filii masculi non sunt, neque hæredes esse possunt; quia vocantur fœminæ, succedent fœminæ, & non masculi. ita Castr. *d. cons.* 146. *in princ. lib.* 2. *& per tot.* Vide, *Feudum antiquum ad agnatos spectat, & qualiter in feudo succedatur. Concl.* 180. Vide, *Successio ab intestato transuersalium. Concl.* 863. *num.* 32. *& seq.*

Emphyteusis concessa ad nominationem qualiter transeat ad nominatos. Concl. 180.

EMPHYTEVSIS † concessa pro se, & filiis, & nepotibus, si habuerit, & si non habuerit, pro duobus successoribus, quos eligere, & facere voluerit in suo testamẽto, ad hoc vt transeat ad nominatos, debet forma seruari, vt nominetur in testamẽto, alias non valeret nominatio facta sine testamento. Ang. *cons.* 352. *Ludouicus de Auenantibus. in princ.* † Restringe; quia bene valeret nominatio facta in codicillis, quando codicilli sunt confirmati à testamento, vt quia personæ nominatæ sunt hæredes vniuersales instituti in testamento. Ang. *d. cons.* 352. *per tot.* vbi est casus. † Limita; quia licet nominatio facienda debeat esse formalis, vt si plures sint nominandi, debeant nominari ordine successiuo; tamen si simul nominantur plures, substinetur nominatio ordine successiuo facta ex ordine litteræ. Angel. *d. cons.* 352. *in fin. versic. nec obstat. quod sunt electi.* Vide, *Contractus ad fauorem personæ nominandæ qualiter valeat. Concl.* 1002. Vide, *Emptio pro persona nominanda cui acquirat. Concl.* 133. *cum præced. Concl.*

Emphyteuta cum pacto renouandi quando cadat, si non renouet. Concl. 181.

FEVDVM † concessum, vel emphyteusis concessa cum pacto, quod teneatur renouare de decennio in decennium, cadit, si non renouat, quâdo in renouatione soluitur laudemium Ecclesiæ. Bald. *cons.* 127. *Quidam nobiles. lib.* 1. secus, inquit, si non soluitur laudemium pro renouatione. Bald. *in l. fin. in fin. C. commu. de legat. & in l. vnica. in pr. C. de caduc. toll. & in c. querelam. de elect.* † Ratio est; quia concessum & permissum vsque ad certum tempus, censetur prohibitum post illud tempus, *l. imperator. ff. de postul. l. Pamphilum. §. Stichum. ff. de legat.* 2. † Extende idem, quando soluitur aliquid, puta decem solidi; quia si non renouat, cadit. Rimin. Iun. *cons.* 22. *Illustres & Magnifici. in princ. lib.* 1. † Extende, etiam si nihil solueretur, quando pactum renouandi respicit emphyteutam, vt teneatur renouare de 29. in 29. annos; quia si non petit renouationem lapsis 29. annis, per lapsum anni cadit ipso iure absque alia declaratione domini. Bero. *cons.* 119. *n.* 10. *vol.* 1. quem refert, & sequitur Rim. Iun. *cons.* 22. *n.* 18. *lib.* 1. † Et ideo, si lapsi sunt 29. anni, & non est petita renouatio, potest dominus alteri emphyteusim concedere, & præfertur secundus inuestitus primo. ita Cott. *in memor. suis. ver. locatio prima.* vbi dicit notandum, & allegat Ang. *cons.* 189. *Ex forma & serie. in vltimo dubio.* Alex. *cons.* 68. *Visis duabus. col. penult. ver. per supradicta. lib.* 1. repetitur *lib.* 2. *cons.* 165. Iaf. *in l. Manumissiones. col. pen. in princ. ff. de iust. & iure.* † Et maxime, si est iuratum per emphyteutam; quia lapso tempore cadit absque domini declaratione ipso iure. Bero. *cons.* 119. *lib.* 1. *per tot.* vbi, quod non detur renouatio. Vide, *Emphyteusi finita dominus tenetur relocare. Concl.* 225. *n.* 73. *ver. amplia, etiam si sit finita per pactum. cũ multis seqq.* vbi habes multa in contrarium. † Secus, si pactum respiceret dominum, vt deberet renouare; quia tunc non cadit emphyteuta, nisi per lapsum temporis 30. annorum. Bero. *d. cons.* 119. *n.* 10. *lib.* 1. † Extende; quia si non renouat emphyteuta, in tantum cadit, quod non tenetur dominus reinuestire, quasi sit vnica locatio; quia imo sunt plures locationes, vide plene Bero. *consil.* 116. *lib.* 1. *per totum.* † Contrarium videas explicite *d. Concl.* 225. *n.* 73. *& seq. ver. amplia.* vbi, quod istud pactum de renouando non alterat emphyteusim, & ibi pro vtraque parte. † Restringe; quia non cadit, qui non renouat ex iusta causa, vt quia sit hæres ignorans, vel minor, vel impeditus. Bero. *consilio* 118. *lib.* 1. vbi, quod non tenetur petere, nisi finito

nito tempore 29.annorum,& quod competit restitutio in integrum. Vide ad ista omnia, *Emphyteuta euitat caducitatem soluendo, Conclus.*193. † Amplia maxime,quando conuentum esset, quod teneatur accipere nouã inuestituram ab omni Abbate, & soluere certum quid, alias cadat; quia cadere debet. Signorol.*cons.*131. *per totum.*vbi*nu.*5.quod requiritur sententia. † Amplia; quia tot sunt locationes,quot sunt tempora ad renouãdum; ideo locatio de nouennio ad nouennium dicitur ad modicum tempus; quia est renouanda;si vero est de 29.in 29. tunc non excedit annos 29. si vero est perpetua,sed ad renouandum de 29.in 29. tunc nõ desinit essẽ perpetua.Bero. qui declarat *cons.*117.*num.*8.*lib.*1.& idem tenet Angel.Aretin.*consil.*46. *Ad decisionem, per tot.*vbi pro vtraque parte,& ita declarat,*nu.*27.*& seq. ver. nunc restat.* † Et ex pacto renouandi oritur actio personalis tantum contra dominum,quando est ad modicum tempus,puta de nouennio in nouenniũ; secus,si ad longum tempus,quia etiam oritur realis actio,& retentio rei,ita Ruin.*cons.*168.*nu.*23.*& sequ.lib.*1.† Contrarium tenet Alex.*cons.*165.*in fi.lib.*2.ex mente Angel.*cons.*184.*Ex forma, & serie, col pen.ver. aut igitur*,vbi cõcludit,quod si est facta locatio emphyteutica Titio,& filiis,& illa finita renouare promisit pro vna fœmina,tunc si ante renouationem inuestiat extraneum,non competit fœminæ,nisi actio personalis ad interesse. † Declara igitur; quia si locatio est facta ei, cui est promissa renouatio ad longum tempus;quia habet dominiũ vtile, competit retentio, iuxta Bar. & alios in *leg.*1.*ff.de superfic.* si vero est locatio facta alteri cum promissione de renouando filiæ;quæ non est inuestita;tunc etiam si prima locatio alteri facta sit ad longum tempus, non acquirit actionem realem fœminæ, & ita loquuntur Ang. & Alex. & bene.† Limita; quia consensus præstitus expresse per dominum in venditione emphyteusis, habet vim renouationis; ideo nouus emphyteuta non tenetur petere,neque obtinere eo casu alienari inuestituram.Petrus de Anchar.*cons.*63.*In secũdo dubio*,sequitur Io. de Anan.*cons.*90.vbi etiam Bologn. in apostill. † Extende; quia neque potest dominus petere laudemium,quando consensit expresse venditioni factæ.Io.de Anan.*d.cons.*90.*per totum.*vbi Bolog. in Apostill.† Limita,quando dominus recepit affictus, & canones decursos post caducitatem sciens, vel etiam longo tempore; quia præsumitur scientia,& censetur facta remissio. Rimin.Iun. *d.cons.*22.*n.*12.*& seq.*lib.1.Bartol.& alij in *l.*2.*C. de iur.emphyteut.*Roman.*cons.*103.*Viso,col fin.* Deci.*cons*328.*& cons.seq.*cum quo consuluit etiam in eodem casu Ruin.*cons.*110.*li.*1.Vide, *Emphyteuta euitat caducitatem soluendo,& quando moram purgare possit. Conclus.*193. † Contrarium tenet Bero.*cons.*116.*nu.*7. quia quando renouatio est conuenta,debet esse in scriptis;secus est quando ob canonem non solutum.† Declara; quia renouatio non inducitur ob receptum canonem, quando caducitas causata est ex facto habente perseuerantiam,puta ob alienationem rei emphyteuticæ,ita Rimin.*cons.*257.*n.*89.*& seq.lib.*3.† Extende, vt procedat etiam in renouatione, quando esset aliquid soluendum; quia licet non inducatur renouatio,si dominus recepit canonem simpliciter post lapsum temporis ad petendam renouationem, quia non soluit, q̃ debuit soluere in renouatione; tamen censetur remissa mora. Rui.*cons.*110.*Visa concessione per tot lib.*1.† Contrarium idem Ruin. *cons.*167.*nu.*21.*& 22.lib.*1 quia quando renouatio debet ex pacto fieri cum scriptura,vel cum solutione,non sufficit receptio canonis. † Restringe, quando recognitio debet fieri in scriptis,vel cum solutione laudemii; quia tunc receptio canonis nõ remittit caducitatem.Ruin.*d.cons.*167.*n.*21.*& 22.lib.*1.† Imo Bero.*d. cons.*116.*n.*7.*lib.*1.fortius tenet,quod sufficit, quod sit factum pactum de renouando; quia intelligitur in scriptis; quia emphyteusis requirit scripturam;ideo per solam receptionem canonis non potest dici remissa caducitas hoc casu;quia pacto non est satisfactũ. Vide,*Emphyteusis de substantia requirit scripturam. Concl.*148.† Contrarium consulsit Angel.Aretin.*cons.*46.*Ad decisionem,n.*24.*& seq. ver.secundo in dicto instrumento,& nu.*27.quod imo eo ipso,quod lapsus est annus 29.& conductor perseuerauit,ad fauorem domini censetur facta renouatio,& posset compelli,non obstante,quod res locata mutauerit statum; quia sufficit, quod existat, & quod chasmate nõ perierit,maxime stãte statuto Bononiæ,quod locatio tacite censeatur renouata.† Restringe,vt nõ procedat,quando fuit factum pactum de renouãdo de 29.annis in 29. annos,& non vltra,vel tantum,& non alias; quia per receptionem canonis non censetur renouasse;secus,quãdo teneretur renouare.Rimin.*cons.*257.*n.*51.*& seq. ver. nec me taxet,lib.*3.*cum seq.*† Restringe, quando recipiens non potuit præiudicare,vt quia sit Prælatus habens Collegium,vel conuentum.Bero.*d.cons.*116.*nu.*9.*lib.*1.sequitur.Rim.nald.Iun.*d.cons.*257.*n.*87.*lib.*3.† Limita,quãdo emphyteuta ignorasset probabiliter nouum Abbatem,à quo debuit petere renouationem.Signorol.*cons.*131.*nu.*4.† Limita, quando isto impedimento, puta belli vigentis, vel mortalitatis nõ potuisset ad locum accedere.Signorol.*d.cons.*131.*n.*3.vbi,quod non currit tempus, & si currat, datur restitutio per modum excipiendi. † Limita, quando Principes belligerantes restitui mandarunt omnia vigore pacis generalis;quia talis restitutio reintegrat illum, qui cecidit tempore guerræ, & habet locum etiam contra Ecclesiam.Signorol.*d.cons.*131.*nu.*7.*vsque in fin.* Vide,*Emphyteusis est renouanda per emphyteutam, & quare.Conclus.*184.

Emphyteutæ obligatur dominus ad multa, & quæ. Conclus.182.

DOMINVS † directus si concessit emphyteutę apothecam pro certa pensione non expresso, quod alius in ea haberet intraturam,tenetur ad damna, & quanti minoris; ideo pretium pensionis debet sibi diminui,glos.in *l.pen.ff. de euict. in ver. si tacite, & in l.Iulianus ait ff.de actio.empt.& in l.quoties.ff.de ædil.edict.* † Amplia;quia locus est læsioni,tam si dominus est læsus, quam si emphyteuta.Vide,*Læsio vltra dimidiam habet locum in omnibus cõtractibus.Concl.*293.*num.*24.*& multis sequentibus*, vbi pro vtraque parte, & declaratur.† Amplia; quia obligatur dominus emphyteutæ de euictione rei concessæ in emphyteusim. † Declara tamen,si emphyteutæ inter se alienent, vel etiam alteri fiat alienatio scienti rem esse emphyteuticam,non tenetur de euictione causata secundum naturam rei, puta per lineam finitam, nisi in specie sit dictum, vt per Bartol. & alios in *l.si familiæ. C. famil. herciſc.* Alex. *cons.*21.*lib.*5.Aretin.*cons.*5.*in prin.* Vide,*Eutelio promissa per venditorem non habet locum multis casibus.Concl.*367.*num.*38.*& seq.*† Imo neque repetit pretium sequuta tali euictione secundum naturam rei. Dec.*consil.*411.*Visis ijs.* Vide, *Emphyteutæ quando fiat remissio, vel non. Conclusio.*204.

Emphyteuta tenetur ad multa aduersus dominum. Conclus.183.

EMPHYTEVTA † Ecclesiæ tenetur eligere,& designare rectori Ecclesiæ,pro quibus bonis soluat canonem eligendo, quid,quale, & quantum,gl.in *l.si in rem agat aliquis. ff.de rei vend.* Bal.*cons.*225.*Quæstio est de terra*,vbi,quod tenetur scire,quid sit suum proprium,& quid emphyteuticum, & declarare, etiam in antiquis,*lib.*1.Ias.in *l.*2.*n.*171.*qu.*13.*vbi late. C. de iur. emphyt.* Dec. *cons.*146.*col.*2.& plene Alciat.*reg.*2.*præsumpt.*3.*n.*4.† Extende idẽ in feudo; quia omnia bona valalli in loco feudi præsumũtur feudalia;secus est de bonis eorum,qui nõ sunt feudatarii,vel vatalli. Rui.*cons.*22.*n.*7.*lib.*1. Vide,*Feudalia præsumũtur omnia castra, Concl.* 174.*cum Concl.ibi proxima præced.*† Amplia; quia tenetur vendere domino volenti emere potius,quam alteri. Vide,*Emphyteusis vendi debet potius domino, quam alteri. Concl.*209. † Amplia;quia emphyteuta Ecclesiæ,vel fisci,tenetur edere instrumenta Ecclesiæ, vel fisco, nisi iuret se instrumenta non habere, neque habuisse. Bald.*d.consil.*225.*circa med.ver item tenetur.lib.*1.†Extende;quia nisi emphyteuta ostendat domino instrumenta emphyteutica, potest à domino expelli,quasi præsumatur finita emphyteusis,plene Iason in *l.*2.*n.*175.*in qu.*15.*C. de iur.emphy.* vbi idem dicit in feudo.Ias.in *l.si legatum.n.*8.*& seq.ff. de edendo.* & est doctr. Bald.in *leg. prætor ait.*§.1.*ff.de eden.*Soc.*cons.*167.*n.*21.*lib.*2.† Contrarium tenet Ang.in *l.prætor ait.*§.1.*ff.de eden.* quando emphyteusis non negatur;vel quando non negatur, & probatur solutio per 30.& 40. annos,sequitur Abb.*consil.*74.*lib.*1.& vide plene per Corb. *tract. de iur.emphyteut.folio* 9.*de cau.priuat.eo.quod emphyt.non ostendit.* allegat Soci *consil.*50.*nu.*14.*lib.*4.& alios,plenius Ias.in *d.leg.si legatũ. n.*8.*& sequ.*maxime *n.*10.*ff.de eden.* Vide plene per Mascard. *Concl.* 603.*n.*5.*& multis seq.Emphyteusis an præsumatur.* Vide,*Emphyteusis an posit præscribi.Concl.*228.† Amplia;quia tenetur respondere positionibus per verbum,*credit,vel non credit*,etiam super facto defuncti,cuius est hæres,& dato termino ad deliberandum,si non respondet,positio habebitur pro confessata.Bald *d.cons.*225.*circa si. ver.& breuiter.lib.*1.qui loquitur in positione respiciente declarationem rei emphyteuticæ.† Amplia; quia tenetur recognoscere rem pro directo domino toties, quoties fuerit requisitus ab eo, etiam si non sit conuentum de hoc. Guido Pap.*dec.*417.vbi,q̃ ita seruatur in illa curia.Vide,*Emphyteusis incerta qualiter reducatur ad certitudinem.Conclus.*153. Vide,*Emphyteusis quomodo, & qualiter probetur. Conclus.*188.

Emphy-

Emphyteusis est renouanda, & quare. Concl. 184.

EMPHYTEVSIS † est renouanda, ne temporis longinquitate obscurentur, & lateant conditiones originis ipsius rei. Petr de Anchar. *cons.30. in fin. num.7. vers. ista sunt verba sua. & consil.* 443. quod est vltimum, *num.5. vers. octauo potest.* plenius *num.15. ver.* 1 *uocationem.* plenissime Ias. *in l. fin. C. de iure emphyt. num.33. & seq.* 2 *vers. dixit Baldus.* vbi ponit sex causas. † Restringe; quia si dominus, vel Ecclesia vult, quod fiat renouatio inuestituræ, vt soluatur laudemium in renouatione conuentum, non tenetur, si non dum venit dies renouationis. Anchar. *d. cons.* 443. *num.15. vers. circa* 3 *vltimam.* quod est subscriptum à sex Doctoribus. † Declara; quia si extat consuetudo renouandi, vel non, debet seruari. Anchar. *d.* 4 *cons.* 443. *num.15 in fin.* † Renouatio si fiat in maritum de emphyteusi vxoris, expirat mortua vxore, quando ad maritum non potest spectare de iure emphyteusis, vt quia extant alii vocati, vt qui succedunt per ius accrescendi. Petr. de Anchar. *cons.38. Mortua do-* 5 *mina.* † Amplia; quia renouatio debet fieri, quando adest pactum, alias cadit. Vide, *Emphyteuta cum pacto renouandi quando ca-* 6 *dat. si non renouet. Concl.* 181. Vide, *Emphyteusi finita dominus tenetur* 7 *relocare. & quando. Concl.* 226. † Amplia; quia si emphyteusis alienatur de consensu domini, inspici debet linea emptoris, non autem venditoris. Anchar. *cons.63. Motiua iudicis. in princ.* allegat *cap.1.* 8 *de iure patronat. in 6.* sequitur Ioan. de Anan. *cons.90. in prime.* Castr. *cons.129. Circa primum. col.3. vers. verum, quia vendidit. lib.2.* vbi idem in vsufructuario, & beneficiato; quia si de consensu domini, vel habentis authoritatem transferunt in alium vsumfructum, vel beneficium, non inspiciatur amplius mors, vel vita transferentis, 9 sed eius, in quem fit translatio. † Et quod consensus domini habeat vim inuestituræ, idem Anchar. *d. cons.63. num.3. vers. quoad se-* 10 *cundum.* Ioan de Anan. *consil.90. Quia dubium.* & ibi Bolog. in addit. Socin. *consil.261. colum.2. versic. sed præmisso non obstantibus. lib.2.* Rimin. Sen. *cons.124. num.19. & seq. lib.1.* Iason *in l. fin. num.40. C. de* 11 *iure emphyt.* † Declara; quia non debetur laudemium ex tali consensu, quia non reperitur iure cautum. Ioan. de Anan. *d. cons.90.* 12 *n. princip.* & ibi Bologn. † Restringe, quando dominus non consensisset; quia non mutatur linea. Castrens. *consil.329. colum.3. in* 13 *princip. lib.2.* † Restringe, quando consensus esset conditionalis, 14 non purificata conditione. Castrens. *d. consil.329. n.2. lib.2.* † Renouatio inducitur, si dominus recognoscitur ab emphyteuta; quia renouatio aliud non continet. Anchar. *d. consil.63. Motiua iu-* 15 *dicis. num.3. vers. quoad secundum.* † Non cadit ipso iure emphyteuta, qui non recepit renouationem; ideo requiritur sententia. Anchar. *d. cons.63. num.3.*

Emphyteusis concessio ex multis nulla redditur. Concl. 185.

CONCESSIO † in emphyteusim facta per Syndicos Communitatis contra formam mandati eorum non valet, & est 1 nulla. Corn. *cons.181. col.3. ver. sexto principali. lib.3.* † Extende; quia habens mandatum ad concedendum Bartholomæo, & eius lineæ masculinæ talia bona in emphyteusim, debet intelligi de linea directa descendentium, non autem transuersalium Bartholomæi. Bald. *cons.321. n.4. ver. tertio quæritur. lib.1.* Socin. *cons.33. Circa præsentem. n.8. & seq. col.3. lib.3.* Dec. *cons.379. col.2.* Ruin. *cons.98.* 2 *col.3. lib.2.* & si fiat aliter, tanquam contra mandatum, non valet, & omne ius consolidatur in solo Bartholomæo nominato. Amplia; † quia in concessione emphyteusis Ecclesiæ debent seruari solemnitates de iure requisitæ in alienatione bonorum Ecclesiæ, 3 vtilitas, vel necessitas Ecclesiæ, & intercedant solen- 4 nia, alias non valet. Vide, *Alienatio bonorum Ecclesiæ vt valeat, requirit* 5 *causam, & formam. Concl.* 271. † Extende; quia Canonici absentes debent vocari, & citari, de quo, qualiter procedat, vide Ias. *consil.* 6 *14. lib.1. in 1. dub.* † Amplia; quia licet emphyteusis ecclesiastica seniel concessa cum debitis solemnitatibus, possit iterum concedi sine solemnitatibus, quando concessio fit cum eisdem pactis & modis, quibus prima cõcessio facta fuit; tamen si concedatur diuerso modo, in totum erit nulla. Afflict. *decis.107.* Vide, *Alienatio* 7 *bonorum Ecclesiæ solitorum locari. Concl.* 277. † Et dicitur diuerso modo facta concessio, quando solita erat concedi in emphyteusim, & postea conceditur in feudum; quia non valet. Alex. *cons.9. Viso* 8 *tenuate in prin. & per tot. lib.3.* † Declara; quia semper præsumitur secunda concessio facta secundum tenorem primæ. Alex. *consil.* 9 *20. In causa Nicolai. col. fin. lib.4.* & quia ab antiqua non debet recedi, nisi aliter de contentu partium conueniatur. Bald. *cons.215.* 10 *Proponitur, quod inuestitura. lib.2.* Dec. *cons.390.* Afflict. *decis.195. n.5.* 11 *& decis.263.* Corneus, qui loquitur in emphyteusi, *cons.74. In duo-* 12 *bus. lib.1.* Vide Concl. prox. seq.

Emphyteusis non valet multis casibus. Concl. 186.

NON † valet emphyteusis mihi concessa de re mea, & in qua habeo dominium directum; quia habens in re dominium directum non potest acquirere vtile; quia semel dominus non potest amplius effici dominus. Bald. *consil.204. Longum thema. n.2.* 1 *ver. venio ad secundum. lib.3.* Vide, *Emi & vendi quæ possint, vel non. Concl.122.* † Amplia; quia si quis donat omnia bona sua monasterio, postea illa conducat in emphyteusim, & postea habeat filios, reuocatur donatio, & consequenter non valet emphyteusis, maxime, quando per quadraginta annos filii præscripserunt, & non 2 est facta fauore animæ, sed simpliciter donatio monasterio. Bald. *cons.215. Punctus, quidam donauit. lib.5.* † Amplia; quia filius, & hæres patris cõducens in emphyteusim ab Ecclesia bona, quæ erant propria, credens Ecclesiæ, sibi non præiudicat, neque Ecclesiæ 3 quæritur. Cuman. *cons.165. Gaspar. q. per totum.* Vide Concl. prox. præced.

Emphyteusis non aperta nõ potest concedi, & qualiter procedat. Concl. 187.

ECCLESIA † non potest concedere emphyteusim non apertam in præiudicium successoris; quia esset supplantare successorem, vel præiudicare habenti ius. Bald. *consil.431. Punctus* 1 *quæstionis. in fin. ver. sexto, & vltimo. lib.2.* † Amplia, quia non valet extensio emphyteusis non apertæ, vt si emphyteuta decedat sine filiis masculis, succedant eius agnati, qui non vocabantur ex inuestitura; quia si eueniat conditio tempore successoris, non tenetur successor stare huic conditioni. Fulg. *cons.4. Ad id, de quo quæ-* 2 *ritur per totum.* qui loquitur in feudo. † Amplia; quia licet locatio simplex possit fieri, durante alia locatione, & prima finita, secunda valeat; secus est in emphyteusi; quia si non consentit primus, 3 non valet secunda. Bero. *cons.106. n.35. lib.1. cum seq.* vbi *n.39.* reddit rationem diuersitatis inter priuatum, & Ecclesiam; quia præmortuo Prælato concedente non tenetur successor stare locationi anticipate; secus in laico Principe, vel priuato. † Amplia; 4 quia dominus directus non potest in præiudicium emphyteutæ habentis ius vtile concedere alteri, & concessio etiam libere facta non vincit emphyteutam. Anchar. *cons.443. num.16. ver. ad nonam dubitationem.* vbi, quod dominium vtile præfertur directo, & *nu.* 17. vbi, quod non potest dominus ius emphyteutæ auferre sine eo. † Extende maxime, quando fuit facta obligatio rei concessæ; quia singularis successor tenetur stare colono, & locationi. 5 Anchar. *dict. consil.443. num.16.* vbi est subscriptio sex Doctorum. † Limita, nisi fieret à Capitulo; quia cum Capitulum semper sit idem, & nunquam moriatur, videtur, quod non adsit supplantatio, sic videtur velle Bald. *d. cons.431. in si. ver. Capitulum vero. lib.* 6 *2.* sed ego dico, quod male dicit; quia cum personæ repræsentantes Capitulum non semper viuant, sicut nec repræsentantes Ecclesiam, pariformiter militat ratio supplantationis. † Limita, nisi is, qui obtinet emphyteusim, consentiret; quia tunc Prælatus po- 7 test alium inuestire. Bald. *d. cons.431. in fin. vers. sexto, & vltimo. lib.2.* Vide, *Emphyteusis non potest concedi in præiudicium primæ concessionis, & successoris. Concl.178.* Vide, *Feudum apertum, & deuolutum quando alteri concedi possit. Concl.111.*

Emphyteusis quomodo, & qualiter probetur, & an ex ea probetur dominium. Concl. 188.

EMPHYTEVTICA † bona, seu liuellaria Ecclesiæ probantur per instrumenta publica de antiquo hoc attestantia. Iac. 1 Mandell. *consil.99. Dubitationes. num.1.* latissime Tiraquell. *de utroq; retract. §.2. gl.1. ver. haud dubie. n.20. & seq.* Item licet requiratur scriptura de iure communi; tamen secus est de consuetudine; ideo potest probari per testes, per famam, per longam possessionem, & solutiones factas. Vide, *Emphyteusis de substantia requirit scriptu-* 2 *ram. Concl.148.* † Item emphyteusis Ecclesiæ probatur ex præstatione canonis per 40. annos, vt per * omnes *in l.2. C. de iure emphyt.* * vbi Ias. attestatur de * communi, *num.155. ver. in ea gloss. cum sequent.* * Bart. *in l. competit. C. de præscript. 30. annor.* Specul. *tit. de emphyt. seu de locato. §. nunc aliqua. quæst.63. & seq. & quæst.142.* Roman. *consil.127.* Socin. *cons.50. lib.4.* vbi concludit probari solemnitatem præcessisse contractum, licet non appareat de instrumento. † Declara, 3 quando de solemnitate fit mentio in instrumentis de antiquo per verba enuntiatiua. Alexand. *cons.6. lib.1. & cons.90. lib.6.* Vide, *Solemnitas in alienatione rei Ecclesiasticæ non præsumitur, & quando se-* 4 *cus. Concluſ.326.* † Amplia; quia emphyteusis probatur per lo-

lutionem canonis, quia solutio probat eum, cui soluitur, esse dominum. Marsi. plene in *rubr. C. de probation. n. 254. ver. sit etiam probatio, cum seq.* Rom. *cons. 127. Posito, quod dominium, per tot.* vbi apostill. dat concor. Abb. *cons. 74. Duo principalia, in princ. lib. 1.* † Extẽde; vt nedum probetur dominium cõtra soluentem per decem annos, sed etiam contra tertium, quando solutio fuit continuata per 30. annos; quia tanto tempore præscribitur tam per soluentem, quã per eum, cui soluitur, Rom. *d. cons. 127. per tot.* Crauett. *cons. 334. in prin.* † Declara; quia si constat de antiqua inuestitura, vel de inuestitura facta, puta Titio, & constat, quod ego emi à Titio, tanquã emphyteutã, & solui per 10. annos canonem Ecclesiæ, bene probatur renouatio mihi facta, etiam quoad tertium. Alex. *cons. 124. Consideratis, in pr. n. 2. & seq.* maxime *n. 3. lib. 5.* & iterum *cons. 113 n. 11. lib. 4.* †Imo Alex. loquitur *d. cons. 124. n. 2. & seq. lib. 5.* quod ꝓbetur inuestitura per solutionem canonis facta per decem annos, etiam si solutio probetur solum per librum Ecclesiæ, seu Capituli appellati Diurno, quando consuetudo est in loco, quod dicto libro detur fides, & loquitur in præiudicium alterius inuestiti, cuius inuestitura impugnatur, quia nõ erat hæres vniuersalis, prout requirebatur in illo casu. Vide plene Mascard. *Conclus. 603. Emphyteusis an præsumatur ex cursu longissimi temporis.* vbi, quod præsumitur emphyteusis tam contra soluentem, quam etiam ad eius fauorem, si per longum tempus soluit. † Extẽde in tantum, quod Ecclesia potest petere ab emphyteuta, vt exhibeat instrumenta emphyteutica, & si non exhibet, præsumitur finita, & potest expelli. Bald. in *l. prætor ait. §. 1. ff. de eden.* † Contrarium dicit Abbas *cons. 74. Duo principalia, in princ. num. 1. lib. 1.* quando saltem non apparent libri antiqui de hoc, qui licet non probent, bene faciunt non modicam præsumptionem. †Declara; quia si quis tanquam emphyteuta per 40. vel etiam 30. imo per decem annos soluerit, præsumitur emphyteusis perpetua, si non potest apparere, qualis fuerit. Vide plenissime Mascard. *d. Conclus. 603. Emphyteusis an præsumatur. num. 5. & seq.* vbi *num. 7.* quod dominus contra recusantem soluere, agere potest interdicto vnde vi. † Amplia; quia etiam solutio facta tanquã ab emphyteuta per biennium, vel triennium probat remedium possessorium, vt debeat matuteneri, plures allegat idem Mascard. *d. Conclus. 603. num 8.* Amplia; quia emphyteusis probatur per instrumentum inuestituræ inter contrahentes. Vide apostill. *ad consil. Iacob. Mandell. 126.* vbi allegat. Vide in *verb. Dominium qualiter probetur. Concl. 611.* † Extende; quia probatur emphyteusis per instrumentum, vel per longam præstationem. Bald. *cons. 177. num. 4. & 5. ver. oportet tamen lib. 3. sup. num. 4. & seq.* Vide Mascard. *Concl. 337. Concessio*, vbi loquitur in feudo, & in emphyteusi, quod probentur ex solutione per 30. vel 40. annos, & *Concl. 279. & 280.* vbi loquitur in censu. † Amplia; quia ex inuestitura probatur feudum. Dyn. *cons. 84. n. 5. & seq.* item emphyteusis. Crauett. *cõs. 380. n. 3.* †Amplia; quia imo emphyteusis probatur per solutionem canonis, seu liuelli per longissimum tempus; quia præsumitur tunc, quod interuenerit cõtractus emphyteuticus, vt per gl. magnã in *l. 2. C. de iur. emphyt.* vbi Salyc. & post * alios Iaſ. qui dicit * commun. *n. 155.* idem Iaſ. in *l. si certis annis. C. de pactis.* †Extende, vt idem sit in feudo, quod in emphyteusi. Alex. *cons. 79. lib. 1.* Socin. *cons. 50. lib. 4.* † Extende, vt procedat etiam in præiudicium tertii, vt in dictis locis, & Alex. etiam in *cons. 1. lib. 4.* † Amplia; quia emphyteusis probatur per assertionem venditoris, quod dominium directũ sit Ecclesiæ, vel priuati; quia quoad asserentem verba probant, quoad ementem taciturnitas habetur prõ consensu, & obligatione. Roman. *consil. 311. In casu propositæ, in princip.* vbi apostill. dat concord. plenius Corbul. *tract. de emphyt. tit. de caus. priuat. quæst. 6. num. 4. fol. 527.* † Extende multo magis, quando interuenit consensus directi domini; quia habetur prõ inuestitura. Anchar. *consil. 63. Motiuã iudicis. num. 3.* Ioan. de Anan. *cons. 90.* & ibi Bologn. *num. 3.* Castrens. *consil. 329. colum. 3.* Socin. *cons. 261. col. 2. versic. sed præmissis. lib. 2.* Iaſ. in *l. si. num. 40. C. de iur. emphyt.* Riminald. Sen. *consil. 124. num. 19. & seq. lib. 1.* † Et idem est in præsentatione patroni ad beneficium; quia si patronus consentiat prouisioni factæ, censetur præsentare. Roman. *cons. 356. in fin. lib. 2.* † Amplia; quia emphyteusis, in qua per verba enunciatiua fit mentio, quod concedens est dominus, probat dominium cõcedentis. Alex *cons. 112. in princ. lib. 6.* Crauett. *consil. 29. in princ.* †Limita; quia regula est, q̃ in dubio bona præsumuntur libera, non autem emphyteutica, vel feudalia; ideo qui vult dicere esse emphyteutica, vel feudalia, debet probare. Io. Andr. & Doctor. *in c. nimis, de iureiur.* Bald. *cons. 351. lib. 1.* Castr. *consil. 179. lib. 1. cap. 1. §. 1. si de feud. fuerit controuer.* † Limita; quia imo emphyteusis nõ probatur, nisi per scripturã, nec admitterentur testes. *l. 1. C. de iur. emphyt.* gloss. in *cap. 1. §. postquam, de censib. lib. 6.* Crauett. *consil. 112. num. 8.* & ideo Alber. & Ang. in *d. l. 1. C. de iur. emphyt.* dicunt, quod emphyteuta debet esse bene cautus, ne instrumentum perdat; quia ius suum vacillaret. Declara; † quia probatur, scriptura deperdita, & tenor per testes. Iaſon in *l. 1. n. 63. C. de iure emphyt.* item præsumptiue per solutionem 30. & 40. annorum, & sufficit. Iaſ. in *l. 2. C. de iure emphyt. n. 155. & seq.*

Emphyteusis quæsita per socium non communicatur socio. Concl. 189.

EMPHYTEVSIS, † seu feudum, acquisita per vnum ex fratribus in communione viuentibus est propria acquirentis, neq; communicatur alĩs fratribus, seu sociis; quia dominus emphyteusis concessæ, vel feudi concessi non compellitur habere alium vasallum, vel emphyteutam, nisi illum, quem sibi elegit. Bald. *in l. cum oportet. col. 1. C. de bonis, quæ liber.* Alex. *cons. 48. Diligenter, num. 3. & sequent. col. 2. lib. 2.* †Contrarium tenet Ang. *consi. 60. num. 2. in fin.* quando dominus sciebat pecuniam communem. vide eum. 1 2

Emphyteuta debet declarari cecidisse, vt sit locus caducitati, & quando secus. Concl. 190.

EMPHYTEVTA † cadit ob canonem non solutum volente domino; ideo requiritur declaratio domini, communem opinionem * dicit Hippol. Riminald. Iun. *cons. 94. Anno Domini, in princ. n. 16.* concord. Anch. *cons. 420. Quidam ser Antonius. n. 3.* Ioan. de Anan. *cons. 84. in princ.* & communem * dicit Iaſ. in *l. 2. n. 10. C. de iur. emphyt.* Dec. *consil. 146. Et pro tenui. col. 3.* Cassador. *decis. 2. & 3. de locato.* & sine declaratione non potest prætendi res caducata. Deci. *consil. 185. In causa istorum. num. 9. & sequen.* Alexand. *cons. 82. n. 3. lib. 7.* & hanc communem * dicit Clar. in *§. emphyteusis. quæst. 9. in princ.* vbi citat plurimos de * communi attestantes. † Et quod non resoluatur contractus ipso iure ob non solutionem, nisi sequuta declaratione. Abb. *consil. 67. num. 2. lib. 2.* Bald. *consil. 280. Ista inuestitura. lib. 5.* Iaſ. in *l. 2. in 5. not. C. de iur. emphyt.* Cassad. *decis. 2. & 3. de locato.* Crauett. *consil. 212. num. 1.* Benitend. *decis. 37. n. 12.* Castrens. *consil. 68. in princ. lib. 2.* vbi, quod requiritur sententia, videlicet declaratoria domini. † Extende, siue declaratio sit expressa, siue tacita; ideo dominus conueniens emphyteutam super caducitate, satis dicitur declarasse in necessarium antecedens. Decian. *consil. 4. num. 18. lib. 1.* Riminald. Iun. qui alios allegat *dict. consil. 94. num. 17. lib. 1.* †Et non refert, an declaratio sit facta in iudicio, vel extra iudicium. Iaſ. in *d. l. 2. colum. 3. in fine, cum seq. C. de iur. emphyt.* † Et quod facta declaratione, tunc ipso iure inducatur caducitas ob non solutum canonem, est communis * opinio, de qua Clar. in *§. emphyteusis. quæst. 9. in fine.* vbi, quod ita in practica communiter obseruatur. † Idem, si dominus acceptauit deuolutionem confessatam per emphyteutam. Riminald. Iun. *dict. consi. 94. num. 17. lib. 1.* † Declara tamen; quia licet per motionem litis inducatur tacita declaratio; tamen emphyteuta vsque ad litem motam facit fructus suos. Bartol. & alii in *l. ex diuerso, in princip.* vbi gloss. *ff. de rei vendic. & in l. certum.* vbi etiam gl. *C. eod. titu.* † Contrarium; quod imo si emphyteuta non soluit canonem per biennium, seu triennium, ita, quod cecidisse dicatur; sed tamen dominus non declarauit, & ideo caducitas non dicitur causata ante declarationem. *d. l. 2. in ver. volenti, & in ver. simodo voluerit,* vbi Bart. & alii. *C. de iur. emphyt.* si tamen emphyteuta postillam cessationem per seuerauit per multos annos in emphyteusi percipiendo fructus, & vltimo loco dominus declarat caducitatem, tenetur ad omnes fructus perceptos post cessationem, quæ inducit caducitatem, etiam si declaratio sit posterior; quia dicitur malæ fidei, & ita Iaſ. *consil. 29. lib. 1. in 2. dubio.* Vide, *Emphyteuta non soluens canonem quando cadat. Conclus. 192. num. 20.* †Non tamen sequitur declaratio tacita, si alium simpliciter inuestiuit; quia potest esse inuestitura; quia inuestitus prætendat ius ex alia causa. Riminald. Iun. *dict. consil. 94. num. 19. lib. 1.* Alexand. *consil. 106. Visis. num. 4. ver. nec obstat. lib. 4.* Vide, *Declaratio contra emphyteutam requiritur, vt cadat, & quando secus. Conclus. 99.* † Et quod declaratio debeat esse certa; quia est pœna, quæ stricte sumitur. Abb. *consil. 67. In causa, quæ. colum. 3. numer. 4. lib. 2.* vbi, quod debet constare de actu præcedenti, per quem inducitur caducitas, & fit declaratio. alias non releuat. † Contrarium tenet Bero. *consil. 119. in fin. lib. 1.* vbi, quod eo ipso, quod alium inuestiuit, censetur declarasse primum cecidisse. † Amplia; quia imo Castrens. *d. consil. 68. in princip. lib. 2.* dicit, quod requiritur sententia, vt cadat ob non

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

solutum

solutum canonem, & idem dicit Rom. qui recitat opiniones, & hanc sequitur *cons.* 212. *Quod ad primum n.* 7. *ver. quoad tertiũ*, vbi a- 23 postill. *in ver per sententiam*, citat pro vtraq; parte. † Contrarium, quod imo non requiratur sententia; quia cadit ipso iure ob canonem non solutum, est communis * opinio, de qua apostilla ad Roma. *d. cons.* 212. *n.* 7. *ver. ipso iure*, vbi citat concord. & dicit hanc * partem in iudiciis obseruari, & communem * dicit Ias. in *d. l.* 2. *nu.* 14. *C. de iur. emphyt.* & communem, & magis communem * dicit Abb. *d. cons.* 67. *In causa, in princ. lib.* 2. adducit rationem; quia potest * propria authoritate expelli, secundum * communem; ergo ipso iure cadit volente domino, & magis * communem dicit Alex. & ab eo in iudicando non recedendum *cons.* 6. *Circa præmissum*, *in fi.* 24 n. 22. *lib.* 3. vbi reprobat Roman. † Declara; quia bene requiritur declaratio caducitatis per dominũ facta, per quam constet, quod acceptauit caducitatem. Rom. *d. cons.* 212. *num.* 8. *ver. tertio non potest negari*, vbi apostilla in *ver. requiritur*. & idem Roma. *cons.* 211. *nu.* 4. *ver. fulcido mouetur*, vbi apostilla plena in *ver singulari*. Abb. *d. cons.* 67. *col.* 2. *ver. sed ijs non obstantibus. lib.* 2. vbi adducit plura, maxime; quia dominium non transit sine declaratione; & quia non potest opponi exceptio contra emphyteutam, nisi à solo domino. † Amplia, etiam si in inuestitura adsint verba; *quod nisi soluat, vel petat renouamine cadat*; quia intelligitur sequuta declaratione. Signorol. 25 *cons.* 131. *n.* 5. † Extende imo, etiam si verba sint; *ipso iure, & facto cadat*; quia requiritur declaratio. Dec. *cons.* 138. *Diligenter protenui. nu.* 3. *ver. in præmissis*. Afflict. *decis.* 174. *per totum*. Cephal. *cons.* 25. *n.* 26. & *seq.* vbi alios allegat. Tiraq. in *l. si vnquam in ver. reuertatur. nu.* 10. & *seq. C. de reuoc. donat.* † Amplia idem in feudo, vt requiratur declaratio; & tamen si non declaretur, non erit feudum nouum, licet ipso iure cecidisset. Tiraquell. in *l. si vnquam, in ver. reuertatur. nu.* 11. *C. de reuoc. donatio.* † Idem in donatione post renouationem ex susceptione liberorum; quia requiritur declaratio, videlicet, si voluerit. Tiraquell. *d. l. si vnquam. ver. reuertatur, num.* 10. & *nu.* 13. idem de testamento nullo ex præteritione filii, & *num.* 14. in legitima. † Declara; quia vbi dominium ipso iure transfertur sine traditione, operatur ipso iure sine alia declaratione. Tiraq. vbi sup. *nu.* 19. † Declara tamen; quia declaratio cõditionalis, prout quod inueniat alium, quatenus non soluerit antiquus emphyteuta, vel quatenus non possit succedere, talis declaratio cõditionalis nihil potest in esse, si constat, quod est habilis, vel quod soluerit. Ioan. de Anan. *cons.* 84. *circa princ. ver. sed restat nũc videre*, vbi, quod præseruat iura emphyteutæ antiqui, qui declaratur sub conditione. † Extẽ de declarationem; quia quando respicit substãtiam actus, debet fieri vocata, vel præsente parte, contra quam fit declaratio; secus, quando fit circa circumstantias; Io. de Ana. *d. cons.* 84. *circa pr. ver. præterea licet.* † Citatio non requiritur in declaratione caducitatis emphyteutæ ob non solutum canonem. Alex. *cõs.* 6. *Circa præmissum. in fi. n.* 21. & *seq. ver.* & *sic satis est. lib.* 3. † Amplia in tantum esse necessariam declarationem directi domini super caducitate emphyteutæ, vt si emphyteuta, qui cecidit, moriatur, nõ poterit declarari contra hæredem; quia pœna non transit ad hæredem non declarata contra defunctũ. Cuman. *cons.* 163. *Prælatus certæ Ecclesiæ. col. pen.* sequitur Ruin. *cons.* 128. *Primo de viribus n.* 8. & *cons.* 168. *Ex inscriptura. nu.* 20. *lib.* 1. Cutt. Iun. in *tract. de feud. in.* 3. *quæst.* 4. *quæst. pr.* Cattren. *cons.* 46. *Viso*, & *examinato. col.* 2. *lib.* 2. Soc. *cons.* 61. *col. pen. lib.* 3. & licet loquantur in feudo; tamen idem est in emphyteusi, cum de feudo ad emphyteusim validum sit argumentũ. Bald. in *Libertis. col.* 4. *C. de oper. libert.* & ita per consilium Cuman. fuit iudicatum per Rotam Romanam, vt dicit Cassad. *decis.* 2. & 3. *tit. de locato*. Vide, *Pœna non transit ad hæredes*, & *quãdo secus. Concl.* 256. *n.* 12. & *seq.* vbi plenius. † Extende, etiam si successores in emphyteusi sint hæredes eius, qui cecidit; quia adhuc contra eos nõ potest fieri declaratio caducitatis, si nõ fuit facta in vita eius, qui cecidit, ita Ruin. *d. cons.* 128. *num.* 8. & *cons.* 168. *nu.* 20. *lib.* 1. † Extende; quia ficuti per mortem emphyteutæ expirat caducitas nõ declarata in eius vita; ita etiam per mortem domini, qui nõ declarauit; quia non poterit eius successor declarare pro tempore sui authoritate, qui non declarauit; quia talis potestas declarandi non egreditur personam, gl. in *l. idem Pomponius.* § *fin. de rei vendic.* Bart. & Alex. in *l. inter stipulantem.* § 1. *ff. de verbor. oblig.* Cassad. *decis.* 2. & 3. *de locato*, vbi, quod ita fuit iudicatum. Alex. *cons.* 173. *in fi. lib.* 2. Natt. *cõs.* 335. in fi. Cassad. *d. decis.* 2. *nu.* 6. & *decis.* 3. *per tot.* † Ratio potest esse, vt dicit Ialon in *d. l.* 2. *C. de iure emphyt.* & Cassador. vbi supra; quia pœna non transit ad hæredes; & quia ius caducitatis non incurritur, nisi volente domino; igitur silentio, vel ex non facto videtur nolle, & cadat, si in vita sua non declaratur. Vide infr. *Facto non minus. nou.* 15. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 3. *tit. de iur. emphyt. concl.* 3. *Caducitatem incurrisse tempore prædecessoris.* † Limita; quia declaratio non requiritur, quando caducitas ipso iure incurritur, puta per alienationem, vel quia contra pactum expressum, vel quid simile, emphyteuta cecidit. Dccian. *cons.* 4. *nu.* 5. & *seq.* vbi latissime *lib.* 1. quia alienatio est continua, & successiua, & donec durat, est locus caducitati, & idem per plura tenet Onded. *cons.* 51. *nu.* 25. & *seq.* † Et quod imo non cadat ipso iure, neque per alienationem, neq; ob non solutum canonem, tenet Roman. *d. consil.* 212. *Quo ad primum, circa finem. nu.* 9. vbi apostilla in *ver. falsa*, quæ dat concord., & reddit rationem Roman. quia verba legis inducẽtia priuationẽ pur futurum tempus nunquam important ipso iure, vt ibi in fin. & apostill. in *ver. per sententiã*, & hanc partem tuetur Alex. *cons.* 27. *Viso themate. num.* 4. *lib.* 6. vbi apost. *in ver. volente.* † Contrarium, quod licet cadat ipso iure, quando alienat; tamen cadit etiam ipso iure ob nõ solutum canonem, & requiritur declaratio domini primo casu; ergo & secundo casu; quia æquiparãtur in *c. potuit. locati*, ita Ial. in *l. fin. C. de iur. emphyt. nu.* 103. & *seq.* clare Alex. *cons.* 173. *lib.* 2. *in fi.* & *cons.* 106. *num.* 4. *lib.* 4. & hanc communem, & magis communem * dicit Abb. *d. cons.* 67. *In causa, in pr. lib.* 2. vbi, quod ipso iure cadit ob non solutum canonem; quia potest expelli propria authoritate; sed tamen requiritur voluntas domini, videlicet declaratio, vt ibi *col.* 2. *ver. sed iis non obstantibus.* Alex. *cons.* 6. *Circa præmissum. n.* 18. & 19. *vers. item non potuerunt. lib.* 3. vbi dicit * communem, quando constat, quod dominus velit, & quod non requiritur alia sententia, & potest expelli, & tollit contrarium. plenius Alex. *cõs.* 82. *In causa, & lite. nu.* 3. *ver.* & *illud, quod dicitur. lib.* 7. vbi apostill. in *ver. velle.* Vide, *Emphyteuta nõ potest vendere, alias cadit*, & *quando secus. Concluso.* 207. *nu.* 6. & *seq.* † Declarat tamen Ial. in *d. l.* 2. *C. de iur. emphyt. nu.* 15. & *seq.* quod grauius est delictum in faciendo, quam in omittendo, & ita etiam videtur sentire Gabriel. *de iure emphyteut. concluf.* 3. vbi licet alleger pro contrario Ruin. *cons.* 10. & 35. *lib.* 1. attestantem de * communi; non tamen loquitur, quando alienauit irrequisito domino, sed quando non soluit, vel non recepit inuestituram, & ibi in negligendo, & ita declarat Onded. *d. cõs.* 51. *n.* 28. † Declara melius; quia si caducitas est causata ob non solutũ canonem, dubia est opinio, an cadat ipso iure, & dato, q; cadat ipso iure, requiritur declaratio domini. Ant. de But. *cons.* 22. *in pr. ver. supponunt enim*, vbi apost. *in ver. canonem.* citat plurimos, & Clar. §. *emphyteusis. quæst.* 9. Si vero caducitas est ob alienationem; quia cadit ipso iure, quando rem tradidit; & tunc si factum est dubium, requiritur declaratio; si certum; tunc ad prẽiudicium emphyteutæ non requiritur declaratio, quod dominus in sui præiudicium caducitatem acceptauerit; quia fauore eius est inducta, nõ in odiũ, ita Ant. de Butr. *d. cons.* 22. *n.* 1. *in fi. cum seq. vers. ex quo concludo*, & Abb. *d. cons.* 67. *col.* 1. & 2. vbi dicit * communem, & magis * cõmunem. *lib.* 2. † Extende limitationẽ; quia imo cessans in solutione canonis priuatur ipso iure absq; alia sentẽtia declaratoria, dũmodo appareat dominum ita velle. Alexand. *cons.* 6. *lib.* 3. *num.* 20. *ver. ex iis videtur*, vbi, quod exequutio facta contra emphyteutam absque declaratione non iuri contraria, & sufficit, quod constet de mente domini. † Contrarium tenet Rom. *d. cons.* 212. *ver. quoad tertium.* quod imo sit necessaria sententia declaratoria. † Declarat Alexand. *d. cons.* 6. *nu.* 20. *lib.* 3. quia si agatur, vt quis ratione culpæ priuetur, & requiritur sentẽtia ad esse pœnę; aut est priuatus ipso iure, & non est necessaria sententia ad substantiam esse, sed bene est necessaria ad exequutionem esse. † Declara; quia si agatur via iuris, quod dominus velit prosequi caducitatem contra emphyteutam, sufficit, quod constet de mente, quod velit vti caducitate, & deuolutione, & ita procedant, quæ supra dicta sunt. † Si vero dominus velit expellere emphyteutã ab emphyteusi absolute, licet possit propria authoritate, vt infra *Concluf. prox. sequ.* & tunc requiritur nedum declaratio domini, sed etiam, si fiat controuersia, requiritur sententia declaratoria iudicis, ita dicit seruari Guido Pap. *decis.* 107. vbi refert opiniones, & dicit talem obseruantiam esse de iure. † Restringe, vt idem sit; quando emphyteuta cadit ob delictum, vel maleficium, quia semper requiritur declaratio domini. Alex. *cõs.* 173. *Viso themate, in fi. n.* 7. *ver. præterea. lib.* 2. † Contrarium in emphyteuta, qui tenetur facere meliorationẽ ita intra certũ tempus, alias cadat ipso iure; quia si nõ seruauit pactũ, licet videatur priuatus. Bald. in *l. fin. §. fi. C. commun. de leg.* maxime, quia verba ipso iure important latã sententiã. Bald. *cons.* 291. *Visa petitione. lib.* 3. tamen debet pactũ intelligi secundũ ius commune, videl. si dominus declarauerit, Cor. *cons.* 115. *In hac consultatione. col.* 2. *lib.* 1. & idẽ Corn. *cons.* 219. *Ex duplici capite. n.* 18. *lib.* 2. sequitur Dec. *cons.* 185. vbi apost. & dicit, quod non est sublatũ arbitriũ domino declarandi, vel non per pactum præcisum, & ita iudicauit Rota Romana, vt per Cassador. *decis.* 2. & 3. *de locat.* † Limita in caducitate causata ob non petitam renouationẽ de 29. annis in 29. annos;

quia

quia si tenebatur petere emphyteuta renouationem, & non petiit lapso anno post 29. annos, cecidit ipso iure, & non requiritur declaratio. Bero. *cons.* 119. *num.* 10. *lib.* 1. Vide, *Feudi deuolutio quando fiat ipso iure, vel, per sententiam. Conclus.* 200. Vide, *Priuatio ipso iure non inducitur per verba futuri temporis. Conclus.* 719.

Emphyteuta quando possit propria authoritate expelli. Conclus. 191.

1 EMPHYTEVTA † si cessauit soluere Ecclesiæ canonem per triennium, potest dominus propria authoritate ingredi possessionem rei emphyteuticæ deuolutæ. *d.* l. 2. *C. de iur. emphyteut.* vbi gloss. & Iaſ. in *ver. repellere.* Federic. de Sen. *consil.* 170. *circa fin. versic. præterea si fuisset.* Bald. *consi.* 503. quod est fin. *lib.* 5. *in princip.* & * est communis opinio. Alexand. *cons.* 131. *in causa inter vniuersitatem, in princip. & consi.* 117. *num.* 11. vbi dicit magis * communem. *lib.* 4. & *consi.* 105. *num.* 18. *lib.* 3. vbi, quod nemo hoc negat, & ibi apostill. citat plurimos pro vtraque parte, & communem * dicit Socin. *cons.* 167. *Non inutilis. num.* 15. *lib.* 2. & magis communem * dicit Socin. Iun. *consi.* 35. *in fin. lib.* 3. Aretin. *consi.* 21. Specul. *titu. de emphyt.* vbi Ioan. Andr. in §. *nunc aliqua. num.* 62. Corne. *consil.* 271. *lib.* 3. Deci. *cons.* 146. *nu.* 7. Clar. in §. *emphyteusis. q.* 11. & de * communi Gozad. *cons.* 39. *in fin. n.* 25. *& cons.* 86. *nu.* 11. vbi de * communi & de communi Abb. *cons.* 67. *In causa, quæ. nu.* 2. *lib.* 2. Alex. *cons.* 6. *Circa promissum. num.* 19. *lib.* 3. vbi tollit contrarium de purgatione moræ; quia
2 illud est; quia requiritur declaratio domini. † Extende; quia etiam prætor requisitus tenetur associare eo casu, vbi quod eo ipso, quod nō docetur de solutione, inducta est caducitas. Alex. *d. cons.*
3 131. *per totum. lib.* 4. & iterum *cons.* 105. *Magnifice, in princ. lib.* 3. † Contrarium dicit Ancharan. *cons.* 274. *Ad declarationem. n.* 2. *ver. sed præsupposita, cum seq.* vbi, quod cognitio spectat ad iudicē, non ad partem, & idē tenet Anton. de Butr. *cons.* 22. Quia si citaretur, posset allegare, per quæ non esset amouendus. Alex. *cons.* 128. *col.* 1. *lib.* 5. Affl. *decis.* 97. vbi apostill. & Vrsill. in *addit.* & ita de stylo, & cōsuetudine Delphinali dicit seruari Guido Pap. *decis.* 107. Anton. de Butr. *cons.* 22. *nu.* 1. *in fin. ver. quanquam fiat dubitatio.* Guid. Pap. vt supra, & hanc iustiorem dicit apostil. ad Alex. *cons.* 105. *nu.* 18. *ver. au-*
* *thoritate*, vbi citat pro vtraq; parte, & hanc cōmunem * dicit Clar. in §. *emphyteusis, q.* 11. *in princ.* vbi *in fin.* quod æquior, & tutior est, &
4 iterum *q.* 44. vbi remittit se ad *q.* 11. † Declara; quia quando est ex. presse conuentum, ꝙ si non soluerit in termino conuento, possit ꝓpria authoritate expellere; quia valet conuentio talis, ex quo per prouisionem hominis receditur à prouisione legis. gl. in *l.* 2. *in ver. expellere. C. de iur. emphyt.* & quia debet cōuentio aliquid operari. Iaſ. *d. l.* 2. *q.* 44. *vers. & prædicta omnia.* † Declara tamen; quia licet
5 posset propria authoritate expellere; tamen non potest alium inuestire, Anchar. *d. cons.* 274. *n.* 3. † Declara; quia si notoria esset non solutio, & sic caducitas; tunc dominus potest expellere propria authoritate emphyteutam, qui cecidit, Corn. *d. cōs.* 271. *lib.* 3. Dec.
6 *d. cons.* 146. *nu.* 7. & ita etiam tenet Abb. *d. cons.* 67. *n.* 2. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. vbi distinguit, quod de iure ciuili potest expelli ob nō solutum canonem, nec requiritur alia interpellatio; quia dies interpellat; de iure Canonico temperatur, nisi celeri satisfactione sibi prouideat, videlicet intra modicum tempus; ideo si stetit ꝓ quadrien-
7 nium, res est clara; quia potest expelli. † Declara; quia tres sunt opiniones; vna, quod nō possit expellere, de qua Soc. *d. consil.* 167. *n.* 14. imo quinque opiniones. Vide plenius Iaſ. in *d. l.* 2. *nu.* 100. *& seq. C. de iure emphyt.* & Clar. in *d.* §. *emphyteusis. quæst.* 11. vbi, quod tot capita, quot sententiæ in hac materia; vna, ꝙ non possit; altera, quod possit; si pars non resistit de facto, licet resistat verbis; altera
8 æquior, quod authoritas iudicis interueniat. † Declara; quia Ecclesia potest petere pensiones decursas, & expellere emphyteu-
9 tam. *auth. quia rem. C. de sacros. Eccles.* vbi Doctor. † Secunda, quod non possit, si emphyteuta resistit, vel negat cecidisse; quia ad tollendas rixas non debet sibi ius dicere. Socin. *d. cons.* 167. *num.* 14. *vers. secunda principalis. lib.* 2. Clar. *d.* §. *emphyteusis. q.* 11. *circa med. ver.*
10 *quæquidem.* † Si vero non resistit, vel non negat cecidisse; tunc bene possit dominus eum expellere propria authoritate. Corn. *cons.*
11 193. *lib.* 3. † Tertia; quod absolute possit, siue neget, siue non, siue
* resistat, siue non, & hanc communem * dicit Socin. *d. consil.* 167. *n.*
12 15. *lib.* 2. † Declarat Clar. *d.* §. *Emphyteusis*, quod si resistat solis verbis, licet expellere; si de facto resistit, non licet. *q.* 11. *circa med.*
13 *ver. quæquidem.* † Vltima est, quod melius, & tutius sit adire iudicem, quando negat emphyteuta, vel resistit. Soc. *d. cons.* 167. *nu.* 15. *in fi.* & hanc veriorem, & de stylo Parlamenti Delphinalis cōprobat Guido Pap. *decis.* 107. vbi recitatis hinc inde opinionibus, di-
* cit hanc * veriorem de stylo, & hanc etiam comprobat Clar. *d.* §. *emphyteusis. quæst.* 11. *in fi.* vbi, quod est tutior, vt obuietur scandalis.
† Declara; quia si iam esset lata sententia contra primum emphy- 14
teutam ob canonem non solutum, potest expelli, tam ipse, quam alius; quia istud ius potest cedi. Bartol. in *l.* 1. §. *fin. ff. de nou. oper. nunciat.* † Declara; quia dominus potest expellere emphyteutam, qui 15
cecidit ob nō solutum canonem, quando est facta declaratio, & ipse possidet; si verò alius possidet, nō potest expelli, nisi citetur. Mandell. *cons.* 244. *nu.* 11. *& seq.* vbi apostill. dat concord. & * dicit *
communem † Amplia; quia emphyteusi, vel locatione finita po- 16
test dominus propria authoritate capere possessionem rei emphyteuticæ, & potest implorare officium iudicis, ꝓ assōciatione, ne ius fiat sibi summarie sine libello, & iudex tenetur officiū imploratū præstare, ne ius fiat: constito tamen prius de emphyteusi, & quod sit finita. Bald. *consi.* 177. *Ad euidentia est præmittendum, in princ.* maxime *num.* 3. *vers. secundo est præmittendum. lib.* 3. *in fin.* vbi dicit, quod est manutentio iuris expellendi conductorem, in qua iudex debet officium impartiri. Vide, *Possessio vacans potest capi im-* 17
pune à quocunque. Conclus. 408. † In contrarium faciunt multa; quia qui potest facere sua authoritate, licet faciat coram iudice sine vlla solemnitate, non vitiatur actus. Vide plura in *ver. Abundans* 18
caute/a non nocet. Conclus. 67. † Et quod imo in simplici conductore, qui si non soluat, possit expelli, siue resistat, siue non. Alexand. *consi.* 105. *Magnifice prætor. nu.* 17. *vers. præterea.* vbi dicit magis * com- *
munem; siue resistat, siue non. Gozad. *cons.* 1. *num.* 28. Roland. à Vall. *consi.* 87. *num.* 4. *lib.* 1. Alexand. *consi.* 117. *Viso. num.* 11. *lib.* 4. plenius *cons.* 130. *In causa. in princip. & per totum. & consil.* 131. *lib.* 4. † Ex- 19
tende, vt procedat, etiam si possessio rei locatæ, vel emphyteuticæ esset in alium translata; quia poterit dominus capere possessionem eandem finita emphyteusi; quia possessio transit cum sua causa. Bald. *d. consi.* 177. *nu.* 3. *lib.* 3. † Extende; quia potest iudex ex- 20
tra iudicium dare associationem curiæ volenti capere possessionem. Bartol. *cons.* 82. *Quæstio commissa. col.* 1. *in fin. lib.* 2. quod est Collegii Pisani. † Imo etiam citata parte, quando dominus fuit pro- 21
testatus, quod nō intendit sibi præiudicare, quin propria authoritate expellere possit. Alexan. plene *d. cons.* 130. *nu.* 11. *& seq. per tot. ver. non obstat, quod secundo. lib.* 4. vbi, quod protestatio non est contraria facto. † Imo in tantum est verum, quod dominus propria 22
authoritate possit capere possessionem rei emphyteuticæ finita emphyteusi, quod si cōductor impedit, dicitur spoliare, & iudex cognito de spolio non debet renocare inhibitionem factam cū clausula, *si quis senserit*, ex quo sibi cōstat de possessione spoliatiua, Bald. *d. cons.* 177. *in pr. & per tot. lib.* 3. † Amplia; quia etiam emptores 23
emphyteusis sine licentia domini possunt expelli, licet dominus non contraxerit cum eis, vt late Iaſ. qui dicit magis * communem * in *d. l.* 2. *n.* 150. post glo. magnā ibi *circa fi. C. de iur. emphyt.* † Exten- 24
de; quia imo si tertii emptores habuerunt notitiam, quod bona essent emphyteutica, & cum pactis caducitatis, tanquā malæ fidei possessores non deducerent melioramēta, sed illa perderent, per text. in *l. fin.* § *fin.* vbi * omnes. *C. commun. de leg.* si tamen essent *
necessaria, refici deberent. *l. domum, in fine. C. de rei vendic.* Vide, *Me-* 25
liorament. a non reficiuntur multis casibus. Conclus. 280. † Amplia; quia sicuti ob non solutum canonem cadit emphyteuta & potest expelli propria authoritate; ita etiam si abutitur re locata, vel non seruat pacta, communem * dicit Bero. *cons.* 125. *n.* 4. *& per tot. lib.* 1. *
Vide, *Emphyteuta cadit ob deteriorationem rei. Concl.* 217. † Amplia et- 26
iam si fecisset pactum de non expellendo emphyteutam; quia intelligitur, nisi diu cessauerit in solutione, hoc est, per biēnium. Bartol. *cons.* 161. *Proponitur, n.* 4. *ver. natura permissum. lib.* 1. quod est Ang. de Amelia, Franc. Abbatis Saximi, & Thomæ de Eugubio. Alex. *cons.* 85. *lib.* 1. † Amplia, etiam si dominus ex vrbanitate adiu- 27
set iudicem cum protestatione, ꝙ ex abundanti, & non præiudicando sibi, quin possit propria authoritate expellere; quia adhuc poterit secundum * communem, de qua Iaſ. *d. l.* 2. *C. de iur. emphyt.* *
n. 114. Soc. *d. consi.* 35. *lib.* 3. *in fin.* Alex. plenissime *consi.* 130. *In causa.*
n. 12. *& seq. ver. quia respondeo. lib.* 4. Vide, *Facere qui potest aliquid pro-*
pria authoritate, quando perdat authoritatem. Concl. 6. † Contrarium, 28
quando adiuit iudicem, tenet Castr. *consi.* 78. *lib.* 1. Vide, *Pactum*
ingrediendi propria authoritate quid operetur. Concl. 37. † Si igitur iudex 29
adeatur, erit adeundus iudex loci, vbi sita sunt bona. Soc. *d. cons.* 167. *n.* 19. *ver. tertio quæro. lib.* 2. † Actiones plures possunt intentari 30
per dominum contra emphyteutam, qui cecidit, pura rei vendicatio, item condictio ex *l.* 2. *C. de iur. emphyteu.* interdictum vti possidetis, condictio sine causa, sed melius est, quod imploretur officium iudicis exequutiuum. Socin. *d. cons.* 167. *num.* 17. *ver. circa ve-*
ro tertiam. lib. 2. † Libellus requiritur in dictis actionibus; secus in 31
officio iudicis implorato pro exequutione; quia sufficit qualis
qualis petitio in scriptis redacta secundum * communem, & ma- *
gis com-

gis communem. Socin. *d. cons. 167. n. 17. lib. 2.* † Citatio requiritur, 1
si dominus adeat iudicem implorãdo officium pro expulsione
emphyteutæ, qui cecidit. Soc. *d. cons. 167. n. 18. lib. 2.* † Cõtrarium 2
recitat ibi n. 18. tenere aliquos. Soc. *d. cons. 167.* † Declara; quia si 3
petit expelli per iudicẽ, requiritur citatio; si vero petit associari,
vt expellat dominus, non requiritur citatio. Socin. *d. cons. 167. n.*
18. *ver. tertia fuit lib. 2.* & hanc tenet, vbi etiam dat formam citãdi
in casu, in quo requiratur, & quæ statuta sint seruanda. † Amplia 4
in tantum dominum posse emphyteutam expellere propria au-
thoritate, vt etiam possit alium inuestire ante expultionem, & 5
illi cedere ius expellendi, & potest expellere. Soc. *d. cons. 167. n.*
23. & seq. ver. circa sexam. lib. 2. † Extende in tantum, vt si agat exe- 6
cutiue, non possit emphyteuta inferre quæstionem dominii an-
te restitutionem possessionis; secus si ageret rei vẽdicatione via
ordinaria. Soc. *d. cons. 167. n* 22. *ver. circa quintã. lib. 2.* Extẽde; quia 7
si agit dominus ad expultionem via executiua siue propria au-
thoritate siue coram iudice, non est locus reconuentioni contra
dominum. Soc. *d. cons. 167. n. 25. & seq. ver. circa septimam, vsq; in fin.*
† Limita, quando emphyteuta cœpisset possidere nomine suo, 8
& mutasset sibi causam possidendi, accedente noua causa; quia
tunc non potest expelli à domino propria authoritate secundũ
communem, * de qua Soc. *d. cons. 167. n. 17. ver. circa secundam, lib. 2.*
† Limita; quando emphyteuta dicit se soluisse, vel inuestituram 9
perisse, & infert quæstionem super caducitate; quia non potest
expelli, neq; iudex esset dominus, sicuti in feudo inter dominũ
& vasallum non est iudex dominus eo casu. Sign. *cons. 131. Factum*
sic se habet. n. 6. & ita etiam Soc. *d. cons. 167. n. 14. vers. secunda princi-*
palis cum seq. vbi licet dicat contrariam * communem *n. 15.* tamen
in fine dicit hanc tutiorem ad tollenda scandala. *lib. 2.* & hanc ẽt
tenet Abb. *cons. 3. Nit. ar. col. 8. post med. ver. quinimo in terminis. lib. 2.*
† Limita in cessionario domini emphyteutis; quia nõ potest ex- 10
pellere emphyteutam propter canonem non solutum propria
authoritate, nisi prius notificata cessione, & ea valida existente.
Bald. *cons. 503.* quod est vltimum. *lib. 5. circa fin.* † Extende; quia li- 11
cet dominus possit propria authoritate expellere emphyteutã
possidentem; non tamen potest inuestitus à domino ob caduci-
tatem primi. apostill. ad Iacob. Mandel. *cons. 244. n. 12. ver. emphy-*
teut. am. allegat Gozad. *cons. 86. n. 27.* † Limita; quando emphy- 12
teuta alienauit irrequisito domino; quia non potest dominus
propria authoritate expellere tertium, qui emit, quia quilibet
iniustus possessor debet manuteneri. Fulgos. *cons. 2. Petrus tenetur,*
in fin. ver. ad secundum. † Extende; quia neque emphyteuta, qui ce- 13
cidit ob alienationem, potest expelli propria authoritate; quia
spectat ad iudicem. Anchar. *cons. 274. n. 2. & 3. vers. sed præsuppositis.*
† Limita etiam; quia si emphyteuta non cecidit, nec est finita
emphyteusis, potest dominum volentem ingredi possessionem
expellere, & debet eo casu manuteneri emphyteuta, vel cen-
suarius, quando non constat, quod sit emphyteusis, licet pro-
betur solutio; quia præsumitur census, in quo non habet locum
caducitas. Bald. *consil. 177. num. 5. vers. dubitari tamen, vsque in finem,*
lib. 3.

Emphyteuta non soluens canonem, quando cadat, & quando excusetur à caducitate. Concluſ. 192.

EMPHYTEVTA † cadit, si non soluat canonem, videlicet 1
de iure communi intra biennium, si emphyteusis est eccle-
siæ, & intra triennium, si est laicalis, *l. 2.* & ibi gloss. *in verb. trien-*
nium. C. de iure emphyt. vbi late Iaſ. *nu. 40.* & latius *in auth. qui rem.*
C. de sacrosanct. Eccles. & de vtraque Iaſ. *in d. l. 2.* super gloss. *in ver. trien-*
nium, in fin. C. de iur emphyt. Alex. *cons. 6. Circa processum. ver. item non*
petuerunt. n. 19. lib. 3. vbi dicit * communem, nec mirum, si fauore
Ecclesiæ minus tempus sit constitutum, plene Iul. Clar. *in §. em-*
phyteusis. q. 8. in princ. Vide Socin. *reg. 5. Emphyteuta expelli non potest*, 2
vbi ponit regulam negatiuam, quod non cadit, neque expelli
potest, nisi triennio cessauerit, vbi limitat, nisi pactum esset in
contrarium, quod breuiori tempore caderet. † Et dicitur delin- 3
quere in legem contractus, quando non soluit canonem; ideo
vt delinquens punitur. Alexand. *cons. 80. Viso, & opportune. num.*
10. ver. sed ita est. lib. 1. † Et quod emphyteuta, si cessat per trien- 4
nium soluere in emphyteusi, priuati, cadit à iure suo, in emphy-
teusi Ecclesiastica, si cessat per biennium, *d. l. 2. C. de iure emphyt.*
vbi Iaſ. *num. 10.* qui dicit * communem. Alexand. *consil. 120.*
Penderatis, in princip. lib. 5. † Extende; quia emphyteuta cessans 5
in solutione debiti canonis cadit à iure suo in totum, licet de-
fecerit solum in solutione partis, Oldr. *consil. 29. De rigore iuris,*
sit communis * opinio. Riminald. Iun. *consil. 94. Anno Domini,*
in pr. † Intelligẽ, quando inuestitura est valida; secus si est nulla; 1
quia tunc ex ea caducitas causari non põt. Ægid. Bell. *cons. 33. n.*
62. vers. dubiũ non procederet. † Et debet emphyteuta probare so- 6
lutionem, alias dominus habet intentionem fundatam super
negatiua, quod non soluerit. Socin. Iun. *cons. 112. n. 15. lib. 2.* vbi di-
cit * cõmunem, & communem * dicit Iaſ. *d. l. 2. n. 132. C. de iur. emph.* * *
Affl. *decis. 23. n. 3. l. fin. C. de solut.* vide Gabr. *de probat. concl. 6. n. 21.* &
infinitos citat Surd. *cons. 86. in pr. lib. 1.* vbi, quod nullus dissentit
in hoc, & Clar. *in d. §. emphyteusis. q. 8. in fin.* vbi dicit * communẽ. *
† Amplia; quia emphyteuta Ecclesiæ non soluens per biennũ, 7
& priuati non soluens per triennium, cadit ab emphyteusi ipso
iure; si tamen dominus voluerit, & declarauerit. Ant. de Butr.
cons. 22. in pr. vbi apost. *in ver. canonem*, citat plures ad hoc, Clar. in
d. §. emphyteusis, q. 9. vbi in fin. dicit communem, * & ꝙ ita com- *
muniter obseruatur. Vide; *Negatiua facti promissi non impleti quãdo*
præsumatur. Concl. 29. n. 21. & seq. Vide Masc. *Conclus. 251. Caducitas*
an probetur. † Amplia, etiam si esset rusticus, vel fœmina; quia nõ 8
excusatur, si velit allegare errorem iuris; quia in iis, quæ sunt in-
ducta ad rigorem iuris conseruandum, non excusatur, etiam si
tractaret de damno vitando. Alex. *consil. 14. Viso, & considerato, in*
pr. lib. 1. † Amplia, vt procedat etiam in locatione ad longum tẽ- 9
pus, prout in emphyteusi. Soc. *cons. 167. Non inutilis n. 7. lib. 2.* Am-
plia, † vt procedat, etiam si pro magni valoris emphyteusi solua- 10
tur quid minimũ; quia cadit non soluens. Clar. *d. §. emphyteusis. q.*
8. n. 3. vers. sed pone. vbi dicit * communem, & quod ita seruatur de
consuetudine. † Amplia, vt procedat, etiam si defecerit in solu- 11
tione vnius denarii. Bald. *in rub. C. de contrah. empt. col. 3. ver. deinde*
quæro. Cuma. *cons. 164. Prælatus certæ ecclesiæ. in pr.* Cast. *in l. in execu-*
tione. §. pro parte. ff. de verb. obl. Iaſ. post alios *in auth. qui rem. C. de sa-*
crosanct. eccl. Old. *d. cons. 29. De rigore iuris.* Bald. *cons. 120. Vulgaris est. lib.*
2. Ruin. *cons. 167. n. 10. lib. 1.* † Et ꝙ cadit, etiam si defecerit in so- 12
lutione in vno nummo, vel in parte quacunq; canonis debiti;
quia cadit à tota emphyteusi. Spec. *de emph. §. nũc aliqua. q. 29. vers.*
tanto magis. communem * dicit Iaſ. *in d. l. 2. C. de iur. emph. n. 54.* De- *
clarat † Clar. *in § emphyteusis. q. 8. n. 4. ver. ego tamẽ.* vbi distinguit, 13
quod si soluit, puta vnum nummũ, & defecit in solutione per
biennium ecclesiæ, & per triennium priuato, & cadit à toto; aut
soluit, puta decem, & defecit in duobus, vel tribus, & si per erro-
rẽ, vel paupertatẽ, excusatur à toto; cessante errore, vel paupe-
tate; & tunc cadit à toto secundum * communẽ, licet ibi in fine *
dicat, ꝙ ipse inclinaret, quod excusaretur à parte, & pro rata so-
luta, vel etiã excusaretur à toto, nisi cõstaret de contumacia, vel
contemptu, & quod ita iudicauit quandoq; senatus Mediolani,
quem dicit *n. 2. in fi.* consueuisse pro prima vice remittere cadu-
citatem. † Amplia, vt procedat, etiam si sint plura corpora em- 14
phyteutica, sed vnica pensio pro omnibus soluitur; quia si defi-
ciat in solutione, omnia veniunt in cõmissum. Old. *d. cons. 29. De*
rigore, in fi. vers. sed pro alia parte. † Amplia, etiam si plures essent hę- 15
redes emphyteutæ, & vnus solueret partem suam; quia cadunt
omnes, quando dominus non consensit diuisioni. Cuman. *cons.*
164. n. 3 vers. amplius considerari potest. Grat. *cons. 67. n. 23. & seq. lib. 1.*
& Bero. *cons. 120. n. 9. & seq. lib. 1.* Vide contrarium infra *n. 198. vers.* ✠
Limita. † Extende, etiam si adsint minores; quia omnes cadunt, 16
nec datur restitutio minori, sed actio contra culposum. Grat. *d.*
cons. 67. n. 23. & seq. lib. 1. Bero. *d. cons. 120. n. 24. & seq. lib. 1.* vbi dicit
* communem. † Extende; quia negligentia vnius emphyteutæ * 17
in non soluendo canonem præiudicat ẽt aliis inuestitis. Bart. *in*
l. eũ qui. ff. de interd. & releg. sequitur Iaſ. *in l. adoptiuũ. §. 1. ff. de in ius*
vocan. Corn. *cons. 237. In hac col. fin. lib. 1.* Alex. *cons. 30. n. 7. lib. 6.* vbi
dicit, ꝙ opinio Bart. est * communis, & ab ea in consulendo, & *
iudicando non est recedendum, sequitur Gozad. *cons. 46. Visis. n.*
13. & hanc magis communem * dicit Clar. *in d. §. emphyteusis. q. 8.* *
n. 13. ver. quæro, quid, vbi, quod est quæstio Sabatina, & licet Al-
ber. *in l. com. d. uid. ff. comm. diuid.* dicat in contrarium * communẽ, *
id fuit tempore suo, alias emphyteusis ad nihilum redigeretur,
& in practica hæc seruatur, quamuis tigoriosa. † Amplia; quia si 18
vnus ex pluribus inuestitis non soluit canonem, deuoluitur ad
dominũ, etiam in præiudicium aliorum vocatorũ post negligẽ-
tẽ. Clar. *d. §. emphyteusis. q. 8. n. 14. ver. sed dic quæro*, vbi dicit * cõmu- *
nem; quia videtur facta cõcessio sub cõditione, *si soluerit*, & ces-
sante solutione resoluitur, & licet Clar. ibi dicat non recedendũ
à * cõmuni; tamen concederet restitutionẽ in integrum vocato. *
† Restringit, ẽt si esset per fraudem, vel ignorantiam causata, vt 19
ibi *q. 8. n. 14. in fin.* † Amplia; quia si cadit fructibus non separatis 20
à solo, dominus directus illos lucratur in pœna emphyteutæ,
quãdo est Ecclesiastica, & nihilominus tenetur ad canonẽ pro
tempore præterito ipse emphyteuta. Bald. *cons. 131. Casus talis est,*

quidam

21 *quidam nobilis, in fin. lib. 1.* † Extende; quia si emphyteuta cecidit; quia per plures annos non soluit, potest etiam vltra caducitatem, & à missam emphyteusin compelli ad solutiones canonis pro præterito non soluti. Ias. *d. l. 2. ver. in quantum Bart. C. de iur. em-*
22 *phyt.* Anch. & Ant. de Butr. *in c. potuit. extra locati.* † Extende; quia imo tenetur etiam ad restitutionem omnium fructuum perceptorum à die, quo elapso biennio in emphyteusi ecclesiæ, & triennio in emphyteusi priuati cecidisset tanquam constitutus in mala fide, licet dominus aliter eum non declarasset cecidisse. Ang. *in auth. de non alien. § si vero. & in l. 1. C. de iis quibus, vt indig.* sequitur Ias. *d. l. 2. C. de iur. emphyt. col. 5. ver. secundo quæro. C. de iur. emphy.* Socin. *cons. 167. col. 5. ver. postremo. lib. 2.* & ante eos tenuit Spec. *tit. de locato. § nunc aliqua, ver. decimo.* per rationem; quia malę fidei
23 possessor tenetur ad fructus perceptos. *l. si fundum. C. de rei vend.* & infra. *nu. 57. & seq.* † Contrarium, quod imo non teneatur ad fructus perceptos, nisi à die declarationis factæ per dominum, & solum teneatur ad canones decursos vsque ad declarationẽ factam, & non ad fructus; quia si dominus non declarauit, nisi post multos annos post caducitatem incursam, censetur tolerasse, ideo facit fructus suos, tanquam emphyteuta, & tenetur ad canonem, ita Crau. *cons. 212.* & ita iudicauit Rota Bononiæ, vt
24 dicit Benintend. *decis. 37.* † Restringe; quia si emphyteuta cadit ob non solutum canonem fructibus maturis existentibus, potest repetere expensas factas pro fructibus existentibus; quia illas
25 non perdit. Tiraq. *de retract. conuent. § 5. gl. 4. n. 7.* † Amplia; quia non excusatur ex eo, quod non fuerit requisitus soluere, nec ex eo, quod ignorauerit, quis hæres esset, & propterea nesciebat, cui esset soluendum; quia debuit scire ad eum non spectare canonem, & deponere, Ias. *in d. l. 2. in 10. & vlt. not. C. de iure emph.* De-
26 clara † tamen; quia requiritur declaratio contra emphyteutam, alias caducitas non habet locum. Bald. *cons. 280. Ista inuestitura. lib. 5.* Alex. *cons. 104. In causa, in fin. lib. 3.* quia licet cadat ipso iure,
27 intelligitur tamen domino volente. † Sufficit tamen quælibet declaratio, siue iudicialis, siue extraiudicialis. Ias. *in d. l. 2. col. 3. in*
fin. cum seqq. C. de iure emphyt. Vide plenius, *Emphyteuta debet declara-*
28 *ri cecidisse, vt sit locus caducitati. Concl. 190.* † Amplia; quia etiam minor cadit ab emphyteusi ob non solutum canonem à cohærede pro sua rata; quia factum est indiuiduum, & nõ restituitur, sed agit contra cohæredem, cuius culpa cecidit. Grat. *d. cons. 67.*
* *n. 23. & seq.* vbi *in fin.* dicit * communem. *lib. 1.* vide infra *n. 125. &*
29 *seq.* vbi declaratur. † Amplia in ecclesia habente emphyteusim à priuato, vel ab alia ecclesia; quia si non soluit canonem intra triennium respectu priuati, & intra biennium respectu Ecclesiæ, cadit à iure suo. Innoc. *in c. constitutus, in fin. ver. item mirum videtur*, & ibi Host. *in fin. eod. ver. de relig. domib.* vbi Anton. de Butr. & late Abb. *n. 18. ver. in gl. iuxta ratam*, vbi late hanc partem tuetur, & allegat Pet. de Anch. pro hac parte ibi; Bart. & Bald. *in l. placet. n. 3. vers. tertio. C. de sacros. Eccles.* vbi Barb. in apostill. *& in c. 1. de alien. feud. & in auth. qui rem. n. 4. ver. quærit hic gl. C. de sacros. Eccles.* vbi allegat Petr. & Butr. pro hac parte, & Bald. *cons. 27. incip. Reuerendissime. lib. 3.* Zabar. *in d. c. constitutus*, vbi etiam gl. tenet hanc partem, *in ver. iuxta ratam, de relig. domib.* Ias. *in d. l. placet, in prima lect. n. 15. ver. tertio nota. C. de sacros. Eccl.* & gl. *in d. auth. qui rem. in ver. repelli. in fin. C. de sacros. Eccles.* & hanc partem tenet Anchar. *consil.*
217. num. 3. vbi; quod conditio, quæ apponitur in contractu cum Ecclesia, debet seruari, sequitur Felin. *in cap. verum, de for. compet. n.*
7. 8. & 9. vbi ponit sex declarationes, quas vide, & quod ecclesia non soluendo canonem ecclesiæ cadat, Anchar. plene *consil.*
420. Quidam Ser. Antonius. n. 2. ver. ad secundum, cum seqq. & nu. 6. &
* hanc veram, & communem * dicit Corb. *tit. de cauſ. priuat. ob ca-*
30 *nonem. ampl. 28. in princ.* † Contrarium, quod imo Ecclesia non cadat ab emphyteusi propter canonem non solutum, tenent Ioan. glossator *in c. si tributum. 1. q. 1. in ver. sed istud.* Goffred. *in summa de nimun. eccles. § 2.* Host. *in summa eodem, § 3.* Petr. Abb. & Ægid. quos refert, & sequitur late Ioan. And. *in d. c. constitutus, in gl. hoc ideo. col. pen.* vbi late tuetur hanc partem, & latius post eum Henric. Boich. ibid. *nu. 13. & seq. ver. tu vero hoc intellige, de relig. do-*
* *mib.* vbi dicit hanc * veriorem, adducit pro hac parte Archid. *in c. ad Apostolicæ, de re iud. lib. 6. in gloss. not. quod licet*, & hanc partem tenet Mart. de Fano, vt refert Spec. *in tit. de locato. §. nunc aliqua. ver. decimoquarto quæritur. nu. 24* & ibi Ioan. And. *in addit.* allegat Io. de Blas. & Ioan. de Lign. *in d. c. constitutus, de relig. domib.* quem ci tat pro hac parte Bald. *cons. 27. lib. 3.* licet idem Bald. *d. consil.* teneat contrarium. Salyc. *in d. auth. qui rem. C. de sacros. eccles.* Ioan. de Anan. videtur sequi hanc partem *in d. c. constitutus. n. 15. & seq.* vbi
31 recitatis opinionibus vltimo recitat Salyc. opinionem. † Declara, vt ecclesia cadat quoad præiudicium Prælati negligentis eo viuente; sicut in feudo si committat Prælatus feloniam; quia nõ debet delictum Prælati nocere Ecclesiæ, sic videtur distinguere Bald. *d. cons. 27. lib. 3. circa med.* secundum opinionem aliquorum, & hęc opinio mihi videtur æqua. † Declara, quod ecclesia debet 32
soluere canonem priuato intra triennium, & ecclesiæ intra biẽnium, alias cadit in commissum, sed restituitur. Spec. *in tit. de locato. ver. nunc aliqua. n. 24. ver. decimoquarto quæritur*, vbi recitat opinionem Vbert. ita tenentis, sequitur Henric. Boich. *in c. constitutus, in fin. de relig. domib.* vbi allegat Ioan. de Deo, *lib. 2. q. 6.* & quod detur restitutio ecclesiæ, sicuti minori. Crau. *cons. 204. in fin.* vbi 33
non potuit soluere; quia hoc est legitimũ impedimentum. Specul. *in tit. de emphyteus. versic. 29 ad fin.* Bald. *cap. querelam, ad fin. de iureiurand.* quem refert, & sequitur Marsil. *in rubr. de fideiuss. num. 158.* Roman. quem refert, & sequitur Socin. *in l. quod te, col. penult. num. 37. in 3. limit. ff. sicert. petat.* plene Ias. *in d. l. 2. C. de iur. emphyt. in quæst. 16. in 2. limit. at. n. 55.* licet dicat non esse sine dubio, tamen ad euitandam pœnam admittit, Roman. *in l. fraudati ff. de publican.* † Extende, & declara; quia sufficienter dicitur probata impotentia, si constat de paupertate, & quod sunt grauati familia; quia arbitrium est iudici, an obijciẽtiam excusentur. Bartol. *in l. si cõstante, in princ. ff. solut. matrim. & in authen. præterea. C. vnde vir & vxor.* Alexand. *cons. 37. & consil. 91. lib. 7.* Bald. *consil. 5. lib. 1.* Cuman. *consil.* 192 Afflict. *decis. 179.* vbi plene distinguit. † Extende in absente 193 causa Reipublicæ. Socin. *d. cons. 70. n. 7. lib. 1.* † Limita; quia non potest vnus emphyteuta, pura, pater non soluendo inducere caducitatem in præiudicium filiorum vocatorum ex prouidentia maiorum suorum. Alexand. *consil. 19. col. 4. lib. 5.* Vide contrarium 199 *supra n. 15.* † Limita, quando extat decretum Principis, quod vigente bello non cadat; quia valet. Alexand. *cons. 117. Viso processu,* 200 *num. 9. lib. 4.* † Declara tamen, dummodo constet de bello de illo tempore, & non sufficit dicere, quod fuit, & est notorium ad excusandum emphyteutam, nisi iudici, vt iudici constet esse notorium. Alex. *d. cons. 117. Viso processu. n. 10. vers. tamen saltem. lib. 4.* † Limita; quia caducitas nõ habet locum, nisi fiat declaratio à domino secundum magis* communem, de qua Tira. qnell. *in l. si vnquã.* 202 *§. reuertatur. n. 400. C. de reuoc. donat.* † Limita, quando dominus est debitor emphyteutæ; quia ad euitandam caducitatem fit cõpensatio ipso iure, Imol. *in cap. bona fides. depos. col. 9.* Angel. *in l. semel mora ff. solut. matrim.* Io. Fabr. & Placent. *in §. bonæ fidei. Instit. de* 203 *action.* Ias. *in d. l. 2. num. 60. quæst. 10. C. de iure emphyt.* † Extende; quia nunquam dicitur in mora soluendi, qui habet pro se compensationem. Alexand. *cons. 12. col. fi. lib. 2.* etiam in exequutione potest 204 opponi compensatio. Bald. *cons. 201. lib. 5. & in l. 2. C. de compẽs.* † Limita; quia in ciuitate Vrbini ex tot concordia & pactio inter Cõmunitatem & Capitulũ, ne cadat emphyteuta ob canonem non solutum. Petr. de Anchar. *cons. 44 n. 3 & 4. ver. restat videre.* sequi- 205 tur Io. de Anan. *cons. 84. ver. secundo princ.* † Limita; quia si emphyteuta soluit partem canonis per plures annos, debent cumulari solutiones ad effectum euitandi caducitatem per duos annos cõtinuos, & integros. Socin. *consil. 118. Circa præsentem. per totum. lib. 4.* Alex. *in l. diuortio. §. ob donationes. ff. solut. matrimo. & consil. 105. Magnifice prator. col. 2. in princ. lib. 3.* Batt. *in d. l. fraudati. ff. de publ. & ve-* 206 *digal.* † Contrarium Ias. *in d. l. 2. quæst. 17. C. de iure emphyt.* † Limita; 207 quia fit interpretatio semper in dubio pro non caducitate, vt euiten- 208 tur pœna. Surd. *consil. 86. nu. 21 & seq. lib. 1.* † Extende; quia quælibet causa colorata, etiam iniusta excusat à caducitate; ideo si pars emphyteusis chasmate periit, & sic diminuendus est canon; quia incertum est, quantum remaneat soluendum, ante liquidationem, non cadit, si nõ soluit. Iul. Clar. *in d. §. emphyteusis. q. 8. ver. sed quid si emphyteuta.* Alex. *cõs. 49. col. 2. ver. & præsertim. lib. 2.* Afflict. 209 *decis. 205.* † Extende: quia etiam si in instrumento sit conuentum, quod tali die debeat soluisse, qui terminus est ante finem anni, non inducitur caducitas, licet lapsæ sint duæ paghæ canonis, nisi etiam lapsum sit biennium à die celebrati contractus. Alexand. *in d. diuortio. §. ob donationes, ad fin. ff. solut. matr. & in consil. 105 colum. 2.* 210 *in princ. lib. 3.* † Extende; quia licet oblatio verbalis pecuniæ non releuet ad obtinendam absolutionem, bene valet, & releuat ad 211 pœnam caducitatis euitandam. Surd. *cons. 86 per totum. lib. 1.* † Extende; quia si instrumentum sit dubia, an censualis, vel emphyteutica, vel sit locatio perpetua; tũc si dubium est probabile, quod sonat in alium contractum, in quo non cadit caducitas; tunc excusatur à caducitate ob non solutionem, & qualiter procedat, ita Rota Romana coram D. Orano 22. Iunii 1592. pro Iacobo Spinola, contra Iacobum Palearium Canonicum S. Ioannis Lateranen. 212 Bero. *cons. 98. n. 21. & cons. 149. n. 13. lib. 1.* Burs. *cons. 26. n. 39.* † Contrarium, quod in emphyteusi concessa cadit emphyteuta non obstante, quod in eodem instrumento emphyteuta concessisset domino emphyteusis quandam goram, ad cuius manutentionẽ se obligauit; quia licet dominus emphyteusis non manutenuerit goram, non excusatur à caducitate emphyteuta opponens compensationem culpæ cum culpa; quia pro damno in gora non de- * betur, nisi interesse, & sic emendatio damni, secundum* commu- nem, de qua Doctor. *in l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. ff. de verbor. oblig.* Ias. *in l. si pecuniam. colum. 18. numer. 23. versic. primum est. ff. de cond. ob caus. & in l. si quis ab alio. ff. de re iudic.* & quia non sunt correspectiua, licet in eodem instrumento. Abb *cons. 75. Viso quodam lib. 2.* & ita in terminis idem Abb. *c. peruenit. al secundo. vers. quãdoque, de iureiur.* Fel. *cons. 162.* Vide Mascat. *Concl. 251. Caducitas an probetur ex non solutione.*

Emphyteuta euitat caducitatem soluendo, & quando moram purgare possit. Concl. 193.

EMPHYTEVTA, † qui cecidit ob non solutum canonem, 1
vel ob alienationem, reintegratur, si dominus scienter recipit canonem; qui censetur velle remittere pœnam; secus, si ignorauit. Fulg. *cons. 2. Petrus tenetur. n. 1. ver. ad secundum vero, & cons. 219. Visis binis, in fi. ver. sed nec huic parti.* vbi, quod ignorantia præsumitur, quando caducitas causatur ex alienatione, etiam nulla, vel cum pacto redimẽdi. Signorol. *cons. 152. Petrus inuestiuit, in fi.* qui loquitur in priuato, & ita est intelligendus Io. de Anan. *cons. 84. n. 2.* qui simpliciter loquitur ex sola receptione canonis post caducitate. Dec. *cons. 452. num. 23.* Barb. *in cap. potuit. n. 24. extra locat.* Alex. *cons. 196. & cons. 206. lib. 7.* Curt. Sen. *cons. 81.* Ægid. *cons. 9. in pr.* latius *in fi. n. 51. & seq. ver circa dubia.* Ant. de Butr. *consil. 22. n. 3.* vbi latissime comprobat. † Et hanc conclusionem firmat Alexand. *cons. 14. Viso* 2
& considerato. num. 12. & seq. ver. addo, quod not. gloss. lib. 2. qui fatetur, si recipit canonem decursum post caducitatem, *& consil. 105. num. 14. & seq. lib. 3.* Cranet. *cons. 151. nu. 8.* † Et quod dominus recipiens 3
canonem scienter post caducitatem declaratam censeatur renouasse inuestituram, plene Roman. *consil. 103. Viso propositæ quæstionis. num. 5. ver. ijs tamen non refragantibus.* vbi, quod consensu fit contractus; item similitudo est in locatione, & dicit* communem, vbi a- * postilla *in ver. sententiam,* dat concord. † Contrarium facit; quia 4
cõtractus emphyteuticus requirit scripturam, & in iis, in quibus requiritur scriptura, tacitus consensus nihil operatur, ita arguit Roman. *d. cons. 103. n. 5. ver. ijs ergo,* licet ipse teneat contrarium, & respondeat, q̃ de consuetudine non requiratur scriptura. † Et cõ- 5
trarium quod dominus recipiens canonem pro aliquibus annis post caducitatem, puta non soluit quis per sex annos, dominus recepit pro tribus annis præteritis; quia adhuc durat caducitas, & non censetur reinuestitus. Socin. *consil. 167 num. 8. & 9 & seq. lib. 2. vsque ad num. 13.* Alexand. *cons. 196. num. 2. & seq.* plenius *consil. 206. Viso. nu. 2. lib. 7.* vbi dicit, quod si recipit pro præterito, non censetur remittere, maxime stante clausula, *rato, &c.* † Declara tamen; 6
quia emphyteuta soluens partem canonis euitat caducitatem, si domin⁹ recipit simpliciter. Guid. Pap. *decis. 174.* q̃ forte procedit, quando per solutionem partis non remanet tantũ debitũ, q̃ cauſat caducitatem, alias contrarium sit verum. † Declara; quia em- 7
phyteuta soluens canonem simpliciter, si est debitor pro pluribus annis, & solutio in vnam causam potest euitare caducitatem, in dubio solutio censetur facta in illam causam, quæ tollit pœnam caducitatis. Fulgos. *cons. 7. Iam pluribus, in prin.* † Declara, vt per Ias. 8
plene distinguentem *in l. 2. n. 124. & seq. C. de iur. emphyt.* vbi distinguit inter emphyteutam Ecclesiæ, & priuati; item inter scientem & ignorantem; item inter recipientem de præterito & de futuro; item inter recipientem simpliciter & recipientem cum protestatione, maxime *num. 126. versic. ego autem vltimo loco. &c.* vide eundem Ias. latius *in l. fin. ff. de eo, quod certo loco. num. 3. & seq.* vbi ponit plures quæstiones de hoc, & quid releuet protestatio, vide Guid. Pap. *dec. 171.* vbi, quid operetur protestatio, & an sit contraria facto, & *decis. seq.* & quod distinctio sit vera, an de præterito, vel futuro soluerit. Alex. plene *d. cons. 196. Visis. n. 2. lib. 7.* † Extende con- 9
clusionem in feudo, & alio, qui potest declarari priuatus; quia si, antequam declaretur, admittatur solutio, cẽsetur purgata mora, & caducitas sublata. Dec. *consil. 452. num. 23.* † Extende, quia pro- 10
cedit etiam in simplici conductore, quando adest clausula, *rato manente pacto,* quæ consueuit apponi, ita Alexand. *d. cons. 196. per totum.* maxime *num. 2. in fi. lib. 7.* † Extende, vt procedat, etiam si fuit 11
facta prorogatio ad soluendum. Ægid. *d. cons. 9. n. 31 & seq.* vbi ampliat, etiam si nihil dictum sit de mora, vel incursu pœnæ, dummodo sciat prorogã. † Declara tamen, quia scientia domini præ- 12
sumitur, quando per decem annos recepit canonem. Alex. *cons. 113. lib. 4.* † Restringe; quia in dubio non censetur per receptio- 13
nem canonis renunciatum caducitati. Decius *d. consil. 452. num. 21.* concor. Corn. *cons. 40. col. pen. ver. non obstat quartum. lib. 2.* Decian. *cons. 21. n. 76. lib. 1.* † Restringe in pœna commissa ipso iure, prout 14
in casu *l. si quis maior. C. de transact.* Dec. qui ita declarat *d. cons. 452. n. 24.* Contrarium tenet Parpal. *in repetit. d. l. si quis mator. C. de transact. n. 108.* vbi limitat quatuor modis, de quibus refert se ad Alex. *cons. 106. lib. 5.* † Declara; quia quãdo caducitas est ipso iure causa- 15
ta, puta ex conuentione, vel adest clausula, *rato manente pacto,* vel iuramentum, quod idem importat, pœna non censetur remissa; secus in pœna caducitatis, quæ nõ committitur, nisi volente do-

16 mino.Alex.plene *cons.*206.*Viso,n.2.&seq.lib.*7.† Amplia;qa si dominus obtulit velle inuestire emphyteutam petentem renouari, & nihil dixit de solutionibus temporis præteriti,censetur,& præsumitur,quod dominus voluerit moram incursam tollere. Fulg. *cons.*138.*In quæstione.& causa.n.*2.*ver.opponitur subsequēter.*vbi, quod præsumitur etiam solutio de præterito,ex quo dominus nihil dixit de tempore præterito,& quod caducitas præsumatur remissa,
17 affirmat ibi.*n.*3.*ver.palam autem est.* † Amplia, quando dominus venderet ius emphyteuticum,&annuam responsionem in futurum;quia licet causatæ fuerint mille caducitates, cēsentur remissæ.Bald.*cons.*280.*per tot.lib.*5.Alex.*cōs.*113.*Viso diligēter.n.*3.*ver.secū-*
18 *do fortificatur.lib.*4.† Amplia;quia etiam per prorogationē termini ad soluendum inducitur purgatio moræ, quando sciuit morā
19 incursam.Bella.*cons.*9.*n.*4.*&seq.ver.circa secundū dubium.*† Amplia; quia procedit cōclusio, quod censeatur remissa caducitas per receptionem canonis, etiā si fiat receptio à procuratore, vel negociorum gestore sciente, antequam dominus declarauerit. Alex.
20 *cons.*112.*col.*2.*lib.*4.† Declara;quia si procurator ignorauit caducitatem;tunc non censetur remissa, plene pro vtraq; parte allegat
21 Afflict.*decis.*129.*in* 3.*quæst.*vbi residet in hac opinione. † Amplia; quia per receptionem canonis nedū inducitur renouatio tacita, sed etiā si recipitur à primo, qui desierat esse emphyteuta,à partitate rationis noua inducitur inuestitura.Roman.*consil.*103.*Viso.n.*
22 5.vbi apost.*in ver.induci.*citat pro vtraque parte.† Extende maxime,quando recepit non solum pro præterito,sed etiam pro futu-
23 ro.Ang.Are.*cōs.*70.*Videtur primo,in fi.*† Amplia;quia emphyteuta de 29.annis in 29.annos,qui ex pacto expresso tenetur renouare inuestituram,alias cadat ipso iure, si non renouauit,licet non videatur posse admitti post terminum ; quia permissum ad certum tempus videatur prohibitū post illud tempus.*l. Imperator. ff. de postul.l.statu librum.§.Stichum ff de legat.*2.Castr.*consil.*60.*lib.*2.&cido dicatur cecidisse;tamen si postea soluit canonem domino scienti & recipienti,videtur sibi remissa caducitas.*l.post diem.ff.de lege commissor.*Bartol.*in l.*2.*C.de iur.emphyt.*Roman.*consil.*303.Socin.*consil.* 167.*col.*3.*lib.*2.*& consil.*120 *col.penult.&fin.lib.*4.Corn.*cons.*187.*lib.*1. & in terminis,quod caducitas per lapsum 29.annorum sit remissa per receptionem canonis, & censeatur facta tacita renouatio. Dec.*consil.*328.*cum seq.*& eodem casu Ruin.*consil.*110.*lib.*1.& in o-
☞ mnem casum, ꝙ petat renouari, debet reinuestiri. Vide plene,
24 *Emphyteuta cum pacto renouandi.Conclus.*181. † Contrarium,quod non inducatur renouatio ex receptione canonis,quando ex pacto conuenta est renouatio; quia debet intelligi cum scriptura, plene Bero.*cons.*116.*numer.*7.*lib.*1.& Ruin.*consil.*167.*num.*22.*&*23.
25 *lib.*2.† Declara;quia si pro renouatione soluitur laudemiū, procedit ampliatio,si non soluitur laudemium, cōtrarium habet lo-
☞ cum. Vide,*Emphyteuta cum pacto renouandi quando cadat.Conclus.*181.
26 † Extende;quia si dominus recepit canonem à nouo emphyteuta,cui primus cessit emphyteusim,censetur approbasse venditionem,maxime,quando per decē annos recepit canonem. Ial.*in l. si certis annis.*C.*de pact.& l.qui in aliena.ff. de acquiren.hæred.& in l.*1.C.
27 *qui admitti.numer.*16.† Amplia ; quia euitat caducitatem, si intra duos menses purgat moram à die moræ litis; quia tantum expectat emphyteuta dominum,an velit emere melioramenta. Ful-
* gos.*cons.*7.*num.*5.*&* 6.*ver.ad secundum.*vbi , quod communis * est, quod arbitrio iudicis committitur; sed tamen dicit hoc arbitriū
28 esse duorum mensium,&vltra.†Declara;quia in emphyteusi Ecclesiastica de benignitate canonica admittitur purgatio moræ ad fauorem emphyteutæ,qui nō soluit,quatenus soluat intra breue tempus, in emphyteusi priuata secus ; quia non datur purgatio morę, nisi ex gratia domini. Affl.*decis.*174.cum aliis,quos allegat, penul.apost.ad Ant.de Butr.*cons.*22.*in ver.celer.*Ial.*in l.*2.*q.*29.*C.de*
29 *iur.emph.*† Amplia;quia vbicunque intrat celeris solutio , potest purgari mora,dicitur autem celeriter soluere,quando in iudicio; vel extra,requisitus soluit sine mora.Ancharan.*cons.*420.*Quidam ser Antonius.num.*11.vbi,quod nō esset tutum recedere ab hac opi-
nione,plene Ial.*in d.l.*2.*C.de iur.emphyt.q.*29.vbi late,quid in em-
30 phyteusi Ecclesiæ,& quid,si est priuati.† Extende,quādo solutio
31 sit ante litem cōtestatam,Guido Pap.*decis.*123.†Extende ; quia vbicunq; emphyteuta deponit canonem ante factam declarationem,euitat caducitatem.Ancharan.*d.cons.*420.*n.*3.Clar.*in §.em-*
32 *phyteusis.q* 8.*in fin.* † Extende ; quia arbitrarium est iudici vltra casus supradictos.Clar.*d.§.emphyteusis.quæst.*8.*in fin.nu.*15.*ver.quando*
* *autem dicatur.*vbi dicit*communem,vbi in dubio debet inclinare pro non caducitate,& iterum *d.q.*8.*nu.*6.*in fin.ver.semper enim de-*
33 *bemus* † Restringe,quando in instrumento adest iuramentum; item,quando adest dies certa,& pœna apposita caducitatis;item, quando mora est geminata; item, quando facta est declaratio p dominum; quia tuuc celeri satisfactione nō purgatur caducitas & mora incursa. Affl.*d.decis.*174.† Restringe;quia mora purgari 34
potest, & caducitas in dispositione legali;secus;si sit factū pactū, & conuentio hominis;quia, vt aliquid operetur, non admittitur purgatio.Put.*decis.*66.*lib.*3.†Restringe;quia de iure ciuili non da- 35
tur purgatio moræ,de iure Canonico secus. Clar.*d.*§.*emphyteusis. quæst.*8.*in fi.*vbi,quod æquitas iuris Canonici habet locum in emphyteusi Ecclesiastica,non autem in emphyteusi priuati,nisi esset causa summaria,vel talis,in qua æquitas esset seruanda ; quia haberet locum etiam in terris Imperii,&priuatis , & quod ita seruat Senatus Mediolani. † Amplia;quia arbitrarium est iudici, quod 36
tempus concedendum sit ad purgandam moram,prout*omnes *
*in cap.potuit,de locat.*Anchar.*d.cons.*420.*nu.*3.*versic.tertio reuocatur.*
† Et quod dicatur breue tempus,vel nō,Ial.*in d.l.*2.*C.de iur.emph.* 37
*quæstion.*29.† Declara; quia debet esse modicum tempus; ideo 38
quadriennium non est modicum tempus.Anchar.*d.cōs.*420.*n.*6. vbi loquitur in Ecclesia,quæ stetit per 4.annos,in quibus nō soluit.†Limita,quando recipiens ignorabat caducitatem.Alexand. 39
*cons.*14.*num.*10.*lib.*2.& supra in*pr.& cons.*113.*Viso,& diligenter n.*2. *ver.sed respectu.lib.*4.Ial.*d.l.*2.*num.*130.*& seq.*C.*de iur.emphyt.* Alex. *cons.*105.*Magnifice.nu.*14.*ver.vel etiam potest dici.lib.*3.*& cons.*196.*nu.* 2.*lib.*7.Dec.*cons.*452.*nu.*21 *& seq.*†Limita,quando soluisset de fu- 40
turo,seu pro futuro,& scienti;secus, si pro præterito ; quia non censetur facta remissio.Alexand.*d.cons.*105.*Magnifice.n.*11.*versicul. secundo respondeo.lib.*3.plenius *cons.*196.*Visis.num.*2.plenius *consil.* 206.*nu.*2.*& seq.lib.*7.vbi citat plurimos.Ial.in *d.l.*2.*n.*124.*& seq.*C. *de iur.emph.*† Limita,quando dominus recipiens canonem ignoraret caducitatem.Fulgos.*cons.*2.*num.*1.*ver.ad secundum vero.*Ial.*d.* 41
*l.*2.*n.*130.*ver.prædicta omnia.*C.*de iur.emphyt.*† Limita;quia non ha- 42
bet locum in eo,qui est creditor ex alia causa; quia non potest operari compensationē, antequam fuerit oppositum de ea,secūdum*communem.Alex.*d.cons.*196.*Visis n.*3.*&* 4.*ver.præterea positæ.* *
*lib.*7.†Extende; quia licet compensatio fiat ipso iure ad euaden- 43
dam pœnam incurrendam; non tamen ad tollendam iam incursam.Alex.*d.cons.*196.*in fi.lib.*7.† Limita,quando dominus recipit 44
canonem cum protestatione;quod salvum sit ius suum super ca ducitate.Spec.*in tit.de locat.*§.*nunc aliqua,ver.*25.Bald.*in d.l.*2.*C.de iur.emph.q.*7.Ale.*d.cōs.*196.*n.*3.*&cōs.*206.*Viso,& examinato,n.*2.*li.*7. Corn.*cōs.*40.*col.pen.lib.*4.Ial.*d.l.*2.*n.*124.*cum seq.*vbi latissime,&*n.* 130.*in fi.*† Limita;quia si emphyteuta,qui ceciderat ex alienatio- 45
ne rei emphyteuticæ,solueret domino sciēti, & remittenti caducitatem,perseuerat non redimendo rem alienatam;quia fingitur quolibet die alienare , potest declarari semper; quia quod semel placuit, potest ex noua causa displicere. Ant.de Butr.*cōs.*22.*n.*3.*& seq.ver.excluso,nisi.*vbi pulchre,licet non ponat pro absoluto.†Li- 46
mita,etiam si sciuit,quādo emphyteusis esset Ecclesiastica Ecclesiæ habentis Capitulum,vel conuentum;quia solus Prælatus nō potest remittere caducitatem expresse,& minus tacite. Fulgos.*d.* *cons.*2.*nu.*1.*ver.deinde illud,*& est communis*opinio secundum Ial. *
*d.l.*2.*nu.*130.*C.de iur.emph.* quia tunc etiam in quærendis Prælatus non potest prætendere Ecclesiæ.Ant.de Butr.*d.cons.*22.*n.*3.*ver.vbi autem Monasterū,*& ibi apost.*in ver.caducitatem*,vbi allegat Clar.in *d.*§.*emphyteusis.q.*10.vbi distinguit, & alios plurimos.Alex.plene *cons.*5.*Si vera sunt.num.*19.*ver.octauo.lib.*5.vbi dicit magis communem.*Alexand.*d.cons.*105.*Magnifice.n.*15.vbi dicit* communem. **
Clar.*in §.emphyteusis quæst.*10.vbi de*communi attestatur,*num.*3. *
vers.sed nunquid,& citat plurimos; & secus dicunt, si Ecclesia non habet Capitulum.† Contrarium tenet Alex.quando is,qui tene- 47
batur recipere inuestituram; quia emit sine licentia, semper soluit; quia ex quo sciens Rector collegiatę semper recepit,isto casu potuit continuare ; quia facilius admittitur continuatio eius , qui nunquam fuit in pœna, ne incidat, quam postquam inciderit, restituatur. Alexand *cons.*14.*Viso,& considerato.numer.*10.*&seq.* maxime *numer.*13.*lib.*2. & quod emphyteuta & vasallus facilius conseruatius non amissum,quam acquirat post amissionē. †Sed 48
tamen non est verum contrarium secundum Ial.*in d.l.*2.*num.*130. *C.de iur.emphyt.*vbi dicit*communem.† Contrarium,quando a- *49
gitur de remittendo iure quærendo simpliciter, tenet apost. ad
Alex.*cons.*5.*nū.*19.*lib.*5.*in ver.quæsito.*Vide, *Alienatio bonorum Ecclesiæ* ☜
*est prohibita regulariter.Conclus.*273.† Extede idem in syndico vni- 50
uersitatis , qui non potest remittere caducitatem. Alex.*d. consil.* 105.*num.*12.*lib.*3.† Limita, nisi quietantia esset facta sine præiudi- 51
cio iurium recipientis;quia tunc potest consequi ius suum.& caducitatem.Ial.*d.l.*2.*n.*124.*C. de iure emphyt.*& communem*dicit *
Bero.*cons.*200.*in prm.lib.*1.& hanc communem*dicit Clar.*in d.* §. *
*emphyteusis.q.*10.*in pr.*vbi idem,si cōstat de mente.† Declara;quia 52
protestatio releuat in receptione canonis sine præiudicio caducitatis,

rāris, quando recipit canonem pro tempore præterito, videlicet ante caducitatem; secus, si reciperet pro tempore futuro, videl. post caducitatem declaratam; quia esset contraria facto, & non * releuaret, & ita Clar.*d.*§.*Emphyteusis.q.*10.vbi dicit *communem, * & quod Bart.contrarium tenens *in d.l.2.n.*8.*C.de iur.emph.* * communiter reprobatur, & ista dicit procedere in caducitate emphyteuticæ priuati. † Et extendit declarationem etiam, quando dominus expulisset emphyteutam; quia si reciperet canonem, censeretur remissa caducitas, vt *d.q* 10.*n.*2.*vers.quæro nunc.* vbi etiam dicit *communem, & quod Bart.communiter reprobatur. † Vide tamen Soc.*cons.*167.*n.*8 *& 9.cum seq.vsque ad n.*13.*lib.*2. vbi, quod si caducitas esset; quia non soluit per sex annos, & reciperet pro tribus annis cum protestatione; quia adhuc remanent tres anni causantes caducitatem, non esset remissa caducitas; quia possunt stare simul, & protestatio, & solutio, & non est protestatio contraria facto. † Cessante vero protestatione eadem distinctio procedit; quia si recepit dominus scienter pro tempore futuro, videlicet post caducitatem intētatam, censetur remittere; si pro tempore præterito ante caducitatem declaratam, & causatam; secus, secundum Bart.*d.l.2.n.*8.*C.de iur.emphyt.* & ibi Salyc.*n.*14. qui dicit *communem opinionem Bart. † Contrarium dicit Clar.*d.*§. * *emphyteusis.q.*10.*col.*1.*ver.aut vero sumus in dubio.* vbi, quod * cōmunis est contra Bart. & quod cauendum est à Salyc. & quod ista est tutior, & humanior, sicq; vult, quod si recipit canonē pro annis decursis ante causatam, & declaratam caducitatem, sibi præiudicat. † Declara; quia certe decipitur Clarus, nam reprobatur Bart. * communiter, dum dicebat, q̄ recipiens canonem de præterito sibi non præiudicat; secus, si de futuro; quia bene sibi præiudicat, sed quatenus Bart. intelligatur de recipiente de præterito, videl. ante caducitatem declaratam, & ante triennium, à quo ipsa caducitas pendet, bene dicit, & Salyc. bene intelligit; quia eo casu dominus recipit debitum sibi extra & vltra caducitatem, & ex diuersis non infertur; sed si intelligeretur de præterito, videl. ante declarationem caducitatis, quæ fit lapso triennio in emphyteusi particulari, siquidē reciperet pro illo triennio, quod est tempus ante caducitatem declaratam, sibi præiudicaret. † Sed secus est, si ex cessatione plurium annorum esset inducta caducitas, & receptus canon pro aliquibus annis tantum; quia sibi non præiudicat. Soc.*d.cons.*167.*Non inutilis.n.*10.*& seq.vers.secundo eadem conclu.* *lib.*2.& Ang.Aret.*cons.*70.in fin.verbis videtur idē sentire. † Et quod emphyteuta non possit compelli facere quietantiam liberam, si prætendit caducitatem, sed possit facere quietantiam sine præiudicio caducitatis; quia alias esset captiosa. Ias. *cons.*28.*in fin.* *lib.*3. † Declara; quia si soluens non consentit protestationi, sed contradicit, nihil operatur. Curt.Sen. *cons.*81.*n.*2.*ver.*3. † Limita; quia per receptionem partis canonis non censetur remissa mora; imo neque mora incurrenda, si non soluat residuum in tempore. Curt.*cons.*456.*Ecclesia Seruorum.n.*2.*ver.non obstat.lib.*2.Alex.*consil.* 196.*Visis ponderatis, lib.*7.*in fin.* † Limita, quando sunt plures domini, & vnusquisq; pro sua rata, & vni tantum esset facta solutio; quā nō potest quoad alios, qui nihil acceperunt, dici facta remissio caducitatis. Alex.*d cons.*196.*per tot.* maxime *in fi.lib.*7. † Limita, quando dominus etiam pro futuro tempore recepisset non tanquam pensionem à conductore, sed tanquam fructus, vel partem fructuum à detentore. apost.ad Alex. *cons.*206. *Viso, n.*2. *in ver.fuit.lib.*7. † Limita, quando in contractu est clausula, *vsq; manenti &c.* vel iuramentum, quod idem importat; quia pœna cōuentionalis cum solutione non censetur remissa; secus, si incompatibilis. Alex.*d.cons.*206.*n.*2.*& seq.lib.*7. Vide plene Mascard. *conclus.*252. *Caducitas quomodo probari posit remissa.*

Emphyteuta soluens canonem simpliciter an sibi præiudicet in bonis liberis. Concl.194.

1 EMPHYTEVTA † si habet duas partes domus liberas, & vnam tertiam partē in emphyteusim, & soluat canonem simpliciter ꝓ tali domo cum descriptione confiniū, sibi præiudicat, tota domus censetur emphyteutica, nisi doceat de contrario.
2 Bald.*cōs.*375.*Punctus talis est.lib.*2. † Amplia in casu cōuerso; quia si quis habet fundum in emphyteusim, & in eo faciat ædificiū, si in solutionibus fiat mentio, q̄ solutiones sint pro fundo solo; tunc ædificium non est emphyteuticum, neq; cadit in emphyteusi, & idē, si adesset pactū. Bald. *cons.*70.*Super solo emphyteutico per tot.lib.* 4.vbi loquitur, quando soluens expressit soluere ꝓ fundo, super 3 quo ipse habet ædificium. † Amplia, vt idem sit, quando emphyteuta soluit canonem pro certa possessione cōfirmata, inter quæ confinita habet soluens partem liberam; quia sibi præiudicat, nisi doceat de contrario; si autē constare potest de veritate primæ inuestituræ, sibi non præiudicat. Bald.*consil.*104.*Factum consilij.lib.*4. † Limita, quādo potest constare per instrumentū, vel concessionem in emphyteusim, quod sola pars est emphyteutica; qa tunc 4
solutio intelligitur secundū præcedentem titulum, & alia verba sunt demonstrationis causa dicta, vt constet de corpore rei, non de qualitate rei. Bal. *d.cons.*375.*lib.*2.*per tot.& cons.*104.*lib.*4. Vide, *Emphyteusis incerta qualiter reducatur ad certitudinem. Concl.*153.

Emphyteusis dominus an præferatur in pensione aliis creditoribus, & qualiter ei succurratur. Concl. 195.

FRVCTVS † bonorum emphyteuticorum non sunt obligati 1
tacite, neq; expresse domino; quia iure nō reperitur cautum, gl.*in l.2.in ver.repellere.C.de iur.emphyt.in pen q.* quam ibi omnes * sequuntur. Bar.*in l.fi.C.de iur.emph.*& clarius Ang.*in l.vniuersas.n.*2.*C. ne rei dom.* sequitur Ant.de But.Imo. & Alex.quos refert Negus.*de pign.in 4.membr.*2.*partis princip.n.*127. † Contrarium videtur velle 2
Io.de Imol.*cons.*8.*ver.venio ad tertium.* vbi, quod dominus præfertur, quia ita demum emphyteuta potest obligare aliis dominium vile, si soluat canonem, alias non, & ita Bald.*in auth.si quas ruinas. col.*5.*n.*7.*in fi.C.de sacros.Eccles.* † Ad idem, quod habeat hypothecam, facit Castr.*in l.quidam existimauerunt.ff.si cer.pet.* vbi, quod pro canone dominus actionē habet realem; ideo licet diuidatur emphyteusis; tamen omnes tenentur in solidum ad canonem. gl.*in l.com.diuid.ff.com.diuid.in ver.confundetur* quæ est *communiter ap- *
probata, vt per Affli.*dec.*153. vbi late comprobat; sed actio personalis sequitur personam, & realis rem, & tota hypotheca est indiuisibilis; quia pro modico credito omnia in solidum bona habet obligata, & hanc partem tenet Rol.à Vall.*cons.*1.*n.*22.*lib.*2. quod bona emphyteutica sunt obligata domino ꝓ pensione. Mandel. *cons.*153.*n.*14. dicit, quod bona omnia emphyteutæ Ecclesiæ sunt domino obligata. Ias. licet ꝓ absoluto nō firmet in §.*item Seruiana.Inst.de action.n.*52. vbi Surd. in apostill. citat alios, & fuit dictum Bald.*in d.auth.si quas ruinas.col.*5.*C.de sacros.Eccl.* Ias.*in l.*1.*n.*70.*C.de iur.emphyt.* Vide, *Hypothecaria auocat possessionem, & quæ veniant in hoc iudicio. Concl.*126. † Extende; quia remedia & actiones, quę dantur 4
domino contra secundum emphyteutam factum à primo, si non soluatur pensio, sunt, quod sibi ꝓpuidetur per rei vendicationem, ex quo ipsum secundum nō habet obligatum; quia cum eo non cōtraxit, & si talis emphyteuta replicabit de iure emphyteutico, dominus opponet, quod non soluit pensionem, & contractus ei seruari non debet, *l.cum proponas.C.de pact.* & sic per ius excipiendi consequitur dominus à secūdo emphyteuta pensionem sibi debitam. gl.*in l.2.ver.repellere.C.de iur.emphyt.* quam ibi * communiter * sequuntur Doctor. Bart.*in l.in conuentionalibus.ff.de verbor.obliga. & in l.si domus.*§ *si fundus.ff.de leg.*1. Alex.*in l.si finita.* § *si de vectigalibus.ff. de dam.infect. & consil.*120.*Super eo.in fin.lib.*1. Imol.*in c.potuit locari.* Vide plenius de actione domino competente in Concluſ. prox. seq Vide, *Emphyteuta non soluens quæ actione compellatur. Concl.*198.
† Extende; quia prædicta faciunt ad probandum, quod non ha- 5
bet hypothecatos fructus emphyteusis; quia Doctor. dedissent directam actionem ad fructus hypothecatos pro pensione, non per circuitum, & per exceptionem, vt supra. † Declara; quia fauo- 6
re Ecclesiæ bona emphyteutę sunt obligata pro pensione sine instrumento. Vide Conclusionem prox. seq. *n.*11. † Declara; quia 7
si est facta inuestitura per instrumentum, in quo est obligatio bonorum, res est certa, quod pro pensionibus, seu canone attendi debet tempus inuestituræ, non autem tempus solutionis; ideo dominus præferri debet tertio, qui habet obligationem post instrumentum inuestituræ, & ante tempus termini, ex iis, quæ habentur *in l.si Stichum.*§ *stipulatio.ff.de verb.oblig.* vbi Castr. & late Ias. *in 5.not.ab & n.*6.*& seq.* Soc.*cons.*125.*in pr.lib.*1. Bald.*cons.*316.*& cons.* 327.*lib.*3. † Si vero non est celebratum instrumentum cum obli- 8
gatione bonorū, magis vera, & * communis opinio est, quod non * habet dominus obligata bona; quia contra tertium non agit, nisi faciat renouationem, vt dicit ipsemet Bald.*d.auth.si quas ruinas. C. de sacros.Eccl.n.*6.*vers.secundo propter.* & quia debet dominus agere rei vendicatione, vt supra in extensione, & ad tex.alleg. pro contraria opinione. per Baldum respondet Ias. quod non probat in *d.l.*1.*num.*70.*C.de iure emphyteut.* † Amplia, & declara vt sup. *Em-* 9
*phyteuta non soluens quando cadat. Conclus.*192.*num.*95.*&seq.* † Amplia; quia quicquid sit de prælatione respectu canonis, vel alte- 10
rius creditoris quoad vile dominium, quod est emphyteutæ; tamen si intrat caducitas, præfertur dominus omnibus creditoribus. Mandell.*cons.*28.*num.*5.*& seq.* maxime *in fin.num.*9. † Limita, 11

in emphyteusi Principis, prout est solutio collectarum, onerum, decimarum; quia in istis bene cadit hypotheca. Negus. *dict. 2 part. membr. 4 n. 123. & seq.* Vide Concl. prox. seq.

Emphyteusi deuoluta quæ actio competat domino contra emphyteutam. Concl. 196.

1 EMPHYTEVSI † deuoluta ad dominum ob non solutionem canonis Ecclesiæ per biennium, potest Ecclesia agere rei vendicatione; quia habet tam directum, quam vtile dominium. Fed. de Sen. *cons.* 170. *Quæstio talis est. n. 2. circa fin. vers. præterea si fuisset.* † Declara; quia agitur rei vendicatione, quando probatum est dominium Ecclesiæ. Rom. *consil.* 127. *Posito, quod dominium in prin.*
2 & ibi, qualiter probetur dominium, & ex quibus. † Et an sufficiat sola probatio dominii ex solutionibus factis probatis per testes, absq; eo, quod constet de instrumento inuestiturę, & quod non, tenet Specul. *in tit. de emphyt. § nunc aliqua. vers.* 142. quem citat ad hoc Abb. *cons.* 74. *Duo principalia in prin. ver. tamen ego non credo lib.* 1. vbi maxime Abb. hoc affirmat, quando non constat ex libris antiquis Ecclesiæ de solutionibus, & causa solutionis, qui licet non
4 sint authentici; facerent tamen non modicam fidem. † Amplia, vt etiam competat condictio ex lege ad recuperãdam possessionem, seu consequendam, ex quo dominium est apud dominum. Fed. de Sen. *d. cons.* 170. *ver. si autem monasterium circa fi.* alleg. Spec. * *in tit. de locato. § nunc aliqua. ver.* 54. & hanc dicit * communem Iul. Clar. *§. emphyteusis. q.* 47. vbi, quod hæc actio datur ex l. Zenonis,
5 quæ est 1. C. *de iur. emphyt.* † Imo, quod detur actio ex *l. non ab re. C. vnde vi.* vbi Bart. *in fin.* dat modum libellandi, & probandi, & dicit, quod non debet probare dominus dominium; quia ex locatione præsumitur dominus, & illa lex imponit pœnam ei, qui negat rem restituere, vt condemnetur ad restitutionem cum fructibus,
6 & ad tantundem, & habet locum illa lex in hærede scięre. † Amplia, vt dicta remedia competant contra emphyteutam, si occupauit possessionem etiam, postquam dominus illam apprehenderat, rei emphyteuticæ. Feder. *d. cons.* 170. *in fi. ver. si vero.* † Imo potest agere spolio, tam contra emphyteutam, quam contra extraneum, qui occupauit per vim possessionẽ rei emphyteuticæ, quã
8 dominus apprehenderat. Feder. *d. cons.* 170. *in fin. ver. si Ecclesia.* † Si vero possessio erat vacans, & extraneus, vel ipse emphyteuta illã occupauit, poterit agere dominus rei vendicatione vtili, vel directa, vt possessionem recuperet, vel potest intentare condictionem ex *l. creditores. C. de pign.* vel ex *can. reintegranda. 3. q. 1.* ita Fed. *d.*
9 *cons.* 170. vbi hæc omnia ponit, *circa fin. ver. si Ecclesia.* † Et si primus emphyteuta alteri concessit, qui non soluat, vel vendidit tertio, qualiter dominus agat cõtra tertium, Vide Concl. prox. præced. *n. 4. vers. Extende, quia remedia.* vbi, quod potest agere rei vendica-
10 tione; si tamen non probaret dominium, succumberet. † Quia tamen esset necesse probare dominium, erit facilius remedium agere Publiciana, vt dicit Alex. *cons.* 71. *lib.* 1. Dec. *cons.* 144. *ad fin.* &
11 determinat Guido de Suzar. *in tract. de iure emphyt. q.* 20. † Amplia; quia pro emphyteusi ecclesiastica Ecclesia de iure habet obligata omnia bona emphyteutæ. Iaç. Mandell. *cons.* 153. *n.* 14. Rolan. à
12 Vall. *consil.* 1. *n.* 22. *lib.* 2. † Et de modo agendi, an pro pensionibus decursis agendum sit contra emptores, an contra emphyteutas, & quid de bonis recuperandis, & de pensionibus futuris, plene Iac. Mandell. *d. cons.* 153. *n.* 9. *& seq. ver. restat.* vbi distinguit pulchre,
13 ad quem recurras. † Vide etiã Abb. *d. cons.* 74. *Duo principalia. n.* 4. *lib.* 1. vbi dicit, quod ex quo res emphyteutica, & conditionata transit cum onere suo ad quemcunque, non habet necesse dominus contra extraneum agere rei vendicatione, quod est difficile,
14 prout tenuit Bart. & male. † Amplia; quia emphyteuta si alienauit rem emphyteuticam sine domino, potest dominus agere personali contra emptores, sicut cõtra emphyteutam; quia emphyteuta obligatur nedum reali, respectu rei emphyteuticæ, sed etiam personali. Mandell. *d. cons.* 153. *n.* 13. vbi, quod propterea per-
15 sonalis transit hoc casu in emptorẽ. † Declara tamen forte, quando emptor sciebat rem emphyteuticam. Mandell. *d. cons.* 153. *n.* 11. *& seq.* allegat Rom. qui hoc dicit verum fauore publico; item fauore pupilli, item fauore Ecclesiæ; item fauore piæ causæ, sciens, & tacens habetur pro consentiente ad se obligandum, vbi apost.
dat concord. *in ver. inducat.* Vide, *Emphyteuta non soluens canonem quando cadat. Concl.* 192. *n.* 135. *& seq.*

Emphyteuticæ quæstiones aliquæ. Concl. 197.

1 ACCEPIT † inuestituram emphyteuticam ab Ecclesia de certis bonis pro se, & filiis, & descendentibus masculis, & hæredibus vsque ad tertiam generationem; & pro fœminis, ita, quod masculi præferantur, moritur A. superstitibus B. & C. filiis masculis, & D. & E. filiabus fœminis, postea moritur B. superstite F. filia, vltimo moritur C. superstitibus D. & E. sororibus, ac F. nepte ex fratre, quis succedat in emphyteusi. Fulgos. *cons.* 3. *Religiosus vir*, dicit, quod in medietate B. patris succedet neptis, in alia medietate C. patrui succedent sorores, & neptis in vitiles, ita quod habebit neptis octo vncias, sorores duas pro singula; & dicit materiam feudalem non posse allegari in argumentum ad successionem in emphyteusi. † Contrarium consuluit Anch. *cons.* 359. *Nos* 2
Petrus, quod est subscriptum etiam à Flor. de S. Petro, & Iac. Marescalco, & Ioanne de S. Petro fratre Floriani; & casus est *in consil. Anchar.* 358. incip. *Factum, super quo.* vbi tenet, quod ex quo extant filii masculi ex vna sorore, quod excludunt amitam, & etiam filiam fœminam ex altero filio masculo, vel potius est casus diuersus vlterius procedens; quia in primo casu si extant solæ sorores, & neptis ex filio masculo, procedat opinio Fulg. si extant masculi, ista. † Transactio & concordia extenditur ad bona emphyteu-
3 tica, & illa cõprehendit, quando hęredes, & descendentes transigunt super certis bonis specificatis, inter quę sunt aliqua emphyteutica, & super aliis bonis; quia dictio, *aliis*, includit similia; ideo si contrafiat, respectu emphyteuticorum, committitur pœna. Io. de Imol. *cons.* 27. *per tot.* maxime *in fin.* † Bona præsumuntur liuel-
4 laria Ecclesiæ ex annua præstatione diuturna; sed tamen admittitur probatio in contrarium. Ias. *in l. si certis annis. in* 3. *fallent. C. de pact.* Vide Mascard. *Conclus.* 601. *Emphyteuticas res esse asserenti, in fin.* vbi dicit, quod licet in dubio potius præsumatur contractus censualis, quam emphyteuticus; tamen secus est fauore Ecclesiæ, & dicit * communem. *

Emphyteuta non soluens qua actione compellatur. Concl. 198.

EMPHYTEVTA, † vel censuarius si non soluat, potest pro- 1
hiberi, ne vtatur re emphyteutica, vel censuali; quia domin⁹ potest rem vendicare, & ne vendicet, compellitur soluere. Rom. *cons.* 417. *In casu proposito. n.* 8. *ver. cæterum.* Vide, *Emphyteusis dominus an præferatur in pensione, & qualiter illi succurratur. Concl.* 195. *& Concl. ibi prox. seq.* † Amplia; quia si res censualis est alienata, quæ potest 2
alienari, dominus census potest agere contra singularem successorem, qui si non est soluendo, potest agere contra principalem, qui alienauit. Rom. *d. cons.* 417. *n.* 9. *ver. cæterum.* Vide, *Censuario quæ actio detur, & quid probare debeat. Concl.* 192.

Emphyteusi iniuste ablata, quæ actio competat emphyteutæ. Concl. 199.

DOMINVS † si iniuste concedat emphyteusim tertio, qui 1
possedit per multos annos, potest filius emphyteutæ agere Publiciana contra tertium, & recuperare emphyteusim, & si sibi opponatur de præscriptione, potest incidenter replicare de ignorantia, & petere restitutionem in integrum; quia licet Publiciana non detur contra titulo possidentem; tamen datur, quando titulus est ab eadem persona, & iniustus. Alex. *cons.* 71. *Videtur prima consideratione per tot. lib.* 1. † Imo præscriptio decursa cõtra vnum 2
emphyteutam, ad quem spectabat emphyteusis, nõ nocet alteri, ad quem deuoluitur; quia nõ potuit agere; ideo non currit contra eum. Pet. de Anch. *cons.* 44. *Primo de viribus. in fi. n.* 11. † Amplia; 3
quia potest emphyteuta iniuste priuatus agere quasi, vel vtili rei vendicatione coram iudice ordinario ejus, qui occupauit. Io. de Ana. *cons* 84. *n.* 3. vbi, quid si Ecclesia, vel Prælatus tueretur secundum inuestituã occupantẽ. Vide, *Feudatarius qua actione agat contra possidentem. Concl.* 132. † Declara; quia potest emphyteuta priuatus 4
emphyteusi iniuste à tertio agere vtili actione nomine suo, & directa nomine domini; quia dicitur habere mandatum à lege in rem suam; sed tamen nõ potest cumulare istas duas actiones, sed tenetur eligere alteram, quam velit; sed tamen si Ecclesia est domina, propter priuilegia Ecclesiæ expedit magis intẽtare directã nomine Ecclesiæ, ita Alex. *cons.* 17. *Ponderatis, in fi. n.* 12. *ver. circa vlt. lib.* 5. † Amplia, quia emphyteutæ agenti ad rem emphyteuticam 5
contra tertium occupantem non obstat exceptio tertii, si opponat de caducitate ipsius emphyteutæ. Ias. *in l.* 2. *in* 5. *not. ab. C. de iur. emphyt.* † Amplia; quia regulariter ex contractu emphyteutico 6
competit actio ex l. Zenonis, quæ est *l.* 1. *C. de iur. emph.* & hanc dicit * comm. Clar. *in § emphyteusis. q.* 47. vbi, quod contractus em- *
phyteuticus non est potens per se producere actionem sine lege.

Emphy-

Emphyteusis non potest auferri, alterari, vel alienari. Concl. 200

EMPHYTEVSIS † Ecclesiastica semel iuste concessa non
1 potest auferri, vel alterari, Castr. *cons.* 229. *Visis, & ponderatis. col. fi. ver. quarto probatur. lib.* 1. vbi probat exemplo prædiorum fiscalium ad vitam concessorum; quia reuocari non possunt, &
2 ducit contra Prælatos. † Extende; quia non datur læsio in emphyteusi, vt ex isto capite possit auferri. Castr. *d. cons.* 229. *col. fi. ver. quarto probatur. lib.* 1. † Amplia; quia renouatio, & alteratio emphy-
3 teusis durat vtræ ex prima inuestitura nō potest fieri in præiudicium habentium primam inuestituram; secus, si esset finita prima inuestitura per caducitatem alienationis, vel non soluti canonis. Ant. de Butr. *consil.* 22. *per tot.* maxime *in fin. num.* 4. *ver sed posito, quod*
4 *locamus.* † Amplia; quia pater acquirēs emphyteusim pro se & filiis non potest præiudicare filiis, quibus facta est acquisitio. Vide, *Acquirēs pro se, & filiis, an filiis possit præiudicare. Concl.* 439. † Extēde ma-
5 xime hoc verū, quod pater instituens filiam in re certa, ita quod non possit aliud petere, & instituens masculum in omnibus bonis non censetur præiudicasse filiæ fœminæ in emphyteusi sibi debita; quia vocatur vt filia, plene Bart. *consil.* 55. *Dominus Amatus, per tot. lib.* 1. vbi apostill. in *ver. de bonis*, dat plurimos concord. † Ex-
6 tende; quia licet possit pater præiudicare filiis in emphyteusi alienando irrequisito domino, vel non soluendo canonem, aut delinquendo; tamen illud est secundum naturam emphyteusis; sed illam auferre ex voluntate alia est contra naturam emphyteusis, & sic diuersa ratio. Bart. *d. cons.* 53 *in fi. lib.* 10. vbi apostil. ponit concord. Vide, *Emphyteusis non potest concedi in præiudicium primæ concessionis. Concluſ.* 178. Vide, *Feudum non potest revocari, neque alterari nuto feudatario. Concl.* 110.

Emphyteutæ diuidentes, vel alienantes inter se emphyteusim, quando sibi præiudicent, vel nō. Concluſ. 201.

DVo † fratres emphyteutæ diuidentes emphyteusim, & sese
1 mutuo liberantes, & absoluentes sibi non præiudicant, quin vno mortuo sine hærede, alter succedat; quia non censentur huiusciuri renunciasse. Feder. de Sen. *cons.* 77. *Factum sic se habet, ver. nec prodest Monasterio* & idem tenet *cons.* 228. *circa fi ver. super secundo puncto.* vbi idem, si reliquit alter filiam fœminam, & ideo renunciatio, quam faciūt emphyteutæ inter se, licet quoad eos noceat; non tamen quoad dominum; ideo succedunt per ius accrescendi, non obstante renūciatione, nec reuertitur ad dominum, vel Ecclesiam. Bald. *cons.* 431. *Punctus quæst. n.* 5. *ver. quinto præmittendum. lib.* 2. quod duplicatur *cons.* 280. *lib.* 3. *per tot.* plene Bar. *cons.* 58. *Extremate prædicto. n.* 5. *ver. super tertio. lib.* 1. vbi apost. in. *ver. super ter-*
2 *tio.* † Amplia; quia exceptio cōpetens emphyteutę ex facto suo, & exiure nouo non cōpetit Ecclesiæ auctrici; ideo emphyteuta, qui posset à tertio repelli ab emphyteusi p exceptionē, nō repellitur ab Ecclesia auctrice amborū; quia res est inter alios acta. Feder.
3 *d. cons.* 77 *per tot.* † Amplia; quia emphyteusis recepta per duos fratres pro se, & filiis suis masculis, ita, quod reuertatur ad alterum eorum, si fratres inter se diuidant, & se liberent, & inuicem sibi cedāt, & alter postea moriatur relicta filia fœmina hærede, dicta emphyteusis spectat ad fratrem superstitē ex iure accrescendi, &
4 ex prouisione in acquisitione facta, cui non censetur renunciatum. Feder. de Sen. *d. cons.* 228. *ver. super secundo, circa fi.* vbi, q donec superunt de vocatis in inuestitura, non deuoluitur. † Amplia, etiam si renūciatio in diuisione facta inter fratres fuerit amplissima pro se, & suis hæredibus cum cessione iuris in forma; quia etiam si alter relinquat filiam hæredem vniuersalem, quæ nō potest succedere, adhuc alii vocati capaces succedere debent; quia renunciatio generalis nō trahitur ad futurum ius; & quia intelligitur de hæredibus habilib⁹; & quia pater non præiudicat filiis. Feder. de
5 Sen. *d. cons.* 228. *in fi. ver. super tertio puncto.* Bart. *d. cons.* 58. *in fi. lib.* 1. vbi, quod generalis quietatio nō trahitur ad ignorata. † Extende præmissa, vt procedant, etiam in alienatione facta inter emphyteutas; quia nihilominus is, qui alienauit, per ius accrescendi debet admitti vigore inuestituræ. Cald. *cons.* 288. alias. 10. *de locato.* Bart.
6 *d. cons.* 58. *per tot* maxime *in fi. ver. super tertio lib.* 1. † Limita, quando in diuisione esset facta renunciatio ad fauorem domini; quia tūc deficiente aliquo emphyteuta reuerteretur ad Ecclesiam, vel ad dominum, nec tunc haberet locum ius accrescendi. Bald.
d. cons. 431. *num.* 5. *ver. quinto præmittendum. lib.* 2. Vide,

Diuisio an præiudicet fideicommisso.

Concl. 543.

Emphyteutæ diuidentes, vel alienantes inter se sine consensu Ecclesiæ, an cadant. Concl. 202.

EMPHYTEVTÆ † plures inuestiti pro se, & eorum filiis si 1
diuidant emphyteusim sine licentia Ecclesiæ, nō deuoluitur emphyteusis. Feder. de Sen. *cons.* 228. *Factum tale est, duo fratres, vers. super primo.* Bald. *cons.* 431. *Punctus quæstionis, n.* 4. *ver. quarto est præmittendum. lib.* 2. vbi, quod sicut diuisio intellectualis, quæ fit ipso iure, non nocet; ita neq; diuisio, quæ fit ad oculum; quia est exequutio diuisionis legalis, & duplicatur per Bald. *cons.* 280. *lib.* 3 Bart. plene *cons.* 58. *Ex themate prædicto. n.* 4. *vers. super secundo. lib.* 1. Dec. *cons.* 411. Bart. in *l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. obl. in* 10. *quæst.* Alex. *cons.* 7. *col.* 1. *lib.* 5. Iason in *l. fi. ver. sexto quæro. C. de iure emphyt.* Rimin. *consil.* 292. *lib.* 2. Salycet. in *l. ea lege, C. d. cond. ob caus.* vbi allegat rationem; quia diuidentes sunt eiusdem conditionis, & ex eadem causa pariter obligati. Felin. in *c. quæ in Ecclesiarum, n.* 89. *de constit. ver. octauæ declaratio.* Alexand. *cons.* 189. *Viso, n.* 3. *lib.* 2. Bald. *consil.* 234. *Diuisio. num.* 2. *lib.* 4. *& cons.* 182. *Ad euidentiam. n.* 6. *lib.* 3. Deci. *d. consil.* 411. *Visis, n.* 2. Bart. in *d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de verb. oblig.* vbi communiter * Doct. Alex. *cons.* 176. *lib.* 6. Clar. in *§. emphyteusis, quæst.* 14. * de communi, & magis * communi. † Et quod emphyteutæ diui- * 2
dentes emphyteusim sine licentia domini non cadant, licet diuisio sit quædam alienatio; quia intelligitur de alienatione facta extraneo. Anto. de Butr. *consil.* 37. *Viso puncto, per totum*, vbi apostil. in *ver. oppositum*, citat plurimos. Bertra. *cons.* 188. *Viso casu. lib.* 2. Deci. *cons.* 163. *in fin.* Gozad. *cons.* 20. *n.* 9. Alex. *d. cons.* 7. *In consultatione, n.* 5. *vers. secundo probatur, lib.* 5. plene Clar. in *d. §. emphyteusis, q.* 14. vbi dicit * communem, in princ. † Extende maxime, quando diuisio * 3
non habuit suam perfectionem, vt quia vni ex fratrib⁹ fuit facta assignatio bonorum emphyteuticorum Ecclesiæ, nō autem hinc inde; quia cum non valuerit, non potest considerari caducitas; & quia res non fuit tradita. Anton. de Butr. *d. cons.* 37. *per totum.* † Ex- 4
tende; quia procedit etiam in feudo; quia potest diuidi sine licentia domini, sicut emphyteusis. Alex. *d. cons.* 189. *Viso, & mature. n.* 3. *ver, quia diuisio. lib.* 2. plenius *d. cons.* 7. *In consultatione, n.* 5. *ver. secundo probatur, lib.* 5. vbi apostil. in *ver. diuidi.* † Extende; quia emphyteu- 5
tica bona hæreditaria nedum possunt diuidi actione familiæ herciscundæ, quæ datur contra inuitum, & prouocatum, sed etiā sine consensu domini. Alex. *d. cons.* 7. *n.* 5. *ver secundo. lib.* 5. & ibi apostil. in *ver. diuidi*, dat concor. *& n.* 6. *ver. tertio probatur.* dicit, quod etiam potest diuidi actione cōmuni diuidundo, quæ datur pariter contra inuitum, & est reperta, ne quis cogatur stare in communione. † Declarat tamen idem Alex. *d. cons.* 7. *n.* 6. *ver. nec obstat, lib.* 5. quod 6
diuisio debet fieri non per partes diuisas, sed quod ager vectigalis, seu emphyteuticꝰ totus vni assignetur, & alia bona alterari, ne domino fiat præiudicium; secus, si dominus sit paratus consentire. † Amplia; quia emphyteutæ Ecclesiæ comprehensi in emphy- 7
teusi & inuestitura possunt sine licētia domini inter se alienare, & nō cadunt. Cald. *cons.* 288. alias 10. *de locato*, q cōsilium est Pet. de Perus. & Ang. de Perus. & Gasparis Calder. vbi quilibet ponit particularem rationem, vt ibi, videlicet Petrus; quia succedunt sibi deficiēte linea singulariter. Ang. quia non fit præiudiciū Ecclesiæ, ex quo sunt oēs obligati pro canone: Gaspar; quia inuestitura facta est sub nomine collectiuo, *omnibus*; ergo nō est alienatio; quia quilibet est inuestitus. Bart. *d. cons.* 58. *n.* 4. *lib.* 2. Castr. *cons.* 432. *Cum statutum principaliter. num.* 3 *lib* 1. Alex. *d. cons.* 189. *Viso, & mature discusso. n.* 7. *lib.* 2. Iaſ. in *l. fi. num.* 116. *C. de iur. emphyt.* Marsil. *sing.* 28. *ver. istud tamen limita.* latissime Port. Imo. *cons.* 65 *per tot.* vbi pro vtraq; parte, & *n.* 41. docet veriorem, & magis * cōmunem, & magis cōmunem * dicit Clar. in *d. §. emphyt. q.* 14. *in fine.* Vide, *Emphyteuta non* * *potest vendere. Concl.* 207. *n.* 130. *& seq.* † Declara tamen; quia per di- 8
uisionem non mutatur conditio prima obligationis. *l.* 2. *§. ex iis. ff. de ver. obl.* Ideo canonem diuidere nō compellitur dominus; quia sicuti non tenetur diuisum canonem recipere à primo inuestito. Castr. in *l. quidam existimauerunt. ff. si cert. petat.* ita si relinquantur plures hæredes, qui diuidāt, debent integrum canonem vnitum soluere. gl. in *l. communi dividendo. ff. cōm. divid.* quę est communiter * approbata. Affl. *decis.* 153. vbi latissime. † Extende; quia pōt tota 9
emphyteusis assignari vni ex comprehensis in inuestitura per dictos plures emphyteutas sine cōsensu domini. Iaſ. in *d. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de ver. obligat.* vbi dicit * communem, & in *l. si domus.* * *§. fi. ff. de leg.* 1. Rui. *cons.* 213. *lib.* 1. † Declara tamen; quia mortuo alie- 10
nante reuertitur ad superstites, ad quos spectat secundum inuestituram, quibus per alienationem non fuit præiudicatū. Alex. *cons.* 89. *lib.* 4. *& consil.* 106. *n.* 7. *eod. lib.* Bart. & alii in *l. si mihi, & Titio. ff. de verbor. oblig.* Baldus & alii in *l. vnica. C. quando non peten. part. & in auth. si quas rusnas. C. de Sacros. Eccles.* † Et quod fratre alienante in 11

alterum

alterum fratrem comprehẽsum in inuestitura, si emens sine filiis decedat, eius portio reuertatur ad alios fratres vocatos in contractu inuestituræ, non obstante dicta alienatione. Bald. *consil.* 38. & 309. *lib.* 1. Alex. *d. consil.* 89. *lib.* 4. & *cons.* 21. *vol.* 5. Soc. *cõs.* 50. *lib.* 1. Dec. *cons.* 263. & *cons.* 411. Ruin. *cons.* 8. & *cons.* 37. & *cons.* 166. *lib.* 1. Paris. *cons.* 98. *lib.* 2. Socin. Iun. *cons.* 104. *n.* 15. *lib.* 2. Castren. & alii *in l. apud Iulianum. §. si quis alteui. ff. de legat.* 1. Felin. *in c. quæ in Ecclesiarum. vers. septima declaratio. de constit.* Bero. *q.* 95. Tiraq. *de retract. lignag. §.* 11. *gl.* 6. *n.* 20. *cum seq.* † Et quod feudum, & emphyteusis possint inter vocatos, & consortes diuidi, & alienari ex iudicii, seu necessitate rei familiaris, est text. *in cap. Imperialem. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder.* sed tamen, quod talis alienatio non operetur effectum suum, nisi durante vita alienantis, aut de ea aliter disponentis, ita vt si dispositio fiat in vltima voluntate, effectum suum non possit sortiri, ex quo transfertur in tempus, in quo ipse testator desiit esse dominus, & incontinenti ipso mortuo, & vocatus de linea non succedit tunc per ius accrescendi, sed per ius non decrescendi. Dec. *cons.* 266. *per tot.* quia non potest testator disponere in præiudicium vocatorum, neque præiudicare in re, neque in spe, ex quo talis spes est debita tarione contractus. Bald. *d. cons.* 38. *circa med.* Tiraquell. *de retract. lign. §.* 11. *gl.* 6. *n.* 21. alias daretur alienatio feudi, & emphyteusis, contra text. *in §. alienationis. & § si vero. auth. de non alie. aut permut.* † Declara; quia emphyteusis ex prouidentia, nec quoad dominum potest alienari inter vocatos sine licentia, nec cadunt, quando inter se alienant; quia iam sunt admissi omnes, vt est * communis opinio, de qua Iul. Clar. *in §. emphyteusis. q.* 14. vbi, quod siue alienent inter se, siue diuidatur sine licentia domini, non cadunt, neq; tenentur soluere laudemium, ex quo sunt de comprehensis in inuestitura. † Sed tamen quoad vocatos non fit præiudicium, quin mortuo alienante (quatenus alienauerit in remotiorem) possit vocatus proximior re cuperare emphyteusim. ita Alexand. *cons.* 189. *Viso, & mature. num.* 7. *& seq. lib.* 2. *& num.* 14. vide omnino Corbul. *de iure emphyteut. tit. de causa priuation. ob mortem ciuilem fol.* 54. *num* 53. vbi plures allegat, & in specie apostill. ad Alexand. *consil.* 8. *num.* 15. *lib.* 3. quæ dicit * communem, & * communem dicit Ias. qui citat infinitos *consil.* 173. *num.* 6. *& seq. ver. tertium principale. lib.* 4. † Nisi omnes vocati concessissent hanc licentiam alienandi; quia tunc non possent contrauenire. Alex. *d. cons.* 189. *n.* 9. *& seq. vers. sed illis non obstantib. lib.* 2. † Et ideo neque posset filius primi inuestiti prælegare magis vni filio, quam alteri, quando est ex prouidentia pro se, filiis, & nepotibus, vel descendentibus, vt dicit Alex. *d. consil.* 8. *num.* 15. *lib.* 3. vbi apostill. citat infinitos, & dicit * veriorem, & communem Couar. *var. resol. lib.* 2. *c.* 18. *n.* 2. † Declara tamen, prout apostill. ad Alex. *d. cons.* 8. *n.* 15. *lib.* 3. *in ver. legare.* quia si contrarium reperitur decisum, non procedit, quando simpliciter est ex prouidentia pro filiis, & descendentibus, sed quando est pro filiis, & hęredibus, vel quando filius approbasset factum patris alienantis, vt quia est hæres illius, & sic contraria tolluntur hac distinctione; nam si hæres esse debet alienanti, non potest contrauenire, vt dicit Couarr. *d. c.* 18. *var. resol. n.* 2. *& seq.* & aduerte; quia concluderet hæc ratio, si primus acquirens alienasset emphyteusim receptam pro se, & filiis, & descendentibus hæredibus; quia ex quo debent esse hæredes primi acquirentis, qui alienauit, non possunt contrauenire; secus si alius alienauit descendens, cui non obligatur posterior descendens esse hæres, sed primo acquirenti tantum. † Amplia; quia valet diuisio inter emphyteutas, etiamsi diuidant sine consensu domini, hoc modo, videlicet, quod vnus emphyteuta habeat bona omnia emphyteutica vnius Ecclesiæ, alter alterius Ecclesiæ, vel vnus habeat bona libera, alter bona emphyteutica. Bal. *cons.* 234. *Diuisio à principio. lib.* 4. maxime, quando fuit diu seruata diuisio & receptus canon. Alex. *cons.* 7. *In consultatione. n.* 6. *vers. nec obstat lib.* 5. vbi dicit hoc esse verum, ne domino fiat præiudicium; secus si dominus est paratus cõsentire; quia fit diuisio per partes. † Amplia; quia etiam valet diuisio facta inter fratres, quorum aliqui sunt minores, sine decreto, quando diu fuit obseruata, & effectus est maior ille, qui erat minor. Bald. *consil.* 234. *in prime. lib.* 4. † Amplia; quia filii, & descendentes ex primo inuestito possunt sine licentia domini inter se diuidere. Dec. *cons.* 411. Bar. *in l. qui Romæ. §. duo fratres in* 10. *quæst. ff. de verbor. oblig.* & *in l. iurisiurandi. § si liberi.* vbi etiam gloss. & alii. *ff. de oper. libert.* † Extende; quia licet in diuisione se inuicem quietent, & renuntient vnus alteri; tamen non censentur renuntiare iuri quærẽdo ex iure accrescendi, si alter moriatur. Dec. *d. cons.* 411. quia dicitur ius superueniẽs. † Amplia; quia transactio super diuisione omnium bonorum inter hæredes defuncti extraneos, & descendentes comprehendit etiam bona emphyteutica, quando aliqua specificata sunt, quæ sunt emphyteutica, & fuit dictum de omnibus aliis bonis; quia veniunt alia similia bona emphyteutica, ex quo aliqua sunt expressa, quæ sunt talia, Io. de Imol. *consil.* 27. *per tot.* maxime in fine, vbi, quod contrauenies incidit in pœnam. † Limita; quia bona emphyteutica & feudalia non possunt per vnum ex vocatis & possidentẽ alienari in præiudicium aliorum vocatorum, & si fiat, alii vocari poterunt reuocare alienata mortuo alienante. Alex. *d. consil.* 189. *n.* 7. *& seq. lib.* 2. *& cons.* 8. *n.* 15. *lib.* 3. † Extende, vt procedat, etiam si alienatio fit facta de consensu domini directi. *c.* 1. *de alie. feudi pater.* Alex. *cons.* 106. *lib.* 4. quia non potest dominus præiudicare. Vide, *Emphyteusis non potest concedi in præiudicium primæ concessionis. Concl.* 178. † Extende, vt idem sit multo magis in emphyteusi Ecclesiastica, quæ ad extraneos nõ transit. *§. emphyteusim. auth. de non alien.* etiamsi inuestitura diceret pro se, & suis hæredibus; quia hoc casu intelligeretur de descendẽtibus. Alex. *cons.* 9. *& cons.* 189. *lib.* 2. *& cons.* 89. *lib.* 4. Anch. *cons.* 134. Bart. & Doct. in *l. Gallus. §. etiamsi. ff. de liber. & posthum.* † Extende, etiam si probetur emphyteusis non per instrumentum, sed solum per alia indicia, puta per solutionem canonis factam per longissimum tempus; quia tunc probatur emphyteusis, gloss. magna in *l.* 2. & ibi Salyc. & plene Ias. *num.* 155. qui dicit *communem. *C. de iur. emph.* idem Ias. in *l. si certis annis. C. de pact.* et in præiudicium tertii. Alex. *cons.* 1. *lib.* 4. Vide, *Emphyteusis quomodo, & qualiter probetur. Concl.* 188. † Declara, seu restringe, quando vocatus esset hæres alienantis. Alex. *d. cons.* 89. *lib.* 4. † Operatur hæc diuisio inter emphyteutas & inuestitos, vt portio obueniens vni ex eis, donec durat eius linea, spectet ad eius descẽdentes, vt Castr. *cons. decisiuo*, de quo Corn. *cons.* 22. *col* 6 *in fi. lib.* 2. Soc. *cõs.* 249. *col.* 16. *lib.* 2. ibi, *septimo ad idem. & cons.* 86. *col. fi. lib.* 3. per text. in *c.* 1. *de natur. succes. feud.* † Item operatur, quod alienatio facta per diuisionem inter emphyteutas est libera à solutione laudemii. Ias. in *l. fi. n.* 4. C. *de iur. emphyt.* vbi de * communi, *per tot.* prout eum refert, & sequitur apost. ad Clar. in *§. emphyteusis, q.* 14. *ver. alienare.*

Emphyteusi diuisa qualiter soluendus sit canon. Concluſ. 203.

EMPHYTEVSIS † si est diuisa inter fratres, vel plures emphyteutas, quilibet remanet obligatus in solidum ad canonem soluendum, & non sufficeret partem suam alterum soluere, altero non soluente, *capit. fi. in fi. locat.* Feder. de Sen. *cons.* 228. *Factũ tale est, duo fratres, in pr. ver. super primo dubio.* Cum. *cons.* 81. *Visa, per tot.* † Amplia, vt idem sit, si fiat alienatio inter emphyteutas; quia ad huc omnes remanent obligati, & propterea est permissa alienatio; quia Ecclesiæ in aliquo non præiudicatur. Calder. *cons.* 288. alias 10. *de locato.* quod est Ang. de Perus. *vltra med. ver. idem Angel.* & est subscriptum etiam per Petr. de Perus. & per Gasp. Cald. † Amplia, etiam si post diuisionem liuelli dominus receperit partem ab vno ex fratribus vti partem totius liuelli; quia adhuc tenentur in solidum. Cum. *d. cons.* 81. *circa fi.* † Limita, quando dominus sciens diuisam emphyteusim acceptasset partem canonis vnius vti partem illius; quia tunc sibi præiudicat; secus, si vti partem totius canonis reciperet. Cuman. *d. cons.* 81. *circa fin.* vbi, quod ita omnes * distinguunt.

Emphyteutæ quãdo fiat remissio, vel nõ. Cõcl. 204.

EMPHYTEVTÆ, † regulariter non fit remissio, quando propria est emphyteusis, puta quia res sterilis à principio fuit concessa pro modica responsione. Alex. *cõs.* 112. *Videtur in præsenti, col. fi. ver. vel aliter. lib.* 1. *& in prin.* vbi apost. ponit cõcord. incip. *§. de illo.* plene Ruin. *cons.* 35. *Adeo plene, n.* 2. *& consil.* 57. *Quoad ea. n.* 10. *& cons.* 157. *n.* 23. *& cons.* 161. *Videndum, n.* 21. *lib.* 1. & nisi tota res sit perempta, nõ fit remissio, vt dicũt prædicti Doct. & fuit opinio Bart. in *l.* 1. *in feudæ oppo. C. de iur. emphyt.* per illum tex. & est * cõmunis opinio, vt per Clar. *§. emphyteusis, q.* 8. *v. sed nunquid.* Rõ. *cons.* 369. *n.* 31. & 32. Bolog. *cons.* 54. *n.* 5. Rol. à Valle, qui plurimos citat, *cons.* 96. *n.* 26. *lib.* 1. Ceph. *cons.* 9. *n.* 12. Nat. *cons.* 312. *n.* 4. *& seq.* † Extende, vt idẽ sit, quando est propria emphyteusis, & pensio est modica, puta quia pro re cõcessa in emphyteusim cum diminutione sextæ partis annuæ responsionis. Alex. *d. consil.* 112. *num.* 2. *lib.* 1. † Ratio conclusionis est; quia quando modica est pensio, quæ soluitur solum in recognitionem dominij, donec exat minima pars rei, subest causa recognitionis, & non fit diminutio; quia recognitio est indiuisibilis, & repræsentatur in qualibet minima parte, propterea donec tota res cesset, debet solui recognitio; secus, quando soluitur ratione fructuum, & in illorum compensationem; quia tũc idem est in emphyteuta, quod in conductore. Alex. *d. consil.* 112. *lib.* 1.

lib.3.Rom.*cons.*369.*n.*31.*&* 32.Clar.*d.*§.*emphyteusis*,*q.*8.*ver.sed nunquid.*† Extende idem, quando est propria emphyteusis concessa a principio partim pro pretio soluto,& pro modica pensione.A- 2
*ex.d.cons.*112.*n.*3.*ver.sexto quia,lib.*1. † Extende,quando pensio nō est correspondens fructibus rei concessæ. Alex.*d.cons.*112.*n.*3.*li.*1. 3
gimelligit verū,si soluitur in recognitionem dominii.† Restringe quando propter guerram nulli fructus fuerunt percepti;quia 4
licet sit magna controuersia inter Doct.tamen est magis *cōmunis opinio,quod non tenetur ad solutionem pro illo anno,ita tenent Cyn.Bart.Bald.Sal.yc.Fulgo.& moder.in *l.*1.*C de iur.emphyt.* Bart.in *l.interdum.*§.*quia ex naufragio.ff.de acquir.possess.* Io. Andr.in *addit.ad Specul.in tit.de locato.*§.*nūc aliqua.ver.*137.*in addit.magna,in-* 5
*ter.Quid si sterilitas.*Per.de Anchar.in *c.potuit.in* 11.*q.extra locat.*vbi dicit Imol.communem,* & ꝙ ab ea in consulendo,& iudicādo, non est recedendum, & quod de facto ita ipse cōsuluit,refert, & sequitur Ias.*cons.*54.*lib.*1.*col.* 5. † Et procedit restrictio sine dubio, 6
ꝙ fiat remissio,ꝓpter guerram pro eo anno,quo nō potuit percipere fructus,si canon,vel pensio correspondet fructibus.Alex.*d.* 7
*cons.*112.*Videtur.per tot.lib.*1.† Idē,quando est consuetudo in loco, quod fiat remissio canonis emphyteutis propter bellū. Corn.*cōs.* 8
*lib.*VIsi.*n.*41.*lib.*2. † Et maxime excusat à caducitate, si non solvit propter bellum;quia nihil percepit.Ias.in *d.l.*1.*nu.*93.*C.de iure emphyt.* Guido Pap.*decis.*171.*in fin.* † Amplia, etiam si emphyteusis pereat pro parte;quia non fit remissio.Aret.*cons.*55.*nu.*4.Ang. 9
*cons.*46.*n.*31.*&seq.ver.nec obstat tertium.* † Extende in casu cōtento,si emphyteusis augetur,non tamen augetur pensio,cōmunem *dicit Clar.in *d.*§.*emphyt.q.*41.*in fi.* † Limita,quando res cōcessa in emphyteusim in totum periret,secus si pro maiori parte. 10
Alex.*d.cons.*112.*in pr.*Bart.*d.l.*1.*in secunda oppos.C.de iur.emphyt.* † Limita,quādo pensio esset correspōdens fructibus;ꝙ fit remissio propter inundationem, vel sterilitatem, ex quo potius iudicatur perpetua locatio,quam emphyteusis.Alex.*d.cōs.*112.*per tot.* vbi est 11
citus,*lib.*1.Aret.plene *d.cons.*55.*In causa mihi commissa.per tot.*Ruin. *cons.*55.*Adeo plene.n.*2.*& cons.*57.*Quoad ea.n.*10.*& cons.*157.*n.*23.*lib.*1. *cons.*161.*Videndum est.n.*21.*lib.*1.Bologn.*cons.*54.*n.*5.Bald.in *c.lit-* 12
te.de dilation. Ruin.*cons.*77.*n.* 7.*lib.*1.late Rol. à Vall. qui plures allegat *cons.*96.*n.*26.*lib.*1.Cephal.*cons.*9.*n.*12.& ratio est; quia hoc nō dicitur emphyteusis ex titulo oneroso.Natt.*cōs.*312.*n.*1. † Extende, vtidem sit,quando pensio quasi correspondet fructibus. 13
Imin.Iun.*cons.*160.*n.*10.*lib.*2.† Contrarium tenet Natt.*cons.*49. *nentum*,vbi multa adducit pro vtraque parte, & hanc tuetur vtiorem,quando fuit expressum,quod in emphyteusim data quia pactum pensionis æqualis fructibus non facit recedere 14
contractu.† Imo etiam, quando fuit expressa locatio de 29.in 29.annos renouāda cū pactis conuenientibus emphyteusi; quia necessario est liuellus, vel emphyteusis,& si vallis piscatoria efficeretur nō vallis,debet solui pensio cōuenta,nisi tota res chasmapereret.Ang.Aret.*d.cons.*46.*Ad decisionem.per tot.*maxime *n.*31.*&* 15
ibi nō obstat tertium,vsque in fi. † Declara,quia si verba sunt clara,ꝙ sit emphyteusis,erit emphyteusis,quādo effectus concordat;si vero verba sonant in emphyteusim, effectus est cōtrarius, attenditur effectus potius,quā verba; ideo erit locatio potius, 16
quā emphyteusis,si soluitur pensio, prout de locatione. Clar. in *d.*§.*emphyteusis q.*1.*in fi.* vbi allegat Bello.*cons.*21.*n.*5. quia attestatur de communi. † Si vero pars contractus respicit emphyteusim, 17
pars respicit,seu conuenit locationi perpetuę,in dubio iudicatur prout partes nominarunt.Aret.*d.cons.*55.*in fi.*vbi concludit esse locationem perpetuā, & fieri remissionem, quādo pensio cor- 18
respondet fructibus, licet adsit pactum,quod nō possit alienari; ita ex quo contrahentes dixerunt,quod erat locatio, censenda est locatio.† Extende limitationem; quia fit remissio,etiam si ꝓ 19
rem pereat res locata,quando correspondet fructus.Are.*d.cons.* 14.† Restringe;quia non fit remissio propter inundationem aquarum fluminis,licet nō pereperit dimidiam fructuum; quia 20
aquirtur,quod sit intolerabile vltra dimidiam fructuum percipiendorum,& ista est communis *opinio,de qua attestatur Gi- 21
*sin tract.de pens.q.*26. non obstantibus aliis per eum ibi in contrarium citatis.Ias.in *d.l.*1.*n.*39.*C.de iur emphyt.* Vide, *Locator tenetur* 22
facere remissionem mercedis conductori multis casibus. Concluſ. 431. † Limita,quia fit remissio canonis, quando vel res in totum periit,vt supra,vel quando illud, quod supereſt, non sufficit pro canone. 23
Ias.in *d.*1.*nu.*13.*& seq.C.de iur. emphyt.* † Extende; quia si pro conservando fortalitio demolitur ædificium Ecclesię emphyteuticū, 24
fit liberatio emphyteutæ,& nō tenet vltra aliquid soluere;quia dicitur finita emphyteusis.Bart.in *l.fi.ff.de superfic.* † Imo procedit etiam si Princeps pro demolitione solueret aliquod pre- 25
tium,quia debet solui Ecclesiæ dominæ directi dominii.arg.nor. in *l.vinum.ff.si cert.pet.*quia quando nō potest præstari res, succedit interesse.† Extende, quando pars emphyteusis chasmate periit; 24
quia fit diminutio pensionis.Iul.Clar.in *d.*§.*emphyt.q.*8.*ver. quād si emphyt.* Vide, *Emphyteuta obligatur dominus ad multa.Concluſ.* 182.

Emphyteuta ad quas expensas teneatur, & ad quas dominus. Concluſ. 205.

EMPHYTEVTA † tenetur ad omnes expensas necessarias in re emphyteutica etiā maximas ꝓ manutenenda, & reparanda re emphyteutica, etiam si casu fortuito rem ipsam damnificari cōtingat,nisi in totū, & penitus annihiletur, vt si chasmate pereat.rex.est in *l.*1.*C.de iure emphyt.*vbi Bar.& alii, maxime Ias.*nu.* 15.*& n.*44.*& n.*81.Dec.*cons.*353.† Extēde;quia emphyteuta tenetur ad omnes reparationes molendini emphyteutici. Ias.in *l.quo minus.n.*150.*ff.de flumin.* † Limita;quia dominus directus tenetur ad illas expensas,quę sunt magnæ,& circa rem, quando respiciūt vtilitatem perpetuam ipsius rei,& excedunt tempus vtilis dominii,prout refectio domus chasmate,vel terræmotu in totum peremptæ.Ias.in *d.l.*1.*num.*25.*C de iur emphyt.* Aret.*cons.*111.

Emphyteusi aucta cuius sit augmentū. Concl 206.

EMPHYTEVSIS † si augetur apparenter,vt quia apparet insula in alueo fluminis; tūc tale augmentū discretū est quoad vtile dominium emphyteutæ, & quoad directum est domini directi,prout in feudo. Clar. in §.*emphyt.q.*41. vbi se remittit ad ea, quæ dixit in §.*feudum q.*88.*ver.item quæro, an incrementum.n.*3. vbi dicit *communem.† Si vero incrementum est latens, prout per alluuionem,dicit,ꝙ communis *opinio est,quod acquiratur ipsi emphyteutæ,allegat gl.in *ca.*1.§.*si quis de manso,in ver. reseruauerit, de control.inuest.*quam dicit *communiter approbari,& Ruin.*cōs.* 7.*n.*12.*in fi.lib.*1.sed tamen ipse tenet contrarium sub dubio,quod imo etiam incrementum latens acquiratur domino quoad directum dominium,& quoad vtile acquiratur emphyteutæ, maxime,quando naturaliter acquiritur sine sua impensa per alluuionem;secus si industria emphyteutæ, & dicit hanc æquiorem, & cogitandum. † Extende;quia si emphyteuta acquisiuit seruitutem rei emphyteuticæ,vel feudali, acquiritur feudo, & emphyteusi,communem *dicit Clar.in *d.*§.*feudum.q.*88.*n.*4.*ver.sed quid de seruitutibus.* † Restringe secus, si acquirat iurisdictionem, puta habet feudale castrum, vel in emphyteusim sine iurisdictione, si acquirit iurisdictionem, erit propria acquirentis,quia iurisdictio est quid separatum à castro, cōmunem *dicit Clar.*d.*§.*feudum.q.* 88.*in fi.n.*5.*ver sed pone.* † Declara; quia per augmentū rei emphyteuticæ quomodolibet factū non augetur pensio, vel canon dominо,cōmunem *dicit Clar. in *d.*§.*emphyt.q.*41.*n.*2.*ver.sed nūquid.*

Emphyteuta non potest vendere emphyteusim sine consensu domini, alias cadit, & quando secus. Concl. 207.

EMPHYTEVTA † non potest vendere emphyteusim non requisito domino,& sine eius cōsēsu,alias cadit ab emphyteusi.*l.fi.C.de iur.emph.*Fulg.*cons.*219.*Visis binis proces.ib.n.*5.*ver.aliis quoq.* & ita seruari de cōsuetudine asserit Spec.*tit.loca.*§.*nunc aliqua.*,ꝓut eum refert,& sequitur Ias.*d.l.fi.n.*110.*ver.*2.*quæro.C.de iur.emph.* Alex.*cons.*113.*Viso,& diligenter cōsiderato.n.*1.*lib.*4.& cōmunē *dicit Soc.Iu.*cons.*70.*n.*14.*lib.*3.& hanc cōmunem *regulam dicit Clar. in §.*emph.q.*13.*in pr.* † Ratio est; quia emphyteuta est obligatus actione personali versus dominum, ꝙ non est in emptore, qui nec pōt compelli ad se obligādū obligatione personali. Bar.*cōs.*58.*Ex themate prædicto.n.*4.*ver. præterea si iura deficerēt.lib.*1. vbi videtur cōcludere,ꝙ cessante ratione sit licita alienatio,prout in descendētes primi inuestiti;quia sunt obligati actione personali. † Et sufficit talis consensus, quomodocunq; interueniat, siue verbis, siue facto,siue in scriptis,siue non. Dec.*cōs.*185.*In causa istorū nobiliū. n.* 10.*& seq.* † Extende;quia si secūdus emphyteuta emit à primo de consensu domini,nō requiritur alia inuestitura, neq; solutio laudemii. Io.de Anan.*cons.*90.*Quia dubium*,vbi Bologn.in apostill.& concord.Anchar.*cons.*63.*in secūdo dubio.* † Declara tamen,quia iste consensus domini requisitus in alienatione emphyteusis potest interuenire tam ante , quam post alienationem , vel in ipso actu alienationis ; quia nihil refert , an statim, vel ex interuallo. Castr.*cons.*329.*Circa primū notandū est.n.*1.*lib.*2. † Amplia; quia edit ipso iure. Ias.in *l.*2.*n.*15.*C.de iur.emph &in d.l fi.n.*103.*&seq.C.eodē.*vbi videtur velle,quod requiratur cōsensus domini, prout ob non solutum canonē,& vide Clar.in *d.*§.*emphyteusis.q.*13.*n.*2.vbi ꝙ

ipso

7 ipso iure,&nullus discrepat.†Et quod emphyteuta alienans rem emphyteuticam cadat ipso iure. Anto. de Butr.*cons.*22.*in prin.* vbi, quod licet sit dubium ex *d.l.fi.C.de iur.emph.* quę loquitur per verbum futuri temporis,*cadet*;tamē gl. ibi à nemine reprobata dicit, quod ipso iure,& ibi in *addit.*2.*ad d.cons.Caballi.* qui citat infinitos, & inter alios Tiraq.*de retract.prox.*§.1.*gl.*2.*n.*43.vbi,quod vniuersa cohors scribentium hanc tenet,Crauet.*cons.*112.*n.*11. Castr. *consil.* 68.*in prin.ver.tum etiam,quia.lib.*2.& hanc partem tuetur Alex.*cons.* 44.*Visa facti,in princip.lib.*3.vbi,quod ide est in feudo.&valet argumentū de feudo ad emphyteusim,[illegible] in *d.*§.*emphyt.q.*13.*n.*2.

8 *ver.adde.* vbi,quod non reuocatur ir[illegible] ab aliquo.† Declara; quia opinio contraria , quod non ipso[illegible] procedit,quando ob canonem non solutum;secus si ob alienationem cadit, Anto. de Butr.*d.cons.*22.*in princ.ver.nec reperio.* Vide plenius,*Emphyteuta debet declarari.Concl.*190.*num.*27.*&seq.* vbi pro vtraque parte,&declaratur.†Contrarium Alex.*d.cons.*44.*in pr.lib.*3.quia æquiparantur, quod ita cadit ipso iure per non solutionem, sicut per alienationem; contrarium, quod neutro casū cadat, nisi domino volente. Alex.*cons.*106.*Viso.num.*4.*ver.quia respondeo.lib.*4.plenius *cons.*113.

10 *Viso.num.*3.*ver.secundo fortificatur.lthr.*4.† Pro contrario,quod requiratur declaratio,prout in canone non soluto,*cap.potuit.locati*, * vbi æquiparat,& hanc opinionem veram * dicit Alex. *d.cons.*106. *num.*4.*lib.*4.clarius *cons.*173.*cap.fi.lib.*2. Alexand. *consil.*27.*Viso thesmate.n.*4.*lib.*6.vbi plena apost.in *ver.volente*,dat concor. Vide,*Emphyteuta*, *& vsufructuarius æquiparantur. Concl.*218.*num.*15.*& sequen.*

11 †Declara;quia requiritur declaratio domini,an velit,quod ex alienatione cadat;quia istud est ad fauorē domini introductum;igitur odium operari non potest,neque debet.Anton.de Butr.late *cons.*22.*nū.*1.*in fin.ver.ex quo concludo. cum seq per tot.* vbi late,quod declaratio requiritur, si res dubia esset;si vero clara, respectu caducitatis in præiudicium emphyteutæ non requiritur, sed bene requiritur,vt domino præiudicaret caducitas,si non velit esse locū caducitati. Vide plenius,*Emphyteuta debet declarari cecidisse. Cōcl.*

12 190.*n.*27.*&seq.* † Extende in tantum emphyteutam & feudatarium cadere ipso iurē ob alienationem irrequisito domino factā, vt possit dominus alium inuestire, neq; inuestitura sit nulla, etiā non citato emphyteuta,qui cecidit. Alex.*d. consil.*44.*Visa facti,in*

13 *princ.lib.*3.†Extēde;quia imo talis inuestitus si possedit per.20.annos,nō potest molestari ab eo,qui cecidit;quia præscripsit dominium vtile contra primum emphyteutam, etiā si habuisset facultatem alienandi.Alex.*d. cons.*44.*n.*3.*&* 4.*ver.secūdo præsuppono.lib.*3.

14 †Declara;quia nō potest amoueri à possessione is,qui cecidit,nisi citetur. Vide, *Possessor beneficij non potest amoueri sine citatione. Concl.*

15 436.†Declara maxime, quando sumus in emphyteusi antiqua alienata in præiudicium vocatorum, quia mortuo alienante poterunt vocati recuperare,etiā si de consensu domini esset facta alienatio, nec poterit emptor opponere de caducitate,& de iure cōmuni,si nō est facta declaratio ex ista causa in specie. Alex.*d.consil.*

16 106.*Viso.n.*4.*lib.*4.† Amplia, vt procedat etiam, quando adesset pactum affirmatiuum,q; emphyteuta posset alienare cuicūq; extraneo,si non habuerit filios, vel nepotes hæredes; quia si moritur cū filiis, vel nepotibus , non potest alteri legare, vel vendere. Bar.*cons.*75.*Viso instrumento,in pr.lib.*1. cum concord.in apost.*incip.*

17 *Viso instrumento.*† Extende;quia etiam si fuit actum in inuestitura, quod possit vendere cuicunq; voluerit, debet intelligi,dummodo de licentia domini vendat , plures citat Corbul.in *tract. de iur. emphyt.fol.*161.*in* 2.*ampliat.* vbi recitat opiniones contrarias,postea distinguit, & ibi vide in *seq. ampliat.* quid si pluribus concedatur licentia , & vnus solus venderet, quid si venderet cum tali licētia pluribus , quid si Prælatus concedens moriatur, q; sit personalis

18 licētia,quasi non possit supplantare successorem.† Declara;quia si extat bulla Papæ, prout Rauennæ , quod emphyteuta possit ius suum vendere cui voluerit sine licentia , & non cadat, intelligitur, dummodo vendat solum ius suum vtile tanquam emphyteuta,& reseruato iure Ecclesiæ;secus,si venderet iure proprio,& sine reseruatione;quia cadit,prout cadit is,qui donat,si donat libere ; quia licet possit donare; tamen intelligitur, reseruato iure Ecclesiæ, Ale.plene *cōs.*187.*In hac causa.n.*10.*in fi.cū seq.v.&per prad.*

19 *li.*2.†Amplia; quia si emphyteuta iā alienauit irrequisito domino, cadit non obstante consensu domini de alienando in aliam personam ; quia consensus de alienando non trahitur ad alienationem factam, & de vna persona non trahitur ad aliam. Afflict. de-

20 *cis*355.†Amplia ; quia quando est cōuentum per pactum expressum , quod emphyteuta non possit alienare emphyteusim sine consensu domini , non etiam poterit fieri alienatio ex causa necessitatis per iudicem, & sic non poterit subhastari, & deliberari, sed erit requirendus dominus iuxta formam pacti, alias alienatio nō valebit in præiudicium domini directi.Bald.*cons.*306.*Verbi inuestituræ.lib.*1.*circa med.vsq; in fin.ver.sed certe illud.*† Extende;quia 21
imo si est conuentum , q; non possit alienare sine consensu domini,alias statim reuertatur ad dominum,cadit ipso iure absque alia declaratione.Castr.*cons.*68.*in prin.lib.*2.† Et ideo sequuta caduci- 22
tate propter alienationem factā non requisito domino, quæ ipso iure fit absq; alia sentētia declaratoria, poterit dominus inuestire alium arbitrio suo, licet non possit possessorem priuare sine citatione, & sine sententia. Castr. *d.cons.*68.*circa med.ver.ex iis sequitur, lib.*2. Vide, *Declaratio non requiritur contra ipso iure priuatū. Concl.*98.
†Amplia;quia nedum cadit ab emphyteusi,sed ab omnibus me- 23
liorametis, quando ob alienationē , vel nō seruata pacta, aut delictum cadit, Gabr.*cons.*73.*in fi.lib.*2.† Amplia; quia neque potest 24
permutare. Alex.*cons.*63.*In causa.n.*2.*ver.confirmo.lib.*7.vbi apost.q; non.†Amplia; quia emphyteuta nedum non potest alienare,sed 25
neq; potest locare ad longum tempus,alias cadit ab emphyteusi, si locauit ad longum tempus nō requisito domino. Bald.*cons.*415. *Præmittendū est,in prine.lib.*1.Alex.*cons.vlt.Visis narratis,ad fi.lib.*3.Ias. in *l.fi.n.*112. *C.de iur.emphyt.* Ioan.de Imo. in *c.potuit.locat.* Alex.*cons.* 104.*lib.*3.vbi dicit*communem,& *cons.*113.*Viso,in princ.lib.*4.† In 26
contrarium facit ; quia vsusfructus potest constitui super dominio vtili.*l.*1.§.*item si fundo.ff.quem ad.vsufruct.amit.*& ibi Bald.&idem tenent plures,quos infra, *Emphyteuta, & vsufructuarius æquiparantur.Concl.*218.*n.*6.*& multis seq.* Et quia potest dari emphyteusis ad liuellum ad tertiam generationē. Vide,*Liuellarij qui dicantur,* *& quid sit liuellus. Concl.*399.† Declara;quia cadit, & est magis*cō- 27*
munis opinio,licet Rota Romana teneat contrarium, & restringe quatuor modis per Corbul.*tract.de emphyt.ampliat.*35.*per tot.tit. de cauf priuatio.fol.*117. *&seq.* † Extende, vt procedat, etiam si em- 28
phyteuta locasset solum ad nouēnium, deinde de nouennio in nouennium,quia cadit ; nam licet nō cadat ex simplici locatione ad nouennium; tamen cadit ex locatione ad longum tempus, & sic de nouēnio ad nouēnium; quia præsumitur in fraudem. Alex. *d.cons.*104. *In causa,& lite per tot.lib.*3. vbi pro vtraq; parte,& hanc tuetur; quia dicitur ad longum tempus,& alienatio. Alex.*cōs.*165. *Visis duobus.lib.*2.*in prin.*† Extēde, vt procedat etiam si esset conuē- 29
tum expresse, quod dominium vtile nō transiret in cōductorem. Alex.*d.cons.*165.*n.*2.*&seq.lib.*2.plenius *d.cōs.*104.*lib.*3.*n.*5.*&seq.* maxime *n.*7.vbi, quod præsumitur ita factum in fraudem. † Cōtra- 30
rium infra *ver. limita. n.*109. † Declara; quia saltem pœna debet 31
cessare durante primo nouēnio.apost.*d.cons.*104.*Alex.lib.*3.*in ver. non cecidisse*,vbi dicit maxime;quia pōt diuidi tempus. Vide ad ista omnia infra *n.*109.*& multis sequentib.*vbi plenius declaratur. Vide, *Locatio ad longum tempus est alienatio, & in quibus nō valeat. Concl.*403.
†Amplia; quia non potest emphyteuta compromittere rem em- 32
phyteuticam,neq; super ea transigere tali compromisso, vel tractatione, quod respiciat rem tradi emphyteuticam ; secus,si rem retineri. Bald.*cons.*415 *per tot.lib.*1. Alex.*cons.*32. *Opportune,in pr.lib.*2.
†Amplia , etiā si alienatio fiat per viā legati irrequisito domino; 33
quia cadit. Ant.de Butr.*cons.*23.*n.*6.vbi tamen dicit sufficere consensum domini in traditione rei legatæ.†Amplia; quia cadit ipso 34
iure supra *n.*6.*&seq.*& vide,*Emphyteuta si quouis modo alienauit nō requisito domino.* Vide, *Emphyteuta debet declarari cecidisse,vt sit locus caducitati. Cōcl.*190.*n.*27.*&seq.*†Amplia;quia testator habens bona 35
liuellaria,seu emphyteutica ad tertiā vel aliā generationē,nō potest testari in præiudiciū domini directi, neq; facere legatum per quod præiudicetur domino. Bal.*cons.*1.*Per se considerandа sunt.lib.*2. vbi, quod si dedit illa in dotē, vel pro legitima, non durabit dos, vel legitima vltra inuestituram.† Amplia,vt procedat, etiam si a- 36
lienatio esset nulla, quando deuētum est ad traditionem rei emphyteuticæ.Fulgos.*cons.*219.*n.*4.*ver.præterea cum ipsa venditio.*† Ex- 37
tende,etiam si mulier venditi sine solemnitate statuti cum iuramento,quia cadit,& non poterit allegare nullitatem venditionis stante iuramento.Fulg.*d.cons.*219.*n.*4.*ver.sed & posito.*† Extende; 38
quia cadit mulier, vel minor alienās rem emphyteuticā sine consēsu domini,neq; eo certiorato,licet nō interuenerit solemnitas statuti,quando vēdens adhibuit proximiores, qui non erāt; quia propter dolū adhibitū inducitur caducitas , vel si est emphyteusis Ecclesiæ, quæ statuto nō subiacet. Fulg.*d.cons.*219.*n.*3.*ver.neq; enim sufficit.*† Amplia,etiā si alienasset saluo cōsensu directi domi- 39
ni.Bald.in *l.*1.*q.*16.*C.de iis,quæ pæ.nom.& in c.Cumana.col.*3.*ver.& ad prædicta,de election.* Felin. in *cap. quæ in Ecclesiarum.n.*88. *de constit.* Ias. in *l.fin.nu.*142.*C.de iur.emphyt.* Rip.in *c. cum M. Ferrarien.num.*80.*de constit.*Dec.*cons.*160.*n.*3.Clar.in §.*emphyteusis.q.*13.*ver.item quæro.*& hanc*communem tuetur Corbul. *de cauf.priuat.ob alien.ampliat.* *
31.*f.*207.quia præsumitur in fraudem;& quia dominus præfertur in emptione, & in hoc non est satisfactum. † Contrarium, seu 40
limita,

limita, si alienatio fiat saluo iure domini. Marsil. *in l. is, qui cum te-*
stem n. 4. ff. ad l. Cornel. de sicar. & vide *in seq. lim.* Bald. *in l. fin. in fin. C. de*
iur. emphyt. Zabar. *cap. ex parte. col. 3. de feud.* Menoch. *cons. 38. num.*
24. Anton. Rub. *in repet. l non solum. §. morte. n. 316. ff. de nou. oper. nū-*
41 *ciat.* † Declarat Alex. *cons. 187. In hac causa. n. 10. & seq. ver. sed posito,*
lib. 2. vbi, quod si alienat nō reseruato iure domini, sed iure pro-
prio, cadit; quia videtur male versari, sicut ille, qui male vtitur
42 re locata, cadit, & potest expelli. † Amplia, vt procedat etiam si
dominus in inuestitura dedit licentiam alienandi; quia intelli-
gitur cum consensu domini. Alex. *cons. 106. Viso themate, n. 3. lib. 4.*
& per tot. vbi respondet, quid operetur illa licentia, & dicit, ꝙ
43 debet intelligi secundum naturam actus. *n. 3. & seq.* † Extende, vt
procedat, quando fuit in inuestitura dictum, quod non possit a-
lienare modo aliquo, nisi minoribus, vel æqualibus; & ideo nō
possit alienare Comitibus, militibus, cartanis, valuasoribus, si-
ue religiosis viris, Ecclesiasticis personis, nec aliis, phibitis; quia
intelligitur concessa licentia permissis de consensu domini, &
operatur hæc licentia; quia exprimuntur prohibiti, qui de iure
non sunt certi. Alex. *d. cons. 106. Viso themate, in prin. & per tot. lib. 4.*
vbi tollit contraria, & loquitur in concessione facta ab Abbatia
Nonantulana Campegiis, vt facta alienatione valeat solum du-
44 rante vita alienantis, non vltra. † Contrarium Alex. *cons. 91. col. fi.*
lib. 3. vbi, quod non cadit, quod etiam tenet Corbul. *tract. de iur.*
* *emph. tit. de caus. priuat. ob alien. lim. 1. fol. 241.* vbi dicit * communem,
& declarat duobus modis: primo, quod licentia non habeat ex-
ceptionem: secundo, quod fiat alienatio, tanquam de emphy-
45 teusi, non autem libere. † Amplia; quia sicut emphyteusis non
hæreditaria, & Ecclesiastica non potest alienari; ita neque hy-
pothecari vltra vitam obligantis. *l. lex vectigali ff. de pign. auth. de a-*
46 *lien. & emphyteusi. §. 1. c. potuit, extra locat.* Vide, *Obligatio generalis non*
comprehendit prohibita alienari. Concl. 36. † Contrarium, quod imo
* possit hypothecati, & obligari emphyteusis, communem * dicit
Clar. *in d. §. emphyteusis q. 18.* quod tamen intelligo, vel respectu
melioramentorum, vel durante vita obligantis, prout de serui-
tute cōstituta aperte dicit idem Clar. ibi *q. 21.* vbi hoc dicit quo-
47 ad præiudicium domini, quod non valet. † Extende; quia neq;
valet compromissum, nec laudum latum super re emphyteuti-
ca, siue sit ab arbitro, siue ab arbitratore, nec emphyteuta perdit
dominium vtile ex laudo. Iaſ. *in l. fin. n. 119. C. de iur. emph.* Dec. *cons.*
48 *39. n. 4. & cons. 44. per tot.* † Amplia; quia cadit emphyteuta alie-
nans; etiam si postea redimeret, vel si apponeret etiam cōditio-
nem l. commissoriæ post contractum perfectum. Bart. *in l. si à me*
trit. ff. ad leg. Falcid. Iaſ. *d. l. fin. n. 137. C. de iur. emph.* Alex. *cons. 14. col.*
pen. lib. 2. sequitur Gabr. *cons. 66. n. 48. lib. 2.* & Iacob. Mandel. *cons.*
* *34. n. 4.* vbi post. dicit * communem, & citat plures, & *cons. 526.*
n. 8. Clar. *in §. emphyteusis. q. 13. n. 6. ver. sed quid*, vbi citat plures de
* * communi attestantes, & *in §. feudum. q. 31. n. 6. ver sed quid si v. si al-*
49 *ius.* vbi citat plures de * communi. † Restringe, si vendidit, & re-
cuperauit ante intentatam caducitatem; dic, vt infra *nu. 95. cum*
50 *multis seqq.* † Amplia; etiam si venditio sit facta cum pacto de re-
tinendo, & maxime, si pactum est in fauorem tertii. Fulg.
51 *cons. 219. n. 5. ver. nec valet illa defensio.* † Amplia; quia cadit, etiam si
* alienatio esset pignus rei emphyteuticę, secundum * communē.
52 Fulg. *d. cons. 219. n. 5. ver. sed & si vere.* † Amplia; quia emphyteuta
alienans, & tradens ficte per constitutum emphyteusin, in tan-
tum cadit ab emphyteusi, vt procedat, etiam si post venditionē
ipse possideat, & retineat; quia sufficit ficta traditio. Cuma. *cons.*
53 *41. n. 3. vers. illud etiam.* Fulg. *cons. 2. in princ.* † Extende, etiam si vē-
ditio esset conditionalis; quia secuta traditione cadit. Tiraq. *de*
54 *retract. lign. §. 1. gl. 2. n. 30.* † Extende, vt procedat, etiam si post ta-
lem venditionem emphyteuta recuperauerit emphyteusin alie-
natam, quia non euitat caducitatem. Cuman. *d. cons. 41. nu 3. ver.*
55 *nec illa.* vbi dicit * communem. & *cons. 65. Titius locauit, in fin.* † Ex-
tende, vt procedat, etiam si in traditione rei repetat protestatio-
nem, quod tradit, saluo iure domini, & eandem protestationē
fecerit in alienatione, ita Tiraq. *de retract. lignag. §. 1. gloss. 2. num. 31.*
ver. sed quod dictum, vbi, quod argumentum non procederet in
traditione rei liberæ sub conditione; quia non esset facta tradi-
tio, sed in emphyteusi & feudo secus est ex speciali ratione. Ex-
56 tende, † etiam si receperit ab Ecclesia nouam inuestituram, non
narrata caducitate; quia talis renouatio facta à rectore ignoran-
57 te caducitatem non releuat. Cuman. *d. cons. 41. n. 3. ver. nec inuesti-*
tura. † Extende, vt procedat, etiam si per 30. annos emptor sine
58 consensu præstitisset seruitium. Cuman. *cons. 64. Titius, & Sempro-*
nius in fin. † Extende, etiam si vendens soluerit canonem per
plures annos domino recipienti; quia non censetur remissa ca-
ducitas, quam ignorauit Fulgos. *cons. 2. nu. 1. ver. ad secundum.* Am-

plia; † quia in tantum cadit emphyteuta alienans emphyteusin; 59
& tradens irrequisito domino, vt procedat, etiam si partem alie-
naret; quia cadit à tota, quando est vnicum pretium, & vnicus
canon pro pluribus corporibus. Cuman. *d. cons. 41. num. 4. ver. ad*
tertium. † Contrarium, quod imo cadat solum à parte alienata, & 60
non à tota emphyteusi. Vide, *Vsufructuarius in quibus possit præiudi-* 61
care domino, vel non. Conclus. 324. † Declara; quia in feudo est text.
quod cadit à parte alienata, *in c. 1. de vasallo, qui contra constit. Loth.*
in vsib. feud. Castr. *cons. 217. Super primo, in princip. lib. 2.* & ita dicit A-
lex. *cons. 99. in fin. lib. 5.* † Declara; quia in emphyteusi Ecclesiasti- 62
ca cadit solum à parte alienata propter æquitatem, quam seruat
Ecclesia. Alex. *ind. d. cons. 99. in fi. lib. 5.* vbi excipit vnicum casum,
in quo cadit à toto, de quo Bald. *in c. Imperialem. §. caldus, de prohib.*
feud. alien. per Feder. † Dicitur autem vnicus contractus, quando 63
vel est vnica res, vel plures res vnico canone concessæ, etiam si
antiquitus consueuerint esse concessæ, tanquam plura corpora.
Cuman. *d. cons. 41. n. 3. ver. ad secundum.* † Extende, vt maxime pro- 64
cedat, quando extaret statutum laicorum; quia in fauorem Ec-
clesiæ habet locum. Cum. *d. cons. 41. nu. 4. ver. ad tertium*, sequitur
apost. ad Alex. *d. cons. 99. in fin. ver. consuluit lib. 5.* † Extende etiam 65
de iure communi, quando esset vnicum corpus, & vnicum pre-
tium; quia tunc per alienationem partis cadit alienans à toto.
Cuman. *d. cons. 41. in fin.* † Limita, quando alienaret propter do- 66
tem, vel donationem propter nuptias. Marsil. sing. 443. *post quæ*
sunt, & vide infra, *Emphyteusis an possit dari in dotem. Conclus. 212.* v-
bi, quod multo magis potest dari emphyteusis in dotem, siue
æstimata, siue non. † Limita, quando requisiuit dominum, qui 67
fuit in mora respondendi; quia tunc potest emphyteuta aliena-
re sine pœna Bald. *cons. 460. Factum tale est. num. 2. lib. 4.* † Limita, 68
quando emphyteuta alienaret ignoranter. Marsil. *in l. qui falsam*
monetam. n. 70. ff. ad l. Cornel. de falsis. Nam si habet iustam causam
ignorandi, quod sit emphyteusis, excusatur à caducitate, prout
si esset hæres. Dec. *cons. 228.* Iaſ. *cons. 64. col 3. lib. 3.* & alii, quos a-
post. ad Anton. de Butr. *cons. 22. in ver. alienatione*, citat. † Limita; 69
quia potest alienari ex causa necessaria emphyteusis, puta per
creditorem, & iudicem, quando non adest pactum contrarium,
vel pactum expressum, quod non possit alienari; quia alienatio
necessaria non impeditur ex sola natura emphyteusis, sed ex pa-
ctione tantum, & ita debet intelligi Bald. *cons. 306. lib. 1. per totū.*
Vide, *Emphyteuta potest ex necessitate alienare, & quando secus. Conclus.* 70
213. † Extende; quia potest alienari per hæredis institutionem
sine licentia domini, & non cadit; quia est causa necessaria. Ale-
xand. *cons. 189. Viso, & mature. n. 12. ver. nec obstat, si dicatur. lib. 2.* Li-
mita; quia † potest emphyteuta per viam legati, vel aliter con- 71
stituere vsumfructum in re emphyteutica non requisito domi
no, & non cadit in aliquam pœnam. Bald. per illum text. *in l. 1. ff.*
quibus mod. vsusfruct. amitt. quem sequitur Alex. *in l 3. §. ex contrario.*
n. 3. ver. quarit Bart. ff. de acq. poss. idem Alex. *cons. 120. Super eo, in fin*,
vbi plures dicit * communem, & à qua in iudicando non est re- *
cedendum, & loquitur in donatione, legato, & vsufructu. *lib. 1.*
Iaſ. *d. §. ex contrario. nu. 65.* & licet *n. 66.* aliqua alleger dubitando;
tamen *in ver. pro eorum opinione.* asserit prædictam conclusionem
veram, & idem Iaſ. *in d. l. fin. nu. 118. C. de iur. emph. & cons. 125. Circa*
primum. col. 1 ver confirmatur, quia emphyteuta. lib. 4. Ruin. *cons. 150.*
In causa, & lite. n. 14. lib. 4. Tiraq. *in tract lign. §. 1. gl. 7. n. 14.* & hanc
partem tenet Bart. *d. §. ex contrario. n. 12. gl. in l. 3. ff. de seruit.* quam i-
bi approbant Flor. C. stri. & * omnes attestantes ibi * commu- * *
nem. Affl. *decis 380. Venafrius. n. 2.* Boer. *decis 181. in princ.* Vide ple- 72
nius infra, *Emphyteuta an possit donare, vel legare. Concl. 214.* † Limita,
quando emphyteuta sibi reseruasset dominium vtile, donec
pretium soluatur; quia ante solutionem pretii non cadit, etiam
tradita possessione; quia est sub conditione tradita. Æmil. *consil.*
120. n. 2. cum seq. decis. Lucen. 31. n. 7. & n. 10. Rimin. Sen. *cons. 177. n.*
10. lib. 1. & cons 318. n. 9. eod. lib. Vide, Clausula, *& non aliàs, aliter,*
nec alio modo, quid operetur. *Concl. 311.* † Contrarium, quod cen- 73
seatur factum in fraudem domini. Tiraq. *de retract. lign §. 1. gl. 2. n.*
35. in fin. & n. 36. vbi plures citat, & dicit, ꝙ esset apertæ viā frau-
dibus. † Limita in emphyteusi antiqua; quia si vnus ex inuestitis
alienat partem suam, ipso alienante mortuo possunt vocati re- 74
cuperare talem emphyteusin à quocunque extraneo emptore.
Alexand. *consil. 106. Viso themate, in princ. lib. 4.* vbi loquitur, etiam
si alienauit cum consensu domini. † Limita; quia emphyteuta 75
non cadit, licet alienauerit emphyteusin non requisito domi-
no, quando non deuenit ad traditionem rei venditæ. Specul. *in*
tit. de locat. §. nunc aliqua. vers. 95. quem refert Cuman. *cons. 41. Ad*
primum quæsitum, in princ. Fulgos. *consil. 11. Emphyteuta, in princ. & per*
tot. Alex. *consil. 91. Viso themate, lib. 3.* quia si non interuenit traditio

rei vera, neque ficta, non cadit. Marsil. *singul.* 412 *pluries.* & communem* dicit Ias. *in d. l. fin. quæst.* 19. *C. de iur. emphyt.* plurimos citat apostill. ad Anton. de Butr. *consil.* 22. *in ver. alienatione.* vbi allegat Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 2. *num.* 43. dicentem hanc teneri per vniuersam cohortem scribentium, & Anton. de Butr. *consil.* 37. *in fin.* Alex. *cons.* 173. *num.* 2. *lib.* 2. *incip. Viso themate. num.* 2. *ver. quinimo. lib.* 2. vbi apostill. *in ver. traditionem.* apostill. ad eũdem Alex. *cons.* 63. *In causa, & lite. nu.* 2. *in ver. quod non. lib.* 7. vbi dat concord. & plenius *cons.* 76. *In causa, & lite, num.* 6. *ver. vnde videmus. lib.* 7. & ibi apostill *in ver. tradidit*, dat concord. † Et hanc communẽ, * & * communiter teneri dicit Clar. *d.* §. *emphyteusis. q.* 103. *num.* 3. *vers. sed nunquid*, vbi, quod delictum dicitur attentatum, non autem consummatum; ideo non est locus pœnæ, & idem repetit *in* §. *feudum. q.* 31. *num.* 3. *ver. sed nunquid.* † Extende; quia imo etiam si interuenit ficta traditio, puta per constitutum, vel precarium, aut reseruationem vsusfructus, non priuatur; quia non dicitur perfecta alienatio in præiudicium alienantis, nisi secuta actuali traditione, & apprehensione possessionis. Guido Pap. *decis.* 101. † Incontrarium etiam non secuta traditione. Vide Corbul. *tit. de cauſ. priuat. ob alienat. limit.* 38. *fol.* 305. † Extende; quia, etiam si deuenit ad traditionem, non cadit, quando alienauit cum causa accedente consensu domini, & non alias, aliter, nec alio modo; secus, si non adessent illa verba, *& non aliter.* Grammat. *decis.* 49. communem* dicit Clar. *in* §. *feudum. q.* 31. *n.* 5. vbi, quod hæc clausula est resolutiua omnino contractus. Ias. *in d. l. fin. col. pen. C. de iur. emphyt.* Guido Pap. *decis.* 163. Dec. *cons.* 460. Roland. à Vall. * *cons.* 51. *lib.* 2. & communem * dicit Clar. *d.* §. *emphyteusis. q.* 13. *nu.* 5. † Idem, si dixit; *saluo iure domini*; quia non cadit Anch. *cons.* 443. *n.* 17. Guido Pap. *d. decis.* 163. *& cons.* 58. † Declara limitationem, vt procedat, quando non est facta traditio vere, vel ficte; quia sufficit traditio ficta per constitutum. Cuman. *d. cons.* 41. *nu.* 3. *ver. illud etiam.* Fulgos. *cons.* 2. *nu* 1. *ver. contrarium vero* plene Anton. de Butr. * *consil.* 34. *in princ.* & hanc magis communem * dicit Tiraq *de constituto. limit.* 26. *num.* 5. & 6. Clar. *d.* §. *emphyt. q.* 13. *num.* 4. *ver sed quid si.* † Et quod emphyteuta alienans, & tradens possessionem fictam per constitutum; non requisito domino, cadat, est magis * *communis opinio, vt per Caball. in add. Anton. de Butr. *consil.* 34. *in vers. constituti*, vbi plures allegat, & magis* communem, & veram dicit Clar. *in d.* §. *emphyteusis, q.* 13. *n.* 4. † Contrariam opinionem veriorem dicit eadem apostill. ad Anton. de Butr. *cons.* 34. *in ver. constituti*, vbi allegat plures, & tollit fundamentum; quod ex constituto transferatur vera possessio, quando contractus est validus; secus, si nullus, vt hic; quia constitutum est accessorium ad contractum, vide eum; & ratio est; quia si alienatio est nulla, constitutum est nullum, & hanc æquiorem dicit Clar. *d.* §. *emphyteusis. q.* 13. *nu.* 4. vbi, quod secundum eam potest iudicari contra * *communem, maxime, si causa esset cognoscenda sola facti veritate inspecta. Guid. Pap. *decis.* 101. & quod ista est æquior. † Declarat Bald. *cons.* 388. *nu.* 2. *lib.* 1. quod istis, qui tradit, est dominus, sufficit per constitutum, & sufficit traditio ciuilis sola, naturalis sola, vel vtraque simul; imo etiam clandestina, & asinina, quando dominus tradit, vt transferatur dominium. † Declara, quia si actum est ad caducitatem ob non solutionem pet triennium, & per alienationem fictam, etiam quod in alienatione adsit reseruatio consensus domini; tamen locus est caducitati; quia si ea non intrat ex vno capite, intrat ex alio. Vide, *Libellus plures continens causas sufficientes non debet in omnibus iustificari. Concl.* 310. † Limita; quia non cadit emphyteuta alienans cum clausula, *saluo consensu domini, & non alias, aliter, nec alio modo.* Bald. *in c.* 1. §. *fin. n.* 5. * *in fin. quæ fuit prima causa benef amitt.* quem * omnes sequuntur, vt attestatur Rip. *in c. cum Ferrarien. n.* 80. *ver. secundo intellige de const.* Ias. *in rub. ff. solut. matr. n.* 25. Cott. *in memor. suis, in ver. emphyteuta alienans irrequisito domino.* Abb. *in c.* 2. *n.* 10. *extra de feud.* Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum. n.* 85. *& 86. de constit.* Affl. *in c. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder. not.* 24. *n.* 56. *in fi.* Alex. *cons.* 3. *lib.* 1. Curt. Sen. * *cõs.* 8. *n.* 4. Clar. *in d.* §. *emphyteusis q.* 13. *vers. item quæro.* & hanc * cõmunem dicit Rol. à Vall. *cons.* 51. *n.* 30. *lib.* 2. vbi citat alios, & pro hac parte facit; quia illa clausula inducit conditionem, qua non impleta, nihil censetur actum. † Et quod non cadat, quãdo alienauit cum clausula, *accedente consensu domini, & non alias, aliter, neq; alio modo*, etiam si tradidit possessionem, & sit magis communis * *opinio, tenet Bald. *in d. c.* 1. §. *fin. col. fin. quæ fuit prima cauſſ. benef. amitt.* Abb. *in c.* 2. *de feud. col. fin. & c. insinuante. ad fin. extra qui Clerici.* & hanc opinionem à nemine reprobatam dicit Ias. *in l. non solum.* §. *morte. n.* 27. *ff. de nou. oper. nunc.* licet ibi ipse dicat non veram, & eam tenet Rip. *in d. c. cum M. Ferrar. n.* 80. *vers. secundo intellige, de const.* vbi dicit, quod ab ea non est recedendum; quia communis * est, nisi esset facta alienatio in potentiorem, prout etiam dicit * communem idem Rip. *lib.* 1. *respons. c.* 1. *num.* 3. & ab ea vti magis * communi non esse recedendum, dicit Clar. *in d.* §. *emphyteusis* * *q.* 13. *vers. bene verum est.* plene Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gl.* 2. *n.* 28. *& seq.* † Contrarium; quod imo cadat secuta traditione, si prius non denunciauit domino, tenet Gramm. *decis.* 49. dum attestatur consilium ita iudicasse, plures citat Rol. à Vall. *d. cons.* 51. *n.* 29. *& 30. lib.* 2. Corbul. *tract. de emph. tit. de cauſ. priuat. ob alien. limit.* 27. *circa fin.* vbi citat Paris. Dec. Bero. Tiraq. Bald. & alios, & pro hac parte faciunt plura tradita per Corbul. vbi supra, *ampliat.* 31. quia clausula præsumitur in fraudem apposita; & quia dominus debet requiri, vt præferatur: Vnde cum in hoc non sit satisfactum, cadit; & quia factum est contrarium tradendo possessionem. † Declarat Corbul. vbi supra *limit.* 37. *in fin.* quando traditio esset facta personæ potenti, vel res esset difficilis recuperationis, prout etiam Clar. *d.* §. *emphyteusis. q.* 13. *n.* 5. *in fin.* & ante omnes fuit opinio Bald. *cons.* 95. *col.* 2. *ver. si vasallus. lib.* 3. nam dicit Clar. *d. q.* 13. *n.* 5. *in fin.* licet hæc clausula posset tollere contemptum; non tamen tollit præiudicium illatum; ideo approbat isto casu cõtrarium. Vide, Clausula, *non alias, aliter, nec alio modo*, quid operetur. *Concl.* 311. Vide etiam Socin. *reg.* 1. *Vasallus, seu emphyteuta. feudum, seu emphyteusin alienare non potest, in* 2. *fallen.* vbi latissime pro vtraq; parte allegat, quod non cadat, & dicit esse periculosam fallentiam. † Et consensus domini accedens habetur pro inuestitura. Anch. *cons.* 63. *Motiua, in princ.* † Imo, quod si dominus dedit licẽtiam sub conditione, possit alienatio, & traditio fieri ante cõditionem existentem, per plura Castr. *cons.* 329. *Circa primum. col.* 3. *vers. possit quis dicere, per tot. lib.* 2. † Et quod sufficit, quod consensus domini interueniat in traditione rei, licet non interuenerit in venditione, vel legato. Anton. de Butr. *cons.* 23. *n.* 6. † Restringe, quando venditio esset facta in conspectu rei venditæ; quia illa verba, *dedit, vendidit, tradidit*, operantur traditionem possessionis. Fulgos. *d. cons.* 2. *vers. contrarium vero.* † Declara; quia reseruatio iuris domini non releuat, quando animo malignandi, videlicet in fraudem domini fieret. Anch. *cons.* 443. *n.* 17. quod est subscriptum à sex Doctoribus, & præsumitur animo fraudandi. Corb. *tit. de cauſ. priuato. ob alien. ampliat.* 31. *col. penult. & in princ.* plenius Tiraq. *de retract. lign.* §. 1. *gloss.* 2. *n.* 36. Vide, Clausula, *reseruato beneplacito in contractu, vel alia dispositione*, quid operetur. *Concl.* 310. Vide, *Feudum per alienationem denoluitur. Concl.* 193. *n.* 46. *vers. Limita.* † Limita, quando emphyteuta, qui alienauit ante caducitatem intentatam ab Ecclesia rem emphyteuticam alienatã, & traditam recuperauit; quia euitat caducitatem. Spec. *in tit. de locato, vers. nunc aliqua. vers* 96. & pro hac parte in simili Angel. *cons.* 169. *Super puncto. in princ.* vbi, quod hæres prohibitus alienare sub pœna priuationis, si alienat, & recuperat bona alienata ante euentum conditionis restitutionis bonorũ, nõ incurrit pœnã, & pro ista parte facit; quia si requiritur declaratio domini, & ante non sit denoluta, pot purgari mora; & caducitas nõ declarata, in simili. Alex. *cons.* 106. *Viso, n* 4. *lib.* 4. vbi, quod emptor non põt opponere de caducitate vocatis; quia non est illi locus ante declarationẽ. † Contrarium tenet Cum. *d. cons.* 41. *n.* 3. *ver. nec illa receptio,* vbi dicit * cõmunem esse cõtra Speculatorẽ, Bart. *in l. si à me tibi.* * *ff. ad leg. Falcid.* Ias. *in d. l. fi. n.* 137. *C. de iur. emph.* & hanc partem tenet Ant. de Butr. vbi in feudo dicit esse text. *in rub. quid iuris. si post alie. feud.* & ibi Cab. in add. ad ipsum But. *d. cons.* 34. *in ver. quod non*, vbi, dicit * cõmunem ex Dec. *cons.* 160. *n.* 6. vbi de * cõmuni Clar. *d.* * * * §. *emphyteusis. q.* 13. & aliis citatis sup. *n.* 48. † Declara; quia de æquitate euitat caducitatẽ, si domini nõ interest, vt quia ius suũ non est effectũ detetius, & maxime in emphyteusi ecclesiastica; quia in pœnis clerici non debent esse tenaces. Ant. de Butr. *d. consil.* 34. *in fin.* vbi, quod ita Bononiæ fuit obtentum, & sequitur apost. ad Dec. *d. cons.* 160. *n.* 6. prout adducit Cabal. in apost. ad But. *d. cons.* 34. *in ver. æquitate*, & repetit idẽ Ant. de But. *cons.* 37. *in fin.* † Limita; quia ex promissione facta de vendendo nõ cadit emphyteuta; quia aut dominus vult cõsentire, & non cadit, licet vendere cõpellatur; aut dominus nõ vult cõsentire, & tunc nõ tenetur, neq; potest cõpelli. Fulg. *cons.* 11. *Emphyteuta.* † In simili, quod cadat à toto, si vendit partem, facit Ang. *cons.* 168. *Testator in omnib. n.* 3. *ver. venio ad secundum*, vbi, quod si testator instituit hæredem Hospitale cum conditione, quod non possit alienare bona hæreditatis, & si alienabit, cadat, quod cadet à toto per alienationẽ partis, & est communis* opinio, Clar. *in d.* §. *emphyteusis. q.* 13. vbi, * quod cadit à iure suo, *in princ.* Mandel. *consil.* 283. *in princ.* † Contrarium, quod imo si alienat partem, cadat solum à parte alienata, non à tota emphyteusi. Curt. Sen. *consil.* 71. *Super controuersia. col. fin.* Ias. *in l. fin. quæst.* 13. *C. de iure emphyteut.* cum aliis concord.

de qui-

de quibus Tiraq. *de retract.* §. 23 *gl.* 1. *n.* 25. Gozad. *cons.* 86. *n.* 20. vbi loquitur in emphyteusi ecclesiastica, etiam stante statuto laicorum, quod à re tota cadat; quia non procedit in Ecclesia, & hanc * communem * magis, & æquiorem dicit apostil. ad Iac. Mandell. *cons.* 283. *in princ.* allegat Soci. Iun. *cons.* 70. *n.* 14. *lib.* 3. Alex. *cons.* 99. *Visis in fi. n.* 28. *ver. præterea posito lib.* 5. vbi apost. *in ver. partis*, citat Tiraquell. *de retract.* §. 25. *gl.* 1. *nu.* 25. & magis * communem Clar. *d.* §. *emphyteusis q.* 13. *in fin.* † Declara; quia si alienat partem vti emphyteuticam de emphyteusi faciens mentionem, cadit à parte; si vero alienat nulla facta mentione de emphyteusi; quia præsumitur alienasse, vti allodialem, cadit à tota. Corbul. *tract. de iur. emphyt. fol.* 285. *n.* 1. & *fol.* 231. *n.* 8. † Limita, quando emphyteuta venderet cum pacto de retrouendendo statim. Marsil. *in l. fin. nu.* 158. *ff. de iurisdict. omn. iud.* † Limita; quia licet non possit alienare emphyteusim; tamen potest alienare fructus emphyteusis ad vitam suam. Tiraquell. *de retract. lignag.* §. 1. *gloss.* 7. *num.* 47. ideo durante vita illius valet alienatio fructuum. Vide, *Emphyteusis confiscari non potest, & quando secus. Concl.* 221. † Limita; quia potest emphyteuta cõstituere seruitutem in re emphyteutica duraturam, donec durabit emphyteusis, & non cadit, etiamsi faciat sine licentia domini. gl. *in l.* 3. *ff. de seruit.* si tamen emphyteusis ob caducitatem deueniat ad dominum, omnes seruitutes, & obligationes per emphyteutam factæ in re emphyteutica resoluuntur. Guid. Pap. *dec.* 375. vbi idem dicit, si deueniat ad dominum iure prælationis; secus, si alio titulo, prout si emphyteuta donaret, vel daret in solutum. Bald. *in l.* 3. *C. de seruit. & aqua.* Ias. *in d. l. final. C. de iure emphyt.* & ideo finita emphyteusi, erit finita seruitus. Castr. *d. l.* 3. Bart. *in l.* 1. §. *fin. ff. de superfic.* Veronens. *in tract. de seruit. tit. quis possit constituere seruitutem.* & * communem dicit Clar. *dict.* §. *emphyteusis. quæst.* 21. † Extende in vsufructu, qui potest constitui. Vide supra *num.* 26. † Restringe, quando per sententiam non citato domino transfertur. Bart. *in l. sæpe. ver. quarto quæro.* vbi Alex. *ff. de re iud.* & poterit dominus impedire exequutionem. Afflict. *dec.* 380. Bart. *in l. à D. Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic. num.* 5. *ver. sed pone.* † Limita, quando alienatio emphyteusis fuit simulata; quia non cadit emphyteuta, si non est facta traditio. Corbul. *de iur. emphyt. de caus. priuat. ob alien. inpt. dom. lim.* 23. & idem est, quando alienatio remanet suspensa propter incertitudinem loci, & quotæ. Corbu. vbi 3 *lim.* 36. *n.* 3. 4. † Limita, quãdo adest clausula, *ad habendum*, quod intellige quoad primum inuestitum tantum. Corbul. *d. tract. de iur. emphyt. tit. de caus. priuat. ob alien. in* 3. *lim.* † Limita in locatione ad longum tempus; quia non habet locum caducitas, prout in emphyteusi. Rota in vna Romana Casalium 20. Februar. 1576. coram R. P. D. Seraphino apostil. ad Alex. *cons. fin. lib.* 3. *in ver. locare.* quia pœna, quæ est in alienatione, non extenditur ad locationem. † Et ideo locatio ad longum tempus est transitoria ad extraneos hæredes etiam facta ab Ecclesia; secus in emphyteusi. Ruinus *consil.* 163. *num.* 22. *lib.* 1. sequitur Riminald. Iun. *consil.* 44. *num.* 38. *lib.* 1. & cognoscitur, quod emphyteusis est, si modica pensio datur, si magna correspondens fructibus, est locatio, vt ibi, & idem Ruin. *consil.* 77. *num.* 7. *lib.* 1. Roland. à Vall. *consil.* 96. *num.* 20. & *seq. lib.* 1. Gabriel. *consil.* 76. *num.* 15. *lib.* 2. † Contrarium Fulgos. *consil.* 240. cum aliis ibi adiectis, vbi, quod æquiparantur quoad caducitatem longa locatio & emphyteusis, quando fuit data pecunia à principio. † Pro contrario, quod imo sicut emphyteusis non potest alienari sine consensu domini; ita neque locatio perpetua. Aretin. *cons. 55. In causa mihi. num.* 3. *ver. quid plura. & num.* 4. *ver. non obstat præmissis.* sequitur Ruin. consil. Alex. *cons.* 119. *Visis narratis in fin. lib.* 3. vbi apostil. *in ver. locare*, dat cocord. in fin. & hanc partem tenet Clar. *in d.* §. *emphyteusis. q.* 19. † Declara; quia licet requiratur consensus domini in alienatione rei perpetuo locatæ; tamen non intrat caducitas, prout in alienatione rei emphyteuticæ; quia non reperitur iure cautum; ideo licet non valeat alienatio rei locatæ perpetuo; non tamen cadit in commissum, & pœnam. ita Rota in causa Casalium coram R. P. D. Seraphino 20. Februar. 1576. † Declarat apost. ad Alex. *d. consil.* 119. *in fin. lib.* 3. *in ver. locare.* quod pœna, quæ est in alienatione, non extenditur ad locationem, nisi fieri ipsa locatio in fraudem, & damnum domini. † Declarat Fulg. *cons.* 7. *nu.* 3. & 4. vt procedat in liuello, qui est locatio ad longum tempus, quando nihil fuit à principio solutum, alias secus; quia liuellus non est emphyteusis. † Declara; quia non cadit, si dominus sciuit, & passus est longo tempore recipiẽdo pensiones à conductore. Alex. *cons.* 113. *num.* 10. & *seq. ver. hoc magis in specie. lib.* 4. vbi tollit contraria. † Contrarium tenet apostil. ad Alex. *d. cons.* 113. *n.* 11. *in ver. emphyt. lib.* 4. & ipsemet Alex. in simili tenuit contrarium. *lib.* 1. *cons.* 113. † Declarat Alex. *d. cons.* 113. *num.* 11. *ver. vnde in proposito. lib.* 4. quia si constat, quod feudum vel emphyteusis non fuit concessa per inuestituram, sine dubio requiruntur 30. vel 40. anni; si vero dubitatur; quia conductor allegat inuestituram, & ad eam probãdam probat solutiones per longum tempus 10. annorum, sciente domino; & tunc sufficit solutio, & scientia, & patientia 10. annorum. † Declara; quia si frater meus concessit emphyteusim, quam habebat à me, ad vsum tertio, qui soluit mihi pensionem, seu canonem, valet talis concessio ad vsum, quando sciui ego dominus, & passus sum longo tempore. Alex. *d. cons.* 113. *Viso, & diligenter per tot. lib.* 4. vbi pro vtraque parte & hanc tuetur, quando dominus sciuit, & passus est; quia non habet locum caducitas, nisi volente domino. Vide ad ista omnia supra *n.* 25. *& multis seqq.* † Extende; quia emphyteuta, qui nõ habet, nisi vtile dominium, potest alteri in emphyteusim concedere. gl. *Institut. locat.* §. *adeo. in ver. propria.* quam ibi sequitur Ang. Bart. *in l. si quis vi.* §. *deferre. ff. de acquir. poss. in fin.* Ias. *in l. 2. n.* 151. *C. de iur. emphyt.* & videtur text. *in l.* 1. *C. de fun. patrim. lib.* 11. & quod possit, Vide *in ver. Liuellarij qui dicantur, & quid sit liuellus. Concl.* 399. † Et quod emphyteuta non possit concedere bona emphyteutica alteri in emphyteusim irrequisito domino, quando in fraudem animo nocendi domino concederet. Anchar. *cons.* 443. *in fi. ver. ad decimum.* & hanc partem tenet Clar. *in d.* §. *emphyteusis. q.* 20. vbi, quod ita de consuetudine obseruatur; quia negari nõ potest, quin sit alienatio, & idem tenet Ias. *in l fin. n.* 110. *ver. secundo quæro. C. de iur. emph.* † Declarat Ias. *d. l. fin. n.* 111. *C. de iur. emph.* quod bene feudatarius potest subinfeudare, & videtur dicere, quod idem tenet Bald. in emphyteusi. † Limita; quia non cadit, quando facta est alienatio non requisito consensu domini, sed est nulla; quia non seruata forma statuti. Bald. *in l. 2. col. 2. ver. ex prædictis. C. de Epis. aud.* sequitur Aluarot. *inc.* 1. *ad fi.* & ibi Card. Alex. *in princ. tit. quid iuris. si vasallus.* Cremens. *sing.* 112. *Statuto cauetur.* dicens esse singulare, & Aretin. *in l. cum quis. col.* 3. *vers. illud autem ff. de verb. oblig.* † Extende, quando alienatio non est legitime facta nomine Communitatis, quæ habuit in emphyteusim ab Ecclesia, puta, quia sit facta à non repræsentantibus consilium. Alex. *cons.* 99. *Visis in fin. n.* 27. *ver. item, quod dicta. lib.* 7. vbi apostil. *in ver. pœnam*, dat concord. † Extende idem, si nulla est alienatio ex alia causa; quia ex actu nullo non inducitur caducitas. Marsil. *in l. fin. n.* 12. *ff. de quæst. & in l.* 1. §. *præterea. n.* 20. *ff. ad l. Cornel. de sicar. & in sing.* 28. Guid. Pap. *decis.* 590. allegat Bart. *in l. fin.* §. *sin autem sub conditione. C. commun. de legat.* vbi, quod in pœnam gabellæ non incurrit alienans, si alienatio est nulla, quando de nullitate opponitur. Guid. Pap. *decis.* 221. † Limita, quando post alienationem cucurrit longum tempus; quia præsumitur dominus sciuisse talem alienationem. Socin. Iun. *cons.* 22. *nu.* 15. *& seq.* † Extende; quia ex diuturnitate temporis præsumitur licentia, & consensus domini interuenisse. Alex. *cons.* 211. *Viso, & diligenter considerato. col. penult. lib.* 4. Dec. *consil.* 409. *Viso consilio.* vbi multa ad hoc allegat. † Extende; quia si dominus, vel Ecclesia sciuit concessionem alteri factam saluo iure domini, & diu tacuit, non inducitur caducitas. Anchar. *cons.* 443. *nu.* 17. quod est subscriptum à sex Doctor. † Limita, quando donaret. Vide *in ver. Emphyteuta an possit donare, vel legare. Conclus.* 214. † Limita; quia inter se possunt emphyteutæ vendere, sicut possunt diuidere; quia diuisio est alienatio; & quia non potest ius domini effici deterius, quando inter se vendunt, ita per plura tenet Port. Imol. *cons.* 65. *per tot.* vbi *n.* 41. ostendit magis * communem, & plures allegat idem Port. *cons.* 145. *n.* 18. licet * ibi declaret Alexan. *cons.* 189. *Viso. ac mature. n.* 7. *lib.* 2. vbi extendit *n.* 14. *ver. nec etiam obstaret.* quod non requiritur alia licentia domini, quando omnes vocati consentiunt tali alienationi in consortem, & hanc * communem dicit Iul. Clar. *in d.* §. *emphyteusis. q.* 14. * *in fi.* † Contrarium tenent plures, quos ipse Imol. congerit *d. cons.* 65. *n.* 16. Vide Ruin. *cons.* 11. *per tot. lib.* 1. vbi, quod alienatio non valet in præiudicium vocatorum. † Declara; quia valet quoad dominum, sed mortuo alienante non valet in præiudicium vocatorum. Alex. *cons.* 189. *n.* 7. *& seq. lib.* 2. *cons.* 8. *n.* 15 *lib.* 3. vbi apostil. dicit * communem, nisi vocatus esset. † Declara multis modis, vt * per eundem Port. Imol. *cons.* 145. *n.* 18. vbi, quod procedit, nisi tenor inuestituræ contradicat; item, nisi sit aliis ius quæsitum proximioribus; item, quando alii consentiunt; item in casu necessitatis; item, quando extat consuetudo, quæ debet probari, vide eum. † Declara; quia potest alienari in proxime succedsurum sine consensu domini, nec soluitur releuium. Rol. à Vall. *cons.* 64. *nu.* 19. *& seq. lib.* 2. Vide, *Emphyteuta diuidentes, & inter se alienantes. Conclus.* 202. *num.* 7. *& sequent.* vbi plenius declaratur. † Limita; quia licet emphyteutæ non possint irrequisito domino alienare, aut in præiudicium domini directi aliquid disponere; tamen possunt emphyteutæ inter se conuenire, quod emphyteusis pertineat ad alios non vocatos in defectum linearum vocatorum;

quia quoad eos valebit domino non contradicente; secus, si dominus contradiceret. Aretin *cons.*77. *Et ratio.col.*2. *circ.med.* Corn. *cons.*147. *In hac consultatione, ad fi. lib.* 1. & in specie de re Ecclesiæ alienata Ruin.cõs.40. *Visis allegationibus, ad fi.lib.*5.vbi, quod alienatio facta de rebus Ecclesiæ licet nulla sit, non seruata solemnitate; tamen illud intelligitur fauore Ecclesiæ, quæ potest ratificare, sed acquirens non potest ipse allegare nullitatem, facit *l. transactione*
136 *finita. C. de transact.* † Extende; quia possunt emphyteutæ, & vocati in inuestitura inter se alienare. Iaſ. in *l. fin. num.* 116. *C. de iur. emphyt.* Marsil. *singul.*28. *ver. istud tamen limita.* Castrens. *cons.*432. *Cum statutum principaliter. num.*3. *lib.*1. Alexand. *cons.*179. *Viso, & mature*
137 *discusso. num.*17. *lib.*2. † Extende; quia potest emphyteuta testari de emphyteusi inter comprehensos in inuestitura. Iaſ. *d. l fi. num.*75.
☞ *C. de iur. emphyteut.* vbi alios allegat. Vide, & declara vt in *ver. Ac-*
138 *quirens pro se, & filiis. Concl.*439. *ver. Pater. n.*5. *& seq.* † Declara; quia si emphyteusis est ex prouidentia, mortuo alienante, reuertitur
☞ ad eum, cui debetur ex inuestitura. Vide, *Emphyteutæ diuidentes. seu*
139 *alienantes inter se. Concluſ.* 202. *num.*10. *& sequent.* † Limita; quia si emphyteuta non valens soluere canonem posuit alium emphyteutam in locum suum, qui satisfecit directo domino, tam de canone decurso tempore primi emphyteutæ, quam tempore suo, non potest intentari caducitas; quia per receptionem canonis à nouo emphyteuta dominus sibi præiudicauit. Iaſ. in *l. si certis annis. C. de pact. & l. qui in aliena. ff. de acquir. hæred. & in l.*1. *C. qui admitti.*
140 *n.*16. † Limita; quia ex promissione de alienãdo, vel obligatione nõ cadit; quia aliud est vendere, aliud promittere de vendendo. Alex. *cons.*173. *Viso themate. n.*2. *vers. secundo respondeo. lib.*2. siue pro-
141 missio fiat in contractu, siue in vltima voluntate, vt ibi. † Limita, quando emphyteuta venderet irrequisito domino cum pacto legis commissoriæ, vel adiectionis in diem in principio appositio; quia resoluto contractu per euentum conditionis non incurrit caducitatem. Bald. in *l. ab emptione, in vltim. colum. ff. de pact.* sequitur Iaſ. in *l. final. col. penultim. num.*138. *C. de iur. emphyt.* & est ratio; quia conditio resolutiua trahitur retro à principio, & fingit non con-
142 tractum, ac si nunquam factus fuisset. *d. l. ab emptione.* † Limita; quia quando res est penes aliũ, potest feudatarius, & emphyteuta super ea concordare, transigere, & pacisci, promittendo non molestare; quia quando rem non tradit, nõ est alienatio, nec cadit in pœnam. Alexand. *cons.*168. *nume.*7. *lib.*2. & plenius *cons.*38. *In*
143 *themate. n.*2. *ver. secundo princ. lib.*6. † Limita; quia possunt emphyteutæ rem emphyteuticam permutare sine consensu domini, cõ-
* munem * dicit Clar. *d. §. emphyteusis. quæst.* 17. † Declara, dummo-
144 do emphyteuta reuera, & bona fide permutet; secus, si in fraudem domini, veluti si venderet, & fingeret permutare; quia tunc
* non præiudicat domino in iure suo, secundum * communem. Clar. *dict. q.*17. *ver. hoc tamen intellige.* vbi, quod quando in fraudem permutaret, caderet cum emphyteusi, licet nõ ponat pro absolu-
145 to. † Limita; quia potest etiam sine consensu domini emphyteusim hypothecare; quia hypotheca non est alienatio. Clar. *d. §. em-*
* *phyteusis. q.* 18. vbi dicit * communem. † Extende; quia imo in ge-
146 nerali obligatione, & generali hypotheca venit emphyteusis.
147 Clar. *d q.*18. *insi.* † Limita; quia licentia, licet de suí natura debeat præcedere venditionem; tamen potest, & licentia, & consensus præcedere alienationem, & præstari in actu, & post actum alienationis. Castrens. *cons.*329. *Circa primum, in princ lib.*2. vbi, quod va-
148 let pure, vel in diem, aut sub conditione, & alienatio valet. † Extende; quia si pendẽte lite super emphyteusi dominus dedit licẽtiam, vel consensum sub conditione euentuali, si obtinet in lite, licet vendat ante purificatam conditionem, non cadit, sed debet expectari euentus conditionis; quia conditio trahitur retro. Castrens. *d. consil.*329. *n.*2. *ver. quantum ad secundum lib.*2. vbi, quod du-
149 bia exclusio caducitatis sufficit. † Extende; quia talis licentia conditionalis concessa releuat emptorem etiam mortuo venditore; quia licet conditionis implementum non valeat, nec transeat ad hæredes, & successores: tamẽ secus est, quãdo fundatur super iure, quod trãsit ad eos. Castr. *d. cõs.*329. *col.*2. *in fi & col.*3. *in pr. v. & si*
150 *dicatur. lib.*2. † Extende, etiam si emphyteuta habens licentiã conditionalem vendidit ante conditionẽ, & postea mortuus est sine descendentibus; quia licet si non vendidisset, emphyteusis esset reuersa ad Ecclesiam; tamen secus est facta venditione; quia attẽditur linea subrogati, & non linea venditoris. Castr. *d. cons.*329. *col.*
151 2. *ver. & si dicatur. & per tot. lib.*2. † Limita, quãdo esset solitum præscriptum, quod Eccle ita inuestituras faceret emptoribus; quia iudicatur à principio ita fuisse conuẽtum. Corn. *cons.*250. *lib.*3. Percira *de renouat. emphyt. quæst.*5. *n.*5 *ad fi.* Corbul. *de iur emph. tit. de euiſ. pritat. ob alien. q.*1. *fol.*311. vbi, quod licet emphyteuta, qui est in vltima generatione, non videatur posse dare plus iuris, quam habeat; tamen si dominus dat licẽtiam alienandi, tenetur inuestire emptorem, prout in prima inuestitura pro se, & tertia generatione, si ita fuit prima inuestitura, & dicit ita seruari. † Limita, quan-
152 do adesset pactum, quod emphyteuta possit cuicunq; vendere; quia potest sine consensu domini; sed tamen non præiudicat vocatis, quin possint emphyteusim recuperare. Corb. *d. tract. de iur. emphyt. q.*7. *fol.* 323. *per tot.* & plenius in *prima limitat. tit. de caus. priuat. ob alienation. fol.*240. vbi dicit * communem, & dat duas decla- *
153 rationes, quas vide. † Vide Corbul. *d. tract. de iur. emphyt.* qui ponit
154 limit.44. & ampliationes 53. † Limita, quando alienatio probatur simulata; quia tunc non cadit. Cuman. *cons.*41. *n.*2. *in fi. & num.*
155 3. *vers. nec obstat, iuncto princip.* † Limita; quia potest in feudum dari, prout etiam donari. Corbul. *d. tract fol.*293. *limit.*27. † Limita per
156 viam transactionis: item potest inducere seruitutem. Corbul. *fol.*
157 293. *& sequenti.* † Limita; quia emphyteusis potest alienari irequisito domino, si extat consuetudo. Bald. *consil.*460. *Factum tale*
158 *est, in princip. lib.* 4. † Et idem est, quod potest subinfeudari stante consuetudine; ideo Communitas recognoscens ab Ecclesia in
159 emphyteusim, potest eadem bona illis de Communitate distribuere in similem emphyteusim, stante consuetudine. Bald. *consil.* 503. quod est vltimum. *lib.*5. vbi in fin. dicit, quod si deuoluatur ob canonem per particulares non solutum, res deuoluta spectat ad Ecclesiam; quod non credo verum, quãdo Communitas Ecclesiæ soluisset. † Limita; quia licet non possit alienari; tamen potest
160 obligari, & hypothecari; imo in generali hypotheca venit emphyteusis. Vide, *Hypotheca in quibus cadat, vel non. Concluſ.* 115. † Limita, quando ex conuentione hoc est in inuestitura; quia non
161 cadit. Baldus *dict. cons.* 460. *in princip. lib.* 4. Simon de Præt. *consil.* 106. *in fin.* vbi, quod habet tunc naturam allodialium, non emphyteusis. † Extende; quia data licentia disponendi de emphy-
162 teusi libere, potest alienari in extraneos. Simon de Præt. *d. consil.* 106. *num.* 87. *& in fin.* † Declara; quia si in inuestitura est data licentia alienandi sine licentia, & disponendi, salua tamen pro-
163 prietate domino directo, est propria emphyteusis, & pactum non operatur, nisi illud, quod operaretur particularis licentia, vel facultas singula vice. Gabriel. *consil.*84. *num.*23. *& num.*25. *lib.*2. † Restringe; quia huiusmodi licentia data sine causæ cognitione durat tantum in vita Prælati concedentis; nam sicut non posset emphyteusim non apertam concedere in præiudicium successoris; ita nec licentiam alienandi concedere, ita Corbul. *tractat. de iur. emphyteut. de caus priuat. ob alienatio. in sexta ampliat. fol.*172. *& sequent.* † Limita, nisi dominus post alienationem factam sine con-
164 sensu illam ratificaret; quia tunc conualidatur. Bal. *d. consi.*460. *n.*
165 2. *lib.*4. † Extende, etiam si postquam sciuit alienationem, accetauit canonem à nouo emptore. Alexand. *cons.*113. *Viso, & diligenter considerato. num.*9. *& sequent. lib.*4. sequitur Dec. *consil.*185. *In*
166 *causa istorum nobilium. num.*10. *& sequent.* † Limita, quando emphyteusis est concessa pro se, & quibus dederit; quia poterit alienare irrequisito domino, secũdum * communem. Clar. in *d §. em-* *
167 *phyteusis. quæst.*13. *n.*7. *versic. vlterius quæro.* † Limita; quia si in inuestitura est pactum, quod liceat emphyteutæ vendere emphyteusim, poterit illam vendere sine licẽtia domini; quia alias illa clausula nihil operaretur; quia si licentia domini est necessaria, nihil
* operatur pactum, communem * dicit Clar. in *d. §. emphyteusis. n.*9. *
vers. sed pone, vbi, quod Speculat. qui tenet contrarium, communiter reprobatur, & cum hac parte Roma. *singul.*475. vbi apostill. *
dicit * communem, & quod communiter Specular. reprobatur.
168 † Contrarium tenet Specula. *de locato. §. nunc aliqua. ver.*84. & eum
169 comprobat Boer. *decis.*249. *n.*9. † Declarat Tiber. Decian. *consil.*4. *n.*11. *lib.*1. vbi, quod intelligitur data facultas, dummodo expresse reseruet domino directum dominium, & *n.*25 *& seq.* plura cumulat, quid operetur hoc pactum factum in inuestitura. † Limita, vt
170 procedat, etiam si in inuestitura sit data licentia tacita, puta quia dominus prohibuit, quod non possit alienare maioribus, & potentioribus; quia censetur data licentia pro aliis, qui non sunt
* maiores. Rui. *cons.*213. *n.*6. *lib.*1. vbi, quod opinio verior, & * cõmu-
171 nior. † Contrarium tenet Clar. in *d. §. emphyteusis. q.*13. *num.*8. *ver. sed quæro*, vbi, quod si diuidetur, quod istud pactum appositum fauore domini nõ debeat in eius odium retorqueri, & credit Ruin. se decidere, licet non audeat contra eum decidere. Vide Socin. *reg.*6. *Emphyteuta rem emphyteuticam vendens à iure suo regulariter cadat.* limitat tribus modis, si ignorans rem emphyteuticam vendat, si habet pactum vendendi, & si esset nulla venditio non seruata solemnitate. Vide plenius eundem Soc. *regul.*1. *Vasallus. seu emphyteuta feudum, vel emphyteusim alienare non potest*, vbi ponit sex alias fallentias, quas videas per te. Vide, *Feudum non potest alienari per va-* ☞
*sallum, & quando secus. Concl.*186.

Emphy-

Emphyteuta plurium non alienat sine consensu omnium. Concl.208.

EMPHYTEVTA † plurium dominorum pro indiuiso non
1 potest vendere rem emphyteuticam de consensu maioris partis, saltem respectu portionis illius, qui contradicit; quia tenetur vendere domino ratam suam pari pretio ad ratam pretii integri pro quota, etiam contradicentibus aliis dominis. Oldrad. *cons.*34. *Quæstio talis est.*

Emphyteusis vendi debet potius domino, quam alteri. Concl.209.

DOMINVS † directus præfertur cuicunq; alteri in emptio-
1 ne rei emphyteuticę. Ias. *in l.fin.C.de iur.emphyt.* Sim.de Præt. *cons.*96.*n.*9. vbi extendit idem in locatione, & aliis contractibus, exemplo vsufructuarii, qui magis tenetur locare domino pro-
2 prietario volenti, quam alteri. † Si vero dominus non velit emere pro se, non potest denegare licentiam vero emphyteutæ alteri vendendi. Castr. *cons.*329. *Circa primum.col.fin.n.3 lib.*2. vbi secus, si non esset emphyteuta verus; quia non tenetur dare licentiam. Et
3 in † tantum est verum, quod si non velit emere pro se, teneatur dare licentiam vero emphyteutę vendendi alteri, vt sit cautela ad impediẽdum, vt per mortem emphyteutæ deuoluatur ad domi-
4 nium. Castr. *d.cons.*329. *col fi.n.3.lib.*2. † Restringe; quia præfertur, quatenus velit rem pro se; sed secus est, si pro amico suo; quia hoc
5 ius, & priuilegium alteri cedere non potest. Bart. *in l.*4. *§.cum igitur.in q.C.de in diem adict.* Guid.Pap. *decis.*411. † Amplia; quia si dominus præferatur in emptione emphyteusis, prout de iure omnes seruitutes impositæ per emphyteutam super re emphyteutica resoluuntur; secus, si dominus habuisset ab emphyteuta alio titulo, puta donationis, vel dationis in solutum; quia teneretur fatę seruitutibus. Guido Pap. *decis.*575.

Emphyteusis quibus alienari, vel concedi non possit. Concl.210.

NON † reperitur textus expressus, qui prohibeat personas a-
1 liquas ab emphyteusi; sed tamen multæ sunt personæ, quibus non potest alienari, vel concedi, prout sunt potétiores. Alex. *cons.*106. *Viso themate.n.*3. *lib.*4. vbi, quod aliqui text. faciunt mentionem, quod nõ transeat ad personas prohibitas, sed nullus textus exprimit, quæ sint personæ prohibitæ, & *cons.*9. *Viso themate. n.*5. *lib.*3. vbi apost. *in ver. potentiori.* & idem dicit Clar. *in §. emphyteusis,* q.22. vbi, quod de practica excluduntur potentiores, vt clerici, * milites, curiales, & similes, & est * communis opinio. Vide supra, *§. Emphyteusis ecclesiastica quibus possit concedi, vel non. Conclus.*158. *n.*6. *&*
2 *seq.* vbi exprimuntur personæ prohibitæ. Vide, *Emphyteusis ecclesiastica an transeat ad aliam Ecclesiam, vel non. Concl.*161. † Extende; quia imo emphyteusis ecclesiastica non potest concedi, nec censetur concessa naturalibus & illegitimis, etiamsi sint legitimati per Imperatorem, & etiam si adsit clausula, *& quibus dederit.* plene Gabr. *cons.*86.*n.*48. *& seq. per tot. lib.*2. Bart. *cons.*120. *Verutius. in princ. lib.*1. vbi, quod tales filii naturales & spurii non succedunt in emphyteusi ecclesiastica propter dignitatem Ecclesiæ; & quia non sunt in potestate, illis pater non acquirit; & quia non possunt haberi sine peccato, de illis nõ cogitauit, & ibi apost. 1 *in ver. Verutius.* Ex-
3 tende, † etiam si spurius sit legitimatus ex cautela; quia pater ipsum filium nominauit. Batt. *d.cons.*120.*n.*2. *& seq. vers. secundo vi-*
4 *dendum. lib.*1. † Et quod emphyteusis concessa alicui cum pacto, quod deueniat in filios, & nepotes ex legitimo matrimonio natos, & si non habuerit filios, possit extraneo concedere, debeat intelligi, dummodo tempore mortis non habeat filios; itẽ, quod si non habeat filios, nõ possit relinquere filio illegitimo; quia debet extraneus intelligi legitimus & naturalis. Batt. *cons.*75. *Viso instrumento. in pr. lib.*1. vbi apostil. dat concord. *in ver. Viso instrumento.*
5 † Limita; quia emphyteusis secularis, & prophana potest alienari in Ecclesiam; quia non reperitur iure prohibitum; quia verba facientia mentionem de personis prohibitis intelligũtur per patum, vel per consuetudinem. Alex. *cons.*120. *Super eo.n.*3. *vers. non*
6 *obstat, quod de iure communi. lib.*1. † Contrariũ videtur tenere Alex. *cons.*76. *In causa & lite.num.*5. *ver. tamen talis donatio. lib.*7. vbi, quod Ecclesia est de personis prohibitis, vt *in c. potuit. de locat. cum ibi not.* & apostill. ad Alex. *in ver. Ecclesiæ.* & idem dicit Clar. *in §. emphyteu-*
7 *sis.q.*33. *in fin.* vbi dicit * communem, citat Paris. *in cap. in præsentia. n.*196. *de probat.* † Extende; quia Ecclesia non reperitur prohibita habere emphyteusim secularem ad effectum, vt intra annum vendat, & pretium consequatur; quia ita seruatur de consuetudine. Alex. *d.cons.*120. *n.*4. *ver. præterea posito. lib.*1. vbi apost. *in ver. consuetudine. lib.*1. Ias. *in l.fi.C.de iur. emphyt. n.*96. † Extende; quia pro-
8 hibitio, quę est, quod emphyteusis non transeat ad Ecclesiam, est per viam contractus, non autem ex vltima voluntate. Alex *d.cons.*120. *num.*4. *ver. potest etiam. lib.*1. † Extende; quia potest transire ad
9 Hospitale non fundatum authoritate Episcopi; quia licet sit pius locus; non tamen prohibetur; quia non habet priuilegia Ecclesiæ. Alex. *d cons.*120. *n.*3. *ver. posset etiam responderi. lib.*1. Vide, *Emphyteusis ecclesiastica an transeat ad extraneos, & quid si est privati. Concl.*162.

Emphyteuta cadens, an à toto, vel à parte cadat. Concl.211.

EMPHYTEVTA † non soluens canonem, videlicet privati
1 intra triennium, & Ecclesiæ intra biennium, cadit à tota emphyteusi, licet deficiat in nummo tantum. Cuman. *cons.*164. *Prælatus certæ Ecclesiæ. in princ.* Bald. *in rubric. C. de contraben empt. col.*3. *ver. deinde quaro.* bene Clar. *in §. emphyteusis.q* 8. *n.*4. vbi dicit * communem. † Declara; quia si pensio præstaretur distributa pro singula
2 pertica, vel tornatura terræ tantum pro recognitione; tunc defectus in parte regulari deberet pro rata; secus, si vna sit pensio pro toto. Clar. *d §. emphyteusis.q.*8. *n.*4. † Extende; quia si sunt plures
3 hæredes inuestiti, & omnes soluunt, excepto vno, cadũt omnes, ita Clar. *d. §. emphyteusis.q.*8. *n.*13. vbi, quod magis * communis est
4 opinio. † In contrarium allegat Alber. attestantem de * communi, quod dicit Clar. procedere forte secundum tempora Alber. hodie vero magis * communis est pro extensione. † Amplia; quia
5 si alienat partem, cadit à toto. Mandell. *cons.*283. *in princ.* † Contrarium; quod imo solum cadat à parte, est magis * communis opinio, vt dicit Clar. *in d. §. emphyteusis.q.*13. *in fin.nu.*10. *ver. non omittant.* vbi, quod non legit apud aliquem, quę sit magis communis; sed ipse voluit enumerare Doctores, & ista est magis * communis.
6 Vide, *Emphyteuta non potest vendere sine consensu domini. Conclus.*207. † Amplia, vt idem sit, quãdo emphyteuta rem deteriorauit; quia
7 cadit à tota re. † Extende, quando adest pactum ad meliorandum in inuestitura; quia, vt aliquid operetur, pro modica deterioratione potest expelli. Natt. *cons.*481. *nu.*14. *& seq.* † Extende;
9 quia non fit compensatio meliorationum cum deteriorationibus, vt plene Natt. qui declarat *in consil.*482. *per totum.* vbi, quod bene fit compensatio in eadem re; secus in alia. † Limita, quan-
10 do concessio esset facta pluribus simpliciter, & non in solidum; quia intelligitur concessio facta cuilibet pro rata; & vno non soluente, non cadit in commissum, nisi rata non soluentis; quia censetur facta cuilibet pro rata. Crot. *in l. qui Romæ. §. duo fratres n.*66. *ff. de verb. oblig.*

Emphyteusis an possit dari in dotem, & mortua vxore, cui debeatur. Concl 212.

EMPHYTEVSIS † concessa prõ se, & filiis cũ clausula, *quod*
1 *superuiuentibus accrescat*, si detur in dotẽ filiæ, mortua filia cum filiis, si postea filia ex filia decedãt, nõ succedit pater, sed patruus in inuestitura vocatus quoad partem; quo vero ad aliam medietatem spectantem ad masculum, quam dedit in dotem, sibi præiudicauit. Bald. *cons.*206. *Punctus. concessa. lib.*5. † Declarat Corbul.
2 *tract. de iur. emphy.* vt reuertatur ad inuestitos, quando dotans non potuit præiudicare vocatis in inuestitura, alias secus, *in limita.*20. *n.*4. *& seq.* vbi plures citat. † Et qualiter possit dari in dotem, plenissime Corb. *d tract. de iur. emphy fol.*282. vbi ampliat, videlicet, vt possit dari in dotem inæstimata tantum pro fœmina, quæ non est de vocatis in inuestitura; & ratio est; quia dominus nõ debet interpellari hoc casu; pro fœminis vero, quæ sunt de vocatis, potest
3 dari in dotem, tam nõ æstimata, quam etiam æstimata. † Amplia;
4 quia emphyteusis ecclesiastica cõcessa pro se, & hæredibus; quia intelligitur de descendentibus, si detur in dotem, licet maritus recipiat inuestituram mortua vxore sine filiis, licet instituerit maritum hæredem; tamen emphyteusis ecclesiastica reuertitur ad vocatos in inuestitura; quia inuestitura facta marito resoluitur. Petr. de Anch. *cons.*38. *Mortua dicta domina, per tot.* maxime *in prin.* vbi, quod ita consuluit cum aliis vitis magnæ authoritatis. † Ex-
5 tende, vt procedat, etiam si bona emphyteutica fuerint diuisa inter duas sorores, vel sororem, & fratrem; quia si vna soror dedit in dotem, & est mortua sine filiis, instituto marito, nõ potest maritus quantumcunque inuestitus ab Ecclesia obtinere, sed reuertuntur ad alios vocatos. Per. de Anch. *d. cons.*38. *in pr. & per tot.* maxime *num.*6. vbi, quod consuluit cum aliis aduocatis. † Amplia;
6

* quia emphyteusis potest dari in dotem, & est * com. opin. Alex. *cons.*173. *Viso themate.in pr.lib.*2. vbi dicit, quod licet non fuerit requisita licentia ab Ecclesia,tñ cadit. †Extende;quia potest multo magis obligari & hypothecari. Alex.*d.cons.*173.*n.*1.*ver.itẽ potuit.*
* 8 *lib.*2.vbi dicit * communem. † Declara;quia talis datio in dotem durabit solum tantum tempus, quantum durabit emphyteusis; quia resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris;&idem in hypotheca, & obligatione,quæ valet,sed resoluitur finito iure eius,
9 qui obligauit. Alex.*d.cons.*173.*Viso themate.n.*1.*lib.*2. †Intellige declarationem; quia nõ dicitur resolutum ius emphyteutæ,qui dedit in dotẽ,vel obligauit rem emphyteuticã Ecclesiæ,licet moriatur is, qui dedit,& obligauit; quia donec durat emphyteusis etiã in alium,siue hæredẽ, siue exprouidentia, dicitur durare ius primi inuestiti,quod est mirabile,donec deuoluatur ad dominũ,& dominiũ vtile consolidetur cum directo. ita Alex.*d.cons.*173.*Viso them.n.*5.*ver.& licet dictus.lib.*2. quod ego credo procedere quoad primum acquirentem,non quoad alios,qui non habent causam,
10 neq; ius, nisi à primo acquirẽte. † Amplia;quia bona emphyteutica etiam Ecclesię possunt dari in dotem absq; consensu domini directi,& absque solutione laudemii, siue detur æstimata, siue non, dummodo fiat sine præiudicio directi domini, & canonis præstandi p emphyteutas.Spec.*in tit de locato.*§.*nunc aliqua.n.*109. & 123. quem refert,& sequitur alios adducẽdo Ias.*in auth.res quæ. C.com.de leg.n.*32.*ver.*17.*extende.* Soc.*in suo tract.fallent.in reg.alienare prohibitus.in vlt.ampl.* Alex.*d.cons.*173.*Viso themate.n.*1.*vers.ad quod ostendendum.lib.*2. Mars.*sing.*443.*post quam sum in materia dotu.ver.attamen teneas menti.* Soc.*cons.*25.*Dominus Franciscus.n.*10.*lib.*1.Bald.*cons.*206.*Punctus.n.*1.*lib.*5.Ias.*in l.si.C.de iur.emph.n.*108. vbi ẽt Sal.*n.*10.
11 † Declara;quia ampliatio procedit, quãdo is, qui dotat filiam in bonis emphyteuticis,non habet alia bona libera,in quibus possit dotare;quia cum sit dotatio, & alienatio necessaria, non soluitur laudemium;&idem,si filia dotata esset de comprehensis in inuestitura, cui post mortem dotantis res emphyteutica esset debita; quia isti, qui sunt succesturi,& vocati, non tenentur ad laudemium,alias secus. ita Crauett.*consil.*215.*Pater dedit per tot.* vbi *n.*6. extendit,etiam si adesset pactum, quod teneretur soluere pro om-
12 ni,& quacunque alienatione.†Restringe ampliationem;quia licet possit dari in dotem sine licẽtia, vt supra; tamen si tradita fuit possessio,antequam consensus domini accesserit,est locus caducitati. Corbul.*tract.de iur.emphyt.limit.*20.*n.*2.*ver.ideo sicut donatio.*

☞ Vide, *Feudum an possit dari in dotem. Conclus.*188.

Emphyteuta ex necessitate potest alienare,& quando secus. Concl.213.

1 EMPHYTEVSIS † potest alienari ex causa necessaria, puta ad instãtiam creditoris, & ex decreto iudicis pro satisfaciendo creditoribus, quando nõ adest pactum expressum,quod non possit alienari; quia ex sola natura emphyteusis non impeditur.
2 Bald.*cons.*306.*per tot.lib.*1. † Amplia in emphyteusi ecclesiastica; quia potest dari in solutum per debitorem existentem in carceribus suo creditori,& non cadit. Afflict.*decis.*191.plenissime declarat Corb.*de iur.emphyt.fol.*979.*cum seq.* † Contrarium, q datio in
3 solutum sit alienatio, & non possit fieri sine licẽtia domini. Ang.
4 Aret.*cons.*139.*n.*3.*in fi.*§.*sed videndum.cum seq.* † Declara; quia hæc alienatio duntaxat ad vitam alienãtis durat, non in præiudicium vocatorum. Vide, *Emphyteuta quibus casibus alienet durante vita sua.*
☞ *Concl.*216. † Amplia; quia potest per hæredis institutionẽ alienari; quia est causa necessaria. Alex.*cons.*189.*Viso.& mature.n.*12.*vers.*
6 *confirmo.lib.*2. † Limita, quando esset ex pacto prohibita alienatio;quia tunc,etiam si adsit necessitas, non potest alienari. Mandell.*cons.*194. † Limita; quia si emphyteuta dat in solutum rem
7 emphyteuticam Ecclesiæ,cadit. Angel.Aret.*d.cons.*139.*Antequam veniam.n.*3 *& seq.ver.sed videndum.* vbi *n.*4. quod datio in solutum
8 est alienatio. † Extende, etiam si datio in solutum fiat per tutorem; quia pupillus cadit,licet tutor teneatur de suo. Angel.Aret.
☞ *d.cons.*139.*n.*4.*& seq.* vbi late. Vide, *Necessitas non habet legem. Concl.* 19.*& Conclus.ibi prox.seq.num.*20.

Emphyteuta an possit donare,vel legare emphyteusim. Concl.214.

1 EMPHYTEVTA † fisci potest donare,& legare emphyteusim;quia saluum est ius fisci.Bald.*cons.*160.*Quæritur,vtrum.in pr.lib.*3.& procedit non requisito fisco. Alex.*cons.*120.*Super eo.col.*
2 *pen.in fi.lib.*1.†Extende idem in emphyteusi Principis; quia potest emphyteuta donare,vel legare irrequisito domino. Clar.*in* §
* *phyt.q.*15.*col.*1.*in fi.ver.quæ opinio.* vbi, quod ita tenent * omnes Canonistæ & Legistæ. † Extende idem in emphyteuta Reipublicæ; 3
quia potest legare,vel donare non requisita Republica; ratio est; quia saluum est ius Reipublicæ,& fisci; quia possunt compellere quemcunque ad soluendum. Ias.*in l.si domus.*§.*si fundus.n.*34.*circa fi.ff.de leg.*1. Alex.*cons.*120.*col.pen.in fin.lib.*1. Amplia in emphyteusi priuati; quia potest donari & legari irrequisito domino. plene Clar.*in d.*§.*emphyt.q.*15.*in pr.* vbi citat plurimos attestãtes de * com- *
munem. † Amplia etiam in donatione ecclesiasticæ emphyteusis, 4
vel in legato; quia valet, & non reuertitur ad dominum, neq; ad Ecclesiam. Bald.*d.cons.*160.*in pr.lib.*3. vbi, quod istam causam habuit contra Bart. in contradictorio, & hanc * communem dicit * Ruin.*cons.*161.*n.*22.*lib.*4.dummodo donatarius non inducatur in possessionem sine licentia domini, & * communem contra Bart. *
dicit Ias.*in d.l.si domus.*§.*si fundus.n.*34.*ff.de leg.*1.& hanc magis communem * dicit Corb. qui infinitos citat,*de iure emphyt.titul.de caus.* *
*priuat.ob alien.lim.*13.*fol.*267. vbi idem de emphyteuta fisci Principis,& Reipublicæ,& ita etiam tenet apostill.ad Alex.*cons.*9.*Visis.* *n.*10.*in ver.communi.lib.*2.& hanc magis * communem dicit Alex. *
*cons.*187.*In hac causa.num.*12.*vers.sed ita est.lib.*2.& repetit de magis communi * idem Alex.*cons.*189.*Viso.& mature.n.*13.*vers.& hoc etiam.lib.*2.*& cons.*17.*Ponderatis.n.*10.*ver.quoad quartum.lib.*5. vbi dicit * communem,& ibi apost.*in ver.donare*,dat concord. pro vtra- *
que parte, & hanc tenet. † Extende, vt procedat etiam in omni 5
alienatione titulo lucratiuo.Alex.*d.cons.*189.*n.*13.*lib.*2.& hanc etiam magis * communem dicit Clar.*in d.*§.*emphyteusis.col.*1.*in fi.ver.* *
*quinimo.& col.*2.*in princ.* vbi, quod ista est tenenda,dummodo saluo iure domini fiat; quia cessat ratio, an dominus velit pro se pro æquali pretio. † Cõtrarium, quod emphyteusis ecclesiastica,vel 6
priuati non possit donari, vel legari sine consensu domini, alias cadat,& reuertatur ad dominum,prout quando alienatur,tenet Bart.*in l.fin. C.de iure emphyt. & in d.l.si domus.*§ *fin.ff.de leg.*1. Alex.*d. cons.*9.*Visis.n.*10.*ver.praterea.lib.*2. vbi hoc maxime affirmat in emphyteusi ecclesiastica,quæ non potest legari,neq; donari,& apostill.ad Alex.*cons.*17.*n.*11.*lib.*5.*in ver.donare*, citat pro vtraq; parte.
† Declara, vt plene per Abb.*consil.*74.*Duo principalia.lib.*1.*col.*1.*&* 7
per tot.ver.dubium est circa illos,qui donauerunt. vbi recitat opiniones & argumenta pro vtraq; parte, & dicit, quod ex vtilitate, vel necessitate potest Ecclesia concedere in perpetuam emphyteusim, & si constat de consuetudine loci, quod ad extraneos transeat, vel non emphyteusis Ecclesiæ,illa est seruanda; & idem,si apparet instrumentum,quod ex causa sit perpetua,& in extraneos,illi statur,& potest donari sine consensu domini;quia donando donat solum vtile dominium,& domino remanet saluum directum dominium; secus,si donaret rem vti liberam; quia caderet.†De- 8
clarat Alex.*d.consil.*9.*n.*10.*vers.& maxime.lib.*2. quia emphyteusis ecclesiastica non potest donari,neq; legari simpliciter,non reseruato iure, & consensu domini. &*in ver.item ad d.l.* dicit, q in emphyteusi priuati,vel Reipublicæ procedit ampliatio; contrarium vero in ecclesiastica. †Et ideo si emphyteuta donaret iure pprio, 9
& nõ reseruato iure domini,cadit,& potest expelli. Alex.*cons.*187. *In hac causa.n.*12.*ver.sed ita est.lib.*2.†Declara;quia emphyteusis ec- 10
clesiastica,vel prophana,si est stipulata pro se,& filiis,& nepotib. seu descendentibus,vt filiis,& descendentibus vltra primum acquirentem, non potest filius, vel descendens primi acquitẽtis legare in præiudiciũ aliorũ,pro quibus facta est acquisitio.ita Alex. *cons.*8.*Visis subtilissimis.n.*15.*vers.alteri autem non potuisset.lib.*3. & ibi plena apost.*in ver.legare*,quæ dicit hanc esse veritatem; & contraria,quę videntur,loquuntur in diuerso casu,quando emphyteusis,vel feudum fuit acquisitũ pro se,& filiis,& hæredibus,& sic est hæreditariũ; vel loquuntur,quando filius est hæres patris,qui legauit,& allegat plurimos pro ista distinctione,quam dicit * com- *
munem. † Declara, seu restringe quinque modis; quia vt valeat 11
donatio, vel legatum emphyteusis ecclesiasticæ, vel priuati non requisito domino, quinque sunt necessaria, de quibus Clar.*in d.* §.*emphyteusis.q.*15.*n.*2.*vers.arbitror tamen.* † Primũ, q donatio, vel 12
legatum fiat in personam non prohibitam de iure communi, vel ex conuentione. †Secundum,quod nulla subsit fraus;quia si fin- 13
geretur donatio pro venditione, deuoluitur. † Tertium, quod 14
res donetur, vel legetur tanquã emphyteutica; quia si tanquam libera,caderet,vel tacito, q sit emphyteutica Ecclesiæ,vel priuati,prout est † Quartum, quod antequam donans tradat possessionem,requirat assensum domini,quem tenetur præstare, si do- 15
natarius est idoneus,communem * dicit Clar.*d.*§.*emphyt.q.*15.*n.*2. *
ver.quod. vbi citat plures de communi attestãtes; sed tamen assensus domini debet expectari per duos menses. † Quintum, quod 16
donatarius soluat laudemium, Clar.*in d.q.*15.*n.*2.*circ fi.ver.& quinto.*& est * communis opinio. idem Clar.*d.* §.*emphyteusis.quæst.*23. *
*n.*2.

n.2.ver.sed quæro.† Extende, etiam si adsit pactum de non alienando irrequisito domino. Grat.*cons.* 87.*nu.* 8.*& sequent. lib.*1. Capra *cons.*128.*n.*9.*& sequen.* Bero.*cons.*86.*n.*28.*lib.*2. Corbul. vbi supra.

† Contrarium, quando adest pactum. Ruin.*cons.*161.*nu.*23.*lib.*4. Alex.plene*d cons.*9.*Visis n.*10.*ver. tertio confirmatur lib.*2.† Restringe, quãdo vltra prohibitionem legis adesset prohibitio hominis, quod non posset alienari; quia tunc neque posset donari; quia duplex prohibitio hoc operatur. Ruin.*d.cõs.*161.*n.*23.*lib.*4.† Cõtrarium, quod in alienatione titulo lucratiuo, prout est donatio & legatum, non sit necessarius consensus domini, nec cadat donans, vel legans, dicit magis * communem opinionem Alex.*cons.* 189.*Viso, & matur. n.*13.*lib.*2.*& cons.*120.*Super eo. n.*5.*vsque in fi. lib.* 1. vbi dicit * communem, à qua in iudicando non debet recedi.

† Restringe; quia licet possit donari emphyteusis sine licentia domini, non tamen potest dari possessio donatario sine licentia domini, alias caderet Ruin.*d.cons.*161.*n.*22.*lib.*4. vbi intelligit de vera, & actuali traditione; secus per constitutum; quia non caderet apostill. ad Alex.*cons.*120.*n.*5.*lib.*1.*in ver. donari*, & idem Alex. *clare cons.*119.*Visis narratis n.*6.*ver. preterea. lib.*3.† Et quod non possit dari possessio per donantem, alias caderet, infra *n.*24. † Contrarium, quod imo possit donari & legari irrequisito domino, & non cadit, communem * dicit Alex.*d.cons.*120.*n.*5.*vsque in fi. lib.*1. vbi plures dicit * communem, & quod procedit tam in emphyteusi, quam in liuello priuati; quia in hoc à pari procedunt.† Declarat apostill. ad Alex.*d.cons.*120.*n.*5.*in ver. donari. lib.*1. quod Alex. potest saluari, quatenus se referret ad consuetudines, alias de iure male loquitur.† Amplia; quia potest legari emphyteusis etiam priuati; quia aut valet legatum, & bene; aut non valet; & non reuertitur ad dominum, sed ad legantem, & hæredem legantis. Bald.*cons.*160.*circa fi. ver. aut loquimur in legato. lib.*3. vbi, quod Cynus, qui tenuit contrarium *in l. fi. C. de iur. emphyt.* inconsiderate locutus fuit. Alex.*d.cons.*189.*n.*13. vbi magis * communè dicit *lib.*2. † est communis * opinio Corbul.*d. tract. at. limitat.*14.*fol.*272. Vide, *Emphyteuta non potest vendere. Concl.*207.*n.*71.† Limita in donatione emphyteusis personæ priuatæ, & particularis; quia si est detentum ad traditionem, non requisito domino, reuertitur ad dominum, etiam si esset vnus Baro, vel magnus Comes. Bald.*d. cons.* 160.*circa pr. ver. aut est emphyt. alicuius priuati. lib.*3.† Extende; quia non potest res emphyteutica donari sine licentia domini. Guido Pap.*dec.*46. vbi allegat plura ad hoc, vbi etiam apost. † Restringe, quando non intercessit traditio, Bald.*d. cons.*160.*circa med. vers. aut donatio non peruenit. lib.*3. Alex.*cons.*119.*Visis narratis. n.*6.*ver. præterea. lib.*3. Vide sup.*n.*21.*in ver. restringe.* & est communis * opinio. Clar.*d.* §.*emphyteusis. quæst.*15.*n.*2.*versi. quarto.*† Limita, quando donatio fieret in fraudẽ, vel quando fieret vti de re libera, vel quando post donationem traderetur possessio sine domino, Corbul. *Graff. fol.*270. Alex.*d. cons.*119.*per totum, lib.*3. Clar.*d.* §.*emphyt. q.* 15.*n.*2.*ver. secundo quod.*† Limita; quia si fieret donatio rei emphyteuticæ, & donatarius daret recompensam donanti, puta pecuniam, esset potius venditio, si daret aliquid in cambium, esset permutatio, & sic non valeret; quia fieret in fraudem domini directi. Alex.*d. cons.*119.*Visis narratis. lib.*3.*per tot.* vbi, quod est controuersia opinio, an possit emphyteuta donare irrequisito domino; sed admissa opinione affirmatiua debet intelligi de vera donatione, non de fraudulenta, alias esset aperta via fraudibus.† Limita, quando in loco esset consuetudo, quod in donatione, vel legato requiratur cõsensus domini; quia debet seruari, & tunc dominus potest velle soluere pretium æstimationis donatario. Clar.*d.* §.*emphyteusis. q.*15.*in fi. n.*3.*ver. & hæc omnia.*† Limita; quia si duo sunt emphyteutæ, & mortuo vno ad alterum reuertatur, si alter testatur de emphyteusi cum consensu fratris, eo mortuo, consensus non nocet fratri superstiti; quia tempore consensus nullum ius habebat in parte fratris; ideo sibi non præiudicauit. Bald.*cons.*220.*Quod de consensu. lib.*5.*in princ.*

Emphyteusis ipso iure reuertitur ad dominum finita generatione. Concluſ. 215.

EMPHYTEVSIS † concessa ab Ecclesia, vel alio ad certam generationem, finita generatione reuertitur ad dominum ipso iure absque alia sententia, vel declaratione. Castrens.*cons.* 68.*circa med. ver. similiter etiam. lib.*2. vbi arguit hoc modo; concessio facta vsque ad certum tempus, vel certam generationem censetur finita, & negata post illud tempus, & illam generationem.

Emphyteuta quibus casibus alienet durante iure suo, & vita sua. Concluſ. 216.

EMPHYTEVTA, † qui non potest alienare, nisi de voluntate domini, si alienat ex necessitate, alienatio non durat, nisi pro eo tempore, quo reserat penes emphyteutam permansura. Oldrad.*cons.*17.*col.*4.*num.*18.*ver. & probatur per alium.* Vide, *Resoluto iure datoris. Concluſ.*272. Vide, *Alienatione prohibitæ quæ alienatio permittatur. Concluſ.*262. Vide, *Emphyteuta potest ex necessitate alienare, & quando secus. Concluſ.*213.† Extende, quia ad vitam suam potest constituere vsumfructum; vel seruitutem duraturam, donec durabit ius suum emphyteuticum, & non cadet. Alexan.*cons.* 120.*Super eo. n.*5.*versic. quia habens rem, vsque in finem. lib.*1. vbi dicit * communem.† Donare an possit emphyteuta irrequisito domino, & an transeat dominium in donatarium. Alexand.*d. cons.*120.*in fi. lib.*1. vbi apostilla in *ver. donari.* Guido Pap.*q.*46.*An emphyteuta.* Vide, *Vsufructuarius cedens vsumfructum consolidat domino proprietatis, & quando secus. Concluſ.*328.† Dari in dotem, aut pignorari quod possit emphyteusis, irrequisito domino, Alexand.*cons.*173.*Viso themate. nu.*1.*lib.*3. vbi dicit * communem, vide apostillam ad *cons. Oldrad.*17.*in ver sine domini.*† Legare potest emphyteuta melioramenta, quæ habet in emphyteusi etiam extraneæ personæ. Spec. *in tit. de locat.* §.*sub hoc titulo, ver.*12.*quæro, vtrum emphyteuta*, quem sequitur Oldrad.*cons.*270.*n.*3.*in fin.*† Inter se possunt emphyteutæ alienare irrequisito domino. Calder.*cons.*288. alias 10.*de locato*, quod est Petri, & Angel. de Perus. ac Casparis Calder. Vide, *Emphyteuta diuidentes, seu alter. antes inter se quando sibi præiudicent, vel non. Concluſ.*201.† Amplia; quia potest locare ad longum tempus supra, *Emphyteuta non potest vendere. Concluſ.*207.*nu.* 109. *& sequent. ver. limita in locatione ad longum tempus.*† Contrarium tenet Alex. *cons.*119.*Visis narratis in fin. ver. alia etiam ratione. lib.*2. vbi apostil. in *ver. locare*, dat plurimos concordantes, licet ipsa apostill. dicat seruari, quod potest locare, dummodo non in fraudem.† Declara; quia non potest locare ad longum tempus, nisi de licentia domini; quia locatio ad longum tempus est alienatio, * communem dicit Clarus in §.*emphyteusis qu.*5. vbi se remittit in §.*feudum. quæst.* 33. vbi in princ. dicit * communem, sed tamen in *fine, num.*4. dicit, quod de consuetudine vasalli terras incultas concedunt in emphyteusim, sicque etiam emphyteuta in liuellum, & consuetudo excusat.† Et quid si fiat locatio ad vitam, an habeat naturam perpetuæ locationis, sunt opiniones controuersæ. Vide plene per Anton. Gabr.*lib.*3.*titul. de locatio. concluſ.*2.*Locatio ad vitam.*

Emphyteuta cadit ob deteriorationẽ rei. Cõcl. 217.

EMPHYTEVTA † potest expelli, si arbores fructiferas, & alias grandes, & germinales succidit; quia substantia rei deterioratur. *auth. qui rem. C. de Sacros. Eccles.* Bald.*consil.*290.*Vulgare est. n.*2.*versicul. modo sequitur. lib.*2.*l. in fraudem.* §.*conductor. ff. de iure fisci.* & ita per illum tex. existimat, ibi Dyn. & Bartol. idem Bartolus, Alexand. Iaſ. & alii in *l. duorum tio.* §.*si fundum. ff. solut. matrimon.* vbi Baldus & alii. Iaſ.*col.*2.*in fin.* in *d. authen. qui rem. C. de Sacrosanct. Eccles* idem Iaſ. in *l.*2.*quæſt.*42.*C. de iur. emphyt. & in l.*1.*colum. pen. ad fin. C. eodem.* Clarus § *emphyteusis. qu.*26.*in princip.* vbi *n.*2. dicit * cõmunem, & nullus discrepat, & quod debet seruari, licet sit rigorosa, ne emphyteutæ muttentur ad deteriorandum.† Extende; vt multo magis prædicta procedant in colono. Bald.*cons.*290.*n.* 2.*vers. modo sequitur. lib.*2.† Extende idem in vsufructuario, prout supradicti omnes loquuntur in emphyteuta, & vsufructuario. † Amplia; quia emphyteuta, & colonus, qui abutitur re locata, cadit, & potest expelli, vt per Baldum in *l. eadem. C. locat. col. final.* Alex.*cons.*187.*In hac causa. nu.*10.*vers. sed suppositio. lib.*2.† Declara; quia dicitur male versari, & abuti re locata, & emphyteusi, nedum si destruit, sed etiam si alienat iure proprio, & non reseruato iure domini; quia cadit pariter, & potest expelli, & mala versatio dicitur circa contractum, Alexander *consil.*187.*n.*10.*& sequent. ver. sed posito. lib.*2.† Amplia; quia procedit in omni emphyteusi, tam ecclesiastica, quam priuata, communem * dicit Iaſ. *dict. authen. qui rem. num.*5.*& sequent. C. de Sacr. Eccles.* vbi Deci. & alii, plene Angel. Aretin. *consil.*25.*Locando. in fi. nu.*12.*ver. quoad vltimum.* vbi citat Petr. Cyn. & Salycet. & dicit non dari rationem diuersitatis, & est communis * opin. vt dicit Clar. in *d.* §.*emphyt. q.*26.*in pr.*† Contrarium, q̃ procedat illa *auth. qui rem. C. de sacr. Eccl.* in emphyteusi ecclesiæ tantum, non autem priuati, tenet Io. de Im. quem videtur sequi Iaſ. in *d. l. diuortio.* §.*si fundum. nu.*4.*ff. solu. mat.*

8 † Amplia; quia vbicunque emphyteuta cadit ob deteriorationem, perdit omnia meliramenta. Ang. Aret. *d. cons. 25. in fi.* † Amplia; quia emphyteuta, qui interuertit possessionē domini, cadit
10 à iure suo. Clar. *d. § emph. q. 25.* † Declara tamen; quia licet cadat; tamen non potest expelli propria authoritate isto casu. Ias. *in l. 2.*
* *n. 117. C. de iure emph.* vbi, quod omnes * ita tenent, vt dicit Clar. *d. q. 25.* vbi declarat, quod non potest expelli, quando interuertit
11 possessionem ex interuallo; secus, si in continenti. † Amplia; qa emphyteuta cadit ab emphyteusi propter deteriorationes ex nō facto, puta quia non reparauit domos, ædificia, nec bona, est tex.
* 12 *in authen. qui rem. C. de Sacrosanct. Eccles.* vbi * omnes. † Declara, quando deteriorationes sunt in notabili quantitate, vt ibi per
13 Doct. & idem dicit Ias. *cons. 17. lib. 1.* Alex. *cōs. 118. lib. 5.* † Restringe, quando emphyteuta protestatus fuit cōtra dominum directum de reparationibus faciendis, & dominus tacuit, & nihil respōdit; quia videtur quasi acquieuisse, seu consensisse protestationi. Bar-
14 tol. *in l. non solum. § morte, in fi. ff. de nou. oper. nuncia.* † Restringe; quia non cadit emphyteuta ob deteriorationes causatas ex sola negligentia, & sicin non faciendo, quando non fuit monitus; secus, si deteriratio consisteret in faciendo, vt quia incidisset arbores, demoliri fecisset ædificia; tunc bene cadit sine alia monitione. Roman. *in d. l. diuortio. § si fundū. ff. solut. matrimon.* & est ratio; quia maius est delictum, quod committitur faciēdo, quam negligendo. gl. fin. ad fin. *in l. diuus Marcellus. ff. ad Syllan.* quam dicit Bald. sin-
15 gularem *in l. iuris gentium. § si paciscar. ff. de pactis.* † Restringe; quia si deterioratio consistit in negligendo, & sit dubium, an reparationes spectent ad dominum directum, an ad emphyteutam, vel possunt spectare ad vtrunq;, excusatur; quia quælibet iusta causa excusat à pœna, vt per Ias. *in d. l. 2. Cod. de iur. emphyt. numer. 61. & 62. & in l. si quis maior. colum. 1. C. de transact.* Alexand. *consil. 219. lib. 2.*
16 † Limita; quia non cadit emphyteuta propter deteriorationes factas in re emphyteutica, nisi tria concurrant, videlicet, quod deterioratio sit notabilis quantitatis; secundo, quod respiciat perpetuam deteriorationem fundi; tertio; quod dolo, vel lata culpa, aut saltem leui ipsius emphyteutæ, alias non priuaretur. Bald. *dict. authen. qui rem*, vbi late Iason. *Codic. de Sacrosanct. Eccles.* idem Iason
17 *consil. 17. lib. 1. in 1. dubio.* Alexand. *consil. 118. lib. 5.* † Quæ autem dicatur magna, vel parua deterioratio, est arbitrarium iudici; quia non est præcise determinatum. Cyn. *in dict. authent. qui rem*, & alii
18 post eum. *Codic. de Sacros. Eccles.* † Declara; quia licet non cadat, nec possit expelli, quando non concurrunt illa tria; tamen tenetur ad reficiendum damnum, siue paruum sit, siue modicū, vt declarat
19 Castrens. *dict. authent. qui rem. Cod. de Sacros. Eccles.* † Limita, quando esset locus caducitati propter deteriorationes factas; quia potest se releuare, & euitare caducitatem propter melioramenta facta,
20 quæ sunt in maiori quantitate. † Contrarium, quod nullo modo releuetur, quantumcumq; meliorauerit, nec fiat compensatio; quia tenetur meliorare, & non potest deteriorare; imo eo casu in caducitate continentur melioramenta facta; quæ deuoluūtur ad dominum directum; quia ex delicto priuatur. Iason *dict. authen. qui rem. in 3. colum. ante med. Cod. de Sacrosanct. Eccles. & in dict. consi.*
21 17. *in secundo dubio. lib. 1.* † Limita, quia succedens in emphyteusi iure emphyteutico non potest prætendere deteriorationes factas per emphyteutas præcessores in re emphyteutica, sed ad dominum proprietarium spectat hoc interesse. *d. authent. qui rem. Codic. de Sacrosanct. Eccles.* concurrentibus tamen iis, quæ ibi tradit Bald. *in 2. notab.* Iason *in l. 2. Cod. de iure emphyteut. quæst. 42. num. 98. & cons. 17. lib. 1.*

Emphyteuta & vsufructuarius æquiparantur, & quando. Concl. 218.

1 EMPHYTEVTA † æquiparatur vsufructuario. Socin. *consil.*
2 *167. Non inutilis. nu. 12. lib. 2.* † Et sicut finito vsufructu tenetur fructuarius restituere rem, ita emphyteuta finita emphyteusi. So-
3 cin. *consil. 167. num. 12. lib. 2.* † Extende; quia imo conductor etiam ad modicū tempus æquiparatur vsufructuario in hoc, quod fructus separati à solo durante locatione sunt ipsius conductoris, plene Angel. Aretin. *consil. 23. In hac causa. nu. 10. & seq. ver. nec obstat*
*4 *quod dicta quantitas*, vbi *numer. 15.* dicit * communem. † Extende; quia appellatione vsufructuarii venit emphyteuta, & omnis habens vtile dominium, si materia hoc patitur. Castrens. *in l. 1. nu. 3.*
5 *ff. ad Trebellia.* † Et quod emphyteuta dicatur habere vtile dominium pro suā ratā emphyteusis, est text. *in l. possessiones*, & ibi Bartol. *C. de fund. patrimon. lib. 11.* Bald. *in rubr. C. de iur. emphyt.* & ideo pro ea parte debeat habere fructus, & pensiones, sicut vsufructuarius, cui assimilatur * est gl. *in l. 1. Codic. de iur. emphyt.* Bald. *in l. 1. Codic. de*
caduc. tollen. Soc. *d. consil. 167. n. 12. lib. 2.* Vide, *emphyteuta dicitur habere dominium vtile, & quale. Conclus. 149.* † Amplia; quia emphyteuta 6
super vtili suo dominio potest constituere vsumfructum *d. l. 1. § ité in fundo.* & ibi Bald. *ff. quemadmodum vsusfruct. amitt.* Bartol. *in l. 3. §. ex contrario. col. fi. ver. quæro, quomodo plures. ff. de acquir. possess.* quem ibi cæteri sequuntur. Alex. *consil. 120. Super eo. in fi. lib. 1.* Ruin. *cons. 150. In causa & lite. n. 14. lib. 3.* Ias. *in l fin. n. 112. Cod. de iur. emphyt.* † Et facit; 7
quia potest etiam constituere seruitutem ad vitam suam. Vide, *Emphyteuta potest vendere emphyteusim. Concl. 207. n. 104. & seq. ver. limita, quia bene potest.* † Et cum sit alienatio constitutio vsusfructus. 8
l. fi. Cod. de rebus alien. non alien. videtur in consequentiam, quod possit alienare ad vitam emphyteuta. † Facit etiam; quia sequuta 9
confiscatione, durante vita sua, fiscus capit fructus. Vide, *Emphyteusis confiscari non potest, & quando secus. Concl. 221.* † Contrarium, q 10
non possit emphyteuta alienare sine consensu domini directi ad vitam, est tex. *in d. l. fi. Codic. de iur. emphyt.* & Doctor. extendunt etiam ad locationem ad longum tempus; quia est alienatio. Alex.
consil. fi. Visis narratis, ad fin. lib. 3. Iason *dict. l. fin. num. 112. Cod. de iure emphyteut.* Imol. *in cap. potuit, extra locati.* † Declara; quia verus em- 11
phyteuta non potest alienare, de quo tex. *in d. l. fi. Codic. de iure emphyt.* loquitur; secus in alio habente vtile dominium; quia potest constituere vsumfructum super eo; ita declarat Castrens. *consil.*
243. *Super primo. lib. 1.* & quamuis æquiparentur emphyteuta & conductor ad longum tempus; tamen id solum procedit, quando in vtroque par ratio inest, vt bene declarat Aretin. *consil. 55. In*
causa mihi proposita. per tot. maxime *n. 4. ver. quia licet contr.* † Contra 12
declarationem facit; quia non potest constitui differentia quoad facultatem alienandi, ex quo tam emphyteutæ, quam conductores ad longum tempus, & omnes habētes vtile dominium cum obligatione soluendi canonem, non possunt alienare æqualiter vtile dominium sine licentia domini. Bartol. *in l. 1. §. quod autem. ff. de superfic.* quem refert, & sequitur Aretin. *dict. consil. 55. col. 1. circ. med.* Socin. *consil. 287. Circa præsentem. ad fin. lib. 2.* & ante eos tenuit Fulgos. *consil. 240. Pro euidentia*, quem refert, licet non ap-
probet, Iason *in dict. l. fin. num. 2. Cod. de iure emphyteut.* † Declara i- 13
gitur melius, quod *d. l. fin. Codic. de iure emphyteut.* non procedit in rebus conductis à Republica, seu Communitate. Bartol. *in dict. l.*
1. *§ quod autem. ff. de superfic. & in l. 1. Cod. de fun. patrimon. lib. 11.* post gloss. ibi, & *in dict. l final.* quem sequuntur ibi * communiter scri- *
bentes, vt dicit Ias. *numer. 55. & numer. 62.* Alexand. *dict. consil. 120.*
in fin. lib. 1. † Et procedit declaratio nedum in Republica, & fisco 14
principali, & Communitatibus Ciuitatum, & maioribus, sed etiam quilibet municipio, & villa. Iason *in l. si domus. colum. final.*
num. 29. ff. de leg. 1. † Declara tertio loco; quia alienatio licet sit 15
prohibita, nisi de voluntate domini directi; non tamen est ipso iure nulla; quia ius non potest dici inalienabile, neque lex resistit absolute, sed solum propter interesse domini directi, & ideo solum annullatur domino volente. Alexand. *consilio 113. Viso, & diligenter. lib. 4.* & ideo tertius non potest opponere de hac inualiditate. Alexand. *consilio 82. In causa, & lite. colum. 1. lib. 7.* Socin. *consilio. 178. Visis actis colum. 2. lib. 4.* Corneus *consilio 115. In hac, lib. 1.*
† Et ideo ipsemet alienans non potest dicere alienationem nullam; quia ad eius præiudicium valet. Bartol. *in l. non dubium. colum.* 16
3. Codic. de legib. & in l. si non sortem. §. si filius. ff. de condition. indebit. clarius Corneus *consilio 147. In hac consultatione, ad finem. lib. 1.* Aretin. *consilio 77. Et non. colum. 2. circa medium.* Vide, *Alienatio nulla*
non obstat alienanti, & quando secus. Conclusio 267. † Amplia; quia i- 17
mo potest concedere ad liuellum emphyteusim, quam habet. Vide, *Linellarii qui dicantur, & quid sit liuellus. Conclusio.*
399.

Emphyteuta & vasallus an possint renunciare iuri suo inuito domino. Concl. 219.

EMPHYTEVTA † & vasallus possunt iuri suo renunciare 1
inuito domino. Federic. de Sen. *consil. 228. Factum tale est, duo*
fratres. ver. super primo dubio. † Amplia; quia causata caducitate ob 2
non solutum canonem, tunc si dominus vult reinuestire, potest emphyteuta hoc recusare, & nolle perseuerare. Socin. *consil. 167.*
Inutilis. n. 7. lib. 2.

Emphyteuta & feudatarius, an possit renunciare feudo in præiudicium vocatorum. Concl. 220.

EMPHYTEVTA † & feudatarius succedens in feudo, vel em- 1
phyteusi nō potest renūciare feudo, vel emphyteusi in præiudicium aliorum vocatorum. Alexand. *consil. 8. Visis subtilissimis.*
num. 16.

num.16.ver.ad praedictorum confirmationem.lib.3. † Amplia, vt procedat etiam in primo acquirente, quando fuit feudum, vel emphyteusis acquisita pro se, & filiis, & nepotibus, vel pro se, & filiis, & descendentibus; & non est dictum, *pro filiis, & haeredibus*, apost. ad Alex. *d.cons.8.n.16. lib.3. in ver. renuntiatio.* vbi citat plures. † Contrarium tenent plures, quos eadem apostil. ad Alex. *d cons.8.n.16. lib.3. in ver. renuntiatio in fin.* citat.

Emphyteusis confiscari non potest, & quando secus. Concl. 221.

1 EMPHYTEVTICA † bona licet confiscentur, tamen directum dominium non dicitur confiscatum, sed tantum vtile. Guid.Pap.q.338. *incip. Emphyteuta.* ita apostil. *ad cons Oldra.17. in pr.*
2 *ver. debent bona redire.* † Regulam simpliciter faciunt aliqui, quod nulla emphyteusis transeat in fiscum, secundum Boer. *decis.*378.
3 n.7. quem citat Clar. *in §. emphyteusis.q.29. in princ.* † Declarat Bart. *in l. si finita. § si de vectigalib.n.6. & seq ff. de dam. infect.* quem refert, & sequitur Clar. *d.q.29. in princ.* quia emphyteusis ecclesiastica non potest confiscari, & si confiscatur, potest Ecclesia illam reuocare: emphyteusis vero priuati; quia transit ad extraneos, potest confiscari; secus, si non potest transire ad extraneos; quia non potest
4 confiscari, & dicit * communem. † Aliam regulam facias, quod emphyteusis ecclesiastica non potest confiscari, sed sequuta condemnatione & confiscatione omnium bonorum emphyteutae deuoluitur ad Ecclesiam, ex quo talis emphyteuta habetur pro mortuo. Bald. *cons.284. Praemissis verbis.* vbi citat opiniones, & hanc partem tenet, *lib.*1. quia fiscus non est haeres suus, sed extraneus, & Ecclesia concedens certo generi excludit alios. Bald. *cons.*422. *Fallum tale est.n.2. ver. res emphyteuticae. lib.*3. Alex. *cons.*89. *Vtrum em-*
5 *phyteusi. in princ. lib.*4. vbi dicit * communem, & magis * communem; quia ex quo non potest transire in extraneum, non etiam transit in fiscum, & hanc esse commun. & magis * commun. & teneri ab omnib. dicit Clar. qui plurimos citat *d. §. emphyteusis.q.*29. *tit. n. ver in emphyteusi ecclesiastica.* & allegat Ruin. *consil.*23. *n.*33. *lib.*5.
6 attestantem de magis * communi. † Contrarium tamen, quod confiscatio habeat locum durante vita illius banniti, & emphyteusim habebit fiscus, quia alienatio est legalis, & quoad fructus, & in conditionibus non habetur pro mortuo is, qui ciuiliter est mortuus. Bald. *d.cons.*284. *in princ lib.*1. & ideo, si fiscus soluit canonem, potest vti & frui bonis durante vita condemnati. arg. *l. Stanus. § Cornelio ff. de iure fisci.* & ita tenet Bald. *in authent. si quis presbyter. C. de Episc. & cler. post prin. & in tit per quos fiat inuest. § nulla. in vsib. feud.* Aretin. *cons.*10. *Casus talis. col.*2. *ver. secundo dico.* Rub. Alexand. *cons.*164. *in pr.* Ruin. *cons.*70. *in fin. lib.*5. cum aliis adductis per Menoch. *de recuper. remed.*9. *n.*262. *& seq.* † Declara; quia contrarium procedit, si Ecclesia nihil dicit; si vero Ecclesia nō vult recognoscere fiscum, potest ab eo bona vendicare. Bald. *in d. authent. si quis*
7 *presbyter. C. de Episc. & cler.* & Doct. *in l. si finita. § si de vectig. ff. de dam. infect.* Ruin. *cons.*23. *n.*33. *lib.*5. Clar. *in d. §. emphyteusis.q.*29. *post princ.* † Declara; quia si emphyteusis ecclesiastica non potest transire in extraneum, consequenter neq; potest transire in fiscum; quia valet argumentum negatiuum; si vero potest transire in extraneum, potest confiscari; quia valet argumentum affirmatiuum.
8 Clar. *d. §. emphyteusis.q.*29. *col.*1. *in fi. & col.*2. *in prin. ver. breuiter.* † Declarat melius Clar. *d. §. emphyteusis. q.*29. *col.*2. *vers. sed si est concessa ab*
9 *Ecclesia.* quod emphyteusis ecclesiastica etiam transitoria ad extraneos nullo modo potest cōfiscari; quia efficitur deterior condicio Ecclesiae, ex quo transit in potentiorem, & non est amplius spes, quod reuertatur, & quod ista est verior, & tutior, & magis communis * opinio: & licet contraria posset substentari in puncto iuris; tamen Ecclesia intra biennium à fisco potest recupera-
10 *re. auth. de alien & emphyt. §.*1. & est magis * communis. † Declara; quia si sunt vocati, agnati, vel filii, post delinquentem, & confiscatio non fiat propter delictum in dominū; tunc debetur agnatis, & vocatis, & non fisco; nisi idē dominus haberet ipse fiscum; quia bene applicaretur domino ad vitam condemnati: si vero esset haereditaria, ad quoscunque transitoria, transit in fiscum, qui
11 debet concedere priuato, ita in feudo distinguit Crauet. *cons.*128. *n. circa fin.* † Amplia, vt idem sit in emphyteusi seculari restricta ad suos haeredes descendentes; quia talis emphyteusis reuertitur ad priuatum, sicut Ecclesiastica ad Ecclesiam. Bald. *d.consil.*284 *ante*
12 *med. vers. aut est emphyteusis priuati. lib.*1. & quod emphyteusis non possit confiscari in praeiudicium vocatorum. Bart. *in l. i. ff. de interd. & relegat.* Capra *consil.* 82. *colum.* 4. & pro regula communi ponit Clar. *in §. fin. quaest.*78. *num.*7. vbi, quod ea, quae non sunt transitoria ad extraneos haeredes, non transeunt in fiscum; prout ē contra omnia transitoria ad extraneos transeunt ad fiscum. Franc. Aret. *cons.*10. *Casus talis. in princip.* vbi reddit rationem in feudo, & emphyteusi; quia fiscus non potest praestare personalem praestationem, & hanc * communem dicit Alexand. *cons.*89. *in prin. lib.*4. * Et vide in Conclus. prox. seq. *nu.*4. † Extende, vt sicut non confiscatur fisco; ita neque parti, quando ex forma statuti bona delin-
13 quentium pro medietate haeredibus mortui applicantur; quia non venit emphyteusis in casibus, in quibus non transit in fiscū. Bald. *dict. consil.*284. *per totum.* vbi est casus, *lib.*1. † Amplia; quia melioramenta facta in emphyteusi propter delictum emphyteutae non acquiruntur domino directo, sed transeunt ad successorem de linea, vel ad haeredes emphyteutae. Ruinus *consil.*24. *lib.*1. Paris. *consil.*28. *lib.*3. Clar. *in §. emphyteusis. quaest.*45. vbi dicit procedere tam in emphyteuta Ecclesiae, quam etiā priuati. † Amplia;
14 quia quod dicitur de emphyteusi tam ecclesiastica de sui natura, quam etiam de emphyteusi priuati, quando adest pactum, quod ad extraneos non possit transire, non etiam ad fiscum transibit, prout nec feudum, sed ad dominum reuertitur, vel ad agnatos. Alexand. *consil.*86. *in princ. lib.*4. † Amplia in feudo; quia propter
15 confiscationem vniuersalem bonorum feudatarii non transit in fiscum; nam quoad directum dominium domini res est clara, quoad vtile idem est; quia non potest fiscus praestare seruitia personalia, ad quae vasallus obligatur. Francisc. Aretin. *consil.*10. *Casus talis. in princip.* vbi plura apostilla *in ver. ad fiscum.* Vide, *Confiscatio bonorum generalis quae bona comprehendat, vel non. Concluſ.*719. *num.*44. *& seq.* Vide, *Feudum ad dominum spectat, si bona vasalli confiscantur, & quando secus. Concl.*211. † Limita in emphyteusi transi-
16 toria ad omnes haeredes; quia si est priuati, transit etiam in fiscum ex confiscatione respectu fructuum, & perceptionis vtilitatis. Bald. *d. consil.*284. *ante med. ver. aut est emphyteusis. lib.*1. Petr. de Anchar. *consil.*165. *Quaestio talis, in fin. versic. item emphyteusis.* vbi, quod quando est perpetua, transit in fiscum, & Ecclesiam, * communem dicit Clar. § *final. quaest.*78. *num.*7. *versic. nunc videamus.* allegat
17 Alciat. *consil.*522. *post num.*6. attestantem de * communi, & apost. * ibi ad Clar. allegat Curt. Iun. *consil.*4. vide Clarum *in d. §. emphyteusis.q.*29. *per tot.* † Declara limitationem; quia tenebitur fiscus
18 alium inuestire priuatum, vel vendere vtile dominium, vel emere directum. Crauett. *cons.*128. *circa finem.* † Limita in emphyteusi priuati; quia si est simpliciter concessa à priuato, transit ad extraneos, & consequenter potest confiscari, communem * dicit Clar. * quod transit ad extraneos, *in d. §. emphyteusis. quaest.*28. *num.*6. *versic. tertius est casus.* & quod eo casu possit confiscari, idem Clarus *d. §. emphyteusis. quaest.*29. *in princip. vers. tu dic.* † Declara, seu restringe, quando esset restricta ad descendentes, vel quouis modo non transitoria ad extraneos; quia neque potest confiscari. Clar. *d. §. emphyteusis.q.*29. *in princ. vers tu dic.* vbi dicit * communem, & citat plures de communi.

Emphyteuta quando ex facto, vel delicto suo aliis praeiudicet, vel non. Concl. 222.

1 EMPHYTEVTA † si deliquit circa contractum emphyteuticum non soluendo canonem, vel alienando sine licentia domini, praeiudicat, & nocet vocatis, & qui post eum succederent ex iure inuestiturae. Bartol. *in l.*3. quam legit pro prima, *ff. de interdict. & relegat.* † Contrarium, quod illi, qui non fuerunt pri-
2 mi conductores, non possint praeiudicare aliis sequentibus in gradu non soluendo canonem, vel ex alio facto, seu delicto, ita tenere Speculat. & alios dicit Alexand. *consil.* 8. *Visis subtilissimis, num.*13. *versic. nec etiam obstat. lib.*3. † Declara; quia siue possit praeiudicare non soluendo, vel alienando, aut delinquendo, siue non; tamen non propterea in legitimam imputatur talis emphyteusis; quia non propterea dicitur proficisci ab eo, qui potuisset
3 praeiudicare; quia soluendo facit principaliter, vt sibi conseruet emphyteusim, & licet secundario conseruet etiam descendentibus, illud non attenditur. Alexand. *dict. consil.* 8. *num.*13. & 14. *versic. nec etiam obstat. lib.*2. † Limita, si extra contractum delin-
4 quat, puta committendo homicidium, vel aliud delictum, per quod bona sua confiscentur; quia tunc non praeiudicat vocatis ex inuestitura. Bart. *d l* 1. quae est 3. *ff. de interdict & relegat.* Salyc. *in l.*2. *C. de iur. emphyt.* vbi late *in quaest* 22. Alexand. *d cons.*8. *colum.*4. *num.*13. *versic. nec etiam obstare. lib.*3. Bald. *in l. adoptiuum.* § 1 *ff. de in ius vocan.* Vide, *Feudum ex quibus delictis deuoluatur ad dominum, vel ad agnatos. Concl.*197. Vide, *Feudum ad dominum spectat, si bona vasalli confiscantur, & quando secus. Concl.*211.

Emphy-

Emphyteuta quomodo possideat. Concl. 223.

1 EMPHYTEVTA † naturalem habet possessionem iustam, cui admixta est quædam ciuilis possessio; ideo potest constituendo se possidere transferre possessionem prædictam. Anch. *cons.63.Motiua iudicis.n.4.ver.quoad tertium.*vbi,quod vtilem rei vē-
2 dicationem potest intentare. † Amplia; quia possessio naturalis, quam habet emphyteuta, habet effectum ciuilis possessionis, vt animo retineatur, sicut dominus retinet ciuilem, & non censeatur amissa,(licet desinat possidere,etiam naturaliter,) nisi per decem annos. Anchar. *consil.* 443.*n.* 13.quod est sex Doctorum, qui subscripserunt,

Emphyteusis finitur multis modis. Concl. 224.

1 EMPHYTEVSIS † finitur multis modis, aliquādo propter culpam in negligendo, aliquando propter culpam in com-
2 mittendo,aliquando sine culpa aliqua.† Ex culpa in faciēdo,si a-
☞ lienauit sine licentia domini, de quo plenius supra, *emphyteuta nō*
3 *potest vendere.Concl.*207.† Item si delinquat,& ex delicto incret cō-
☞ fiscatio,quæ est alienatio. Vide, *Emphyteusis non potest confiscari. Cō-*
4 *clus.*221.† Item deuastando,detetiorādo,& male versando. Vide,
☞ *Emphyteuta cadit ob deteriorationem. Concl.* 217. † Ex culpa in negli-
5 gendo, si non soluit canonem Ecclesiæ per biennium, & priuato
☞ per triennium. Vide,*Emphyteuta non soluens quando cadat.Concl.*192.
6 † Ex inuestitura finitur; quia concessa ad certum tēpus, puta 30. vel 40.annorum,lapso tempore reuertitur ad dominum. Clar.*in*
7 *§.emphyteusis.q.* 42.vbi,quod in hoc nō est difficultas.† Item, si est concessa de 29.annis in 29.annos renouanda; quia non petita renouatione dicitur finita. Vide, *Emphyteuta cum pacto renouandi.Cō-*
☞ 8 *clu.*181.† Item,si est cōcessa pro se,& filiis,& descendentibus vsq; ad tertiam, vel aliam generationem; quia finita generatione reuertitur ad dominū. Vide, *Emphyteusis concessa ad tertiam generatio-*
☞ 9 *nem. Concl.* 157.† Item,si est concessa pro se,& filiis,& descendentibus in perpetuum ; quia finita generatione descendentium finitur emphyteusis. Vide,*Emphyteusis perpetua ad quos transeat, vel nō.*
☞ 10 *Concl.*164.† Item,si concessa est Titio simpliciter nulla facta mētione filiorum, vel hæredum, si est priuati, nō finitur finita generatione; quia transit ad extraneos;si vero est Ecclesiæ,finitur finita generatione eius, cui facta est concessio, secundum * communem de qua Corn.*cons.*76.*lib.*2.Clar.*in d.§. emphyt.q.*42.*in fi.* Vide plene Clar.*in d.§.emphyteusis.q.*42.vbi ponit præfatos,& alios modos,quibus finitur emphyteusis.

Emphyteusi finita quando reficiantur melioramenta vel non. Concl. 225.

1 EMPHYTEVSI † finita sine culpa emphyteutæ, prout si finita generatione deuoluatur, melioramenta debētur ipsius
* emphyteutæ hæredibus secundum * communem,de qua Clar.§.
2 *emphyt.q.*45.*in prin.*Dec.*cons.*318.*n.*1.*&seq.* † Extende etiam in emphyteusi ab Ecclesia pro se,& suis hęredibus concessa;quia si decedat sine descendentibus, adeo, quod emphyteusis sit ad Ecclesiam deuoluta, debent refici melioramenta extantia tempore deuolutionis respicientia perpetuam meliorationem rei emphyteuticæ.Cuman. *consil,*57.*Monasterium iure locationis.num.*4.*vers.sed*
* *posito.per totum*,& istud est commune,*& de consuetudine,vt per
* Clarum *in d.*§.*emphyteusis. quæst.* 45.*per totam*,& est communis * opinio,Deci.*d.cons.*518.*num.*1.*&seq.*Bald.*in l.Senatus.*§.*Marcellus ff. de leg.*1.Deci.*in auth. qui rem.n.*14.*C. de Sacrosanct.Eccles.* Bald.*in l.fi. de leg.*1.Deci.*in auth. qui rem.n.*14.*C. de Sacrosanct.Eccles.* Bald.*in l.fi.*
*§.fin.num.*6.*C.commun. de leg.* Riminald.Iun.*consil.*90.*num.*1.*lib.*1.
* Clar.*in d.*§.*emphyteusis.quæst.*45.*in princ.* vbi dicit * communem,& quod ita seruatur de consuetudine. Menoch. *de recuper.pos.remed.*
3 15.*num.*502.*cum seq.* † Contrarium consuluit in Ecclesiastica Fulgos.*cons.*9.*Abbas Monasterij.per totum.*vbi,quod non reperitur iure cautum, & nisi consuetudo hoc induceret, vbi multa, imo quod non teneatur dominus reficere melioramēta finita emphyteusi, tenet Flor. de Sanct. Petr. *consil.* 1.*num.*14.vbi allegat text. *in l.*2.
*Cod.de iure emphyteut.*sed vere ille text.loquitur,quando deuoluitur ob non solutum canonem, & ita Bartol. *in l.colonus.ff.locat.*declarat,& hanc partem tenet Alex.*cons.*44.*Visa facti.n.*7.*lib.*3.vbi aclarat,& hanc partem tenet Alex.*cons.*44.*Visa facti.n.*7.*lib.*3.vbi a-
postill. *in ver.melioramenta*, & dicit Alex. hanc esse regulam. Ex-
4 tende † tam in emphyteusi, quam in feudo; quia agnatus succedens tenetur reficere melioramenta hæredibus emphyteutæ,vel feudatarii vltimo defuncti.Brun.*cons.*105.&106.quem refert, & sequitur Paris.*consil.*2.*nu.*51.*ver.ad illud autem.& consil.*4.*n.*40.*lib.*1. Bero. *consil.*73.*col.fin.lib.*1.Riminald Iun.*consil.*90.*num.*2.&3.*lib.*1. quia alios citat. † Extende; quia melioramenta in legitimam imputantur, quando sunt facta in feudo, vel emphyteusi hæreditariis.Vasq.*de succes.creat.lib.*3.*part.*30.*par.*2.*num.*135.Cras.*in §.legitima.quæst.*21.*num.*5.Gozad.*cons.*4.*n.*17.Paris.*cons.*23.*n.*130.*& seq.lib.* 5
1.† Extende; quia etiam si emphyteusis sit pro masculis tantum; 6
tamen respectu melioramentorum succeditfœmina, quādo deuoluitur ob finitam lineam masculinam.Paris.*cons.*55.*lib.*3.Ruin. *cons.*24.*lib.*1.Rol à Val.*cons.*28.*n.*28.*&* 29.*lib.*1.† Extende; quia fi- 7
nita linea inuestitorum pro melioramentis datur retentio hæredibus vltimi defuncti.Bald.*in l.*1.*C.de iur.emphyt.*Ias.&alii *in l.*2.*C. eodem.*per text.*in l.diuortio.§.im pendia.ff.solut.matrimon.*vbi Alex.& alii. † Et ideo dominus tenetur, vel ipsa melioramenta soluere, 8
vel pati, quod auferantur. Alex.*cons.*83.*in fi.lib.*1. & in terminis de melioramentis factis in domo,Bald.*cons.*134.*in* 5.*lib.*† Declara ta- 9
men; quia æstimatio debet fieri tanquam ædificiū, non tanquam rudera. Bald.*in c.*1.§.*si vasallus.tit.hic finitur lex*, vbi,quod ita seruat consuetudo, quem sequitur Clar. *in* §. *feudum.q.*88.*num.* 2.*ver.sed quæro*,vbi,quod licet Bero.*q.*96.*post nu.* 4.*ver.si vero feudum*, dicat, quod magis *communis sit,quod imo tanquam rudera æstimen- *
tur;tamen dicit,quod ista æquior,& ita tenent Bursat. *consil.*85.*n.* 35.Rolà Val.*cons.*28.*lib.*1.quos citat apost. ad Clar. *in d.*§.*emphyt. q.*45.*in ver.æstimatio.*† Restringe,nisi esset conuentū in inuestitura, quod emphyteusis cum omnibus melioramentis spectet ad 10
dominum finita linea inuestitorum. Socin.*in d.l.diuortio. num.*10. *ff. solut. matrimon.* & quod valeat huiusmodi pactum, tenet Ias.*in d.l.*2.*n.*7.*& seq.ver.septimo princip.C.de iur. emph.*† Amplia;quia me- 11
lioramenta finita locatione debentur omnibus hæredibus emphyteutæ,siue hæredes sint descendentes,siue non, siue masculi siue fœminæ, siue etiam sint omnino extranei. Clar.*in d.*§.*emphy. q.*45.*n.*2.*ver. adde, quod huiusmodi.*vbi dicit * communem, & citat *
Bero.*quæst.famil.*16 *per totam.*attestantem de * communi.† Et non * 12
compensantur cum fructibus perceptis. Socin.*regul.*20.*Possessor bonæ fidei,in* 1.*fallentia, & vnica.*† Amplia;quia melioramenta facta 13
in re emphyteutica possunt obligari pro dote,& aliis,& valet obligatio facta.† Restringe;quia valet obligatio & hypotheca, do- 14
nec durat emphyteusis;sed si deuoluatur ad dominum ob canonem nō solutum, vel ob alienationem irrequisito domino; tunc resoluitur hypotheca, & meliorameuta ad dominum spectant, pleniſſime Plot.*cons.*48.vbi allegat pro vtraq; parte, & ita declarat; quia resoluto iure datoris, &c. † Amplia, vt idem sit in em- 15
phyteusi, vel feudo deuoluto ad agnatum masculum;quia tenetur succedens agnatus reficere melioramenta hæredibus defuncti, cuius linea defecit. Brun. *cons.*105.&106.quem refert,& sequitur Paris.*cons.*2.*n.*51.*ver.ad illud autem,&cons.*4.*n.*40.*lib.*1.& supra in prima extensione; & est ratio; quia alias agnatus cum alienaiactura locupletaretur, & in feudo dicit Afflict. *in cap.* 1.§.*si vasallus.tit.hic finitur lex Corradi*,& in emphyteuta Rimin.Iun.*cons.* 90.*n.*8.*lib.*1.& quia non animo donandi sunt facta, sed repetendi in casu, quo reperi possunt. Alex.*cons.*162.*n.*2.*lib.*7.*&cons.*83.*n.* 9.*lib.*7. & vide plures,quos citat Rimin.Iun.*d.consil.*90.*in princip.* Roland.à Valle *d.cons.*28.*num.*28.*&seq.lib.*1.† Contra ampliatio- 16
nem, quando emphyteusis transiret ad diuersos gradus vocatorum in inuestitura, quod tunc non reficiuntur melioramenta, quando succedentes sunt de descendentibus primi acquirentis, ne videatur primus acquirens voluisse præferre extraneum suæ soboli; nam posset dari casus, quod supereſſet vnus descendens senex, & pauper, qui non posset succedere in emphyteusi; quia non haberet modum soluendi multa melioramenta, & qui non possit verisimiliter tantum viuere,quod compensaret expensum cum fructibus, & sic esset in damno; item quia forte is, qui fecit melioramenta,tantum vixit,quod impensum compensauit cum fructibus,& possessor bonæ fidei compensat melioramenta cum fructibus.Negus. *de pignor.in* 4.*membro* 5.*partis princip.numer.*186. Cagnol.*in l.*2.*Cod.de pactis inter emptor.& venditor.numer.* 211.& sic istud contrarium sit restrictio inter descendentes. † Declara; iu- 17
dicio meo, vt contrarium procedat forte, quando adesset pactum, quod melioramenta cum ipsa emphyteusi ad dominum deuoluerentur finita linea; quia tunc intrare possunt ea, quæ dicuntur in contrario,alias secus;quia si senex succedat,habet consequutionem à domino, & à quocunque alio successore eius, quod expendit pro melioramentis,& sic cessat absurdum; item, quod bonæ fidei possessor compenset cum fructibus, nihil facit;quia non est dominus,sed emphyteuta est dominus vtilis dominii, & facit fructus suos absolute; & ita ad alium finem distinguit inter dominum & bonæ fidei possessorem Menoch *consil.* 454.*num.*3.*& sequent.* † Sed tamen restrictio alia ratione forte po- 18
test

dest subsistere; quia clarum est de iure, quod is, qui conduxit ab emphyteuta, & fecit meliorementa in re aliena, quam scit esse fituram alienam, & alteri debitam, etiam sub conditione, prout in emphyteusi ex stipulatu, si moriatur emphyteuta locans, & res deueniat ad alium, qui non sit hæres locantis, sed velit succedere ex stipulatu, non potest conductor retinere emphyteusim, neque consequi meliorementa; quia dicitur in mala fide, & cum sciret conditionem rei, debuit prospicere, quod euenire poterat. l. si quis fundum. §. 1 ff. locat. vbi Castrens. quod tamen non procederet in meliorementis omnino necessariis, sine quibus res perisset; quia illi reficiendi debent, non obstante mala fide. Ias. in fin. §. fin. C. commun. de leg. Dd. maxime Salyc. in l. domum. C. de rei vend. † Vnde si hoc esset in conductore, idem in locatore, qui solueret, qui non plus iuris habere debet, quam is, à quo causam habet. l. traditionibus. ff. de acquir. rer. dom. l. nemo plus iuris. ff. de reg. iur. † Restringe, quando esset conuentum, quod finita generatione reliberà cum omnibus meliorementis reuertatur ad dominũ directum; quia tunc meliorementa cẽsentur pars rei, & non possunt distrahi, vel amoueri; quia nec possunt repeti. Bart. in l. iubemus. §. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Ias. in l. 2. num. 28. C. de iur. emph. Menoch. qui plures nos allegat de recuper. possess. remed. 15. num. 504. Riminald. Iun. cons. 384. n. 50. allegat Riminald. Sen. cons. 484. nu. 4. Socin. in d. l. diuortio. num. 10. ff. solut. matrim. ita plene Gabr. consil. 88. q. 16. n. 88. & seq. vbi, quod censetur ex tali pacto remissa actio, & retentio. n. 92. & seq. vbi latissime. † Ratio est; quia valet pactum, quod meliorementa deuoluantur ad dominum directum in omni casu deuolutionis. Bart. d. l. iubemus. §. fin. C. de sacrosanct. Eccles. Riminald. Iun. d. cons. 384. n. 50. Gabriel. cons. 168. q. 2. & q. 6. Ias. † Item; quia meliorementa dicuntur connexa bonis. Cephal. cons. 183. num. 32. in fin. lib. 2. & ideo de eis iudicatur, prout de ipsis bonis. Curt. Iun. cons. 95. & cons. 165. num. 12. Bart. in simili l. si pont. col. fin. ver. veritas. ff. de aliment. & cibar. leg. maxime, quando ex pacto sunt pars rei, vt supra. Gabriel. d. consil. 168. quæst. 6. num. 88. & seq. † Item; quia isto casu necessario faciens meliorementa, dicitur donare; quia si repeterentur, vltimus inuestitus fraudaretur, & esset in damno; ideo exceptione cedendarum actionum repetens submoueri potest; quia non sunt semper bona iura. Negusan. de pignor. in 5 part. in 3. membr. num. 26. † Limita, quando deuoluitur emphyteusis ad ecclesiam culpa emphyteutæ, velati si alienat irrequisito domino, vel si non soluit canonem. Fulgos. consil. 9. vers. rursum in colono. Bart. in l. colonus. ff. locat. & ita etiam Florian. consil. 1. num. 14. & est text. in l. 2. circa med. C. de iure emphyt. & Castrens. consil. 260. Notandum est, in fin. lib. 2. vbi allegat text. in auth. qui rem. C. de sacrosanct. Eccles. à contrario sensu; quia dicit; quod si sine culpa cadit, non perdit meliorationem; ergo à contrario perdit, si culpa cadit; & dicit in hoc emphyteutam esse deterioris conditionis, quam sit simplex colonus; quia ipse, etiam si culpa sua cadit, repetit meliorementa, & allegat iura ad hoc loquentia in feudo, & dicit, quod illi text. probant etiam in emphyteusi. Ang. Aret. consil. 25. in fin. Clar. in §. emphyteusis. quæst. 45. in princip. † Contrarium, quod imo, etiam si culpa emphyteutæ deuoluatur emphyteusis, nihilominus meliorementa sint reficienda, tenet Cuman. consil. 57. prope fin. ver. quinto. vbi allegat Bald. attestantem ita seruari de consuetudine; sed tamen quod debeat probari, Fulgos. consil. 9. num. 3. vers. nec obstant not. per Bald. † Declarat Castrens. consil. 260. in fin. lib. 2. Emphyteutam perdere meliorementa, quando culpa sua cadit; secus, si cadit sine culpa; secus in simplici colono, vel inquilino; quia sine cadat culpa sua, siue non, semper consequitur meliorementa; & ratio est; quia emphyteuta recipit semper ad meliorandum. † Limita idem, quando vel alienauit, vel deteriorauit; quia perdit meliorementa. Iason consil. 17. num. 2. & seq. lib. 2. † Et in casu deteriorationis Angel. Aretin. consil. 25. Lodo. in fin. Vide, *Meliorementa reficiuntur multis casibus. Concl.* 179.

Emphyteusi finita dominus tenetur relocare, & quando secus. Concluſ. 226.

1 HOMOLOGATIO † est approbatio alicuius actus gesti, & habet effectum conualidationis, seu confirmationis; ideo non excedit actum homologatum, vltra quod disponat. Floria. 2 *cons.17. n.8. & seq. ver. secunda ratio.* † Vide, *Ratificatio non extendit actum ratificatum ad speciem non inclusam. Concl.15.* †Laudum homologatum, & approbatum etiam si esset nullum, operatur, vt si actio non oriatur ex laudo, oriatur tamen ex consensu, & approbatione. Anchar. *cons.261. Videtur prima facie, in fin.* Vide, *Laudum quando homologatum dicatur, & quid operetur homologatio. Conclus.25.* 4 †Extende; quia oritur actio ex homologatione laudi sine cessione. quando ad fauorem possessoris fit homologatio. Anchar. 5 *d. cons.261. n.2. ver. & per ista.* † Restringe in homologatione arbitramenti; quia requiritur stipulatio, vt detur actio; secus in homologatione laudi; quia sufficit quilibet consensus. Anch. *cons.249. in quæstione. n.3 & 4.* vbi, quod testes deponentes, quod promisit acceptare, & stare arbitramento non censentur deponere, 6 quod per stipulationem promiserit. † Restringe in homologatione laudi declaratorii; quia sicuti laudum declaratorium non inducit aliquam obligationem; ita neque homologatio, sed solum ius declaratum detegit. Flor. de S. Pet. *d. cons.17. num.8. & seq. ver secunda ratio,* vbi, quod consensus actui præstitus non operatur aliquid vltra illum actum. † Limita; quia homologatio nihil 7 operatur, quando arbitro fuit mandatum, quod ferret certam sententiam; quia tale mandatum esset inutile. Florian. à S. Petro *d. cons.17. n.13. & seq. ver. item non operatur.*

Emolumentum quid sit. Conclus.230.

1 EMOLVMENTVM † verbum generalissimum pro omni vtilitate ponitur. Cuman. *cons.162. Visa copia. n.2.*

Emulatio bona quando dicatur. Concl.231.

1 ÆMVLATOREM, † seu aduersarium habere bonum est, quia virtus in infirmitate perficitur, & bonum ex malo sæpius causatur. Oldr. *cons.81. in fin.* vbi ponit exempla Ioseph vẽditi ob æmulationem, & Iacob, & aliorum, qui magni effecti 2 sunt. † Imo Apostolus inuitat ad æmulationem bonam, dum ait: *Æmulamini inuicem charismata bona.*

Emulatio quando mala, & quæ prohibita ad æmulationem. Concl.232.

1 ÆDIFICARE, † seu opus nouum facere nemini permittitur ad æmulationem in præiudicium alterius; quia æmulationes, quæ præbent causam seditionis, sunt à iure prohibitæ. * Bald. *cons.188. Dicitur, quod opus. lib.2. in pr.* & est * cõmunis, & ma* gis communis * opinio, vt per Boer. *decis.320. n.9.* vbi plures pro * vtraq; parte allegat, & hanc magis * communem, & honestã di- cit. Vide, *Ædificare in suo solo, quæ liceat. Concl.35. & Concl. ibi prox. seq.* 2 †Triplex est species ædificiorum; quia quædam fuit ad æmulationem principaliter; & ista species est prohibita: quædam sunt ad extructionem, & habitationem simpliciter, & si fiat in suo, est permissa, tertia species est ad defensionem, & ista est licita, dummodo fiat in proprio territorio. Bald. *d. cons.188. n.2. ver. nã* 3 *quædã sunt. lib.2.* sequitur Boer. *d. decis.320. n.13. ver. vnde circa.* †Declara; quia ad hoc, vt sit permissum ædificium, vel prohibitum, attenditur mens gerentis principalior. Bald. *d. cons.188. n.2. vers.* 4 *secundo ego præmitto. lib.2.* † Amplia in fluminibus publicis; quia nemo potest ædificare in eis sine licentia Principis, siue sint navigabilia, siue non. Bald. *d. cons.188. n.3. ver. tertio ad euidentiã. lib.2.* Vide, *Flumina publica, & non publica cuius esse dicantur. Conclus.403.* †Amplia in castro, & fortalitio; quia non possunt ædificari ad æ- 5 mulationem. Vide, *Castrum ædificare. vel reædificare quando liceat vel non. Concl.121.* Vide, *Fortalitium quando, & quibus ædificare liceat, vel nõ. Concl.424.* †Declara, vt in *ver. Ædificare in suo cuilibet licet. Concl.* 6 36. † Amplia; quia Princeps æqualis acquirens aliquid etiã minimum in statu alterius Principis præsumitur ad æmulationem; 7 quia ex vicinitate æqualium cõtentio dignitatis nascitur, & vbi leo figit pedem, cætera animalia quiescunt. Anch. *cons.310. Tres domini. n.16.* vbi consuluit contra Com. Sabaudiæ, qui volebat habere quædam castra in Comitatu Albæ Marchionis montis Ferrati, vt non sit conueniens. † Amplia; quia si duo fratres ha- 8 bent fortalitium, vel prædium cum fortalitio, seu castro cõmune, & vnus velit partem suam donare, vel vendere potentiori, præsumitur ad æmulationem facere; ideo non valet. Boer. *d. decis. 320. n.10. ver. tertio adducit.* vbi, quod Rex Franciæ noluit acceptare tales donationes, vel venditiones; quia sunt nullæ. Ias. *in l. quo minus. ff. de flum. n.25.* † Amplia; quia si duo fratres habẽt territo- 9 rium commune, alter non potest ædificare castrum in dicto territorio; quia præsumitur ad æmulationem. Boer. *d. decis 320. n.11.* allegat Rom. *cons.52.* †Extende, etiam si ad communem vtilitatem vellet castrum ædificare; quia frater minor non compellitur soluere medietatem expensarum. Boer. *d. decis. 320. n.12.* †Ex- 11 tende, etiam si castrum, & territorium sit diuisum, sed iurisdictio communis; quia vnus ex fratribus non poterit fabricare fortalitium in parte sua, inuito alio fratre; quia si non est necessarium, melior est conditio possidentis, & prohibentis. Boer. *d. decis. 320. n.12.* vbi extendit, etiam si essent tres fratres habentes castrũ diuisum, & duo in parte sua vellẽt facere fortalitium; quia tertius potest prohibere; quia licet non possit prohibere naturalem vsum rei; tamen potest nouum opus non necessarium prohibere. Vide, *Prohibentis melior conditio in pari causa, & quando secus. Conclus.* 893. † Declara, seu restringe, quando territorium, & iurisdictio 12 esset diuisum; quia quilibet in sua parte territorii pot construere castrum, & facere quicquid sibi placet. Boer. *d. decis. 320. n.12. circa fin. ver. si vero iurisdictio.* † Amplia; quia non potest ædificari 13 fortalitium, quando fit ad æmulationem. Ias. *in l. quo minus. ff. de flum. n.24.* † Limita; quia si ædificium fiat ad habitationem pro- 14 priã, & in suo est permissum. Bald. *d. cons.188. n.2. lib.2.* † Limita, 15 quando ædificium fieret ad defensionem propriam principaliter, & in proprio territorio; quia est permissum. Bald. *d. cons.188. n.2. ver. tertiũ genus lib.2.* Boer. *decis.320. n.13. in fi.* vbi sequitur Bald. vbi supra. Vide, *Defensio licita aduersus omnes, & quando secus. Concl.* 171. †Limita in principibus, & dominis tẽporalibus; quia cũ de 16 consuetudine in eorum territoriis sint domini fluminum publicorũ, possun. diuertere aquas, & vsum nauigandi, & facere fortalitia in suis territoriis, vt de Duce Mediolani; & Mantuæ, & Ferrariæ Bald. *cons.195. Laudare vos, in princ. lib.2.* † Limita; quãdo 17 æmulationis causa ab alio inducitur; quia tunc ignis malæ intẽtionis aqua potest extingui, plura Bald. *d. cons.188. quæsiper tot. lib.* 2. † Limita, quia in dubio ædificium non præsumitur ad æmu- 18 lationem, sed ad proprium commodum, & propriam vtilitatẽ. Alex. *cons.174. ver. quærit circa hoc Ioan. de Im. lib.2.* quem sequitur Boer. *d. decis. 320. nu.8. ver licet in dubio.* Corn. *cons.282. lib.4.* Bero. *cons.139. n.24. lib.3.* vbi, quod is, qui facit in suo, non præsumitur facere ad æmulationem. Bart. & alii *in l. fluminum. §. fin. ff. de damn. infect.* plene Dec. *cons.372. n.3.* Alex. *cons.194. Consideratis. n.4. lib.2.* vbi, quod in dubio quilibet præsumitur in suo facere, vt sibi prosit, non alteri noceat. † Extende; quia si concurrunt aliqua, quæ 19 arguant vtilitatem aliquã æmulationem, attẽdi debet id, quod principalius est. Boer. *d. decis. 320. n.8. in fin.* † Restringe, quando 20 quis ædificat, vt videat in domo vicini, vel videat moniales, vel religiosos, vel in horto, vel curia alterius; quia potest prohibere altius eleuare secundum magis * communem, de qua Boer. *d. de-* * *cis. 320. n.9.* allegat Alex. *cons.9. nu.3. lib.6.* & plenius *cons.174. Opportune. n.4. lib.2.* †Contrarium tenent Bart. & alii multi *in l. altius.* 21 *C. de seru. & aq.* quod quis in suo possit ædificare vsq; ad cœlum, quos citat Boer. *d. decis. 320. n.9. ver. quamuis Iacobus.* † Restringe, 22 quando quis habet aream, quæ non habet ventum, nisi ab vna parte, si vicinus velit fabricare ab illa parte, nõ poterit; quia nocet, & videtur ad æmulationem; ideo potest prohiberi. Boer. *d. decis. 320. n.14.* †Idem, si hæres velit ædificare in præiudicium rei 23 legatę. Boer. vbi supra *decis. 320. n.15.* †Restringe; quando quis in 24 alieno faceret, vel immitteret. Alex. *d. cons.174. lib.2. n.4. vers. sed si nullam.* Grat. *cons.113. in fin. lib.1.* †Restringe, quando ædificiũ, seu 25 fortalitium præberet materiam seditionis, & scandali; quia tunc dicitur ad æmulationem, & potest prohiberi. Boer. *d. decis. 320. n.* 8. †Item, si ædificium est principium æmulationis. Boer. *d. decis.* 26 *320. n.8. vers. & intellige.* † Restringe, quando ædificans minatus 27 fuit prius velle ædificare, vt damnũ inferat; quia præsumitur ad æmulationem. Boer. *d. decis. 320. n.8. ver. ideo est necesse.* Alex. *d. cons.* *174. n.5.*

lib.4.n.5.lib.2. †Restringe, quando illud, quod ædificatur, nō est necessarium; quia tunc præsumitur ad æmulationem. Boer. *d. de*
19 iff.32.n.8. allegat Roman. *cons.52. ver. secundo principaliter.* †Limita, quando effectus præualet intentioni, vt quia quis ædificat molendinum in suo, & in casu licito, vt sibi prosit, sed habet intentionem nocendi vicino, ita quod si non noceret, non ædificaret, talis æmulatio non attenditur, sed effectus. Iaſ. *d.l. quo mi-*
9 nus.n.3. †iff. *de flumin.* †Et ædificans molendinum in suo præsumitur, vt sibi prosit, non vt alteri noceat; ideo valet ædificatio. A-
lex. *cons.194. Consideratis.n.3. & 4.lib.2.* vbi, quod licet alteri noceat, attenditur principalis intētio, quæ præsumitur, vt sibi prosit, cum faciat in suo; & licite. Vide Maſcard. *Concluſ.620. Ad æmulationem an aliquid in dubio factum præsumatur.* vbi, quod factum non præsumitur in dubio ad æmulationem, ampliat, & limitat multis modis.

Enunciatiua verba propter aliud emissa non probant regulariter, & quando secus. Concl.

VIDE Maſcard. *Concl.621. Enunciatiua verba.* vbi ampliat multis modis, & limitat 19. modis. Vide plenius. *Verba enunciatiua quæ dicantur, & non probant, & quando secus. Concluſ.81.*

Episcopus qualiter probet se ipsum esse. Concl.

VIDE Maſc. *Concluſ.622. Episcopus quibus modis.* vbi, quod per bullas, ordinationem, per lōgam reputationem, famam, & aliis modis, non tamen ex præscriptione. Vide, *Beneficiatus agens nomine suo debet docere de titulo. Concluſ.81.* Vide, *Legitimatio personarum debet fieri in omni iudicio. Concluſ.244. cum Concl. ibi proxima seq.* Vide, *Titulus in quibus requiratur, & sine titulo non procedit possessio, neque præscriptio. Concluſ.310.* Vide, *Titulus quando probetur præsumptione, & sufficiat probatio præsumptiua. Concl.316.*

Episcopus non dicitur ante consecrationem, sed electus. Concl.233.

EPISCOPVS † electus, & confirmatus non appellatur episcopus, sed electus episcopus; quia donec sit consecratus, remanet electus, consecratio vero facit eum esse Episcopum. Felin. *in c. meminimus, in princ. de accusat. c. nosti. de elect.* Ant. de Butr. *cons.19.n.3. circa fin. vers. in verbo enim.* † Extende idem in Archiepiscopo; quia ante consecrationem dicitur electus Archiepiscopus. Felin. *d.c. meminimus, in princ. de accusat.* † Extende in Patriarcha ab identitate rationis. Vide, *Consecratio Episcopi intra quantum tempus fieri debeat. Concl.743.* †Restringe in Abbate; quia licet debeat benedici, & benedicto succedat loco consecrationis tamen statim, quod Abbas est confirmatus, licet non sit benedictus, appellatur Abbas. Oldr. *cons.14.n.4. & seq.* sequitur Fel. *c. meminimus, de accus. n.2. ver. quid autem in Abbate.* Vide, *Abbas ante benedictionem quid posit. Concl.8.* Vide, *Benedictio Abbatum & Abbatissarum, quæ est quædam consecratio. Concl.47.* †Idem in Abbatissa quia ante benedictionem dicitur Abbatissa. Felin. *d.c. meminimus, in pr. de accusat.* †Amplia; quia de appellatione Episcopi non venit electus episcopus. Felin. *d.c. meminimus, in prin. de accus.* †Extende, quod propterea si Ciuitas occideret electum, non incurrit pœnam, quam incurreret occidendo Episcopum, & quæ sit pœna, relatiue Fel. *d.c. meminimus. in pr. de accus.* †Restringe, nisi essemus in iis, in quibus eadem ratio militat in Episcopo, quæ in electo. Felin. *d.c. meminimus, in pr. ver. limita, de accus.* †Restringe in iurisdictionibus; quia causa commissa Episcopo, qui mortuus est, cognoscetur per successorem, licet solum sit electus. Felin. *d. c. meminimus, de accus. in pr. ver. limita istam.* per gl. *2. in c. verum, de foro comp. in ver. consecratus.* †Limita in electo per Papam viua voce in Episcopum; quia dicitur Episcopus absque alia consecratione. Felin. *d.c. meminimus. n.2. ver. limita, nisi de Papa, de accus.* Vide, *Abbas ante benedictionem quid posit. Concl.8.* Vide, *Benedictio Abbatum quid conferat. Concluſ.47.*

Episcopus qualis esse debeat. Concl.234.

1 EPISCOPVS † debet habere multas qualitates: primo, vt careat omni macula, & vitio: secundo, quod sit scientia cōmendabilis, vt possit corripere, & docere. Gemin. *in sermonib. suis*
2 *prouidis*, vbi ponit multa requisita ad Prælati vitam. †Exemplum præbere debet aliis bonorum operum, & tāquam arietes gregibus præbere ducatum, & exēplum. *c. sciscitaris. 7. q.1.* Caſtr.
3 *cons.404. illa, quæ infirmari, in pr. lib.1.* † Debet esse conformis bano suo pastorali, vt trahat deuios blandis monitis, confirmet
uctor, & corripiat pœnis incorrigibiles. Gemin. *in dictis sermo-*

nibus. col.2. ver. sequitur, si recte agant, vbi, quod debet potissimum abstinere à nimia seueritate, quæ nullum fructum affert. † Præ- 4
terea debet habere qualitates solis; videlicet virtutem illuminatiuam, calefacientem, & motiuam, vt bonis operibus alios illuminet, & continua charitate alios calefaciat, & bonis doctrinis tardos moueat. Gemin. *d. serm. vlt. pro Episcopis.* †Percutere aliquem non debet per seipsum, etiam correctionis causa, neque pupillorum curam gerere, propter excellentiam suę dignitatis, 5
Fed. de Sen. *cons.293. in fi.* †Missam singulis diebus audire debet. 6
Petr. de Anch. *cons.186. in princ.* † Residere tenetur in sua Eccle- 7
sia, vt eius sponsus, & curator. Ant. de Butr. *cons.10. n.3. ver. nulli dubium.* vbi apost. *in ver. residere.* dicit ex mēte D. Thomę 2.2.q.185.
Episcopum teneri ex præcepto diuino ad residentiam personalem in suo Episcopatu † Canonum custodes appellantur Epi- 8
scopi. *c. cum quib. 24. q.3.* Rom. *cons.332. n.5.* Caſtr. *cons.404. illa, quæ infirmari. n.2. in fin. lib.1.* † Ideo canones violare non debet; quia 9
debitor est Episcopus sacras regulas custodire. Caſtr. *d. cons.404.*
n.2. in fin. lib.1. † Mature, & appensate debet Episcopus omnia a- 10
gere, ne si immature, & præcipitanter agat, similem præbeat aliis occasionem, quia tot sunt pœnis digni, quot aliis mala præbent exempla. Caſtr. *d. cons 404. in princ. lib.1.*

Episcopalis authoritas substinenda. Concl.235.

AVTHORITAS † Episcopalis est conseruanda, & tunc 1
conseruatur magis, quando Papa, vel Concilium generale reuerentiam præbet huic auctoritati. Rom. *cons.332. n.3. ver. nam si sacrum Concilium.* vbi, quod superior sibi licere non putat, aliis obseruandum præcipere dicitur. *c. Imperatores, in fin. 11. dist.* † Ex- 2
tende; quia verba sunt Ecclesiæ regi strata *in c. de ecclesiasticis 20. q.* 2. loquētis de episcopis, & episcopali authoritate, nec vlli, quod sui iuris est, ambitioso aliquo stimulāte denegabo; fratres enim 3
meos per omnia honorare cupio. Rom. *d. cons.332. n.4.* † Extende; quia recurrentes ad Papam, vel concilium pro re, quæ per ordinarium potest expediri, si ad ordinarium non habuerunt primum recursum, sunt ad eundem remittendi. Roman. *d. consil.* 4
332. n.3. ver. secundo quia. †Debet etiam Episcopus cautius & prudētius omnia maturius agere, ne vilescat eius authoritas, si facta ab eo erunt retractanda, seu reuocanda. Caſtr. *cons.404. in princ. lib.1.* incip. *illa, quæ infirmari.*

Episcopalis iurisdictio in quibus constet. Concl.236.

IVRISDICTIO † Episcopi secundum antiquos habet duo 1
principia, & fundamenta, videlicet iurisdictionis, & legis diœcesanæ, sed secundum Ant. de Butr. *cons.19. in pr.* reducitur ad tria capita, seu principia; primum est; quia quædam competunt Episcopo ratione ordinis; secundo quædam ratione iurisdictionis; tertio quædam ratione potestatis, seu dignitatis. † Hinc episco- 2
pus ordinarius appellatur, vt includantur ea, quæ sunt ordinis, & iurisdictionis, & etiam appellatur diœcesanus, vt includatur potestas, quæ dicitur simplex potestas ex dignitate, vltra potestatem ordinis, & iurisdictionis. Ant. de Butr. *cons.19. n.3. circa fin. ver. in ver. enim.* †Ordinis episcopalis institutio facta fuit ab Apo- 3
stolis, vt essent episcopi, & presbyteri; Episcopi fuerunt duodecim Apostoli; Presbyteri fuerunt 72. discipuli. Vnde duo tantū reperiuntur ordines instituti, & non datur medius ordo inter episcopum & presbyterum, prout Chorepiscopi; quia imo fuit reiectus ab Apostolis; ideo in omni dispositione quantumuis vniuersali, quod quis possit ea, quæ Episcopus, non potest ea, quæ sunt ordinis; qa vniuersalis Ecclesia decoloraretur, & in iis, quæ respiciunt statum vniuersalis Ecclesiæ. Papa non potest cōtrarium disponere. plene Anton. de Butr. *d. cons.19. n.6. & seq.* maxime *num.8.*

Episcopus habet multas prærogatiuas ex dignitate episcopali. Concl.237.

EPISCOPALIS † dignitas absoluit Episcopum religiosum 1
ab ordine, & obseruantia religionis. Fed. de Sen. *cons.20. nu.*
4. ver. sed quod acquiratur Episcopatui. † Minorem dignitatem non 2
potest Episcopus obtinere; non quia non sit dignus; sed quia nō decet in vilipendium dignitatis Episcopalis. Fed. de Sen. *d. cons.*
20. col. pen. ver. & est simile, quod dicimus. † Administrationem con- 3
sequitur Episcopus spiritualium, & temporalium ex sola confirmatione, vel consecratione, etiam si non habeat possessionē. Feder. *d. cons.20. n.4. col.2. ver. sed quod acquiratur.* per *cap. transmissa, de elect.* & latius *n.7. ver. non obstant iura, per quæ arguitur.* † Acquirēdo magis acquirit episcopatui, quam aliis beneficiis, quæ ob- 4
tinet propter prærogatiuam dignitatis. Fed. *d. cons.20. n.7. col. an-*

tepen. vers. non obstat cap. cum in cunctis. † Præscribi contra eum non possunt ea, quæ sunt ordinis, vt per Cald. cons. 192. circa prim. ver. vnde concludit Hostien. alias 2. de præscript. vbi in fin. quod etiam ipse
6 supplet negligẽtiam eius, qui præscripsit. † Speciali nota dignus est Episcopus, & ecclesia episcopalis; ideo dispositio loquens de ecclesiis, & ecclesiarum ministris non extenditur ad ecclesiam cathedralem, neque ad Episcopum, maxime in odiosis Petr. de Anch. cons. 186. n. 5. & seq. ver. secundo principaliter. Ant. de But. cons.
10. n. 4. vbi, quod istud procedit in materia differenti, & pericu-
7 losa, ac multum exorbitanti, alias secus. † Parochianus alicuius Ecclesiæ dici nõ potest, nec etiam propriæ ecclesiæ; quia episcopus est præordinator, & aliis impendit sacramenta, nõ ideo ipse subiicitur alicui ecclesiæ. Petr. de Anch. d. cons. 186. n. 4. & seq. ver. nam ipse, vbi, quod si eligat sepulturam in quacunque Ecclesia, & faciat legatum, non debetur quarta ecclesiæ cathedrali; quia
8 ipse non subiicitur. clem. dudum, de sepult. Anto. de Butr. d. cons. 10. in pr. † Illustris dicitur Episcopus, & æquiparatur præfecto prætorio, & habet maiorem dignitatem, quam habeat quicunque prætor ciuitatis. Ang. cons. 276. Punctus talis est. statuto ciuitatis. Epi-
9 scopus † dicitur officialis ciuitatis, & populi. Anch cons. 340. Viso themate in pr. & plenius cons. 341. in pr. sequitur Felin. in c. ecclesia S. Mariæ, de constit. in 3. q. n. 69. Dec. cons. 40. Viso tenore, in pr. & in rubr.
10 de off. deleg n. 10. plenius ibi Sylvest. Aldobr. † Extende; quia statutum pœnale, quod quis non extrahatur ad iurisdictionem nõ Perusinam, potest conueniri coram Episcopo Perusino; quia iurisdictio est Perusina. Bald. in l. 1. §. Huius studij ff. de iust. & iur. in fin.
11 sequitur Felin. vbi supra. † Extende; quia appellatione ciuiu & districtualium veniunt clerici in fauorabilibus, vide Felin. vbi
12 sup. vbi allegat pro, & contra, licet tucatur hanc partem. † Pater spiritualis reputatur illius ecclesiæ particularis, cui præest. c. sicut.
13 de 8. mon. Abb. in 3. q. incip. Sempronius, in pr. † Filius etiam dicitur ecclesiæ vniuersalis; quia ecclesia vniuersalis baptismo omnes
14 generauit. c. qui abstulerit 12. q. 2. Abb. d. q. 3. in pr. † Sponsus etiam dicitur ecclesiæ suæ; quia ecclesia dicitur sponsa, & vxor prælati. c. sicut alterius. 7. q. 1. & Ecclesia mortuo pastore dicitur viduata. c. ne pro defectu, de translat. Episc. Abb. d. q. 3. in pr. † Declara; quia
15 licet pater non teneatur alere filium habentem aliunde de suo; tamen ecclesia bene alit Prælatum suum habentem aliunde. Abb. d. q. 3. col. 3. n. 3. & seq ver ad solutionem. vbi, quod ecclesia etiã tenetur ad funeralia sui Prælati, quæ consolationem animæ respiciunt; non tamen ad respicientia pompam, etiam si fecit hære-
16 dem alium, quam ecclesiã. † Vicarius Christi dicitur Episcopus in sua ecclesia, & diœcesi. c. mulier 33. q. 5. Abb. d. q. 2. col. 3. n. 4. ver. se-
17 cundo adduco. † Legatus Christi dicitur Episcopus, apostil. ad Barr. cons. 167. incip. Quod minister. lib. 1. vbi ad hoc allegat c. accusation. 2. q. 3. & in c. omnes, qui. 7. q. 1. vbi, quod spectat ad Christum punire iniuriam facientes Episcopo; quia fungitur officio legationis Christi, vbi dicit apostilla, quod propterea Episcopus potest facere pacem cum eo, qui Christum offendit, puta blasphemãdo,
18 vel alias. † Pater pauperum dicitur, & hac ratione visitat omnia loca pia, etiam laicalia, vt fructus ad alimoniam pauperum relicti in eum vsum conuertantur. Anch. cons. 129. n. 8. † Episcopalis
19 dignitas non nisi in maioribus, & frequentioribus populis est concessa; ideo castris, & locis vilioribus non datur hęc dignitas, quæ ex numerositate vilescit, vt per Ant. de Butr. cons. 19. n. 6. vbi, quod concedere Abbatibus, & aliis inferioribus ea, quæ sunt Episcopalis dignitatis, esset contra institutra Apostolorum, & ꝙ
ita priuilegia ampla concessa Abbatibus sunt intelligenda, ne contineant ea, quæ sunt ordinis; quia Papa vel non posset, vel non deberet cõcedere; quia ecclesia vniuersalis decoloraretur.
20 allegat c. episcopi 8. distinct. † Rationem assignat Anton. de Butr. d. cons. 19. n. 8. ver. item si sic late. vbi, quod duo ordines tantum personarum sunt instituti, videl. episcopi, qui sunt loco 12. Apostolorũ, & Presbyteri, qui sunt loco discipulorum septuaginta duorum, & tertius ordo Chorepiscoporum fuit à canonibus dãnatus; & ideo contra ordinationem Apostolorum Papa hoc non
21 faceret; quia esset confusio decoris, & status ecclesiæ. † Amplia; quia episcopus & Prælatus põt esse testis in causa ecclesiæ suæ, quando vniuersaliter pro ecclesia agitur; secus si specialiter pro bonis Ecclesiæ de mensa episcopi existẽtia, vide plene Mascard.
22 Conclus. 624. Episcopus. † Extende; quia potest esse iudex in causa
☞ suæ ecclesiæ. Vide, Episcopus est iudex. Concl. 257. † Amplia; quia i-
23 gnorantia episcopi, quod beneficium vacauerit, probatur iuramento, nisi sit supina, & vltra sex menses. Masc. Conclus. 526. Episcopi iuramento. item epistola, & litteræ episcopi sigillatæ, & subscriptæ probant, & quando secus. Vide Masc. Conclus. 627. Epistola Episcopi.

Episcopales actus, qui soli Episcopo competunt, & conueniunt. Concl. 238.

POENITENTIA † publica potest à solo episcopo imponi. 1
Oldr. cons. 246. n. 4. ver. tertia potest. † Chrismare in fronte soli 2
episcopo conuenit. c. quamuis chorepiscopi. 68. distinct. Oldr. d. cons.
246. n. 4. ver. tertia ratio. † Benedicere solemniter cum inuocatio- 3
ne solemni: Sit nomen Domini benedictum. c. ministrare. 26. q. 6.
Oldrad. d. cons. 246. n. 3. † Absoluere potest, & dispensare contra 4
canones in casibus, in quibus expresse nõ est prohibitus, vel superiori non est reseruata potestas. cap. nuper. de sentent. excommunic.
Fed. de Sen. cons. 14. n. 4. vers. item non obstat. † Benedicere, seu re- 5
conciliare ecclesiam pollutam competit soli Episcopo; quia illud est ordinis episcopalis. cap. aqua, de consecrat. eccles. vel alt. vbi
Abb. & alii. † Ordinare ad sacros ordines soli episcopo est con- 6
cessum. Sbrozz. in tract. de Vicar. Episc. lib. 2. q. 2. vbi refert alia omnia, quæ sunt ordinis episcopalis.

Episcopalis Ecclesia à quo conferri debeat. Conclus. 239.

DE † iure antiquo vacante ecclesia episcopali electio episco- 1
pi spectabat ad Capitulum ecclesiæ episcopalis, & institutio spectabat ad metropolitanum. Ægid. Bellam. cons. 31. n. 25. ver.
circa primam quæstionem. allegat pro electione c. congregatio. 16. q.
vlt. ac c. 1. de electo. allegat pro institutione metropolitani, cap. nihil
cum ibi not. eod. lib. 6. † De iure nouissimo hodie sunt reseruatæ 2
prouisioni Apostolicæ omnes ecclesię cathedrales, ortigo habetur in c. si eo tempore, de elect. in 6. sed vniuersalis reseruatio est in extrauag. ad regimen, de præb. & nouissime per regulas Cancellariæ
summorum Pontificum. † Et quod ecclesię omnes episcopales, 3
& maiores ecclesiæ cathedrales à solo Papa conferantur. Gem.
cons. 88. col. 2. n. 3. ver. quia nullus dubitat.

Episcopus est superior omnium denegantium iustitiã, & ad Episcopum recurri potest. Concl. 240.

EPISCOPVS † per viam recursus potest adiri ab omnibus 1
in casu negatæ iustitiæ per seculares etiam non recognoscẽtes superiorem. authen. vt differentes iud. §. si tamen contingit. collat. 9.
quem text. ad hoc allegat Cald. cons. 95. nu. 5. vers. quia tamen prædicta, alias est 1. de treuga & pace. † Amplia; quia potest adiri episco- 2
pus, quando statutum tollit exceptionem, ne contra agentem possit excipi de turpitudine causante peccatum; quia, vt admittatur talis exceptio, Episcopus potest præcipere, & ad eum potest recurri, quando statutum esset nutritiuum peccati. Bald.
cons. 114. Factum tale est, Picha, nu. 3. ver. considerandum est, vsque in fin.
lib. 4. † Amplia; quia Episcopus compellit nedum iudices secu- 3
lares, vt iustitiam faciant per censuram Ecclesiasticam, sed etiam vt exequantur præcepta, & sententias episcopales. Angel. consil.
276. n. 3. in fin. ver. item Episcopi. † Extende in tantum, quod secula- 4
ris non potest cognoscere de iustitia, vel iniustitia sententiæ exequendæ, sed bene de nullitate. Ang. d. cons. 276. nu. 4. vsque in fin.
Vide, Iudex ecclesiasticus in quibus possit cogere iudicem secularem. Concl.
443. & duabus Concl. ibi præced. & seq.

Episcopus ad quæ obligetur suo Metropolitano. Conclus. 241.

EPISCOPVS † tenetur suo metropolitano ad præstandum 1
iuramentum obedientiæ, & reuerentiæ. cap. dilecti, de maior. & obed. Ægid. Bellam. cons. 31. n. 7. † Extende; quia potest introduci consuetudo, vt teneatur iurare, etiam antequam possessionem episcopatus habuerit, vt de consuetudine Archiepiscopus
Rotomagen. habet, & valet consuetudo. Ægid. Bellam. d. consil.
31. n. 5. & seq. ver. In causa Abricen. † Extende; quia etiam episco- 3
pus prouisus à Papa tenetur iurare suo metropolitano iuramentum solitum præstari etiam à consuetudine introductum. Ægid.
Bellam. d. cons. 31. n. 25. ver. circa primam quæstionem. vbi, quod Clemens VI. ita declarauit. † Extende, vt procedat, etiam si nõ pro- 4
betur consuetudo specialis in casu Apostolicæ prouisionis; quia sufficit generalis consuetudo iurandi, quæ includit, & comprehendit per interpretationem etiam consuetudinem in specie,
quando prouisio fit Apostolica authoritate, vide eundem Ægid. Bellamer. subtiliter distinguentem inter consuetudinem generalem & specialem. d. cons. 31.
num. 26. & 27. ver. circa secundam.

Epi-

Episcopus est Prælatus omnium ecclesiarum suæ diœcesis carentium Prælato. Concluſ.242.

EPISCOPVS † dicitur Prælatus ecclesiarũ, in quibus alius Prælatus non reperitur. Hoſtien. *in c.cum cõtingat, de for.comp.* Oldr. *conſ.67. circa fin. ver. & dicimus in talibus. n.3. circa principiũ nu-*
1 *mero.* † Amplia, vt imo appellatione Prælati ſolus Episcopus cõprehendatur. Oldr. *conſ.230. n.2. ver. tertia ratio.* vbi, quod licẽtia audiendi confeſſiones data monachis de licentia Prælatorum ipſorum conſirentium ſolum Epiſcopum comprehendit, non autem parochianum, & ſic ſola licentia Epiſcopi ſufficit. † Declara, vt non procedat in præiudicialĩ diſpoſitione; quia viſitare habens monaſterium, vel eccleſiam collegiatam cum Prælato nõ viſitat Epiſcopum, licet ſit Prælatus; quia de immediato in-
2 telligitur. Fed. de Sen. *conſ.145. n.6. ver. item quæritur.* † Amplia, vt Epiſcopus dicatur eſſe in eccleſia, & eccleſia dicatur eſſe in epiſcopo *ex ſim. 7. q.1.* ita vt epiſcopus ſit adminiſtrator eccleſiæ, & repræſentet eccleſiam, & e contra. Fed. de Sen *conſ.68. circa med. n. in fin. ver. nec obſtat.* Cald. *conſ.313. circa fin. ver. ſed conſtat*, alias 10.
3 *de feud.* † Amplia; quia epiſcopus dicitur maritus, & ſponſus ſuæ eccleſiæ, aliarum vero eccleſiarũ ſuæ diœceſis dicitur caput per modum iuriſdictionis. Fed. de Sen. *conſ.145. n.6. in fi. ver. & hoc di-*
4 *ctum*, imo eccleſia dicitur vxor epiſcopi. Cald. *d. conſ.313. in fi.* alias 10. *de feud.* † Amplia; quia epiſcopus eſt adminiſtrator in cunctis omnium eccleſiarum ſuæ diœceſis, vt 10. *q.1. per tot.* Fed. de Sen.
5 *conſ.124. circa fi.* † Amplia, vt appellatio eccleſiæ cathedralis quãdoque intelligatur de Epiſcopo, quandoq; de Capitulo, quandoque de epiſcopo, & Capitulo, ſimul, quandoq; de neutro. Vi-
6 de Fed. de Sen. *conſ.296. in pr.* vbi late per totum tractat, quando legatum factum eccleſiæ cathedrali debeatur Epiſcopo, vel nõ, vel pro qua quota. † Et quod ſi legatur epiſcopo, acquiratur eccleſiæ, & e conuerſo. Cald. *d. conſ.313. in fin. ver. vnde video*, alias 10.
7 *de feud.* † Amplia; quia in prohibitione epiſcopi facta de alienatione in eccleſiam, quod non poſſit fieri de feudo, ſicuti non cõprehenditur epiſcopus; ita neque ſua eccleſia ratione cõnexitatis & quia epiſcopus, & eccleſia faciunt vnum totũ, late Cald.
8 *d. conſ.313. ver. ad ſecundum, circa fin.* alias 10. *de feud.* † Amplia; quia Epiſcopus dicitur curatus totius diœceſis. *c. in pleriſq;, de offic. ord.* Anch. de Butr. *conſ.10. n.2. verſ. item talis quarta detractio.* Anch. *conſ.*
9 *196. n.5. ver. præterea ratio*, & ponit Caſp. Caball. in apoſt. *ad d. conſ.* 10. Butr. vbi, quod ſolus epiſcopus proprie, & plene dicitur curatus, quia ſolus eccleſię eſt ſponſus; alii vero ſunt adiutores epiſcopi. † Amplia; quia epiſcopo ſubſunt omnia monaſteria ſuæ diœceſis, & omnes eccleſiæ. Oldr. *conſ.274. In cauſa, quæ vertitur,*
10 *propr.* † Amplia; quia epiſcopus Feltrenſis in ſuo epiſcopatu habet fundatam intentionem, quod omnes decimæ poſſeſſæ à laicis recognoſcantur ab epiſcopo; ideo põt illas vendicare, ſi non doceatur de inueſtitura, maxime concurrente fama publica.
11 Palg. *conſ.226. Præſuppoſito iure communi.* † Amplia; quia epiſcopus habet intentionem fundatam in omnibus eccleſiis ſuæ diœceſis. Felin. *in c.cum venerabilis. n.32. & ſeq. de except.* Io. de Selua *tract. de benef. part.2. q.22. n.52. & ſeq.* Rom. *conſ.361. In caſu propoſitæ. nu.3.*
12 *ver. qua enim ratione.* † Declara, vt procedat circa ſpiritualia, non autem circa temporalia. Zabar. *conſ.118. in fin.* allegat *d.c. cum venerabilis, in fi. de except.* & alios text. quibus dicit probari, quod circa temporalia, & cenſus non habet intentionem fundatam. † Extende; quia omnia loca ſita in diœceſi ciuitatis præſumũtur ſubiecta epiſcopo, & epiſcopus habet fundatam intentionẽ de iure
13 communi. Rom. *conſ.180. Si admittimus. n.4. ver. licet enim*, vbi de epiſcopo Ciuitatis Caſtelli, qui habet intentionem fundatam in Burgo S. Sepulchri, ex quo eſt diœceſis ſua. † Extende quoad collationem omnium beneficiorũ. *c. omnes baſilicæ 16. q.7.* Rom.
14 *d. conſ.61. n.3. ver. qua enim ratione.* Vide, & declara, vt per Maſc. *Concl.167. Baſilica cuius præſumatur.* Vide, *Epiſcopo ſubſunt omnia monaſteria eccleſiæ, & loca religioſa. Concluſ.245.*

Epiſcopus habet iuriſdictionem in locis exemptis ſuæ diœceſis, quoad multa. Concluſ.243.

EPISCOPVS † habet iuriſdictionem, & poteſt punire ſuum ſubditum non exemptum delinquentem in loco exempto
1 ſuæ diœceſis. Fed. de Sen. *conſ.2. per tot.* vbi eſt caſus conſilii. Am-
2 plia, † vt nedum puniat delinquentem contra prohibita à iure communi, ſed etiam à iure epiſcopali; quia ex conſtitutione, vel ſtatuto epiſcopi, *quicunq; luſerit ad Azardum*, ſubditus epiſcopi ludens in loco exempto eſt excommunicatus. Fed. de Sen *d. conſil.*
3 *3. per tot.* † Amplia, vt ipſe epiſcopus habeat iuriſdictionẽ in eos, qui contraxerunt in loco exempto ſuæ diœceſis, ſaltem ratione domicilii; q a alias ſunt ſub iuriſdictione epiſcopi, nec eximũtur prætextu, q in loco exempto contraxerint. Fed. de Sen. *d. conſ.2.*
4 *col.2. ver. præterea.* † Amplia; quia in iis, q ſunt ordinis epiſcopalis, epiſcopus habet iuriſdictionẽ in locis exẽptis ſuæ diœceſis; ideo põt ordinare, p dicare, & celebrare etiã inuitis Rectorib. *c. cum epiſcopus, de off. ord. lib.6.* Cald. *conſ.192. circa med. ver. quæ autẽ ſint illa*,
5 alias 2. *de præſcript.* † Limita; quia epiſcopus non põt erigere tribunal in loco exẽpto, niſi de licentia exemptorum, ſecus in loco non exempto. Gem. *conſ.35. n.7. in fin.* Vide, *Epiſcopus non exercet iu-*
6 *riſdictionẽ in locis exemptis. Concl.* 297. † Declara; quia ſi habet epiſcopus iuriſdictionem in loco exempto, certis caſibus põt conſtituere officialem, & tribunal erigere in loco exempto; ſi vero habet iuriſdictionẽ ſolũ in perſonas loci exẽpti, non põt erigere tribunal, neq; conſtituere officialem in loco exẽpto. Rota *in no-*
7 *uiſſimis par.1. deciſ.796.* vbi dicit* com. Vide, *Epiſcopus habet iuriſdictionem in exemptos ſuæ diœceſis multis caſibus. Concl. prox. ſeq.* Vide, *Exẽpti non ſubſunt locorum ordinariis in multis. Concl.* 566. Vide, *Exempta loca habent multa ſpecialia. Concl.* 576. Vide Concl. prox. ſeq. † Hodie ex diſpoſitione S. Concilii Trident. viſitat omnes eccleſias exemptas, omnia monaſteria, & beneficia etiam exempta, & cõmendata, Hoſpitalia, confraternitates, eleemoſynas, Mõtes pietatis, & pia loca omnia, *ſeſſ.7. c.8. de reform. & ſeſſ.21. c.8.*

Epiſcopus habet iuriſdictionem in exemptos ſuę diœceſis multis caſibus. Concluſ.244.

EPISCOPVS † poteſt punire exemptum ſuæ diœceſis, ſi nõ
1 euitare facit excõmunicatum ab epiſcopo etiam in loco exempto. Fed. *conſ.2. col.1. ver. ad primã.* ſecus eſt, vt ipſe dicit in alio epiſcopo. *c. epiſcoporũ de priuil. in 6.* † Amplia; quia per modũ ſup-
2 plendę negligentiæ epiſcopus multa poteſt in exemptos. *clem.1. de ſupplen. neglig. prælat.* Fed. *conſ.2. col.1. in fi. ver. itẽ ſi verum.* Amplia;
3 † quia exempti ratione contractus celebrati per dictos exẽptos loci exẽpti de diœceſi extra locũ exemptũ, & in diœceſi, in qua habẽt loca exẽpta, quoad huiuſmodi contractũ non ſunt exempti. *c.1. de priuil. in 6.* ſecus ſi in aliena diœceſi contraherẽt. ita Fed.
4 de Sen. *conſ.14. circa fi. n.6. ver. vnde ſi contrahant. & conſ.19. n.6. verſ. præterea exẽptus*, vbi loquitur, ſiue cõtrahat, ſiue delinquat extra locũ exemptũ. † Amplia; quia epiſcopi diœceſani in multis articulis exercent iuriſdictionem circa exemptos, & loca exempta, & propterea in priuilegiis ſemper ponitur clauſula, *quod non præ-*
5 *iudicetur ordinario in aliis*, prout eſt text. cũ ibi not. *in clem 3. in fi. de priuil.* Fed. *d. conſ.14. n.6. ver. itẽ prior.* † Amplia; quia epiſcopus remanet ordinarius & exercet iuriſdictionẽ omniũ, qui fuerũt exempti, ceſſante quouis modo exemptione, & ideo ſi monachus exẽptus trãſferatur ad eccleſiã ſeculare, vel aliã dignitatẽ, q̃ dimittat, remanet monachus, qui habet epiſcopum p Abbate, & ſuperiore. Fed. de Sen. *conſ.19. n.5. ver. ſed videtur, quod remaneat.* & idẽ, ſi monachus exẽptus transferatur ad Prioratũ nõ exemptũ; quia q̃diu in eo ſtererit, ſubeſt ordinario, & idẽ in Abbate exempto, qui ratione membrorum nõ exempto rũ ſubeſt ordinario.
6 *c. exparte, de priuil. & c. cũ capella. eod. tit. in 6.* Fed. de Sen. *conſ.145. n.7. ver. itẽ ſi monachus.* † Amplia in ſubdito epiſcopi effecto archiepiſcopo; qui ſi dimittat archiepiſcopatũ, efficitur, & reuertitur ſubiectus ſuo ordinario. *c. ad ſupplicationem, de renunc.* Fed. de Sen.
7 *d. conſ.19. n.5. ver. ad hoc optime facit.* † Amplia; quia licet epiſcopus non conferat Abbatias, & dignitates regulares eligibiles, quæ ſpectant ad electionem conuentus; tamen omnibus monachis mortuis ius ad Epiſcopum deuoluitur, qui ordinabit Abbatem.
8 Fed. *conſ.34. n.3. ver. hinc eſt.* † Amplia; quia epiſcopus procedit cõtra canonicum cerię eccleſiæ exemptæ, quando deliquit in loco non exempto, ſecus ſi delinquat in loco exempto. Cald. *conſ.*
9 127. *Cõtra canonicum.* alias 13. *de iudic.* † Amplia; quia epiſcopus eſt iudex ſuperioris Prælatorum, qui præſcripſerunt epiſcopalia in ſua diœceſi; quia ad epiſcopum appellatur, & ſi inferiores denegarent, vel negligerent facere iuſtitiam; tunc epiſcopus præfiget terminum, & poſtea procedet. Cald. *conſ.192. in pr. ver. appellatur*
10 *tamen.* alias 2. *de præſcript.* † Extende, vt procedat etiam reſpectu canonicę inſtitutionis; quia poteſt cognoſcere, an bene, vel male inferiores inſtituerint in beneficiis, & ſi reperiat eos, vel deliquiſſe, vel ſimoniam commiſiſſe, aut deliquiſſe, cognoſcet, & puniet. Cald. *d. conſ.192. in fin. ver. item habebunt.* alias 2. *de præſcript.*
11 † Amplia; quia idem epiſcopus eſt iudex exemptorum, & compellit eos ad ſoluendum decimas, quas debent de loco non exempto. Gemin. *conſ.72. n.10. ver. concluditur ergo.* † Amplia; quia e-
12 piſcopus concurrit cum omnibus Prælatis inferioribus ad correctionem ſubditorum ipſorũ Prælatorum ſuæ diœceſis, exceptis religioſis Prælatis. Abb. *in c. paſtoralis. n.6. de off. ord.* † Amplia:
13 quia

quia ordinarius habet intentionem fundatam de iure communi contra omnes in sua diœcesi. Rota *in nouissimis decis.803. part.*
14 1.Caputaq.*decis.306.part.1.* † Extende, vt idem sit in alio ordinario inferiori, vt de Præposito Pisciæ Rota *in nouiss.ead.decis.803.n.*
15 4.*ver.vnde in hoc.* †Et ideo, qui allegat priuilegium, vel pertinentiam, debet probare præscriptionem formatam cum titulo, & bona fide 40.annorum, aut præscriptionem immemorabilem,
16 Rot.*d.decis.803.n.3.* † Declara; quia etiã finita præscriptione per inferiorem, adhuc tamen habitu Episcopus retinet; & ideo si is, qui præscripsit, est negligens, reuertitur ad episcopum. Rota in
17 *nouissimis decis.259.part.2.* † Amplia; quia Episcopus potest punire Episcopum, vel etiam Archiepiscopum, cui nõ sit suffraganeus, quando delinquunt in sua diœcesi, communem* dicit Iul. Clar.
18 *in prax.crim.§.fin.q.35.n.14.* † Amplia in tantum, vt qui dicit se esse nullius diœcesis, debet probare. Rota *in nouiss.decis.207.p.2.* vbi, quod exemptio repugnat existentiæ nullius, & quod requiritur probatio; vt taliter exerceat iurisdictionem Episcopalem,
19 & territorium sit separatum. † Limita in familiaribus Cardinalium; quia ipsi Cardinales sunt iudices suorum familiarium, & ita seruari in Romana Curia attestatur Iul. Clar. *in §. fin.q.35.nu.* 17.vbi, quod propterea Cardinales habẽt carcerem priuatum, & quod neq; Vicarius Papæ se intromittit, sed hodie ista non
20 seruantur. † Limita; quia non habet iurisdictionem in clericos, seu regulares exemptos; quia licet sint intra diœcesin, habẽtur, ac si non essent; quia videntur sibi constituere aliam diœcesim; igitur sine licentia Papæ non potest eos compellere. Castr.*consil.*
21 *432. Videtur dicendum.nu.3.lib.1.& cons.187. in fin.lib. verbis. eod. lib.* Zabar.*cons.112.in fin.* † Extẽde; quia non possunt etiam expresse, vel tacite prorogare iurisdictionẽ Episcopi, à quo Papa exemit sine licentia Papæ. Castr.*d.cons.432.n.3. ver. nunc ad propositum. lib.*
22 1. † Limita, quia visitare & corrigere non potest loca exempta religiosorum, non exempta visitat, & corrigit. Ant. de Butr.*cons.*
19.*n.20.ver.& ex hoc patet.* Zabar.*d.cons.112.in fin.* Vide Conclus. prox. præced. Vide, *Exempti in quibus subsunt locorum ordinarijs. Conclus.565.*

Episcopo subsunt omnia monasteria, Ecclesiæ, & loca religiosa suæ diœcesis. Concl.245.

1 EPISCOPO † subsunt omnia monasteria, & loca religiosa, & omnes Ecclesiæ suæ diœcesis. Oldr.*cons.274. In causa, quæ*
2 *vertitur, in pr.* Lap.*alleg.42.n.3.vers.& tunc locus.* † Amplia in tantũ, vt Episcopus ordinet Abbates, & religiosos Prælatos suæ diœcesis, quando omnes religiosi, ad quos electio spectat, essent mortui, quia potestas redit ad episcopum, tãquam ad originem suam. Fed.de Sen.*cons.34.n.3.ver.hinc est.* allegat not. *in c.quanquã,*
3 *de elect.in 6.* † Extende; quia ecclesiæ, siue capellæ monachorum subsunt Episcopo, nisi probentur exemptæ. Masc. *Conclus.587.*
4 *n.5.* † Amplia, vt etiã Hospitalia, leprosariæ, & alia loca pia subsint episcopo, in cuius diœcesi sunt sita, ita quod possit illa visitare, & ordinare, quod bona dispensentur ad vsum destinatũ Fed.de Sen.*cons.111.in pr.* Anch.*cons.129. Super primo.n.8.ver.desiẽdo ad aliud.* vbi, quod ex quo Episcopus est pater pauperum, põt visitare loca laicalia pia, & compellere ad exequendam hospitalitatem, & ad erogationem in pios vsus, ne in vsus malos dis-
5 sipentur redditus. † Declara, q̃ ampliatio procedit in Hospitalibus, locis religiosis, & authoritate Episcopi fundatis; secus si sunt loca prophana; quia Episcopo non subsunt. Feder.de Sen.
6 *cons.130.per tot.* † Contrarium tenet Anch.*d.cons.129.n.8.* quod imo, etiã si sit locus mere laicalis, potest visitare, vt videat, quod fructus iuxta ordinata dispensentur, nõ ad alium finem; quia est
7 pater pauperum. † Amplia; quia episcopus deputat in monasterio superiorem, quando prior est excommunicatus. Calder.*cons.*
8 401.alias 16.*de regular.* † Limita; quia quoad legem diœcesanam omnia monasteria sunt exempta ab episcopo. Abb.*cons.47. Tria*
9 *ad claram, in pr.lib.1.c.cum pro vtilitate.16.q.1.c.cum dilectus. de offic.ordin.* † Et quod cathedraticum, & alia, quæ soluũtur episcopo vti superiori, sint ratione legis diœcesanæ excepta quarta, quæ sibi
10 debetur de legatis, & aliis. Abb.*d.cons.47. in princ.lib.1.* † Limita; quia episcopus non potest publice in monasterio etiam sibi subiecto celebrare inuitis fratribus, seu monachis, ne per concursum populi monachi, qui debent vitam solitariam ducere, scãdalizentur. Abb.*cons.59. Attingam, circa fin.ver.& hanc opinionem.*
11 *lib.2.* † Limita; quia monasteria ordinis Cistercien sis sunt exẽpta, & in pacifica possessione exemptionis. Abb.*cons.56. Videtur primo, in fin.lib.1.* allegat text. cum ibi not. *in cap. cum ordinem, de rescript.* Vide, *Episcopus est Prælatus omnium Ecclesiarum suæ diœcesis. Conclus.242.*

Episcopus habet iurisdictionem in omnes clericos suę diœcesis. Conclus.246.

EPISCOPVS † habet iurisdictionem in omnes clericos suæ Ciuitatis, & diœcesis. Ægid. Bellam.*cons.6.n.4.* 1

Episcopus est iudex scholarium, & officialium. Concl. 247.

DE † iure communi iudices scholarium sunt Episcopus, Rector, & Doctor legens. *auth. habita. C. ne filius pro patre*, plene Iul. Clar. *in §. fin.q.35.n.23.* vbi distinguit, quod quicquid sit, de iure Doctor legens non est iudex, sed solus episcopus, & Rector in ciuilibus, in criminalib. solus Episcopus, & Potestas, seu Rector secularis. † Amplia; quia iudex quorumcunq; officialium in 2
syndicatu, vel extra est Episcopus, & præfectus prætorio de iure communi; sed tamen hodie cum cessent præfecti prætorio, & iurisdictio Episcoporum sit sublata de consuetudine, remanet iudex officialium is, qui posuit eos, ita Iul. Clar. *d.§.fin.q.35.n.21.* Vide, *Rector scholarium quid possit, & quam iurisdictionem habeat. Concl.63.*

Episcopus quid possit circa Religiosos. Concluſ. 248.

EPISCOPVS † dicitur Prælatus mediatus, & etiam immediatus religiosorum, etiam exemptorum, & ideo valent gesta per monachum in sibi commissis ab episcopo etiam sine alia licentia proprii Abbatis. Cald.*cons.75. An gesta per monachum*, alias
2.*de offic.deleg.* Vide, *Monachi professi exempti quando subsint Episcopo, & non religioni. Conclus.325.* † Amplia; quia potest Episcopus legitima subsistente causa eligere ecclesiam sibi subiectam in cõuentualem, etiam si subsit monasterio alterius diœcesis, etiã inuito monasterio. Cald.*cons.81.* alias 1.*de offic.leg.* † Amplia; quia e- 3
piscopus potest admittere ex causa, vt monasterium regularium S. Augustini mutet statum, & profiteatur regulam S. Benedicti etiam vacante sede, & mortuo Prælato monasterii; dato tamen œconomo, & defensore dicto monasterio, ac seruatis debitis solemnitatibus. Cald.*cons.255.* alias 1.*ne sede vacan.* quod duplicatur
cons.399. alias 14.*de regular.* Vide, *Episcopus potest mutare statum ecclesiæ cum consensu Capituli. Concl.258.* † Amplia; quia Episcopus po- 4
test supplere omnem negligentiam Abbatis & Prælati regularis, ita vt negligente Prælato admittere monachos necessarios, & iuxta facultates monasterii episcopus ordinarius poterit admittere eo inuito. Cald.*cons.409.* alias 24.*de regul.* † Extende, vt 5
imo ẽt cessante negligentia Prælati possit episcopus creare monachos, quos sic creatos põt mandare Abbati, vel Priori religioso, vt illos recipiant, qui tenentur recipere legitima excusatione cessante. Cald.*d.cons.409.circa fin.* alias 24.*de regular.* † Amplia; 6
quia potest erigi beneficium seculare in ecclesia regulari de licentia episcopi, & Prælati regularis, dummodo secularis beneficiatus non habeat vocem cum regularibus. Cald.*cons.413.* alias
28.*de regular.* Vide, *Regularis ecclesia potest habere beneficia, & altaria secularia. Concl.92.* Amplia; † quia Episcopus potest erigere sedẽ 7
& tribunal in quolibet monasterio suæ diœcesis non exempto, etiã inuito Prælato monasterii. Gem.*cons.35 in fi.n.7.* † Amplia; 8
quia potest episcopus dispẽsare cum professo minore 25. annis, vt transeat ad laxiorem religionem. Bald.*cons.111. Quidam iuuenis. n.2.ver.aliud dubium lib.1.* † Amplia; quia potest episcopus visitare 9
religiosos etiam habentes ex priuilegio generalẽ Prælatum eorũ visitatorẽ; quia non propterea est sublata iurisdictio episcopi, quin possit visitare. Bald.*cons.470. Per legem, lib.2.* vbi loquitur in
fratribus Humiliatorum, q̃ possint visitari per Archiepisc. Mediolani. † Et q̃ possit episcopus visitare omnia monasteria religiosorũ, etiam mulierum exempta, & ab eis exigere procuratio- 10
nẽ, dũmodo legitimum modũ non excedat, non obstante consuetudine contraria; quia sicut ius visitandi non põt præscribi; ita nec ius procurationis, quod pendet ab ipsa visitatione. Abb.
cons.26. Videtur, in pr. ver. circa secundum, lib.2. Vide, *Visitare potest Episcopus in sua diœcesi, & quomodo. Concl.218.* † Extende; quia episco- 11
pus potest religiosos malæ vitæ, & conuersationis regulam non seruantes expellere de monasterio, & alios eiusdem religionis loco expulsorum subrogare, & etiam diuersam religionem professentes inducere, si non inueniret religiosos eiusdem religionis. Dyn.*cons.22. Monasterium quoddam. in princ.* dummodo de cõsensu sui Capituli faciat Episcopus. † Extende, vt procedat, si- 12
ue tale monasterium habeat Abbatẽ, vel Prælatum, siue non. Dyn. *d.consil.22. num.2.* † Extende; quia potest nedum ex- 13
pellere religiosos malæ vitæ, & regulam non seruantes, & inducere alios religiosos diuersæ religionis, vt supra, sed si induce-

ret

rel mendicantes, poterit ēt bona monasterii dispensare, ex quo capaces non sunt mendicantes; non tamen poterit suæ mensæ applicare. Dyn. *d. cons. 22. n. 3. vsq; in fi.* † Amplia; quia potest Episcopus exigere à monasteriis exemptis subsidiū charitatiuum; quia si modus non excedatur, tenētur pro rata. Abb. *cons. 26. in pr. ver. alia tertium. lib. 2.*, vbi pro vtraq; parte citat, & non determinat, licet dicat pro hac parte consuluisse Card. Zabar. quia omnium interest de diœcesi, quod episcopus conseruetur. † Amplia; quia potest episcopus cum consensu sui Capituli suadente vtilitate commutare monasteria religiosorum. Dyn. *d. cons. 22. nu. 5.* † Amplia; quia potest cum consensu sui Capituli alienare bona monasterii, ex quo fuerunt expulsi religiosi pro sanādis debitis monasterii, & ædificandi ecclesia, & aliis necessariis, quibus aliter prouideri non potest. Dyn. *d. cons. 22. in fin.* † Amplia; quia solus episcopus est ordinarius in sua diœcesi, & alii Prælati inferiores non habent territorium, communem* dicit Iul. Clar. *in § fi. q. 35. n. 5. ver. quaro, quis sit iudex.* vbi, quod Abbates & alii superiores religiosorum in criminalibus habent iurisdictionem ordinariā, & possunt illos punire, secundum* communem. † Sed tamen cum episcopus potest contra religiosos procedere etiam non expectata negligentia Abbatis, vel superioris religiosi, & communem* dicit idem Clar. *d. q. 35. n. 15. ver. bene verum.* † Declara, q̄ in his, quæ concernunt obseruantiā regulę ipsorum regularium, episcopus de consuetudine non se intromittit, vt Clar. *d. q. 35. n. 3. in fi.* Vide plenius, *Abbas quid possit in suos religiosos. Concl. 7.*

Episcopus extra diœcesin potest multa. Concl. 249.

EPISCOPVS † extra suam diœcesin potest conferre beneficia *cap. qua fronte, de appell.* Oldr. *consil. 73. in prin.* Calder. *cons. 58. n. 3. ver. quinto*, alias 3. *qui fil. sint legit.* † Extende, vt idem sit in Legato, qui extra suam Prouinciam existens confert beneficia eiusdem in sua Prouincia. Cald. *d. cons. 468. n. 3. ver. quinto*, alias 3. *in his sint legit.* † Item potest absoluere à pœna subditum, & exercere ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. Oldr. *d. cons. 73. in fi.* Ped. de Sen. *cons. 92. Fratri Raynaldo, in fin. vers. & est simile.* Amplia, quod † etiam potest excōmunicare extra diœcesin; quia licet non valeat processus; tamen valeat excommunicatio, ex quo constituitur anima excommunicati. Fed. *cons. 11. in fin. in 1. additio. nec. Sed quod inhabilitas*, vbi de excommunicatione nō iudiciali non prouidebitato, quod potest extra propriā diœcesin ferri, valet, & idē tenet *cons. 16. Capitulum ecclesiæ. nu. 7. & seq. ver. ad secundam, per tot.* Vide, *Excōmunicatio extraiudicialis an possit ferri tempore feriato, & extra territorium. Concl. 448.* † Amplia; quia episcopus extra diœcesin potest omnia, quæ non generant alteri præiudicium. Fed. de Sen. *d. cons. 92. in fin. ver. & est simile.* † Amplia; quia nihil potest Prælatus potest extra suū territorium ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis. Cald. *cons. 48. An commissio*, quod est contra Gemin. & 2. *de elect.* vbi loquitur in Plebano, quod potuerit confirmare electum in ecclesia cathedrali; quia licet interponat citatio, & edictum, & declaratio; tamen est voluntariæ iurisdictionis, ex quo nullus comparuit. Vide, *Iurisdictio voluntaria quæ sit, & quæ contentiosa. Conclus. 546.* † Amplia; quia episcopus extra suam diœcesin & iudex ordinarius extra suam Prouinciam existentes possunt delegare causas cognoscendas in sua diœcesi vel Prouincia; quia in hoc nō requiritur causę cognitio. Cald. *cons. 468. n. 3. vers. item ordinarius*, alias 3. *qui filij sint legit.* Limita, vt in Concl. prox. seq.

Episcopus extra diœcesim non potest multa. Conclus. 250.

EPISCOPVS † extra suam diœcesim non potest iudicare, ordinare, nec de rebus ad alium spectātibus disponere. Oldr. *cons. 73. ver. præterea prohibetur. n. 4.* † An possit citare, distinguit per Oldr. *cons. 88.* vbi vult, quod extra territorium nō possit decernere citationem, licet extra territorium possit fieri executio, & etiam extra territorium non potest quis citari ad comparendum. † Contrarium, quod possit extra territorium committere citationē, ex quo non requiritur causę cognitio, tenet Cald. *cons. 48. in fin. est 2. de electio.* † Iudicare extra diœcesim & ciuitatē suam non potest, & sententia aliter lata est nulla. Oldr. *cons. 251. in fin. ver. modo quæritur.* vbi declarat, nisi quando esset eiectus, & ipse per se, nec per suum vicarium posset iudicare in ciuitate vel diœcesi, iuxta *clem. vnicam. de foro comp.* quo casu quinque requiruntur, vt ibi per Card. Zabar. *n. 8.* Feder. de Sen. *consil. 11. num. 6.* † Amplia; quia circa iudicialia & contentiosa non potest excōmunicare extra diœcesim. Fed. de Sen. *cons. 11. num. 6. ver. additio.* quod confirmat etiam in cons. d. Iac. de Pistorio, ibi inserto, *n. 8. in fin. ver. item non est verum.* vt procedat in Legato, qui extra Prouinciam non potest excommunicare; secus est, si excommunicatio non est contentiosa; quia valet extra diœcesin lata, vt in fine *consil. 11.* Feder. in 1. addit. quæ incipit, *Sed quod inhabilitas loci.* Vide, *Excommunicatio iudicialis an possit ferri tempore feriato, & extra diœcesim. Concl. 447.* † Amplia; quia omnibus Prælatis in alieno territorio interdicuntur tria, videl. iudicare, ordinare, & aliquid disponere de rebus ad alium spectantibus. Oldrad. *consil. 73. Quæritur. n. 3. ver. in contrarium, & seq.* maxime *nu. 4. ver. præterea.* † Amplia; quia ea, quæ sunt contentiosæ iurisdictionis, non possunt fieri in alieno territorio, vt late per Cald. *in consil. 48.* quod est 2. *de electio.* vbi qualiter cognoscantur ea, quæ sunt voluntariæ, vel contentiosæ iurisdictionis. Vide Conclusionem prox. præced.

Episcopus potest facere statuta pœnalia. Concl. 251.

EPISCOPVS † solus est iudex in sua diœcesi, *cap. cum contingat, de foro comp.* & in ea potest condere statuta pœnalia. Fed. de Sen. *consil. 2. in princ. ver. præterea Episcopus.* Bart. *consil. 136. Capitaneus patrimonij, in princip. lib. 1.* † Et quod Episcopus & Archiepiscopus possint in sua Prouincia, & diœcesi facere statuta, late Castill. *consil. 21. n. 11. & 12. ver. in contrarium.* † Amplia, quod Episcopus potest facere cōstitutiones generales licitas, & honestas in sua ciuitate, & diœcesi etiam respicientes religiosos, vt non recipiant aliquem sine licentia sua, neque certis casibus fraudulentis. Lap. *alleg. 87. In caussa & quæstione num. 2. vers. & probo sic*, & latius *num. 4. ver. præterea. num. 5.* vbi, quod valet hæc constitutio, licet inhabiles reddat aliquos ad religionē; quia propterea non est contra religionem. † Amplia; quia Episcopus potest facere statuta pœnalia etiam perpetua, & quæ durant tempore successoris. *cap. si quis conuenerit, de maior, & obed.* Federic. de Sen. *cons. 16. Capitulum ecclesiæ, in princ. num. 2.* vbi etiam ampliat ad Capitulum Sede vacante. † Amplia, etiam si statuta essent contra constitutionem Episcopalem etiam confirmatam à Papa. Lap. *d. alleg. 87. n. 3. v. nec obstat.* † Amplia; quia potest Episcopus facere statuta, quod remissiones vsurarum factæ non valeant, nisi sint factæ in præsentia Episcopi; quia ista solemnitas non est contraria, sed præterius Canonicū; ideo valet. Cald. *cons. 13. An valeat constitutio, de consist.* † Amplia, vt etiā possit facere statuta, per quę inducatur probatio manifesti vsurarii, aliter quā de iure communi. Fed. de Senis *cons. 8. in fine, vers. & quamuis. & cons. 64. in fi. versic. & si diceres.* Cald. *cons. 22. de constitut.* vbi, quod non dicitur contra ius cōmune, ex quo ius commune licet inducat certos modos; nō tamen excludit alios, & ibi sequitur Gemin. in apostilla. Castillio. *cōs. 21. n. 9. & seq.* † Et de synodali constitutione Mediolani, quod vsurarius manifestus probetur, si in vicinia probatur publica fama, quod extorserit vsuras, de qua Castillio. *d. cons. 21. in pr.* & quod valeat, tenet ibi *n. 9. vsq; in fi.* vbi etiam *n. 6. in fi. ver. cōcludo ergo*, dicit, quo seruatur in partibus Mediolani ita in practica. † Declara, dummodo modus probandi sit discretus; secus si indiscretus, vt quia sufficeret vnicus testis quicunq;, vel quod confessio extrajudicialis sola hoc induceret; quia tunc non valeret, vt late per Fed. *cons. 17. Quæst. alis per. tot.* vbi imo loquitur in synodali cōstitutione Episcopi, vt nō valeat. † Amplia; quia potest facere statuta etiam laicos ligantia super exequutione vltimarum voluntatum circa legata pia, vt si exequutores fuerint negligentes intra annū exequi, exequutio deuoluatur ad Episcopū, & talis constitutio habet vim monitionis, nec datur purgatio morę, si seruēt exequutores. Ang. de Perus. *cons. 64. Quoniā nihil est, in pr.* Abb. *cons. 59. Viso testamento, in fi. lib. 1.* Cast. *cons. 97. Super primo nu. 2. ver. super quarto. lib. 1.* vbi, quod non requiritur alia monitio stante constitutione, quæ habet vim monitionis generalis. Rom. *consil. 69. n. 5. v. quarto præmitto.* † Amplia; quia Episcopi statuta sunt perpetua, prout etiā constitutiones synodales. Card. Zabar. *cons. 130. in pr.* † Extende; quia statuta sunt perpetua, etiam si sint facta ab officiali non perpetuo, puta, à Legato. *c. fin. de offic. leg.* Zab. *d. cons. 136. in princ.* † Limita; quia non potest facere statuta contra ius Canonicum, sed bene coadiuuantia ius Canonicum. Fed. de Senis *cons. 17. per totum*, vbi, quod non valet statutum, quod probetur manifestus vsurarius per confessionem extrajudicialem, vel per vnum testem. Cald. *cons. 13. & consil. 14. de constit.* sequitur Feder. Bald. *cons. 276. Veritas est. lib. 4.* † In contrarium facit; quia æquiparatur præsidibus Prouinciarum, vt per Fed. de Sen. *cons. 190. in pr.* vbi ad hoc allegat iura pro vtraq; parte. † Declara; quia Episcopus, vel Archiepiscopus in iis, quæ sedes Apostolica sibi reseruauit, nihil pōt sine specialī mādato *c. quo ad*

er translationem, de offic. leg. neque contra solemnia Concilia, vnde non posset statuere, quod minor 30. annis possit eligi in Episcopum, neque quod quis posset habere plures curas contra *cap. de multa de præben.* neque alia similia, neque in totum ius Canonicũ tollere, sed posset illud declarare, & reuocare, & si pœna deficit, illam addere, vel augere, & omnia, quæ sunt ad correctionem morum, non subuertendo ius Canonicum, sed supplendo, & statuta facere præceptiua, prohibitiua, & pœnalia, vbi late Castill. *cons. 21. n. 11. & seq. ver. in contrarium* & *n. 16.* dat exemplum de iure diuino, quod limitari certo casu, & declarari potest, licet nõ tolli. Vide, *Episcopus non potest contra ius facere. Conclus. 285.* Amplia; 16 †quia etiam Abbas cum consensu cõuentus potest statuere, dũmodo contra ius commune. Vide, *Abbas cum consensu conuentus potest multa. Concl. 13.*

Episcopus potest super residẽtia statuere. Concl. 252.

1 EPISCOPVS †potest facere statutum super residentia Canonicorum de consensu Capituli, & valet. Oldr. *cons. 181. De authoritate condentium.* Abb. *cons. 67. Condescendo, circa fin. ver. quoad tertium, vsq; in fin. lib. 1.* †Declara, quod talis constitutio non ligat exemptos suæ diœcesis, neque Rectores ecclesiarum suæ diœcesis, quarum collatio, ac institutio, & destitutio spectat ad vicinum Episcopum, Fed. de Sen. *cons. 99.* qui dicit ita seruari vi- 3 disse. † Extende, vt procedat, etiam si extaret consuetudo non residendi; quia potest Episcopus cum consensu Capituli facere contrarium statutum, quod imo teneantur ad residentiam, & 4 illud absentibus intimare. Abb. *cons. 67. in pr. & per tot. lib. 1.* †Amplia; quia imo Canonici & Capitulũ possunt statuere super residentia, & super distributionibus, & massa grossa, dummodo statutum ab Episcopo confirmetur. Card. Zabar. *cons. 130. Ad primũ partem, in princ.* †Declara totam hanc materiam; quia Episcopus 5 solus non potest tollere consuetudines, & statuta rationabilia, & antiqua, sed cum Capitulo sic; & è contra, Capitulum nõ potest sine Episcopo; imo si sunt fauorabilia ecclesiæ, non debent tolli etiam per Episcopum & Capitulum simul, si sunt damnosa ecclesiæ, & Episcopus requisito Capitulo non velit consentire, poterit solus Episcopus tollere eo casu, si sunt in differentia statuta, vel consuetudines indifferentes; tũc necessarium est, quod accedat consensus Capituli. Abb. *cons. 67. in fin. ver. ad quartum. lib.* 6 1. †Amplia; quia imo Episcopus cum consensu Capituli potest statuere super residentia fienda etiam in ecclesiis, in quibus cõsuetudo esset in contrarium; quia huiusmodi statutum tedit ad fauorem ecclesiarum, notabile dicit Abb. *cons. 57. Attingam, col.* 7 *4. in fin. n. 5. ver. sed remedium. lib. 1.* †Limita; quia licet statutum Episcopi sit super residentia; tamen tolli non potest per Episcopũ sine causa; ideo non valet dispensatio Episcopi facta canonico de non residendo, & quod habeat fructus in absentia. Zabarell. 8 *d. cons. 130. per tot.* Vide, *Dispẽsatus in absentia, vt fructus percipiat, quid percipere possit. Conclus. 477.* †Bene valet quoad duos Canonicos, qui de iure communi possunt esse in seruitio Episcopi, & excusantur à residentia. Zabarell. *d. cons. 130. n. 2.* per *c. Ad audientiam de cleric. non residen.* Vide, *Statutum circa residentiam à quo fieri possit. Conclus. 645.*

Episcopus habet familiam armatam, & territorium, cui cohæret iurisdictio. Conclus. 253.

1 REGVLA †est, quod Episcopus habet executionem, & familiam armatam in sua ciuitate, & ita videtur velle Fed. de Sen. *cons. 2. per tot.* vbi, quod potest Episcopus punire non exemptum delinquentem in loco exempto suæ diœcesis; & idem videtur velle idem Fed. *cons. 145. n. 6. ver. sed quid si isti.* vbi, quod ratione delicti punit viatorem; quia ex delicto videtur sortiri forũ in territorio iudicis ordinarii, & hanc vt veriorem tuetur Dec. *in c. significasti, de offic. deleg.* vbi *n. 17. & seq.* vbi pro vtraq; parte allegat, & dicit hanc veriorem* ex Bal. Barb. & aliis, quos citat, & videri possunt; quia pro defensione iustitiæ & iurisdictionis suæ potest habere familiam armatam; & quia est necessaria familia armata pro executione sententiæ, & etiam quia est officialis ciuitatis. Aufrer. *in clem. 1. de offic. ordinar. in ver.* 24. & diœcesis assignata Episcopo est loco territorii. Ruin. *cons. 22. n. 5. lib. 1.* & pro ignata Episcopo est loco territorii. Ruin. *cons. 22. n. 5. lib. 1.* & pro ista parte. Vide, *Episcopus potest capi facere clericum in tota sua diœcesi. Conclus. 256.* Item vide, *Episcopus habet iurisdictionem in locis exemptis* 2 *suæ diœcesis. Conclus. 243.* † Contrarium, quod Episcopus, si pronuntiauit inter clericos, non habet potestatem realiter exequẽdi; quia non habet territorium, cui cohæreat iurisdictio. Oldr. *cons. 17. col. 2. n. 10. ver. nunc arguo.* vbi concludit, Episcopum non habere ius confiscandi bona, & quod debeat inuocare brachiũ seculare. Oldr. *cons. 86. Quæritur, an ecclesia.* tamen videtur quod possit exequi, quoad clericos tantum, per *c. cum Episcopus. de offic. ordin. in 6.* vt per Oldr. *d. cons. 86.* Boer. *decis. 264. n. 3. & seq.* & hanc tenet Abb. *de offic. deleg. c. significasti, in fin.* † Declara; quia quoad 3 clericos res est clara; quia Episcopus potest exequi, & capi facere, & habet familiam armatam; quoad laicos est controuersia, & habet saltem, quatenus præscripsit, communem* dicit Clar. *in §. fi. q. 37. in fi.* vbi pro vtraq; parte, sed quod etiam quoad laicos in iis, quæ sunt mixti fori. Couar. *pract. quæst. c. 10. n. 2.* Vide, *Mixti fori quæ esse dicantur. Conclus. 293.* † Hodie ex Sacro Concil. Trident. 4 *sess. 25. de reform. c. 3.* deciditur, vt absolute habeat etiam cõtra laicos in causis mixti fori, & sunt text. plurimi, qui hoc probant, quos citat Barb. *cons. 93. inter cõsilia criminalia. tom. 1. n. 15. & seq.* vbi plene. † Et ideo Episcopus, & eius Vicarius dicuntur officiales 5 Communis, & Ciuitatis; quia Vniuersitas consistit ex sacris, publicis, & priuatis. Anch. *cons. 340. Viso themate, & cons. 341.* vbi, q clerici, & ecclesiastici sunt de territorio, & districtu; quia in casibus, in quibus secularis procedit contra eos, debet distingui, an sint de territorio, vel districtu, late Dec. *d. cap. postulasti. n. 30. de offic. deleg.* † Amplia; quia Episcopus habet fiscum, & potest bona 6 confiscare, dummodo locis piis applicet. Felin. *in c. irrefragabili, de offic. ord.* vbi dicit* communem, plene Couar. *var. resol. lib. 2. c. 9.* * *n. 11. ver. 7.* vbi dicit* communem, & in practica seruari. Vide, *Cõfiscationem bonorum an habeat Episcopus. Concl. 722.* Vide, *Ecclesia quas pœnas imponat. Concl. 17.* † Ampliatur in condemnatione facta per 7 Episcopum contra clericum ob delictum ecclesiasticum; quia cum ad eum spectet, vt per Oldr. *cons. 17. n. 9. ver. & ideo.* videtur, quod isto casu possit exequi sententias, pro quo est text. *in c. cum Episcopus, de off. ord. in 6.* qui indistincte de clericis loquitur, & indistincte videtur sentire Oldr. *cons. 86. Quæritur, an ecclesia,* & ita tenet Guil. de Mont. Laud. *in d. c. cum Episcopus.* alios citat Boer. *decis. 227. n. 2. & n. 10.* vbi allegat Alex. in apost. ad Bart. *in l. si pupillus. §. terri. orium. ff. de verb. sign.* Chass. *in consuet. Burg. tit. des iustices. n. 16.* † Contrariũ tenet idẽ Boer. *decis. 227. n. 10. & seq.* vbi, quod illud 8 est de iure Canonico, secus de iure ciuili; quia non habet familiam armatam, Vide Abb. Felin. & alios *in c. significasti. de foro comp.* vbi aliqui hanc partem, aliqui contrariam sequuntur. † Amplia; 9 quia Prælati inferiores, qui præscripserunt iurisdictionem contra episcopum, non habent territorium, ideo ius reddere debẽt, vbi soliti sunt. Cald. *cons. 192.* alias 2. *de except. in prin. ver. & hanc iurisdictionem.* † Amplia; quia pro crimine hæresis Episcopus de cõ- 10 suetudine habet territorium, vel saltem confiscationem bonorum, & executionem. Boer. *decis. 264. n. 5.* & idem etiam fatetur. *n. 4.* quod pro ecclesiasticis, & spiritualibus habet diœcesin loco territorii; ideo confiscat, & exequitur. † Et quoad clericos hæ- 11 reticos res est clara; quia eorum bona confiscatur fisco ecclesiæ cathedralis; quo vero ad laicos in Hispania confiscantur fisco seculari in multis locis, prout Mediolani pro medietate fisco seculari, & pro medietate fisco ecclesiastico; sed tamen fiscus secularis solus facit liquidationem, & executionem. Clar. *in §. hæresis. n. 13. ver. item bona.* † Amplia; quia Episcopus absolute potest habere 12 familiam armatam. Dec. late *c. cum non ab homine. de iudic. nu. 29. &* 30. plenius *in c. postulasti. n. 21. & seq. de offic. deleg.* vbi tuetur, & tollit contraria, & hanc partem vt veriorem, & melioribus rationibus munitam præualere, & seruari dicit Lælius Iorda. *tract. de* * *Roman. sedis origine. p. 2. c. 8.* vbi* omnes tenentes contrarium, & pro ista parte recitat, & tollit contraria latiori disputatione, quã alius, hanc etiam tenet Barb. *tract. de Cardinali Legato. q. 5. n. 17. &* 18. *ver. sed quid de officialib.* † Extende idem in officialibus Cardi- 13 nalis Legati à latori. Barb. vbi supra prox. † Amplia; quia imo 14 diœcesis est loco territorii episcoporum. & idẽ importat, quod territorium. Abb. *cons. 82. Quanquam in iis. n. 7. lib. 1.* Alex. *cons. 248. Ponderatis. n. 10. & seq. ver. pro quo etiam. lib. 6.* plene Ruin. *cons. 22. n. 5. lib. 1.* Vide, *Diœcesis appellatione quid veniat, & quid contineat in se. Concl. 450.* Vide, *Territorium duplex quid sit, & quid sit districtus, & diœcesis. Concl. 49.*

Episcopus habet iurisdictionem circa temporalia in multis. Conclus. 254.

MAGNA †est authoritas Episcoporum, vt dicit Anch. *cons.* 1 *155. Optimis rationibus. n. 7.* † Et ideo in casu denegatæ iusti- 2 tiæ habet iurisdictionem etiam in causis laicorum. Vide, *Episcopus est superior omnium denegantium iustitiam. Concl. 240.* † Vænalia 3 vt iusto pretio vendãtur spectat ad Episcopum *l. munerum. §. item episcopi. ff. de muner. & honor.* Anchar. *consil. 157. Summæ prudentiæ, in princip. est l. munerum. §. sed & cura. ver. item Episcopi,* vbi gl. *in ver. vænalibus.*

sf malitiæ: dicit, quod cura pretii patris, & carnium est Episcopi. Vide, *Iudex ecclesiasticus in quibus possit cogere iudicem secularem. Concluſ. 442. cum multis Concluſ. sibi prox. seq.*

Episcopus punit laicum de crimine Ecclesiastico, & contra laicos procedit multis casibus. Concluſ. 255.

EPiscopvs † potest punire laicum de crimine ecclesiastico. Oldr. *conſ.* 86. † Extende in iis, quæ sunt mixti fori. Vide, *Mixti fori quæ esse dicantur. Concl.* 293. † Extende in causis miserabilium personarum, quando miserabilis persona vult agere coram ecclesiastico. Castr. *conſ* 351. *verſ. quartus caſus. lib.* 1. Vide plures casus *in ver. Iudex ecclesiasticus quas causas trahat ad forum ſuum, etiam inter laicos. Concluſ.* 446. *cum Concluſ. sibi prox. seq.* † Amplia; quia Episcopus compellit laicos, vt exequantur pias voluntates defuncti. Gemin. *conſ.* 114. *n.* 2. *verſ. planum est.* vbi multa exempla adducit, ex quibus Episcopus compellit laicos per se ipsum, & laicos *n.* 5. *verſ. quarto negari non potest.* Vide, *Episcopus est executor legatorum etiam incertorum pauperum. Concl.* 293.

Episcopus potest capi facere clericum in sua diœcesi. Concluſ. 256.

EPiscopvs † potest capi facere clericũ & punire in quali-
libet parte suæ diœcesis. *cap. cum Episcopus, de offic. ord. in* 6. Oldr. *conſ.* 86. qui videtur restringere illum text. ad solos clericos, & *conſ.* 318. *n.* 3. *verſ. sic dico*, & ilta est communis * opinio, vt per Co- *uar. pract. quæſt. c.* 10. *in pr. v. quarto.* † Limita in laicis, quos Episcopus non potest capi facere etiam ex delicto ecclesiastico, nisi invocato brachio seculari. Oldr. *d. conſ.* 86. & ita tenet Couar. *pract. quæſt. cap.* 10. *in princip.* licet nihil alleget. † Contrarium verius est quoad ea, quæ sunt mixti fori, vel in quibus laici subiiciuntur Episcopo; quia eadem ratio est, quæ in clerico; & ideo pari passu in hoc ambulant. Vide, *Episcopus habet familiam armatam, & territorium, in quo habeat iurisdictio. Concluſ.* 253.

Episcopus est iudex in causa suæ Ecclesiæ. Concluſ. 257.

EPiscopvs † potest esse iudex in causa suæ Ecclesiæ. Oldrad. *conſ.* 156. *Primum quæritur, in princ.* vbi dicit communem * opinionem, (quod intelligit Calder. *conſ.* 120. alias 6. *de iudic. & for. comp.* in iis, quæ spectant ad eum de iure communi propter notorietatem; ideo excommunicat subditum propter denegatam procurationem visitationis, & occupantem ecclesiam in sua diœcesi, & similia,) & quod possit esse iudex in causa suæ ecclesiæ. Gemin. *conſ.* 114. *n.* 3. *ver. secundo probatur.* † Declarat Calder. *conſ.* 28. *in fin.* alias 13. *de priuil.* vt sit iudex in causa suæ Ecclesiæ, dummodo non habeat partem in causa, vel lite, sed iudicet inter subditos. † Amplia, vt possit etiam repræsentare duplicem personam in vnione suæ ecclesiæ, videlicet authorizare, & concedere vnionem ecclesiæ suæ. Oldr. *conſ.* 257. *n.* 6. *ver. adeo etiam.* † Amplia, vt possit etiam causam suæ ecclesiæ delegare, maxime in notoriis, vbi potest cognoscere. Oldr. *conſ.* 283. *n.* 2. *ver. circa ſecundum*, vbi, quod omnes * ita tenent concord. Federic. de Sen. *conſ.* 138. *in fin.* vbi, quod Episcopus demum est iudex in facto, & causa propria, quando ius episcopi est notorium, alias secus. † Contrarium; quod imo episcopus in causa suæ ecclesiæ non possit esse iudex, neque delegare; quia non reperitur iure cautũ. Lap. *alleg.* 103 *in princ.* declara, vt infra *ver. limita, nisi ageretur.* Amplia, † vt procedat, quod iudex est in causa suæ ecclesiæ, si inquietetur in iis, quæ possidet iuste; quia contra inquietantem procedit. Calder. *d. conſ.* 120. alias 6. *de iudic. & foro compet.* † Amplia; quia episcopus in causa legatorum piorum, quorum exercitio spectat ad eum, potest etiam esse iudex, & potest constituere procuratorem ad agendum coram se. Gemin. *d. conſil.* 114. *& procurator. per tot.* vbi allegat pro, & contra, & tenet hanc partem, maxime *n.* 3. *ver. secundo probatur. & ſeq.* † Amplia, vt episcopus possit esse iudex in causa suæ ecclesiæ, & mensæ, & sic in causa ad commodum suum, quando habet fundatam intentionem de iure communi; quia tunc propter notorietatem excommunicat subditum propter denegatam procurationem visitationis, & idem si occupat ecclesiam, & similia. Cald. *conſil.* 120. alias 6. *de iudic. & foro compet.* † Extende, vt episcopus nedum per se, & ex officio possit compellere etiam puros laicos ad exequendam piam voluntatem defuncti, sed etiam potest constituere Vicarium, qui cognoscat, & in eadem causa procuratorem constituere loco actoris. Gemi. *d. conſ.* 114. *n.* 5. *ver. quarto negari.* † Amplia; quia Episcopus potest, etiam si allegetur suspectus, in causa suæ ecclesiæ alium delegare; quia suspectus in cognoscendo nõ est suspectus in delegando, dummodo deleget non suspecto; ideo melius erit, quod hoc faciat de partium consensu. Capic. *decis.* 137. *nu.* 10. *ver. tertia dubitatio.* vbi, quod non deuoluitur ad Archiepiscopum hoc casu iurisdictio, & si delegatus ab Episcopo suspecto pariter allegatur suspectus, partes compelluntur sibi alium eligere. † Amplia in Archiepiscopo; quia potest esse iudex in causa suæ Ecclesiæ, vt per Capic. *d. decis.* 137. *per totam.* vbi loquitur in Archiepiscopo Montis Regalis. † Amplia; quia Episcopus & Prelatus põt à maiori esse testis in causa suæ ecclesię, quãdo non agitur de bonis mẽsæ suę; quia facilius repellitur iudex, quam testis, plene Mascard. *Concl.* 624. *Episcopus pro Ecclesia ſua.* † Limita; quia non procedit Episcopus in causa suæ Ecclesiæ; vbi non habet fundatam intentionem de iure communi. Cald. *conſ.* 120. alias 6. *de iud.* † Declara, vt imo etiam in iis, in quibus habet fundatam intentionem, vt in re spectante ad suam Ecclesiam, non est iudex, quando ipse non possidet, sed alius. Calder. *d. conſ.* 120. *ver. secus tamen.* alias 6. *de iudic.* † Limita, nisi ageretur de perpetuo præiudicio alterius ecclesiæ sibi subditæ; quia non potest esse iudex; neque causam potest alteri delegare; & idem, quando causa esset propria Episcopi, & ageretur de commodo illius; & ita credo intelligendum Lap. *alleg.* 103. *non potest clericus.* qui indistincte videtur loqui, quod non possit esse iudex in causa propria; quia non reperitur iure cautum, & hæc distinctio est Oldrad. *conſ.* 302. *num.* 6. *& conſ* 303. *num.* 5. alias non posset vnquam procedere in causis; in quibus pœna suæ dignitati applicatur, quod est falsum. † Limita in alienatione facta per Capitulum ad fauorem Episcopi; quia non potest authorari in causa sua. Feder. de Sen. *conſil.* 111. *num.* 8. *verſ. item quæritur.* vbi dat cautelam, quod Capitulum alteri vendat cum authoritate Episcopi, postea Episcopus emat ab eo. † Limita, quandoius Episcopi, & suæ ecclesiæ non est notorium; quia tunc nõ potest esse iudex in causa suæ ecclesiæ; secus si esset notorium. Federic. de Sen. *conſil.* 138. *in fin.* † Limita; quia Episcopus in causa mensæ episcopalis communis, in qua habet interesse, licet possit esse iudex, tamen id procedit de consensu aduersarii; secus si allegatur suspectus. Calder. *d. conſ.* 120. *in fin.* alias 6. *de iudic.* Gemin. *d. conſil.* 114. *in princ. num.* 4. *ver. tertio probatur.* vbi infert esse secus in causa ecclesiæ, in qua non habet interesse, vel in causa pauperum; quia tunc non potest allegari suspectus, & pro vtraque parte Capic. *decis.* 137. *In causſa iurisdictionis, in princ.* sed tamen, *num.* 6. dicit * cõmunem, & magis communem, quod potest allegari suspectus. † Vide opiniones per Capic. *d. decis.* 137. *In causſa iurisdictionis, in pr.* † Declara; quia si causa respicit Ecclesiam, vel dignitatem, & allegatur suspectus, adiungitur alius. Capic. *d. decis.* 137. *nu.* 2. *& ſeq.* & idem, si causa est propria Episcopi, licet primo casu sint opiniones, an sit dandus adiunctus, vt ibi. † Si vero causa esset cum subdito, eligũtur arbitri. Capic. *d. decis.* 137. *n.* 4. vbi, quod omnes concordant, quod consultius facit, si alium delegat, quando allegatur suspectus. Bologn. *in addit. ad conſ. Ioan de Anan.* 84. *num.* 7. *in fin.* vbi, quod à Papa committatur, vel electio iudicum fiat per partes. † Extende; vt procedat etiam in Vicario Episcopi, vel Archiepiscopi, qui suspectus allegari potest Capic. *d. decis.* 137. *per tot.* maxime *nu.* 9. *ver. ſecunda dubitatio.* † Declara in iis, in quibus agitur de re spectante ad mensam propriam episcopi; quia ipse non est iudex; quia est suspectus, & ita intelligendum dicit Bologn. *in addit. ad conſil. Ioan. de Anania* 84. *num.* 7. *ver. & ſi tu diceres.* Vide, *Iudex in causſa propria quis esse possit. Concluſ.* 403. *num.* 4. *& ſeq.*

Episcopus potest mutare statum Ecclesię cum consensu Capituli. Concluſ. 258.

EPiscopvs † potest cum cõsensu sui Capituli ecclesiam sibi subiectam, in qua sunt instituti clerici seculares, ad statũ regularem deducere. Old. *conſ.* 209. *In causſa Hoſpitalis col.* 2. *n.* 6. *ver. ſi autem tanquam Episcopus*, concord. Fed. *conſ.* 136. *n.* 3. qui simpliciter loquitur, sed debet intelligi vt per Oldr. supra proxime. † Amplia; quia potest monasterium ordinis S. Augustini regularium mutare in ordinem S. Benedicti de consensu regularium, seruatis solemnitatibus, etiam mortuo Prælato, dato tamen œconomo, & defensore dicto monasterio. Calderin. *conſil.* 255. alias 1. *ne ſed. vacan.* & duplicatur *conſil.* 399. alias 14. *de regular.* † Extende, & declara, vt procedat etiam simpliciter, si subest causſa; quia

potest

potest mutare statum monasterii, & reducere illud sub alia regula, & illud postea vnire alteri monasterio, dummodo accedat consensus sui Capituli, & præcedant tractatus. Cald. *cons.*274. alias 12 *de reb. Eccles.* quod est Ioan. Calderin. & Paul. de Eleazar.

☞ Vide, *Episcopo subsunt omnia monasteria, & loca religiosa suæ diœcesis.* Concl. 245. Vide, *Episcopus quid possit circa religiosos.* Concl. 248. † Limita, quod non potest Episcopus Ecclesiam sibi subditam in totum à se eximere. Oldr. *consil.* 244. *n.* 5. & 6. *ver. quarto opponebatur*, vbi in fin. contrarium videtur dicere ex mente Ioan. & idem dicit *cons.* 172. *vers. ad sextum. n.* 8. † Limita, quod Episcopus non potest mutare statum Ecclesiæ, vt supra, quæ mutatio incipiat post obitum suum, ita quod eius successor hoc facere teneatur. Oldrad. *cons.* 209. *n.* 6. *ver. si autem tanquam Episcopus.* † Limita; quia non potest Episcopus etiam cum consensu Capituli sui vnire collegiatã Ecclesiam sine cõsensu Capituli Ecclesiæ collegiatæ vnitæ; quia nõ potest extinguere dignitatem. Bald. *cons.* 1. *per tot. lib.* 1. † Limita; quia non potest eximere Ecclesiam sibi subiectã, etiam cum consensu Capituli, ita quod non liceat sibi visitare, corrigere, & exigere procurationem. Feder. de Sen. *cons.* 111. *n.* 2. *ver. ad secundum, & n.* 3. Cald. *d. cons.* 274. alias 12. *de reb. Eccles.* quod * est Io. de Cald. & Paul. de Eleaz. vbi dicit * communem. † Contrarium tenet Cald. ex causa; quia potest Episcopus cum Capitulo suo concedere Ecclesiam sibi subiectã quoad omnia Monasterio exempto, ita quod ratione visitationis, procurationis, cathedratici, subiectionis, & charitatiui subsidii sit penitus exempta. Calder. *cons.* 267. alias 5. *de reb. Eccles.* quod est Francisci de Borsa, vbi declarat, quod non potest vniuersaliter, sed particulariter secus. ☞ Vide, *Episcopus dismembrare Ecclesiam quando possit, & qualiter. Concl.* 272. Vide, *Episcopus potest multa circa beneficia suæ diœcesis. Concl.* 265. *n.* 17. *& seq.*

Episcopus potest multa sine consensu Capituli, & multa non, & quæ. Concluſ. 259.

1 EPISCOPVS † sine consensu Capituli sui potest de nouo concedere bona Ecclesiæ consueta cõcedi in emphyteusin
2 perpetuam. Cald. *cons.* 257. alias 1. *de iis, quæ fiunt à Prælat.* † Amplia, quia potest infeudare rem solitam infeudari sine consensu Ca-
3 pituli. Cald. *d. cons.* 257. alias 1. *de iis, quæ fiunt à Prælat. in fi.* † Amplia; quia potest concedere quinquagesimam, seu centesimam, h. e. laudemium sine consensu Capituli. Cald. *d. cons.* 257. alias 1. *de iis,*
4 *quæ fiunt à Prælat.* † Amplia; quia Episcopus potest sine consensu Capituli donare perpetuo Ecclesiæ inferiori canonicam portionem sibi debitam mortuariorum; quia spectat ad Episcopũ solum, non ad Capitulũ. Cald. *cons.* 258. alias 2. *de iis, quæ fiunt à Prælat.* † Amplia, vt etiam possit Episcopus remittere perpetuo portionem canonicam pio loco, & valet huiusmodi remissio, vt in-
6 fert Cald. *d. cons.* 258. alias 2. *de iis, quæ fiunt à Prælat.* † Contrarium
7 tenet gl. *in c. fin.* 12. *q.* 2. Host. *in c. requisisti, de testam.* † Declara, vt valeat quidem perpetuo in præiudicium concedentis Episcopi, & donec vixerit; sed tamen non valebit in præiudicium successo-
8 ris. Cald. *d. cons.* 258. alias 2. *de iis, quæ fiunt à Prælat. in fin.* † Amplia; quia potest alienare fructus Ecclesiæ, seu locare ad modicum tẽpus sine consensu Capituli, dũmodo absit fraus. Cald. *cons.* 270. alias 8. *de reb. Eccles. non alien.* vbi lõquitur generaliter de omnib⁹ prophanis distinctis à Capitulo; quia non tenetur requirere cõ-
9 silium, vel consensum Capituli. † Episcopus dispensat hodie sine consensu Capituli generaliter in omnibus dispensalibus, & ita seruat generalis consuetudo, ita Rom. *cons.* 325. *Quoad primum, in fin. n.* 16. *ver. caterum*, vbi dicit, quod consuetudo seruari debet; quia est approbata, & ibi apostill. *in ver. non requiri.* dat concord.
10 † Amplia, vt non procedat, quando quis potest priuari non seruato ordine iudicii, & non requiritur citatio, sed requisitio, vt in priuando non residente, vel in aliquo notorio; quia tunc Episcopus solus sine Capitulo potest. Oldr. *cons.* 195. *Articuli, in pr.*
11 † Amplia, nisi Episcopus esset in possessione solus faciendi, & procedendi de consuetudine, vel alias; quia tunc solus potest procedere. Oldr. *d. cons.* 195. *ver. per viam facti. n.* 4. *& cons.* 251. *in fin. ver. secundo impugnatur.* vbi, quod potest præscribere solus, vt pu-
12 niat etiam in arduis. † Amplia hodie de cõsuetudine præscripta, quæ valet, & qua vtuntur Episcopi, vt procedant soli sine consensu sui Capituli. Gemin. *cons.* 146. *vers. secundo quod si sententia.* &
13 idem dicit Ægid. Bellam. *cons.* 6. *n.* 6. *in fin.* † Limita; quia nõ potest concedere sine consensu Capituli vnã ecclesiam alicui conuentui, vel religioni. Bald. *cons.* 282. *Factum tale est, Dominus in prin.*
14 *lib.* 1. † Declara; quia concessiones factæ nulliter à solo Episcopo
15 sine consensu Capituli, possunt conualidari subsequente consensu. Bald. *d. cons.* 282. *in fin. vers. dico, quod si de nouo. lib.* 1. † Limita; quia Episcopus cum consensu Capituli, & non solus debet, & potest procedere, *cap. nouit, de iis, quæ fiunt à Prælat sine consensu Capituli.* maxime, quando agitur de infamia, & graui delicto; quia solus non potest condemnare. Oldrad. *cons.* 251. *in fin. vers. secundo.*
16 † Limita in rebus spiritualibus; quia nihil debet Episcopus attentare sine consensu, vel saltem sine consilio Capituli sui. Calder. *cons.* 270. alias 8. *de reb. Eccles.* † Limita; quia non potest vnire
17 beneficia sine consensu sui Capituli, alias vnio esset nulla. Gem. *cons.* 87. *in princ. & per tot.* vbi, an præsumatur consensus Capituli. Vide, *Episcopus an possit vnire beneficia, & qualiter. Concluſ.* 269. † Li-
18 mita; quia quando agitur de graui delicto, non potest solus Episcopus sine consensu Capituli iudicialiter procedere, & condemnare. Oldrad. *d. cons.* 251. *in fin. vers. secundo.* Vide, *Abbas cum consensu conuentus multa potest. Concluſ.* 13. Vide, *Abbas solus quæ possit, & quæ non. Concluſ.* 15. Vide, *Prælatus solus quid possit sine conuentu, & Capitulo. Concluſ.* 492. Vide Anton. Gabriel. *lib.* 7. *tit. de crim. Concluſ.* 36. *Episcopus an de iure procedat in delictis sine Capitulo.*

Episcopus solus potest conferre beneficia suæ Ciuitatis & diœcesis. Concluſ. 260.

EPISCOPVS † potest conferre beneficia secularia suæ ciui- 1
tatis. † Amplia; quia habet intentionem fundatam etiam 2
in collatione Hospitalium Ecclesiasticorum. Alex. *cons.* 97. *Consideratis, in princip. & per tot. lib.* 5. † Extẽde; quia valet collatio or- 3
dinarii non obstantibus litteris Papæ, quibus mãdabatur, quod si vacaret, committeret communitati loci; quia antequam litteræ conditionales sint præsentatæ, non ligant ordinarium, qui non potuit diuinare; & idem, si litteræ Apostolicæ conditionales dirigerentur ordinario; quia non ligant manus ignorantis, etiam si adsit decretum irritans, *& nunc irritum; &c.* quia in gratia conditionali non ligat ignorantes. Alex. plene *d. consil.* 97. *per tot. lib.* 1. † Amplia; quia collatio beneficii libera etiam Canoni- 4
catus, & præbendæ spectat ad Episcopum solum, non autem cũ consensu Capituli, ita tenere Palatium Apostolicum dicit Ægid. Bellamer. *cons.* 10. *n.* 58. *& seq. vers. quid dicendum.* & dicit ita tenere Ioan. Andr. *in c.* 1. *de elect. super fin. vlt. gloss.* & hanc tenendam Ioan. de Cald. Ioan. de Lign. in locis allegatis, & dicit ipse, quod ista est verior, hanc partem tenet Crau. *cons.* 134. *n.* 14. *cons.* 170. *n.* 3. & extat *decis.* Ægid. 69. vbi compilator tenet hanc partem, licet decisio teneat, quod spectat ad Episcopum de consensu Capituli, quod videtur esse idem; quia is, qui habet collationem de consensu alterius, dicitur habere liberam collationem, vt per Besign. *decis.* 10. *de præben.* & facit *decis.* 2. Besignet. *de con. eff. præben.* vbi, quod beneficium ad præsentationem Abbatis cum consensu Episcopi dicitur ad præsentationem liberam Abbatis, & idẽ dicit *decis.* 79. *de rescript. in antiq.* vbi, quod habens expectatiuam ad beneficium, quod spectat ad collationem Episcopi & Capituli, non capit beneficium ad collationem Episcopi cum consensu Capituli, rationem adducit Ægid. *decis.* 181. *in fin.* quia valet talis collatio ipso iure, licet fiat sine consensu, & facit Cott. *decis.* 197. vbi, quod collatio facta per Capitulum de Canonicatu Ecclesiæ cathedralis, non contradicente Episcopo, valet. † Con- 5
trarium tenentes, quod imo ad Episcopum & Capitulum simul collatio spectet, plures citat Ægid. *d. cons.* 10. *nu.* 56. *in fin.* vbi pro hac parte allegat Ioan. Laur. Vincent. Goffred. Bernard. Ioan. Andr. Card. Henric. & Guid. & *n.* 57. & hanc partem tenet Abb. *in cap. cum Ecclesia. n.* 8. *de electio.* vbi, quod est communis * opinio, * & dicit procedere, siue constet, quod præbendæ sint erectæ de communi, siue non; quia præsumitur de communi, & sequitur Cassad. *decis.* 22. *de præbend. in princ.* vbi recitat opiniones, & reprobat Ægid. *decis.* 69. & *n.* 2. dicit, quod salua consuetudine contraria, & exceptis beneficiis de iure patronatus collatio canonicatuum in cathedrali spectat communiter ad Episcopum & Capitulum. Castrens. *consil.* 366. *Super primo. col.* 2. *vers. istæ rationes. lib.* 1. vbi ponit pro indubitato. † Declarat Innoc. *in c. cum Ecclesia Vulterana, de elect.* quod spectanda est consuetudo. † Declara; quia in 6 7
Episcopo habente mensam propriam, ipse sine Capitulo confert, si habet mensam communem, cõfert cum Capitulo. Ægid. *d. cons.* 10. *n.* 58. *in fin.* † Declara; quia hodie de consuetudine ge- 8
nerali omnium Ecclesiarum solus Episcopus confert. Ægid. *d. cons.* 10. *n.* 59. vbi *n.* 58. quod ita seruat Palatium Apostolicum, & in fin. consil. dicit hanc consuetudinem esse notoriam. † Decla- 9
ra; quia saltem consensus, vel consilium Capituli requiritur secundum * omnes. Ægid. *d. cons.* 10. *in fin. ver. sed oppones*, vbi tamen * supplet, quod propterea non est nulla, si fiat sine consensu; quia requiritur sententia, & dicit, quod alius præter Capitulum non

poteſt

Potest allegare hanc nullitatem, nec etiam iudex potest supplere circa hanc nullitatem, vide eum; quia bene loquitur Oldrad. *cons.244.n.19.* † Declara; quia de iure communi spectat ad episcopum & Capitulum simul. Rota *decis. 4. in nouiss. de concess. præb.* Castald. *decis. 22. de præbend.* nisi consuetudo sit in contrarium. Gabriel. *Loan. 199. n. 11.* Vide, *Collatio dignitatum non competit Episcopo sine Capitulo. Concluſ. 434.* † Amplia; quia hodie episcopi separatim a Capitulo, & Capitula plura separatim ab episcopo in Italia multa præscripserunt; quæ faciunt de per se. Ferret. *cons. 286. per tot. maxime n. 3.* † Episcopus Vicentin. est in possessione conferendi canonicatus sine Capitulo. Old. *cons. 195. n. 3. & seq.* † Limita; quia Capitulum Vrbini habet electionem ad Canonicatus vacantes; quia non sunt ad collationem episcopi; ideo expectativa ad beneficia ad collationem Episcopi Vrbini non potest capere Canonicatus. Abb. *cons 38. In quæst. ver. quarto posset attamen, vers. in fin. lib. 2.* vbi, quod Capitulum etiam habet cõsuetudinem, quod absentes à ciuitate non vocantur, & licet forte non sit præscripta; tamen electio facta à solis præsentibus, non vocatis absentibus, valet, ex quo quasi possessio sufficit. † Limita, quia in ecclesiis, in quibus habet collationem communem cum Capitulo, & Capitulum ex concordia transtulit in Episcopum, dummodo Archidiaconatum cõferat Canonico, semper, quod vacat tenetur episcopus conferre Canonico; quia Capitulum rei suæ traditioni potuit apponere hãc legem honestam; secus si collatio ante concordiam spectabat soli Episcopo; quia non potuit apponere hanc necessitatem. Castr. plene *consil. 366. super primo per tot. lib. 1.* † Limita; quia de iure communi episcopus non habet collationem dignitatum, sed simul cum Capitulo. Oldr. *cons. 244. n. 19. vers. tertium quoq;.* Vide, *Episcopus habens collationem communem cum Capitulo, non confert solus. Concl. prox. seq.*

Episcopus habens collationem communem cum Capitulo, non confert solus, neque solum Capitulum. Concl 261.

EPiscopvs † habens collationem communem cum Capitulo suo dicitur habere solus tantam vocem, quantam haberetotum Capitulum; imo vox episcopi est pinguior; quia ipse est Caput, & Capitulum membra. Feder. de Sen. *cons. 232. col. 2. ver. nunc quæritur.* † Non tamen valet collatio episcopi facta vni, & per Capitulum alteri de beneficio ad collationem communẽ spectante; quia neuter potest seperatim conferre. Feder. de Sen. *cons. 232. in fin. ver. sed subsequenter.* † Amplia, & vt nec valeat collatio episcopi, licet haberet vnum, vel duos Canonicos pro voce sua; quia ex quo Canonicis non competit collatio vt singulis, nihil operantur. Fed. *cons. 1.* vbi est casus, *& d. cons. 232. in fin.* † Declara, quod licet neutra collatio facta in discordia per Episcopum, & Capitulum diuersis non valeat; tamen quia vox Episcopi dicitur pinguior, eius quoque collatio erit pinguior, & præualebit. Hostien. *in c. ad hæc, in fin. de excess. Prælator.* † Restringe hãc declarationem, vt præualeat collatio episcopi, tanquam pinguior, non ex se, sed ex gratificatione superioris, vt magis Episcopo debeat superior gratificari, Fed. de Sen. *d. cons. 232. in fi.* qui ita declarat Hostien. † Amplia; quia non valet collatio episcopi solus, qui debuit conferre cum consensu sui Capituli. † Declara, quia si confert episcopus non facta mentione de Capitulo, præsumitur consensus Capituli, donec contrarium probetur, ex quo actus expeditur sub nomine gerentis, non autem sub nomine consentientis. Fed. de Sen. *cons. 259. circa princ. ver. sed posito sine præiudicio.* Gemin. *cons 87. ver. ad secundum. per tot.* Vide, *Capitulũ Ecclesiæ quando debet consulere, vel consentire Episcopo, an tunc solus Episcopus possit. Concl. 55.* Amplia; † quia episcopus solus non potest conferre beneficium spectans ad collationem suam cõiunctim cum Capitulo; quia vbi consensus alicuius necessario requiritur ad actum, nihil fieri potest sine tali consensu. Fed. de Sen. *d. cons. 1.* vbi pro veraq; parte allegatur ira, & ita soluit, etiam si cũ Episcopo concurrant duo, vel tres Canonici; qui non habent vocem, nisi capitulariter, vbi est casus cõsilii. † Amplia, vt idem sit, si collatio non esset facienda coniunctim per Episcopum & Capitulum, sed per episcopum cum consensu, vel consilio Capituli; quia adhuc non potest solus Episcopus conferre. Feder. *d. cons. 1. n. 4. ver. sed video. & n. 5.* vbi etiam, quod plus iuris habet episcopus, quando solum debet requirere consensum, quam habeat. Et ad vtrumque spectet collatio. † Declara, quod actus debet fieri sub nomine gerentis, & non est necesse, quod tunc fiat mentio de consensu Capituli; imo præsumitur consensus Capituli, licet non dicatur, donec contrarium probetur. Fed. de Sen. *d. cons. 259. ver. sed posito sine præiudicio.* Vide, *Consensus alterius debet requiri, quando est necessarius. Concluſ. 756.* † Limita, nisi episcopus requisiuisset Capitulum ad collationem, & Capitulum noluisset conuenire; quia tunc valeret collatio episcopi, quæ staret in pẽdenti ab effectu, si lis esset super collationis validitate. Feder. de Sen. *d. cons. 232. col. 2. ver. nunc quæritur*, vbi loquitur in fortioribus terminis, quando episcopus à principio vocauit Capitulum, & Capitulum noluit conuenire, sed contulit à se ipso, & litigatum fuit inter episcopum & Capitulum; quia Episcopus postea conferre potest, non amplius requisito Capitulo, ex quo semel recusauit velle conuenire. † Declara hanc limitationem, nisi Capitulum habuisset iustam facti credulitatem de non conueniẽdo; quia ad eum solum spectaret collatio, quia detecto per sententiam errore, & quod communis sit collatio, deberet Capitulum vocari iterum, nec prima negatio ex causa probabili afficeret. Fed. *d. cons. 232. in fin. ver. tamen si error.* Vide Concl. proxim. sequentem.

Episcopus habens collationem, vel electionem cum Capitulo communem, altero impedito, alter solus confert. Concl. 262.

EPiscopvs † & Capitulum si habent collationem beneficiorum simul, episcopo excommunicato tota collatio spectat ad Capitulum, & è contra. Oldr. *cons. 200. Principium est, per tot.* concord. *cap. 1. ne sed. vacan. lib. 6.* Feder. *cons. 1. n. 7. ver. præterea potest. & cons. 232. col. 2. ver. nunc quæritur.* † Concordat idem Feder. de Sen. *d. cons. 1. n. 4. ver. & ad hoc possunt*, vbi, si Episcopus habens collationem de consensu Capituli est mortuus, Capitulum nõ succedit; secus si collatio est communis; quia succedit, & hęc est ampliatio. † Solus Episcopus de iure communi non habet collationem dignitatum, sed cum consensu Capituli, sed eam potest habere de consuetudine, vel priuilegio. Oldr. *cons. 244. nu. 19. ver. tertium quoque.* † Amplia, vt electio facienda per Canonicos & Capitulum, si aliqui Canonici sunt excommunicati, vel inhabiles, aut mortui, tota deuoluatur ad alios Canonicos habiles. Feder. de Sen. *d. consil. 232. col. 2. ver. sicut enim per excommunicationem.* † Amplia; quia si collatio spectat communiter ad Episcopum & Capitulum, si Capitulum est excommunicatum, vel Canonici sunt omnes inhabiles, tota collatio deuoluitur ad Episcopum non impeditum. Feder. de Sen. *d. consil. 232. Casus talis est, vacantibus. col. 2. vers. sicut enim.* † Extende, vt idem sit in receptione profitentium; quia si professio emittitur Prælato, & cõuentui, Prelato excommunicato conuentus recipit profitentes. Calderin. *consil. 414.* alias *29. de regul.* quod duplicatur *consil. 535.* alias *3. de sentent. excommunic.* † Amplia; vt idem sit, si episcopus mortuus; quia si collatio est communis, tota spectat ad Capitulum sede vacante. Federic. de Sen. *consil. 264. in fin. ver. supradicta sunt vera.* Vide, *Capitulum sede vacante quæ possit facere, vel non. Concl. 56.* † Amplia, vt idem sit in alio Prælato, prout in Episcopo, quia si Prælatus religionis est excõmunicatus, licet in manibus suis, dum est excommunicatus, non possit quis profiteri; tamẽ valet professio eo casu in manibus conuentus; quia vno impedito, alter, ad quem communiter spectat receptio, solus recipit. Cald. *consil. 401.* alias *16. de regular.* † Limita, quando Episcopus non conferret coniunctim cum Capitulo, sed solum de consensu Capituli; quia tunc episcopo impedito nõ succedit Capitulum. Fed. *d. cons. 1. n. 4. ver. sed probat.* vbi, quod plus est habere ius conferendi coniunctim, quam quod collatio spectet de consensu eiusdem. Vide, *Capitulum Ecclesiæ quando debet consentire, vel consulere episcopo. Concluſ. 55.*

Episcopus non potest conferre beneficia multis casibus. Concl. 263.

EPiscopvs † non potest conferre beneficia vacantia ad suam collationem spectantia intra mensem expectantium, quando mensis, vel alia temporis præfixio est appositа in expectatiua. Oldr. *consil. 304. n. 10. ver. illud etiam mirabiliter.* † Amplia, vt nec possit conferre intra 20. dies datos ad optandum, vbi adest consuetudo optandi. Oldrad. *d. cons. 304. num. 10.* Amplia in † tantum, vt nec conualescat collatio facta, licet reuocetur expectatiua, quæ impediebat; quia non propterea fingitur à principio gratiam reuocatam nõ fuisse; secus si sponte iure suo quis vti volet; quia bene valeret. Oldr. *d. cons. 304. n. 14. vers. non obstat.* † Amplia; quia non confert canonicatus, & præbendas in collegiatis, nisi ad electionem, & præsentationem Capituli, & Prelati infe-

inferioris d. ecclesiæ collegiatę. Fed. de Sen. *conſ. 34 per tot.* Vide, *Collegiatarum Prælati, & Capitulum quid poſſint ſine Epiſcopo. Concluſ.* 459. † Extende; quia Epiſcopus non poteſt conferre beneficia electiua etiam ex cauſa permutationis, vel reſignationis. Vide, 6 *Electiuum beneficium non poteſt conferri. Concluſ.* 100. † Amplia; quia non poteſt conferre beneficia deuoluta, quantumcunque pauperrimæ ſint eccleſiæ, Federic. de Sen. *conſil. 111. num. 6. ver. item* 7 *quæritur.* † Amplia; quia non poteſt conferre beneficia litigioſa in Curia Romana; quia ſunt reſeruata; ideò ſi vacat beneficium litigioſum per obitum litigantis, Epiſcopus habet ligatas ma- 8 nus. *clem. 1. vt lit. pend.* †Extende, vt procedat, etiam ſi vacaret aliter, quam per obitum; quia militat eadem ratio. Cardin. Zabarell. *conſil. 33. num. 2. ver. ſubeſt alia ratio.* † Amplia; quia non poteſt conferre beneficia officialium Papæ, & alias reſeruata ex *extrau. Ex debito. de elect.* Cardin. Zabarell. *conſil. 33. num. 2. ver. item* 10 *cum ſit.* † Amplia; quia non poteſt conferre beneficia iuris patronatus. Vide, *Epiſcopus poteſt multa circa beneficia iuris patronatus,* 11 *& multa non. Concluſ.* 271. † Amplia; quia non poteſt conferre beneficia non vacantia. Cardin. Zabarell. *conſil. 33. num. 2. ver. per hæc* 12 *reſpondetur.* † Extende etiam in Papa; quia non confert beneficia non vacantia ſine cauſa, & niſi ſciat & exprimat; ideo collatio facta de non vacanti non valet ſine expreſſione. Card. Zabarell. 13 *d. conſil. 33. num. 2. ver. item, & alia ratione.* † Extende; quia beneficium collatum abſenti non poteſt alteri conferri, niſi prius cõſtet de diſſenſu illius, cui eſt facta collatio. Cardin. Zabarell. *d. conſ. 33. num. 2. ver. item alia ratione.* Vide, *Collatio facta abſenti quid operetur. Concl.* 433. Vide incert. auth. poſt regulas Socin. *reg 1. Epiſcopus debet prouidere,* vbi ponit regulam affirmatiuam, quod Epiſcopus prouidet, & inſtituit de omnibus beneficiis, & limitat multis modis.

Epiſcopus dat Vicarium ad conferenda beneficia vacatura. Concluſ. 264.

1 EPISCOPVS † poteſt conſtituere Vicarium generalem, ſeu officialem cum poteſtate conferendi beneficia vacatura. Oldrad. *conſil. 77. quod Epiſcopus,* & concord. Rot. *deciſ. 5. de off. vic. in nou.* alias 397. *ſi Epiſcopus,* qui dicit non poſſe Epiſcopum alteri, quam Vicario generali committere collationem beneficii vacaturi, etiam ſi is, cui alias committitur collatio, eſſet officialis epiſcopi. Vide, *Collatio beneficij vacaturi an poſſit fieri, vel committi per epiſcopum. Concl.* 432.

Epiſcopus poteſt multa circa beneficia ſuæ diœceſis. Concluſ. 265.

1 EPISCOPVS † poteſt vnire beneficia, & Eccleſias ſibi ſubiectas. *cap. ſicut vnire, de exceſſ. prælat.* Oldrad. *conſil. 257. Factum tale eſt, Dn. Nicol. Papa. n. 5. ver. dico tamen, & multis ſeqq.* quod intellige, ſi ſubeſt neceſſitas, vel vtilitas, quæ ſit euidens. Oldr. *conſil. 261. & 262. in princ. & n. 2. ver. præterea,* vbi intelligitur de aliquibus non de omnibus. † Extende; quia imo epiſcopus cum cõſenſu ſui Capituli poteſt vnire, & donare alteri eccleſiæ dignitatem, vel eccleſiam, etiam non citato rectore beneficii vniti, vel donati, & valebit. Roman. *conſ. 369. Circa primum n. 3. ver. ſe-* 3 *cundo quia.* † Declarat tamen idem Roman. *d. conſ. 369. nu. 26. ver. tertio quia,* vt procedat, quando tria concurrunt. Primum, quod faciat cum conſenſu Capituli; ſecundum, quod interueniat rationabilis cauſa; tertium, quod eccleſia, cuius iura minuuntur, non patiatur enorme damnum; quia vni non eſt conſulendum cum enormi damno alterius. *cap. cum cauſam, de prab. & c. Apoſtolicæ, de donat.* † Item poteſt duas baptiſmales eccleſias in vnã redi- 4 gere, & tertam vnius eccleſiæ ad aliam vertere. *cap. ad audientiam, de Eccleſ. ædific.* Oldr. *d. conſ. 257. n. 5. ver. & iuſta cauſa.* vbi, quod prædicta ex iuſta cauſa poteſt. † Et diſpenſare poteſt res eccleſiaſticas ſecundum neceſſitatem indigentibus, etiam pro ſe ipſo, 10. 5 *q. 2. c. Epiſcopus,* & latius *n. 7. ver. Epiſcopus enim.* † Penſiones annuas eccleſiis imponere etiam viuente Rectore, cum ſit adminiſtrator parochiæ ſibi ſubiectæ. *c. cum veniſſent, de reſtit. ſpol.* Oldr. *d. con-* 7 *ſil. 257. n. 6.* † Agere poteſt, & defendere pro qualibet eccleſia ſibi ſubdita. Hoſtienſ. *in c. fin. de ſucceſſ. ab inteſt.* Oldr. *d. conſ. 257. n. 6.* 8 †Donare etiam ex cauſa poteſt parochialem eccleſiam, & res illius alteri eccleſiæ. Oldr. *d. conſ. 257. n. 6. ver. quinimo.* † Fructus vnius eccleſiæ, vel duarum vacantium poteſt ſibi Epiſcopus cum conſenſu Capituli reſeruare; non tamen plurium. Oldrad. *conſil.* 10 *262. n. 2. ver. ſicut dicimus.* † Iura alicuius eccleſiaſticæ dignitatis, vel loci religioſi, aut Monaſterii poteſt minuere fructus certo o-

nere grauando, vel alias, dummodo cum cauſæ cognitione, & vocato Prælato loci, vel dignitatis, ſi viuit, vel ſi vacet locus, vel dignitas, conſtituto eidem defenſore. Roman. *conſ. 369. Circa primum. col. 2. in princ. ver. hoc quidem primo.* † Augere poteſt Epiſco- 11 pus numerum Canonicorum, & Beneficiatorum in eccleſia nõ numerata vſque ad menſuram facultatum eccleſiæ, & compellere ad recipiendum vſque ad numerum aptum, licet non poſſit certam perſonam in augmentum nominare. Lap. *allegat. 32. n. 2. ver. ſecundo ideo.* † Bona vnius eccleſiæ alteri applicare poteſt ex 12 grandi cauſa. Oldr. *conſ. 260. Quod vnio. nu. 2. ver. tertia ratio.* Lap. *alleg. 58. num. 6. ver. nec etiam.* Feder. de Sen. *conſ. 224. in princ.* Vide, *Epiſcopus diſmembrare eccleſiam quando poſſit, & qualiter. Concluſ.* 272. † Item decimas & oblationes ab vna eccleſia auferre, & alteri 13 applicare poteſt cum conſenſu Capituli, & eo caſu ipſe nedum authorizat, ſed etiam alienat pro eccleſia recuſante. Cald. *conſil.* 272. alias 10. *de reb. eccleſ. non alien.* † Compellit eccleſiam curatam 14 incommodam parochianis ad dotandam capellam commodam, in qua percipiant ſacramenta, in qua inſtituatur rector, vel ponatur amouibilis, vel capella ſit proprietaria. Lap. late *alleg. 67. per totam.* vbi multa pulchra. Vide, *Parochianis quomodo conſulatur, ſi ſacramenta non poſſunt commode habere. Concluſ.* 98. † Præ- 15 bendam ſupra numerum poteſt creare in eccleſiis ſibi ſubiectis de conſenſu eorum, ad quos ſpectat collatio præbendarum. Lap. *allegat. vlt. in princip.* † Vnire poteſt & commendare eccleſias 16 pauperrimas etiam deuolutas, dummodo ſine fraude hoc faciat. Federic. de Sen. *conſil. 111. num. 6. ver. item quæritur,* vbi *num. 7.* declarat, quod non tamen præiudicat prouiſioni Papæ, ſi illam faciat, etiam non habita mentione de vnione, Calderin. *conſil.* 273. alias 11. *de rebus eccleſ non alien.* † Seculares eccleſias curatas 17 regularibus conferre poteſt. Federic. de Sen. *conſil. 136. per totum.* vbi *num. 3.* quod ſtatum eccleſiæ mutare poteſt. † Erigere poteſt 18 eccleſiam ſibi ſuppoſitam in conuentualem ex legitima cauſſa, etiam ſi ſubſit alicui Monaſterio, & eo inuito. Calderin. *conſil. 81.* alias 1. *de offic. legat.* † Mutare poteſt ſtatum Monaſterii, & redu- 19 cere ſub alia regula, & etiam illud vnire alteri Monaſterio eiuſdem ordinis, dummodo ſubſit cauſſa, præcedat tractatus, & accedat conſenſus Capituli eccleſiæ cathedralis, Cald. *conſil. 274.* alias 12. *de rebus eccleſ. non alienan.* Vide, *Epiſcopus poteſt mutare ſtatum* 20 *eccleſiæ cum conſenſu Capituli. Concluſ. 258.* † Compellit inferiores collatores ad exequendum ordinata circa beneficia iuris patronatus ad inſtitutionem inferiorum fundata. Bald. *conſil. 35. Voluntas teſtatoris, lib. 4.* vbi, quod ſi negligant exequi, poteſt eos priuare iure inſtituendi. † Erigere poteſt noua beneficia, & no- 21 uas dignitates. *cap. ad audientiam, de eccleſ. ædific. cap. cum acceſſiſſent, in fin.* vbi Felin. *num. 14. de conſtitut.* † Viſitat Epiſcopus diœceſin, 22 imo obligatur ſingulo anno viſitare, & quæ poſſit. Vide, *Viſitare* 23 *poteſt Epiſcopus in ſua diœceſi. Concluſ. 218.* † Inquirit Epiſcopus de titulo beneficiatorum, & tenentur oſtendere. Card. Zabarell. *conſil. 33. in primo dubio, in princip. gloſſ. in reg. 1. in 6.* Vide, *Poſſeſſor non* 24 *tenetur docere de titulo ſuæ poſſeſſionis, & quando ſecus. Concluſ. 439.* Vide plenius, *Epiſcopus non tenetur perquirere multa, & quando ſecus. Concluſ. 294. num. 2. & ſeq.* † Beneficia vacantia, quorum collatio, vel inſtitutio ſpectat ad Epiſcopum, cuſtodire facit durante vacatione, apponit œconomum, locat fructus, dummodo reſeruet Eccleſiæ; vel ſucceſſori, & proſe nihil capiat. Franc. Aretin. *conſil. 63. In præſenti conſultatione, num. 4. 5. & ſeq.* † Extende etiam 25 in Abbate, & alio, qui habet collationem. Aret. *d. conſil. 63. num.* 62 *4. & ſeq.* †Extende, etiam ſi beneficium eſſet deuolutum ad Papam; quia deuolutio collationis non deuoluit iſta iura. Franc. Aret. *d. conſ. 63. n. 6. ver. ſed præmiſſis.*

Epiſcopus non poteſt multa circa beneficia ſuæ diœceſis. Concluſ. 266.

1 EPISCOPVS † licet poſſit vnire eccleſias ſuæ diœceſis, intelligitur ex cauſa neceſſitatis, vel vtilitatis euidentis, & dũmodo aliquas vniones faciat, non autem plures, & immoderatas. Oldrad. *conſil. 262. In queſtione. n. 2. verſ. præterea dato.* † Amplia; 2 quia Epiſcopus non poteſt etiam cum conſenſu ſui Capituli vnire eccleſiam colleg atam ex iuſta cauſſa alteri eccleſiæ ſine cõſenſu Capituli collegiatæ. Bald. *conſ. 1. per tot. lib. 1.* quia non poteſt ſupprimere dignitatem. †Amplia; quia non poteſt compel- 3 lere Rectorem eccleſiæ ſuæ diœceſis ad reſidentiam, quando eccleſia ſpectat ad inſtitutionem, & deſtitutionem epiſcopi vicini; & idem, ſi eccleſia eſt exempta, quia Epiſcopus non poteſt præcipere, nec diſponere de tali eccleſia, vel rectore, ſed ille, cui ſubeſt, licet ſit in ſua diœceſi. Feder. de Sen. *conſ. 99.* vbi, quod

vidit

4 visitatis obseruari. † Amplia; quia non potest eximere beneficia suæ diœcesis, & de nouo construenda à visitatione, neque à remissione quartæ Episcopalis. Federic. *cons.* 247. *per tot.* Vide; *Episcopus non potest eximere. Concl. prox. seq.* † Amplia; quia non potest episcopus collegiatam ecclesiam sine authoritate Papæ exigere. Rebuff. *in prax. tit. de erectio. i. collegia. in princ.* Vide, *Legatus non potest multa circa ecclesias collegiatas. Concl.* 174. † Amplia; quia non potest sine causa legitima diuidere, & dismembrare beneficia; ideo cum sit alienatio, requiritur, quod adsit tractatus, & consensus Capituli, & causa legitima. Abb. *consil.* 106. *Per prius. vers. pen. circa fin. ver. nunc secundam. lib.* 2. † Amplia; quia non potest concedere laicis ius patronatus ex liberalitate, veluti, si non dotauit ecclesiam, vel ædificarunt, maxime, quando est semel consecrata; quia esset inducere seruitutem. Abb. *d. consil.* 106. *col. fin. lib.* 2. Vide, *Ius patronatus acquiritur laico ex donatione, alias secus. Concl.* 600.

Episcopus non potest eximere beneficia suæ diœcesis. Concluſ. 267.

EPISCOPVS † non potest eximere beneficia, & loca suæ diœcesis sine consensu Capituli, & eximendo non præiudicat successori suo. Fed. de Sen. *conſ.* 111. *in princ. n.* 2. *ver. ad secundam quæſtionem, & n.* 3. † Amplia; vt procedat multo magis, quando tantum non alienare bona suæ ecclesiæ; quia exemptio est species alienationis. *cap. vt ſuper, de reb. eccleſ. non alien.* Feder. *d. conſ.* 111. 2. *in fin. ver. maxime.* † Amplia, vt imo nec de consensu Capituli possit eximere ecclesiam, vel locum religiosum quoad visitationem, correctionem, procurationem exigendam, & quartã legatorum, & mortuariorum consequendam. Feder. *d. conſil.* 111. *Queſto talis. n.* 3. *ver. item quantumcunq;*. Vide, *Procurationem ratione visitationis qui ſoluere teneatur, vel non. Concluſ.* 808. † Extende hanc ampliationem, vt procedat etiam quoad loca pia, & beneficia de nouo construenda, quia licet facilius repudietur ius quæredum, quam donetur iam acquisitum; tamen episcopus non potest remittere ius visitationis, neque quartæ episcopalis in beneficiis ædificandis. Fed. de Sen. *conſ.* 247. *Caſus talis eſt, quidam Epiſcopus per tot.* † Amplia; quia non potest ecclesiam sibi subditam in totum à se eximere. Oldr *conſ.* 244. *nu* 5. *& 6. ver. quarto opponetur*, vbi in fin. videtur velle contrarium, & idem dicit *conſ.* 172. 6. *ver. ad ſextum.* † Amplia; quia episcopus non potest eximere ecclesiam sibi subiectam, quin retineat octo, videlicet correctionem, visitationem, procurationem, cathedraticum, reuerentiam sibi debitam, charitatiuum subsidium, institutionem authorizabilem quoad curam populi, & ea, quæ sunt ordinis Episcopalis. Abb. *in c. cum venerabilis, n.* 3. vbi limitat tribus c. sibus, *de cenſibus.* † Contrarium tenet Calder. *conſ.* 267. alias 5. *de reb. e. cleſ. non alien.* vbi hoc declarat, quod imo potest de consensu Capituli sine causa, & quod dicitur in contrarium, procedit vniuersaliter, & causa, & quod dicitur in contrarium, procedit vniuersaliter, sed non particulariter de vna ecclesia. † Declara, & seu restringe, vt bene possit in totum ecclesiam à se liberare, quando in executione literarum Papæ hoc facit, Calder. *conſil.* 325. alias 6. *de donatio.* quia donatio ecclesiæ alteri Episcopatui facta cum iuribus, & pertinentiis comprehendit omnia, licet in fine *conſil.* contrarium sit apostillatum quoad iurisdictionalia, seu quoad ea, quæ respiciunt iurisdictionem ordinis. Vide Conclus. prox. seq.

Episcopus an possit diuidere beneficia suæ diœcesis. Concluſ. 268.

EPISCOPVS † sicut potest vnire ex causa beneficia sibi subiecta minora. *cap. ſi. ut vnire, de exceſſ. prælator.* ita etiam diuidere. *cap. ſicut duo. 16. quæſt.* 1. † Declara; quia procedit, si facit ex causa legitima, & de consensu Capituli, & seruata solemnitate, quæ adhibetur in alienatione bonorum ecclesiæ; quia separatio est alienatio. Abb. *conſ.* 106. *Per prius, col. pen. ver. nunc ſecundum. nu.* 3. *& ſeq. lib.* 2. vbi, quod etiam requiritur tractatus. † Causa autem notorie iniusta annullat dismembrationem; ideo si dismembrat capellam ab ecclesia, cui est vnita; quia sunt pauperes, dismembratio est nulla; quia causa est iniusta. Abb. *d. conſil.* 106. *num.* 3. *in fin. ver. ſed in non obſtantibus. lib.* 2. Vide Conclusionem proximam sequentem, & proximam præcedentem.

Episcopus an possit vnire beneficia, & qualiter. Concl. 269.

EPISCOPVS † non potest vnire duo monasteria religiosorum sine consensu amborum. *clem. nec in agro. §. ad hoc, de ſtat. regul.* Calder. *conſ.* 266. *in fin.* alias 4. *de reb. eccleſ.* † Extende, vt multo minus possit vnire Prælatus religiosus exemptus; quia sine Episcopi authoritate non potest vnire Ecclesiam sibi pleno iure suppositam. Calder. *conſ.* 271. alias 9. *de reb. eccleſ. non alien.* Amplia; quia † non potest vnire non seruata forma alienationis rei ecclesiasticæ, ex quo vnio est species alienationis; & forma non seruata actus est nullus. Calder in. *d. conſ.* 266. alias 4. *de rebus eccleſ.* † Amplia, vt procedat, etiam si in instrumento alienationis, seu vnionis adessent verba, *quod habito tractatu, & de conſenſu eſt facta*; quia ista non probant. Calder in. *d. conſ.* 266. *in princ.* alias 4. *de reb. eccleſ. non alien.* † Amplia; quia Episcopus non potest vnire ecclesiam collegiatam alteri ecclesiæ; quia non potest dignitatem extinguere. Bald. *conſ.* 1. *lib.* 1. † Limita; quia potest Episcopus ex causa, & seruatis solemnitatibus vnire quæcunque beneficia; quia vnire proprium est Episcopi. Cald. *conſ.* 271. alias 9. *de reb. eccleſ. non alien.* † Declara tamen, vt possit vnire cum consensu Capituli, alias non. Gemin. *conſ.* 87. *in princ.* vbi, an præsumatur consensus Capituli. † Limita; quia potest episcopus de consensu sui Capituli mutare statum Monasterii, & reducere ad regulam S. Claræ, & etiam vnire illud postea alteri monasterio dicti ordinis S. Claræ. Cald. *conſ.* 274. alias 12. *de reb. eccleſ. non alien.* vbi hoc declarat procedere præcedente tractatu, & ex causa, & sibi iuramentum non obstat, quod consilium est Ioan. Cald. & Paul. de Eleazar. Vide Concluſ. prox. præced. Vide, *Vnire qui poſſint, Epiſcopus, & alij beneficia eccleſiaſtica, & qui non. Concluſ.* 232. *cum Concl. ſuis prox. ſeq. ibi.*

Episcopus potest commendare beneficia suæ diœcesis, & qualiter. Concl. 270.

EPISCOPVS † potest commendare parochialem ecclesiam vacantem ad 6. menses, & non vltra. *cap. nemo de concep. de elect. lib.* 6. † Extende; quia etiam Episcopo titulari vltramarino potest fieri talis commenda. Bald. *conſ.* 164. *in princ. lib.* 1. † Amplia in tantum, vt nec possit prorogari commenda durantibus sex mẽsibus. Bald. *d. conſ.* 164. *Quidam fuit. n.* 3. *& 4. ver. tertio quæritur. & ver. quarto quæritur. lib.* 1. † Extende, vt neque finitis sex mensibus possit continuatiue prorogari; quia fieret fraus decretali. Bald. *d. conſ.* 164. *n.* 4. *ver. quarto quæritur. lib.* 1. † Restringe; nisi subesset vtilitas ecclesiæ, vel necessitas; quia nõ reperiretur alius ita idoneus. Bald. *d. conſ.* 164. *n.* 4. *in fin. lib.* 1. Vide, *Commendare beneficia quis poſſit, vel non. Concl.* 474.

Episcopus potest multa circa beneficia iuris patronatus, & multa non potest, & quæ. Concl. 271.

EPISCOPVS † potest instituere rectorem in beneficio iuris patronatus propter discordiam patronorum discordãtium in electionibus, & præsentationibus ad euitandum scandala. *c. quoniam, de iure patron.* † Amplia, vt Episcopus possit ordinare Abbatem in ecclesia collegiata religiosorum, quando omnes religiosi essent mortui, ad quos electio spectat. Fed. de Sen. *conſ.* 34. *n.* 3. *ver. hinc eſt.* † Amplia; quia etiam si institutio beneficii iuris patronatus spectat ad inferiorem ex mente fundatoris; tamẽ potest Episcopus compellere inferiorem collatorem ad exequendam mentem patroni fundatoris, & si negligat, potest inferiorem priuare, tanquam indignum. Bald. *conſ.* 35. *Voluntas teſtatoris, per tot.* maxime *in fin. lib.* 4. † Extende; quia potest instituere ad beneficium præsentatum, etiam si habeat aliud beneficiũ requirens residentiam; quia si vtrumque non requirit residentiam, potest de iure instituere; imo etiam si essent simplicia, & ambo requirerent residentiã, posset dispensare. Abb. *conſ.* 96. *Ad claram. verſ. ad ſecundum, per tot. lib.* 2. † Limita; quia episcopus si conferat beneficium iuris patronatus intra tempus datum patronis, collatio est in tantum nulla, vt etiam si patroni non præsentauerint, non conualescat. Vide, & declara *in ver. Collatio beneficij iuris patronatus facta per ordinarium ſine patrono quando valeat, vel non. Concluſ.* 438. vbi latissime. Declara; quia procedit limitatio in iure patronatus laicorum; secus si ecclesiasticũ sit; quia non est nulla, sed annullanda; ideo conualidatur, si patroni consentiunt etiam in præiudicium tertii. Paris. *conſ.* 144. *Scripſeram, in princip. lib.* 4. & consensus potest præstari separatim & ex post.

6 Dec.*cons.*171.*In causa.* Marius Anguissola *cons.*117.*in princ.* † Limita, & declara, quod non potest hoc facere, quando discordia esset inter præsentatos, & occasione litis. Lap.*alleg.*78. *In Dei nomi-*
7 *ne.n.*15.*ver.ad quintam.* † Limita secundo, quod hoc non potest, etiam si lis esset inter patronos; quia intelligitur de scandalo facti, & non de scandalo iuris, & non de omni scandalo facti, sed de atroci, quando essent minæ de homicidio, si præsentatus ab
8 vno instituetur. Lap.*alleg.*78.*nu.*16 *ver.item non debet.* † Limita, quando vnus esset præsentatus à maiori parte; quia quidquid alii minorem partem facientes reclament, debet cessante scãdalo
9 institui. Lap.*d.alleg.*78.*n.*16.*ver.item sicut.* † Limita de obseruantia, maxime in Ciuitate Florentiæ; quia dispositio *d.c. quoniam. de iur.patron.* recessit ab aula. Lap.*d.alleg.*78.*n.*17.*in princ.ver.item*
10 *hoc ius.* † Limita, quando institutio spectaret ad inferiorem; quia etiam dicta prouisio, de qua loquitur *d.c. quoniam. de iure patron.* in Episcopo, haberet locum in inferiore. Lap.*d.alleg.*78.*n.*16.*vers.*
11 *nec obstat, quod litera.* † Limita; quia Episcopus non potest conferre beneficium iuris patronatus etiam ex causa permutationis sine consensu patroni, vel sine consensu eligere debentiũ. Cald. *cons.*294.alias 2.*de rer.permut.per tot.* Ægid.Bellam. *cons.*6.*in princ.*
12 & in alia subscriptione *in fin.n.*16. † Declara, nisi præscripsisset per 40.annos, & præscriptio 35.annorum bene tuetur in possessorio; secus in petitorio. Ægid.*d.cons.*6.*in pr.& in fi.n.*16.vbi alius
13 consulens idẽ dicit. † Limita; quia episcopus non potest dispensare contra institutionem beneficii iuris patronatus, neq; ipsam immutare. Felin.*in c.cum acceßiſſ.nt.nu* 17.*vers.& per hoc dictum de conſtitut.* vbi extendit multis modis, quod sine patrono non confert non qualificato; item non potest vnire, non permutare, non
14 immutare, vel dismembrare. † Extende; quia imo si ius patronatus cessaret pro illa vice, vel semper, licet Episcopus habeat liberam collationem sine patrono; non tamen poterit conferre, nisi secundum disposita in dotatione, videlicet presbytero, si est presbyterale beneficium. Felin.*d.c.cum acceßiſſent.n.*18.*de conſtitut.*
15 vbi dicit esse notandum. † Restringe; quando non interuenisset consensus episcopi in disponendo de beneficio, & qualificando per testatorem; quia non valet talis dispositio. Felin.*d.c.cum ac-*
16 *ceßiſſent.n.*19.*vers.primo.de conſtitut.* † Restringe, vt non procedat, quando dotans, vel eius hæres consentiret, quod posset conferri beneficium sacerdotale non sacerdoti, & contra formã dispositionis. Felin.*d.c.cum acceßiſſent.nu.*19.*vers.secundo restringitur*, vbi
* dicit * communem, & quod ita consuluit, & obtinuit, & idem Felin.*in tract. quando litteræ Apoſtolicæ*, sequitur apostill. ad Abb. ibi, quæ est Corsetti, *in ver. vnire*, vbi, quod ita obtinuit Bononiæ, & alia apostill. Sapiæ *in ver.diſpenſare.* Petr.de Bayl.*in tract.di-*
* *rectorium electionum.cap.*9.*in* 2.*part.* Ioan.de Selu. *tract.de benefic.in* 6.*quæſt.*1.*partis.num.*33.*& ſeq.* & communem * dicit Ioan.Paul.*in tract.viſitationum.in* 10.*quæſt.*1.*partis.num.*57. Lambert.*in tract.iu-*
ris patron in 1.*part.*2.*libri, art.*30.*quæſt.*7. allegat Barbat. *conſil.*24.
* *Scripſit Propheta.num.*16. vbi de * communi, & quod ita seruatur,
17 sed loquitur in primo disponente. † Contrarium Rochus de Curte *in tract.de iure patron.in ver.diœceſani conſenſu.quæſt.*15. vbi late, & Anton.de Butr.*conſil.*4.*circa fin.* † Declara, quia restrictio
18 est verissima de consensu dotantis, sed de consensu hæredis est controuersia, vt per Felin.*d.cap.cum acceßiſſent.nu.*19.*ver.ſed huic vltimo*, vbi excipit duos casus etiam cum consensu hæredis, in quibus potest Episcopus dispensare: primus est, quando pro illa vice dispensat: secundus, quando ex causa necessaria, & vtili
19 beneficio. † Restringitur; quia potest episcopus cum consensu Capituli ex causa omnes conditiones beneficii iuris patronatus in totum extinguere. Felin.*d.c.cum acceßiſſent.n.*19.*ver.ſed ex dicto.*
20 † Restringe, quando ex necessitate Episcopus faceret; quia potest in totum extinguere. Felin. vbi supra. *num.*20.*ver.tertio re-*
21 *ſtringitur.* † Limita; quia Episcopus non potest idoneum præsentatum à patrono reiicere; quia teneturinstituere; secus in Papa; quia quoad Papam ius patronatus est gratia, quoad Episcopum, est ius, & iustitia, Felin.*in cap.ſuper eo, de offic. delegat.in principio.*

Episcopus dismembrare ecclesiam quando possit, & qualiter. Conclus.272.

1 EPiscopvs † potest dismembrare Ecclesiam ex grandi causa, videl. rem vnius ecclesiæ alteri applicare, alias non. Oldr.*conſ.*260. *Quod vnio.n* 2.*ver.tertia ratio.* imo, quod sufficiat causa legitima. Oldr.*conſ.*257.*nu.*6.Federic.de Senis *conſ.*224.*in*
2 *princ.* † Contrarium dicit Roman.*conſ.*177.*Licuit ipſi Notario.n.*2.*ver.quinimo*, vbi, quod Episcopus non potest auferre rem vnius Ecclesiæ, & alteri dare, quamuis habeat dispositionem ipsarum ecclesiarum sibi subiectarum, allegat *c.*1.*de reb.eccleſ.lib.*6. † Am- 3
plia, quod possit, si adest euidens causa, & non alias concedere, quod parochianus, qui tenetur audire Missam in sua parochia, & oblationes facere, illas faciat alteri ecclesiæ. Lap.*alleg.*58 *nu.*6. *inſi.ver.nec etiam poſſet.* † Amplia; quia Episcopus potest applicare 4
fructus capellæ vacantis, & subiectæ plebi, vt ad tempus plebanus capiat redditus capellæ expẽdendos in refectionem plebis, quæ non habet redditus sufficientes, reseruata portione pro capellano congrua. Fed.de Sen.*conſ.*224. *Caſus talis eſt, quædam plebs.* vbi tamen concludit, quod securius est, quod hoc faciat cũ Capituli consensu. † Extende, vt idem sit in casu conuerso, vt possit 5
applicare decimas, & oblationes ecclesiæ matricis alteri ecclesiæ filiali, cum consensu Capituli sui. Calder.*conſ.*272. alias 10.*de*
reb.eccleſ.non alien.ver.alio modo ſit. † Amplia; quia ex causa legiti- 6
ma potest ecclesiam suæ diœcesis suppositam monasterio etiam alterius diœcesis erigere in conuentualem etiam inuito monasterio. Cald.*conſil.*81.quod est 1.*de off.deleg.* † Amplia; quia episco- 7
pus cum consensu Capituli sui potest plene disponere de bonis ecclesiarum, etiam auferendo vni ecclesiæ, & alteri dando ex causa rationabili. Cald.*conſ.*265.alias 3.*de reb.eccleſ.non alien.in pr.*
† Amplia; quia potest Episcopus commutare legatum, vel red- 8
ditus destinatos ad fabricam, vel certum pium vsum in alium pium vsum similem, vel non extraneum, quando primus vsus non destruitur. Cald.*d.conſ.*265.*circa fin.ver.non obſtat*, alias 3.*de re-*
bus eccleſ.non alien. † Amplia; quia potest episcopus cum consensu 9
Capituli sui ex causa, & præcedẽte tractatu mutare statum monasterii, & reducere ad regulam alterius ordinis, & etiam post-
ea illud vnire alteri monasterio eiusdem ordinis, si non obstat 10
iuramentum. Cald.*conſ.*274.alias 12.*de reb.eccleſ.non alien.* † Amplia; quia potest Episcopus ex causa inuito parochiano aliam ecclesiam constituere, quæ habeat partem parochianorum, & multo magis oratorium. Card. Zabarell. *conſ.*8. *Quidam ſyndicus.* 11
*n.*2. † Amplia; quia episcopus sine consensu Capituli non potest ecclesiam in totum eximere à sua iurisdictione, plene Dec.*conſ.*
151.*In cauſa exemptionis*, vbi ita conciliat opiniones, & per totum
plura allegat. † Extende; quia non potest tollere iura vnius Ec- 12
clesiæ, & alteri dare, nisi concurrant tria, videlicet causa, consensus Capituli, & quod non sit magna læsio. Abb.*in cap.conſtitutus.n.*12.*& ſeq.de reſtg.domib.* & est text.*in c.*1.*de reb.eccleſ.non alien.*
Vide, *Epiſcopus poteſt mutare ſtatum eccleſiæ de conſenſu Capituli. Concl.* 258. Vide, *Epiſcopus non poteſt eximere beneficia ſuæ diœceſis. Concl.*267.
cum multis Concluſ.ibi prox.ſeqq.

Episcopus quando possit destinata ad vnum vsum alteri vsui applicare. Conclus.273.

EPiscopvs † potest fructus fabricæ ecclesiæ destinatos 1
in emptionem librorum, & aliorum necessariorum ex causa rationabili, vel necessaria cum consensu Capituli conuertere. Calderin.*conſil.*265.alias 3.*de rebus eccleſ.non alienand.* † Declara, 2
dummodo primum vsum non in totum tollat, & dummodo vsus, in quo fit applicatio, non sit omnino extraneus vsus à primo. Calderin.*d.conſil.*265.*in fin.* alias 3.*de rebus eccleſ.* † Amplia; 3
quia si est factum legatum pro constructione capellæ in Ecclesia fratrum Minorum, si non potest construi in ea ecclesia, potest Episcopus commutare, vt in alia Ecclesia construatur. Bald.
*conſil.*453. *Si ex teſtamento, circa fin. ver. quid igitur erit.lib.*2. Vide,
*Epiſcopus eſt exequutor legatorum, etiam incertorum. Concluſ.*293.*nu.*29.
& ſeq. † Extende; quia si testator legauit construi ecclesiam in 4
domibus suis, & postea viuens domos alienauit, & commutauit, si Ecclesia non potest construi in domibus permutatis, & alienatis, neque in emptis, Episcopus de consensu habentium interesse poterit in alio loco consentire, quod constructio fiat. Bartol.*conſil.*26.*Teſtator.in fin.lib.*1. vbi plena apostill. *in ver.au-*
thoritate Epiſcopi, dat concord. † Extende; quia si testator legat, 5
quod hæres intra annum teneatur construere in tali loco vnum Hospitale, & episcopus non velit dare licentiam in loco ordinato per testatorem, sed in alio, quod facere, & commutare potest, & hæres obligatur parere Episcopo. Roman.*conſil.*
409. *Quoad primum, in tertio dubio. num* 10.*& ſeq.* vbi apostill. *in*
ver.facere. † Amplia; quia hæreditas relicta certis hæredibus in- 6
stitutis cum onere distribuendi fructus singulis annis pauperibus de Spello, potest per episcopum perpetuo applicari monialibus dicti loci pauperibus in casu negligentiæ distributionis exequutorum. Bald.*conſil.*96.*Factum tale eſt, per totum.lib.ſecundo.*
† Contrarium tenet Petr.de Vbaldis, vt per Bald.*conſil.*240.*Viſo* 7
teſta-

testamento & cons.421.lib.2. quod est Honuphrii de Perusio; quia proprietas est hæredum institutorum, quæ non deuoluitur ad Episcopum, sed sola fructuum distributio. † Amplia; quia potest Episcopus commutare quæcunque legata pia in alios vsus pios, quando vsus legatus non potest impleri. Doctor. *in cap. nos quidem, de testam.* Guid. Pap. *decis.556.* † Amplia; quia potest Episcopus gratificari inter duas ecclesias, cui voluerit circa legata incerta, videlicet si ecclesiæ S. Sebastiani fiat legatum, & in loco sint duæ ecclesiæ S. Sebastiani, & non constet, de qua testator intellexerit, debetur legatum magis pauperi, si sunt æqualiter pauperes, Episcopus potest legatum conferre, cui voluerit ex duabus ecclesiis incertis, ita dicit Afflict. *decis.244.* Amplia; quia † Episcopus potest dispensare super vsuris incertis restituendis; secus si sunt certæ, & persona, cui debent restitui, sit certa; ideo hæres vsurarii pauper potest à Papa, vel Episcopo obtinere, vt non teneatur restituere pauperibus. Abb *cons.34. Attingam, in fin. ver. ad quartum. lib.1.* † Limita, quia regulariter episcopus non potest commutare legatum pium de vno vsu ad alium; immo nec Papa, nisi faciat de plenitudine; ideo non fit commutatio, quod distributio panis facienda pauperibus applicetur presbyteris pro Missis celebrandis etiam de consensu hæredis; quia nō agitur de interesse hæredis, sed de voluntate defuncti, ita Capell. Thol. *decis.26.* vbi apostill. Vide, *Legata pia quando de vno vsu ad alium sint commutanda, & qualiter. Conclus.114. cum conclus. ibi prox. sq.* Vide, *Legata pia commutat Papa in alios vsus, & qualiter, & quando licus. Conclus.113.* Vide, *Papa commutare potest legat. pia in alios pios vsus, & quando. Conclus.55.*

Episcopus potest multa in sua diœcesi circa spiritualia. Concl. 274.

EPISCOPVS † solus est Prælatus in sua diœcesi, & Ecclesia. Oldr. *consil.230. ver. tertia ratio.* † Amplia, vt ipse solus possit dare licentiam parochianis alicuius suæ diœcesis parochiæ confitendi peccata sua alieno parochiano, seu fratribus alicuius Monasterii, vel ordinis sine alia licentia proprii parochiani. Oldrad. *cons.130. ver. ad primam. n.2.* † Amplia, vt possit concedere altare viaticum, seu portatile, super quo in domo sua presbytus possit facere celebrare sine licentia parochiani. Lap. *alleg.42. n.3. ver. quia huiusmodi.* † Amplia; quia in foro conscientiæ, seu animæ episcopus est iudex sui subditi, etiam si deliquit extra suā diœcesin, & potest eum absoluere, & punire. Fed. de Sen. *consil. 33. n.2. ver. ad secundum dubium.* Vide, *Episcopus est Prælatus omnium ecclesiarum suæ diœcesis carentium Prælato. Conclus.242.* Vide Concl. prox. sequentem.

Episcopus non potest multa circa spiritualia in sua diœcesi. Concl. 275.

EPISCOPVS † non potest relaxare interdictum in sua ecclesia, ciuitate, vel diœcesi impositum per sedem Apostolicam. *cap. præsenti, de sentent. excommun. in 6.* Oldrad. *cons.244. num. 15. circa fin.* † Non potest præcipere monialibus, & regularibus, vt recipiant certam personam, & si præciperet, datur appellatio licet in genere possit præcipere, vt recipiant vsque ad facultates monasterii. Lap. *alleg.32. n.3. ver. ex iis.* Limita, vt in Conclus. prox. præced. multis modis.

Episcopus dispensare potest circa multa. Conclus. 276.

EPISCOPVS † potest dispensare in casibus omnibus, nisi prohibitio reperiatur secundum aliquos *in cap. at si Clerici, de iudic. & 50. distinct. in summ.* prout refert Fed. de Sen. *cons.17.* Quæ † sic talis est. *n.5. ver. & pro ista parte.* † Contrarium, quod imo Episcopus non potest dispensare contra ius, nisi in casibus a iure permissis, Archid. *in cap. licet canon. de elect. in 6. gloss. magn. in fin.* Feder. de Sen. *d. cons.17. n.3. in fin. ver. & pro hac parte.* Castr. *cons.404. n.2. circa fin. ver. nam illa necessitas lib.1.* & Roman. *cons.325. Quoad primum. n.5. ver. tertio quia,* citat plures hanc partem tenentes, & tollit contraria; quia loquuntur in absolutione ab excommunicatione, quæ est fauorabilis. † Declara, quod licet possit dispensare contra ius commune, non tamen sequitur, quod possit derogare iuri communi, & canonico; quia dispensatio fit ex causa necessitatis, vel vtilitatis, vel interdum ex prærogatiua personæ, vt declarat idem Feder. *d. cons.17. n.5. in fin. ver. non obstat, quod octauo loco.* † Declara; quia in casibus, in quibus ex causa necessitatis, vel vtilitatis episcopus potest dispensare, intelligitur, si subest magna causa, & cum causæ cognitione. Castrens. *d. cons.404. Illa, quæ informari. n.2. ver. tertio non obstat. lib.1.* † Declara; quia licet regula sit, quod Episcopus non dispensat contra canones, & regula sit prohibitiua; quia Episcopi in specie sunt debitores circa canonum obseruantiam, *9.q.3.c. in canone.* & quia ipsi Episcopi appellantur canonum magistri, atque custodes. *24.q.3.c. cū quib.* prout hæc omnia congerit Roman. *d. cons.325. Quoad primū. n.5. ver. tertio quia, & n.7. vers. iis tamen non obstantib.* tamen quando concurrit vrgens, & notabilis causa, potest contra ius dispensare etiam in casu non permisso, vbi apostill. *in ver. dispensare,* allegat *decis. Rotæ 5. de iure patron. in nou. circa med. vers. quod intelligerem,* quæ loquitur, etiam si ius commune esset conciliare, allegat Roman. text. *in l. si hominem. ff. mandat.* vbi procurator generalis potest venire contra factum domini ex causa vrgenti, & notabili, quem textū ad multa allegat idē Rom. in plurib. consiliis, quæ citat apostill. ad eundem Roma. *cons.428. In terminis, in fin. vers. si hominem,* & ibi Roman. *n.14. & 15.* repetit prædicta. Vide incertū author. post regulas Socin. *reg.2. Episcopus dispensat in adulterio, & minoribus, nisi prohibeatur à canone,* vbi limitat tribus modis, qui seruiunt pro declaratione. † Infertur ex dicta declaratione, quod etiam Legatus, qui non potest statuere contra ius commune, id potest ex vrgenti, & notabili causa. Roman. *d. cons.428. n.13. ver. vltimo quia.* † Item, quod Episcopus, qui contra ius commune, vel ius conciliare non potest dispensare, dispensat ex vrgenti, & euidenti causa iusta. Roman. *d. cons.325. num.7. vers. iis tamen non obstantib. & d. cons.428. in fin. n.14. vers. secundo patet,* vbi citat concord. † Item episcopus licet factum superioris, videl. Papæ non possit mutare; tamen ex causa mutat, & minuit pœnitentiam iniunctā à Papa. Roman. *d. cons.428. in fin. n.15. ver. tertio ad idem,* vbi apost. fin. dat concord. † Item quilibet inferior, qui non potest regulariter contra factum superioris facere, id potest, si ex iusta, & vrgenti necessitate facit. Cravet. *cons.21. Homines. n.3.* quem citat, & sequitur apost. ad Roman. *d. cons.428. in ver. hominem, in fin.* Vide, *Inferior non potest factum superioris iudicare, & quando secus. Concl.120.* † Item habens quodcunq; plenissimum arbitrium non potest tollere statuta superioris, nisi ex iusta causa. Roman. *d. cons.428. in fin.* Amplia; † quia episcopus potest dispensare, vt quis possit retinere duas ecclesias curatas propter illarum paupertatem. Feder. de Sen. *cons.111. n.7. vers. verum tamen sciendum* † Amplia; quia potest dispensare cum religioso professo minore 25. annis, vt transeat ad religionem laxiorem. Bald. *cons.111. Quidam iuuenis, n.2. vers. aliud dubiū, lib.1.* Vide, *Episcopus quid possit circa religiosos Conclus.248.* † Amplia; quia potest dispensare cum infami, & condemnato de falso quoad executionem suorum ordinum, vel etiam quoad temporalia, quando infamia esset leuis, alias secus. Bald. *cons.350. Proponitur, quod quidam, circa fin. vers. sed imo videtur, lib.1.* † Amplia; quia episcopus potest dispensare cum rectoribus parochialium, vt ad septem annos promoueri non teneantur, *cap. cum ex eo, de elect. in 6.* pleniss. Roman. *cons.325. Quo. ad primum. n.7. vers. ergo pari ratione,* vbi apostill. *in ver. literarum.* † Extende; quia potest Episcopus concedere religiosis sibi subiectis, & beneficiatis secularibus licentiam studendi in iure canonico, vel Theologia ad septennium, non autem in legibus ciuilibus, vel in artibus, & durante septennio percipit religiosus necessaria à monasterio, & beneficiatus fructus in absentia, ita Abb. *cons.88. per tot.* maxime *n.6. ver. sed iis non obstantibus, lib.1.* vbi *col.3. in fin. ver. nec obstat,* dicit, quod non minuitur cultus, sed promouetur vtilitas ecclesiæ particularis, & vniuersalis ex tali licentia. Vide, *Studentes beneficiati quando fructus beneficiorum percipiant, vel non. Conclus. 708.* † Amplia; quia potest dispensare cum simplici adulterio ex causa; non tamen cum adulterio violento, vt retineat beneficia, & ministret in ordine. Castrens. *cons.349. Notandum, in princip. lib.1.* † Extende; quia episcopus nedum dispensat cum adultero, sed etiam adulterum restituit ad famam. Bart. *cons.18. Reuerendissimus, in princ. lib.2.* † Restringe; quia licet possit episcopus dispensare cum adultero; non tamen potest vicarius episcopi, vel officialis, etiam si habeat in facultate componendi cum delinquentibus; quia de leuibus debitis intelligitur. Castrens. *d. consil. 349. per tot. lib.1.* † Restringe; quia licet episcopus possit dispensare; non tamen potest per pecuniam componere, & priuationem in pretium deducere. Castrens. *d. cons.349. col.2. ver. rursus nō solum. lib.1. & per tot.* maxime, quando non erat inquisitus, neque receptæ probationes super delicto. † Amplia; quia in omnibus casibus, in quibus episcopus potest dispensare, potest etiam dispensatum ad famam restituere. Bart. *dict. consil.18. in princip. lib.2.*

21 † Limita; quia non dispensat contra consuetudinem, quod non admittatur ad canonicatum, nisi nobilis. Roman. *cons.* 491. *Heri*
22 *fuit interrogatus.* † Limita; quia non dispensat contra Concilium.
23 Roman. *sing.* 492. *Sed an posset.* † Restringe multis casibus, vt ibi apostill. *ad d. sing.* 492. quos vide. Vide duas Conclusiones prox. seqq.

Episcopus potest dispensare cum irregulari ad ordines, & quando. Concluſ. 277.

1 EPISCOPVS † potest dispensare cum homicida occulto, vt promoueatur ad ordines sacros, non obstante irregularitate. Feder. de Sen. *cons.* 168. *in fin.* vbi loquitur in casu professi in religione; qui erat irregularis; quia ceperat malefactores, qui vlti-
2 mo supplicio fuerant condemnati, & suspensi. † Amplia; quia episcopus potest dispensare magis de facili super criminalibus, quam super illegitimitate. Abb. *in cap. fin. de fil. presbyt.* & adducit rationem; quia crimen deletur pœnitentia, non illegitimitas. Vide Concluſ. proximam præced. & duas proximas sequentes.

Episcopus dispensat super ætate, & quando secus. Concluſ 278.

1 EPISCOPVS † potest dispensare super ætate ad simplex beneficium, quando non resistit aliud impedimentum. Abb.
2 *in c. fi. col. pen. ver. quando*$_3$ *cum illegitimo ætate, de fil. presb.* † Extende; quia potest dispensare super ætate ad prioratum conuentualem ex causa vtilitatis, seu necessitatis. Castrens. *consil.* 404. *Illa, quæ*
3 *infirmari. num. 2. ver. tertio non obstat. lib. 1.* † Declara; quia vbicunque permittitur Episcopo dispensatio contra canones, illa debet fieri cum causæ cognitione, & requiritur magna causa vti-
4 litatis, vel necessitatis. Castrens. *d. cons.* 404. *num. 2. lib. 1.* † Limita; quia non dispensat cum minore 25. annis ad curatum. Rota *de-*
cis. 2. de præben. in fin. alias 29. *in antiq.* Castrens. *d. cons.* 404. *n. 3. lib. 1.*
☞ Vide, *Dispensatio super defectu ætatis ad curata, & alia per quem fieri poſ-*
sit. Concluſ. 471.

Episcopus dispensare potest cum illegitimo ad ordines, & beneficia, & quando secus. Concl. 279.

1 EPISCOPVS † dispensat cum illegitimo ad minores ordines, & ad beneficium simplex; ergo & ad prouisionē super beneficio simplici. *c. 1. de fil. presbyt. in 6.* plene Abb. *in c. fin. eod. tit.*
2 † Amplia, vt Episcopus possit dispensare cum illegitimo, etiam ad beneficia, & canonicatum in cathedrali. Oldr. *cons.* 215. *nu. 6.*
3 *vers. & hac ratione moti.* † Contrarium, quod dispensatio episcopi non comprehendat canonicatum in cathedrali. Rot. *in antiq. de-*
4 *cis. 3. de offic. ordin.* alias 408. quæ duplicatur *in nouiss. decis. 2. de fil. presby.* alias 136. † Declara, vt per Abb. *d. c. fin. de fil. presbyt. col. 2. ver.*
quando$_8$ *vult.* vt procedat, quando non habet annexum curatū beneficium, alias secus. Vide Papaz. *decis. 2. de fil. presb. in nouiss.* vbi
5 pro vtraque parte. † Limita; quia nō dispensat ad Episcopatum.
6 Abb. *d. c. fin. col. 1. in fin. de fil. presb.* † Extende; quia non dispensat ad
7 curatum. Abb. *d. c. fin. col. 2. in princ. de fil. presb.* † Extende; quia non dispensat ad dignitatem personarum, vel canonicatum haben-
8 tes curam annexam. Abb. vbi supra. † Extende; quia non dispēsat ad simplex beneficium, cui annexus est ordo sacer; quia sicuti non potest ad sacros ordines dispensare; ita nec ad beneficiū requirens ordines sacros. Abb. *d. c. fin. de fil. presb. col. 2. ver. quando*$_2$
9 *vult dispensare.* † Restringe prædicta omnia, vt non procedant, quando ecclesiæ necessitas hoc requireret; quia licet non possit ex causa voluntaria dispensare; tamen potest ad curatum ex cau-
10 sa necessaria dispensare. Abb. *d. c. fin. col. 2. ver. prædicta omnia.* † Cō-
11 trarium seruare curiam dicit idē Abb. vbi supra. † Declara; quia non potest ex meritis, neque ex voluntate, neque ex rationabili causa, sed ex mera necessitate ecclesiæ dispensare, vt ibi per
12 Abb. † Limita; quia difficilius conceditur dispensatio per Papam illegitimis ex religioso, vel adulterio, aut incæstu, quam ex alio defectu; ideo nisi fiant religiosi, difficilis est dispensatio etiam ad ordines. Abb. *d. c. fin. col. pen. in fin. vers. prædict. videntur, de fil. presbyt.*

Episcopus in quibus dispensēt cum male promoto ad ordines. Concluſ. 280.

1 EPISCOPVS † potest dispensare cum Clerico suo promoto ad Diaconatum per saltum omisso Subdiaconatu, etiam si in eo ministrauit, dummodo ignoranter omnia fecerit. Lap.
2 *alleg. 29. in princip.* secus si scienter. † Amplia, vt imo dispensēt secum, si promotus sit per saltum ignoranter, vel etiam scienter, dummodo non celebrauerit scienter. Lap. *d. alleg. 29. in princip.*
† Amplia; quod episcopus potest dispensare, etiam si scienter, 3
vel ignoranter sit promotus, & celebrauit quoad susceptos ordines tantum; secus quoad suscipiendos. Lap. *d. alleg. 29. num. 2. in*
fin. & n. 3. vbi, quod si ignoranter est promotus, & celebrauit in foro conscientiæ, non incurrit irregularitatem.

Episcopus dispensat ad plura incompatibilia, & qualiter, & quando secus. Concluſ. 281.

DISPENSAT † Episcopus ex necessitate, & vtilitate Ecclesiæ, 1
vt quis habeat duos personatus, vel duas dignitates in eadem ecclesia, secus cessante necessitate. Rot. *decis. 2. de præb.* alias
29. *in antiq.* † Extende; quia Episcopus potest dispensare, vt 2
quis retineat duas curatas parochiales pauperes. Feder. de Sen.
cons. 111. nu. 7. ver. veruntamen sciendum. † Extende; quia Episcopus 3
potest dispēsare, vt quis duo beneficia simplicia retineat, etiam si requirant residentiam. Abb. *consil. 96. Ad claram. col. 2. ver. nil ergo repugnat. lib. 1.* † Limita; quia non potest Episcopus dispensa- 4
re, vt quis obtineat in eadem ecclesia duas dignitates, vel duos Canonicatus, neq; valet consuetudo in contrarium; quia quando sunt conformia, non potest; secus si difformia. Abb. *d. consil.*
96. col. 2. circa med. ver. ad contraria. lib. 2. † Restringe, nisi concur- 5
reret necessitas, & vtilitas ecclesiæ. Rot. *in antiq. decis. 2. de prabend.*
† Restringe, quando sunt difformia beneficia, prout dignitas, & 6
capella, vel canonicatus, & altare. Abb. *d. cons. 96. col. 2. circa med.*
ver. ad contraria. lib. 2. Vide, *Dispensatio ad plura incompatibilia quam* ☞
expressionem requirat. Concluſ. 468.

Episcopus ex causa dispensat cum regularibus ad beneficia secularia. Concl. 282.

EPISCOPVS † ex magna causa dispensat contra Conciliū, 1
vt regularis de licentia sui superioris habeat curatam ecclesiam secularem. Rota *in nouiss. decis. 5. de iure patron.* alias 262. Ægid. *decis.* 751.

Episcopus dispensare non potest multis casibus. Concluſ. 283.

EPISCOPVS † non potest dispensare, quod monialis cor- 1
rupta efficiatur Abbatissa, quando corruptio est notoria; alias secus. Calderin. *consil.* 70. *in fin. ver. item non tenuit.* quod est 3.
de offic. vicar. † Amplia; quia episcopus regulariter non potest 2
dispensare ab adulterio supra, nisi in casibus à iure permissis; ideo circa ea, quæ sunt grauiora, quam sit adulterium, prout est homicidium, periurium, & similia, episcopus non dispensat, nisi quatenus expressum in iure reperiatur. Gemin. *consil.* 105. *nu.*
6. & seq. ver. quoad secundum principale, cum seq. † Amplia; quia Epi- 3
scopus non potest dispensare cum præiudicio iuris tertio quæsiti. Gemin. *d. consil* 105. *num.* 10. *ver. sed præsupponendo.* † Amplia; 4
quia super pluralitate incompatibilium Archiepiscopus non dispensat. Geminian. *consil.* 125. *num.* 11. *ver. ad septimum.* vbi, quod non potest dispensare, quod quis obtineat dignitatem, & parochialem. † Amplia; quia episcopus non dispensat cum clerico 5
infami condemnato de falso, vt possit conficere instrumenta, vel esse testis; quia istud est de reseruatis Principi. Bald. *consil.*
350. *Proponitur, quod quidam. lib. 1.* † Restringe, vt non procedat 6
quoad exequutionem ordinum; quia potest dispensare cum infami. Bald. *d. consil.* 350. *circa fin lib. 1. ver. vel loquitur.* † Amplia; quia 7
non dispensat super non residentia perpetua, sed solum ad tempus, & ex causa. Zabarell. *consil.* 130. *per tot.* Vide, *Episcopus potest su-* ☞
per residentia statuere. Concluſ. 252. † Amplia; quia non dispensat 8
contra ius, nisi in casibus à iure permissis. Zabarell. *d. consil.* 130. *in*
princip. Vide, *Episcopus non potest ius facere, & quando. Concluſ.* 285. ☞
† Amplia; quia episcopus non dispensat contra suā constitutio- 9
nem, vel consuetudinem ecclesiæ secundum aliquos, quos citat Roman. *consil.* 325. *Quoad primum. numer. 4. ver. quoad tertium.*
† Contrarium verius est, quod sicuti Papa potest tollere ius 10
commune, ita episcopus suam constitutionem, & contra illam dispensare. Roman. plene *d. consil.* 325. *num. 8. ver. secundo quia non*
est dubium. cum seq. † Declara; quia si constitutio Episcopi transi- 11
uit in contractum, non potest illam reuocare, ita Roman. *d. consil.* 325. *num.* 10. *ver. primo nisi,* vbi apostill. *in ver. legatur*, dat concord. † Declara secundo, nisi esset iurata per episcopum; quia se 12
ipsum

ipsum à iuramento non potest absoluere, neque in causa propria sibi authorizare, neque esse iudex & pars, plene Roman. *d. consil. 325. num. 11. ver. secundo nisi*, vbi apostill. *in ver. prohiberetur.* † Declara tertio, nisi Episcopus in sua constitutione reseruasset sibi omnimodam iurisdictionem, vel reformationem; quia potest dispensare contra eam sine dubio, ita Roman. *d. consil. 325. num. 11. & seq. ver. tertio principaliter.* vbi, quod dispensatio est iurisdictionis, & ibi apost. *in ver. iurisdictionis*, dat concor. & dicit * cõmunem. † Extende; quia non dispensat contra ius commune, videlicet, quod obtinens beneficium qualificatum requirens promotionem, si non est promotus intra annum, non incurrat pœnas *clem. vt ij. qui. de ætat. & qualitat.* ita Roman. *d. consil. 325. n. 4. vers. secundo idem*, vbi apostill. *in ver. negatiuum*, dat concord. † Extende, quia non dispensat, quod minor 25. annis possit promoueri ad sacerdotium. Roman. *d consil. 325. num. 7. ver. quarto.* Extende; quia † episcopus non dispensat contra canones, maximus, quando sunt ipsis episcopis canones directi. Ioan. Andr. in *cap. 1. de sup. plen. negleg. prælator.* quem refert Roman. *d. consil. 325. num. 7. ver. vltimo videtur.* † Limita generaliter; quia in omnibus casibus, in quibus ius commune prohibet Episcopo, ne dispenset super ætate beneficiati; si tamen Episcopus fuit ille, qui dotauit Ecclesiam cũ obligatione, quod beneficiatus debeat esse in 25. anno, vel sacerdotio, si sibi in fundatione reseruauit facultatem iurisdictionis, vel facultatem corrigendi, potest dispensare, quia lex, quæ tibi denegat suum auxilium, non tamen tibi aufert tuum auxilium, ita pulchre Roman. *d. consil. 325 Quoad primum. num. 13. versic. & licet Papa.* † Limita; quia in omnibus casibus, in quibus denegatur dispensatio Episcopo, debet intelligi, dummodo non adsit iusta causa implorandi officium iudicis; quia officium iudicis nunquam censetur exclusum, quin possit implorari, & si iusta est imploratio, quin debeat concedi. Rom. *consil. 325. col. fin. n. 13. & seq. vers. præterea*, vbi apostill. *in ver. officij.* dat concord. Vide, *Dispensatio ad plura sub eodem tecto quando, & per quem concedi possit. Concl. 470.* vbi, quod ex caussa Episcopus dispensat ad duo sub eodem tecto.

Episcopus an possit venire contra suam constitutionem Conclus. 284.

EPISCOPVS † potest contra suam propriam constitutionem statuere, & venire secundum Franc. qui alios citat in *cap. 2. §. statuto, de constit. lib. 6.* immo potest illam in totum tollere, & veriorem * dicit. † Contrarium videtur tenere ibi Archidiac. quem sequitur Lap. *in prima addit. ad consil. Feder. de Sen. 14.* † Dedicta, quia episcopus potest in totum tollere suam constitutionem generalem, sed non potest dispensare contra eam. Bald. *cons. 207. Occurrit dubium, in fin. lib. 3.* allegat gloss. *in cap. licet canon, de elect. in 6.* Zabarell. *consil. 130. num. 2.* vbi dicit * veriorem, quod non dispensat. † Declara; quia sunt opiniones, an Episcopus possit tollere suam constitutionem, vel contra eam dispensare; & licet verior sit opinio, quod non; tamen distinguitur; quia non potest in præiudicium iuris tertio quæsiti. Zabarell. *consil. 130. num 2.* † Amplia, vt procedat, etiam si constitutio Episcopalis sit confirmata à Papa; sine tamen decreto irritanti. Ioan. Andr. *in cap. dilecto, de præben.* quem refert, & sequitur Lap. *allegat. 87. In caussa, & quæstione. num. 3. ver. nec obstat.* † Amplia multo magis, vt episcopus possit pro libitu suo reuocare statutum Capituli de vacante. Federic. de Sen. *consil. 16. Capitulum Ecclesiæ. num. 5. ver. non obstat.* † Amplia; quia Episcopus potest prorogare annum ad dispensandum pauperibus datum exequutoribus etiam ex constitutione generali; quia erit saltem noua commissio, quatenus non valeat vt prorogatio. *Bald. consil. 207. Occurrit dubium, per tot. lib. 3.* vbi, quod præsumitur prorogatio ex caussa, & quod ex caussa potest concedi, puta executori absenti, vel impedito legitimo impedimento.

Episcopus non potest contra ius facere, & quando. Concl. 285.

EPISCOPVS † non potest dispensare, vel statuere contra constitutionem Papalem, *cap. dilectus, de temp. ordin.* vbi Innoc. Ostrad. *consil. 259. Impugnatur, num. 6.* vbi, quod inferiores non possunt septem, de quibus *in clem. Ne Romani, de elect.* videlicet modificare, corrigere, immutare, detrahere, addere, dispensare, vel renunciare contra Papalem constitutionem, & Federic. *consil 17. per tot.* vbi tenet hanc partem, quod non possit contra ius Canonicum aliquo modo statuere, & loquitur, quod non valet statutum disponens, vsurarium manifestum probari per vnum testẽ; quia est contra ius. Alexand. *consil. 106. Perspectis iis, in princ. vers. secundo quia, & num. 2.* vbi dicit magis * communem, *lib. 2.* † Amplia, vt multo minus possit dispensare contra conciliarem constitutionem, contra quam solus Papa dispensat. Oldrad. *d. consil. 259. num. 6. ver. tamen ad iura.* & latius *n. 8. ver. confirmantur.* & Bald. *cons. 438. Ad euidentiam. n. 9. ver illud etiam est certum. lib. 5.* Abb. *cons. 81. Videtur, quod. col. fin. lib. 2.* vbi, quod propterea non potest date licẽtiam, quod vsurarius manifestus spolietur in loco sacro, vel non exhumetur, si est in loco sacro sepultus; quia contra canonẽ Concilii faceret. † Amplia in tantum, vt licet aliqui casus tepeantur, in quibus Episcopus contra ius canonicum, vel commune statuit, vel dispensat, id erit ex caussa necessitatis, vel vtilitatis ecclesiæ, vel in casibus approbatis à iure, & non in casibus directo contra ius Canonicum, vt declarat Feder. de Sen. *consil. 17. n. 5. in fin. ver. non obstat, quod 8. & n. 6. vsq; in fin. consilij.* & quod nõ possit, nisi in casibus à iure expressis, Zabar. *cons. 130. in princ. n. 1.* † Contrarium, quod imo possit statuere contra ius, faciunt allegata per Federic. de Sen. *consil 190.* vbi recitat opiniones hinc inde loquens de iudice, vbi in princip. dicit, quod episcopus æquiparatur Præsidi, & iudici habenti merum & mixtum imperium. Vide, *Iudex an possit facere statutum contra legem, & quando. Concl. 474.* † Amplia in tantum esse verum, quod Episcopus nõ possit statuere contra ius Canonicum, vt non sit etiam parendum constitutionibus, vel statutis Episcopi contrariis iuri Canonico. Calderin. *cons. 5. An valeat statutum Episcopi, de constit. n. 2. ver. & ratio est*, quod duplicatur *cons. 342.* alias 13. *de testament.* Zabar. *d. cons. 130. in princ.* † Amplia; quia non potest Episcopus statuere, quod non habens ordinem sacrum diaconalem careat voce in Capitulo; quia istud est contra not. *in d. clem. Ne Romani, de elect.* & ipse non potest contra ius. Calder. *cons. 14. Non valet statutum, de constitutio.* † Amplia; quia episcopus non potest confirmare etiam in synodo statuta laicorum, vt seruentur in foro suo etiam inter laicos in caussa spirituali, quando disponunt aliter, quam ius Canonicum, Petr. de Anch. *consil. 18. In quæstione, quæ vertitur, in princip.* † Extende; quia etiam in synodo non potest statuere aliquid, quod obuiet Canonicis institutis. *cap. quod super iis, de maior. & obedien.* † Amplia; quia non potest Episcopus statuere, quod vsuræ, & male ablata non possint restitui, nisi per ipsum episcopum, & per manus eius; quia in restitutione facienda certis personis esset deterior. Calder. *d. consil. 5. de constit.* quod duplicatur *consil. 342.* alias 13. *de testament. & consil. 511.* alias 13. *de vsur.* † Extende, vt imo nec valeat indistincte tanquam contraria iuri Canonico, etiam quando restitutio esset facienda pauperibus, & incertis; quia potest dari exequutor per testatorem, & potest fieri libere hæc restitutio, non obstante constitutione prædicta. Calderin. *d. consil 5. de constitut. & 342.* alias 13. *de testament. circa med. ver. ex iis sequitur.* † Amplia; quia episcopus non potest statuere in præiudicium ecclesiarum subiectarum, etiam cũ consensu Capituli. Alexand. *cons. 106. nu. 10. vers. tertio probatur. lib. 2.* Restringe, † nisi ecclesiarum inferiorum Prælati fuerint præsentes, & consenserint. Alexand. *d. consil. 106. num. 10. lib. 2.* vbi dicit * communem. † Restringe, nisi subesset iusta caussa statuendi; quia valeret statutum. Alexand. *d. consil. 106. num. 10. ver. & plus dicit. lib. 2.* † Amplia; quia non potest statuere contra *cap. quanquam de vsur. in 6.* quod vsurarius manifestus non teneatur fideiubere de restituendis vsuris, & contraria constitutio non valeret, neque si esset Legati Cardinalis. Abb. *consil. 1. nu. 3. colum. 2. ver. & hanc conclusionem. lib. 2.* est in ordine 110. † Extende; quia licet Episcopus possit adiuuare ius Canonicum durius constituendum; tamen non posset conualidare testamentum manifesti vsurarii nullum etiam durius constituendo. Abb. *d. cons. 1. col. 2. prope fin. vers. & licet valeat. lib. 2.* Vide, *Inferior non potest imponere legem superiori i, & quando secus. Concl. 119. cum Concl. ibi prox. seq.* † Limita; quia licet episcopus non possit statuere contra ius Canonicum de directo; tamen potest statuere adiuuando ius Canonicum, & ius commune; ideo potest in casu pœnali à iure Canonico, & communi inducere, quod pœna incurratur ipso iure; quia dicitur adiuuare ius Canonicum, & commune, ita Alexand. *consil. 55. Perspectis, num. 34. ver. nec opus est, lib. 4.* quod est Barbat. vbi apostilla *in verb. coadiuuare*, dat concordant. † Limita; quia potest statuere præter ius, vt puta, quod non valeat remissio vsurarum, nisi sit facta coram episcopo; quia ista est solemnitas coadiuuans, & non contrarians. Calderin. *consil. 13. de constit. per tot. & consil. 5. de constitut. in fin. ver. nec dicatur*, quod duplicatur *consil. 342.* alias 13. *de testament.* † Declara; quia valet talis constitutio,

stitutio, quando constat de fraude commissa in similibus remissionibus; quia si non constat de fraude, non valet tanquam cõtra ius, & tollens priuilegium Principis circa rogitus instrumẽtorum concessum Notariis, Bald. *cons.* 443. *n.* 3. *lib.* 3 & clarius *cons.* 19 *fil.* 217. *Punctus an valeat. lib.* 5. † Limita; quia potest Episcopus ius commune declarare, & renouare, & vbi pœna deficit, potest Episcopus pœnam addere, item pœnam iuris augere. Castill. *consil.* 20 21. *n.* 14. † Idem posset statuere, quod quis vocem non habeat in Capitulo, nisi sit in sacris; quia istud non est contra Papales cõstitutiones facere, sed adiuuare, supplere, & deseruire. Castill. *d.* 21 *cons.* 21. *n.* 14. *ver. posset etiam.* † Extende; quia episcopus potest cõfirmare statuta laicorum facta in dotatione Ecclesiæ etiam circa spiritualia, etiam si sint contra ius Canonicum, dummodo faciat cum consensu Capituli, & tendant ad fauorem ecclesiæ. Abb. 22 *cons.* 57. *Attingam. n.* 5. *ver. venio ad tertium. lib.* 1. † Extende; quia potest Episcopus circa residentiam statuere etiam contra consuetudinem, vt in Ecclesia, in qua est consuetudo non residendi, teneatur nihilominus beneficiatus residere; quia tendit ad beneficium Ecclesiæ, notabile dicit Abb. *d. cons.* 57. *col.* 4. *in fin. & col. pen.* *in princ. lib.* 1. *vers. sed remedium.* V de, *Episcopus potest facere statuta pœ-* 23 *nalia. Conclus.* 251. † Limita; quia Episcopus potest contra ius cõmune dispensare, & contra canones ex iusta causa subsistente. Vide, *Episcopus potest super residentia statuere. Conclus.* 252. † Extende; 2 quia potest etiam statuere contra canones, & ius commune ex iusta causa. Felin. *in cap. quod super iis. n.* 4. *ver. fallit primo, de maior. &* 25 *obed.* vbi ponit regulam cum fallentiis. † Extende; quia Episcopus contra ius commune statuere potest, & iura communi derogare ex iusta causa. Roman. *cons.* 325. *n.* 7. *ver. iis non obstantibus, & consil.* 428. *In termiuis. n.* 13. *& seq.* vbi ponit plura simulta, quod ex iusta causa statuit contra ius commune, item contra ius conciliare ex iusta causa, allegat Rot. *in nouiss. decis.* 5. *de iure patron.* alias 262. Item ex iusta causa diminuit pœnitentiam iniunctam à Papa, & adducit in fin. aliud simile de reformatoribus, qui non possunt ratione arbitrii latissimi tollere statutum; tamen ex iusta causa possent per *l. si hominem, ff. mand.* & apostill. fin. magna ad Rom. *d. consil.* 428. *in ver. si hominem*, dat plurimos concord. & alia similia. Vide, *Episcopus dispensare potest circa multa. Conclus.* 276. *cum multis Conclus. ibi proxime seqq.*

Episcopus quid possit circa collationem ordinum. Concl. 286.

1 EPISCOPVS † potest ordinare suos subditos, dummodo canonice ordinet, videl. in forma ecclesiæ consueta. Vide, *Ordines quot sint, & qui sint sacri, & à quibus conferri, & suscipi possint,* 2 *vel non. Conclus.* 189. † Canonica ordinatio dicitur precedente debita examinatione, & scrutinio temporibus debitis, & modo debito, videl. non furtiue, non per saltum. gl. fin. *in c.* 2. *de temp. ord.* 3 *lib.* 6. † Amplia; quia potest ordinare etiam subditum alienũ de licentia sui episcopi. Vide, *Ordinatus à non suo episcopo quando præ-* 4 *sumatur de licentia proprij episcopi, vel non. Conclus.* 188. † Limita; quia non potest Episcopus ordinare alienum laicum de populo interdicto sine licentia proprii episcopi, etiam si talem sibi in familiarem assumpsisset, & taliter ordinatus est suspensus ab executione suorum ordinum, & non potest præsentari ad beneficiũ ecclesiasticum. Fed. de Sen. *cons.* 147. *in pr.* Vide, *Ordinum collatio quando arguat subiectionem. Conclus.* 187.

Episcopus an possit donare, & quomodo. Conclus. 287.

1 EPISCOPVS † potest tam in vita, quam in morte seruitoribus suis benemeritis iuxta benemerita aliqua donare. Oldrad. *cons.* 226. *Quidam Episcopus. n.* 6. *ver. sed salua reuerentia* vbi hoc declarat procedere, quando constat de meritis, & est donatio modica, & correspectiua meritis, alias dicit, quod non valet. Vide Abb. *quæst.* incip. *Sempronius. col.* 3. *in fin. ver. quarto facit.* vbi Episcopus successor de bonis relictis à prædecessore potest etiam dispensare partem aliquam seruitoribus prædecessoris. Vide, *Prælati non possunt donare fructus beneficiorum suis consanguineis, &* 2 *quando secus. Conclus.* 501. † Amplia, quod non valet donatio facta ab Episcopo, quando est excessiua sine decreto superioris, etiam si fiat solum ad vitam donatarii; quia est ipso iure nulla. Oldrad. 3 *d. cons.* 226. *n.* 9. *ver. tertia donatio.* † Amplia; quia episcopus non potest liberare conductorem bonorum suæ ecclesiæ, cuius culpa ædificia ceciderunt, & si liberat, successor potest reuocare donationem. Abb. *cons.* 45. *Satis videtur, per tot. lib.* 1. vbi, quæ possit, vel non circa liberationem, & donationem. Vide, *Prælatus cum Capitulo in extraiudicialibus præiudicat Ecclesiæ, & quando secus. Conclus.* 504. Vide, *Prælatus contrahendo, vel consentendo quando obliget ecclesiam. Concl.* 506. † Limita; quia episcopus potest pro magnificanda sua sepultura donare centesimam partem redditu um suę 4 ecclesiæ pro augendo cultu diuino. Petr. de Anch. *cons.* 186. *Pro parte ecclesia. n.* 7. *ver. præterea propter donationem*, quod declarat Gemin. *cons.* 1. *n.* 8. *ver. non obstat*, procedere, quando episcopus in sua diœcesi donaret pro augumento cultus diuini ecclesiæ, in qua elegit sepulturam, puta instituendo ibi clericos, qui diuina celebrent, non autem, vt ditior sepultura fiat. Abb. *cons.* 45. *Satis videtur. n.* 2. *ver. quarto probatur. lib.* 1. & in sua *quæst.* 3. *Sempronius. nu.* 5. *ver. ad primam partem.* † Declara secundo hanc limitationem, vt 5 procedat, quando hoc faceret Episcopus in vita; secus si in morte; quia regula est prohibitiua in Prælato; ideo concessio specialis in suo casu est tenenda. Anton. de Butr. *consil.* 10. *numer.* 4. *vers. item ura alia.* † Declara, dummodo ex assignatione cen- 6 tesimæ, seu vigesimæ Monasterio ædificando, vel piæ causæ nõ inferatur magnum præiudicium suæ ecclesiæ; quia eo casu non posset, ita Abb. *d. cons.* 45. *n.* 3. *ver. quarto. lib.* 1. † Limita; quia Epi- 7 scopus viuens potest aliquid intuitu eleemosynæ erogare. Abb. *in d.* 3. *q. col.* 3. *in fin. ver. tertio ad hanc sententiam.* † Limita; quia po- 8 test Episcopus, & quilibet beneficiatus habens bona propria reliquere propria consanguineis, & quibus placet, & viuere de redditibus ecclesiæ suæ, secundum * communem. Abb. *d. q.* 3. *col.* * 4. *in princ. ver. quinto induco.* † Extende; quia imo præsumitur in 9 dubio vixisse de redditibus ecclesiæ, & beneficiorum, & fructus bonorum allodialium hæredibus reseruasse. Vide, *Spolia Prælatorum quæ esse dicantur. Conclus.* 369. *n.* 5. & 6. † Limita; quia sepelie- 10 di sunt cum vestibus sacris sui ordinis. Abb. *d. q.* 3. *col.* 4. *vers. sexto. n.* 6. † Limita; quia expensæ pro electione Prælati debent ab ec- 11 clesia, & Capitulo fieri. Abb. *d. q.* 3. *n.* 6. *ver. septimo*, & plenius *col.* 6. *n.* 11. *vers. venio ad secundum dubium*, vbi distinguit tres casus; primus est, si iuit ad impetrandum motu suo; secundus, si ex alia causa; tertius, si Papa motu suo prouider. † Extẽde igitur, vt pro- 12 cedat tam si per viam electionis, quam si per viã prouisionis fuit facta collatio; quia collatio habet effectum electionis; ideo si sine ambitione, sed ex zelo publico Ecclesiæ motus repetit, alias secus; ideo in foro cõscientię cauear. Abb. *d. q.* 3. *n.* 13. *ver. iis breuiter.*

Episcopus successor quando teneatur, vel non ad debita prædecessoris, vel è contra. Concl. 288.

EPISCOPVS † & alius Prælatus successor tenetur ad debi- 1 ta contracta per prædecessorem ob ecclesiæ necessitatem, vel vtilitatem. Oldrad. *cons.* 249. *Quæritur, vtrum, in princ. ver. circa primum.* † Amplia, vt idem sit, si debita sunt contracta pro medi- 2 cinis, & cumatione episcopi defuncti; quia à successore solui debent. Gemin. *cons.* 1. *circa fi.* † Amplia; quia successor tenetur sol- 3 uere impensam funeris circa ea, quæ respiciunt consolationem animæ defuncti, nõ circa pompam; quia pompam substinet hæres. Abb. in sua *q.* 3. incip. *Sempronius, in princ.* vbi pro vtraq; parte allegat, & ita distinguit. † E contra hæredes defuncti tenentur 4 ad alimenta successoris, quando omnes fructus erant iam recollecti per defunctum; quia successor debet alimentari, nec tenetur se de suo proprio alimentare. Oldr. *d. cons.* 249. *ver. ad secundã.* Vide, *Alimenta quando debeantur successori. Conclus.* 305. Vide, *Successor in ecclesia, vel Episcopatu, an obligetur ad debita prædecessoris. Concl.* 876. Vide, *Successor in dignitate, vel Regno tenetur ad debita prædecessoris, & quando secus. Conclus.* 877. † Limita; quia regula est, quod E- 5 piscopus non dicitur hæres prædecessoris sui in Episcopatu; ideo non obligatur ad legata, vel debita prædecessoris. Castrens. *cons.* 273. *Ad primum. n.* 2. *ver. ad secundum. lib.* 2. *ver. & sic dico.* † Ex- 6 tende, vt procedat, etiam si episcopus successor detineat bona mobilia quæsita per prædecessorem; quia cum pertineant ad ecclesiam, non potest Episcopus successor molestari. Castr. *d. consil.* 273. *n.* 2. *ver. & sic dico. lib.* 2. † Limita, etiam si episcopus defun- 7 ctus habuisset facultatem libere testandi de bonis ex fructibus ecclesiæ vsque ad summam quinque millium; quia si tanta summa extat, quæ sufficiat, illa non spectat ad episcopum successoma extat, quæ sufficiat, illa non spectat ad episcopum successorem, sed debet solui legatariis, si superest, illud est Episcopi successoris, si non extat tanta summa, Episcopus non potest molestari successor; quia non tenetur, Castr. *d. cons.* 273. *num.* 3. *vers. ad quartum. lib.* 2. Vide, *Successor in Ecclesia, vel Episcopatu, ad quæ debita prædecessoris teneatur. Conclusio.* 876.

Epi-

Episcopus non tenetur ad debita propria ex fructibus suæ Ecclesiæ. Concl. 289.

EPISCOPVS † grauatus ære alieno, antequam esset Episcopus, si fecit obligationem de soluendo creditoribus, cũ primum ad pinguiorem fortunam deuenerit, non obligatur in foro conscientiæ, neque in foro fori ad soluendum ex fructibus Episcopatus; quia sine licentia Papæ ex eis propria debita non potest persoluere. Bald. *cons.* 208. *Super prædicto. lib.* 2. Vide, *Prælati non possint donare fructus beneficiorum suis consanguineis, & quando secus. Concl.* 501.

Episcopus potest creare Notarios. Concl. 290.

EPISCOPVS † & quilibet ordinarius potest creare Notarium in sua diœcesi. Oldr. *cons.* 75. *circa princ. ver. sed Hostiensis, incip. Quis possit creare.* † Limita; quia non potest episcopus restituere Notarium clericum à se condemnatum de falso, vt confitetur instrumenta; quia istud est de reseruatis soli Principi. Bald. *cons.* 150. *Proponitur. quod quidam, lib.* 1. vbi est casus. † Limita; quia non potest episcopus interdicere officium Tabellionibus ex sua constitutione, quod non valeant instrumenta remissionum vsurarum, nisi sint rogata in præsentia Episcopi; quia si non constet de fraude talium remissionum, non valet constitutio. Bald. *cons.* 217. *Punctus, an valeat. lib.* 5. Vide, *Notarius, à quo possit creari, vbi num. Concluſ.* 70. Vide, *Statutum circa Notarios non matriculatos prohibens rogitus. Concl.* 602.

Episcopus potest absoluere multis casibus ab excommunicatione. Concluſ. 291.

EPISCOPVS † potest absoluere beneficiatum suum diœcesanum, qui manum iniecit violentam in clericum, dummodo non sit atrox, puta cum sanguinis effusione. Lap. *alleg.* 77. *In istius nomine.* † Amplia, vt possit etiam absoluere religiosum, qui iniecit manus violentas in secularem. *c. religioso, de sentent. excommun. lib.* 6. vbi ratio est, ne religiosus vagetur, & est casus specialis Fed. *cons.* 13. *circa fin. n.* 4. *ver. item non obstat.* † Amplia; quia etiã potest absoluere religiosos, & alios exemptos volentes ab excommunicatione inflicta à canone, & cum eis dispensare, quando absolutio non est superiori reseruata, vt *in c. nuper, de sent. excommun.* Fed. de Sen. *cons.* 14. *Monachus Perusinus. n.* 4. *vers. in* 2. *quæst. num.* vbi est casus consilii. † Amplia; quia potest absoluere inciſtiarium ante denuntiationem, sed post denũtiationem non potest. Gemin. *cons.* 116. *n.* 3. *vers. quia qualitas.* Vide, *Abbas quid possit circa absolutionem suorum monachorum. Concluſ.* 16.

Episcopus datus coadiutor potest omnia, quæ Episcopus, excepta collatione beneficiorum, & quando. Concluſ. 292.

EPISCOPVS † cui datus fuit coadiutor, quid possit, & quæ sit potestas coadiutoris. Oldrad. *cons.* 44. vbi late distinguit, quod aut datur coadiutor ob dilapidationem, aut ob senectutem, aut ex alia causa; & in illis casibus, & eis durantibus coadiutor habet potestatem liberam in spiritualibus, & temporalibus, præterquam in collatione beneficiorum, quæ spectant ad Episcopum, nisi pateretur continuum mentis exilium, & etiã quomodo eligatur. & multa alia. Vide, *Coadiutor datur multis modis, & quæ operetur coadiutoria. Concluſ.* 403. *cum Concluſ. ibi prox. præced.*

Episcopus est executor legatorum etiam incertorum pauperum. Concluſ. 293.

EPISCOPVS † est executor, & dispensator omnium legatorum pauperibus factorum per suos subditos, ita quod ipse, quibus velit, distribuat, quando legatum est factum pauperibus in genere. Franc. *in c.* 2. *de testam. n.* 63. *&* 64. *lib.* 6. vbi, quod ratificat consuetudo, & quod lex committit Episcopo declarare quem pauperum, & communem * dicit Gemin. *cons.* 139. *nu.* 9. *ver. quod autem executores*, quod intellige, si alii executores habiles non sint dati, qui viuant & non sint negligentes. Petr. de Anchar. *cons.* 45. *Per constitutiones.* Castr. *cons.* 197. *Præsuppositis. n.* 3. *lib.* 2. 2. *limo*; quia pauperes sunt corpus mysticum, & æquiparantur infirmis, episcopus tanquam pater, & tutor eorundem potest hæreditatem pro eisdem pauperibus adire, & pro eis acceptare; secus pro particulari ecclesia instituta. Bald. *cons.* 453. *Siex testamento per tot. lib.* 2. *num.* 7. *ver. interdum.* † Amplia idem in vsuris incertis, & aliis male ablatis restituendis pauperibus; quia per episcopum ordinarium loci ipsius vsurarii debent distribui. Feder. de Sen. *cons.* 33. *in princ.* vbi approbat opinionem Hostiens. quod distributio debeat fieri solum per Episcopum, & quod ita seruatur in Tuscia de consuetudine, etiam si testator dedisset alios executores, vt per Abb. *cons.* 59. *Viso testamento. colum.* 2. *ver. venio ad secundum. in fin. lib.* 1. † Declara, quod de consilio si vsuræ possent restitui in loco exactionis, pauperibus illius loci melius esset eas distribuere. Feder. *d. cons.* 33. *in fin. ver. sed obstat, quod.* † Contra ampliationem, quod imo Episcopus non distribuat, neque certa, neque incerta, quando aliis est iniunctum, nisi essent negligentes. Ioan. Cald. *cons.* 5. *An valeat statutum Episcopi. de constitut.* vbi, quod nec valet statutum hoc disponens, vel constitutio Episcopi, & idem tenet *in cons.* 342. quod est quasi idem, alias 13. *de testam.* & est Gasp. Cald. † Amplia; quia etiam si alii executores sint deputati à testatore, qui sint impediti, vel inhabiles, aut mortui, ad episcopum deuoluitur executio testamenti ad pias causas. Feder. de Sen. *consil.* 293, *Factum tale est, ante constitutionem, in princ.* Ioan. de Imol. *consil.* 112. ante *num.* 1. † Extende in tantum, vt si vsurarius mandauit restitui vsuras, & stari iuramento fide dignorum arbitrio Episcopi, & duorum executorum, possit solus Episcopus etiam vno exequutore contradicente stare iuramento fide digni. Bald. *consil.* 229. *Verba dicunt lib.* 2. *per totum*, quia hoc competit de iure, quod à testatore tolli non potest. † Declara; quia exequutores inhabilitati, & qui esse non possent, admitterentur; quia posset sub stineri, quod factum esset ab eis. Federic. de Sen. *d. consil.* 293. *in fin.* † Declara, vt ad episcopum deuoluatur exequutoris officium, nisi propter suspicionem testatoris, quam haberet de Episcopo, alium deputasset; quia si talis executor remouetur ob casum inopinatum, & qui non potuit præuideri, ad Episcopum nõ deuoluitur; secus si ob casum, qui potuit præuideri; quia si de alio non prouidit, censetur Episcopo detulisse exequutionem. Federic. *dict. consil.* 293. *per totum*, maxime *in ver. ex prædictis videtur.* Vide † tamen Alexand. *consil.* 206. *Ponderatis verbis. num.* 8. *vers. nec ad hoc obstat. lib.* 6. vbi videtur contrarium tenere, quando testator prohibuit Episcopum, & dedit particulares executores, qui mortui sunt, sed male, vt infra proxime *numer.* 11. & plenius *numer.* 35. *& seq.* vbi declaratur. † Amplia; quia episcopus est exequutor omnium legatorum piorum in tantum, quod relicto Hospitali prophano per testatorem, etiamsi ordinauerit, quod Episcopus non se intromittat; tamen potest compellere deputatos ad distribuendum bona in vsus pios designata. Calderin. *consil.* 56. alias *vnic. de supplend. neglig. Prælator.* maxime *num.* 2. *ver. vnde licet testator.* & infra *num.* 35. *& seq.* Vide, *Hospitalia pauperum in quibus subsint Episcopo, vel non. Concluſ.* 161. *cum Concluſio. ibi proxime sequenti.* † Extende; quia imo si loco, vel Hospitali prophano sit factum legatum, vel institutio pro anima testatoris, Episcopus erit exequutor, prout si pauperes in genere essent instituti. Bald. *in authent. hoc ius porrectum. C de sacrosanct. Eccles.* † Declara, nisi constet de mente testatoris, quod voluerit fieri distributionem per regentes talis Hospitalis; quia sicuti tutor testamentarius præfertur; ita exequutor datus in testamento. Castrens. *consil.* 167. *num.* 3. *lib.* 2. † Extende; quia episcopus est pater, protector, & gubernator collegii pauperum scholarium; ideo mortuis exequutoribus datis ipse succedit exequutor. Castrens. *consil.* 177. *in prin. lib.* 2. † Extende; quia potest Episcopus quoad relicta in pios vsus compellere exequutores deputatos, vt reddant rationem. Gemin. *consil.* 139. *num.* 9. *vers. quod autem exequutores.* † Amplia; quia Episcopus de iure communi in omni casu negligentiæ distributionis legatorum piorum, vel in omni casu, in quo testator distribui voluit hæreditatem suam inter pauperes, nec dixit, per quem; quia Episcopus de iure communi dispensator erit. Calderin. *consil.* 256. alias 2. *ne sed. vacan.* quod duplicatur *consil.* 341. alias 12. *de testamen.* & concord. *consil.* 342. alias 13. *de testament.* quod duplicatur per eundem Calderin. *consil.* 5. *de constitut.* & communem * dicit Gemin. *d. consil.* 139. *num.* 9. *ver. quod autem exequutores*, concord. Petr. de Anchar. *consil.* 45. *in princ.* Castrens. *consil.* 97. *num.* 2. *lib.* 1. *& consil.* 167. *num.* 3. *lib.* 2. † Extende, vt etiam Capitulum sede vacante succedat in dicta distributione; quia hoc competit episcopo ratione iurisdictionis. Calderin. *d. cons.* 256. alias 2. *ne sed. vac. &* 341. alias 12. *de testament.* † Restringe, nisi episcopus prorogasset annum exequutoribus; quia tunc deuoluitur exequutio durante prorogatione ex causa legitima facta. Bald. *consil.* 207. *Occurris dubium. per totum. lib.* 3. vbi, quod causa legitima præsumitur. Declara; quia † ad hoc, vt dici possint negligentes exequutores, de iure communi requiritur monitio ad exequendum, nisi adsit constitutio generalis, prout solet esse, quæ monet omnes exe-

cutores;

cutores; quia tunc non requiritur monitio, cum sit in volumine constitutionum, & sit notoria in loco; ideo allegans ignorantiam non excusatur, & quia hæc opinio fauet piæ causæ, vt fiat executio. Castr. plene *consil.* 97. *Super primo. num.* 2. *ver. super quarto. lib.* 1. Abb. *cons.* 59. *Viso testamento, in fin. lib.* 1. vbi, quod valet hæc constitutio, sed non comprehendit, nisi meros facti exequutores; secus si habent eligere, vel cognoscere, & idem plenius repetit idem Abb. *cons.* 11. *Tria sunt. n.* 4. *ver. executor enim. lib.* 2. vbi dicit, quod cauti debent esse Episcopi, vt comprehendant etiam
20 debentes eligere, vel declarare. Amplia; † quia Episcopus est etiam executor aliorum omnium legatorum non piorum, quãdo non extant alii executores, vel si extant, non exequuntur officium suum, ita Innoc. & Hostien. *in c. si hæredes, de testam.* Alex. *cons.* 239. *Ponderatis. in fin. num.* 14. *ver. accedit. lib.* 6. vbi dicit magis
*21 *communem. † Contrarium tenet gloss. *in d. c. si hæredes, de testam.* † Declara, vt per Ioan. And. ibi; quia potest Episcopus ex officio suo; si vult, sed non ad instantiam partis, & ita videtur velle Anchar. *consil.* 45. *in princ. vers. istis igitur, & in fin.* vbi, quod debent ci-
23 tari, & audiri possessores. † Amplia; quia Episcopus exequutor piæ causæ potest prorogare terminum ex causa hæredi ad implẽdum, & soluendum legata pia. Castr. *consil.* 457. *Iste dominus epi-*
24 *scopus, in princ. lib.* 2. † Extende; quia potest nouare obligationem hæredis per fideiussionem, vel aliam obligationem idoneam, & sic ex nouatione cessat pœna caducitatis. Castr. *consil.* 456. *in fi.* quod est Angeli filii, & *consil.* 457. *num.* 2. quod est Pauli patris.
25 *lib* 2. † Extẽde; quia potest exigere legata pia, & hæres soluendo
26 exequutori liberatur, *l. liberto. §. Largius. ff. de annuis legat.* † Declara; quia per solutionem exequutori factam de parte non tollitur mora iam incursa. Castrens. *dict. consil.* 456. *num.* 2. *ver. non obstat*
27 *etiam. lib.* 2. † Amplia; quia in concursu ille Episcopus dicitur exequutor, in cuius diœcesi sita sunt bona distribuenda, non autem ille, in cuius iurisdictione testator morabatur; quia sicuti decretum necessarium in alienatione bonorum debet interponi per illum iudicem, in cuius iurisdictione sita sunt bona, ita etiam executio spectat ad illum Episcopum, in cuius iurisdictione sita sunt bona. Roman. *consil.* 250. *Horum bonorum in princ.* vbi
28 apostill. *in ver. decretum*, dat concord. † Extende, vt idem sit, si bona distribuenda sunt in pluribus iurisdictionibus; quia ad omnes episcopos spectat, in quorum iurisdictione bona sunt sita respectiue. Roman. *d. consil.* 250. *num.* 2. *ver. cæterum & si in diuersis*, vbi apostilla *in ver. manent*, quæ assignat simile de confiscatione bonorum delinquentis existentium in pluribus iurisdictionibus. Sed Roman. *d. consil.* 250. prædictum non est tutum, & cum de veritate eiusdem fuisset disputatum in vna Bononien. bonorum de Canonicis de Anno 1601. 1602. & 1603. coram R. P. D. Lancellotto, inter Episcopum Regien. qui erat Episcopus originis testatoris, & Episcopum Nicosien. qui prætendebatur episcopus domicilii eiusdem, ac Archiepiscopum Bononiæ, in cuius diœcesi erant bona, quorum fructus erant distribuendi inter pauperes Regien. scholares, dubio quinquies, vel septies proposito nihil fuit resolutum, sed adhuc pendet resolutio, & aduerte; quod Roman. dict. consilium confecit sine libris, & in
29 itinere, vt ipse fatetur. † Amplia in tantum Episcopum esse exequutorem legatorum piorum, vt etiam si speciales exequutores sint dati hæredes, & exequutores ad distribuendum; possit Episcopus ipsis negligentibus nedum distribuere; sed etiam perpetuo donare monialibus pauperibus talem distributionem faciendam. Bald. *consil.* 96. *Factum tale est. lib.* 2. vbi quod potuit donare episcopus monialibus S. Claræ de Spello certam hæreditatem relictam, vt fructus distribuantur pauperibus de
30 Spello, quando exequutores fuerunt negligentes. † Contrarium quoad perpetuam donationem, quod non possit fieri, tenet Bald. *consil.* 420. *Viso testamento*, quod est Petri de Vbaldis, &
31 *consil.* 421. quod est Honuphrii de Perus. *lib.* 2. † Declara, quia Episcopus succedit exequutor loco aliorum exequutorum datorum negligentium post annum, ità, quod potest quicquid poterant primi exequutores, quorum loco succedit, idem alienat, distribuit, & facit, quicquid ab ipsis negligentibus fieri potuisset. Bart. *consil.* 112. *Quidam magister. colum.* 1. *in fin. & colum.* 2. *in*
☞ *princip. ver. modo proponitur. lib.* 2. Vide, *Episcopus quando possit destinata ad vnum vsum in alium vsum applicare. Conclus.* 273.
32 † Amplia; quia est etiam exequutor ordinatorum per fundatores ecclesiarum iuris patronatus, etiam si institutio ad præsentationem inferioris competat. Bald. *consil.* 35. *Voluntas testatoris. lib.* 4. vbi, quod etiam priuare potest inferiores collatores iure instituen-
33 di, si negligunt exequi mentem testatoris. † Amplia; quia Episcopus est exequutor legatorum ad pias causas, si exequutores dati sub quacunque forma moriantur; quia loco eorum succedit episcopus, non autem succedunt hæredes exequutoris; quia censetur electa industria personalis. Bald. *consil.* 39. *Viso testamento. num.* 2. *lib.* 5. Castrens. *consil.* 456. *Ecclesia seruorum, in princip. ver. nec obstat, quod quando. lib.* 2. quod est Angeli filii Castrens. & idem tenet Alexand. *consil.* 206. *num.* 6. *ver. quod autem. lib.* 6. † Extende; 34
quia neque exequutores dati possunt deputare alios exequutores, nisi ex testamento, vel alias constet de facultate eis data à testatore. Castrens. *consil.* 197. *In quæstione, quæ vertitur, in princip. lib.* 2. Alexand. *consil.* 206. *Ponderatis verbis. num.* 6. *ver. quod autem. lib.* 6. † Extende; vt procedat, quod Episcopus potest esse exe- 35
quutor, & ad eum spectat exequutio legatorum ad pias causas, etiam si testator prohibuisset; quia non valet talis prohibitio, vt *in authent. de Ecclesiast. titul.* § *si autem pro redemptione, ver. licet. & in authent. licet. C. de Episcop. & Cleric. & in cap. tua, de testament.* † Contrarium tenet gloss. *in cap. fin. de testament. in* 6. *in ver. expres-* 36
serit. † Declarat Alexand. plene *d. consil.* 206. *Ponderatis verbis.* 37
num. 7. *vers. & si diceretur, vsque in fin. lib.* 6. quod si testator non dedit aliquos exequutores ad legata pia, quæ fecit, erit Episcopus exequutor etiam contra prohibitionem testatoris; si vero dedit particulares exequutores prohibendo episcopum; tunc episcopus non erit exequutor, & infert Alexand. ibi *num.* 8. quod si isti exequutores dati à testatore cum prohibitione, quod Episcopus, & alia persona non possit se intromittere, dicit, quod etiam isto casu Episcopus non se intromittat, immo, quod legata pia hoc casu cessant; quia voluit ea durare durantibus exequutoribus cum prohibitione prædicta, & adducit alia similia. † Contrarium tenet ibi apostill. ad Alexand. *d. consil.* 38
206. *num.* 8. *in ver. distributio. lib.* 6. & bene quoad id, quod cessat legatum pium, quia prohibitio Episcopi, & aliorum, & datio particularium exequutorum respicit exequutionem legati pii, non dispositionem; ideo cessante exequutione nõ cessat dispositio: addo, quod Alexand. confunditur ex seipso, ibi vult ipsemet, quod quando nulli sunt dati exequutores, quod prohibitio testatoris non attenditur, sed paria sunt, vt ipse ibi dicit *num.* 5. quod causa redierit ad non causam; vel à principio nulla fuerit causa; ergo paria sunt, quod non dederit exequutores, vel dederit, & desierint, & sic non cessat legatum pium, & Episcopus erit exequutor contra disposita testatoris isto casu, sicuti quando à principio nullos dedit exequutores cum eadem prohibitione. *d. authent. licet. C. de Episcop. & Cleric.* & ita in puncto Feder. de Sen. *consil.* 293. *Factum tale, per tot.* maxime *in ver. ex prædictis videtur.* † Amplia; quia nedum est exequutor, sed si instituatur 39
Hospitale construendum, ex quo non potest hæreditas aditi ante constructionem, neque peti bonorum possessio, Episcopus erit curator, & administrabit. Bald. *consil.* 319. *Præmittendum est, per tot. lib.* 5. † Regulam facias, quod nullo exequutore dato circa le- 40
gata ad pias causas, episcopus est exequutor, vt supra in princ. & plene Roman. *cons.* 250. *Horum bonorum, in princ.* † Declara; quia 41
ad illum Episcopum spectat executio legatorum piorum, cuius subditus est testator legans; si bona legata sunt sub sua iurisdictione; si vero bona sunt in aliena diœcesi, Episcopus vnus, vel plures erunt executores, in cuius, vel quorum diœcesi sunt bona legata, vel distribuenda; quia semper decretum requiritur in alienatione bonorum minoris per illum iudicem, in cuius iurisdictione sunt bona. Roman. *cons.* 250. *per tot.* vbi est casus, vbi apposuit. *in ver. decretum, & ver. manent*, sed vide, quæ scripsi sub *nu.* 28. † Extende, vt procedat, etiam si alii executores sint dati à te- 42
statore; quia si extat constitutio, quæ solet vbique esse, quod si sunt negligentes per annum in exequendo, executio deuoluatur ad episcopum; quia tunc valet constitutio. Petr. de Anchar. *consil.* 45. *Per constitutiones, in princ.* plene Castr. *cons.* 97. *n.* 2. *ver. super quarto. lib.* 1. vbi idem dicit per omnia, & *cons.* 167. *n.* 3. *lib.* 2. † Ex- 43
tende; quia imo valet constitutio episcopi decernens omnia gesta per executores priuatos esse ipso iure nulla, latissime Roma. *cons.* 428. *In terminis. n.* 8. *vsq; in fin.* vbi pro vtraq; parte allegat, videl. quod non valeat; quia si executor iam soluit, liberauit; quia solutio à tertio potest fieri, inuito debitore, qui liberatur; item quia pietatis fauore contra hæredem repetitur solutum, etiam si contradixit; item quia contra ius Episcopus non constituit, sed quod immo valeat, adducit; quia alias elusoria redderetur constitutio, quod negligentes sint priuati; item, quia ad compescendam proteruitatem non volentis parere datur accumulatio pœnarum; item, quia licet Episcopus non possit contra ius; tamen potest ex iusta causa statuere. † Extende, vti- 44
dem sit de iure communi, quando executores sunt interpellati, & moniti per Episcopum, vt exequantur; quia deuoluitur

execu-

executio episcopo. Petr. de Anch. *cons.* 45. *in princ.* Castr. *d. consil.* 97. *num.* 2. *lib.* 1. & quod si moniti non exequantur intra annum post monitionem, tenet Roman. *cons.* 69. *Viso n.* 4. *vers. tertio præmitto, vbi apostill. in ver. consiliorum*, dat concord. Abb. *cons.* 59. *Vi-* *so testamento in fin. ver. venio ad tertium. lib.* 1. vbi dicit* communem. 47 †Declara; quia si non extat constitutio, & testator nullum præfixit terminum; quia de iure communi aliquando intra sex mēses, aliquando intra annum, & aliquando intra quinquennium tenentur exequi, potest episcopus, vel iudex secularis statuere terminum arbitrio suo, vel episcopus facta bina monitione po- 48 test ipse exequi. Roman. *d. cons.* 69. *n.* 5. *ver. quarto præmitto.* † Extēde, vt idem sit, quando executores dati à testatore essent mortui; quia executio deuoluitur ad episcopum. Petr. de Anchar. *d. cons.* 45. *in pr.* Castrens. *consil.* 177. *in princ. lib.* 2. eo, quia non transmittitur ad hæredem secundum communem, & veram* opinionem, de qua Roman. *d. consil.* 69. *n.* 6. *vers. quinto præmitto.* vbi 49 apostill. *in verb. hæredem*, alios citat, & dicit* communem. † Extende, vt idem sit, quādo executores facerent fraudem in distributione, veluti si facta distributione ipse executor reperiatur possidere res distributas; quia Episcopus potest tales res auferre, & distribuere. Petr. de Anch. *d. cons.* 45. *n.* 3. *vsq; in fin.* † Restringe; quia donec extant exequutores dati, & non sunt negligentes, Episcopus non potest se intromittere, sed solum potest vel- 50 le rationem videre administrationis; quando vero testator māndauit eos distribuere secundum conscientiam, non possunt argui de mala distributione. Castrens. *cons.* 187. *Super primo, in princ.* 51 *lib.* 1. †Declara; quia ante negligentiam executorum petitio executionis debet fieri contra executores, & hæredem possessorē; postea vero, si ob negligentiam esset deuoluta executio ad episcopum, debet petitio dirigi ad episcopum. Roman. *d. consil.* 69. 52 *n.* 7. *vers. sexto præmitto.* † Restringe; quia si exequutores etiam moniti ab episcopo non fuerunt exequuti intra annum; quia fuerunt impediti, vel per eos non stetit, non dicuntur negligentes, neque perdunt officium, nec deuoluitur ad Episcopum eo 53 casu. Abb. *d. cons.* 59. *circa fin. ver. dico etiam istum annum. lib.* 1. † Idē, quando non potuissent commode exequi; quia id dicimur posse, quod commode possumus. Abb. *d. cons.* 59. *in fin. ver. idem dice-* 54 *rem. lib.* 1. † Restringe, quia quod dicitur de exequutoribus, vt perdant officium, si sunt negligentes, habet locum in meris executoribus; secus, si non sunt meri executores, vt quia debent eligere, & deliberare, in quam causam magis expediat. Abb. *d.* 55 *cons.* 59. *in fin. lib.* 1. † Limita, quia si dati sunt alii executores à testatore ad distribuendum bona testatoris pauperibus, licet possit episcopus assistere, vt distribuant, & compellere; non tamen potest velle ipse episcopus se esse executorem, quando non agitur de male ablatis, vel suris incertis, nisi data negligentia exe- 56 cutorum, ita Abb. *d. cons.* 59. *col.* 2. *ver. venio ad secundum. lib.* 1. † Limita, quia si factum est legatum tempore caristiæ de centū stariis frumenti, & veniat caristia, & valeat frumentum lib. quinq; pro stario, si hæres soluat granum lapso anno caristiæ, dum valet solidos 30. nō poterit legatarius petere interesse post receptam sortem; quia debetur officio iudicis. Capell. Tholos. *decis.* 50. & non potest adiri episcopus *decis.* 51. d. Capell. Tholos. quia licet episcopus sit executor omnium legatorum piorum. *cap. nos quidem. & cap. si hæredes, de testam.* Bald. *in l. eam, quam col.* 2. *C. de fideicommiss.* non tamen de aliis non piis potest se intromittere. gl. *in* 58 *cuius, de testam.* & licet Innoc. & Hostien. *in d. c. si hæredes*, teneant contrarium; tamen concordari possunt secundum Ioan. And. vt in legatis non piis sit executor ex officio, sed non ad instantiam 59 partis. † Ego credo, quod limitatio non sit vera; quia ex legato tempore caristiæ facto debetur granum, seu valor iure actionis, non autem officio iudicis; quo casu potest peti interesse etiā sorte. Vide, *Interesse quo iure debeatur. Conclus.* 298. & iterum, *interesse non conuentum quando per receptionem partis censeatur remissū*, 60 *vel non. Concl.* 306. & ideo sicut pro grano potuit adiri Episcopus; sic etiam pro residuo pretii debito iure actionis. † Limita; quia Episcopus non potest exequi id, quod non est liquidum, vel nō est clarum; quia illiquida non habent executionem paratam. 61 Vide, *Statutum circa executionem instrumentorum, & apocharum qua- liter intelligatur. Conclus.* 529. † Limita; quia in dubio pauperes domicilii, & parochiæ testatoris sunt eligendi, si potest; quia de eis intelligitur esse præsumitur testator. Franc. *in d. c.* 2. *de testam. n.* 64. *lib.* 6. quod procedit in voluntaria erogatione relicta pauperibus; secus de necessaria, secundum Federic. de Sen. *cons.* 33. *n.* 2. *ver. re-* 62 *spondeo respondere.* Vide, *Pauperes si sunt instituti, de quibus pauperibus intelligatur. Conclus.* 168. † Extende; quia licet possit exequi; non tamen potest causam via ordinaria cognoscere ante exequutionem, quando non spectat ad forum suum. Vide *in ver. Executiuum iudicium quando dicatur. Conclus.* 471. † Limita; quando testator legauit bona sua distribuenda pauperibus, quos Petrus, & N. elegerint; quia poterunt etiam post annū eligere, & non deuoluitur post annum electio ad Episcopum. Abb. *cons.* 93. *Duo sunt. nu.* 2. *lib.* 1. † Potestas episcopi executoris est; quia potest auocare ex 60 suo officio bona distribuenda occupata à quocunque, vt distribuantur. Petr. de Anchar. *d. cons.* 45. *in princ. ver. istis igitur, & in fin.* vbi, quod debent citari, & audiri possessores. † Contrarium di- 61 cit Castr. *d. cons.* 67. *Super primo. n.* 5. *vers. super octauo*, vbi, quod episcopus solum dat possessionem bonorum vacantium, non autem occupatorum à tertio laico; quia spectat ad laicum secularem iudicem, & dicit, quod executor ad soluendum legata non dat possessionem bonorum, & exequutor ad distribuendum bona, quando importat institutionem, solum inducit in possessionem vacantium, nisi dicas, quod loquitur in Episcopo, quando succedit executori priuatæ personæ propter negligentiam, forte Anchar. quando vt episcopus habens ordinariam iurisdictionem, & sic concordant. Vide, *Executores testamentarij quid pos-* *sint. Conclus.* 537.

Episcopus non tenetur perquirere multa in sua diœcesi, etiam sonantia in delictum, & quando secus. Concl. 294.

EPISCOPVS † non tenetur perquirere, an sui subditi seruent interdictum ecclesiast. ex quo non præsumitur, quod subditi sint immemores salutis; cum tamen si hoc sciat, teneatur compellere eos ad seruandum interdictum. Feder. de Sen. *cons.* 231. *In aliqua Ciuitate. in princ. ver. debet credere.* † Limita; quia po- 2 test, & debet perquirere titulum à beneficiatis, & facere edictū generale, & priuare omnes, qui intra habilem terminum non docuerint de titulo sui beneficii, vel beneficiorum. Card. Zabarell. *cons.* 33. *In primo dubio, in princ.* † Et per huiusmodi edictum 3 Vicarius neminem grauat; quia generale est edictum; ideo non comprehendit illicita, neque facit incidere Vicarium in pœnam excommunicationis, si aliquis habet processus fulminatos, ne molestetur. Card. Zabarell. *d. cons.* 33. *in fin. vers. ad tertium.* † De- 4 clara; quia non potest sub hoc prætextu molestare beneficiatū, quem scit habere titulum, puta, quia ostendit ante edictum, & si molestaret, puniretur ordinarius de calumnia. Card. Zabar. *d.* *cons.* 33. *n.* 2. vbi, quod certus non indiget certioratione. † Exten- 5 de; quia contra inobedientes potest procedere, & illos priuare, & beneficia aliis conferre, quando beneficia spectant ad collationem Episcopi, alias non. Card. Zabar. *d. cons.* 33. *in princ.* † Re- 6 stringe; quia tale edictum non priuat eum, qui iusta, & probabili causa non obediuit, puta quia paulo ante ostendit, vel si ignorauit, vel si credidit probabiliter patuisse. Card. *d. cons.* 33. *n.* 2. & *seq. per tot.* † Restringe; quia non comprehendit beneficia reser- 7 uata, neque beneficia litigiosa in curia, quæ non possunt conferri per ordinarium. Card. Zabar. *d. cons.* 33. *n.* 2. *ver. per hæc respondetur.* Vide plene Mascard. *Conclus.* 180. *Beneficium habens. n.* 3. & *seq.* vbi, quod non datur appellatio. Vide, *Possessor non tenetur do-* *cere de titulo suæ possessionis, & quando secus. Concl.* 439. † Limita; quia 8 tenetur ordinarius visitare diœcesin, & facere inquisitionem super residentia, & titulis beneficiatorum; ideo præsumitur habere notitiam de consuetudine super non residentia curatorū. Zabarell. *cons.* 132. *n* 5. Vide, *Titulum beneficiorum potest perquirere* *Episcopus, & quando secus. Conclus.* 320.

Episcopus negligens denunciare excommunicatos, & alia facere, ad quæ tenetur, qua pœna puniatur. Concl. 295.

EPISCOPVS † non faciens denunciare excommunicatos 1 ipso iure punitur pœna arbitraria à suo superiore. Gemin. *cons.* 71. *n.* 1. *ver. & idem esset dicendum.* † Extende, vt imo si partici- 2 pat cum eis, incurrat excommunicationem minorem. Gemin. *d.* *consil.* 71. *num.* 1. *in fin.* † Amplia, vt Episcopus non excommuni- 3 cans existentes, & perseuerantes in matrimonio nullo propter impedimenta graduum puniatur arbitrio superioris. Gemin. *d.* *consil.* 71. *num.* 1. *ver. ad aliud, qua pœna.* Vide, *Pœna arbitra-* *ria quibus casibus imponatur. Conclu-* *sio* 218.

Episco-

Episcopus quas licentias reuocare non possit, & quando secus. Concl. 296.

1 EPISCOPVS † non potest reuocare licentiam ab eo datam de studendo pro certo tempore. Oldr. *cons.* 230. *ver. ad secundam, circa fin. in ver. hanc sententiam*, vbi dicit* communem. † Declarat idem Oldr. vt procedat hoc, nisi reuocatio fieret ex cau-
3 sa. Oldr. *d. cons.* 230. *vers. ad tertiam.* † Amplia, quod nec possit reuocare licentiam datam de audiendis confessionibus nonnullis fratribus certi ordinis indistincte; quia non pot illam reuocare. ☞ Oldr. *d. cons.* 230. *ver. ad secundam. n.* 3. Vide, *Approbatus ad vnum beneficium potest reprobari ad aliud etiam simile. Concl.* 433. † Amplia, vt
4 nedũ reuocare non possit, sed nec interpretari talem licentiam, vel dispensationem tali interpretatione, quę destruat. Oldrad. *d.*
5 *cons.* 230. *n.* 3. *circa fin. ver. & si non potest tolli.* † Amplia, quod nõ potest reuocare dispensationem factam circa pluralitatem beneficiorum, quando in actu prouisionis concessit dispensationem; quia prouisio est ius quæsitum perpetuo. Lap. *alleg.* 118. *Factum*
6 *super quo, in fi.* quasi innuat contrarium ante prouisionem. † Amplia; quia dispensatio semel canonice concessa non reuocatur à superuenienti facto, puta mortis concedentis. late Fed. de Sen.
7 *cons.* 78. *Casus est, in fi.* † Amplia; quia Episcopus non potest reuocare, seu interdicere officium tabellionum, vt non valeant instrumenta super remissione vsurarum sine suo interuentu, nisi talis constitutio fieret ad tollendas fraudes, & constaret de fraude similium instrumentorum. Bald. *consil.* 217. *Punctus, an* ☞ *valeat. lib.* 5. maxime *in fin.* Vide, *Episcopus potest creare Notarios. Concl.* 290.

Episcopus non exercet iurisdictionem in locis exemptis. Concl. 297.

1 EPISCOPVS † non potest erigere tribunal, neque exercere iurisdictionem in loco exempto etiam suæ diœcesis. Fed. de Sen. *cons.* 2. *in princ. Statuto Episcopi.* quod intellige, nisi de licentia
2 Prælati exempti. Gemin. *cons.* 35. *in fi. n.* 7. † Limita, nisi de consensu Prælati ipsius loci exempti ibi erigeret tribunal; quia hoc posset. Feder. *d. cons.* 2. *col.* 1. *ver. nec est verum, quod locus*, vbi hoc etiam inuitis subditis loci exempti, si adest consensus Prælati exempti, ☞ ibi, *in ver. præterea si locus exemptus.* Gemin. *d. cons.* 35. *in fin.* Vide, *Episcopus habet iurisdictionem in locis exemptis quoad multa. Concluſ.* 243. *cum pluribus ibi proxe. seqq. Concluſ.*

Episcopatus, & Ecclesiæ diuersæ, quæ pro vna, & eadẽ cathedra habentur. Concl. 298.

1 ECCLESIA † metropolis de Perito habet duas ecclesias distinctas pro vna, & in qualibet est ecclesia cathedralis. Ol-
2 drad. *cons.* 296. *n.* 2. *in fin. ver. sed hoc de necessitate.* † Aretina ecclesia pariter habet duas ecclesias, vnam cathedralem, & vnam collegiatam, quæ sunt ambæ Episcopales, & ita fuit pronunciatum per Illustriss. Dominos meos Cardinalem Florentiæ, & bo. me. Cardinalem Saluiatum me referente, & S. D. N. Clemens Papa Octauus imposuit perpetuum silentium ad tollenda scandala,
3 quæ ex contentionibus oriebantur. † Regiensis ecclesia cathedralis, & ecclesia collegiata S. Prosperi sunt ambæ cathedrales; quia in honorem S. Prosperi Protectoris, & Episcopi Regii fuit à populo ædificata insignis collegiata sub inuocatione S. Prosperi; & quia in cathedrali erant 24. Canonici, & tres dignitates, Archidiaconus, Archipresbyter, & Præpositus, fuerunt translati Præpositus, & 8. Canonici, & sic tertia pars Capituli cathedralis ad ecclesiam S. Prosperi, & omnes pariter, & capitulariter eligebant Episcopos, & conferebant Canonicatus, & sub vna cruce, & coniuncti in processionibus tanquam vnicum Capitulum incedebant; hodie solum retinent aliquos actus vnionis; quia Præpositus collegiatæ habet tertium locum post Archidiaconum, & Archipresbyterum cathedralis, sed præcedit canonicos cathedralis, & in hebdomada sancta conueniunt in cathedrali omnes, & Capitulum S. Prosperi cãtat tertiam partem lectionum, in reliquis vnum quodlibet Capitulum est separatũ, & confert Canonicatus suæ propriæ Ecclesiæ in mensibus ordinariis, & de ista vnione istorum duorum Capitulorum Regiensis Ciuitatis attestantur Ioan. And. Ant. de Butr. & Gemin. in *cap. quamuis plenissima, de præbend. in* 6. *circa fin.* vbi dicunt idem esse
4 in ecclesia Bisuntina. † Feltrensis & Belunensis Ciuitates vnitæ habent vnicum Episcopum. Catdin. Zabarell. *cons.* 90. *in princ. & per tot.* vbi, quod sunt æquales, & vna non subest alteri. Multæ aliæ sunt Ciuitates, quę quoad Episcopatum sunt vnitæ, & maxime in Italia, sed frustratorium esset omnes recensere. Vide plenius, *Ecclesiasticæ personæ quæ dicantur, & gaudeant priuilegio fori. Concluſ.* 27. *n.* 13. *& seq.*

Episcopus habet multa priuilegia pro se, bonis & familia. Concl. 299.

EPISCOPVS † ratione suæ personæ habet multa priuile- 1
gia, quę si enumerarentur, facerent longum tractatum. Amplia; † quia palatium episcopi habet immunitatem ecclesiasti- 2
cã, vt in eo nullus capi possit, prout in ecclesia, siue sit vicinum ecclesiæ per 30. passus, siue non. Vide, *Ecclesia tuetur, Concluſ.* 9. *nu.* 5. *& seq.* † Amplia; quia etiam coloni, & laboratores perpetui 3
ecclesiæ sunt exempti ab oneribus, ita Decian. *cons.* 51. *per tot.* maxime *n.* 13. *& seq. lib.* 3. quando est realis exemptio. † Extẽde; quia 4
priuilegium competens Clericis, & Episcopis, competit etiam seruitoribus eorum, quamdiu sunt in seruitio eorum; quia non principaliter pro seruitoribus, sed propter fauorem dominorũ est concessum, ita Bald. *in l. omnis, in princip. in* 3. *not. C. de Episcop. & Cleric.* vbi apostill. dat concord. per illum text. † Amplia ratione 5
familiarum, & seruitorum suorum. Vide, *Ecclesiasticæ personæ. Concluſ.* 27.

Episcopus, quando non facit idem consistorium cum officiali, est iudex appellationis. Concl. 300.

EPISCOPVS † est iudex appellationis à sententia lata à suo 1
officiali deputato in certa parte diœcesis; quia tunc non facit idem auditorium cum eo; ideo ad Episcopum est appellandum, vel ad Papam, nõ autem ad alium superiorem omisso medio, alias non valet appellatio. Calder. *cons.* 208. alias 2. *de appellat.* vbi late, quando idem auditorium faciat, vel non. Abb. *cons.* 45. *Videtur primo. col.* 1. *n.* 2. *ver. nec postremo. lib.* 2. vbi reddit rationem; quia est delegatus Episcopi, neque facit cum eo idem tribunal, prout Vicarius generalis. † Declara, vt sit nulla talis appellatio 2
parte opponente, alias secus. Abb. *d. cons.* 45. *num.* 2. *ver. nec postremo. lib.* 2. † Amplia; quia appellatur ad Episcopum, quando in- 3
ferior Prælatus præscripsit iurisdictionem contra Episcopum, & pronunciauit; quia est immediatus superior. Cald. *cons.* 192. alias 2. *de except. in princ.* † Amplia; quia Episcopus habens iurisdictio- 4
nem temporalem in sua diœcesi, vel ciuitate; quia non est de iure communi, sed per accidens, ab officialibus huiusmodi iurisdictionis appellatur ad Episcopum; quia non faciunt idem auditorium cum Episcopo. Calder. *d. consil.* 208. *per totum.* maxime *in fin. ver. item iurisdictionem*, quod est 2. *de appellat. & consil.* 94. alias 4. *de offic. ordin.* † Amplia; quia Vicarius & officialis Episcopi fa- 5
cit idem consistorium cum Episcopo, quando legitime aliquid facit, vt iudex; secus si facit compositionem in casu non permisso; quia Episcopus poterit iterum procedere, non obstãte compositione facta cum Vicario habente facultatem componendi; quia intelligitur de delictis minoribus, & prius formata inquisitione. Castr. *consil.* 349. *Notandum, quod, per tot. lib.* 1. maxime *col. fin.* † Et quod Vicarius generalis Episcopi faciat idem consisto- 6
rium cum Episcopo; ideo non potest appellari à Vicario ad Episcopum. Abb. in sua *quæst.* 1. *col.* 12. *num.* 20. *ver. quarto fortissime.* † Extende; quod neque valet consuetudo, quod appelletur à 7
Vicario generali ad episcopum. Abb. *d. quæst.* 1. incipit, *Episcopus. num.* 20. allegat not. *in cap. de consuetud. lib.* 6. † Limita; quia sen- 8
tentia lata à Vicario Episcopi, vel delegato ab eodem Episcopo operatur, quod si est appellatum, & delatum appellationi, delatio priuat Vicarium iurisdictione, & consequenter Episcopum; quia est idem tribunal, quando delegatio est facta ad totam causam; sic declarat Cardin. Zabarell. *consil.* 32. *num.* 4. *ver. secundo probatur.* † Extende idem in Vicario Potestatis; quia non 9
appellatur ad Potestatem de iure communi. Ioan. de Imol. *consil.* 120. *In casu præmisso.* † Vide Abb. *consil.* 45 *col.* 1. *vers. nec postremo.* 10
lib. 2. qui videtur sentire hoc solum in Vicario generali, non in delegato; quia appellatur ad delegantem. Vide, *Appellatio ad* ☞ *quem fieri debeat. Concl.* 352. Vide, *Vicarius & officialis Episcopi faciunt idem auditorium cum Episcopo, & quando secus. Concl.* 186.

Epi-

Episcopus habens iurisdictionem tẽporalem in ciuitate, quo iure habere dicatur, & ad quem appelletur. Concl. 301.

1 EPISCOPVS † si habet iurisdictionem in sua Ciuitate; non dicitur illam habere ex lege diœcesana, neq; ex iure iurisdictionis, sed ex accidenti; quia sibi non competit iure communi; ideo officialis in temporalibus non dicitur facere idem auditorium cum Episcopo. Cal *cons.* 94. *Ansi Episcopus*, alias 4. *de off. ordin.* & magis extense *cons.* 208. maxime *in fi. ver. idem iurisdictionem temporalẽ*, alias 2. *de appell.* vbi, quod appellatur ad Episcopũ hoc casu;
2 quia non facit idem auditorium cum Episcopo. † Episcopus si habet iurisdictionem temporalem in ciuitate, an appelletur ad Papam, vel ad Principem secularem suprem ũ; distingue, aut habet iurisdictionem iure feudi, & appellatur ad Principem secularem, qui cõcessit feudum; aut alias, & appellatur ad Papam. Capic. *decis.* 137. *nu.* 11. *ver. quarta dubitatio.* Vide plenius, *Donatio facta per Constantinum Ecclesiæ Romanæ valet, & quid si Ecclesiæ particulari. Concl.* 189.

Episcopus tenetur iurare fidelitatem Papæ in consecratione. Concl. 302.

1 EPISCOPVS † tenetur iurare fidelitatem Papę in consecratione secundum contenta in *c. ego N. de iureiur.* vbi * omnes Doct. concludunt, quod tale iuramentum non excipit aliquem, neq; imperatorem, neque alium Principem; quia contra omnes tenentur adiuuare Papam, & propterea dicunt ibi Bald. *n.* 11. *ver. item contra omnes*, quod tale iuramentum est ligium, & sequitur eũ
3 ibi plenius Alex. de Næuo, *n.* 24. *ver. ex quo infert.* † Amplia; quia etiam Abbates exempti in benedictione tenentur præstare idem iuramentum fidelitatis, vt dicit Abb. in *d. c. ego N. in prin. de iureiur.*
3 † Amplia; quia etiam alii clerici inferiores, quibus committitur administratio; seu datur beneficium in administratione, tenẽtur præstare iuramentum Episcopo, qui extra administrationem nul-
4 lum potest exigere iuramentũ. *c. nullus de iureiur.* † Amplia; quia Episcopus, & quælibet ecclesiastica persona tenetur præstare iuramentum fidelitatis etiam seculari laico, si habet feudum ab ipso laico; quia ratione feudi obligatur ad fidelitatis iuramentum. *d. c.*
* *nimis*, *de iureiuran.* quem ibi text. inducunt communiter * à contrario sensu. Abb. in *c. veniens, de accusat.* vbi Socin. *num.* 14. & istud est propter naturã feudi, cui inest hoc. *c. Imperialem. §. quoniam, de prohib. feud. alien. per. Feder.* Ias. in *prælud. feud. num.* 5. plenius Abb. *qu.*
6 *colum.* 7. *in fin. ver. præterea imperator.* vbi dicit, quod feuda non transirent ad ecclesiasticos sine iuramento; ideo Papa, ne priuentur clerici, hoc admisit. Curt. Iun. *tract. de feud. quæst.* 2 *in* 1. *parte*
5 *princip. n.* 5. † Limita; quia Episcopi. & alii clerici non tenentur præstare aliquod iuramentum fidelitatis Principibus secularibus; quia hoc esset contra ius diuinum, vt dicit text. in *cap. nimis, de iure-*
* *n.* & est text. in *cap. nullus.* 22. *quæst.* 5. *& in capit.* 1 *de iurament. calumn.* Rube. Alexand. in *consil.* 11. *num.* 7. & ita clare Isern. *titu. qualiter Vasallus, num.* 6. *& sequen. vsque in fi.* vbi, quod nisi clericus possideat feudalia à laico, non tenetur iurare. † Contrarium vide-
6 tur facere, quod imo principibus secularibus debeant præstare iuramentum assecurationis, videlicet, quod non machinabuntur contra personam, neque statum Principis secularis, pro hoc allegatur text. in *cap. petitio vestra, de iureiurand.* vbi PP. declarat Capitulum non teneri iuramento præstito Principi Achaiæ, in iis, quæ respiciunt defensionem Ecclesiæ contra Principem, sed circa personam, & statum, quod non machinabuntur, tenen-
* tur; quia licitum est. † Sed ille text. communiter * intelligitur, q̃ clericus non tenetur, sed si præstitit in iis, quæ pendent à voluntate sua, postquam præstitit, obligatur; & ideo regula est negatiua, non teneri, vt ibi Hostiens. in *princip. ver. tu tamen dicas.* & ibi Abb. post alios in 1. *not.* & plenius Guido Pap. *num.* 1. *ver. sed contra*, vbi firmat regulam negatiuam, quæ * communis est, in *cap. nimis. eod. titul.* & dicit, quod Princeps Achaiæ non poterat exigere hoc iuramentum; si tamen iurarunt, compelluntur seruare non pro-
ter iurisdictionem Principis, sed propter reuerentiam iuramen-
ti; & ista est communis * conclusio, quod si clerici non habent feudum à Principe seculari, non possunt iurare. *cap.* 1. *de iuram. ca-*
8 *lum. & in cap. nullus.* 22. *quæst.* 5. † Item allegatur text. in *c. si quis laicus.*
22. *quæst.* 5. quem ad hoc allegat Barbat. in addit. ad Abb. in *d. c. pe-*
9 *titio. in ver seruare. de iureiuran.* † Sed certe ille text. vt ibi not. communiter, * non habebatur; quia palea est, vt etiam dicit Io. Andr.
* *in d. c petitio. in ver. principalis, de iureiuran.* & alii; sed dato, quod non

sit palea, sed text. canonicus, nihil facit; quia solum dicit, quod si Episcopus, presbyter, vel diaconus machinatus fuerit contra Principem secularem, degradetur, quod intelligitur per ecclesiasticũ superiorẽ; quia degradatio est fori Ecclesiastici; ideo nullum verbum, quod liceat iurare, & si intelligeretur, quando iurasset, illud esset propter iuramentum præstitum, & in pœnam iuramenti, non vt teneatur iurare, vt fuit dictum; vnde regula negatiua procedit per *c. nimis. eod. tit.* & quia ille text. loquitur in Episcopo, qui iurauit ratione feudi Principi seculari, prout declarat Albertin. in *repetit. cap. quoniam, de hæret.* ante *num.* 7. & est verissimum; quia sicuti laici ibi præstiterant iuramentum, vt vasalli; ità idem retento eodem themate de Episcopo dicendum erat, maxime, quia dictio, *vero*, aduersatiua retinet idem thema. † Ad i- 10
dem allegantur plures authoritates gloss. in *cap. nullus.* 22. *quæst.* 5. *in ver. laico.* vbi, quod episcopi iurant imperatori fidelitatem, sed nihil allegat, & necessario intelligi debet ratione feudi, & ita intelligit Isern. *tit. qualiter Vasallus. n.* 6. † Bald. in *tract. de pac. Constan.* 11
§. *vasalli nostri. ver. item excipiuntur clerici.* sed loquitur ratione feudi necessario; quia dum allegat pro sua opinione *c. fi. de iureiuran.* nihil facit, & reuera verba Bald. sunt desumpta à gloss. ibi in *ver. in textu*, ibi, sed male loquitur. † Barba. in addit. ad Abb. in *d. c. petitio.* 12
de iureiur. in ver. seruare, vbi allegat *cap. si quis laicus.* quod nihil facit, vt supra fuit ostensum, & contrarium tenet ipse met Barbat. in *c.* 1. *de iurament. calumn. num.* 59. vbi, quod ille text. prohibens iuramentum clericis præstari secularibus, licet loqui videatur de iuramento calumniæ; tamen habet locum in omni iuramento, & eodẽ modo tollitur is, qui sequitur Barbat. in addit. ad Hostien. *d. c. petitio.* † Valascus allegatur *decis.* 100. qui dicit ità obseruari in 13
Hispania, quod clerus iurat fidelitatem Regi, dicat, quicquid velit, de obseruantia, quæ non probatur, est contra text. apertum *d. c. nimis*, & cõtra ius diuinum proprie, vt ibi Abbas, vel saltẽ contra ius canonicum, secundum * omnes, non valeret, si extaret, vt * 14
infra, in fi. † Rebuff. etiam allegatur in concordan. in *rubr. de Regia ad Prælat. nominatio.* 5. 1. *fol.* 148. *ver. vltimo nota*, qui dicit in Francia Prælatos solere præstare iuramentum fidelitatis ante adeptum exercitiũ prælaturæ Regi, allegat Vitalin. in *clem. vnica. §. porro, de iureiur. in not.* 1. vbi Vitalin. dicit, quod Imperator iurat Papæ conseruare omnia iura, & priuilegia clericis, sed non seruat; vnde nihil ad propositum, maxime; quia Rebuff. vbi supra dicit, quod nihil iuris acquiritur ex tali iuramento. † Iacob. de Ardizo. in 15
summa feud. cap. 142. vbi facit regulam negatiuam, quod non tenentur iurare, nisi obtineat feuda temporalia, vel nisi in casu *d. c. petitio.* & sic nihil refert, nisi esset præstitum, per prædicta. † Andr. 16
de Isern. *titul. qualiter vasallus iurare debeat. num.* 6. *&* 7. *ver. sed an hoc vltimum.* & ibi Aluarot. *num.* 4. *ver. quæro, an clerici.* Præpos. *numer.* 2.
ver. sed qualiter, vbi citant Ardizo. in loco citato supra, & tenent, quod possunt iurare clerici, si volunt, iuxta formam *d. c. petitio. de iureiur.* quia imo Iser. vbi sup. distinguit, quod nullo modo tenentur iurare, licet teneantur de honestate non coniurare, & ita debent intelligi Aluarot. & Præpositus. dum allegãt Isern. † Consue- 17
tudo etiam non potest allegari, quæ releuet de iure, vt compellantur iurare; quia esset corruptela contra ius diuinum, seu saltem Canonicum. *d. c. nimis. de iureiur.* & saltem non debet extendi de loco ad locum. Vide, *Consuetudo non valet. Concl.* 813.

Episcopo quæ competunt tanquam ordinario, possunt etiam competere inferioribus, & quando secus. Concl. 303.

EPISCOPO † competunt multa ex dispositione iuris com- 1
munis, quæ competunt inferioribus ordinariis loco Episcopi habentibus iurisdictionem. Lap. *alleg.* 78. *num.* 16. † Prouisio 2
Rectoris in ecclesia patronata, propter discordiam, & scandalum patronorum spectans Episcopo ex dispositione *c. quoniam. de iure patron.* competit etiam inferiori, ad quem spectat institutio, licet de Episcopo solo text. loquatur Lap *d. alleg.* 78. *In Dei nomine. num.* 16. *ver. nec obstat, quod litera.* † Fideiussio, quæ præstatur Episcopo 3
per vsurarium, de restituendis vsuris, *cap. quanquam, de vsur. lib.* 6. præstabitur inferiori, si inferior in loco habeat iurisdictionem, licet text. de Episcopo loquatur. Lap. *d. alleg.* 78. *numer.* 16. *ver. non obstat.* † Absolutio in certis casibus Episcopo reseruata potest im- 4
partiri per capellanum monialium exemptorum ab eis deputatum ipsis exemptis; quia cum non habeant recursum ad Episcopum, & recursus ad Papam portaret periculum animarum, quibus non est prouisum, eisdem competit eadem absolutio, Feder. de Sen. *cons.* 95. *num.* 4. *col.* 3. *ver. consequenter circa præmissa.* † Ex- 5
tende in omni Prælato regulari exempto; quia potest absolue-

re suum religiosum ab excommunicatione lata à canone, quando non est reseruata absolutio. Calderin. *cons.* 538. alias 6. *de senten. excommun.* licet contrarium videatur tenere Federic. de Sen. *consil.* 14. *per totum.* † Prælati exempti exercentes iurisdictionem Episcopalem habent iura Episcoporum quoad illos, quibus præsunt quoad omnia. Federic. de Sen. *cons.* 95. *col.* 3. *circa med. ver. prætereà isti exempti*, allegat *c. vnicum, cum ibi not. de reb. eccles. non alien. in clem.* & Paul. de Eleazar. in *clem.* 2 § *statuimus, de sepul. in ver. ad pœnitentiã Prælatorum.* † Limita, vt ea, quæ competunt Episcopo, seu loci ordinario, tanquam sedis Apostolicæ delegato, nunquam competant aliis inferioribus, etiam si talis delegatio sit clausa in Corpore iuris, maxime in materia visitationis. Federic. de Sen. *consil.* 291. *Domine mi per totum*, maxime *in fin.* Vide, *Ordinarius loci quis dicatur. Conclus.* 185. † Limita etiam, quando talis actus, qui committitur locorum ordinariis, per alia iura disponeretur per Episcopum fieri; quia tunc alium inferiorem non comprehendit. Federic. *d. cons.* 291. *in prin.* allegat *clem. Ne in agro.* § *ad hoc, vltra med. de stat. reg.* vbi mandatur vnionem prioratuum fieri per ordinarios locorum; quia debet intelligi per Episcopos, ex quo tales vniones ab Episcopo fieri debent, & non ab inferiore, per *c. si vna, de reb. eccles. non alien.*

Epistola contra scribentem probat, si est recognita etiam per comparationem literarum, & quando secus Concl.

1 VIDE † plene Mascar. *Conclu.* 626. *Epistola contra scribentem*, vbi ampliat, & limitat multis modis, vbi, quid si est sigillata cum nomine, vel sine nomine proprio sigillantis, vide eum ibi plenissime. † Et quid in epistola Episcopi, vel alterius iudicis ordinarii, 2
Vide Mascard. *Conclus.* 627. *Epistolæ Episcopi.* Vide, *Literæ Episcop. sigillatæ & c. Conclus.* 365. † Et quid de epistolis credentialibus, generalibus, vel commendatitiis, quod non obligent, & quando secus. Vide eundem Mascard. *Concl.* 628 *Epistolæ virtute, quæ vulgo credentiales.* Vide, *Literæ credentiæ quando, & quid probent. Conclusio.* 366. 3
† Et quid in epistola Papæ, Regis, vel Principis, quando ea probet etiam contra tertium, & quando secus, Vide Mascard. *Concl.* 629. *Epistola Pontificis.* Vide, *Literæ priuatæ quando probent, vel non. Conclus.* 364. Vide, *Scriptura multiplex & de singulis eius spectebus. Conclusio.* 74. *n.* 44 *& sequen.* Vide, *Scriptura priuata non probat, & quando secus. Conclus.* 76. † Et quid in epistola mercatorum, & literis cambii, Vide Mascard. *Concl.* 630. *Epistola mercatorum*, id est, *literæ cambij an probent*, vbi, quod probant, & obligã: Item, quod si sunt enunciatiuæ, probant, & non obligant, an possint reuocari, & cuius sis periculum. Vide, *Literæ cambij qualiter probent, vel non. Conclusio.* 362. 4

Equalitas in multis seruanda. Concl. 304.

1 AEQVALITAS † seruanda inter diuidentes res communes, ne vnus plus habeat, quam alius. Ang. *consil.* 381. *Viso dicto statuto in prin.* plenissime Socin. *consil.* 98. *in fi. ver probatur etiam alio. lib.* 1. *vsque in fin.* Vide, *Contractus claudicare non debet, & quando secus.* 2
Concl. 982. vbi plenius. † Idem in laudo, & sententia, & omni dispositione diuidente inter fratres; quia æqualitas est seruanda. 3
Soc. *d. cons.* 98. *col. fi. ver. probatur etiam. dub.* 1. † Extende in tantum æqualitatem seruandam esse, vt licet arbitrator quantumcunque habeat latam facultatem, non possit condemnare vnũ, vt donet alteri; tamen potest pro æqualitate seruãda condemnare vnum, vt det alteri. Rom. plene *cons.* 55. *Si volumus per tot.* maxime in fin. 4
vbi apostill. in *ver. coæquatione*, dat plures concord. † Ampita; quia inter filios pater præsumitur æqualitatem velle seruare. Crauett. *cons.* 133. *num.* 7. *ver. sexto.* Cephal. plenissi. *cons.* 733. *nu.* 15. *& seq. lib.* 5. *ver. quæ conclusio.* Alex. *cons.* 179. *Viso processu. n.* 11. *ver. denique lib* 5. Extende † in tantum, vt verba generalia restringenda sint ad seruandam, & inducẽdam æqualitatem, vbi suggeritur ratio. Crau. *d. cons.* 133. *num.* 8. *ver. septimo.* Alexan. *d. cons.* 179. *num.* 11. *ver. denique.* 5
lib. 5. † Imo quod semper ille sensus sit sumendus in dubio, per quem inter filios seruetur æqualitas, vel saltem euitetur maior inæqualitas. Alexan. *dict. cons.* 179. *num.* 11. *ver. denique si aliter lib.* 5. Extende † in casu contrario; quia ratione æqualitatis seruandæ fit extensio de casu ad casum. Crauett. *dict. consil.* 133. *num.* 8. *versic. quinimmo.* Cephal. *consil.* 733. *num.* 21. *& sequen. lib.* 5. vbi, quod nedum fit extensio, sed receditur à proprietate verborum. † Et quod æqualitas inter fratres sit inductiua, cõseruatiua, & confirmatiua concordiæ, fraternæ charitatis, & affectionis, & è contra inæqualitas pariat discordiam perpetuam. Socin. *consi.* 4. *colu.* 1. 6
7
8

quem citat apostill. ad Castrens. *cons.* 96. *circa fin. lib.* 2. † Extende; quia etiam inter filios & nepotes fratrum institutorum præsumitur testator voluisse æqualitatem seruare; & ideo quando subest eadem ratio pro æqualitate seruanda, nepos continetur appellatione filii. Alex. *cons.* 5. *Circa primũ. n.* 4. *& seq. lib.* 3. vbi, quod inhumanum est, vt pares in gradu excludantur. † Extende; quia in interpretanda dispositione dubia testatoris multum valet argumẽtum, vt interpretatio sumatur, quæ æqualitatem conseruat, & inæqualitatem inter filios non inducit; quia talis præsumitur mens testatoris. Alex. *cons.* 76. *Viso themate. num.* 20. *& seq. ver. pro hoc etiam facit. lib.* 4. & plenius *nu.* 24. *ver. circa quartum, vsque in fin.* vbi plura similia ad hoc. † Restringe, quando sumus in claris, & constat de mente; quia seruanda est dispositio testatoris patris, qui ex causa potest plus vni conferre, quam alteri. Alexan. *cons.* 100. *Visa parte. nu.* 12. *in fin. cum seq. ver. non obstat tertium. lib.* 4. † Amplia in tantum æqualitatem esse fauorabilem, & amplectendam, vbi subest ratio æqualitatis seruandæ, vt contrarium faciens dicatur inimicus legibus; quia inæqualitas est inimica legi. Cephal. *d. consil.* 733. *nu.* 23. *lib.* 5 Socin. *dict. consil.* 98. *in fin. lib.* 1. † Et æqualitas etiam in ecclesia debet admitti, vt quod vult pro seratione æqualitatis seruandæ, velit contra se; quia æqualitas est iustitia naturalis commutatiua. Castrens. *cons.* 142. *Videtur dicendum. colum.* 2. *lib.* 2. † Amplia in societate; quia societas est quædam fraternitas, quæ æqualitatem desiderat, vt dicit Corn. *cons.* 152. *num.* 9. *lib.* 3. Castren. *cons.* 96. *Si dicta Cornelia, circa fin. ver. verius tamen. lib.* 2. vbi apost. citat Soc *cons.* 4. *col.* 1. Abb. *consil.* 77. *Videtur primo. in princ. ver. sed prædicta non obstantibus. lib.* 1. † Extende in tantum, vt nec valeat pactum, quod inter socios pariter cõferentes seruetur inæqualitas, Corn. *d. cons.* 152. *nu.* 10. *lib* 3. † Declara, nisi vnus plus altero in societate poneret; quia plus percipere posset. Abb. *d. cons.* 77. *colum.* 1. *in fin. li.* 1. Vide, *Societas quid sit, & eius natura. Concl.* 279. Vide, *Societas disparis lucri quando possit fieri. Conclus.* 285. † Amplia; quia sicut pater non potest compelli emancipare filium; ita filius non potest inuitus emancipari, vt seruetur æqualitas inter patrem & filium. Castr. *cons.* 142. *in princ. lib.* 2. † Amplia; quia quando testator substituit nepotes filiis, pari ratione censetur substituisse filios nepotibus, vt seruetur æqualitas inseruiens intentioni testatoris. Curt. iun. *cons.* 116. *col. pen. in fi. ver. expræmissis.* † Amplia; quia valet pactũ socii, quod non possit lucrari, nisi decem pro centenario singulo anno, prout nec possit perdere, nisi decem pro centenario singulo anno, quando par ratio est lucri & damni, alias secus; ideo si lucrum non posset excedere ad summum 15. vel 20. & damnum posset excedere 50. & vltra, non dicitur honestũ, si alii socii stant ad lucrum & damnum. Abb. *d. cons.* 77. *col.* 2. *in pr. ver. nec obstat. lib.* 1. † Et nota, quod seruit ad multa contra illos, qui pro modico emunt maximum lucrum, prout si granum valens scuta tria singulo rubro, vendo pro pretio, quo valebit de mense Maii, & cõtingat, quod valeat decem, certe debet moderari ad id augmentum pro rata, pro quanto poterat minui, vt fors sit communis pro lucro, & damno, quod posset euenire, & facit esse licitum cõtractum propter incertitudinem, quod possit perdere, & lucrari. † Amplia; quia æqualitas debet seruari in præscriptione, vt sicuti recipiens longo tempore pensionem acquirit ius percipiendi pensionem; ita etiam soluens longo tempore acquirit ius in re, vt soluendo non possit molestari. Castrens. *consil.* 387. *colum.* 2. *lib.* 2. † Amplia; quia æqualitas affectionis inducit æqualitatem amoris *l. non solum. § de vno ff. de rit nuptiar.* Prob. in addit. ad Ioan. Monach. in *cap. duobus. de rescript. in fin.* † Limita; quia æqualitas in diuisione seruatur à principio, sed non post factum; quia si bona conditionata in certa conditione debeant restitui, vel supposita periculo secundũ naturã rei desinant, nõ consideratur æqualitas omni tempore, sed tempore diuisionis. Soc. Iun. *cons.* 119. *in fi. lib.* 3 Vide, *Rata portio, non autem æqualis portio debetur multis casibus. Conclus.* 7. Vide Mascard. *Concl.* 631. *Æqualitas an semper in societate præsumatur seruanda*, vbi, quod sic, & in multis aliis. Vide duas Conclus. prox. seqq. 9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23

Equalitatem an teneatur seruare pater inter filios, & quando Concl. 305

PATER † relinquendo filiis legitimam à iure cõmuni debitam poterit eos inæqualiter quoad reliquum hæredes instituere, vel etiam inæqualiter eis legare. Bald. *cons.* 356. *Si vasallus. n.* 2. *ver. quoad Tertull. lib.* 5. † Amplia in filiab⁹ fœminis dotatis, quæ excludũtur à statuto stantibus masculis; quia licet aliquæ habuerint dotem maiorem, aliquæ minorem, etiam non sæpe tendentem ad legitimam, pariter excluduntur, neque pater tenetur ad æqua- 1
2

stare inter eas quoad dotes seruandam; quia nō reperitur iure
caut um. Bald. *consil.* 325. *Cum in causa Pisani. n. 3. ver. quæritur secundo,*
lib. 3. quod est Christophori Castillionei, & *consil.* 326. *in fin. eod.*
lib. 3. quod est Iacob. de Isolanis. Vide, *Dotis supplementum an possit*
3 pari, & quando. Conclusio. 784. † Extende; quia pater non tenetur
æqualiter dotare filias, sed potest maiorem dotem vni dare, quā
4 alteri. Decian. *consil.* 61. *lib.* 2. † Declara; quia si pater dedit dotem
incongruam filiæ, tenetur ad supplementum vsque ad congru-
5 am dotem. † Amplia; quia licet in dubio semper pater præsu-
matur seruare æqualitatem inter filios; tamen secus est, si con-
stat de mente, quod voluit esse inæquales; quia tunc seruatur
voluntas testatoris, quæ pro lege habetur, & seruari debet, dum-
modo id, quod minus alteri legat, vel relinquit, sufficiat pro le-
gitima. Deci. *cons.* 547. *Viso puncto, in princ.* sequitur Decian. *consil.*
102. *num.* 22. *lib.* 2. & est text. in *l. parentibus. C. de inoffic. testament.* vbi
* Bartol. Bald. Castrens. & alii, & in *l. quoties*, vbi omnes * *C. famil.*
hercisc. Vide, *Filius potest à patre priuari successione paterna excepta legi-*
6 tima. Conclus. 357. † Extende maxime, quando exprimit pater cau-
sam inæqualitatis, puta propter malos mores, inobedientiam,
* & similia, Deci. *dict. consil.* 547. *in princip.* † Extende, etiam si pater
ex iracundia moueatur contra filios; quia eius dispositio seruā-
7 da debet. Deci. *dict. consil.* 547. *in princip.* † Amplia, etiam si sint filii
ex diuersis matrimoniis; quia potest relinquere plus filiis primi
matrimonii, quam filiis secundi, dummodo non priuentur se-
cundi legitima. Bald. *consil.* 208. *per totum, lib.* 5. vide infra *num.* 14. &
8 seq. Vide, *Vxor habens filios ex primo matrimonio, potest plus legare*
9 filiis secundi matrimonij. Conclus. 407. † Vide plene Rimin. Iun. *cons.*
241. quod est repetitum 428. vbi, quod de facili dolus inest in o-
mnibus renunciationibus, & inæqualitatibus factis à patre, si su-
perest nouerca; ideo si magna est inæqualitas, non sustinetur.
10 † Amplia etiā in filiabus dotatis; quia pater potest dare plus vni,
quam alteri, etiam si plus det filiabus secundi matrimonii, quam
primi. Rimin. *consil.* 56. *per totum. lib.* 3. vbi allegat pro vtraque parte,
11 & ita concludit. † Extende; quia etiam si auctæ sint facultates pa-
tris post dotationem filiæ, adhuc non tenetur augere dotem;
12 quia semel dotando fuit liberatus. Ruin. *d. consi.* 56. *lib.* 3. † Contra-
13 riū tenuit Bald. Nouel. *de dote, in 6. parte. priuileg.* 15. † Declara plu-
res casus; primo, quando statutum excludit simpliciter filias fœ-
minas; secundo, quando mandat dotari; tertio, quando vult, q̄
sint contentæ dote, vt per Ruin. *d. consi.* 56. *per tot.* maxime *in pr.* &
14 *in fin. lib.* 3. † Limita; quia tenentur parentes æqualitatem seruare
inter filios primi & secundi matrimonii cum distinctione tamen,
15 de qua Castr. *consi.* 150. *in fin. lib.* 2. vide supra *nu.* 8. † Extende; quia
lex hortatur parentes ad hanc æqualitatem seruandum. Socin.
Iun. *consi.* 147. *nu.* 39. & *seq. lib.* 2. vbi, quod non debet facere vnum
legitimum, & alterum bastardum, plene Rim. Iun. *d. consi.* 241. *nu.*
16 31. & *seq.* † Limita; quia in dubio præsumitur pater voluisse seruā-
re æqualitatem inter filios; & ideo verba generalia generaliter
sunt intelligenda, vt seruetur æqualitas filiorum. Crauett. *cons.* 133.
17 *nu.* 7. *ver. sexto.* Vide plene in *verb. Hypothecarij creditores pares. Concl.*
18 330. *per tot.* maxime *nu.* 11. † Extende in substitutionibus generali-
19 ter factis, Crauett. *consi.* 393. *n.* 4. & *seq.* † Extende in tantum sequē-
dam esse præsumptionem æqualitatis seruādæ in dubio, vt indu-
catur restrictio, & ampliatio, & verba improprientur; quia inæ-
qualitas inter filios, & in rebus æqualibus dicitur inimica legi; æ-
qualitas vero amica; ideo sicut interpretatio sumitur conformis
iuri in dubio in omnibus; ita etiam pro æqualitate, plene Cephal.
20 *consi.* 733. *nu.* 16. & *seq. lib.* 5. vbi plures citat. † Limita; quia institutio
generaliter facta de pluribus intelligitur æqualibus partibus.
21 Crauett. *consi.* 514. *n.* 17. † Extende; quia appellatione filiorum licet
non venirent nepotes; tamen veniunt, quando inducereturali-
22 quid durum, prout est inæqualitas inter filios, vel liberos. Curt.
Iun. *consi.* 116. *col. pen. n.* 12. † Extende; quia res dubia recipit inter-
23 pretationem ab æqualitate. Crauett. *d. consi.* 514. *in fin.* † Extende;
quia generalis dispositio patris declaratur, restringitur, & amplia-
tur propter æqualitatem seruandam inter liberos, ita vt traditio
alicui facta vni censeatur loco custodiæ, vel loco dominij, pro-
24 ut æqualitas suadebit, Late Ber. *consi.* 22. *nu.* 11. & *seq.* † Limita; quia
si pater reliquit filiis æqualia legata adimendo postea ab vno, cē-
setur etiam adimere ab aliis, vt seruetur æqualitas. Decian. *cons.* 22.
num. 10. *lib.* 2. vbi loquitur, quando fecit vni prælegatum, postea
pro æqualitate alteri legauit, si primū legatum reuocat, censetur
etiam reuocare secundum legatum factum pro æqualitate. Man-
24 tic. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 12. *tit.* 2. *num.* 13. † Limita; quia licet pater
ex humanitate, non ex necessitate tenea seruare æqualitatem
inter filios; tamen si vult, potest, excepta le- ima, filium priuare
reliquo, & aliis prælegare reliquū. Bald. *cons.* 208. *Pater diligens. lib.*

5. & sic est consilium, non necessitas. † Contrarium tenet Rimin. 25
Iun. *consi.* 241. *num.* 29. vbi dicit verum esse, quando pater appli-
cat extraneis; secus si aliis filiis propter inæqualitatem, & repetit
consi. 428. sed loquitur quoad validitatem testamenti non solē-
nis, vide eum, qui plures citat à *num.* 3. vsque ad *num.* 20. vbi *nu.*
17. dicit, quod filii potius tolerant, quod ab eis auferatur, si detur
extraneo, quam si fratri, propter inuidiam ex inæqualitate. † Ex- 26
tende in tantum patrem debere consulere æqualitati inter fra-
tres, vt tollat inuidiam inter eos, vt si contrarium faciat, prout
potest, præbeat causam tali inuidiæ, quod frater priuatus vellet
potius extraneum habere, quam fratrem suum. † Angel. *consi.* 394.
Testator reliquit, circa fin. ver licet paritas. Castrens. *cons.* 150. *Viso casu,*
in princ. lib. 2. † Extende; quia in dubio interpretatio debet fieri 27
pro æqualitate seruanda inter filios. Angel. *consi.* 395. *in princ. ver sed*
cum testator. † Extende; quia æquitas hoc suadet, quod bona ascē- 28
dentium æqualiter diuidantur, & distribuantur inter filios. Alex.
consi. 26. *Consideratis verbis. num.* 4. *lib.* 4. Castr. *cons.* 250. *in princ. lib.*
2. † Extende; quia lex hortatur parentes, vt seruent æqualitatem 29
inter liberos. Crauett. *consil.* 739. *num.* 11. † Extende in tantum, vt 30
licet pater non teneatur seruare æqualitatem inter filios; tamē si
non seruat, talis dispositio dicitur repugnare naturali æquitati.
Crauet. *consi.* 683. *num.* 19. † Et æqualis affectio patris ad filios non 31
censetur velle ipsos inæquales in rebus paternis. Chassane. *cons.* 7.
num. 31. † Et quod æqualitas inter filios sit seruanda; quia pacem 32
& vnionem inter eos confirmat, prout è couerso inæqualitas pa-
rat discordias & inimicitias, vt dicit plene Soc. *consi.* 4. *per tot. lib.* 1.
vbi, quod propterea est adinuētus titulus, *de collation.* quia filii de-
bent conferre, si volunt admitti ad successionem, vt portiones
sint æquales, sequitur Natt. *consi.* 273.

Equalitas in iudiciis seruanda. Concluſ. 306.

AEQVALITAS † in iudiciis est seruanda, vt quod licet acto- 1
ri, liceat reo, ideo actor si examinauit testes ad colorandam
possessionē super petitorio suspenso, debet reo pariter licere te-
stes in petitorio ad discolorandam possessionem, non obstante
suspensione prædicta, examinare. Oldrad. *consi.* 311. *num.* 2. *ver. & si*
ducatur. † Et tacit *c. non licet, de regul. iur. in* 6. & in gl. quæ dat plures
instantias, *l. non debet actori ff. eod. titu.* † Et iudex propter æqualita- 2
tem seruandam potest, quandocunque æquum sibi videbitur,
partes interrogare. Oldrad. *consil.* 323. *num.* 4. *ver. circa secundum.*
† Amplia; quia paritas & æqualitas est seruanda in dilationibus 4
concedendis; ideo in causa summaria danda est quarta dilatio v-
ni, quando fuit data alteri. Lap. *alleg.* 83. *n.* 9. *ver. item si duceretur.* &
latius *in fin. ver. vnde licet potuerim. num.* 11. † Amplia; quia in obser- 5
uatione feriarum æqualitas est seruanda; ideo si laudum latum
substinetur ad fauorem actoris, vt latum sit intra instantiam qua-
draginta dierum; quia dies feriati tempore messium ex statuto
non computentur; ita è conuerso pro reo ipsa sententia sit nulla,
& reuocanda, quatenus fundatur super actis celebratis tempore
messium. Castrens. *consi.* 259. *Circa primum. col.* 2. *ver. circa secundum.*
lib. 2. † Amplia in tantum, quod æqualitas est seruanda, vt nulla 6
claudicatio admittatur; & ideo licet dilatio concessa præsenti
semper valeat; tamen si pars aduersa posset illā nullam arguere,
non valet, nec præiudicat, ne pendeat ex arbitrio alterius appro-
bare, vel improbare. Federic. de Sen. *consi.* 289. *per totum.* † Amplia; 7
quia pro æqualitate seruanda in iudicijs statutum permittens reo
appellare debet intelligi, vt idem sit in actore, vel è contra, etiam
si videatur casus omissus; quia hoc conuenit æquitati, & æquali-
tati. Bald. *consil.* 486. *Istud est ordinamentum, per totum.* maxime *circa*
med. ver. in contrarium, vsque in fin. lib. 2. † Extende; quia statutum 8
tollens ferias in casibus fugitiuorum debet æqualiter disponere,
vt si licitum est capere die dominico fugitiuum; ita die dominico
possit docere, quod nō est fugitiuus, vel quod non debuit carce-
rari, propter æqualitatem seruandam. Bald. *consi.* 166. *Statuto Ciui-*
tatis. per tot. maxime *in fin. lib.* 5. † Amplia in tantum æqualitatem 9
seruandam in iudicijs, vt is, qui habet priuilegium, ne possit con-
demnari in expensis, & condemnatus non teneatur soluere; idē
sit seruandum aduersario suo, ne teneatur ad expensas versus pri-
uilegiatum, vt seruetur æqualitas, *l. fin. C. de fruct. & lit. expen.* † Am- 10
plia; quia inter vasallum & dominum æqualitas seruatur, vt pro
causis, pro quibus vasallus perdit feudum, pro eisdem dominus
amittat proprietatem feudi, si delinquant in alterutrum, *c. 1. §. do-*
mino committente si de feud. defun. fuerit controu. † Limita in causa cri- 11
minali; quia magis fauetur accusato in dilationibus. Signor. *consil.*
160. *in pr. per tot.* † Declara; quia non plus conceditur accusatori, 12
quam accusato, sed æqua lance iudicantur. *c. 2. 4. quæst.* 4. vbi gl.

quod non datur acceptio personarum in iudicio. † Limita; quia fauendum est actori circa interpretationem libelli; quia secundum eius mentem verba sunt intelligenda. Fulg. *cons.*13. *in pr.n.*1.
14 † Extende; quia magis creditur actori, quam reo in iis, quæ exponunt; quia reus semper negat, ex quo inuitus substinet iudicium.
15 Ful. *d.cons.*13. *n.*1. *ver. credendum namque.* † Limita in decisione; quia
16 in dubio fauendum est reo. *l. inter pares. ff. de re iud.* † Restringe, nisi reus nitatur ex prescriptione contra habentem titulum. Cuman. *cons.*159. *In dubium vertitur. in fin.* vbi, quod præscriptio dicitur improbum lucrum. Vide, *Claudicatio non admittitur, & quando secus. Concl.* 287. Vide Conclus. prox. seq.

Equalitas in iudiciis non seruatur; quia plus reo, quam actori fauetur. Concl. 307.

1 REVS † melioris conditionis est, quam actor in probationibus, seu probandi facultate; quia reo plus fauetur. Oldrad.
2 *cons.*311. *n.*3. *ver. item super articulo.* Vide, *Fauendū reo, & quādo. Concl.* 285. † Amplia, vt procedat tam in causa criminali, quā ciuili; quia probationibus accusati est fauendum magis, quam accusatoris.
3 Oldrad. *cons.*145. *in fi* † Extende in dilationibus; quia plus fauetur accusato, cui dantur tres dilationes, quam accusatori, cui dantur
4 duæ tantum. Signor *cons.*160. *in pr. & per tot.* † Amplia, vt reus in pari probatione cum actore absolui debeat. Oldrad. *cons.*274. *n.*
2. Vide, *Probationes inter plures in concursu plenior præualet. Concl.*798.
5 † Amplia, vt exceptio dilatoria, quæ repellit agentem à iudicio, licet admittatur contra actorem; non tamen admittitur contra reum; quia esset tollere defensionē, quæ est de iure naturæ, prout si esset excommunicatus, vel vsurarius; quia nihilominus admitti debet, vt se defendat. Lap. *alleg.*55. *n.*5. *ver. de quarto patet. & nu.*7.
6 *ver. exceptio vsurarum.* † Amplia; quia si probatio actoris est dubia, non potest obtinere, sed reus debet absolui; quia melioris conditionis est. Alex. *cons.*50. *Visis, & opportune. n.*9. *versic. sed non probatur.*
7 *lib.*1. † Amplia in dispositione statuti; quia pro reo iudicandum est in dubio, maxime, quando statutum est contra ius commune, quod quis non possit vendere rem communem, vel quid simile.
8 Alexand. *cons.*52. *Viso themate, in fin. lib.*1. Vide, *Fauendum probationibus, &c. Concl.*86. Vide Conclusionem prox. præced. † Limita;
9 quia iudicium non debet claudicare. Vide, *Actori fauendum, &c. Conclus.*120. Vide, *Claudicatio non admittitur. & quando secus. Concl.* 289. Vide, *Index inter dubias probationes quid iudicare debeat. Conclus.* 392. *& Conclus. ibi prox præced.*

Equiparatorum idem est iudicium, & quando procedat. Concl 308.

1 ÆQVIPARATORVM † idem est iudicium; ideo æquiparatio de vicaria perpetua æquiparata parochiali Ecclesiæ per *clem.*1. *de offic. vicar.* operatur, vt omnia iura loquentia de parochiali habeant locum in vicaria perpetua. Cald. *cons.*12. *Statutum*
2 *disponens circa fin. ver. bene facit. de constit.* † Amplia; quia dispositio loquens in casu vero trahitur ad casum fictum per æquiparationem inductum, maxime, quando subest eadem ratio. Alex. *in l.*1. §. *lex Falcidia. ff. ad l. Falcid. n.*9. Ias. *Instit. de action. §. ex maleficiis. n.*39. *ver. nostis. quod regula.* Socin. *consil.*1. *In casu supra narrato. n.*10. *& seq.*
3 *lib.*1. *ver. quod pariæ sunt.* † Amplia in tantū, vt si fiat extensio vnius capituli ad aliud etiam in materia statuti, omnia dicta, & posita in capitulo præcedenti, ad quod fit relatio, censeantur repetita in alio capitulo, quod habet relationem, vel æquiparationem.
4 Gemin. *cons.*67. *in pr. ver. sed natura extensionis.* † Amplia; quia vbicunque æquiparatio fit de casu ficto ad verum, dispositum in casu vero habet locum in casu ficto, & è cōtra, etiam in materia statuti; secus est, quando similitudo inducitur; quia tunc statutum loquens in vno casu non trahitur ad simile. Socin. *d. cons.*1. *n.*9. &
5 *multis seqq. ver. non obstat. lib.*1. † Amplia; quia statutum Florentiæ inducens, quod scriptura alicuius in libro tertii habeat hypothecam, & executionem paratam scripturæ guarentigiatæ, & tanquam si esset publicum instrumentum, operatur, quod reuera talis scriptura exequitur, prout instrumentum guarentigiatum, & effectus hypothecæ habet plenum effectum, prout si in instrumento esset apposita. Socin. *cons.*240. *Circa præsentem. in princ. lib.*2.
6 † Extende etiam contra tertium habentem instrumentum publicum posterius, Socin. *d. cons.*240. *n.*3. *vers. secundo contra præmissa.*
7 *lib.*2. † Contrarium in hoc vltimo, vt præiudicet tertio, tenet Tiraquel. *de retract. conuentional. §.*1. *gl.*7. *n.*57. † Amplia; quia tantum
operatur oppositum in opposito, quantum propositum in pro-
9 posito. Anchar. *cons.*179. *Prima facie. in princ.* † Amplia; quia si statutum adæquat hypothecam tacitam expressæ, etiam confert omnia priuilegia tacitæ, quæ competunt expressæ; ideo dos, quæ ex sua tacita posteriori præfertur alteri tacitæ anteriori, non autem expressæ anteriori, amplius non habebit prælationem tacitæ anterioris propter adæquationem. Rom. plene *cons.*147. *Licet hæc pars. per tot.* vbi plena apostil. *in ver. contrarium*, citat concord. *in ver. expresse.* † Extende; quia scriptura priuata trino teste subscripta, 10
quæ æquiparatur publicæ, habet omnia priuilegia, quæ habet scriptura publica. *d. scripturas. C. qui potior. in pignor.* Rom. *d. cons.*147.
*n.*2. † Extende; quia lex, quando fingit stipulationem, censetur 11
tribuere omnia priuilegia huic stipulationi, quę habet vera stipulatio. *l. vnica. in princ. C. de rei vxor. action.* Roman. *d. consil.*147. *circa medium. vers. sicut, & quando.* † Extende; quia generale est in omni 12
adæquato, vt habeat eadem priuilegia, quæ habet id, cui fit adæquatio. Roman. *cons.*147. *num.*2. *ver. tertio quia.* † Amplia; quia in 13
iis, in quibus statuentes possunt disponere, fictio habetur pro veritate; ideo si dicat statutum, quod quis habeatur pro vero ciue, erit verus ciuis. Paris. *cons.*71. *Consultatio absoluta. num.*5. *lib.*1. Vide,
*Ciuilitas concessa quid conferat effecto ciui. Conclus.*276. † Amplia; quia 14
in parificatis, & æquiparatis idem ius disponitur etiam per extensionem; quia dispositum de vno extenditur ad aliud. Io. de Ana. *consil.*27. *Viso casu. num.*3. *vers. secundo hoc probatur.* Decian. *consil.*45.
*num.*35. *lib.*1. Roman. *consil.*129. *Licet magna. in princ.* vbi plenissima apostill. *in ver purificatum.* citat plurimos. Alexand. *cons.*17. *Visis, & consideratis. num.*3. *ver. modo sic. lib.*3. vbi plena apostill. *in ver. æquiparatum.* † Extende, vt imo procedat etiam in materia pœnali exor- 15
bitanti, & correctoria; quia sicut Episcopus, & Capitulum tenentur ad reparationem Ecclesiæ Cathedralis; ita etiam tenentur ad ornamenta non superflua, sed necessaria, plene Barba. *cons.*
26. *per tot. lib.*3. † Idem dicit Abb. *cons.*75. *num.*6. *vers. præterea statu-* 16
*tum. lib.*1. quod statutum æquiparans auum paternum, & agnatos, si mandat, quod agnati excludant matrem, etiam auus paternus excludet eam, licet de eo non loquatur statutum, nec dici potest casus omissus, ex quo ab ipso auo prouenient agnati, & sunt remotiores, & propter æquiparationem, etiam in materia odiosa, & corrigibili idem ius est; quia extensio non est, sed mens apparens. † Idem dicit Alex. *cons.*117 *Viso titulo. n.*15. & 16. *ver. con-* 17
*firmo. lib.*6. vbi, quod procedit in dispositione stricta & odiosa statuti loquentis, puta vno casu, videlicet non extantibus filiis; quia habebit locū, etiam si extant, sed non succedunt; quia paria sunt, non esse, & esse sine effectu, vbi apostil. *in ver pari.* dat concord. & item Alexand. ibi iterum *n.*19. *ver. quia.* vbi duo casus. † Declara; 18
quia si æquiparatio est regularis, & vniuersalis; tunc dispositum in vno æquiparato non procedit in alio ex correctoriis, & pœnalibus; secus, si regulariter sunt æquiparata, & vniuersaliter. Barbat. *dict. consil.*26. *in princ. lib.*3. † Contrarium dicit Alexand. quia 19
sufficit, quod æquiparatio sit, quoad illud, de quo agitur; quia fit extensio in correctoriis, *consil.*171. *num.*2. *lib.*7. vbi dicit esse verum, quando non fit extensio de persona ad personam. † Re- 20
stringe, vt non procedat in materia statuti, & correctoria iuris communis, etiam si eadem sit ratio. Ioan. de Anan. *d. cons.*27. *n.*7.
& 8. ver. non obstat. † Contrarium Alexand. *d. consil.*171. *num.*3. *lib.*7. 21
vbi, quod imo habet locum in æquiparatis, quando extensio non fit ad casus habentes dictionem taxatiuam, *tantum*, neq; de persona ad personam; imo *num.*4. dicit, quod cessante æquiparatione fit extensio in correctoriis, quando ratio est expressa, & militat in casu extenso. † Amplia, maxime, quando æquiparatio fit in 22
omnibus, & per omnia; quia tunc dispositum in vno procedit in alio absolute. Curt. Sen. *consil.*48. *num.*19. *& consil.*49. *num.*43. Vi
de Clausula, *in omnibus & per omnia. Conclus.* 354. † Amplia; quia si 23
duo in eadem constitutione æquiparantur, dispositum postea in vno ex æquiparatis censetur etiam dispositum in alio. Rom. *cons.*
52. *Visa municipali. num.*9. *versic. sexto ad idem.* vbi apostill. *in ver. parte*, citat Abb. *consil.*75. *Primo est videndum. num.*6. *lib.*1. & idem tenet ipse Roman. *consil.*129. *Licet magna in princ.* vbi prima apostilla *in ver. purificatum*, citat plures concord. & plura consilia Roman. & idem Roman. *consil.*179. *nu.*12. *vers. non obstat secunda ratio.* † Ex- 24
tende, vt procedat in statuto, vt idem Romanus loquitur *d. cons.*
32. *num.*9. *versic. sexto ad idem. & consil.*129. *in princ.* † Extende in le- 25
ge generali. Roman. *d. consil.*129. *in prin.* † Extende, etiam si ex lar- 26
ga vocabuli significatione casus ille à communi iure parificatus, & in statuto non expressus sub expresso comprehendatur. Rom.
*d. cons.*129. *circa princ.* allegat *cap. ad audientiam. & cap. cum dilectus. de cleric. non resid.* † Extende; quia quotiescunque duo casus æqui- 27
parantur, excluso per vnum ex æquiparatis etiam excluditur per alium. Roman. *d. cons.*32. *nu*9. *vers. nota, quod quoties.* vbi vult, quod statutum excludens descendentes & ascendentes per lineam

materi-

maternam, stantibus ascendentibus & descendentibus per lineã paternam; quod auus paternus excludit matrẽ; quia descendens æquiparatus auo paterno excluderet matrem, & hoc etiam tenẽt Abbas *consil.75. Primo videndum.n.6.ver. preterea statutum.lib.1.* Ca-28 strens. in eodem casu *cons.175.lib.1.* † Declara; quia ista procedunt, quando in omnibus æquiparantur, & in casu, de quo agitur, alias non. Ang. Aret. *consi.23. Viso dicto themate.nu.19.ver. & ex hoc etiam.*
29 † Amplia; quia adæquatio vnius rei ad alteram operatur, vt quic. quid pluris priuilegii habet res, cui fit adæquatio, censeatur communicatum rei adæquatæ. Alexan. *consi.58. in causa mota.n.7. ver.*
30 *probatur ex magistrali doctrina.lib.7.* Vide, *Correlatiuorum par cõditio.* *Concl.1041.* † Amplia; quia etiam in correctoriis procedit argumentum, vt correcto vno ex æquiparatis etiam aliud censeatur
31 correctum, de quo articulo Vide, *Extensio non fit in correctoriis. Concl.* *663.num.48. & seq.* vbi pro vtraque parte, & declaratur. † Limita, quia si subest ratio diuersitatis, tunc non valet argumentum de vno æquiparato ad aliud. Roman. *consi.120. Circa primum.co-*
32 *lum.penult. versi. vltimo, neque enim. & consi.179. Amplissime Doctor. num.12. versi. secundo quia, cum sequen.* † Limita, quod procedit regula, quando duo parificantur, & aliquid postea statuitur in vno ex parificatis, quia extenditur ad aliud; secus si nihil statuitur de nouo, ita arguit Rom. *d. consi.179.num.12. ver. secundo quia, & posito.*
33 † Contrarium tenet apostilla ad Roman. *d. consi.179.n.12. in ver.* *eodem iure*, quæ citat Crauett. *de antiq. tempor. in 4. parte.n.73.* & est ratio euidens; quia facta æquiparatione ab initio, si nihil contingat de nouo concedi, nõ tñ cessat, quin quoad cõcessa parificen-
34 tur. † Limita; quia non procedit, si superueniat aliquid ad fauorem vnius ex parificatis, quod non respiciat parificationem, & sic extra æquiparationem. Roman. *d. consil.179. num.12. in fin. versi.*
35 *ut ire sponderetur*, vbi apostilla in *ver. parificatio*, quæ citat concord. Vide, *Adæquatio quid sit, & importet. Concl.* 174. Vide, *Priuilegium*
36 *concessum ad instar alterius. Concluſ.763.*

Equipollentia verba quando, & quibus casibus admittantur. Concluſ.309.

1 AEQVIPOLLENTIA † verba sufficiunt in casibus, in quibus forma specialis nõ est de substantia; quia de iure Canonico, & in foro Ecclesiastico, sufficit, quod illud sequatur, quod exprimi debuit. Federic. de Sen. *consi.158. Reuerende Pater, in princ.*
2 Vide, *Forma quando debeat impleri in forma specifica. Concluſ.413. cum Conclusio. ibi proxima sequen.* Vide, *Forma potest impleri per æquipollens. Concluſ.417.*

Equitas quid sit, & in quo differat à iure scripto, & illi prævaleat, vel non. Concluſ.310.

1 AEQVITAS † est quædam factorum conuenientia. *l. Iulianus.* 2 *ff. de legib.* † Est rectitudo iudicii naturalem sequens rationem. Bald. in *l. omnes populi. num.19. ff. de iust & iur.* Decian. *consil.36.*
3 *num.42. lib.1.* † Et æquitas est ipsa iustitia naturalis, & in effectu differt à iure; quia per disputationes iuris prudentum elimatur æquitas, & fit ius scriptum, prout dicimus de scypho argenteo elimato producto à naturali materia argentea, ita Fulgos. ex mente
4 aliorum in *l.1.n.7. & seq. C. de legib.* † Et æquitas est quædam æqualitas de seipso in alium secundum naturam, vt quod tibi non vis
5 fieri, alteri ne feceris, de qua in *titu. quod quisque iuris.* † Et ideo æquitatem dicit lex naturę, neminem cum alterius detrimento lo-
6 cupletari. *l. iure naturæ. ff. de reg iur.* † Et æquitate in specta fit diuisio in articulo indissolubili, & talis diuisio, quæ vtrique parti fit, dicitur æquitatem habere. Bart. in *l. si extraneus. ff. de cond. causa data, in fi.*
7 *verb.* † Ius autem canonicum clarius dicit, naturale ius consistere in eo, vt alteri non facias, quod tibi non vis fieri, vt *c.1. dist.1.* quod etiam ius ciuile agnoscit. *Instit. de iustit. & iur. §. iuris præcepta.* vbi gl.
8 *& in rubr. quod quisque iuris.* † Et ad hoc tendunt omnia iura, vt æquum ab iniquo discernatur, & verum à falso. *l.1. ff. de iust. & iur.*
9 Ant. de Butr. *cons.27. nu.2. ver. hæc sunt.* † Et est æquitas admirabile quoddam temperamentũ, quod ex perfecta ratione omnia mo-
10 deratur. *l. finus. ff. de in integr. restit.* Couarr. in 2. *par. relectio. c. possessor,* *de reg. iur. §.6.nu.3.* † Æquitas est medium inter rigorem & dispensationem, siue misericordiam. Io. Randeus *tract de dispensat. Episc.*
11 *part.1. §. item aggredior. num.3.* † Et æquitas est iustitia dulcore misericordiæ temperata. Iaſ. in *l. si sic legatum. nu.15. ff. de leg.1. & inl. plaeuit. num.2. C. de iudic.* Ioan Rand. *d. tract. de dispens. Episcop. part.1. §.*
12 *item aggredior, num.3. in tract. antiq. volum.14. fol.56.* vbi, quod rigor misericordia est temperandus, ex quo causatur æquitas, quę semper debet esse ante oculos iudicis. † Item est iudicium, in quo cir-

cumscriptis regulis iuris statuitur ad dictamen rationis naturalis. Iaſ. *d. l. placuit. nu.2. C. de iudic.* † Et æquitas nihil aliud est, quam na- 13
turalis ratio. Bald. in *l.2. C. de dot. promiſſ.* Iaſ. *d. l. placuit. n.2. C. de iudic.*
† Quando æquitas præferatur iuri scripto, vel è contra, Vide ple- 14
ne Fulgos. *d. l.1. C. de legib. nu.8.* vbi, quod si vtrumque est scriptum, præfertur vltimo scriptum, si hoc non apparet, præfertur, quod est dispositum in specie, vel magis in specie, si neutrum scriptum est, præfertur æquitas, si alterum scriptum, alterum non, præfertur, quod est scriptum, plene Iaſ. in *d. l. placuit. C. de iudic.* † Extẽdei 15
quia exequutio de stricto iure debita potest suspendi per iudicẽ æquitate suadente. Bart. Castrens. & alii in *l.4. §. condemnatum. ff. de reiudic.* Roman. *cons.244. Pro euidentia dicendorum.* † Et opponitur 16
æquitas rigori scripto; quia rigor, & summum ius dicitur, quando que summa iniuria, & dicitur tale ius rigorosum subtile, quod non admittit aliquam interpretationem. Couarr. *d. 2. par. relectio. c. possessor, de reg. iur. §.6.n.3. & seq.* vbi late examinat, quid æquitas, quid rigor. Vide Concluſ. proxim. seq. Vide, *Rigor in quibus æquitati præferri debeat. Concluſ.353.*

Equitatis quæ esse dicantur, & quid operetur æquitas. Concluſ.311.

POENÆ † corporales si plures imponantur non accumulari- 1
ue, minor pœna dicitur esse æquitatis, maior verò dicetur esse rigoris; ideo minor sola attenditur, quia æquitas scripta præfertur rigori scripto. Bald. *consi.250. In quæst. D. Milani. num.12. ver. quædam alia. lib.1.* † Amplia; quia causæ mercatorum, & de rebus mercan- 2
tilibus tractantur secundum veritatem & æquitatem; quia forus & curia mercatorum fundatur super æquitate. Vide, *Mercatorum* 3
causæ habent multa priuilegia, & quando secus. Concluſ.207. † Amplia; quia omnis contractus, vt est donatio, vnio, & translatio de consensu, & ex causa rationabili dicitur super æquitate naturali fundari. Calder. *consi.267. in pr. ver. multo ergo fortius*, alias, *5. de reb. eccles. non alienan.* † Amplia; quia æquitas versatur, vbicunque res mea 4
peruenit ad te ex titulo lucratiuo sine causa à me, quo casu sæpe attenditur æquitas, & præfertur rigori, vt tenearis restituere etiam semoto circuitu; qa forte inepta actio fuerit proposita. Petr. de Ancharan. *consi.23. nu.11. & sequen. ver. ad secundum*, vbi, quod æquitas ibi est, vbi scripta in lege potest applicari. † Et non reperi- 5
tur maior æquitas, quam quod res restituatur domino suo. Guid. Pap. *quæst.362. vtrum officium iudicis*, vbi licet explicite hoc non dicat; probatur tamen in *l. iure naturæ. ff. de reg. iur.* vide infra *num. 22.* *& sequen.* Vide, *Locupletari cum aliena iactura nemo debet. Concluſ.438.*
† Amplia; quia dubius intellectus reduci debet ad æquitatem le- 6
gis, quæ debet esse, sicut æquitas iudicis, & boni viri, quæ debet esse columna in medio, & non angulus, neque fautor partialis. Bald. *consi.486. Istud est ordinamentũ, circa fin. ver. octauo. lib.2.* † Am- 7
plia; quia ex æquitate fuit introductum, vt filius succedat in locum patris, quando agitur de successione cum patruo, tam de iure communi, quam etiam in inuestitura primogeniti. Castrens. *consi.164. In præsenti causa. colum.7. num.6. in fin. & colum.8. in pr. lib.2.*
† Amplia; quia vbicumque veritas obligationis deprehenditur, 8
per quam obligatio naturalis orta est, ibi dicitur concurrere æquitas; ideo pactum nudũ valet de æquitate; item obligatio mulieris, non seruata forma statuti, quando statutum non prohibet directe fieri posse actum, sed illum annullat post factum. Ang. *consi.* *353. Florentiæ Ciuitatis, in pr.* † Amplia; quia æquitas requirit, quod 9
bona ascendentium æqualiter diuidantur inter filios. Alexand. *consi.26. Consideratis verbis. n.4. lib.4.* † Amplia; quia vbicunque iu- 10
dicis arbitrium intrat, debet æquitate seruare. Petr. de Anchar. *consi.57. Quædam ex prædictis. n.3. l. quod si Ephesi. §. interdum.* vbi Iason. *nu.2. ff. de eo, quod cert. loc.* vbi declarat. † Amplia; quia in dubio illa 11
opinio, quæ fũdatur super æquitate, debet seruari, ideo in dubio pro opinione, quæ inducit purgationem moræ, ex quo purgatio morę est ex æquitate Canonica. *Pedemont. decis.71. in fine* † Amplia, 12
qa æquitas dicitur mater exceptionis; ergo exceptio dicitur esse ex æquitate. Signorol. *consil.139. num.6.* † Amplia; quia vbicun- 13
que lex concedit alicui potestatem latam in præiudicium alterius, prout creditori hypothecario, ꝙ possit capere omnia bona debitoris in exequutione, vt satisfiat; si tamen petit adiudicari sibi bona debitoris, compellitur ex æquitate capere bona arbitrio boni viri, nec admittitur, si velit scindere bona, & capere vineata, & oliuata tantum. Bald. in *authen. hoc nisi. C. de solution.* † Exten- 14
de; quia creditor habens pignus in pluribus corporibus cum facultate illa vendendi, intelligitur bona fide, vt si aliqua sufficiant, non vendat omnia; & si minus pretiosa sufficiunt, non vendat pretiosiora; quia esset in dolo, & æquitas hoc non admittit.

15 Neguſ. *de pignor. in 1. memb. 6. partis. ver. quinto limita.* † Extende, quia filius, qui habet facultatem eligendi legitimam, vel Trebellianicam, poteſt ſic eligere; dummodo bona fide eligat, non de
☞ melioribus, neque ſcindat omnia corpora. Vide, *Legitima ex qui-*
16 *bus debeatur, vel non, & quomodo extrahatur. Concluſ.* 195. † Extende; quia hypothecarius creditor, qui poteſt auocare omnia bona ſibi hypothecata à tertio poſſeſſore, qui emit poſt hypothecam, habet electionem, in quibus bonis velit ſatisfieri. Bald. *d. auth. hoc niſi. C. de ſolut.* non tamen poſſet velle domum, & relinquere præ-
17 dium, vel è contra, quando vnico pretio ſunt vendita. † Amplia; quia iudex in iis, quæ ex officio ſuo poteſt, vel debet ſupplere, debet etiam æquitatem ſeruare, prout in taxando intereſſe incerto, & non probato, quando debitum eſt, dixit Bald. *conſ.* 270. *n.* 8.
18 *lib.* 1. Vide, *Equitas quid ſit. Concl. proxim. præced.* † Amplia; quia æqui-
☞ tas vbi ſubeſſe poteſt, inducit interpretationem, quæ dicitur probabilis; vbi vero interpretatio fit per rationem, dicitur neceſſaria. Bald. *conſil.* 411. *Quidam Mediolanenſis, circa princ. ver. ſed certe. lib.* 1.
19 † Imo nulla melior fieri poteſt interpretatio, quam ſecundum æ-
20 quitatem. Decian. *conſi.* 52. *nu.* 3. *lib.* 2. † Et operatur æquitas, quod indefinita æquipollet vniuerſali, prout quando ſubeſt eadem ra-
21 tio. Alex. *conſ.* 26. *Conſideratis verbis. num.* 4. *lib.* 4. † Declara; quia aliquando æquitas reducitur ad iniquum, & admittitur iniquitas; quando ex natura rei oritur. Caſtrenſ. *conſi.* 164. *In præſenti cauſa. colum.* 8. *in princ. num.* 6 *lib.* 2. allegat *l.* 1. §. *penult. & fin. ff. d. aqua pluuia. arcend.* vbi ſi quis acquiſiuit ſeruitutem eundi per fundum vicini, & decedat relictis pluribus filiis, licet ſeruitus multorum fiat
22 indiſcreta & onerosa, tamen toleratur propter naturā rei. † Amplia; quia licet actio perſonalis non detur contra tertium poſſeſſorem; tamen fallit, vbicunque ſubeſt æquitas, veluti ſi res mei debitoris deuenit ad tertiū ex cauſa lucratiua; quia æquitas ſuadet, quod detur actio in factū generalis ad illam rem, vel ad tantundem. Caſtr. *conſi.* 62. *colum.* 1. *& conſil.* 96. *in fin. lib.* 1. ſupra *num.* 5.
23 † Et ſi res mea quouis modo deuenit ad te ex cauſa lucratiua, vel ſine cauſa, æquitas intrat ex *l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet.* Anchar. *conſ.* 23. *n* 11. *vſque in fi.* & dicit Bald. *conſ.* 349. *nu.* 3. *ver. conſidera.* quod ille tex. tantæ æquitatis deberet eſſe ſpeculum mercatorum. *lib.* 1.
24 † Et quod dicitur de re mea, habet locum in poſſeſſione rei meæ; quia ſi poſſeſſio rei meæ peruenit ad te, dūmodo ego ſim bonæ fidei, poſſum agere etiam remedio poſſeſſorio, vt poſſeſſio mihi reſtituatur, remedio *l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet.* Alex. *conſ.* 200.
25 *num.* 3. *lib.* 2. † Æquitas eſt adeo amica legi ciuili, & prætoriæ, vt leges tam ciuiles, quam prætoriæ fingant aliquid non verum, dummodo ſit coloratum; dicitur tamen ita verum, vt non admittatur probatio in contrarium. Chriſtophor. Caſtillio. *conſ.* 13. *In facto proponitur. quod B. nu.* 2. *& ſeq.* vbi ponit infinita exempla, quæ videas.
26 † Declara; quia illa dicitur æquitas vera, quæ ineſt à natura, vt quod quiſque vellet in ſe ipſo, faciat in alio, quia hoc æquitatis eſſe dicitur; ſecus ſi in ſe ipſo non admitteret. Roman. *conſi.* 205. *In puncto, in fi.* vbi dicit, quod non dicitur æquitas, ſed potius iniquitas, ſi arbiter, vel arbitrator vellet, quod priuata ſcriptura proba-
27 ret pro ſcribente contra tertium prætextu æquitatis. † Amplia; quia æquitas eſt tantæ potentiæ, vt vbicunque æquitas ſubeſt, licitum ſit inducere fallentiam legi, vt non habeat locum lex in illo caſu contra æquitatem naturalem, eſt tex. iuncta gloſſ. in *auth. vt ſine prohibit.* & ibi gloſſ. in *ver. exiſtimamus*, quæ dicit nota mirabile,
28 quod vbi ſubeſt æquitas, legem fallimus. † Extende, vt per Abb. in *conſ. ſuper Concilio Baſilienſi. in* 1. *dub. colum.* 10 *in fi. ver. idem ergo fortius.* Vide, *Rigor quid ſit, & rigoris quæ eſſe dicantur. Concl.* 352. Vide, *Adiudicatio bonorum de quibus bonis & qualiter fiat. Concluſ.* 199.

Equitas in quibus præferatur rigori, vel non. Concluſio 512.

1 AEQVITAS † ſcripta ſemper præfertur rigori ſcripto, *l. in o-*
2 *mnibus. ff. de regul. iur.* † Et iudex debet ſemper habere æquitatem ante oculos. *l. quod ſi Epheſi. ff. de eo, quod cert. loc.* vbi Iaſo. *num.* 2.
3 vbi plura congerit in §. *interdum.* † Et vbi ſunt diuerſæ opiniones, ſemper opinio magis æqua attendi debet, & ſi litera legis non repugnat, debet amplecti. *l. qui filium. §. imperator. ff. ad Trebellia.* Bald.
4 *conſi.* 36. *De iure communi, ad ſi. lib.* 4. † Amplia; quia valet argumentum; aliquid poteſt fieri, & permittitur ex actu rigoroſo, vt ex præſcriptione, vel ex re iudicata propter deſertionem appellationis; ergo multo magis ex conſenſu, & contractu ſolemni, qui fundatur ſuper naturali æquitate. Calder. *conſ.* 267. alias 5. *de reb. Eccleſ.*
5 *circa princip. ver. nam prædicta.* † Amplia; quia æquitas præfertur rigori, quando eſt ſcripta, tam æquitas, quam rigor; ideo detinens rem meam ſine cauſa à me ex titulo lucratiuo, debet mihi condemnari ad reſtitutionem etiam ex inepta petitione, per quam veniret noua actio inſtituenda propter æquitatem ſcriptam in *l. ſi me & Titium. ff. ſi cert. pet. at.* Petr. de Anch. *conſil.* 23. *num.* 11. *verſ. ad ſecundum.* † Amplia maxime in pœnis corporalibus; quia ſi plu-6
res pœnæ ſunt impoſitæ, minor ſola attenditur, ſi alia non eſt accumulatiua; quia minor eſt de æquitate, maior de rigore. Bald. *conſil.* 250. *In quæſtione d. Milani. num.* 12. *ver. quædam alia. lib.* 1. † Am-7
plia in materia feudali; quia potius æquitas eſt attendenda contra feudatarium, quam rigor. Bald. *conſil.* 429. *Quidam nobilis. num.* 2. *ver. item regula. lib.* 1. † Amplia in pactis; quia pacta ſemper ſunt 8
intelligenda ſecundum æquitatem, & naturam contractus. Bald. *conſ.* 434. *Pactum inter, circa fin. ver. nam dicere contrarium. lib.* 1. vbi, quod æquitas præfertur ſubtilitati, & dialecticæ argumentationi. † Amplia in interpretandis opinionibus dubiis legis & homi-9
nis; quia opinio, quæ habet maiorem æquitatem, eſt attendenda. Bald. *conſil.* 486. *Iſtud eſt ordinamentum, circa fin. ver octauo. lib.* 2. † Et quod opinio, quæ habet maiorem æquitatem inter opi-10
niones controuerſas, ſit amplectenda. Clar. in *§. fin. queſt.* 51. *in fin. & num.* 9. *in fin.* vbi, quod mitior, humanior, & benignior opinio ſemper præfertur rigoroſæ opinioni. † Amplia coram arbitris, 11
ſeu arbitratoribus, vel aliis, in quos eſt collata facultas procedendi de bono, & æquo, ſeu de iure, & de facto. Angel. *conſil.* 353. *Florentiæ Ciuitatis. num.* 3. *colum.* 3. *in princ.* † Ampla; quia ius Cano-12
nicum amplectitur ſemper æquitatem contra iuris ſubtilitates, & rigores. Petr. Ancharan. *conſil.* 79. *Subtiliter, & ſuccincte, in princ.* † Et ideo Eccleſia minus honeſte extorquet pœnas. *cap. fraterni-*13
tas. 12. *queſt.* 2. Petr. Ancharan. *d. conſ.* 79. *in pr.* † Iudex ſequi debet 14
æquitatem, & illam ſemper præ oculis habere tanquam lapidem angularem. Bald. in *cap. quoniam contra. per illum text. de prob.* & hinc eſt, quod iudex debet eſſe tanquam pater. gloſſ. in *authen. de defenſor. ciuit. in princ.* † Et debet iudex propter æquitatem, ſi videt eſſe 15
iuſtum, ſuſpendere per aliquod tempus exequutionem. Rom. *conſi.* 244. *Pro euidentia.* Bart. in *l.* 4. §. *condemnatum.* vbi Caſtrenſ. *de re iudic.* † Limita in æquitate non ſcripta, quæ eſt ex proprio capi-16
te iudicis; quia illa non præfertur rigori ſcripto. Fulgoſ. *conſi.* 158. *Domina Graccolina. n* 3. vbi, quod iudex debet condemnare victū in expenſis, & ſine cauſa prætextu æquitatis nō debet abſoluere, niſi habuerit iuſtam cauſam litigandi. † Extende; quia æquitas 17
cerebrina ex ſuo capite nō dicitur æquitas, ſed iniquitas quando eſt contra leges; ideo nō attendenda. Iaſo. *dict. l. quod ſi Epheſi. §. interdum, in fin. ff. de eo, quod certo loco.* Bald. & alii, quos citat Decian. *conſ.* 36. *nu.* 42. *& ſequ. lib.* 1. Iaſ. in *d. l quod ſi Epheſi. §. interdum, in fi ff. de eo, quod cert. loc.* † Extende, quia ſicuti ſpecies derogat generi; ita ri-18
gor ſcriptus in ſpecie præfertur æquitati ſcriptæ in genere. Dyn. in *reg. poſſeſſor, de regul. iur. in* 6. Cyn. Bald. Alexan. & Iaſ. in *l. placuit. C. de iudic.* Felin. in *c. vigilanti. colum.* 4. *de præſcript.* † Extende; quia æqui-19
tas deſumpta argumentatiue ab alia materia, vel ſimili tanquam generalis non præfertur rigori in caſu ſpeciali. Bart. in *l. ſi fideiuſſor. §. quædam ff. mand.* Aretin. in *l.* 4. §. *Cato. ff. de verbor. oblig.* † Extende; 20
quia æquitas debet deſumi per viam ſilicatam legibus, & rationes communes. Decian. *d. conſi.* 39. *nu.* 43. † Et æquitas abuſiua, & quæ 21
habet naſum cereum, vel quæ deſumitur ex burſa, & paſſione, id. eo nō conſiſtit in cerebro particulari cuiuslibet, ſed in arte recti, & boni; ideo citra captionem eſt ſequenda. Decian. *d. conſ.* 36. *nu.* 44. *lib.* 1. † Et arbiter, & arbitrator, qui æquitatem ſeruare debet, 22
non poteſt contra legem iudicare prætextu æquitatis; quia eſſet æquitas ex cerebro ſuo, quæ non admittitur. Roman. *conſil.* 149. *Concluſionem. nu* 3. *ver non eſt ratio, quare.* vbi, quod debet admittere exceptionem præſcriptionis, quando cum bona fide poſſedit. Vide, *Rigor in quibus æquitati præferri debeat. Concluſ.* 353. ☞

Equus venditus ſi intra triduum moritur, & reperitur cor putridum. præſumitur tempore venditionis fuiſſe talis. Concluſio.

VIDE Maſcard. *Concluſ.* 632. *Equus venditus*, vbi, quod, qui dicit mortuum ex herba venenoſa, probare debet. Vide. *Morboſum animal vendens quando teneatur, vel non. Concluſ.* 384. *& Concl. ibi proxim. ſequen.* ☞

Equum commodatum fuiſſe mortuum naturaliter, qualiter probetur. Concluſio.

VIDE Maſcard. *Concluſ.* 633. *Equum ſibi commodatum*, vbi, quod identitas equi probanda eſt. Vide, *Identitas quid ſit, & probari debet. Concluſ.* 2. *num.* 4.

Equum ☞

Equum furatū fuisse asserens probare debet, & qualiter probet asserens equum suum. Concluſ.

VIDE Mascardum *Concluſ.* 634. *De modo probandi equum fuisse furto subtractum.* Vide, *Furtum factum fuisse qualiter probetur. Conclus.* 556.

Equum fuisse mortuum in bello, vel in itinere, qualiter probetur. Concluſ.

VIDE Mascardum *Concluſione* 635. *Equum esse mortuum in bello.*

Error calculi quanto tempore præscribatur. Concluſ. 313.

ERROR † calculi si est parens, nunquam præscribitur, sed potest semper allegari etiam per mille annos, veluti, si esset dictum, quod decem, & quindecim faciunt triginta; nam potest semper allegari iste error, siue sit in scriptura publica, & commissa à publico ministro, siue à priuato; quia nunquam dicitur fanatus lapsu temporis, etiam mille annorum. gloss. *in l.* 2. & ibi Bart. & alii, *C. de iure fisci. lib.* 10. & ibi Bald. declarat, quos refert & sequitur Iason *consil.* 210. *lib.* 2. † Restringe in alio errore non apparente; quia commissus à ministro publico præscribitur spatio triginta annorum per iura superius allegata. Ias. *in l.* 1. *C. de error. calculi. num.* 3.

Error calculi quando attendatur, vel non. Concluſio 314.

REGVLA, † quia error computationis nunquam nocet, si constat de errore. Dyn. *conſ.* 13. *Quæstio talis est, in quodam. n.* 6. *ver præterea error.* † Et quod calculatio, & computatio semper retractetur docto de errore, est tex. *in l.* 1. *C. de error. calculi.* Ruin. *conſ.* 7. *lib.* 4. Paris. *conſ.* 131. *n.* 16. *& seq. lib.* 1. quos sequitur Cephal. *conſ.* 196. *num.* 10. † Amplia; quia potest dari de errore calculi semper, quod constat de errore, tam in primo, quam in secunda instantia. Castr. *conſ.* 37. *In casu præsenti.* quem citat & sequitur Maluaticeus *conſ.* 111. *in princ.* † Amplia; quia socius, qui calculauit cum socio administrante, & vocauit se debitorem in certa summa, pro qua debitū solutū vineam, & iurauit non contrauenire, potest dicere de errore calculi petendi sociū compelli exhibere librum, cui non creditur, si dicat non habere, nisi doceat, quod amisit, & eo ipso, quod nō exhibet, ostendit se dolosum, & potest contra eum tamen litem. Io. de Imol. *conſil.* 65. *In quæstione. quæ vertitur.* † Amplia; quia error calculi semper potest allegari ab administratore, vel contra eum etiam facto calculo, & reddita ratione administrationis. *l. vnic. C. de error. calc.* Bart. *in l.* 2. *C. de iur. fisci. lib.* 10. Castr. *ibi* 10. *In casu præsenti. lib.* 2. Paris. *conſ.* 89. *lib* 1. *& conſ.* 55. *nu.* 28. *lib.* 3. Ias. *d. l.* 1. *C. de error. calc. n.* 6. † Et semper, quod quis allegat iterum calculari; quia fuit erratum, calculatio fieri debet de nouo. Ang. *Aret. conſ.* 48. *Videtur primo. n.* 12. *& seq. ver. secundo, quia.* vbi *n.* 14. dicit communem. † Extende; quia nedum in causa principali, sed etiam in causa appellationis error calculi allegari potest, siue fuerit allegatus error in prima instantia, siue non. Castr. *d. conſil.* 10. *in princ. lib.* 2. Ias. *d. l.* 1. *n.* 4. *C. de error. calc.* † Extende, etiam si alias fuerit facta calculatio de consensu; quia potest, & debet reuideri, si allegatur error. Castr. *d. l. vnica. C. de error. calcul.* quod intelligas, si constat de errore, vt quia res aliter se habere ostenditur. Aym. *conſ.* 37. *n.* 8. *& conſ.* 188. *n.* 11. Paris. de administratore *conſ.* 89. *n.* 17. *& seq.* † Extende; quia non solum semel, sed bis, & ter potest error calculi reuideri. *d. l.* 1. *C. de error. calcul.* Rom. *conſil.* 346. *n.* 11. sequitur Ias. *in d. l.* 1. *C. de error. calcul. n.* 7. *&* 8. vbi dicit * communem, quod error calculi potest reuideri, etiam si geminata, & pluries repetita calculatio facta fuerit; quia licet arguat deliberationem; non tamen tollit errorem. † Declara; quia error calculi semper potest reuideri, & calculus retractari pluries, nisi calculus transierit in iudicatum, vel transactio super eo interuenerit. Dec. *conſ.* 94. *n.* 2. Bald. *conſ.* 98 *lib.* 2. Fulgos. *conſ.* 142. Corn. *conſ.* 62. *volum.* 2. Menoch. *conſ.* 22. *n.* 10. † Contrarium tenet Ias. *d. l.* 1. *C. de error. calc. n. ver. puto.* vbi, quod liberatio censetur eodem errore facta, vel potius liberationis, quando est incontinenti post calculationem, secus si ex interuallo. † Extende, etiam si reus, qui petit reuideri calculum, prius negasset fuisse calculatum; quia non probatur vt contrarius exceptionibus. Ias. *d. l.* 1. *C. de error. calcul. n.* 6. † Amplia; quia error calculi lata sententia, à qua fuit appellatum, potest deduci, & allegari in causa appellationis; quia non deductam deducam, & non probatum probabo. *l. per hanc. C. de temp. appell.* Castr. plene *conſ.* 10. *In casu præsenti. in pr. lib.* 2. † Extende, etiam si in prima instantia fuisset allegatus; quia appellatio reducit omnia in statum, in quo erant ante latam sententiam, præterquam quod ad exceptiones dilatorias. Castr. *d. conſ.* 10. *in pr. lib.* 2. † Declara; quia error calculi attendi debet, quando probatur res aliter se habere, quam scriptura dictet; secus, si non probetur error; quia statur instrumētis, ex quo in facto proprio nō præsumitur error, nisi duo concurrant, videl. quod res aliter se habeat, & quod allegans errorem tractet de damno vitando, & non de lucro captādo. Bal. *conſ.* 231. *In causa nobilium. lib.* 2. Ceph. *conſ.* 562. *n.* 10. *& seq.* alleg. Anch. *conſ.* 331. vbi, quod calculatio est res difficilis, & eo ipso, quod docetur rem aliter se habere, cōstare dicitur de error. Ant. Galeaz. Maluat. *d. conſ.* 111. *in pr. & n.* 3. vbi dicit * omnes ita tenere, allegat Paris. *conſ.* 131. *n.* 28. *lib.* 1. plene Corn. *conſ.* 123. *n.* 5. *lib.* 1. † Contrariū, quod non sufficiat docere rem aliter se habere, nisi concurrant coniecturæ. Soc. *conſ.* 159. *n.* 24. *vers. potest dici. lib.* 2. † Declara; quia non sufficit docere rem aliter se habere, quando dans de errore tractat de lucro, secus, si damno vitādo. ita Ceph. *d. conſ.* 562. *n.* 24. *& seq.* vbi respōdit Socino, quod loquitur, quando in calculo aderat clausula, *ex certa scientia.* † Limita in errore tēporis; quia præiudicat errāti; quia inducitur lata culpa ex eo. Rui. *conſil.* 60. *n.* 2. *lib.* 4. † Limita in errore calculi in transactione; quia præiudicat, & quando, & qualiter, plene Rui. *conſ.* 134. *n.* 2. *& seq. lib.* 1. & est * communis opinio, vt Ias. *in d. l.* 1. *n.* 11. *& seq. C. de err. cal.* & ibi Dec. *n.* 3. & est ratio, vt tollatur infinitas. Ceph. *cōs.* 654. *n.* 14. *& seq.* † Extende; quia procedit limitatio sine dubio, quando disputabatur de errore calculi, & super ipso errore fuit calculatum; quia amplius non reuidetur error, neq; potest reuideri calculus. Ias. *d. l.* 1. *C. de err. calc. n.* 11. *in fi. ver. in ea gl.* † Extende, vt procedat etiam, quando partes errabant in calculo, & super simili errore transegerunt; quia adhuc nō potest dari de errore calculi, secundum * communem, de qua idem Ias. *d. l.* 1. *C. de err. calc. n.* 11. *in fi. ver. secundus casus. vsq; in fi.* vbi assignat rationem, quare nō detur stante transactione, sed bene stante stipulatione. † Extende; quia solutum per errorem ex causa transactionis non repetitur. Dec. *consil.* 349. *Visis allegationib n.* 2. † Declarat Dec. extensionem procedere, quando transactio est facta super errore calculi, de quo esset lis, alias secus. *d. conſ.* 349. *n.* 7. *& seq.* vbi idem, etiam si adsit iuramentum; quia non tollit errorem, & idem repetit *conſ. seq. n.* 5. *& seq. ver. non obstat.* plenius Ceph. *conſ.* 562. *n.* 17. *& seq.* † Declarat Maluatic. *d. conſ.* 111 *n.* 2. quod transactio excludit errorem calculi, quando fuit transactum cum deliberatione post calculum, & stante lite; secus, si statim facto calculo fit transactio; quia eadem facilitate erratur transigendo statim, qua erratum fuit calculando, allegat Soci. *conſ.* 159. *n.* 24. *lib.* 2. *ver. confirmantur prædicta.* † Extende; quia error calculi facti non potest allegari, si est deuentum ad pactum, & contractum, vltra calculationem; quia non potest reuideri. Bart. *in l.* 1. *C. de error. calc. n.* 5. † Contrarium, quod imo pactum, vel chirographum non tollat reuisionem calculi, licet factum sit super ipso calculo, late Ceph. *d. conſ.* 562. *n.* 16. *& seq.* vbi dicit nullam habere difficultatem. † Declarat idem Ceph. *d. consil.* 562. *n.* 16. *& seq.* quod si fuisset lis inter partes super calculo, vel errore calculi, & fieret pactum, vel cōuentio, aut chirographum; tunc quia haberet instar transactionis, non potest reuideri, secus, si non fuit lis inter partes super calculo, vel errore. † Declara; quia imo possunt iterum reuideri computa, dummodo statim reuideantur. Ias. *d. l.* 1. *n.* 6. *ver. puto. C. de error. calc.* qui loquitur in contractu, vel pacto, sed non in transactione, sed Maluat. *d. conſ.* 111 *n.* 2. loquitur, tam in pacto, quam in transactione statim post calculum factis; quia eadem facilitate mouentur, &c. † Limita; quia licet partes, vel iudex mandet calculari, non obstante instrumento celebrato; non tamen tollitur instrumētum quoad pacta, & alias conuentiones non pendentes à calculo, late Hier. Gabr. *conſ.* 61. *nu.* 6. *& seq.* † Limita; quia donec allegatur error, & non probatur, non tollitur interim effectus conuentionis. Gabr. *d. conſ.* 61. *nu.* 12. allegat Dec. *conſ.* 94. *in fi.* † Limita; quia res iudicata, vt quia latæ sunt tres sententiæ conformes super debito, operatur, quod error calculi non tollit rem iudicatam. Io. de Anan. *conſ.* 6. *n.* 3. vbi dicit * communem, quia regulare, & generale est, quod causa decisa sub velamento erroris qualiscunque non restauratur. *l. error facti. C. de iur. & fact. ign.* & clare hoc dicit tex. *in l. vnic. C. de error. calc.* Roma. *conſ.* 346. *In hac causa. n.* 10. *& seq. vers. nec refragatur.* † Extende, etiam si res iudicata sit ex vna sententia, quam condemnatus passus est transire in iudicatum. Ioan. de Anan. *d. conſ.* 6. *Viso puncto. num.* 12. *vers. iis non obstantibus. cum sequent.* vbi, quod res iudicata habetur pro veritate. Roman. *dict. consil.* 346. *num.* 10. *& seq. versic. nec refragatur.* † Extende idem, si is, qui petit calculari, renuntiauit appellationi;

quo casu censetur sententiam expresse approbasse, vnde nō potest cōtrauenire, etiam si sententia nō esset valida, quæ consensu partium fuit validata. Ludou. Bologn. *in addit. ad d. cons. 6. Io. de Anan. nu. 6.* † Idem multo magis, quando renuncians appellationi iurasset non venire contra, quia concurrit iuramentum, & res iu-
35 dicata. Ludou. Bolog. *d. apost. ad d. cons. 6. Io. de Anan. n. 6. & 7.* † Restringe, quādo essent electi calculatores, qui retulissent, & iudex super relatione pronunciasset, quia potest de errore opponi. Butr. quem refert Salic. in *l. 1. C. de error. calcul.* & Hieron. Gabriel. *cons. 43. in fi.* vbi, quod in curia Romana non datur exequutio sententiæ nullius, & dicitur nulla, si lata est super calculo, vel laudo errato.
36 † Contrarium tenet Io. de Anan. *d. cons. 6. n. 4. ver. non obstat dictum Iacob. vsque in fin.* vbi, quod sententia contra ius litigatoris transit in iudicatum, & præiudicat, & ideo imputandū est ei, qui potuit
37 appellare. † Restringe, vt non procedat, quando in sentētia esset expressus error calculi; quia tunc sententia cōtinens errorem expressum est nulla, & non obstat calculo nouo faciendo. Io. de An. *cons. 6. n. 4. ver. non obstat etiam*, plene Bart. & alii *in l. 1. C. de error. calc.* vbi Ias. *n. 9. & seq. ver. capio glo.* vbi facit tres casus, videlicet, quando est expressus, quia legitur oculo corporali, vel per relationē ad acta oculo intellectus, vel super inepto libello, quos videas. Ro-
38 man. *d. cons. 346. n. 10. & seq. ver. nec refragatur.* † Contrariū, quod imo semper possit dici de errore calculi etiā in exequutione sententiæ; quia non impugnat sententiā, sed modificat. Ang. Aretin. *Insti. de except. §. appellatur.* Ias. *in l. 1. C. de iur. & fact. ignoran.* Castr. *cōs.*
39 66. *Visis actis n. 3. vol. 2.* Ruin. *cōs. 52. Quis de plurib. n. 15. vol. 2.* † Restringe; quia si in prima instantia non est oppositus error calculi, sententia lata licet transiuerit in iudicatum; tamen non tollit errorem calculi, quin possit allegari, ita viderūt tenere Castr. *consil. 10. in princip. & per tot. lib. 2.* secus, si fuit allegatus, & super eo fuit lata
40 sententia, quæ transiuit in iudicatum. † Limita, quando extat iuramentum de non veniendo contra; quia nō potest dari de errore, ex quo iuramentum potest seruari sine interitu salutis æternæ. Ludouic. Bologn. *d. cons. Ioan. de Anan. 6. in apost. nu. 7. ver præterea.* & potest esse ratio; quia iuramentum habet vim sententiæ, & rei
41 iudicatæ. Cephal. *consil. 507. nu. 10.* † Contrarium tenet Dec. *cons. 349. Visis allegationibus num. 8. & sequ.* vbi latissime, quod iuramentum non tollit errorem, neque ignorantiam facti, licet tollat ignorantiam iuris, *& cons. seq. circa fin.* vbi, quod differunt error & ignorantia; quia ignorantia stat cum veritate, & error excludit
42 veritatem. † Imo Ant. Galeaz. Maluatice *us d consil. 111. n. 3.* tenet, quod non requiratur absolutio à iuramento; quia errans non po-
43 test dici periurus. † Limita; quia error calculi non potest allegari, postquam est conclusum in causa. Roman. *consil. 346. num. 7. & 8.*
44 *uncto ver. nec refragatur. quod.* † Declara; quia licet non possit reuocari in prima instantia post conclusum in causa; tamen poterit reuocari in secunda, vel vlteriori instantia, ante quam in ea sit con-
45 clusum. Rom. *d. cons. 346. n. 11. ver. nec refragatur. quod secundo.* † Limita in actu geminato, & triplicato; quia error allegari non potest; quia deliberatio, & certa scientia inducitur. Decia. *cons. 91. n.*
46 15. *lib. 3.* † Contrariū dicit tex. *l. 1. C. de error. calculi.* & esse regulare, quod licet sæpius fuerit calculatum; tamen possit dari de errore.
47 Cephal. *cons. 562. n. 17.* Maluatice *d. cons. 111.* † Declara; quia forte si extaret clausula, *ex certa scientia*; vel expressa, vel tacita ex geminatione calculi; tunc difficilior esset probatio erroris, & non sufficeret docere rem aliter se habere, nisi adessent coniecturæ, ita Ce-
48 phal. *d. cons. 562. n. 27. & 28. cum seq.* † Declara; quia quando sæpius fuit facta calculatio, non præsumitur error; ideo clatior probatio requiritur, quam si semel fuit calculatum. Ant. Galeaz. Maluat. *consil. 45. num. 1.* allegat Dec. *consil. 185. n. 10.* Vide, *Calculus quando dicatur erratus, vt iterum debeat calculari. Conc. 5.* Vide plenius *in ver. Administratores omnes tenentur reddere rationem. Conclus. 203. num. 72. & multis seqq.*

Error quid sit, & quotuplex. Concl. 315.

1 ERROR † est, quando aliquid facimus, vel confitemur crēdentes illud esse verum, quod est cōtrarium veritati; & ideo probando rem aliter se habere probatur error. Cratet. *cons. 187.*
2 *n. 8.* Cephal. *cons. 369. n. 133.* † Et contrarium erroris est certa scientia, inter quæ cadit etiam medium, videlicet inconsiderata lo-
3 quutio secundum Bald. *cons. 263. Verba instrumenti procuræ. nu. 5. ver. superest ergo. lib. 1.* † Triplex est error, videlicet facti, iuris, facti & iuris simul, qui dicitur error mixtus, de quibus per Soc. *consil. 47. circa fi. num. 11. ver. sed adhuc restat. lib. 1.* & de isto errore mixto iuris & facti simul, Dyn. *cons. 5. n. 8.* & latius *cons. 13. Quæstio talis est, in quodā.*
4 *n. 4. ver. item ibi reperitur.* † Error facti triplex est, videlicet iniustus, iustus, & iustissimus. Iniustus dicitur, quod est in facto proprio sine assueratione partis, vt si quis credat emisse, quod nō emit, neque alius eidē hoc asserit. Iustus est, quando est facti proprii, sed habet assertionem partis, quæ inducit ad hoc credēdum. Iustissimus est in facto alieno, de quib⁹ plene Soc. *cons. 47. In primo præsentis consultationis. n. 8. ver. sed hac obiectio. lib. 1.* † Error iuris duplex est; 5
quia aliquando est error iuris certi, aliquando est error iuris dubii. Socin. *d. cons. 47. n. 9. & 10. vers. sed iterum. lib. 1.* † Error differt ab 6
ignorantia; quia error repugnat veritati, ignorantia nō. Deci. *cons. 349. Visis allegationibus, in fi.* allegat Bald. *in l. falsus. C. de furt. ver. & scias, quod aliud*, & idē Dec. *cons. 351. in fi. In casu proposito.* † Et iuramē- 7
tum non supplet ignorantiam facti; quia continet errorem, sed supplet ignorantiam iuris. Deci. *d. cons. 349. num. 8. & seq.* vbi, quod iuramentum non impedit repeti solutum per errorem; & clarius *cons. seq. n. 8.* late Roland. à Val. *consil. 13. n. 13. & seq. lib. 1.* Vide plene Mascard. *Conclus. 636. Erroris communia*, vbi, quod error debet probari, & quod facilius subuenitur errantibus in facto, quam errantibus in iure, & facilius agenti de damno vitando, quam de lucro captando,

Error facti quando excusat. Concl. 316.

ERROR † facti regulariter excusat, quando est iustus, vel iu- 1
stissimus; secus, si est iniustus; quia aliquando est iniustus, vt quando est in facto proprio sine probabili excusatione, & iste nunquam excusat; aliquando est in facto proprio cum probabili excusatione, & excusat; aliquando est iustissimus, prout in facto non proprio, & excusat, Socin. *cons. 47. In primo præsentis consultationis. n. 7. & 8. ver. sed instabit quis. lib. 1.* † Amplia; quia resignans bene- 2
ficium ex causa permutationis, quæ nō valet propter errorem facti, permutantes reuertuntur ad beneficia permutata; secus, si error esset iuris, Feder. de Sen. *cons. 112. in prin. n. 2. ver. quæro secundo.* vbi loquitur in errore facti ex parte conferentis, & sic facti alieni.
† Amplia; quia errans in facto si absoluatur ab eo, qui non potest 3
absoluere, licet reuera non sit absolutus; tamen excusatur, ne incurrat irregularitatem celebrando. Federic. de Sen. *cons. 111. in fin.*
† Amplia; quia error facti non nocet in quacunque dispositione, 4
siue per modum confessionis, siue per modum principalis dispositionis; ideo is qui per errorem facti adiuit hæreditatem, conseruatur; quia error facti impedit additionem. Bald. *cons. 263. Verba instrumenti procuræ. n. 4. ver. modo reuertamur. lib. 1.* † Amplia etiā in fa- 5
cto proprio, quando errans tractat de damno vitando. Dyn. *cons. 13. Quæstio talis est, in quodam. n. 3. ver. præterea.* vbi de damno, vide infra *Concl. 318.* vbi plenius. † Extende, vt error in facto proprio ex- 6
cuset, quādo est iustus, secus, si est iniustus, & dicitur iustus, si est probabilis, & iniustus, si nō est probabilis. Soc. *d. cons. 47. n. 8. lib. 1.*
† Amplia multo magis, si error est in facto alieno. Dy. *d. cons. 13. n. 5.* 7
v. item constat. quia tūc error dicitur iustissimus, & excusat in omni materia Soc. *d. cons. 47. n. 8. ver. iustus autem. lib. 1.* Vide, *Ignorantia facti excusat in multis. Concl. 16.* † Extende, ēt si error sit facti proprii 8
circa factum alienum; quia præsumitur error, etiā si non agatur de damno vitando, dummodo rē aliter se habere ostendatur. Vide plura ad hoc per Mascard. *Cōcl. 637. Error in dubio an præsumatur. n. 9. & seq.* vbi, quando præsumatur error in facto proprio, prout si quis sua tionibus errauit, vel non, & quid in facto alieno, & aliis casib⁹ vide eum. Vide, *Ignorantia non præsumitur, sed scientia, & quādo secus. Concl. 22.* Vide, *Ignorantia præsumitur in dubio. Concl. 23.*

Error in facto proprio allegari non potest, & non releuat, & quando. Concl. 317.

ERROR † in facto proprio non potest allegari, & nō releuat 1
ad lucrum captandum; secus est ad damnum euitandum. Alex. *cons. 69. In causa n. 4. lib. 3.* vbi loquitur in adiudicatione etiam facta ad fauorem allegantis errorē, vbi, quod eo ipso, quod probatur, rem aliter se habere, dicitur probatus error. † Amplia; quia 2
error in facto proprio, quādo allegatur ad euitandum damnum, potest quandoq; allegari etiam contra sententiam latam, maxime per viam restitutionis in integrum, Alex. *d. cons. 69. n. 4. ver. & potest talis. lib. 3.* † Extende; quia licet sententia non retractetur ex capi- 3
te instrumentorum de nouo repertorum; secus tamen est, quando pars habuit iustam causam ignorandi instrumenta; quia tunc ex capite restitutionis in integrum, & errore iusto etiam in facto suo ad damnum euitandum auditur. Alex *d. cons. 69. n. 5. & seq.* vbi apostill. *in ver. in integrum. lib. 3.* & tempus petendæ restitutionis in integrum non currit ignoranti, vt ibi. *num. 6.* Vide, *Sententia ex quib. sit retractanda, vel non. Concl. 160.* Vide Concl. prox. seq.

Error

Error in facto proprio quando præsumatur. Conclusio 318.

ERROR † præsumitur in facto proprio, quando duo concurrunt, videlicet, quod probatur, rem aliter se habere, quã cõfessus fecit in instrumento, & allegans errorem tractat de damno vitando, & non de lucro captando. Bald. *cons.* 231. *In causa nobilium.* Alex. Cauett. *cons.* 954. *n.* 11. Alex. *cons.* 156. *Viso instrumento, n.* 9. *cum seq. ver fortificatur lib.* 6. † Et potest probari error in facto proprio, vbicunque is, qui vult probare errorem, tractat de damno vitando. Cauet. *cons.* 666. *Illustres Comites. n.* 6. qui addit etiam hoc procedere, quando simul alter de lucro agit. † Imo quando is, qui errat, tractat de damno ex lucro iam quæsito, admittitur probatio erroris in facto proprio. Crauet. *cons.* 422. D. *Bartholomæus de Canobio. n.* 12. vbi allegat Alex *cons.* 174 *col.* 2 *lib.* 5. & est communis opinio Soc. *cons.* 143. *n.* 13. *lib.* 1. † Amplia; quia error in facto proprio præsumitur, quando quis sine causæ expressione dominium, vel rem propriam in alium transfert. Alex. *cons.* 9. *Ponderatis verbis. n.* 11. *& seq. ver aut dictus Iulius lib.* 5. & ibi apost. *in ver. errorem.* dat concord. † Extẽ de idẽ in traditione simpliciter facta sine causa; quia præsumitur per errorem. Alex. *d. cons.* 9. *nu.* 12. *lib* 5. vbi dicit hoc maxime verum esse, quãdo quis petit inuestituram feudi nominatiuo, & fororis iuxta renorem aliarũ inuestiturarum, & ex aliis inuestituris apparet, q ipse solus debuit inuestiri, sequitur Cur. *cons.* 92. *n.* 10. vbi dicit esse notabile dictum. † Amplia, quia is, qui soluit per errorẽ, repetit probato errore. Vide Soc. *d. cons.* 143. *n.* 13. *& seq. lib.* 1. vbi ponit tres casus, videlicet, si quis agnouit obligationem præcedentem expresse, nõ repetit; puta; quia expressit vero nõ agnouit; quia expressit, nõ præiudicat sibi, in dubio præsumitur agnouisse, sed probatio in cõtrarium admittitur, puta, quia ignorabat. Vide, *Indebitum solutũ repetitur multis casib. Concl.* 85. † Amplia; quia is, qui fecit secundum instrumentum in executione primi, prætextu, quod primum contineret narrata, & disposita in secundo, & ex lectura primi constat de contrario, dicitur per errorem fecisse, & admittitur in facto proprio, ex quo tractat de damno vitando. Alex. *cons.* 156. *Viso instrumento in fi. n.* 9. *& 10. lib.* 6. † Limita; quia error & causa erronea expressa in obligatione quando est facti alieni, præsumitur, & probatur eo ipso, quod probatur, rem aliter se habere. Castr. *cõs.* 134. *Pro ista muliere. n. ver error autem lib.* 2. † Extende; quia obligatio facta de dote, tanquam debita ex legato alieno, tanquam ex causa falsa, & erronea nõ deberur, nisi doceat habens obligationem, quod fuerit à testatore legata; quia facta non præsumuntur, & probatio causæ vtincumbit ei, qui se fundat in causa, quando est facti alieni; & quia non posset probari contrarium, cum sit negatiua non coarctata loco & tempore. Castr. *cons.* 114. *n.* 2. *& per tot. lib.* 2. Vide Mascar. *Concl.* 637. *Error in dubio an præsumatur, in pr.* vbi, quando in facto proprio præsumatur, & quando in facto alieno, & quid præsumatur in facto antiquo, vel implicito, vide eum. Vide Conclusionem proxim. sequentem, *n.* 9. *& seq.*

Error qualiter probetur, & præsumatur. Concl. 319.

ERRONEA † confessio probatur, si facta negatione, vel confessione per me, doceo factum aliter se habere; quia sufficit tunc facta probatione contrarii eius, quod cõfessus sum allegando errorem. Calderin. *cons.* 149. alias 1. *de confess.* & quod debeat constare de errore, vt confessio non noceat. Dyn. *cons.* 30. *in fi.* & quod probetur, quando docetur rem aliter se habere, quam sit confessus, quando est in facto proprio, & agitur de damno vitando, Ruin. *cons.* 10. *nu.* 16. *lib.* 3. Afflict. *decis.* 44. *nu.* 3. Bart. *in l. sed si me patrem ff. de condict. indeb. & in l non fatetur, & in l. error.* vbi alii. *C. de iur. & fact. ignor.* Dec. *cons.* 408. Angel. *cons.* 136. *In quæst. n.* 2. Alex. *cons.* 168. *Ponderatis, in princip. lib.* 5. † Extende, vt procedat etiam in minore allegante errorem, etiam si tractet de damno vitando; quia debet probare rẽ aliter se habere. Bart. *cons.* 90. *Dilecto domino. n. nu.* 11. *ver. tertio insurgit. lib.* 1. † Et quod eo ipso, quod docetur rem aliter se habere, constet de errore. Cephal. *cons.* 369. *num.* 133. *lib.* 3. † Eridem in errore calculi. Cephal. *cons.* 562. *n.* 27. *lib.* 4. † Extende quia siue error consistat in probanda negatiua, siue affirmatiua, qui dicit errorem; quia confessus est substitutionem in testamento, quæ non est, debet exhibere testamentum, vt apparet negatiua Bart. *d. cons.* 90. *n.* 11. *ver. præterea in casu proposito. lib.* 1. † Restringe quinque modis, in quibus error non admittitur, nedum probatur probando rẽ aliter se habere, videlicet primo, quãdo agit de lucro captando, & in facto proprio errauit; secundo in errore iuris; tertio in testibus post didicita testificata; quarto, quando fuit iuratum; quinto, quando testes deponentes rem aliter se habere, non reddunt causam scientiæ. Vide Mascard. *Concl.* 641. *Error an probetur.* † Amplia; quia vt quis admittatur ad reuocandum confessionem propriam propter errorem, duo debent concurrere, videlicet, quod res probetur aliter se habere, secũdo quod is, qui reuocat, nõ tractet de lucro captando, sed de damno vitando. Bald. *cons.* 231. *In causa nobilium. lib.* 2. Crauett. *cõs.* 954. *n.* 11. quod intelligit Ruin. procedere, quãdo agitur de errore in facto proprio; quia debet tunc concurrere, quando probat rem aliter se habere, & quod tractet de damno vitando. *consi.* 10. *n.* 16. *lib.* 3. † Probatur error eo ipso, quod quis tractat de damno vitando, & probat se læsum ex actu facto dicitur probasse errorem. Ruin. *cõs.* 10. *n.* 16. *lib.* 3. Socin. *consi.* 25. *lib.* 4. Crauet. *consi.* 157. *n.* 8. Roland. à Val. *cons.* 100. *n.* 22. *lib.* 3. † Et ad probandum errorem admittitur, nedum claræ probationes, sed etiam coniecturæ, & præsumptiones. Curt. Sen. *consi.* 71. *col.* 2. *ver. & ideo oportet.* † Amplia; quia error probatur iuramento, & quando secus. Vide Mascard. *Concl.* 638. *Error facti an probetur per iuramentum*, vbi ponit regulam affirmatiuam, & limitat duobus modis. Vide, *Ignorantia iuramento probatur, & quando secus. Conclus.* 24. † Amplia; quia error etiam in facto proprio probatur ex eo, quod quis credidit assertioni, vel persuasioni alterius, plene Mascard. *Concl.* 648. *Error an probetur ex eo*, vbi ampliat, & declarat. † Amplia; quia quandoque error probatur certis casibus eo ipso, quod contrariũ non probatur, prout in minore confitente delictum, vt per Alciat. *reg.* 3. *præsumptio.* 21. *n.* 2. quem citat, & sequitur Mascard. *Concl.* 649. *Error an probetur.* vbi ponit alios modos probandi errorem. † Præsumitur autem error in dubio, vbi agitur de perdendo dominio rei propriæ; ideo si quis feudum diuidat, quod erat totum diuidentis, cum alio, præsumitur per errorẽ fecisse. Bald. *cons.* 300. *Text. est in cap. n.* 5. *ver. super alio. lib.* 2. † Extende, etiam si diu perseuerarunt in diuisione, quia error non inducit titulum Bald. *d. cons.* 300. *in fi. lib.* 2. † Extende in Notario, qui fecit instrumẽtum aliter, quam fuerit dictum; quia potius error præsumitur, quam dolus, nisi adsint coniecturæ in contrarium; ideo pœna falsi non tenetur. Alex. *consi.* 70. *Viso processu. n.* 8. *lib.* 1. † Extende; quia vbi ex præcedentibus, & sequentibus constat de mente, omissum præsumitur errore scribentis, tãquam minus scripserit, quam dictum sit. Castren. *consi* 60. *lib.* 1. *per tot.* Decian. *cons.* 33. *nu.* 101. *lib.* 3. † Extende; quia confessio facta in instrumento per emptorem, quod emptio sit simulata, probatur erronea, si constat de contrario; quod vigore rei iudicatæ, & cum decreto iudicis, & cum consensu domini feudi emptio rei feudalis sit facta. Signor. *cons.* 251. *n.* 4. *& seq.* vbi maxime hoc dicit, quando instrumentum cõfessionis est suspectum; quia præsentib⁹ solis testibus familiaribus venditoris, vel per Notarium familiarem venditoris est rogatum. † Et error testamenti per quos testes probetur, vide Mascard. *Concl.* 642. *Error testamenti an probari debeat septem testibus*, vbi late, quod si agatur de probanda substantia testamenti, tot testes requiruntur, quot sunt necessarii ad testamentum, vel codicillos; si vero agitur de qualitate, sufficiunt duo testes etiam fœminæ, & alias idonei de iure communi, vbi plura ad materiam ponit. Vide plenius, *Testamentum requirit septem testes, & quando duo sufficiant. Concl.* 121. *n.* 74. *& seq.* † Amplia; quia quod dicitur de testamẽto & codicillis, habet locum etiam in contractibus, vt si agitur de substantia contractus probanda, tot testes requirantur, quot sunt necessarii ad contractum, si vero agitur de probanda qualitate contractus, vel errore, sufficiunt duo testes. Mascard. *Concl.* 643. *Error contractus.*

Errans in iure non præsumitur in dolo, & quando secus. Conclusio.

VIDE Mascar. *Concl.* 640. *Errans in iure*, vbi ponit regulam negatiuam, ampliat & limitat. Vide, *Dolus non præsumitur, & quando secus. Concl.* 573.

Error iuris non excusat, & quando secus Conclusio 320.

REGVLA † est, quod error iuris neminem excusat masculum, qui nõ sit rusticus, vel minor; quia quilibet præsumitur scire iura per se, vel per informationem à peritis. Alex. *consil.* 100. *Super primo. n.* 7. *ver. nec dicatur. lib.* 7. † Ideo error iuris nõ excusat religiosum, qui tulit excommunicationẽ, non præuia monitione canonica; quia est suspẽsus, & si celebrauit, incurrit excõmunicationẽ, quando potuit consulere peritiores. Lap. *alleg.* 13. *in prin.* † Amplia; quia error iuris vitiat dispositionem, etiamsi sit error statuti, vel cõsuetudinis. Anch. *cõs.* 163. *Visis diligenter, in fi.* † Amplia maxime in clericis; quia nõ excusantur ignorantia iuris, ex quo peritiores consu-

consulere debuerunt; imo ipsum Papam. Federic. de Sen. *cōs. 112.*
5 *Amice charissime. nu. 2. vers. quæro secundo.* † Amplia in tantum vt is, qui errat in iure, nedū non dicitur absolutus, sed etiam celebrans incurrit in irregularitatem, sicut si nō esset absolutus, ita videtur
6 velle Federic. de Sen. *cons. 111. in fi.* † Declara; quia error iuris non excusat in dispositione principaliter facta, sed excusat in confessione, quando confitēs tractat de obligatione vitanda. Bald. *cons.*
7 *263. Verba instrumenti procurat. nu. 4. ver. modo reuertamur. lib. 1.* † Amplia; quia si is, qui est creditor cum constituto precarii rei, quā suo debitor vendidit, confitetur tempore venditionis debitore vendentem possedisse, sibi præiudicat, ne dicatur possedisse ex constituto, etiam si errauerit in iure. Cuman. *consil. 54. Leonardus. in pr.*
8 † Amplia maxime in Doctore iuris perito; quia nūquam excusa-
9 tur in iure. Crauet. *cons. 348. n. 9. & cons. 699. n. 25.* † Extende; quia Doctor canonum non excusatur, si allegat iustū errorem ex sententia iudicis nulla, vel decreto nullo; quia improbabilis est error, cum turpe sit Doctori ius ignorare, in quo versatur, Roma. *cons. 330. Circa primum, in fi.* vbi apostil. fin. *in ver. ignorare.* citat Bar-
10 bat. *cōs. 37. Scribitur sapienter. col 8. ver. pro certo turpe est. lib. 2.* † Et mi-
11 nor iuris Doctor non restituitur. Soc. Iun. *cons 69. n. 49. lib. 1.* † Amplia in confessione facta in iudicio. Crauet. *cons. 538. num. 6. & 435.*
12 *n. 47.* † Amplia; quia ignorantia iuris nunquam excusat, quando is, qui allegat ignorantiam, tractat de lucro captando. Ias. *in l. e-*
13 *mancipata. n. 2. & in l. cum quis, in prin. ff. de iur. & fact. ignor.* vbi, quando dicatur lucrum, vel damnum. † Amplia, etiam si error iuris sit causatus persuasione aduersarii. Cuman. *in l. non fatetur, in fi. ff. de*
14 *cons. ff.* qui dicit ita debere intelligi Bar. *in l. error. C. de iur. & fact. ign.*
15 † Amplia; quia error iuris non excusat ab vsucapione. *l. nunquam. ff. de vsucap.* vide infra *n. 38. & seq.* † Limita; quia licet error iuris non
16 excuset à delicto, & pœna; tamen excusat quoad extenuādā gra-
17 uitatem delicti. Lap. *d. allegat. 13. in prin.* † Extende; quia excusat à confiscatione bonorum. Boer. *decis. 264. n. 13. ver. & iuris ignorantia.*
18 † Limita, quia non excusat ad lucrum captandum; secus ad damnum euitādum, maxime si aliorum errorem quis fuerit secutus. Feder. de Sen. *d. cons. 112. Amice charissime. nu. 3. ver. sed quæritur. n.*
19 *4.* Bald. *cons. 263. n. 4. lib. 1.* vbi, quod error iuris ad inducēdam additionem non excusat, sed ad euitandam obligationem secus; quia vno casu tractat de lucro, alio casu de damno. Anch. *cons 324. Pul-*
20 *chrum mihi, per tot.* † Extende; quia si agitur de perdendo lucro radicato, error iuris excusat; quia est damnum, si vero agitur de nō acquirendo, error iuris non excusat. Bald. *cōs. 386. Proponitur, quod frater. circa med. ver. præterea considerandū, lib. 1.* Crauett. *cōs. 422. n. 12.*
21 † Extende; quia error iuris non excusat etiam mulieres, quando agitur de quāsi lucro capiendo. Bald. *cons. 179. Quando sapiens. post*
22 *med. ver. aduerte in eo. lib. 4.* † Contrariū, quando quis præscribit per annos 30. vt infra *n. 36.* † Restringe, quando damnum prouenit à lucro; quia non excusat error iuris. Cardin. Zabar. *cons. 31. in fi.* Li-
23 mita; † quia error iuris præsumitur, quando repetens tractat de damno vitando, & natura negocii est aliqualiter concessa. Bald.
24 *cons. 116. Columbinus dedit. lib. 1. in prin. ver. præsumitur enim error.* † Limita; quia puer quindecim annorum si contrahat matrimonium in gradibus prohibitis, excusatur à pœnis; quia ignorantia iuris eum excusat, & sic in ista ætate excusatur etiam tanquam ignarus iuris canonici & naturalis, Bald. *cons. 118. Verba matrim. in prin. lib. 1.*
25 *il primo.* † Extēde; quia minor in iure errans excusatur, & in dubio errare præsumitur. Crauett. *cons. 680. Ad argutissima. n. 21.* vbi id dicit, etiam si minor tractat de lucro. Castr. *cons. 343. Considerandum,*
26 *in pr. ver. nec obstat, si dicatur, lib. 1.* † Extende in Vniuersitate, etiam si tractet de lucro. Crau. *d. cons. 680. n. 21.* † Restringe; quia minor
27 non excusatur errore iuris, quando clanculum fecit. Crauet. *cons.*
28 *446. n. 72.* † Limita; quia error iuris in re notoria non excusat; secus si esset super dubio. Ægid. Bellam. *cons. 34. n. 21.* † Limita; quia error iuris excusat, quando est probabilis, veluti si articulus iuris est dubius, quod procedit, quando errans consuluit peritiores, qui ita dixerunt, alias non excusat, ita Socin. *cons. 47. n. 10. ver. ta-*
men quando esset error. lib. 1. & in muliere, Crauet. *cons. 407. n. 24.* & quod error iuris dubii æquiparetur errori in facto. Gabriel *cōs. 33.*
n. 8. Natt. *cons. 338. Vltra ea. n. 10.* vbi, quod excusat à culpa, & dolo, latius Mazol. *consil. 109 num. 32. vsque in fin.* plene Felin. & alii *in c.*
de quarta. de præscriptio. Ruin. *consil. 128. num. 11. lib. 2.* late Curt. Iun.
consil. 28. n. 8. in causa vertente, vbi dicit hoc procedere, quando ius est dubium, vel quando est de apicibus iuris, & latius *consil. 6. num.*
22. vbi dicit simpliciter isto casu æquiparari errori in facto, late
Cor. *cons. 97. in fin. lib. 4.* Alex. *consil. 92. in fin. nu. 13. ver. & præsertim.*
29 *lib. 1.* † Et quod error iuris dubii excuset, Anch. *consil. 324. Pulchrum mihi videtur, in prin.* Io. de Im. *cons. 98. nu. 15.* Imo, quod error in iure probabilis excuset; quia æquiparatur errori in facto. Alexand.
cons. 214. Ponderatis. n. 8. ver. benefaciunt. lib. 6. vbi apostil. *in ver. facti,*
dat plurimos concord. † Extende, etiam si pro vna parte sit opi- 30
nio *communis; quia si pro contraria exter glossa & Doctor illu- * 31
stris excusatur. Anchar. *d. cons. 324. n. 2. ver. non obstat.* † Extende ad
effectum præscribēdi; quia emens rem minoris à tutore cum de- 32
creto iudicis, excusatur, etiam si posset disputari, quod statim sit
interpositum. Io. de Imol. *cons. 98. per tot.* maxime *in fi.* † Restringe;
quia procedit, quod error iuris implicite excusat, quando quis
interrogauit sapientem, qui errauit in iure in illo articulo, alias se-
cus. Alex. *d. consil. 100. Super primo, in fin. lib. 7.* † Declara, vt quilibet 33
error iuris dicatur probabilis in minore, muliere, & rustico, etiam
si non sit dubius articulus. Soc. *d. cons. 47. num. 10. & 11. lib. 1.* † Et in 34
maiore dicitur probabilis, quando sunt opiniones hincinde; imo
in iuris professore, quantumcunque experto, vt attestatur Cor.
consil. 197. in fin. lib. 4. † Limita; quia error iuris & facti simul, & sic 35
mixtus excusat, Dyn. *cons. 5. num. 8. & seq. & cons. 13. Quæstio talis est, in*
quodam. n. 4. ver. item. Gerard. Mazol. *consil. 109. n. 49.* allegat Ruin.
cons. 91. vol. 5. apost. ad Bart. *cons. 119. n. 3. lib. 1. in ver. prodest.* † Exten- 36
de, vt multo magis error iuris excuset, quando causatur, & origi-
nē habet ab errore facti, qui excusaret. Dyn. *cons. 30. Super quæstio-*
ne, in fi. qui loquitur etiam in iudicio. † Declara, vt procedat limi- 37
tatio, quando error facti esset talis, qui excusaret; quia licet error
iuris misceatur; adhuc tamen excusat, alias si error facti non esset
excusabilis, non procedit limitatio. Soc. *d. consil. 47. n. 11. ver sed ad-*
huc restat. lib. 1. † Limita; quia error iuris excusat præscribentem 38
cum titulo putatiuo, etiam causato errore iniusto, prout est error
iuris. Castrens. *cons. 407. Satisfaciendo, prope fi. num. 6. ver. septimo quæ-*
ritur, lib. 6. vbi apost. citat Soc. *d. cons. 47. ver. circa secundā dubitatio-*
nem. lib. 1. Alex plene *d. cons. 214. Ponderatis. n. 6. & seq. ver. & posito et-*
iam. lib. 6. vbi apost. *in ver. error.* citat eundem Alex. *consil. 121. lib. 4.*
† Extende; quia error iuris excusat non solum præscribentem fœ- 39
minam, vt loquitur Alexan. *d. cons. 214. n. 6. & seq.* sed etiam excu-
sat masculum, quando essemus in articulo probabiliter dubio;
quia talis error iuris non impedit præscriptionem 30. annorum;
quia æquiparatur errori in facto, & ibi apost. *in verb. facti,* dat plu-
rimos concord. † Contrarium tenet Bart. *d. cōs. 119. D. Dominicus. n.* 40
3. ver. nec obstat ei. lib. 1. vbi spurius nō præscribit bona legata à patre
per 30. annos. Vide, *Spurii nō possunt hæredes instituì à patre, vel auo, &* ✠
quando secus. Concl. 418. n. 152. & seq. ver limita quando, vbi pro vtraq;.
† Restringe; quia error iuris impedit præscriptionem decem au- 41
norum inter præsentes, & 20 annorum inter absentes; quia ta-
lis præscriptio necessario requirit titulum; ideo non sufficit bona
fides sola cum errore iuris. Alexand. *d. cons. 214. num. 6. & seq. lib. 6.*
Vide plenius per Gabr. *lib. 5. tit. de præscript. Cōcl. 14. Error iuris impe-* ✠
dit præscriptionē. † Limita; quia error iuris excusat eum, qui tractat 42
de damno vitando. Dyn. *cons. 13. num. 3. & 4. ver. præterea.* vbi de da-
mno. Castren. *cons. 377. Ad primum. n. 2. lib. 2. & cons. 412. prope fi. eod.*
lib. 2. † Extende; quia error iuris excusat à pœna & à dolo, & à da- 43
mno, vt euitetur, nisi probetur, quod is, qui se excusat, sciuerit.
Castr. *cons. 412. Visis punctis, col. fi. n. 3. ver. sed videndum. lib. 2. per totum.*
† Imo error iuris multum dubii æquiparatur errori facti. Corn. 44
cons. 266. Circa primum col. 5. lib. 4. quem citat apost. ad Castren. *d.*
cons. 412. in fi. lib. 2. cum multis aliis. † Restringe; quia licet error iu- 45
ris excuset, quando agitur de damno; tamen intelligitur, quando
vere damnum est; secus, si damnum prouenit à lucro, vel ex cau-
sa lucratiua. Catd. Zabar. *cons. 31. in fi.* † Declara, vt nō procedat in 46
errore iuris in iudicio; quia siue confitens tractet de damno vi-
tando, vel non, sibi præiudicat. Dyn. *consil. 30. circa med. ver. tamen*
contra prædicta. Vide, *Error in iudicio nocet, & quando secus. Concl. 321.* ✠
† Limita; qa error iuris excusat à furto, vt possit criminaliter pu- 47
niri, quando is, qui de furto accusatur, credidit rem furatam, vel
raptam esse suam, etiam si credulitas nō fundetur super iusta cau-
sa, & ratione etiam contra errorem iuris, vt quia patet rapientis
possedit; quia in furto requiritur verus dolus, & talis, qui non
possit velari aliqua prætensione, vt criminaliter puniri possit.
Bald *cons. 345. Ille, qui iusta. lib. 4.* † Extende; quia licet error iuris nō 48
sit iusta causa; tamen excusat à dolo. Alex. *cons. 92. nu. 13. ver. & dicit*
ibi gl. lib. 1. vbi apost *in ver. à dolo,* dat concor. † Limita ad effectum 49
acquirendi fructus, & illos lucrandi; quia error iuris excusat, vt
per Iac. Rimi. *cons. 305. n. 51.* Vide, *Fructus quādo lucretur possessor bonæ* ✠
fidei, & quis dicatur bonæ fidei, vel non. Concl. 488. † Limita; qua error 50
iuris nō nocet in delictis; quia si quis fateatur furtum esse id, q re-
uera non est furtum, puniri non debet, Crauet. *cons. 415. n. 13.* † Li- 51
mita; quia aliquando excusat mulierem, vel rusticum. Vide, *Error* ✠
quicunq; excusat mulierē. Concl. 329. Vide, *Rusticus quis dicatur, & quæ*
priuilegia habeat. Concluſ. 371. † Declara; quia error iuris naturalis 52
non excusat mulierem, neque rusticum. *l. venia,* vbi Ias. *n. 3. C. de in*

ius vo-

ri vicin. † Limita; quia potius præsumitur error iuris, quam dolus contrario. Cuman. *in l. non fatetur. in prin. ff. de confess.* Alex. *cons. 80. Circa primum dubium. in fin. lib. 3.* & sequitur Ruin. *cons. 107. Viso prius testamento n. 3. lib. 1. & cons. 190. n. 10 & cons. 215. n. 22. coll. lib.* & hoc procedit in quocunque. Ruin. *cons. 10. n. 15. lib. 3.* † Restringe, vt non procedat, quando ex errore iuris ita potuit lucrari, sicut perdere; quia licet perdiderit, & donatio inducatur; tamen non relenat. Ruin. *cons. 128. Factum super quo. n. 7. & seq. lib. 2.* vbi, quod non prohibetur acceptatio. † Limita; quia error iuris excusat à percetione fructuum. Roman. *consil. 454. In repræsenti. n. 24.* vbi apost. *in ver. fructuum*, citat eundem Roman. *singul. 90. Vltimo tu habes.* † Extende; quia titulus sententiæ dat causam vsucapiendi etiam male fide possessori; ergo etiam acquirendi fructus. Roman. *d. cons. 454. n. 25 ver. secundo, quia video.* † Restringe, quando sententia reducitur ad nihilum; quia tenetur possessor restituere rem cum fructibus Roman. *d. cons. 454. n. 25 & seq. ver. iis tamen non refragantibus.* vbi allegat tex. *in l. filio. §. contracta. ff. de inoffic. testam.* & apost. ad Roman. ibid. *in ver. existimo*, citat plures concord. & *in ver. restituitur.* † Imo minori debent non solum restitui res, & fructus à possessore, quando sententia ad fauorem possessoris fuit reducta ad non sententiam, & non titulum, sed imo est speciale in minoribus, quod debent restitui non solum fructus percepti, sed etiam qui percipi potuerunt, plene idem Roman. *d. cons. 454. nu. 28. ver. verum dico.* vbi apostill. *in ver. singularis*, dat concordant. & Rota Romana ita iudicauit. Vide, *Ignorantia iuris non excusat, & quando secus. Concl. 321.*

Error iuris regulariter non præsumitur, quia quilibet tenetur scire iura, & quando secus. Concl.

Vide Mascard. *Concl. 639. Error iuris regulariter an præsumatur.* Vide, *Ignorantia iuris non excusat, & quando secus. Concl. 11. cum duobus conclus. ibi prox seqq.*

Error iuris in iudicio nocet, & quando secus. Concl. 321.

Error † iuris in iudicio regulariter nocet, puta, si quis respondens positioni aliquid cõfiteatur per errorẽ iuris. Dyn. *cons. 30. Super quæstione præmissa. n. 4. circa med. ver. tamen circa prædicta.* † Amplia, vt procedat, etiam si de damno euitãdo tractet errans in iudicio; quia adhuc sibi nocet error. Oldrad. *cons. 314. circa fin. ver. nec obstat.* Dyn. *d. cons. 30. circa med. ver. tamen contra prædicta.* † Amplia; quia error iuris in iudicio nocet etiam mulieribus, nisi in quibus à iure expressis. Dyn. *d. cons. 30. circa med. ver. tamen contra prædicta. n. 4.* † Limita, quando error iuris in iudicio haberet originem ab errore facti. Dyn. *d. cons. 30. in fi. ver. sed ad hoc.* † Limita in errore facti; quia nõ nocet, si constat de errore, etiam quod in iudicio fit facta confessio. Dyn. *d. cons. 30. in fi.* † Limita; quia error iuris in iudicio excusat minorẽ, Vniuersitatem, & militẽ; quia imo præsumitur error, etiam si tractet de lucro captando, Crauet. *cons. 160. n. 21.* † Limita; quia error iuris in iudicio non nocet, etiam si non reuocetur, quando haber causam erroris annexam, vt si quis respondens positionibus fateatur minorem 14. annis confecisse veridum testamentum. Bart. *in l. non fatetur. in fi.* vbi alij. *ff. de confess.* † Extende, vtidem sit, quando error iuris in iudicio esset cum eo, qui sciebat idem, quod sciuit confitens, vt si cõfessus sum aliquid falsum, quod pariter falsum esse sciebat ille, cui fiebat confessio. Bart. *in d. l. non fatetur. in pr. ff. de confess.* quia vbi non est captio, neq; culpa, datur reuocatio. † Declara, vt procedat circa præparatoria, secundum Castr. *in d. l. non fatetur. in pr. ff. de confess.* † Contra declarationem videtur tenere Cuman. *in d. l. non fatetur. n 3.* vbi, quod non est tuta distinctio de præparatoriis ad decisoria; quia multotes fit difficilior reuocatio circa præparatoria, quam circa decisoria, & *n. 6. circa fin.* vbi dicit se non audere firmare.

Error expressus quando vitiet in iudicialibus, & quando secus. Concl. 322.

Error † expressus in sententia respectu calculi reddit sententiam nullam in totum, si nõ recipit diuisionem, alias in ea parte, in qua est error expressus, si recipit diuisionem Fed. de Sen. *cons. 269. ver. item quantum ad secundum.* Vide plenius, *Sententia cons. 8. Inest error quando nulla, vel non. Concl. 140. cum conclus. ibi prox seq.* † Amplia; quia error iuris expressus in laudo vitiat laudum. Socin. *cons. 285. Eleganter, & iuridice. n. 10. ver. confirmatur, quia in laudo. lib. 2.* vbi dicit * communem, & loquitur in laudo lato contra tutorem ex negligentia condemnatum, quando dicitur, *Viso testamento*, & apparebat ex testamento, quod erat liberatus à testatore. Vide, *Laudum arbitri ex quib. nullum dici possit, vel non. Concl. 29.* † Limita in instrumẽto Notarii, in quo si errauit in calculo, valet instrumentum in vera summa; quia Notarius nõ est rogatus de calculo, nec ad eius officium spectat. Fed. de Sen. *cons. 288. in fi.* † Limita; quia error in iudicio, & vltima voluntate non vitiat, quando potest constare de corpore. Fulg. *cons. 183. Circa primum. ver. tertius est.* vbi, quod minus nocet amissio, & incertitudo, quando potest ad certitudinem reduci. † Limita; quia error iudicis, vel arbitratoris in sententia, vel laudo non vitiat, quando partes acceptarunt errorem, & consenserunt; ideo volens docere de errore post consensum non auditur. Bald. *cons. 122. Quanquam denuntiatio. lib. 4.* Qualiter † autem probetur error in iudicialibus, Vide Mascard. *concl. 646. Error in actis quo pacto probetur.* vbi, quod per scripturam, & non per testes, & recitat pro vtraque parte opiniones.

Error non vitiat in vltimis voluntatibus, & quando secus. Concl. 323.

Error † non vitiat institutionem hæredis; quia si quis instituat seruum credens eum esse liberum, admittitur seruus, & acquiritur domino propter propositum testatoris *l. si ipse. ff. de hær. inst.* Lap. *alleg. 102. vers. & quando ad aliquem. n. 22.* † Ratio est; quia qualitas expressa per errorem, si non est inductiua affectionis, vel si contraria qualitas non expressa non est inductiua incapacitatis ex reprobatione legis, valet legatum, & institutio. Bald. *cons. 439. Factum super quo. lib. 4. n. 2.* † Amplia idem in monacho instituto, vt licet instituens ignorauerit eum monachum; tamen acquirit monasterio. Lap. *d. alleg. 102. n. 22. ver. & quia quando.* † Amplia; quia valet institutio facta per testatorem dubium, an institutus sit eius filius, vel non, etiam si dubitatio esset communis; quia tunc dubitatio testatoris non vitiat institutionẽ, sicut error. Bald. *cons. 430. Titius habebat Seiam. n. 9. ver. videtur distinguendũ. li. 5.* † Amplia; quia error in parte, vel patria, aut alia qualitate hæredis nõ vitiat institutionem *l. iis verbis. §. si ff. de hær. inst. l. falsa demonstratio. ff. de cond. & demonst.* vbi, quod si constat de corpore, non vitiat. † Declara, nisi qualitas fuerit inductiua dispositionis, prout si pater dixit, quod instituebat ralem consanguineum suum, vel filium; quia si non est, causa videtur finalis, & vitiat. Bart. *in d. l. falsa demonstratio. n. 9. ver. vt ergo ista materia ff. de cond. & demonstr.* † Extende; quia error in patre non vitiat dispositionem, si constat de corpore, & ideo si instituatur hæres Ioannes Baptista Iuliani de Brandolinis, nõ vitiatur, si sit errarũ in patre; quia debuit dicere Ioannẽ Baptistam Georgii; quia si non extat alius Ioan. Baptista Brandolinus, quam Georgii, satis constat de corpore. *d. l. iis verbis. § sin ff. de hæred. instit.* † Amplia; quia nedum error in nomine, sed in cognomine non vitiat, si conster de corpore. *l. si in nomine. C. de testam. l. si quis in fundi vocabulo ff. de leg. 1. Instit. de legat. §. si quis in nomine.* vbi, quod error in nomine, cognomine, pronomine, & agnomine non vitiat, si constat de corpore. Rom. *cõs. 343. Ex proposito. n. 11. & 12. ver. quarto principaliter.* † Probatur autem error de corpore, si eum nomine conueniunt duæ demonstrationes. Bart *in d. l. falsa demonstratio. in 7. q. ff. de cond. & demonst.* vbi, quod procedit, etiam si tertia demonstratio non conueniret. Rom. *d. cons. 343. n. 7.* † Extende; quia si quis legat equum suum albũ, & non habet, nisi vnum equum nigrum, debetur equus niger; quia satis constat, quod fuit erratum in demonstratione, late Mandell. *cons. 10. n. 10. & seq.* vbi multa exempla similia ponit. † Extende; quia rescriptum valet, licet sit erratum in nomine, vel cognomine iudicis, si constat aliunde de corpore. Rom. *cons. 343. n. 12.* † Restringe; quia si essent quatuor demonstrationes, & esset in duabus concordia, in duabus discordia; quia non possent conuenire, non esset probatum de corpore constare. Alex. in apostill. ad Bart. *d. l. si quis in nomine. C. de testam.* Vide, *Identitas corporum. & rerum probatur multis modis. Concl. 4. n. 5. & seq.* vbi idem in identitate rerum ex confinibus. † Limita in consanguineo instituto; quia si non est consanguineus, non valet institutio erronea. *d. l. si ipse. ff. de hæred. instit.* rationem differentiæ habes per Doctor. *in l. cum proponas. C. eod.* † Extende, vt idem sit in eo, qui instituit, vel legauit ei, quem credebat filium, vel fratrem, qui non erat; quia ab eo auferetur legatum, & datur hæredi. Calder. *cons. 412. circa princip.* alias 26. *de regular.* Bald. *cons. 430. n. 9. vers. quæritur ergo. lib. 5.* vbi plene. *l. neque professio.* vbi late Iason *C. de testament. num. 5.* vbi * omnes Alexand. *consil. 88. num. 17. lib. 7. * verficul. quoad nonam.* Barbat. *consil. 27. num. 5. lib. 1.* Paris. *consil. 12. num. 227. ver. deficit. lib. 2.* Angel. *consil. 93. Visis, & inspectis. col pen. ver. non obstat.* † Limita in seruo, & monacho, quos instituit errans, seu ignorans

ignorans esse tales, & ei substituit: quia substitutus habebit solum quartam partem, & dominus servi, vel monasteriũ tres quartas.
16 *d.l.si ipse.ff.de her.instit.* Lap.*d.alleg.*102.*n.*22. † Limita, vt idem sit in eo, qui donauit causa professionis emissæ Ecclesiæ, vel monasterio, in quibus professus est; quia si credidit professionẽ valere, &
17 non valuit, repetit donatum. Cal.*d.cons.*412.alias 27.*de regul.* † Limita in legatis, quando legatur alicui expressa falsa qualitate, & qualitas cõtraria vera habet prohibitionem legalem, veluti si legauit filio meo; quia si est spurius, non valet legatum, ex quo spurii qualitas à lege non est capax. Bal.*cons.*439.*Factum super quo.n.*2.
18 *ver.secundo præmittendũ.lib.*4. † Extende, vt procedat, etiam si qualitas vera nõ habeat incapaciratem à lege; quia si ipsa qualitas expressa per errorem inductiua est affectionis, quæ non erat vera; adhuc tamen vitiat legatum. Bald.*d.cons.*439.*n.*2.*ver.aut vera qualitas.lib.*4 allegat *l.nec apud.C.de hared.instit.* vbi, quod si vxor legat marito, qui non erat maritus propter impedimẽtum consanguinitatis nõ valet legatũ, etiam si credebant valere matrimonium.
19 † Declara extensionem, vt nõ procedat, quando testator sciuisset non adesse qualitatẽ affectionis inductiuam in legatario; sed tamen voluit eam exprimere; quia tunc valet, si contraria qualitas legatarii non sit reprobata à lege. Bald. *d.cons.*439.*n.*2.*vers.aut vera qualitas.lib.*4. vbi, an præsumatur scientia, vel ignorantia, & dicit,
20 quod si qualitas consistit in iure, præsumitur scientia, si in facto, præsumitur ignorantia. † Restringe, vt non procedat limitatio, quando qualitas legatarii expressa per errorem non est inductiua affectionis, neq; ipse legatarius habet qualitatem à lege reprobatam; quia tunc falsa qualitas non vitiat legatum. Bald. *d.cons.*439.
21 *n.*2.*ver.si vero qualitas non concernit.lib.*4. † Limita; quia si error est in nomine testatoris, vitiat testamentum; quia is, qui erat in proprio nomine, præsumitur demens, & ratione dementiæ non valet te-
22 stamentum, vel vltima voluntas. *l.fin.C.de hared.inst.* † Extende, vt idẽ sit, si testator erraret in nomine filii, seu hæredis instituti; quia ex quo nomina filiis imposita sunt ad placitum parentum, si errat in eis, præsumitur dementia, & non valet vltima voluntas.
23 Rom.*cons.*179.*Amplissime Doctor in pr.* † Extende, vt idem sit à paritate rationis correlatiuorum, si filius instituat patrem errans in nomine patris; quia præsumitur ex dementia errare, & non valet testamentum, vel codicillus. Rom.*d.cons.*179.*in pr.* vbi apostill.*in*
24 *ver.patris.* † Extende; quia licet ad annullandum actum non inducatur præsumptio erroris; quia actus in dubio validus iudicari debet propter præsumptionem iuris; tamen quando clare constat de errore, & non constat de contrario, inducitur dementia & nullitas. Roman.*d.cons.*179.*n.*3.*ver.nec huic rationi cum multis seqq.*
25 † Extende, vt procedat, non obstante, quod verba dicantur esse Notarii; quia prius præsumuntur dicta à partibus, & sic error est disponentis, non autem Notarii. Rom.*d.cons.*179 *nu.*6. vbi apost.
26 *in ver præsumuntur.* dat concord. † Declara; quia errorem allegans, quod is, qui subscripsit rogitum, errauerit in nomine proprio, debet hoc probare; quia allegat fatuitatem, quam probare debet.
☞ Rom.*cons.*281.*In re præsenti in fi.* vbi apost.*in ver.alleg.* Vide, *Hæredis institutio quibus casibus non valeat, vt facta fuit. Concl.*85.

Error in nomine, & aliis non vitiat, & quando secus. Concl.324.

1 ERROR † nominis non vitiat dispositionem, si constat de intentione. Gemin.*cons.*52.*n.*3.*versic.secundo sic.* quod duplicatur *cons.*119. Bart.*cons.*179. *Martinus.n.*2.*lib.*1. vbi apostill. aliquos con-
2 cord. allegat. † Et ideo si Martinus de Baronciis contrahendo se nominat in aliquibus locis pro Baroncio, ex quo idem importat, & constat de corpore, non vitiatur contractus. Bart. *d. consil.*179.
3 *Martinus.in princ.lib.*1. † Et is, qui asseruit Carolum Imperatorem eum legitimasse, non dicitur obripere, licet fuerit Rex Vincislaus Romanorum Rex. Ioan.de Anan.*cons.*29.*Visa Imperiali.nu.*2. vbi
4 Bologn.in apostill.*nu.*11. † Et è conuerso legitimatus ex matre soluta, in qua errauit quoad nomen, non nocet, si alia mulier soluta fuit mater; quia non vitiat, neq; subreptionem inducit; quia legitimans ita legitimat ex Maria, prout ex Tadea soluta. plene
5 Alex.*consil.*118.*Visa copia.lib.*7. † Et leges multoties appellant aliquem Publium Mæuium, & eundem solum Mæuium nominãt. Bart.*d.cons.*179.*n.*2.*ver.præterea nos.lib.*1. vbi ponit similia exempla
6 legum. † Extende, vt quod dicitur de nomine, quod non vitiat, si constat de corpore; idem sit in pronomine, vel cognomine.
☞ Alex.*cons.*108.*n.*2.*lib.*7. Vide Socin.*reg.*10. *Error in nomine proprio, cognomine, aut agnomine non vitiat, si constat de corpore.* vbi limitat tri-
7 bus modis. † Extende, siue error fiat à partibus, siue à Notario.
8 Bart.*d.cons.*179.*nu.*2.*lib.*1. † Amplia; quia qualitas errata non vitiat, si constat de mente, & potestate disponentis. Gemin. *cons.*52.
*n.*3.*ver.secundo sic.* quod duplicatur *cons.*119. vbi est *n.*8. quod intelige de æqualitate extrinseca; secus de intrinseca. † Amplia in 9
causa; quia profitens ex falsa causa obligatur, si constat de intentione. Gemin.*d.cons.*52.*n.*3.*vers.ad idem.de conuer.& cons.*119.*nu.*10.
† Amplia in demonstratione; quia valet dispositio, si constet de 10
intentione, licet sit erratum in demonstratione. Gemin. *d.consil.*
52.*n.*3.*ver.ad idem.de conuer.& cons.*119.*num.*10. † Amplia in instru- 11
mento; quia si est erratum in iis, de quibus Notarius non est rogatus, non vitiatur instrumentum ex tali errore. Fed.de Sen.*cons.*
288.*Casus talis est.circa fin.* Vide, *Instrumentum non dicitur falsum, li-* ☞ 12
*cet constet de errore in multis. Concl.*254. † Extende; quia error indictionis causatus à Notario, si constet de anno, non nocet partibus. Dyn.*cons.*13. *Quæstio talis est, in quodam.per tot.* Vide, *Notarij er-* ☞ 13
*ror non debet nocere partibus, & quando secus. Concl.*87. † Amplia in citatione; quia licet sit erratum in nomine proprio citati, citatio est bona, si per nomen appellatiuum constat de corpore, vt quia fuit citata persona tanquam filius, & hæres talis, & nullus alius hæres est talis. Bald.*cons.*447.*Certum est.in fi.ver.præterea error.lib*2.
† Extende, etiam si in citatione non sit nomen, si constat de per- 14
sona citata; quia error scribentis non vitiat. Fulgos.*cons.*183.*Circa primum.in pr.* † Amplia; quia error, qui detegitur ex præcedenti- 15
bus eiusdem scripturæ, non vitiat; ideo si Notarius scripsit vnum cognomen pro alio in sequentibus, non potest prejudicare. Bald.
*cons.*145.*In causa vertente.n.*4.*ver.præterea licet in scriptura.lib.*5. † Ex- 16
tende; quia error scribentis non nocet etiam in iis, quæ in scriptis aguntur, quando error ex præcedentibus, vel sequentibus colligitur. Fulg.*d.cons.*183.*n.*2. † Extende; quia instrumentum referens 17
aliud instrumentũ rogatum certa die, licet alia die appareat confectum, non vitiat, neq; vitiatur, ex quo constat de errore. Signo.
*cons.*257.*n.*2. † Amplia; quia iudex mandans generaliter fieri exe- 18
quutionem in bonis condemnati, licet non adiiciat specificationem confinium, potest fieri valida exequutio; quia sicuti si expressisset confinia errata, adhuc valeret, non obstãte errore, si de corpore constaret; multo magis, si non est facta expressio. Fulgos.*d.*
*cons.*183.*Circa primum.ver.tertius.vsq; in fi.* † Amplia; quia error con. 19
finium non vitiat dispositionem, si constat de corpore, & de fundo. gl.*in l forma.ver.vicinus.de censib.* Bald.*in l.*1.*ff.de eden.* Vide, *Con-* ☞
*finia ad quid inuenta, & quid operentur. Concl.*699. † Extende; quia 20
error confinium non vitiat sententiam. Bald.*in l penul.col.*10.*C.de exeq.rei iud l.patronus.*§.2.*ff.de leg.*3. Alex.*cons.*73. *Videtur.col.*3.*lib.*3.
† Amplia; quia procedit, etiam si sit erratum in nomine, vel pro- 21
nomine, aut cognomine in rescriptis, vel dispẽsationibus, quando constat de corpore. Alex.*cons.*108. *Visa copia n.*2.*lib.*7. vbi dicit
magis * commu. † Extende, vt idem sit in legitimatione facta de * 22
bastardo; quia licet sit erratũ in nomine matris, nihil refert, si cõstat de corpore. Alex.*d.cons.*108.*per tot.* vbi est casus *cons.lib.*7. vbi,
quod nõ refert nomen, quando est eadẽ ratio, & qualitas, & corpus. † Restringe, quando essemus in matre nobili; quia tunc re- 23
fert nomen, & qualitas matris nobilis, & illustris, in qua est maior ratio, quã in matre non nobili. Alex.*d.cons.*108.*in fi.lib.*7. † Di- 24
citur autem constare de corpore, quando duæ demonstrationes concurrunt, licet tertia non conueniat; quia, qui vult dicere fuisse intellectũ de alio corpore, debet ipse probare, quod adsit aliud corpus habens eadem demonstrationes. Alex *d.cons.*108. *Visa co-*
*pia n.*3.*ver.& dicitur de corpore cõstare.lib.*7. † Limita; quia error per- 25
sonæ quoad substantiam vitiat; nam masculus contrahens cum masculo matrimonium, credẽs fœminam, vitiat matrimonium; quia requiritur pro substantia actus, quod matrimonium contrahatur inter masculũ & fœminam. Gemi.*cons.*52.*in fi.ver.nec obstant*
allegata. quod duplicatur *cons.*119. Extende, vt procedat in errore 26
conditionis personæ, vt si credo contrahere matrimonium cum libera, contraho cum serua, certe matrimonium nõ tenet. Gemi.
*d.cons.*52.*num.*3.*ver.quarto, de matrimonio,* quod duplicatur *cons.*119.
† Extende item in qualitate, vt si credo contrahere cum iuniori, 27
& contraho cum seniori; qa error vitiat. Anch.*cons.*228.&plenius
*cons.*229. quod est Anton.de Butr. & *cons.*230. Vide, *Matrimonium* ☞
*quando errore vitietur, vel non. Concl.*150. † Limita in rescripto; quia 28
error, & falsa demonstratio in substantialibus, vel qualitate substantiali vitiat, nisi per relationem, vel connexitatem constet de corpore. Bald.*consil.*341. *Proposito statuto.lib.*5. Vide, *Rescriptum ex*
falsa causa quando subsistneatur, & quando subreptitium, vel nullum. Con-
*clus.*217. † Limita; quia errans in facto, & in causa non sibi præiu- 29
dicat. Castrens.*cons.*393. *Vt attingamus.nu.*3. *lib.*1. vbi loquitur in fideicommissario repudiante hæreditatem sibi restituendam, tanquam vacantem; quia si est adita, repudiatio, tanquam erronea, ☞
non nocet. Vide, *Erronea confessio, & erroneus consensus nihil operatur.* 30
*Conclus.*327. † Limita; quia sicuti omnem dispositionem falsa

causa

causa finalis, & cohærens vitiat; ita etiã error iuris, vel consuetudinis eam vitiat. Anch. *cõs.163. in fi.* † Limita; quia licet error in nomine non vitiet, si constat de corpore; tamen vitiat, si non constat de corpore, vel quando dissentitur de corpore. Anch. *cõs.229. n.3.* & quod est Ant. de Butr. † Limita in decreto iudicis ex falsa causa; quia vitiatur ipso iure ab errore. Castren. *d.cons.393. col.2. lib.1. ver.* 1 *quibus.* Vide, *Causa iniusta, vel erronea rescindit contractũ, & actum, & quando secus. Concl.140.* Vide, *Falsa narratio, vel causa quando vitiet. Concl.62.* † Limita in iis, quæ cõsensu perficiuntur, & substantian- 2 tum quia error vitiat in totum, vt in venditione, quia vendẽs rem propriam liberam, vt liuellariam, nihil facit. Dyn. *cons.21. Quæstio talis ego habebam, per tot.* vbi, quod habet locum regula, *quod potui, 3 valui, &c.* † Extende, vt idem sit, si ego venderem rem meam vt alienam; quia error vitiat. Dyn. *d.cons.21. n.4.* † Extende in translatione dominii facta erronee; quia vitiatur. Dyn. *d.cons.21. in prin.* & 4 ita est regula, quam ponit Soc. *in reg.23. Dominium, quando in eius translatione.* vbi limitat quatuor modis, in quibus error non vitiat traditionem, & translationem dominii. † Limita in nomine 5 appellatiuo generali; quia vitiat, etiam si constet de corpore. Soc. *reg.11. Error in nomine appellatiuo,* vbi reddit rationem, & restringit sex modis; quos videas.

Error non nocet, si constet de errore. Concluſ. 325.

ERROR † non nocet, neque facit actum diuersum, quando constat de errore. Bart. *in l. sed si me putẽ. ff. de cond. & demonstrat. & in l. non satetur, colum. 4. ff. de confess.* Alex. *cons.102. Visis. vol. penult. lib.1. & cons.148. & cons.156. lib.6.* † Amplia; quia condemnatus, vel 6 punitus sub alio cognomine, vel patria, quam sit, si veniat in fortis, & constet de veritate, debet puniri, ita Iul. Clar. *in § fi. q. 12. n.9. ver. contra, & aduersus.* vbi ponit plura exempla. † Amplia; 7 quia error modi vacationis non vitiat prouisionem, si constat de errore, & vacatione. Ægid. Bellamer. *cons.34. n.9. ver. quinto,* vide 8 rum, Vide, & Declara, vt per Mascard. *Concl.641. Error an probetur.* vbi, quod non sufficit probare rem aliter se habere multis casibus, vide eum.

Error defensionem non tollit. Concluſ. 326.

ERROR † non tollit defensionem, neque appellationem, ideo beneficiati non obligati admittere expectantem, si illum admittunt per errorem, possunt contrauenire. Oldr. *cons.216. ver. 1 aduertendum.*

Erronea confessio, & erroneus consensus nihil operatur, & quando secus. Concluſ. 327.

ERRONEA † dicitur retentio patris, & patientia filii in emancipatione, quod vsusfructus acquirendorũ per filium remaneat patri; quia cum pater de iure nullum vsumfructũ habeat in acquirendis per filium post emancipationem, retentio nihil operatur, tanquam erronea. Oldrad. *cons.214. per tot.* sequitur Crauet. *consil.680. n.22.* † Et nihil magis contrarium est consensui, quam 1 error, qui imperitiam detegit. *ff. de iurisd. omn. iud. l. si per errorem.* † Errans non consentit, neque paciscitur, etiam si erret in iure vel in facto. Castrens. *consil.377. num.2. lib.2.* † Amplia in transactione, quæ est nulla, si consensus fuit erroneus. Cald. *cons.100.* 2 *alias 1. de transact. in fi.* quod est Ang. de Perus. Castrens. *consil.343. Considerandum est per tot.* maxime *in fin. versicul. quarto. & vltimo. lib.1.* † Amplia; quia filius acquirens ab Ecclesia in emphyteusim rem, 3 quæ erat acquirentis, non sibi præiudicat, quando vt rem Ecclesiæ, non vt propriam acquisiuit ab Ecclesia. Cuman. *cons.165. Gaspar q. Iacobi. per tot.* Bartol. *in l. si aliquam. ff. de acquir. poss.* † Declara; 4 quia si confiteor fundum meum reuera esse tuum, etiam sciens, non transfero dominium de me in te. Bartol. *in l. falsa. Cod. de iur. & fact. ignor. nu.2. & seq.* Vide, *Conducens rem sitam quando sibi præiudicet, vel non. Concl.624.* † Amplia; quia confessio, vel negatio erronea 5 non præiudicat, sed reuocatur docto, vel probato, quod res aliter se habeat; quia tunc sola allegatio erroris sufficit facta probatione. Calderin *cons.149. alias 1. de confess.* Vide, *Confessio erronea quando* 6 *possit reuocari, vel non. Concluſ. 649.* † Extende, vt procedat etiam in confessione facta cum iuramẽto ad positiones, quando est super facto alieno, in quo cadit probabilis error; quia docto de errore 7 potest reuocari. Calder. *cons.151. alias 3. de confess.* † Restringe, vt nõ procedat in confessione facta ad positiones concernẽtes factum proprium respondentis; quia etiã docto de errore nõ potest reuocare, sed præiudicat. Cal. *d. cons.151. alias 3. de confess.* † Restringe in cõ-

fessione erronea iuris facta ad positiones; quia præiudicat consentienti. Cuman. *cons.54. Leonardus Marzarius. in pr. ver. tamen cum confessus.* Vide, *Error iuris non excusat, & quando secus. Concluſ. 320.* † Am- 11 plia, vt id, quod dicitur errore vitiari consensum, vt per Crauett. *cons.861. Furnum à municip. n.8.* procedat tam in errore facti, quam in errore iuris. Crauet. *d. cons.680. Ad argutissima. n.22.* vbi hoc dicit procedere, quando sumus in minore, vel Vniuersitate, quibus error iuris non nocet. † Amplia in diuisione facta per errorem; quia 12 non valet, docto q; de errore reducenda est ad æqualitatem; ideo si vni assignentur 300. quæ non reperiuntur esse, nisi centum, vel è contra, docto de errore, æqualitas introducenda est. Roland. à Val. *cons.100. n.23. & seq. lib.3.* † Extende etiã inter Iudæos. Castr. 13 *cons.377. Ad primũ n.2. lib.2.* vbi, quod iuramentum erroneum non nocet. † Extende; quia imo si facta esset diuisio cũ aliquo vti co- 14 hærede, qui nõ sit, potest retractari docto de errore. Cast. *cons.125. Dubitatur. n.5. ver. sexto dubitatur. lib.2. & in 10. dub.* idẽ dicit in diuisione facta per fideicommissarios; quia si est per errorem, nõ no- cet diuidentibus, neque fideicommissariis. Vide, *Diuisio licet permissa, si damnosa dicitur, reducitur, & ex quibus rescindatur. Concl. 522.* † Imo possunt errantes condicere possessionem, quia nõ habue- 15 runt animum transferendi dominium. Alex. *cons.168. in prin. lib.5.* † Extende; quia hæres iussus sub pœna non molestare aliquem, 16 non incurrit pœnam, si præceptum est turpe, & contra leges; & idem est, si non esset turpe, quando hæres habuit iustam causam. Cast. *d. cons.125. n.5. in 7. dub.* vbi loquitur in legitimato admisso ad diuisionem iussu testatoris; quia si est nulla legitimatio, nõ incurrunt pœnam hæredes. *lib.2.* Vide, *Hæres iussus sub pœna quando pœnam incurrat non implendo, vel secus. Concl.55.* † Et idem est, si ipsi hæredes 17 promiserunt contra diuisionem non venire sub pœna. Cast. *d. cõs. 125. lib.2. in 8. dub. n.5.* vbi idem quoad fideiussores. † Amplia; quia 18 error potest allegari, & probari contra instrumentum guarentigiatum, etiam post lapsum terminum præcepti. Cuman. *cons.160. Ioannes & Gerardus. in prin.* † Restringe; quia falsæ causæ error non 19 potest probari cõtra tale instrumentum, nisi per scripturam. Cuman. *d. cons.160. in princ.* † Restringe, vt non procedat, quando est 20 geminata confessio debiti depositi, vt in instrumento, & deinde in iudicio; quia error causæ non admittitur. Cuman. *d. cons.160. in princ.* † Amplia in liberatione facta administratori per errorem; 21 quia non valet, & vitiatur. Castr. *cons.343. Considerandum est. per tot. maxime col. fi. ver. quarto. lib.1.* † Limita; quia quando confessio fa- 22 cta ex certa scientia, vel medio iuramento allegatur erronea, non releuat; quia potius debet dici facta super falso, quæ præiudicat, quam quod per errorem sit facta. Io. de Im. *cons.1. nu.10.* vbi, quod probato errore etiam per euidentiam facti debet sustineri, vt facta scienter super falso. † Limita; quia error Principis facit ius. *l.3.* 23 *§ fi. ff. de supel leg.* Oldr. *cons.224. n.29. ver. non obstat, quod dicebatur.* vbi subdit rationem; quia per Principem super facto fingitur. Vide Mascar. *Concl.645. Error confessionis quomodo probetur.* vbi in facto probatur probando rem aliter se habere; secus in erronea confessione iuris.

Error in Notario potius præsumitur, quam falsitas, & quando secus. Conclusio.

VIDE plene Mascard. *Concluſ. 654. Error in Notario.* vbi, quando possit errorem corrigere, vel nõ, & qualiter probetur. Vide, *Notarius quando possit corrigere errorem suum, vel non. Concl.86. cum sex alijs Concl. ibi proxime sequentib.* vbi latissime videas.

Error Principis tollit gratiam absolutè factam. Concluſ. 328.

ERROR † Principis si probetur, facit omnino cessare gratiam 1 absolutam; quia in errante non est voluntas, & ad incognita non trahitur consensus. Oldr. *cõs.323. Circa primum. n.2. ver. secundo ex relatione.* vbi, quod si fundatur gratia super assumpto erroneo, eo detecto cessat gratia. † Amplia, vt nedũ circũueniens Princi- 2 pem non cõsequatur commodum, sed imo puniri debeat ex gratia obtenta per dolum circumuentionem Principẽ Oldr. *cons.324. n.7. ver. colligitur etiam.* † Quod autem Princeps possit decipi in fa- 3 cto. Bald. *cons.311. Præmittendum est, circa med. ver. porro. lib.1.* Vide, *Princeps non errat in iure, sed in facto potest errare. Consil.676.*

Error quicunque excusat mulieres à pœna, & quando secus. Concluſ. 329.

MVLIER † excusatur à pœna ex quocunque errore. Oldrad. 1 *cons.291. in fin. n.9. ver. Vnde dato.* Vide, *Mulier habet multa privilegia*

2 *ulegia de iure communi. Concluſ.* 416.† Limita, niſi mulier delinquat contra ius naturale; quia tunc ratione ſexus nõ excuſatur à pœna; ideo mulier maior contrahens matrimoniũ ſcienter in gradibus prohibitis nõ excuſatur à pœnis iuris; & amiſſionis dotis; quia fiſco applicatur, ſi nõ ſuperſunt filii. Bald. *cõſ.* 118. *Verba matrimonii,*
3 *in pr. lib.* 1.† Limita; quia error iuris non excuſat mulieres extra pœnam, & dolum, niſi in certis caſibus. *l. regula. §.* 1. *ff. de iur. & fact. ignor. l. fin. C. eod. tit.* Crauett. plene *conſ.* 413. *Quæſtio tractatur. nu.* 13.
4 *ver. nec obſtat, & per tot.*† Extende; quia mater, quæ non petiit tutorem filio impuberi, nõ excuſatur; quin priuetur ſucceſſione filii, quia tractat de lucro; & quia nõ niſi in caſibus expreſſis mulieres excuſantur ab ignorantia iuris. Fulgoſ. *conſ.* 89. *In quæſt.* 10. *n.* 4. *ver.*
5 *item regula eſt.*† Limita; quia mulier non excuſatur ignorãtia iuris in damnis vitandis, niſi in caſibus à iure expreſſis. Rom. *conſ.* 125. *Soror & mater. col.* 2. *ver. Item nec ſimiliter.* vbi plena apoſtilla *in ver. vt l.* 1. quæ dat plures concor. & in ſpecie Alex. *conſ.* 75. *Videtur. n.* 10.
6 *lib.* 5.† Et idem eſt in muliere, ruſtico, & ſimilibus; quia error iuris non excuſat, niſi in caſibus expreſſis. Alex. *conſ.* 14. *Viſo & conſidera-*
7 *to, in pr. lib.* 2. vbi apoſtil. dat concord. *in ver. niſi.* † Et maxime prædicta procedunt, ſi potuerunt conſulere peritiores. Alex. *d. cõſ.* 14.
8 *in pr. lib.* 2.† Limita; quia ignorantia iuris non excuſat mulierem in lucris captandis. Rom. *d. conſ.* 125. *nu.* 2. *ver. quoniam reſpondetur.*
9 † Extende; quia etiam ſi damnum pati dici poſſet; tamen non excuſatur, quando illud damnum trahit originem à lucro, & ſic ab hæreditate. Roman. *d. conſ.* 125. *col.* 2. *circa prin. ver. item, nec ſimiliter.*
10 † Extende; quia licet hæreditas parentum filiis dicatur quaſi debita, & idem de hæreditate deſcendentium, vt ſit quaſi debita aſcendentibus; tamen in quaſi debita mulier non excuſatur ignorantia iuris. Rom. *d. conſ.* 125. *n.* 2. *in fi. & n.* 3. *ver. ſecũdo, quia hereditas.*
11 † Limita; quia ignorantia iuris inducti ad rigorem conſeruandũ non releuat mulierem, puta quod teneatur eligere actionem, vt alteri renunciatum cenſeatur, prout *in l. ſi. C. de codicill.* ita Rom. *d.*
12 *conſ.* 125. *nu.* 3. *verſ. tertio confirmatur,* vbi apoſtil. *in ver. conſeruandum.* † Extende; quia error iuris in iis, quæ ſunt inducta ad rigorẽ iuris conſeruandum, nõ excuſat mulierem, neque ruſticum, etiam in
13 damnoſis. Alex. *d. conſ.* 14. *Viſo & conſiderato, in pr. lib.* 2. & ideo ſi nõ ſoluit canonem Eccleſiæ intra biennium, cadit, vt ibi.† Extende; quia vbi eſt terminus, & pœna à lege, ipſo iure non admittuntur ad purgationem moræ, ita Alex. *d. conſ.* 14. *n.* 2. *lib.* 2. vbi dicit com-
* 14 munem.* † Extende; quia Boniſaciana, quæ præfigit terminum anni, & menſis emptori emphyteuſis Eccleſiæ ad accipiendam inueſtituram, alias res empta libere ad Eccleſiam reuertatur, non admittit purgationem moræ etiã in ruſtico, ſicut in nouo feudatario; quia inducitur ad rigorem iuris conſeruandum. Alex. *d.*
☞ *conſ.* 14. *n.* 2. *& ſeq. ver. ſed hic eſt. lib.* 2. Vide, *Mulier habet multa priuilegia de iure communi. Concluſ.* 416.

Error communis facit ius, & qualiter procedat. Concluſ. 330.

1 ERROR † communis facit ius, & ideo valent geſta à Prætore reputato pro tali, licet non ſit, neque eſſe poſſit Prætor. *l. Bar-*
2 *barius. ff. de off. Prætor. l.* 1. *C. de teſtam.*† quod intellige quando communiter erratur circa factum; quia communiter quis credebatur Epiſcopus, qui non erat, aut liber, & non erat. Feder. de Sen. *conſ.*
3 112. *Amice charißime. n.* 2. *ver. & ſi dicatur.* † Extende in Tabellione; & Notario, qui diu geſſit ſe pro tali, & confecit plura inſtrumenta; quia licet non appareat eum eſſe Notarium; tamen valent inſtrumenta ab eo confecta ob publicam vtilitatem. Alex. *conſ.* 138. *Opportune. n.* 2. *ver. & per hoc diximus lib.* 1. vbi plen. apoſt. *in ver. vale-*
4 *ant,* vbi dicit hanc veram, & ita obſeruari, & dat conc.† Extende in beneficiato, & Prælato, qui habetur cõmuniter pro tali; quia valent collatio, & geſta ab eo, licet poſtea detegatur, quod non ſit talis. Alex. *d. conſ.* 138. *col.* 2. *ver. bene facit,* vbi ponit plurima ſimi-
5 lia. *lib.* 1.† Extende in eo, qui eſt Notarius, vel Comes, vel Prælatus, ſed fuit priuatus, & poſt priuationẽ publice exercet officium, quo priuatus fuit; quia valent geſta ab eo inter ignorantes. Alex.
6 *d. conſ.* 138. *col.* 2. *ver. ad idẽ lib.* 1.† Contrarium, quod imo non ſufficiat aliquem eſſe in poſſeſſione Tabellionatus, vel legitimandi, & quod ex communi errore ſit habitus pro tali, vt valeant geſta ab eo, quando reuera non erat talis, per infinita iura, & authoritates tuetur Alex. *d. conſ.* 138. *Opportune. col.* 3. *n.* 6. *cum ſeq. ver. nec obſtat. ſi appareat. lib.* 1. vbi reſpondet ad *d. l. Barbarius,* quod procedit, quando cõſtat de facultate cõcedentis, & decreto, licet defectus ſit in materia, videlicet in perſona quæ non eſt habilis, ſed ignoratur defectus; tunc valent geſta; ſecus, ſi defectus eſt in forma, vt quia deficit facultas, licet adſit habilitas, quia maior eſt defectus in forma, quam in materia, allegat Iacob. de Aretio in ſua *diſputat. incip. Quæro ergo.* Iacob. de Belui. in *diſp.* in cip. *Cauetur aliquo iure.* Guido de Suzar. *in l. decernimus. C. de Sacroſ. Eccl.* And. de Piſis *in d. l. Barbarius ff. de off. Præto.* vbi Guilel. de Cun. Rayn. de Forli, & Petr. Cyn. & Bald. *in l. ſi ſolemnibus. C. de fid. inſtrum.* Bart. *in tract. repreſ. in* 5. *q.* 2. *q. pr. & in l. actuarios. C. de num. act. lib.* 12. alleg. Alex. *d. conſ.* 138. Multa ſimilia de eo, qui eſt in poſſeſſione ſeruitutis; quia ſi intentetur negatoria, debet probare titulum; quia habet præſumptionem contra ſe ſub *n.* 7. & ibi apoſt. ad Alex. *in ver. non obſtante,* dat plurimos concord.† Declara; quia *d. l. Barbarius. ff. de off. Præt.* habet 7
locum, quando is, qui exercet actum publice, id facit ſciente & patiente Principe; quia ex ſcientia & patientia Principis oritur conceſſio facultatis; ſine qua ſcientia, & patientia non poteſt in incorporalibus oriri quaſi poſſeſſio ſine titulo, & conceſſione, ita
Alex. *d. conſ.* 138. *Opportune, n.* 8. *& per tot. lib.* 1.† Declara ſecundo, 8
quia *d. l. Barbarius.* & aliæ ſimiles, q̃ error communis inducat ius, & valeant geſta per eum, qui per errorem communẽ reputatur talis, procedunt, quando tria cõcurrunt, videlicet conceſſio Principis, vel decretum eius, qui poteſt concedere; item error, & reputatio communis, licet obſtet in habilitas perſonę, qui non poteſt eſſe talis, prout ſeruus, ſed ignoratur; item, quando cõcurrit publica vtilitas; & eſt ratio; quia maior eſt defectus in forma; quam in materia, ita plene Alex. *d. conſ.* 138. *per tot.* vbi pro vtraq; parte allegat multa, & loquitur in Comite Palatino, qui nõ probat facultatem legitimandi, vt non ſufficiat cõmunis error, & communis reputatio, ſi nõ docet de priuilegio, & legitimationes ſunt nullæ.
lib. 1. maxime *n.* 10. vbi dicit * communem, & magis * cõmunem, **
& loquitur etiam, quando fuit priuilegium regiſtratum in actis Gubernatoris Mediolani, ſtante ſtatuto, quod regiſtrum Gubernatoris probet; quia debet reſtringi inter ſubditos, & intra territorium ſtatuentium, non alias. Alex. *conſ.* 186. *Viſis. ver. imo poſito. n.*
5. *lib.* 2. vbi dicit * communem, quod requiritur electio, & publica *
vtilitas.† Reſtringe; quia ſi non agitur de vtilitate publica, error 9
communis nihil operatur, & ideo officialis priuatur, vel procurator, vel capita creditorum pro talibus habita, ſi non conſtat de eorum electione, non poſſunt præiudicare. Alex. *d. conſ.* 186. *n.* 7.
ver. ſecunda dubitatio. lib. 2.† Imo etiam ſi à maiori parte creditorũ 10
talia capita fuiſſent approbata, nõ poſſet hoc nocere aliis, qui nõ conſenſerunt, niſi approbatio eſſet facta à maiori parte ſimul omnibus conuocatis; quia ſi ſingulariter fiat, nocet ſolum conſentiẽtibus. Alex. *d. cõſ.* 186. *n.* 7. *ver. præterea. lib.* 2.† Amplia; quia error 11
communis facit valere ſocietatẽ, quæ alias non valeret; ideo ſocietas etiam valet circa bellica inter commilitones, licet bellum non ſit licitum; quia error communis hoc admittit. Bald. *conſ.* 41.
in pr. lib. 1.† Amplia; quia error communis facit valere contractũ 12
profeſſi, & oblati, quãdo ſtabat publice extra monaſterium tanquam laicus emẽdo, & vendendo publice; quia clandeſtina profeſſio cum tolerantia ſuperioris, & errore communi facit valere actum, Petr. de Anchar. *conſ.* 49. *De viribus profeſſionis.*† Amplia; quia 13
contrahens cum filiofamilias, qui publice gerebat ſe pro patrefamilias, propter errorem cõmunem cõtrahit valide. Pet. de Anch.
conſ. 49. *n.* 3. allegat *l.* 1 *ff. de man.*† Amplia; quia error Principis facit 14
ius, ſicuti error communis. *l.* 3. *in fi.* vbi gl. *ff. de ſupel. leg.*† Amplia; 15
quia geſta per Prælatum putatiuum, qui erat falſus Prælatus, valent, quando communiter habebatur pro tali, ita Zabar. *conſ.* 114.
n. 1.† Declara; quia non ſufficeret reputatio ſtulta, & vana, puta ſi 16
priuatus per ſententiã continuaret de facto, prout in quodam Abbate Sancti Vitalis de Rauenna, qui fuit legitime priuatus, & fauore Dominorum de Rauenna perſeuerauit de facto, nõ inducit excuſationem. Zab. *d. conſ.* 114. *per tot.* vbi eſt caſus.† Amplia, & 17
limita multis modis, in quibus error cõmunis faciat ius, & quibus non. Vide plene per Matc. *Concl.* 648. *Error cõmunis quãdo faciat ius, & probet.* vbi ponit infinita exempla.† Limita, quando Prælatus, 18
vel alius fuit per ſententiam declaratus non Prælatus; quia ſententia tollit communem reputationem, quãdo eſt notoria. Zab.
d. conſ. 114. *per tot.*† Extende, vt idem ſit, quando publica vox, & fa- 19
ma eſt, quod eſt priuatus, vel intruſus. Zab. *d. cõſ.* 114. *n.* 1.† Limita, 20
vt communis error non faciat ius, quando error eſt in iure. Feder. de Sen. *d. conſ.* 112. *in princ. ver. circa quod, & nu.* 2. *ver. quæro ſecundo.* vbi hoc maxime in clericis procedere aſſerit.† Limita; quia er- 21
ror communis non excuſat ſcientem errorem. Decius *conſ.* 407.
☞ *Viſis. & diligenter. n.* 2. plene Marſil. *in præxi. §. aggredior. n.* 32. Vide, *Conſuetudo magnæ authoritatis, & vincit legem, & omnia. Concl.* 806. Vide, *Opinio, & reputatio communis multa operatur. Concl.* 157. Vide plenius, *Obſeruantia diuturna operatur multa. Concl.* 58. Vide; *Obſeruantia diuturna releuat quoad multa. Concl.* 58. Vide plene Ant. Gabriel. *lib.* 1. *tit. de probat. Concl.* 8. *Error communis facit ius.*

Erro-

Erubescimus, cũ sine lege loquimur, & qualiter procedat. Concl. 331.

ERVBESCIMVS, † cum sine lege loquimur. *l. illam. C. de collation.* † Intellige, cum loquimur sine lege communi, vel municipali; quia sufficit alteram legem allegare. Bald. *cons.* 337. *Et præmisso, circa fi. ver. in contrarium. lib.* 3. † Imo etiam procedit, quando loquimur sine lege, sine statuto, & sine cõsuetudine, Bald. *cõs.* 338. *secundum ea, post med. ver. quia erubescimus. lib.* 3. *& cons.* 433. *in pr. vers. item non possum. lib.* 5. † Imo sufficit allegare rationem naturalem, quod intelligetur, quando non extat lex certa, vel similis, quæ decidat causam. Abb. *cons.* 20. *col.* 2. *ver. & primo præmitto. lib.* 2. † Amplia; quia is, qui allegat legẽ, siue super affirmatiua, siue super negatiua, debet illam probare, nisi habeat præce dẽtem iuris dispositionem pro se. Bald. *d. cons.* 338. *lib.* 3. *& cons.* 433. *in prin. lib.* 5. † Amplia; quia nõ est licitum ex proprio capite æquitatem ad distinctiones producere, sed procedendũ est per viam silicatam, videlicet per textus legum. Bald. *cons.* 97. *Super primo quæsito, n.* 2. *circa med. ver. si iuvat distinguere. lib* 4. † Limita; quia Doctor scribens in iure ad instantiam partis, debet allegare leges, & iura, sed quando scribit, vel consultor datur iudicibus, non tenetur allegare leges, neque iura, ita Abb. *cons.* 21. *In quæstione, in pr. lib.* 2. Vide, *Doctori aliquid attestanti quando credendum, vel non. Concl.* 558. Vide, *Allegationes in iure qualiter fieri debeant. Concl.* 253.

Es alienum quod sit, & dicatur. Concl. 332.

ES † alienum dicitur illud, quod lex defert filio ob transitum patris, vel matris ad secundas nuptias; nam si mater legauit marito, vel è contra, & ipse legatarius per transitum ad secunda vota priuatur proprietate legati, vel ipso legato, filius dicitur illud habere à lege, & tanquam æs alienũ, non autem ex successione patris, vel matris. Rom. *cons.* 190. *Clarum est, in fi.* vbi apposita citat Dec. *cons.* 87. *Pro resolutione. col.* 1. *in fi.* † Extende; quia hæres filii vtitur eodem priuilegio, quo poterat filius vti. *l. ex qua persona ff. de reg. iur.* Rom. *d. cons.* 190. *in fi.* † Amplia; quia id, quod auferitur à nouerca per filios primi matrimonii, vel à priuigno, vt quia mater plus ei reliquit, quam vni ex filiis primi matrimonii, illud habent filii à lege, & tanquam æs alienum; & ideo nõ computantur in legitimam, neque tanquam ex causa hæreditaria communicant. Bald. *cons.* 401. *Quia prædicta puncta. n.* 2. *vers. sed occurrunt. lib.* 2.

Es alienum debet semper deduci, & qualiter. Cõcl. 333.

ÆTAS † viginti quinque annorum completorum requiritur ad hoc, vt quis obtineat Ecclesiam curatam; quia debet esse sacerdos. Lap. *alleg. 36. num. 3. vers. non obstat.* † Extende; quia vbicunque beneficium est sacerdotale, vt quia requirit sacerdotium, requiritur ætas 25. annorum in beneficiato. gl. *in c. si eq. de rescript. in 6.* ita Rom. *cons. 325. Quoad primum. in princ.* vbi plena apostilla dat concord *in ver. quoad primum.* † Si vero non est curatum; neque sacerdotale, sed requirat aliquem alium ordinem sacrum, tunc non est necessarium, quod impetrans sit in ætate d. ordinis, sed sufficit, quod sit in ætate consequendi beneficium ecclesiasticum simplex, & expectabit postea aduenientem ætatem. Roman. *d. cons. 325 in princ.* † Declara extensionem, quod licet ordo presbyteratus requirat, quod prouisus sit in ætate 25. annorum; tamen non est necessarium, quod sit in ipso presbyteratu promotus, sed sufficit, quod possit promoueri, & si non promouetur intra annum, non habet locum priuatio, de qua *in c. licet canon*, quæ loquitur in parochiali, & non habet locum in parochiali collegiata, quæ est dignitas, neque in beneficio sacerdotali, sed solum est locus *clem. vt ij. qui de ætat. & qualit.* quæ priuat non promotum intra annum solum voce capitulari, & parre distributionũ quotidianarum. † Hodie ex forma Sacri Conc. Trid. *sess. 24. c. 12. de reform.* statutum est, quod nullus possit obtinere dignitates, quibus cura subsit, nisi attingat 25. annum, & versatus sit in ordine clericali; alias vero dignitates, nisi attingat 22. annum, & idem de Canonicatibus cathedralium. † Amplia, vt idem sit in omni Ecclesia, in qua rector instituitur; quia cum debeat in ea celebrare, debet habere ætatem sacerdotis. Lap. *d. alleg. 36. nu. 3.* † Contrarium tenet Calder. & eum refert, & sequitur Lap. *alleg. prædicta 36. eod. n. 3. & 4.* ea ratione; quia maior ætas requiritur in curatis, quam in non curatis, nisi beneficium non curatum requirat ex statuto, vel priuilegio sacerdotium; quia tunc debet habere ætatem sacerdotis, alias non. † Declara; quia ætas constituta pro beneficiatis est inducta de iure positiuo, & ex placito Principis, & propterea libere potest Papa dispẽsare super ætate, vt minor habeat curatum, & talis dispensatus erit habilis, sicut is, qui habet ætatem legitimam, & in dispositione de idoneo, vel habili continetur. Anchar. plene *cons. 404. Tria dubia. in pr.* maxime *n. 4. & seq.* vbi loquitur in minore dispensato ad curatum in 13. anno. † Amplia; quia ætas Hospitalarii, seu gubernantis Hospitale debet esse virilis, & 25. annorum; quia imbecillitas animi, & fragilitas consilii repellit; & ideo minor 14. annorum etiam dispensatus à Legato non potest regere Hospitale; quia *clem. quia contingit. de relig. dom.* est conciliaris, & Legatus non derogat Concilio, & licet ibi committatur conscientiæ ordinarii; non tamen indeterminate, sed determinate, quod preponatur gubernio vir arbitrio conscientię ordinarii, ita per plura Ant. de Butr. *cons. 62. Hic de duobus n. 3. in fin. & per tot. ver. quinimo.* Vide, *Beneficium qualificatum an possit conferri non qualificato, & quando. Concl. 58.* Vide, *Qualitas requisita in dispositione quo tempore attendatur. Concl. 8.* † Limita; quia ætas 14. annorum completorum est sufficiens ad habendum beneficium non curatum, quod intellige, nisi sit sacerdotale, vel requirat ex statuto, fundatione, vel priuilegio maiorẽ ætatem, vel quod celebret rector. Lap. *d. all. 36. n. 2.* † Contrariũ, quod ætas supra septenniũ sufficit ad obtinendum beneficiũ simplex non habens annexum ordinem sactũ. Gem. *cons. 38. Pro clariori. in pr. ver. iis præmissis.* Anch. *cons. 355. in fi.* Ant. de But. *cons. 29. in fi.* † Hodie secundum S. Conc. Trid. *sess. 23 c. 6. de reform.* incip. *Nullus, in pr.* non potest habere beneficium simplex etiam clericus ante decimum quartũ annum, & ita ceptum esse practicari dicit Mascard. *concl. 302. n. 14. in fi.* sequitur apostil. ad *cons. crim. Bertaz. 78. in ver. debet.* † Extende; quia ætas 14. annorum completorum sufficit ad obtinendum prioratum ruralem non habentem conuentum, neque curam animarum, neque personarum. Fed. de Sen. *cons. 49 per tot.* vbi *in fi.* se remittit ad Io. And. *in c. si eo tempore. de rescript. in 6.* † Extende; quia ætas legitima dicitur 14. annorum completorum in spiritualibus, ideo potest quis contrahere matrimonium post completum decimum quartum. Anch. *cons. 355. in fi. ver. in oppositum*, quod est Ant. de Butr. *cons. 29. circa fin. ver. in oppositum*, vbi, quod non attenditur minor ætas, neque curatoris authoritas, licet ad bene esse possit adhiberi. † Extende; quia patronus potest præsentare ad beneficium in tali ætate, & alia omnia facere, quæ ad officium patroni spectant. Anch. *d. cons 355. Visis puncto. in fin.* & Anton. de Butr. *dict. consil. 29. in fin.* † Extende; quia maior 14. annis omnia spiritualia expedit sine curatore, etiam si sit prodigus. Ancharan. *dict. consil. 355. in fin.* Anton. de Butr. *d. consil. 29. in fin.* † Et contrahit matrimonium maior 14. annis, quia ad spiritualia est habilis. Ancharan. *d. consil. 355. num. 4.* & Anton. de Butr. *d. cons 29. n. 4.* & ibi apost *in ver. spiritualia*, quæ citat Rebuff. *in tract. nominat. q. 17. nu. 20.* vbi alios citat. † Extende in iis, quæ sunt publici iuris, quia non attenditur ætas minor, vel maior. *cap. indecorum. de ætat. & qualitat.* † Extende, quia maior 14. annis in beneficialibus, & spiritualibus est

maior, vt sine curatore possit stare in iudicio. *c. si annum. de iud. in 6.*
20 † Declara; quia secus est in causis prophanis; quia sine curatore non potest iudicium esse validum. prout in laico. Abb. *cons. 45. Vi-*
21 *detur primo. in fin. lib. 2.* † Extende; quia ætas 14. annorum completorum dicitur legitima ad testãdum, & ad vltimam voluntatem.
22 Zabar. *consil. 60. n. 7.* † Declara; quia ætas maiorum Prælatorum, prout Episcopi, Abbatis, & Abbatissæ, debet esse 30. annorum.
☞ Vide Conclusionẽm prox. præced. in fin.

Etatem legitimam habens præfertur non habenti. Concl. 339.

1 ÆTATEM † habens legitimam, & concurrens in prouisio-
ne cum minore, seu non habente ætatem legitimam præ-
2 ferri debet. Oldrad. *consil. 215. Puncta breuia. in princ.* † Dicitur ætas legitima multipliciter respectu diuersorum actuum, vt ætas 14. annorum completorum sit legitima ad testandum. ita Card. Zabarell. *cons. 60. num. 7.*

Etas probatur per scripturam, & instrumenta, & libros, & quando. Concl. 340.

1 ÆTAS † probatur regulariter per librum patris, & scriptu-
ram patris, in qua descripsit tali die, mense, & anno natum
sibi talem filium. Salyc. *in l. si minorem. n. 3. ver. quæro, quomodo proba-*
tur ætas & n. 10. ver. nunc quæro. C. de in integr. restit. vbi Aret. sequitur
Rut. *cons. 31. n. 7. lib. 4.* Bald. *in l. neque. col. 1. C. de probat.* idem Salyc. *in*
2 *l. cum te. col. 1. C. de probat.* Ant. de Butr. & Barb. *in c. ex litteris. de trans-*
3 *action.* † Contrarium Soci. Iun. *cons. 3. lib. 2.* vbi non habet pro ab-
soluto verum. † Declara; quia si concurrat probatio per testes, li-
4 cet nõ concludeãt in ratione, liber sic adiuuatus probaret. Castr.
cons. 301. lib. 1. † Declara; quia liber, in quo pater scripsit natiuitatem filii, probat, si pater est mortuus, & liber non est suspectus,
5 alias secus. Crauet. *de antiq. temp par. 1. §. vidimus, & abunde. n. 34. &*
seq. † Declara, vt idem sit, quando cum libro concurreret probatio ætatis per aspectum, vel quid aliud adiutorium. Soci. *d. cons. 3.*
6 *lib. 2.* † Amplia, vt probetur etiam ex epistola, vel litteris missiuis,
vel ex natiuitate astronomica, & tam in patre, quam in matre. Vide plene per Mascard. *conclus. 669. AEtas an probetur ex scriptura.* vbi
7 ampliat, & limitat. † Amplia; quia fides libri baptismi probat ætatem baptizati; quia à communiter contingentibus consueuerunt filii baptizari à die natiuitatis intra quinque, vel sex dies, ita
Castr. *cons. 231. In quæstione, quæ venitur. in pr. lib. 2.* Vide plenius per
8 Masc. *concl. 672. AEtas an probetur per librum plebani, seu curati.* † Amplia; quia ætas probatur per instrumenta, sicut per testes, quando instrumenta sunt confecta super natiuitate, seu super ætate; secus, si super matrimonio, vel dote; quia ex illis nõ probatur ætas.
Vide Mascard. *concl. 670. AEtas an per scripturas, & instrumenta pro-*
9 *bari possit.* † Amplia; quia ætas probatur per librum publicum, seu annotationem officialis publici. Vide Mascard. *conclus. 671. AEtas*
an probetur per librum publicum. vbi, quod Florentiæ ita seruatur, & procedit etiam in annotatione Cameræ, & Principis.

Etas probatur per aspectum, & qualis probatio requiratur. Concl. 341.

1 ÆTAS † probatur ex aspectu, videlicet, quod quis sit minor.
Oldrad. *cons. 329. in prin.* maxime *n. 3. ver. præterea, quod Papa. &*
cons. 332. in pr. vbi dicit, quod probatur apparentia minoris ætatis ex aspectu, sed non certitudo ætatis, vel minoritatis, ita quod Pa-
2 pa faciens gratiam minori præsentino dicitur certus de minoritate, ita quod censeatur dispensare cum eo. † Amplia; quia ætas probatur non solum ex euidentia, sed etiam ex coniecturis. Bald.
cons. 213. Occurrit dubium in fi. lib. 2. vbi, quod nemo præsumitur natus ante contractum matrimonium; ideo instrumentum contractus matrimonii probat filium non esse natum ante, & quod sufficiat probatio coniecturalis. Bald. *cons. 19. Factum tale. in fin. lib. 5.*
3 † Amplia; quia licet minor ætas debeat probari ab eo, qui vult ex ea consequi commodum; tamen si ex euidentia aspectus constat de minoritate, non debet aliter probari. Bald. *cons. 418. Pronuntia-*
tio super ætate. lib. 2. in fi. intelligit Bald. *cons. 66. n. 3. ver. sed si nõ fuit, &*
n. 5. ver. aut nõ est appositum. lib. 3. quando ex aspectu iudex pronuntiauit minorem, vel maiorem; quia talis pronuntiatio transfert
4 onus probandi contrarium. † Extende; quia contrahens cum minore, qui asseruit se maiorem, præsumitur sciuisse minoritatem, quando ex aspectu de ea constabat. Angel. *consil. 160. Domina Ca-*
5 *tharina. in fin.* † Declara; quia ætas probata ex aspectu, non citato eo, cuius interest, non sibi præiudicat; quia si habet cõfessionem ipsius, qui dicit se minorem, in qua confessus est se maiorem, tenetur probare minor se esse minorem. Bald. *consil. 1. lib. 4.*
per tot. † Contra declarationem videtur velle Bald. *consil. 66. Fa-* 6
ctum tale est. lib. 3. num. 3. vers. sed si non fuit. & latius *num. 5. ver. aut non*
est appositum. qui dicit pronunciam ex aspectu, quod quis sit maior, vel minor, transferre onus probandi contrarium. † Amplia; 7
quia minor ætas probatur ex aspectu etiam per testes deponentes eorum credere, & eorum iudicio, quando reddunt bonam causam interrogati. Bald. *consil. 219. Testes & attestationes. & consil.*
220. lib. 4. vbi, quod licet testis regulariter debeat deponere per sensum corporis; secus est hoc casu. † Imo etiam, quod testis pro- 8
bans ætatem ex aspectu, debeat etiam non interrogatus reddere rationem concludentem. Alexand. *consil. 29. Clarissime Doctor. in*
princip. lib. 7. quod duplicatur *consil. 32. lib. 4.* vbi, quod ita tenent
omnes * Legistæ. † Et ratio reddita à teste, diminuit, & restringit * 9
dictum testis. Alexand. *d. consil. 29. num. 2. lib. 7.* † Restringe; quia 10
imo testes deponentes super ætate ex aspectu, & per verbum, *iu-*
dicio suo, vel per verbum, *videtur*, non probant ætatem, nisi assignent bonam rationem concludentem. Alexand. *d. consil. 29. in*
princ. lib. 7. quod duplicatur *lib. 4. consil. 32.* & idem si per verbum,
credo. Bald. *cons. 19. Factum tale est. lib. 5.* † Vide plenissime per Ma- 11
scard. *conclus. 667. AEtas an per aspectum corporis probetur.* vbi ponit regulam affirmatiuam, quod potest probari, & per iudicem, & per testes, & sufficit, quod deponant vidisse ex aspectu, & sibi videri esse tot annorum, & *num. 14.* dicit, quod probat, etiam si interrogatus, quid sit aspectus tanti temporis, dicat nescire; contrarium tenent plurimi, quos citat ibi *num. 15. & seq.* declarat multis modis *num. 20. & seq. & num. 28. & seq.* conciliat; quia si agitur de modico tempore, probatio ex aspectu non probat, si agitur de multa distantia, probat; ponit exemplum; quia ex aspectu minui debet certum tempus, siue probatio fit facta ascendendo, siue descendendo, prout si testis dicat videri septem mensium, iudicatur de vno anno, si dicat ascendendo videri 18. mensium, iudicatur de vno anno, & sic de singulis, vide eum; quia ponit fere omnes ætates ex mente Bart. & limitat multis modis. † Li- 12
mita; quia probatio per aspectum est multum periculosa; quia est potius iudicium, quam testimonium, & in aspectu quis decipi potest. Bald. *in l. solam. ad fin. C. de testib.* sequitur Alexand. *d. cons.*
29. num. 4. lib. 7. Corn. *cons. 179. Ex puncto. col. 3. lib. 3.* † Vide tamen 13
Bart. *in l. de ætate. ver. ad cuius declarationem. ff. de minor.* vbi ponit necessaria ad probandam ætatem per aspectum, alias probatio non est concludens, & sequitur Alexand. *d. cons. 29. vers. præterea. lib. 7.*
Calcan. *cons. 79. num. 15. colum. fin.* & sentit Salycet. *in l. si minorem.*
col. 3 ver. quæro nunquid. C. de in integr. restit. minor. † Et semper quod 14
aspectus concludat, debet testis deponere, quod videatur habere ex aspectu tot annos ab annis 14. vsque ad 25. debet concludere de annis quinque minus, quam aspectus ostendat; ideo si testis dicat, quod videtur habere annos 25. concludit de 20. Alex.
d. cons. 29. num. 4. in fin. cum seq. ver. præterea secundum Bart. lib. 7. Vide ☞
Conclus. prox. seq.

Etas qualiter probetur per testes, & confessionem partis. Concl. 342.

ÆTAS † probatur ex aspectu; ideo testes deponentes ali- 1
quem minorem; quia illum viderunt, & eorum credere, &
iudicio, & sciunt esse minorem ex aspectu, probãt talem esse minorem; quia licet testes debeant deponere per sensum corporis; tamen fallit in ætate. Bald. *cons. 219. Testes & attestationes. per tot.* maxime *circa pr. ver. iis præmissis. lib. 4.* quod est Petr. de Ast. & Iuliani Bini, & illud subscripsit Bal. *cons. 220. eod. lib. 4.* vbi dicit, quod ista est probatio perspectiua, seu intuitiua, & quando per talem aspectum quis est minor per plures annos, depositio testium de iudicio suo dicitur per sensum corporis, videlicet per visum. † Con- 2
trarium, quod probatio ætatis ex aspectu sit fragilis, & non valeat; quia est iudicare, quod soli iudici, & non testi permittitur.
Bart. *cons. 92. In quæstione. n. 3. lib. 1.* & quod sit fallax probatio ex solo aspectu. Castr. *cons. 124. In causa. lib. 1. num. 2.* plene Alexand. *cons.*
29. Clarissime Doctor. n. 4. vers. præterea. lib. 7. vbi sequitur Bart. *d. cons.*
92. † Imo nec statur iudicio iudicis iudicantis aliquem maiorem, 3
vel minorem; quia potest contrarium probari, *l. minor 25. annis ex*
aspectu. ff. de minor. Bart. *d. cons. 92. num. 3. lib. 1.* † Declara; quia va- 4
let probatio ætatis per aspectum facta per testem in quinque annis minoris ætatis, quam deponat testis, puta, si dicat ex aspectu esse ætatis annorum 20. probat de 15. annis, ita Alexand. *consil. 29.*
lib. 7. † Declara; quia probat de iudicio, & credulitate, si reddat 5
bonam

bodum scientiam. Bald. *cons.*19. *Factum tale est. num.*3. *vsq; in fin. lib.*5.
6 † Declara; quia probatio per aspectū dicitur præsumptiua; ideo
eorum contra talem probationem admittitur probatio in contra-
rium, & sententia lata ex tali probatione nunquam transit in iu-
dicium, plene per Mascar. *concl.*667. *AEtas an per aspectum corporis.*
*n.*17. *& seq.* † Declara; quia si hinc inde esset probatio contraria ex
aspectu statur probationi, quæ habet probationem concurren-
tem magis verisimilem, & adminiculatā. Castr. *cons.*124. *n.*2. *lib.*1.
7 † Amplia; quia probatur probando tem-
pus, si testes dicant vidisse talem infantem lactari de tali tempo-
re, quod necessario inferatur minoritas, & iste est melior modus
probandi concludenter ætatem. Bald. *d. cons.*219 *circa fi. ver. praeter-*
*ea quod ad damna. lib.*4. quia annorum denumeratio plene probat.
Bald. *cons.*220. *in fi. lib.*1. † Amplia; quia probatur probando tem-
pus natiuitatis *l. cum de ætate ff. de probat.* Bald. *cons.*451. *Intelligo. in fi.*
*lib.*4. & quid si vtraq; pars probat, vna scil. pars, quod erat pupil-
la, altera vero, quod pubes erat facta, quæ præualeat. Bald. *cons.*
441. *Quis melius. lib.*4. vbi, quod maior numerus testiū prævalet, &
in dubio, & pariter præualent testes masculi fœminis, & magis in
specie deponentes, & meliorem rationem adducentes, & Baldus
super eodem articulo iterum consuluit, *lib.*5. *cons.*19. *Factū tale est.*
8 † Et quod ætas non possit directo melius probari, quam per ob-
stetrices, & mulieres, quę fuerunt præsentes natiuitati. Castren. *d.*
*cons.*124. *n.*2. *lib.*1. vbi apost. dat plures concord. *in ver. probari.* † Ex-
tende; quia admittuntur sorores, & mater, & cōsanguinei ad pro-
bandam ætatem, licet diminuatur in aliquo fides eorum. Castr.
*cons.*124. *n.*2. *lib.*1. vbi dicit, quod ea, quæ domi fiunt, probātur per
probabiles, & similiter ea, quę sunt difficilis probationis, prout na-
turas. † Extende; quia quod quis sit minor, probatur per testes
deponentes de partu, & natiuitate, etiam si sint sorores, frater, &
alii consanguinei, qui licet non sint omni exceptione maiores, ta-
men admittuntur ad probandam ætatem, quæ est difficilis pro-
batiōis, & supplentur duo testes cōsanguinei, si adsint alii testes
de aspectu. Castr. *cons.*302. *Ad bene examinandum. in pr. lib.*1. † Am-
plia; quia ætas probatur per confessionem partis tam in propha-
ti, quam in beneficialibus. Mascard. *concl.*673. *AEtas an probetur*
per confessionem partis. vbi declarat, & limitat multis modis. † Limi-
9 ta; quia testes deponentes per verbum, *credere*, non probant æta-
tem, maxime, quando non reddunt causam scientiæ per sensum
corporis. Bald. *cons.*19. *n.*3. *vsq; in fi. lib.*5. † Declara; quia probatur
una per testem dicentem sibi videri, quando refertur ad certum
tempus, vel ad ea, quæ in intellectu consistunt. Bart. *cons.*92. *nu.*8.
*ver. Boxa Ioan. lib.*1. † Limita; quia ætas non probatur per famam;
quia fama nō probat, sed probationē factam adiuuat. Bart. *d. cons.*
92. *n.*4. *lib.*1. † Limita; quia testes deponentes super ætate nō red-
dentes rationem per sensum corporis nō probant, veluti si testis
dicat, vera esse contenta in articulo; quia Hieronymus filius testis
fuit natus tēpore, quo Bauarus fuit Tuderti, & N. de cuius ætate
agitur, fuit natus p sex menses post, prout audiuit. Bart. *d. cons.*92.
10 *n.*2. *ver. Ista questione vertente. n.*2. *lib.*1. † Extende; quia testis dicens N. esse
ætatis viginti quinque annorum, & non vltra; quia quando soror
dicta fuit tradita nuptui, fuit viginti duo anni, & N. tūc erat duo-
rum vel trium annorum; quia vix tenebat se in pedibus; quia ra-
tio reddita, quod non se tenebat vix in pedibus, non conuenit, ex
quo potest etiam esse in sene, non probat. Bart. *d. cons.*92. *n.*2. *vers.*
*Bonuccius. lib.*1. vbi apost. *in ver. sufficientem*, sequitur Alex. *cons.*21.
*n.*1. *lib.*1. † Extende; quia idem est, si quis deponat N. non habere,
nisi 15 annos; quia testis habet filium, qui habet 22 annos, & tunc
erat dnorum, vel trium annorum; quia non dicit aliquid vidisse,
propter quod ita debeat iudicari. Bart. *d. cons.*92. *n.*2. *ver. Blasius*
*dicit lib.*1. † Restringe; quia si dicat scire; quia sic posuit curæ, pro-
bat; quia bona est ratio, nec alia ratio reddi potest de memoria
temporis. Bart. *d. cons.*92. *n.*8. *ver. Clantolus Io. lib.*1. † Idem, si dicat
recordari, vel scire; quia est patruus, vel consanguineus, vel de
domo. Bart. *d. cons.*92. *n.*8. *lib.*1. † Idem, si dicat scire; quia eo die
aliquid fecit, & per instrumentum constat de illo facto. Bart. *dict.*
*cons.*92. *n.*8. *lib.*1. † Idem, si dicat habere memoriam propter nati-
11 uitatem filii, vel fratris de illo tempore. Bart. *d. cons.*92. *n.*8. *lib.*1. *in*
fi. Vide, qualem rationem reddere debeant testes, vt probent, &
quid per verbum, *credo*, vel per verbum, *videtur*, deponant, plene
per Mascard. *concl.*679. *Communia quædam.* vbi plura.

Etas per quos testes probetur, & qui admittantur. Concl. 343.

1 MAter † admittitur ad probandam ætatem filii. *l. etiam. ff. de*
prob. Bart. *cons.*92. *In quæstione. n.*5. *ver. nec obstat. lib.*1. † Et idem
est in patre; quia admittitur pro filio ad probandam ætatem filii.
Bart. *d. cons.*92. *n.*7. *ver. Puccius pater.* † Et idem est in patre spiritua-
2 li, qui dicitur Sanctolus, videlicet, qui leuauit puerum de fonte
baptismi. Bart. *d. cons.*92. *n.*8. *lib.*1. vbi apost. *in ver. Sanctolus*, allegat
pro vtraque parte, & vide eum. † Declara; quia testes probant,
4 quando non deponunt ad fauorem filii; alias secus, & idē, quan-
do ipsi parentes non sunt aduersarii, alias secus. Vide Mascar. ple-
nius *concl.*668. *AEtas an per testes, phetur. n.*7. *& seq.* vbi, quod ad hoc,
vt probent, requiruntur adminicula. † Consanguinei quoq; sunt
5 idonei, & maxime in causa ætatis ecclesiastica. Bart. *d. cons.*92. *n.*9.
*ver. nec obstat. lib.*1. & est generalis, & *communis opin. indistincte,
excepto vno casu, quādo cōsanguineus est minoris ætatis, quam
ille, de cuius maiori ætate deponit, Masc. *d. concl.*668. *n.*17. *& seq.*
6 † Obstetrices, & alii, qui sunt informati, probant ætatem, si re-
cordantur de natiuitate; quia præsentes erant, licet ignorent di-
em, & annum, & qualiter deponere debeant, vt concludant, Ma-
scard. *d. concl.*668. *per tot.* vbi in fin. dicit, quod in probanda mino-
ri ætate valet testimonium de credulitate.

Etas minor, & maior est difficilis probationis, & debet probari ab asserente. Concl. 344.

1 AEtas † est difficilis probationis; ideo probatur per coniec-
turas, & indicia, & cōfert ad multa, vt quis ætatis legitimæ
probetur pro validitate actus, vel è conuerso, vt etiam restituatur.
Vide Masc. *concl.*665. *AEtatis communia* vbi in fin. allegat Bald.
*cons.*19. *n.*3. *lib.*5. dicentem, quod ad probandam ætatem probari
2 debet principium, & finis; quia ætas est quædam mensura. † Pe-
tens restitui in integrum ex capite minoris ætatis illam probare
debet; quia præsumptio est pro contractu, contra quem minor
vult venire. Bald. *cons.*148. *In casu proposito in fin. n.*14. *ver. ad aliud ca-*
*pitulum lib.*1. *& cons.*66. *Factum tale est. nu.*3. *vers. quoad vltimum. lib.*3.
Bart. *cons.*92. *In quæst. in princip. lib.*1. Vide, *Probatio incumbit asserenti,*
*& qualiter procedat, & quando secus. Concl.*768. † Extende, vt proce-
3 dat, maxime, quando super instrumento interuenit decretum
iudicis; quia tunc præsumitur pro decreto, vt sit adultus, & non
pupillus; ideo incumbit onus probandi minori, qui dicit se pu-
pillum. Bald. *cons.*66. *Factum tale est. n.*3. *vers. quoad vltimum. lib.*3. &
latius *in eod. consil. nu.*5. *vers. secundo quæritur.* vbi, quod pro decreto
præsumitur. † Extende, vt procedat, etiam si contractus sit sine
4 decreto; quia præsumitur is, qui iurauit contractum, fuisse adul-
tum, & non pupillum; & ideo si allegans fuisse pupillum est ac-
tor, & alius possideat ex illo contractu; tunc minor probare de-
bet. Bald. *d cons*66. *n.*3. *ver. sed si minor. & n.*5. *vers. si vero iudex. lib.*3. *&*
in fin. vbi, quod est solemnitas intrinseca, quæ præsumitur. † Ex-
5 tende, vt minor petens restitui aduersus sententiam debeat pro-
bare se minorem, & sentētiam iniustam, videlicet se læsum. Bald.
*consil.*184. *Reputatio facta. circa fin. ver si petatur restitutio. lib.*4. † Re-
6 stringe, nisi minor possideret, & esset reus; quia tunc incumbit
onus probādi asserenti eum fuisse maiorem, & hoc modo distin-
guitur opinio, quod ille, qui allegat, & se fundat in ætate, siue ma-
iori, siue minori, debet probare; quia intelligitur, quando actor
est, qui se fundat, & alius possidet, alias secus; quia commodum
possessionis hoc operatur. Bald. *cons.*66. *n.*5. *ver. alij dicunt. lib.*3. Re-
stringe, † quando iudex ex aspectu pronuntiasset pro minori æ-
7 tate citata parte; quia talis pronuntia transfert onus probādi con-
trarium in aduersarium, & idem est in casu conuerso. Bald. *d. cons.*
66. *n.*3. *ver. sed si non fuit.* & latius *n.*5 *ver. aut non est appositum. lib.*3. Vi-
de, *AEtas probatur per aspectum, & qualis probatio requiratur. Concl.*341.
† Amplia; quia vbicunq; minor ætas proponitur in modum ali-
8 cuius beneficii consequendi, vel executionis, ille, qui se excusat,
debet probare minorem ætatem, nisi constaret ex euidētia aspe-
ctus. Bal. *cons.*418. *Pronuntiatio super ætate. circa med. ver. & nota. lib.*2.
*& consil.*66. *in fin. vers. illud certum. lib.*3. Ancharan. *cons.*440. *num.*2.
† Declara, si pro minori ætate, & maiori essent testes ex aspectu;
9 quia fallax est probatio, statur aliis præsumptionibus maioribus
concurrentibus. Castrens. *cons.*124. *In causa, quæ vertitur. nu.*2. *lib.*1.
† Extende in casu contrario; quia qui allegat ætatem ad præiudi-
10 cium, vt quia infans non potuerit possidere, debet hoc probare.
Bald. *cons.*20. *Super primo n.*5. *ver. & si dicatur, & quaratur. lib.*5. Idem
est, † si allegetur infantia ad beneficium; quia debet ætas quali-
11 ficata probari. Anchara. *d. cons.*440. *n.*3. *ver. non obstat.* † Et qui di-
12 cit tempore cōtracti matrimonii fuisse minorem quatuordecim
annis virum, vt non valuerit matrimonium, debet probare. Alex.
*cons.*149. *Viso processu. col. fi. ver. solum est videndū. lib.*5. † Et onus pro-
13 bandi incumbit ei, qui dicit aliquem non fuisse idoneum ratio-
ne ætatis. Alex. *d. consil.*149. *num.*16. *ver. vbi expresse. lib.*5. † Extende;
14 quia

quia neque sufficit probatio incerta, puta 12. annorum in circa; quia non concludit, neque ex aspectu, nisi deponat, quod aspectus minuat per 2. annos; vnde, qui vult probare, quod nõ habet quis 13. annos, debet concludere, quod ex aspectu nõ demõstrat
15 11. annos, ita Alex. *d. cons. 149. nu. 17. & seq. vsque in fi. lib. 5.* † Amplia, quia vbicunque super ætate est pronunciandum, & agitur de magno præiudicio, debet solemniter fieri dato termino ad probandum hinc inde, alias sententia est nulla. Bald. *cons. 418. in prin. lib. 2.*
16 † Amplia, vt procedat etiam quoad alia; quia si minorem se asserens obtinuit sibi deputari curatorem ad litem, contra Seium non citatum, & Seius opponat de nullitate curæ; quia is, cui est datus curator, est maior, & producat instrumentũ, in quo confessus est se maiorem, processus est nullus, nisi minor probet se minorem.
17 Bald. *cons. 1. lib. 4. per tot.* † Amplia; quia in dubio nõ præsumitur filius decessisse in ætate pupillari, nisi probetur; ideo prætendens matrem priuatam successione filii; quia trãsiuit ad secunda vota, vt obtineat, debet probare, quod filius decesserit impubes. Bald.
18 *cõs. 451. Intelligo. lib. 4.* & plenius *cons. 19. Factum tale est. lib. 5.* † Declara, vt per Boer. *decis. 38. n. 31.* vt si agatur de excludenda matre, sit
19 vera ampliatio, alias non. † Extende; quia substitutus compendiose, qui dicit filium in pupillari decessisse, debet hoc probare; quia asserenti incumbit probatio. Bart. *cons. 56. Bart. fecit testamentum, in fi. lib. 1.* qui etiam loquitur in pia causa substituta, vt probare teneatur, & ibi apostill. plena in *ver. qua ætate.* citat pro vtraque.
20 † Regula est, quod ille debet ætatem probare, qui se fundat super ea, siue agat, siue excipiat. *l. cum de ætate ff. de probation.* Bart. *cons. 92. In quæstione, in pr. lib. 1.* Bald. & Salycet. in *l. eam te, & in l. neque natales. C. de probation.* apostill. ad Bartol. *dict. cons. 92. in pr. in ver. onus probandi.* Alex. *cons. 149. Viso processu. col. final. n. 16. verfic. quia onus pro-*
21 *bandi. lib. 5.* † Declara; quia regula non procedit, quando vnus habet beneficium iuris pro se, sed excluditur ob delictum, vel alias in casu certæ ætatis, quia talis præsumptio transfert onus probãdi ætatem in eum, qui cum ætate vult excludere alium à beneficio iuris, prout contra matrem, quæ dicitur priuata hæreditate pupilli; quia transiuit ad secunda vota, vel alias; quia onus probandi incumbit asserenti, quod decessit pupillus. Baldus *dict. cons.*
22 *451. lib. 4. & cons. 19. lib. 5. per tot.* † Extende; quia si minor petit restitui ratione ætatis, debet probare ætatem. Bar. *d. cons. 92. in princ. lib. 1.* Bald. *cons. 295. Paterfamil. n. 3. in fi. lib. 3. ver. nec obstat.* Ioan de I-
23 mol. *cons. 23. per tot.* † Idem est in casu contrario; quia qui vult excludere, ne minor restituatur; quia excesserit ætatem, debet pro-
24 bare, quod excesserit. Bart. *d. cons. 92. in prin. lib. 1.* † Extende; quia si quis agat contra institutum in Canonicatu, vel beneficio ad priuationem, eo quod non habeat ætatem legitimam, debet hoc
25 probare. Bart. *d. cons. 92.* vbi est casus, *in pr. lib. 1.* † Extende in hærede, qui se fundat in minori ętate, vel infantili ętate defuncti; quia
26 tenetur probare. Anchara. *cons. 440. n. 3.* † Amplia; quia semper minor debet probare ætatem in actu facto ab eo tanquam maiore, licet habeat instrumentum curatoris sibi dati tanquam minori, iam lapsis duobus annis, vel fuerit etiã sententiatum super minori ætate; quia non probat concludenter minorem ætatem; quia potuit esse minor in modico, & hodie maior. Io. de Imol.
27 *cons. 23. per tot.* † Amplia; quia minor agens ad nullitatem contractus contra possessorem debet probare se minorem. Castr. *consil.*
28 *53. nu. 2. lib. 2.* † Amplia; quia imo minor, qui iurauit se maiorem, non auditur volens probare contrarium, quod sit minor; quia aperiretur via periurii. Castren. *cons. 53. nu. 3. ver. constat autem. lib. 2.*
29 † Extende, vt isto casu, & si onus incumbat aduersario minoris probare ętatem maiorem, diceretur facta probatio ex dicta assertione iurata. Castren. *d. cons. 53. n. 3. ver. vel ex eo. lib. 2.* vbi maxime dicit hoc procedere; quia per dolum dixisse præsumitur, & iurasse.
30 † Extende maxime, quando adest duplex iuramentum, videlicet se maiorem, & non veniendo contra. Castren. *d. cons. 53. n. 3. in fin.*
31 *lib. 2.* † Extẽde; quia imo probatio iam facta non releuaret minorem, qui iurauit se maiorem ignoranti. Castren. *d. consil. 53. n. 3. vers.*
32 *constat. lib. 2.* † Restringe vt non procedat, quando minor se maio-
33 rem dixit sine iuramento. † Restringe, quando minor se maiorem dixit cum iuramento, sed tamen illi, cui iurabatur, sciebat iurantem esse minorem, vel ex aspectu colligebatur; quia tunc sibi non obstat, quin onus probandi incumbet, cui de iure. Castr.
34 *d. cons. 53. n. 3. ver. constat autem lib. 2.* † Amplia; quia ætas debet semper probari ab eo, qui se fundat in ætate. gloss. Bart. & alii in *l. de ætate. ff. de minor.* plene Felin. in *cap. in præsentia. n. 49. de probatio.* vbi de
*35 * communi, & plures allegat. † Restringe, quando principaliter allegatur ætas, debet probari ab allegante; secus si secundario, & accessorie, veluti si allegatur actus includens ætatem, prout aditio hæreditatis facta à tutore solo pro infante; tunc pro actu præsumitur, & pro ætate inclusa in actu, ita videtur tex. in *d. cap. in præsentia*, vbi Abb. & Felin. *de probat.* † Contrarium dicit Anch. *cons.* 36
44. *In quæstione. nu. 3.* vbi, quod debet probari ab allegante etiam isto casu. † Amplia, & limita multis modis, de quibus plene per 37
Mascardum *Conclus. 666. Ætas an ab eo probari debeat, qui eam allegat pro fundamento suæ intentionis*, & ponit regulam affirmatiuam, quod probare debeat, ampliat plurib. modis, & limitat decem modis, vide eum.

Etas minor probatur ex instrumento dationis tutelæ, vel curæ, & quando secus. Conclus.

VIDE plene per Mascard. *Concl. 674. Ætas minor an probari possit per instrumẽtum tutelæ, vel curæ.* vbi ponit regulam affirmatiuã, quando datio est cum decreto iudicis, ampliat contra tertium, & ponit contraria, & declarat contra tertium probare, quando concurrunt adminicula alia; item ampliat contra eũ, ad cuius instantiam datus est; item contra tertium, vt transferat onus probandi, & limitat, vt ibi. Vide, *Minor non præsumitur, sed maior, & quando se-*
cus, & qualiter probetur maior, vel minor. Concl. 266. in fi. Conclusio.

Etas probatur ex indiciis, & coniecturis, & quando secus. Conclusio.

VIDE † plene per Mascard. *Conclus. 675. Ætas an probetur ex indiciis & coniecturis.* vbi ponit regulam affirmatiuam; quia probatio ętatis est difficilis probationis; ideo probatur per indicia, & coniecturas, maxime, quando agitur de minori ætate probanda, & dummodo indicia, & cõiecturæ sint legitimæ, & limitat in minori ętate; item quando ætas probari debet; quia posita in condi-
tione, de quo recitat opiniones. † Amplia maxime in probanda 2
ætate rusticorum; quia non solent facere scripturã, neq; memoriam; ideo difficilior probatio. Vide Mascard. *Conclus. 677. Ætas rusticorum quomodo probetur.* † Amplia; quia ætas probatur ex facto 3
notabili, vt quis natus fuerit tempore creationis Papæ Clementis VIII. fœlicissimi; quia sufficit, Mascard. *Conclus. 678. Ætas an probetur ex designatione notabilis temporis.*

Etas probatur ex actis etiam in præiudicium tertii, & inter alios, & quando secus. Conclus.

VIDE Mascard. *Conclus. 676. Ætas an probetur ex actis semel factis.* vbi, quod probatur etiam in præiudicium tertii quoad ætatem maiorem semel probatam, quia si tunc maior erat, multo magis nunc est maior; quia ætas semper crescit; secus quoad ætatem minorem semel probatam; quia non probatur nunc, sed bene probatur tunc ex actis, vide eum.

Etas minor excusat in multis. Conclus 345.

ÆTAS † minor excusat in multis; nam delictum de sui na- 1
tura graue, leue iudicatur ratione ætatis, *c. fi. de sent. excom.* Feder. de Sen. *cons. 168. Casus talis, Papa, in fi.* † Amplia; quia minor re- 2
stituitur aduersus factum omissum, per quam omissionem caderet in pœnam. Bald. *cons. 180. Quia pupillus. lib. 4.* Vide, *Restitutio in*
integrum datur minoribus multis casibus. Concl. 284. † Amplia; quia et- 3
iam in criminalibus datur restitutio minori. Vide, *Restitutio in in-*
tegrum in criminalibus non datur aduersus delictum, sed aduersus confessio-
nem delicti. Concl. 283. † Amplia; quia pœna ordinaria minor non 4
punitur, sed extraordinaria. Vide, *Minor qualiter possit inquiri, & condemnari. Concl. 256.* Vide, *Minor excusatur in multis. Conclus. 243. & in Concl. pluribus ibi seqq.*

Euentus posterior formatur à titulo præcedenti. Conclus. 346.

EVENTVS † posterior formatur à titulo primordiali. *l. 1. C. de* 1
imponen. lucrat. descriptio. lib. 10. Petr. de Anchar. *cons. 4. in princ.*
nu. 3. † Et ideo frater obligatus dare dotem sorori relictam à pa- 2
tre in testamento sub certis conditionibus fideicommissi, *si decesserit sine filiis*, licet sit data simpliciter; tamen censetur eo modo, quo debebatur. Petr. de Anchar. *cons. 7. In quæstione agitata n. 6. vs-*
que in fi. ver. secundo veniens proprius & in fi. sub n. 16. Vide, *Subiecta ta-*
lia, qualiæ prædicata. Concl. 717. Vide, *Titulus præambulus inducit*
præsumptionem actus sequentis. Concl. 313. cum Conclusio.
ibi proxima sequent.

Euen-

Euentus, qui contingere possunt, quando considerandi, vel non. Concl. 347.

1 EVENTVS,† qui communiter contingere solent, & possunt, sunt cõsiderandi; secus si è contra; & ideo testator si dat executorem monachũ, qui vel impediatur à suo superiore, vel alias non possit exequi, deuoluitur exequutio ad Episcopum; ex quo non fecit prouisionem de alio. Feder. de Sen. *cons.* 293. *Factum tale fl. aute constitutionem circa fi. ver. ex prædictis.* † Amplia; quia præsens fit casus, vel personæ semper in consideratione esse debet, quod similiter euenire potest. Alex. *cons.* 100. *Visa parte testamenti. col. 1. ver. semper enim. n. 13. lib. 4.* vbi, quod debet testator, vel præsumi cogitasse de liberis nascituris, quando erat verisimile nasciturum esse, sequitur Deci. in *l. si idem cum eodem. §. si vna. n. 5. in 5. not. ff. de iurisd. omn. iud.* † Amplia; quia euentus etiam mali, & siniſtri sunt habendi in consideratione ad exclusionem lucri, quãdo lucrum ipsum super futuro bono euẽtu, & prospero fundatur. Bald. *cons.* 182. *Locata fuit. n. 4. vers. non enim debet considerari. lib. 1.* Vide Conclusionem prox. seq. † Amplia; quia euentus considerari possunt, & debent, quãdo ex pacto, vel contractu quis ponit aliquid in arbitrium alterius; quia tunc debet considerare, & facere potest; quia hoc datur prouidẽtia, vt homines futura prospiciãt. Bald. *d. cõs. fl. n. 7. in fi. ver. item dictus conductor. lib. 1. & in fi. n. 7. vers. repetita igitur*, vbi secus dicit, quando euentus pẽdent ab extraneo; vel sub conditione nõ potestatiua. † Amplia; quia licet iudex debeat iudicare secundum acta & probata; tamen potest, & debet prospicere futura, & contingentia, quando sunt verisimilia. Bald. in *l. fi. fl. col. fi C. com. de leg.* Dec. in *d. l. si idem cum eod. § si vna. col. 2. ff. de iurisd. omn. iudic. n. 5. in 5. not.* † Extende; quia potest iudex prospiciendo, quod euenire potest, consulere soluenti per cautionẽ. Cõfir. in *l. 1. in fi. ff. si quis cautio.* Bald. *cons.* 151. *col. fi. lib. 2.* vbi, quando compromissum, vel laudum complectatur fideicommissum pẽdent à fortuna, & quod non est purificatum. † Amplia; quia vbi pendet à futuro euentu, & propterea dubia est, debet euentus expectari, & secundum euentum iudicabitur. Ang. *cõs.* 195. *Dominus Philelma. n. 2. ver. descendo ad secundum*, vbi, an causa pendeat, vel non, quando dubitatur de iurisdictione, dicit, quod debet expediri, an declaratio fiat pro iurisdictione, vel è cõtra. † Declara, vt not. Bald. in *l. fin. §. sed quia nostra. n. 5. versic. deinde nota. C. com. de legat.* quando cum aliquo contrahitur, inspicitur, quod euenire potest. *ff. de act. l. si quis domum.* Bart. in *l. inter stipulatem. §. sacram. ff. de verb. oblig.* idem, si aliquod remedium est proditũ ad medelam futuro. Idem. *l. cum Artemidorum. C. vt in possess. legat.* idem si non est inuentũ aliquod remedium, quãdo illud, quod euenire potest, est verisimile, & euenit; si vero non est verisimile, non inspicitur, quando enim non plus est verisimile, quod euenit, vel quod non euenit; tunc solũ inspicitur, si ineſt dolus, vel culpa, alias non. † Extende; quia quãdoq; ex euentu declaratur, an factum sit validũ, vt not. in *l. quedam. ff. de reb. dub.* Cast. *cons.* 70. *Quia frustra. col. pen. n. 8. lib. 2.* † Amplia; quia is, qui promisit sub pœna non petere, incurrit pœnam, si eius procurator petierit; quia licet mandatum non fit ad exigendũ, vel petendum, nec extendatur ad faciendũ tenebitur dominum in pœnam; tamen incidit dominus; quia non potuit procuratoré de hoc. Bart. in *l. in illa stipulatione. ff. de ver. ob.* † Amplia; quia emens ciuitatem obsessam, si perfecta est venditio, nõ agit de euictione, si ab hostibus obsidentibus capiatur, non thurus præsens facit ita iudicari potuisse. Vide, *Emptori, an vẽ. dito pariter periculum rei venditæ. Concl.* 125. † Extende in eo, qui cõcedit aliquid tempore, quo bellum pullulat; quia nõ petit remissionem ex bello; quia inspecto statu præsenti potuit iudicare, & prouidere. Vide, *Conductori quando. & quibus casibus fiat remissio. Cõcl.* vbi plura de hoc † Extende in eo, qui emit rem subiectam finitis commisso euentuali, vel rem emphyteuticam, quę pro certis pensionibus tantũ conceditur; quia si sciat eueniente euictione secundum naturam rei, non agit de euictione, neq; recuperat pensionẽ ex quo scire debuit, quod venire poterat. Vide, *Euictio procedit per venditorem non habentem locũ multis casibus. Cõcl.* 367. *n.* 37. *& seq.* † Limita in casu non consueto contingere, vt si Princeps fecit indultum eum, qui alias erat habilis, per nouam legem; tunc enim tolleretur actus iam factus ante cognitã nouam legem. Feder. de Sen. *cons.* 293. *per tot.* maxime, *in fi. ver. hic respondeo.* † Limita; quia euentus futuri, quando in materia, de qua agitur, nõ habetur aliquod principium, & non sunt in conditione potestatiua contrahendum, sed cum extraneo, non sunt habẽdi in consideratione. Bald. *cons.* 182. *in fin. ver. repetita igitur. lib. 1.* † Limita; quia res iudicata in præsenti statu, nõ autem ex iis, quæ postea sequuntur, & ideo in materia *l. hac edictali. C. de secund. nupt.* quod maritus plus nõ conferat vxori quam vni ex filiis primi matrimonii, si conferat, quantum dicit lex, secundum statum præsentẽ tempore collationis nõ consideratur mutatio, quæ fit ex euentu dubio subsequuto, puta si ex secundo matrimonio habuit postea alios filios. Cravet. *cons.* 40. *n.* 8. *& seq. ver. decimo cõsidero.* vbi ponit plura exempla, quibus euentus non consideratur ad reddẽdam inefficacem dispositionem. † Extende; quia ad iudicandum, an donatio sit inofficiosa, attenditur tempus donationis, nõ euentus postea sequutus. Crauett. *d. cons.* 40. *nu.* 10. † Extende in damno dato in segete; quia iudicatur damnum, vt de præsenti, non autem iudicatur id, quod ab euentu potuisset causari, quando euentus omnino non est certus. Crauett. *d. cõs.* 40. *n.* 10. † Extende; quia gerens negociũ vtiliter inspecto præsenti statu repetit ab eo, cuius negocium gessit, non obstante, quod ex subsequentibus negocium nõ sit vtile. *l. sed an vltro. ff. de negoc. gest.* & ideo Castr. *cõs.* 444. *Viso pũcto. lib. 1.* dicit, quod redimens filium captiuum nomine patris, repetit à patre obligato, nõ obstante, quod filius redemptus decesserit, antequam domum redierit. Vide, *Accingendus de proximo habetur pro accinctũ, Concl.* 83. Vide, *Futura contingentia incerta. Concluſ.* 566. Vide duas Conclusiones prox. sequentes. Vide, *Spes proxima est considerabilis, & quando non. Concl.* 366.

Euentus mali nõ sunt habendi in consideratione; & quando secus. Concl. 348.

MALI † euentus nõ sunt habendi in consideratione. *l. si quis ab alio. ff. de re iudic.* vbi vani timoris ratio non habetur, & ibi gloss. & concordan. maxime Ripa *n.* 7. & plenius Ias. in *l. inter stipulantem. §. sacram, in not. 9. n. 14. ff. de ver. oblig.* vbi, quod ad odium, & damnum non considerantur. † Amplia; quia mali euentus nũquam habentur in cõsideratione, quando sunt præter naturam, & præter legem, quando præsens status nõ inducit contingentiã de futuro. Bart. *d. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de verb. obli. n.* 7. † Extende, vt idem sit, quando euentus contingens secũdum legem, esset de iure speciali; quia non est in cõsideratione. Bar. in *d. l. inter. §. sacram. n.* 7 *ff. de verb. oblig.* † Limita ad præcauendum; quia habendi sunt in cõsideratione. Rip. in *d. l. si quis ab alio. n.* 7 *ff. de re iudic.* vbi allegat, quia turpe est dicere nõ putaram. † Extende; quia mali euentus considerantur semper, quando sunt secundum naturam, & hominis dispositionem, aut secundum legem communem, ita Bart. in *d. l. inter stipulãtem. §. sacram. n.* 7. *vers. & vt liqueat. ff. de verb. oblig.* † Extende; quia cõsiderandi sunt mali euentus ad exclusionem lucri, quando fundatur lucrum super prospero exitu. Bald. *cons.* 182. *Locata fuit. n.* 4. *lib.* 1. † Limita fauore libertatis; item fauore dotis; item fauore pię causę; item fauore fisci; item ratione culpæ. Bart. *d. l. inter stipulantem. §. sacram. n.* 7. *in fi. ff. de verb. obligat.* vbi Ias. *n.* 14. & faciũt not. per Ripam in *l.* 1. *n.* 5. *& seq. ff. solut. matrim.* vbi, quod parificantur dos, libertas, pia causa, & fiscus. † Limita; quia expensum dicitur vtiliter per conductorem in aggeribus, & fossatis necessariis, licet postea flumen procedente tẽpore omnia abstulerit; ideo sunt reficiendæ à locatore. *l sed an vltro. §.* 1 *ff. de negoc. gest.* Castr. *cons.* 425. *Super primo quæsito. col.* 1. *lib.* 1. † Contrarium; quia euentus mali excusant morosum, & ideo si conductor molendini obligatus reparare nõ reparauit, & impetu fluminis molendinum corruat, & ita corruisset reparatum, prout non reparatum, excusatur conductor *l. si vt certo. §. interdum. ff. cõmo.* vbi Bar. & alii. Alex. *cons.* 74. *n.* 7. *lib.* 6. Vide Conclusionem prox. seq.

Euentus rei dubiæ reddit à principio rem certam, & quando secus. Concl. 349.

EVENTVS † rei dubiæ à principio reddit ipsam rem pendẽtem ab euentu certam perinde, ac si à principio facta fuisset secundum euentũ. Oldr. *cons.* 23. *Vidi quæstiones, in princ.* vbi de duobus Regibus eodem tempore electis, vt valeant à principio gesta ab eo, qui ob euentum declaratus fuit vere Rex. † Amplia; quia status hæredis pendẽs, & incertus talis esse dicitur, qualis ab euẽtu fuerit declaratus. *l. si necẽ domini. §. si deportatus. ff. de bon. libert.* Feder. de Sen. *cõs.* 26. *col. pen. in fi. ver. nec in isto habet.* † Amplia; quia exequutio facta per iudicem intra decem dies ad appellandum, cuius validitas pendet ab appellatione non interponenda, & nullitas ab appellatione interponenda, talis iudicatur, qualis euentus sequitur; quia si appellatur intra decem dies, tanquam attentata reuocatur, si non appellatur, valet. Franc. in *cap. non solum. numer.* 7. *de appell. in* 6. Vide, *Exequutio non potest fieri intra decem dies, & quando secus. Concluſ.* 480. † Amplia; quia sicut testes examinati lite non

non contestata non probant regulariter; ita nō probant, si lis fuit cōtestata; quia statutum reseruat omnes exceptiones in fine litis; nam in fine litis obstat exceptio impediens litis ingressum, testes sunt nulliter examinati; quia apparet nunc, quod ab euentu non debuerunt examinari. Bald. *cons.* 96. *Decreto cauetur. n.* 4. *ver. sequens* 3 *quæstio. lib.* 1. † Amplia; quia assequens beneficium incompatibile, si habet pacificam possessionem, vacat primum, si non habet pacificam possessionem, non vacat primum, & non potest impetrari; si tamen detur casus, quod fiat impetratio pendente lite, & assequens secundum obtineat, validatur impetratio primi à principio; quia ab euentu iudicatur, an valeat, vel non. Castr. *cons.* 265. *In* 4 *primo articulo, circa fi. lib.* 2. † Limita; quia euentus dubius non reddit rem certam ab euentu sequuto, quando agitur de interpretando animo doloso ab euentu; quia iudicatur secundum statū præsentem, non considerato euentu, qui subsequutus fuit. Gemin. *cons.* 7. *in fin.* vbi habens sententiam pro se, qui vigore sententiæ excommunicari obtinuit suum aduersarium, non præsumitur animo iniurandi, licet sententia fuerit reuocata. Vide Cōclusionem præcedentem, & Conclusionem proximam seq.

Euentus rei sequutus quando faciat argumentū ad intentionem. Concl. 350.

1 ARGVMENTVM † sumitur ab euentu rei sequuto; ideo si quis vulnerauerit cum instrumento habili ad mortem, & sequuta fuerit mors, euentus inducit animum occidendi. Bald. *cons.* 2 136. *Proponitur, quod Titius, in prin. lib.* 2. † Declara, vt procedat, quādo euentus fuit sequutus à causis proximis, non autem si à remotis; quia tunc euentus nō attenditur, puta si vulnus non erat mortale, & in loco nō mortali, sed mors sequuta fuit ob malam curā; quia euentus nihil operatur. Bald. *cons.* 136. *in fi. ver. item non obstat.* 3 *lib.* 2. † Amplia; quia euentus ad bonum, prout euentus pollicens salutem attenditur, sed euentus ad malum, nisi sequatur à causis 4 proximis, non attenditur. Bald. *d. cons.* 136. *in fi. lib.* 2. † Amplia; quia conductor morosus in reparando molendino excusatur, nedum à mora, & faciendis reparationibus, sed absolute non tenebitur, si impetu fluminis, cui non potuit resisti, molendinum destructum fuit, & sic destructio sequuta casu liberat obligatum, postquā frustratoriæ fuissent reparationes. Bart. & alii in *l. si vt certo. §. interdiu* 5 *ff. commod.* Alex. *cons.* 74. *n.* 7. *lib.* 6. † Declara, nisi conductor sit in dolo, vel lata culpa, quæ dolo æquiparetur; quia tunc non excu- 6 satur à faciendis *l. si decem*, & ibi Bart. & Castr. *ff. de solut.* † Amplia; quia exitus acta probat; ideo si data est pecunia simpliciter mercatori, & non apparet, in quam causam, ab euentu declaratur, si constat, quod ad mercādum implicauit; quia in eam causam data censetur. *l. sed Iulianus. §. quamquam. vers. sed si ab initio. ff. ad Maced.* 7 Rom. *cons.* 520. *Circa propositam. n.* 2. † Amplia; quia ab euētu, seu effectu sequuto, iudicamus actum à principio, an valuerit, vel non: & ideo si minor alienat actionem, quam habet aduersus Titium obligatum in 200. in pecunia; sed tamen habet Titius debitor facultatem soluendi in bonis stabilibus, quatenus contingat solui pecuniā, valet alienatio; quia minor sine decreto mobilia, & pecuniam potest alienare, quatenus soluat id, quod est in facultate soluendi, videlicet stabilia, non valet ab euentu. Bart. plene *cons.* 70. *Reuerendissime Dom. n.* 4. *ver quinto præmitto. lib.* 1. & idem Bart. vbi Alex. & Ias. in *l. si sic. §. si quis ita, in fi. ff. de legat.* 1. sequitur idem Alex. *cons.* 125. *Visis & consideratis, in fi. lib.* 1. Vide duas conclusiones proximas præcedentes.

Eugubina ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 351.

1 CIVITAS † Eugubina, & eius comitatus, fuit concessa in Vicariatum Magnifico Comiti Antonio de monte Feretro per Bonifacium IX. vt Bald. *cōs.* 147. *Orta guerra*, vbi multa facta inter Comitem prædictum, & Commune Florentiæ, & comitē Franciscum Gabriellium Dominum Cantiani. *lib.* 2. † Castrum Perguliæ ædificauit ciuitas Eugubina, in quo castro diuersæ Cōmunitates se contulerunt ad habitandum, nēpe Communitas Sercaltæ, & aliæ, quæ specificantur per Bart. & Cyn. in *cons.* 400. *Super primo* 2 *puncto, inter consilia Baldi. lib.* 4. & idem Bald. *cons.* 401. *eod. lib.* 4. vbi, q̄ dictum castrum habet ius exigēdi passagium ex præscriptione, & conuentione cum ciuitate Eugubina, quæ non potest priuare dictum castrum, & ibi dicitur, quod licet à pluribus Communitatibus fuerit habitatū; tamen vna Communitas est effecta; tamē Bald. *cons.* 243. *Ius percipiendi. lib.* 5. tenet contrarium, quod imo ius colligendi passagium, spectet ad ciuitatem Eugubinam; quia regalia competunt de consuetudine ciuitatibus Italiæ, non autem castris, & villis, nisi ex priuilegio, vel consuetudine, seu præscriptione immemorabili. † Castrū collis attectionis, & fortalitium 3 vallis Fenariæ est sub iurisdictione Eugubii; quia ciuitas præcepit nobilibus dictorum castrorū, vt ipsa consignarent vacua ciuitati. Ang. *consil.* 139. *Visis omnibus per tot.* vbi, quod nō valuit dictum præceptum non data recompensa, tanquam priuans nobiles suo dominio rerum particularium. † Monasterium S. Crucis Montis 4 Analensis Eugubin. diœcesis habet subiectum Monasterium S. Bartholomæi de campo dictæ diœcesis; ideo exemptio monasterii S. Bartholomæi, & vnio non præiudicat monasterio S. Crucis, neq; laicis patronis. Abb. *cons.* 101. *In quæstione, quæ vertitur. in princ. lib.* 1. vbi, quod dictum monasterium S. Bartholomæi tenetur soluere censum monasterio S. Crucis, & illi præstare obedientiam & reuerentiā, & gaudet centenaria prescriptione ex priuilegiis Imperatorum, & Pontificum. † Statutum habet, quod possessiones 5 non possint transferri de persona in personā, nisi reseruato iure Communis. Bald. *cons.* 458. *Confessio mariti, in fi. lib.* 3. vbi, q̄ habet locum solū quoad stabilia bona, & *cons.* 381. *Cōfessio viri. lib.* 5. † Imo 6 habet statutū, quod omnes laici debeant donare, & denunciare bona sua communi, alias sint confiscata, & hoc, vt transeant cum onere ad quoscunq; super quo Bart. in *l. rescripto. §. sciendum, in fi. ff. de munerib. & bon.* dicit, quod fuit bona cautela Eugubinorum, & super eodem statuto consuluit Bart. *cōs.* 81. *Martinus Forniconis*, vbi supponit esse validum; quia ciuitates faciunt seruare sua statuta. Vide, *Onera ordinaria quæ dicantur, & transeant ad ecclesiā, vel non. Cōclus.* 133. † Contrarium tenet Bald. *cons.* 312. *n.* 6. & 7. *lib.* 2. vbi, q̄ ista 7 cautela Bartoli non est vera, & quod non valet vnam festucam, dum loquitur, p̄ collectis imponendis; quia nisi sint certæ, & perpetuæ, & statutum sit à principe, vel eo consulto, nō valet, & *cons.* 280. *lib.* 2. dicit, quod opinio Bart. est vsu recepta de facto, sed q̄ est periculosum inuenire cautelas contra ecclesias. Vide, *Statutū circa onera & collectas faciens bona tributaria obligat, & quando non. Cōcl.* 610. † Et circa hoc statutum, qualiter probetur negatiua, q̄ quis 8 non denunciauit, vel denunciauerit. Bald. *d. cōs.* 81. *n.* 1. *lib.* 1. quod per librum, in quo describuntur omnes; quia si ibi non est hęc descriptio, probatur negatiua, vel si facta diligentia ab iis, qui debēt scire, deponunt illi eam non esse factam. † Item, quod à sententia 9 interloquutoria, quæ per diffinitiuā potest reparari, nō detur appellatio. Bald. *cons.* 378. *Pro parte cuiusdam. lib.* 3. *in prin.* vbi, quod nō habet locum in sententia, qua quis declaratur hæres sine beneficio legis, & inuentarii; quia grauamen infert, licet non in toto; tamen intanto. † Item, quod examen testium non possit alteri cō- 10 mitti, sed fiat per iudicem met in causis supra libras 50. & testes aliter examinati non faciant fidē. Bald. *d. cons.* 378. *nn.* 3. *ver. sequitur igitur, vsque in fi. lib.* 3. vbi, q̄ respicit vtilitatem publicam, & nō valet examen cōmissum, etiam de consensu partium. † Item, quod 11 instrumenta exequantur intra tres dies, & quod non admittatur exceptio contra instrumentum, nisi solutionis, vel quietationis, vel termini prorogationis, quæ probetur per instrumentum, & q̄ non se extendat statutum ad non suppositos Communi Eugubii. Bald. *cons.* 261. *& 262. Vt creditores.* vbi extensum est statutū. *lib.* 3. & dicit, quod ecclesiasticæ personæ non gaudent beneficio statuti. Ang. *cons.* 121. *Nicolaus vēdidit*, vbi dicit idem, & quod nō habet locum, quando emptor obligatus ad pretium patitur litem super re vendita, nisi sibi detur fideiussio. † Item super lucro dotis, videli- 12 cet, quod maritus lucretur tertiam partem dotis perceptæ mortua vxore sine liberis, quod statutum habet locum etiam in dote confessata, licet non soluta, quando marito mora adscribi nō potest; quia solutio per delegationem censetur facta. Bart. *consil.* 133. *Statuto ciuitatis Eugubij. lib.* 1. & repetit idē in statuto simili Cōmunis Sartiani, *cons.* 101. *Statuto Communis Sartiani lib.* 2. vbi vide concordantes. † Item circa testamenta extat statutum, quod nullus 13 possit testari, nisi reseruet iura Communis, quod statutum est validum, & habet locum, etiam si quis testetur extra territorii Eugubinum; quia quoad bona in territorio Eugubino non valet testamentum, si nō est reseruatum ius Communis, sed tamen valet testamentum quoad substitutionem ad fauorem piæ causæ, non obstante statuto, vbi, quod nihilominus per ius accrescēdi hæres institutus in aliis bonis habebit etiam ista bona Bald. *cōs.* 474. *Statutum est. lib.* 4. † Criminalia statuta Eugubii disponunt, quod de 14 vulnere illato tempore noctis duplicetur pœna; item q̄ habenti pacem fiat remissiō partis. Bald. *cons.* 378. *Punctus talis est. lib.* 4. vbi quod si quis intulit vulnus de nocte, & habuit pacē à vulnerato, in qua exprimitur de vulnere tali die illato, q̄ nihilominus suffragatur; quia qualitas venit in remissione per accessionem.

Euictio

Euictio multiplex, & quando requirat sententiam. Concl. 352.

DVPLEX † est euictio; vna expressa, quæ est quando res fuit tradita, & euicta post traditionē; & isto casu requiritur sententia, nec aliter habet locū promissio de euictione, vt reuiuiscat actio cessa. Bald. *cons.* 289. *in prin. lib.* 2. † Tacita euictio est, quando res non est tradita, nec potest tradi, & pariter non est propria euictio, vt emptor possit agere de euictione, neque reuerti ad iura cessa, sed debet agere ad interesse ex *l.* 1. *ff. de actio. empt.* Baldus *dict. cons.* 289. *per tot. lib.* 2. vbi circa finem appellat fictam euictionem; quia inest de natura venditionis promissio, rem tradi. Vide, *Venditor obligatur emptori ad multa. Concl.* 54. † Extende; quia licet non agatur de euictione, quando res non euincitur, si tamen res est obligata alteri, agitur, vt liberetur *l. ex ijs prædijs. C. de euiction.* & posset retinere pretium, sicut ex euictione. † Declara, seu limita specialiter in dote; quia si mulier dedit pecuniam dotalem, vel rē dotalem, quæ euincatur expresse, vel tacite, etiam non sequuta sententia, potest ad ius suum cessum reuerti; quia cessio fauore dotis intelligitur, si res data in solutum, vel vendita permanserit penes mulierem. Bal. *d. cons.* 289. *lib.* 2. *in fi.* † Imo, quando quis dotale vendidit rem alienam, euictio habet locū, non sequuta sententia, & idem, quando euictio est iurata, & vendens non implet promissa. Bero. *cons.* 158. *nu.* 50. *vsque in fin. lib.* 1. † Euictio debetur, nedum si emptor patitur litem, vt reus, & succumbat facta denunciatione, sed etiam, si ipse fuit spoliatus, & petitorio agat cōtra spoliatorem. Bal. *consil.* 377. *Factum ita se habet. lib.* 4. vbi allegat pro hac parte, & extendit etiam, si emptor à possessione cecidit non de iure. † Euictio, vt habeat locum, debet esse facta per sententiam, alias non dicitur res euicta. *l.* 3. *C. de euict.* Bald. *d. cons.* 289. *Antonia de Matt. in princ. lib.* 2 Surd. *cons.* 36. *n.* 22. *in fin. vers. non etiam, lib.* 1. Alexan. *cons.* 117. *Viso & ponderato processu. nu.* 3. *& sequent. lib.* 7. † Non sufficit sententia, sed requiritur, quod fuerit exequuta, alias euictio non habet locum. Alex. *cons.* 4. *in pr libr.* 3. *d. at qui naturā. actum absente. ff. de negoc. gest.* idem Alex. *cons.* 65. *Quoniam omne dictum. n.* 23. *lib.* 6. quod est repetitum *cons.* 119. *eod. lib.* late pract. Papian. *in for. libell. in causa venditionis in ver. promittens de euictione.* Cæpoll. *caut.* 71. incip. *Regulariter.* vbi, quod ita obtinuit in quæstione facti, & est ratio; quia si non est sequuta euictio, non potest dirigi actio. Alex. *cons.* 106 *in pr. lib.* 5. Vide, *Debitor ante diem vel sub conditione an possit conuenire. Concl.* 52. † Contrarium in fi. *Euictione sequa qualiter pœna committatur. Concl.* 361. *n.* 9. *& seq.* vbi declaratur 17. *& seq.* † Extende; quia sequuta euictione per exequutionem potest emptor nedum agere de euictione, sed etiam incipere ab exequutione, & tenuta, tam pro pretio, quam pro damnis; & interesse liquidis, secus pro non liquidis, quia non comperit tenuta. Negul. *de pignor. in* 2. *membro* 3. *part. pr. n.* 12. *vers. & ex hac decisione.* † Extende; quia debetur euictio emptori per venditorem, tam ex facto suo, quā ex facto aliorum authorum suorum, & quorūcunque. *l. emptorem. §. qui autem,* & ibi gloss. in *ver. per omnes. ff. de action. empt.* & in *l. inter stipulantem, in princip.* vbi gloss. in *ver. habere lic. ff. de verb. obligat.* † Extende maxime stante obligatione de bonis generalis, quæ hodie in quolibet contractu apponitur; quia tenetur venditor, quomodocunq; res euincatur. Paris. *consil.* 76. *numer.* 21. *lib.* 3. Grat. *consil.* 7. *numer.* 24. *lib.* 2. Natta in *repet. clem. 1. per principia in versicul. causas. column. final. de verborum significat.* num. † Extende; quia euictio non habet locum, vt possit dari exequtio aliqua, quando non est liquida; quia prius debet liquidari; nam si ego vendidi domum, alter vendidit petiam terræ, & sequatur sententia euictionis super vtroque mixtim, donec sequatur exequutio sententiæ, & auferatur domus, quam ego vendidi, non teneor de euictione. Alexan. *dict. consil.* 4. maxime *num.* 2. *versicul. nam posito. lib.* 3. vbi, quod si ille, qui euicit, vt creditor, vel alio modo pro certa summa soluta requirit liquidationem quantum pro domo, & quantum pro petia terræ. † Refringe; quia emptor facta denunciatione venditori, licet ipse emptor appellet; non tamen tenetur prosequi appellationem, si foret malam causam. Bartol. & Baldus in *l. Herennius. §. Gaia. ff. de euictio.* Alexand. *consil.* 63. *numer.* 10. *lib.* 6. Dec. *consil.* 74. *in princip.* Ancharan. Regien. *quæst.* 36. *lib.* 1. † Contrarium regulariter, vt infra. *Euictio promissa per venditorem non habet locum multis casibus. Cōcl.* 367. *numer.* 23. † Et quæ requirantur, vt euictio habeat locum contra venditorem, plene Alex. *cons.* 117. *col.* 2. *lib.* 7. Abb. *in cap fi. de empt. & venditio.* vbi apostill. Pract. Papien. vbi supra, late Areti. *in fin. de emption. & vendition. § fin. num.* 8. *& sequent.* † Amplia; quia sufficit euictio sequuta per sententiam arbitri, vel arbitratoris, quādo compromissum fuit factū ex necessitate statuti; quia sunt loco iudicis, ex quo à lege habent iurisdictionem. Bald. *cons.* 447. *Certum est, quod emptor, in princ. lib.* 2. Abb. *cons.* 72. *Videtur primo, in fi. vers. ad tertium motuum, lib.* 2. Vide, *Compromissum quid sit, & eius natura. Concl.* 497. Vide, *Euictio promissa non habet locum multis casibus. Concl.* 367. *n.* 58. *& seq.* † Imo etiam si est factū compromissum voluntarium, euictio habet locum, quando fuit promissum de quacunque euictione, vel qualitercunque ea sequatur. Alex. *d. cōs.* 4. *Viso processu. in pr. lib.* 3. vbi apost. in *ver. qualitercunque.* Cæpol. *cautel.* 97. & est ratio; quia verba illa sunt adeo vniuersalia, vt nihil excludant. Corn. *cons.* 69. *col. fi. lib.* 3. Aret. *Inst. de emp. & ven. §. fi.* Goz. *cons.* 63. *n.* 9. *& cons.* 76. *n.* 3. *& cons.* 14. *n.* 2. Rimin. *cons.* 92. *nu.* 17. *lib.* 1. Alex. *cons.* 102. *Viso. n.* 5. *vers. pro hoc. lib.* 6. idem Alex. *d. cons.* 4. *n.* 2. *lib.* 3. † Restringe, & hæc est regula; quia emptor non agit de euictione, quando succubuit ex compromisso voluntario. *l. si dictum. §. si compromisso. ff. de euict.* Doctor. in *l. libera. C. de senten. & interloquut. omn. iudic.* & * communem asserit Capit. *reg.* 87. *n.* 246. & probatur * inter communes opiniones in *ver. euicta re.* & est regulare; quia requiritur sententia iudicialis. Bald. *consil.* 289. *lib.* 2. per text. in *l.* 3. *C. de euiction.* † Declara; quia licet nō debeatur euictio emptori, quia succubuit ex laudo lato vigore compromissi voluntarij; illud tamen intelligitur respectu dupli, & pœnarum, sed quantū ad pretium, & interesse posset agere, vt dicit glossa in *d. §. si compromisso.* & videtur text. in *l. non tamen. ff. de euict.* quod procedit maxime, quando probaret, quòd fouebat iniustam causam, & quod facta denunciatione etiam venditor via iudiciali fuisset perditurus, vt per Caccialup. in *l. si domus. §. de euictione. ff. de leg.* 1. vbi etiam Alex. idem dicit, & videtur de mente Bald. in *dict. l. libera. C. de sentent. & interloquut. omn. iud.* † Limita; quia euictio habet locū sine sententia, quando quis scienter vendidit rem alienā. Bar. in *l. at qui natura. §. cum me absente, in fin. ff. de negoc. gest.* sequitur Barbat. qui ponit plures limitatio. in *capit. fi. de emption. & vendition.* Bero. *cons.* 158. *In præsenti causa. n.* 52. *lib.* 1. Alexan. *dict. consil.* 4. *in princip. lib.* 3. † Extende; quia etiam ante sententiam debetur per modum excipiendi, si emptor non soluit pretium, vel partem; quia non tenetur soluere, nisi sibi caueatur de illa, & omni alia lite. Surd. *consil.* 36. *num.* 22. *versic. non etiam, & num.* 23. *lib.* 1. † Extende, vt procedat, quando res vēdita alteri est obligata; quia potest emptor ante sententiam, & antequam sibi moueatur lis, agere, vt liberetur res vendita, notabile dicit Surd. *dict. consil.* 36. *num.* 23. vbi infinitos allegat. Vide plenius infra, *Euictionem passus qualiter agat. Concl.* 357. vbi, quæ actio competat ei, qui passus est euictionem, & quot species euictionis.

Euictio, vt habeat locum, requirit denunciationem, & multa alia, & quando secus. Concl. 353.

EVICTIO † ad hoc, vt habeat locum, debet emptor denunciare venditori. *cap fin. de empt. & vend.* Gemin. *cons.* 151. *in princip.* Angel. *consil.* 177. *In facto proponitur, in princip.* vbi, quod tenetur denunciare iudicialem molestiam, aliam non, plene Alex. *cons.* 117. *Viso ac ponderato. num.* 4. *lib.* 7. vbi dicit, quod multa requiruntur, & si vnum deficit, non valet, vide eum, & quod non agar de euictione regulariter, nisi facta notificatione, est rex. in *l. emptor. C. de euict. l. qui concubinam. §. hæres. ff. de leg.* 3. gloss. in *l. emptori § fin. in ver. fecit ff. de euict.* Bartol. in *l. at qui. §. cum me ff. de negoc. gest.* Bart. in *l. non solum. §. morte,* in materia protestationis incitatiuæ, & quod requiratur denunciatio, alias sibi imputet. Alexan. *cons.* 85 *Ponderatis, in fi lib.* 6. *& cons.* 191. *n.* 7. *ver super alio. lib. eod. & l. non solum ff. de no. oper. nunciat.* & ibi Alex. & clarius Horman. Detus in sua repet. vbi ex mente Bart. ponit sex conclusiones. est rex. in *l.* 1. *C. de peric. & commod. rei vend. l. qui absente,* & ibi Bart. *ff. de procurat. l. si parentes. l. empti, & l. cum successores. C. de euict.* Bald. *cons.* 447. *lib.* 2. Bart. Bald. Ang. Salycet. & Caltrens. in *dict l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei vend.* Speculat. *tit de empt. & vend. § fi.* & ibi Ioann. Andr. in addit. Bart. in *l.* 2. *§. voluntatem. ff. solut. matrimon.* vbi Alex. *num.* 12. dicit * communem Ias. *numer.* 26. Practic. Papien. *in forma libelli in causa venditionis in verb. promittens de euictione.* Arctin. *Instit. de actio § actionum.* Capit. *regul.* 87. Bartol. in *l denunciasse § quid tamen ff. de adult.* De ci. *consil.* 74. vbi dicit * communem. Alexand. *consil.* 24. *numer.* 5. *lib.* 4. * Felin. in *capit. cum M Ferrariensis. num.* 65. *de constitut.* Corn. *consil.* 32. *lib.* 1. Gozadinus *consil.* 94. *numer.* 41. Grammaticus *consil. cxxii.* 23. *in fine.* Afflict. *decis.* 16. & quod requiratur intimatio facta venditori, vt contra eum possit agi de euictione, etiam si sciret sine intimatione. Roman. *cons.* 211 *num.* 3. *col.* 3. *in princ. versic. tertio addunt,* vbi dicit * communem, vide plenius infra *num.* 33. *& seq.* vbi declaratur. † Ratio potest esse; quia eo ipso, quod emptor conuentus

non denuntiat litem, censetur esse in dolo; vnde nō est mirum, si ei non datur regressus cōtra venditorem. *l. si fundo vendito. § si cum*
3 *posset. ff. de euict.* † Ratio est etiam; quia venditor præsumitur magis informatus, quam emptor; ideo debet fieri hęc intimatio, vt possit se tueri. Bald. *in l. qui absentem. ff. de procur.* nam hæc notificatio fit non tantum, vt suscipiat in se defensionem, sed vt habeat parare defensiones, & illas exhibere emptori. *d. l. 1. C. de peric. & comod. rei vend.* Castr. *in l. in exequutione.* in gl. *in ver. in solidum. ff. de verb. obl.* Soc.
4 *in d. l. 2. §. voluntatem. ff. sol. matrim.* † Et hæc denuntiatio debet fieri cum requisitione, quod debeat defendere. Alex. *cons. 117. n. 4. in fin. ver. requiritur etiam. lib. 7.* & licet apostill. *ibi in ver. defendere*, dicat nō esse necessarium apponere, quod defendat, & allegat plures; tamen dicit, quod seruatur, quod apponunt omnes hanc clausulam; imo *n. 7. & 8. ver. imo non probauit.* etiam dicit, quod notificatio non est bona, nisi cōtineat nomen mouentis litem, super quibus bonis, & cum duobus confinibus, & cum insertione libelli.
5 † Et sufficit facta venditori, non autem est necesse, quod fiat primo authori. Io. de Ana. *cons. 38. Visis iis. n. 4. ver. circa vero.* Castr. *in l. habebat. § si duo. ff. de instit.* per tex. *l. si res. ff. de euict.* vbi dicit, quod nō potest agere emptor de euictione contra authorem sui venditō-
6 ris sine cessione iuriū; quia caret actione. † Declara; quia primus venditor tenetur de euictione, siue euincatur res ab immediato emptore, siue ab habente causam ab eo, dummodo non ex facto emptorū. *l. si pro te. § si pro euictione.* & ibi gl. Bart. Bald. Ang. & Saly. *ff. de euict.* Corn. *cons. 3. ver. & quādo. lib. 2.* Alex. *cons. 67. n. 1. lib. 2.* Dec.
7 *d. cons. 74. col. 2. in fi.* † Imo, si per mille manus transiuisset, & ab vltimo euincatur, tenetur primus venditor, dummodo nō ex causa successorum. Bald. *in l. cum possessores. n. 2. ver. sed hic quæro. C. de euict.*
8 Aret. *in § actionum. n. 18. ver. vnum tenementi. Inst. de action.* qui † hoc intelligunt, quando ipsi primo authori fuit facta notificatio litis, & quando alii cesserant iura contra authores, ita quod vltimus habet iura cessa, alias autem necesse esset, quod vltimus notificet suo authori immediato, & sic ordine successiuo. ita Bart. *in l. Iulianus. § qui fundum. n. 5. & 6. ff. de verb. oblig. & in l. si pro te. § si pro euictione.* & ibi Angel *ff. de euict.* Alex. *cons. 67. lib. 2.* Dec. *d. cons. 74. col. 2. in princ.* Castr. Alex. & Ias. *in d. l. Iulianus. § qui fundum. ff. de verb. oblig.*
9 Capic. *decis. 197. n. 9.* † Et hæc denuntiatio debet fieri cum transmissione copiæ libelli, & processus, vt venditor sit certus de lite mota, alias non diceretur certioratus, nisi iis cognitis. *l. nomen. in ver. certior factus. C. quæ res pign. oblig. poss.* Alex. *d. cons. 117. lib. 7. num. 5.* vbi apostil. *in ver. certum.* dat concord. Rip. *in c. cum M. Ferrarien sis.*
10 *n. 163. & 164. de constit.* & iterum Alex. *d. cons. 117. n. 8. & 9. lib. 7.* † Et quidem denuntiatio debet fieri ante sententiam; imo ante conclusum in causa, vt supersit tempus ad defendendum, alias non prodest. Bart. *in l. qui concubinam. § si hæres. ff. de leg. 3.* & est text. *in l. si rem. C. de euict.* vbi gl. & Bart. declarant. Nam conclusio claudit viam probationi; ideo tunc non prodest emptori denuntiare.
11 Felin. *in c. cum dilectus. in princ. de fid. instr.* † Contrarium, quod hæc denuntiatio possit fieri, donec duret lis, tam in prima, quam in secunda instantia. *l. si rem. § vlt. cum ibi not. ff. de euict.* Oldrad. *consil. 255. ver. hinc est.* & ita Capit. *reg. 87. n. 220.* vbi hoc comprobatione; quia habet emptor ex causa necessaria, & iura venditoris
12 sunt salua. † Declarat Abb. *cons. 45. Videtur primo. in princ. n. 2. vers.*
13 *nec obstat. lib. 2.* quod sufficit, si est facta ante sentētiam. † Et quod hæc denuntiatio debeat fieri tempore legitimo, & congruo, vt venditori possit esse saluum ius faciendi suas defensiones, & eo tempore, quo integra sunt iura defensionis. *d. l. si rem. § fina. ff. de euict.* Bald. *in l. libera. col. fin. C. de sent. & interloc.* Rip *in d. c. cum M. Fer-*
14 *rariensis. de constit. n. 163. & 164.* Alex. *d. cons. 117. in princ. lib. 6.* † Declara; quia multi tenent, quod propterea denuntiatio debet fieri ante susceptum iudicium, & licet sit opinio controuersa; tamen in legatario, & quocunque agente ex causa lucratiua debet fieri ante susceptum iudicium. Abb. *cons. 45. circa fin. vers. præterea ex alio.*
15 *lib. 2.* † Amplia, vt prædicta procedant, etiam si sit dictum in contractu, quod promisit litem suscipere, &c. venditor, etiam si notificatio sit minus legitime facta; quia intelligitur, prout Dec. *d.*
16 *cons. 74. col. fin.* † Extende, etiam si adsit pactum, quod intelligatur secuta euictio etiam ante appellationem, & sententiam; quia debet intelligi secundum terminos iuris, videlicet facta notificatione venditori; item, quando est res ablata ab ipso emptore.
17 † Amplia; quia nedum est necessaria in emptore, sed etiam in eo, qui accepit bona in solutum, vt est tex. *in d. l. libera.* vbi Bart. & alii. C. *de sentent.* late Alex. *d. cons 117. Viso ac ponderato processu. lib. 7.* Dec.
18 *d. cons. 74. Et diligenter.* † Extende, vt procedat, etiam si iudex, prout est de more, reseruet in sententia iura sua agendi ad releuationem contra venditorem; quia intelligitur quoad primæua iura. gl. *in d. l. libera. C. de sent. & interloquut. om. iud.* non autem, quod denunciatio sit sublata. † Amplia; quia si ignoratur nomen successoris, cui debet fieri denunciatio, sufficit, quod fiat ad domum tanquam filio, vel hæredi, & sufficit, etiam si sit ertatum in nomine, dummodo † constet de corpore per cognouit, quod sit filia 19 20
talis, & non adsit alia. Bald. *cons. 447. circa finem. vers. præterea posito. lib. 2. l. si prædium. C. de euictio.* † Amplia, etiam si venditor sciret litem motam emptori; quia nisi fiat intimatio litis, non tenetur de 21
euictione. Bald. & Salycet *in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* Bart. *d. l. non solum. § morte. num. 51. ff. de noui oper. nunc.* vbi dicit vanam esse opinionem eorum, qui dubitant, an venditori scienti litem motam sit facienda notificatio, & ibi late Alexand. *colum. penult.* & est casus *in l. qui absentem.* ibi Bart. Bald. & Angel *ff. de procurator.* Alexand. *consil. 138. Viso puncto. lib. 7.* & * communem dicit Dec. *d.* *
cons. 74. colum. 2. Corn. *consil. 255. lib. 3.* & propterea venditor non tenebitur emptori ad conseruandum illum indemnem, nisi se-
quuta denunciatione, communem * dicit Gigas *de pension. q. 77.* * *num. 8.* Bart. Bald. Angel. Salyc. & Castrens. *in l. 1. C. de peric. & commod. rei vend.* & * communem dicunt Alexand. & Iason *in l. 2. §. vo-* *
luntatem. ff. solut. matrim. Dec. *d. cons. 74.* Couarr. *variar resolut. lib. 3.* *
c. 17. n. 17. vbi dicit * communem, Alexand. *cons. 24. lib. 4.* Iason & * *
Rip. post alios *d. l. 2. §. voluntatem ff. solut. mat.* & hanc magis * com- *
munem dicit Alexand. *cons. 191. Perspecto. num. 7. ver. super alio. lib. 6.*
† Ratio est; quia hæc denunciatio non fit per emptorem venditori, vt venditor sciat, sed etiam, vt aliquid faciat, & defendat, & 22
compareat in iudicio; ideo sola scientia non sufficit. Vide supra *num. 3. vers. Ratio etiam.* † Declara, nisi contrarium esset conuen- 23
tum. Alex. *d. cons. 191. num. 7. ver. nec in instrumento. lib. 6.* Vide, Cer-
tus an debeat certiorari. & quando. Concl. 199. † Amplia; quia nedum 24
requiritur denunciatio molestiæ iudicialis, nisi sit remissa, sed si venditor se obligauit etiam ad euictionem de facto sequutam, intelligitur, dummodo sciuerit, alias non tenetur; quia remissio denunciationis refertur ad iudicialem molestiam; & ideo cum se obligauerit etiam pro molestia extraiudiciali, & de facto, censetur facta obligatio, dummodo sciuerit. Angel. *cons. 177. per totum.* quod est Baldi & Angeli. † Amplia in donatione; quia si sumus 25
in casu, in quo teneatur donans de euictione, intelligitur facta intimatione. Rip. *in cap cum M. Ferrariensis. num. 163. de constit.* vbi di-
cit * communem. Dec. *d. consil. 74. in princip.* † Amplia; quia em- *26
ptor condemnatus tenetur appellare, vt consequatur euictionem; imo & appellationem prosequi. Dec. *d. cons. 74. Diligenter pro viribus. num. 2. ver. tertio hoc deducitur.* Rota Ianuen. *decis. 28. num. 15.*
Alexand. *consil. 117. Viso num. 3. lib. 7.* † Extende, etiam si fideiussor 27
esset in solidum obligatus. Dec. *d. consil. 74. colum. fin. vers. vltimo non obstat.* † Restringe, vt non procedat, quando foueret malam 28
causam; quia potest bonam fidem agnoscere. Natt. *cons. 208. per totum.* Afflict. *decis. 49. in fin.* & * communem dicit apost. ad Dec. *
d. consil. 74. in ver. appellare. † Contrarium, quod imo requiratur 29
denunciatio. Dec. *d. cons. 24. col. fin.* vbi dicit * communem. † De- *30
clara; quia si appellauit etiam in casu, in quo poterat agnoscere bonam fidem, tenetur prosequi appellationem. Alex. *d. cons. 117. n. 4. lib. 7.* Idem in fideiussore; quia non tenetur appellare, sed potest bonam fidem agnoscere, quando non constat de scientia exceptionis competentis principali. Afflict. *dict. decis. 49.* † Amplia; 31
quia non facta denunciatione venditori in casibus, in quibus debuit, non potest fideiussor conueniri. Couarr. *var. resolu. lib. 3. c. 17.*
vbi refert Afflict. enumerantē quadraginta casus, in quibus venditor non tenetur de euictione. † Amplia; quia procedit etiam in 32
euictione extraiudiciali, & de facto; quia emptor expulsus de facto non agit de euictione, nisi fecerit notificationem venditori, vt eum defenderet. *l. si C. de act. empt.* Abb. *in c. si.* per illum tex. *n.*
5. & n. 7. de empt. & vend. † Amplia; quia euictio non debetur em- 33
ptori, qui non denunciauit litem motam venditori, etiam si esset notorium, quod res euicta non posset defendi. gl. *in l. emptorem. in pr. in ver. posse. ff. de act. emp.* vbi dicit, quod licet emptor possit agnoscere bonam fidem, quando non fouet bonum ius, & tem nō de-
fendere, si sciat rem esse petentis; attamen tenetur denunciare litem venditori, vt si velit, alleget, vel appellet, alias emptori non succurritur contra venditorē, & ibi Bart. sequitur gl. & bene; quia licet emptor non compellatur suscipere litem, & calumniose litigare; tamen debet denunciare venditori, qui præsumitur magis informatus. Bald. *in l. qui absentē ff. de procur.* Castr. *in l. in executione.* in gl. *in ver solidum. de verb. oblig.* Alex. & Ial. *in l. creditores. ff. eodem.* & hanc partem tenet Soc. *in l. 2. § voluntatem. ff. sol. mat.* vbi respondet ad omnia cōtraria, & dicit, quod in practica nunquam potuit obtinere pro opin. contraria. Dec. etiam *d. cons 74. Et diligenter pro viribus consideratis. col. 4 ver. nec obstat secundum fundamentū*, ibi. *præterea dato.* vbi allegat alios, & dicit, quod ista videtur * cōmunis opinio, *

quia in iudicando, & consulendo non est recedendum, vide ad propositum Abbat. *cons.* 199. *In quæstione, quæ vertitur. colu.* 1. Aret. *In* * *fin. de emption. & vendition.* §. *fin. colu.* 2. & communem * dicit Grat. *cons.* 1157. *lib.* 1. & eam in praxi seruari dicit Rebuff. *titul. de dilatio. §. quarto. gloss. vnica. n.* 37. & pro hac parte, vide supra in principio. *n.* 14. 15 Contrarium, quod emptor non teneatur denunciare, quando esset fraustratoria, vt quia omnino rem amisisset; quia non habebat defensionem. Roman. *d. l. non solum. §. mortem. ff. de nou. oper. nunciat.* Fulgos. in *l. si ideo. ff. de euict.* & videtur sequi Alexand. *dict. §. morte. vbi in fi. n.* 48. dicit, quod tali casu emptor grauabitur onere probandi, quod res defendi non poterat. & clarius *cons.* 67. Fortificatur. *lib.* 3. & *cons.* 63. *Diligenter perspectis. lib.* 6. & *in l. si domus. §. euictionem. ff. de leg.* 1. & allegat Imol. in *cap. fi. de empt. & vend. ad fin.* * Horma in repet. §. *morte. in* 1 *limitat. n.* 131. & est communis * opinio, de qua attestatur Couar. *var. resolu. lib.* 3. *cap.* 17. Anton. Borg. *d. cap. fin. de emp. & vend.* Felin. in *cap. cum Bertoldus. num.* 32. *de re iud.* Soc. in *reg.* 117. *in* 4 *fallen. & in l.* 2. §. *voluntatē. ff. sol. matri.* Bart. in *l.* 2. §. *quod si fraternaria. ff. de admi. ver. ad ciuit pertinen.* Socin. Iun. *cons.* 120. *n.* 11. & *sequent. lib.* 3. Capic. *decis.* 106. *num.* 4. Alexand. *cons.* 43. *nu.* 12. *lib.* 6. Ias. in *l. si domus. §. de euictione. colum.* 2. *ff. de legat.* 1. Felin. in *cap. cum ilim. nu.* 11. & *in capit. cum Bertoldus. n.* 24. *de re iudic.* Afflict. *decis.* 49. & quod non teneatur emptor denunciare, quando constat, quod nō fouet ius, & venditor nō potest defendere. Rip. in *l.* 2. §. *voluntatem. num.* 20. *ff. soluto matrimon.* Alexan. in *l. non solum. §. mortem. n.* 46. *ff. de nou. oper. nunciat.* Afflict. *d. decis.* 49. *nu.* 3. Rip. in *cap. cum M. Ferrariensis. num.* 166. *de constit.* Crauett. *cons.* 83. *nu.* 6. & *cons.* 179. *num.* 6. † Declara secundo; quia prima opinio, quod requiratur denunciatio, procedit, quando emptor succubuit, quia habebat malum ius, sed non ex probatis, per aduersarium, vt quia confessus fuit sponte, secunda vero procedit, quando nihil confessus fuit, sed solum ex probaris per aduersarium cōstat de non iure, & succubuit. Aretin. in §. *actionum. n.* 22. *Instit. de action.* † Declara; quia grauatur emptor ad docendum de iustitia, quando non inti mat. Fulgos. & Roman. vbi supra. Socin. *dict. l.* 2. §. *voluntatem. colu. penultim. ff. solut. matrim.* Bartol. in *l. at qui natura.* §. *me absente. ff. de negot. gest.* Imol. in *capit. final. de emption. & vendition.* Alex. in *l. non solum. §. morte. column. penultim ff. de nou. oper. nunciat.* Couarr. *variar. resolut. cap.* 17. *nu.* 6. † Amplia, quia emptor, vt possit agere de euictione contra venditorem, oportet, quod doceat rem fuisse euictam iudicialiter, & sic per sententiā iudicis. *l. vtique. ff. de rei vend.* Alex. *cons.* 117. *Viso, ac ponderato. n.* 3. *versic. sed vt dixi posito. lib.* 7. † Itē requiritur, quod emptor probet causam defendisse, quantum in se fuit, & quod non fuit cōtumax, alias in dubio non posset agere de euictione. *l.* 1. *C. de pericul. & commod. rei vend.* Alex. *dict. consil.* 117. *num.* 3. *ver. & quod probetur. lib.* 7. † Item tenetur lata sententia appellare, & appellationem prosequi, Alexand. *dict. cons.* 117. *nu.* 9. *versic. & posito. lib.* 7. † Extende; quia etiam in casu, in quo non tenetur appellare, vt quia sententia erat iusta; tamen si appellauit, tenetur prosequi appellationem. Alexand. *dict. cons.* 117. *num.* 4. *ver. etiam in casu. lib.* 7. † Item requiritur, quod sententia sit lata super proprietate rei euictæ, non autem super possessione; quia tunc non posset emptor agere de euictione, prout actum fuit, sed posset emptor agere contra venditorem, vt rem traderet, & sic agere, ac si res non esset tradita; quia pro non tradita habetur. Alex. *dict. consil.* 117. *num.* 4. *versic. requiritur etiam. lib.* 7. † Item requiritur vltra sententiam, quod fuerit facta exequutio sententiæ latæ contra emptorem. *l. habere licere. ff. de euict.* Alexand. *dict. consil.* 117. *num.* 4. *versic. item requiritur. lib.* 7. † Extende; quia qui desistit vno ex requisitis ad euictionem, non potest agere de euictione. Alexand. *dict. cons.* 117. *nu.* 6. *versic. modo redeundo. lib.* 7. † Limita; quia hæc denunciatio debet fieri venditori, non autem fideiussori venditoris. *l. authore*, vbi Bald. *C. de euiction.* idem Bald. in *l. Titia. col. fi. versf. quero, nunquid. C. de senten. & interloquut. omn. iudic.* Imol. in *§. si serus. ff. de euiction.* † Extende; quia non debet fieri possessor bonorum, sed venditori, aut eius hæredibus. *l. emptor fundi. C. de euiction.* † Limita; quia denunciatio non est necessaria, si per pactum fuit inter contrahentes remissa. Bald. *cons.* 447. *Certum est, quod emptor, in princip. versic. item certum est. lib.* 2. Barbat. *d. c. final. in princip. de emption. & vendition.* Capic. *regul.* 87. *n.* 222. Alexand. *ind. Imo solum. §. morte. n.* 8. *ff. de nou. oper. nunciat.* & hodie passim in instrumentis fit hæc renunciatio. † Extende, vt procedat, etiam si non est pactum in instrumento, quod non fiat denunciatio, nisi per relationem ad aliud instrumentum; quia si in alio instrumento adest pactū, cū sit facta relatio quoad omnia, perinde est, ac si pactum esset extensum. Bald. *d. cons.* 447. *circa pr. ver. item con-* *fur. lib.* 1. Restringe; quia venditor non tenetur de euictione emptori, quando euictio est sequuta, ignorante venditore, etiam si præmisisset de euictione de iure, & de facto, quia intelligitur, dūmodo sciuerit, alias non, & si remisisset denunciationem, intelligitur remisisse iudicialem molestiam tantum denunciandam, nō autem extraiudicialē; ideo si euictio fuit extraiudicialis, & ignorauerit, venditor non tenetur. Ang. plene. *cōs.* 177. quod est Baldi, & Angeli, sequitur Dec. *cōs.* 74. *col.* 3. *ver. quarto demonstratur.* † Imo, etiam si esset promissa euictio per imperitiā iudicis, intelligitur, dummodo in forma iudicii, & dummodo fiat intimatio. Dec. *d. cons.* 74. *colum.* 3. *ver. quarto. & n.* 3. † Declara; quia licet venditor remiserit denunciationem euictionis emptori, censetur remisisse denunciationem iudicialis molestiæ, quia istā solam tenetur denunciare, non autem aliam censetur remisisse. Angel. *d. consil.* 177. *per tot.* quod est Bald. & Ang. † Limita; quia denunciatio non requiritur, quando constat de iure eius, qui euictionem obtinuit; quia ratio, ob quam est facienda denunciatio, est; quia præsumitur emptor per didisse; quia non esset instructus; ideo cessante ratione euictio habet locū sine denunciatione. Alex. *cons.* 63. *Diligenter inspectis, in fi. lib.* 6. † Contrarium dicit Dec. *d. cons.* 74. *col. fi.* vbi dicit * communem, quod etiam in casu, quod agnoscat bonam fidem; quia malum ius fouebat, requiritur denunciatio. † Limita; quando venditor cum iuramento promisisset emptorem defendere; quia ex priuilegio iuramenti tenetur etiam sine denunciatione. Cremen. *sing.* 122. *ver. vbicunque.* Couar. *variar. resol. lib.* 3. *c.* 17. *n.* 5. Alex. *in l.* 2. §. *voluntatem. n.* 16. *ff. solut. matrim.* Iaſ. ibi *n.* 25. Capic. *decis.* 106. *n.* 3. Barbat. *in c. fi. in* 5 *limitat. de empt. & vendit.* vbi redditur rationem; quia iuramentum inducit morā sine interpellatione. Gozad. *cons.* 6. *n.* 7. *& cons.* 57. *n.* 2. Rol. à Vall. *cons.* 6. *n.* 48. *lib.* 1. † Vide apost. ad Abb. in *c. fi. de emptio. & vendit.* quæ disputat de veritate limitationis, & q. opinio contraria sit verior. Alex. in *l. quod te. n.* 8. *ff. si cert. pet.* & ibi Alciat. in *ver. intellige.* Cagnol. *n.* 95. Plaut. *n.* 24. Rebuff. *titul. de dilat. art.* 5 *glos. vnica. n.* 36. vbi dicit hanc cōtrariam in practica seruari. † Limita, quādo venditor esset in dolo, vt quia vendidit rem pro libera, & erat emphyteutica, vel obligata ab eo; quia tunc, ex quo emptor dicitur deceptus, potest agere ad pretium, & damna, absq; notificatione. *l. Iuratus. §. si sciens. ff. de act. empt.* Alex. *cons.* 67. *lib.* 3. quod est pars *cons.* 63. *Diligenter. n.* 11. *vers. fortificatur. lib.* 6. *vsq; in fi.* vbi plena apostill. in *ver. concludit.* dat plurimos conc. Dec. *cons.* 102. *in fi.* Aufrer. ad Capell. Thol. *decis.* 407. Affl. *decis.* 278. *per tot.* † Amplia; quia contra minores, & infantes non releuat notificatio. † Limita sex modis, de quibus per Barbat. in *c. fi. de emp. & vend. in pr.* videlicet primo, quando renunciauit; secundo; quando emptor est minor; tertio, quando venditor esset in dolo sciens litē moueri emptori; quarto, quando scienter rē alienam vendidit; quinto, quando iurauit tueri: sexto, quando esset notoriū ius nō competere in defensione, & eosdem sex casus pro sex limitationibus ponit Capel. Tholo. *d. deci.* 407. vbi apost. ponit sex casus prędictos, latius Matsil. *in l. vnius. §. cognitarum. n.* 15. *cū multis seqq ff. de qu.* Idem de scientia tenet Grat. *cons.* 139. *& seq. lib.* 2. Rebuff. *tit. de dilat. art.* 5 *glo. i. n.* 41. *to.* 3. † Contrarium tenet Dec. *d. cons.* 74. *col.* 2. *n.* 1. vbi dicit * communē; quia denūciatio non fit, vt sciat, sed vt defendat. † Idem in casu iurato Aneh. *q.* 36. *n.* 6. *in* 1. *par.* Io. Arnon. *cautel.* 91. *in fi.* † Limita, quādo promissa est euictio per verba importantia remissionem denunciationis, puta quia fuit promissa euictio quomodocunq. & qualitercūq; sequatur. Alex. in add. ad Bar. *l. si dictū. §. si compromiscro. ff. de euict.* Ruin. *cons.* 25. *n.* 7. *lib.* 1. † Limita, quando euictio prouenit culpa, vel facto venditoris, cui intentio esset facienda; quia non est necessaria. Grau. *cons.* 83. *n.* 2. *& seq.* maxime *n.* 6. & iterum *cons.* 179. *n.* 6. vbi, quod venditor debet probare se habere iura, per quæ potuisset defendere, si fuisset intimatus. † Declara tamen; quia emptor debet probare rē obligatam, vel dolum venditoris apost. ad Alex. *cons.* 63. *in rer. cō-* *cludit. lib.* 6. † Limita, quando emptor non potest denūciare; quia venditor nescitur, vbi sit, vel moretur; quia sufficit protestatio, dummodo eidem notificetur, quando erit reuersus Bar. & Alex. in *l. de pupille. §. si quis ipsi prætori ff. de nou. oper. nunciat.* plene Castr. *cōs.* 240. *Effectus primi dubit. col.* 2. *ver. super secūdo lib.* 1. † Limita in cessionario; quia si nomen debitoris sibi cessum non potest exigi exceptione aliqua resultante ex persona cedentis, non requiritur intimatio litis, neq; denunciatio, sed simpliciter cessionarius habet regressum aduersus cedentem. Deci. *cons.* 102. *Præstantiss. me Doctor.* † Extende, vt procedat, etiam si venditor abest sine malitia, quia non requiritur intimatio, nisi eo modo, quo fieri potest, puta ad domum habitationis. Castrens. *cons.* 240. *colu.* 2. *vers. super secundo. lib.* 1. † Extende, etiam si venditor, cui debet fieri denunciatio, sit pupillus; quia non requiritur datio tutoris, & valet intimatio facta. *d. l. si dictum. §. fin. ff. de euict.* Castrens. *dict. consil.* 240. *colum.* 2. *versic. & hæc est ratio. lib.* 1. vbi, quod non tenetur, si com-

mode fieri non potest datio tutoris; quia intimatio non fit ad constituendum in mora, sed ad conseruandum ius emptoris.
66 † Declara; quia procedunt limitatio, & extensiones, quod non teneatur intimare absenti, neque pupillo facere dare curatorem, quando agitur de conseruatione iuris emptoris quoad pretium. Castrens. *dict. cons.* 240. *num.* 2. *ver. ex quibus sequitur. lib.* 1. & *num.* 3. dicit, quod imo etiam quoad pœnam procedunt præmissa, quando pœna est promissa pure, & simpliciter in casu euictionis; secus si conditionaliter, puta in casu euictionis promittit soluere pretium intra tres dies, & si non soluerit, promittit etiam pœnam dupli; quia ex quo pœna requirit moram, necessaria est
67 formalis intimatio eo casu. † Limita; quia si mortuus est venditor, sufficit denunciatio facta hæreditati iacenti, etiam si non esset datus curator hæreditati iacenti, quia ℔ admittitur propter absentiam, etiam admittitur per mortẽ; quia absentia & mors æquiparantur. Castr. *d. cons.* 240. *n.* 2. *versi. ex quibus videtur dicendum,*
68 *& n.* 3. *lib.* 1. † Extende etiam quoad pœnam simpliciter in casu euictionis promissam; quia sicuti pretium venit restituendum, sequuta euictione, quando facta fuit intimatio hæreditati iacenti; etiam non dato curatore, ita, & pœna stipulata simpliciter in casu euictionis. Castr. *dict. cons.* 240. *num.* 3. *ver. ex quo etiam sequitur. lib.* 1.
69 † Restringe in pœna promissa in casu moræ, non in casu euictionis, veluti si est conuentum, quod teneatur de euictione, qua sequuta, teneatur intra tres dies restituere pretium, & si non restituat, teneatur etiam ad pœnam dupli, nam pœna tunc debetur ex mora; non ratione euictionis; ideo non debetur contra hæreditatem iacentem; quia hæreditas iacens non potest incurrere in
70 moram Castr. *d. cons.* 240. *n.* 3. *lib.* 1. † Limita, quando in eodem iudicio euictionis essent ambo conuenti vẽditor & emptor; quia non requiritur alia notificatio. gl. in *l. si dictum. §.* 1. *in ver nunciari. ff. de euict.* Bald in *l. libera. C. de sent. & inter l. omn. iudic.* & in *l. si. §.* 1. *de vsur.* Alex. in *l.* 2. *§. voluntatem. in vltim. colum. ver. secundo limitari. ff. solut. mat.* faciunt dicta Bald. in *l. si furiosi. C. de nupt.* Angel. & Imol. in
71 *l. fin. ver. quæro, dicit statutum. C. ad Maced.* † Extende idem, si venditor etiam non intimatus voluit liti assistere. Vide, *Defensor necessa-*
72 *rius potest assistere liti inuito actore, & reo. Conclus.* 137. † Limita, quando venditor etiam nulla sibi facta intimatione astitisset liti pro
73 suo interesse. Vide, *Defensor necessarius.* supra proxime. † Limita, quia licet non sit facta notificatio venditori; tamen tenetur de euictione, nisi alleget, quod si facta fuisset, defendisset emptorẽ. Imol. in *cap. fin. in fin. de empt. & vendit.* sequitur Alexand. in *l. non solum. §. morte. colum. penultim. in fin. ff. de nou. oper. nunc.* Crauet. *cons.* 83.
74 *n.* 6. ideo non docto de defensione facta per venditorem non liberatur ab euictione. Crauet. *cons.* 179. *n.* 6. † Contrarium Couarr. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 17. *n.* 7. vbi reprobat Crauett. Vide Socin. *regul.* 8. *Emptor in euictionis causa*, vbi limitat sex modis. Vide plenius Mascard. *Conclus.* 614. *Emptor ad hoc, vt possit obtinere pro euict.* vbi, quæ requirantur, & quando denunciatio sit necessaria, vel non, & qualis esse debeat.

Euictio, & pœna euictionis quando, & qualiter committatur, vel non. Conclus. 354.

1 EVICTIO † debetur à venditore, quando res vendita non potest manuteneri, & regulariter tenetur ad damna & interesse pro euictione. Gemin. *cons.* 151. *in prin. ver. ijs præmissis. l. emptor. fundi. C. de euictio.* Alexand. *cons.* 109. *lib.* 4. Rolan. à Vall. *consil.* 72. *n.*
12. *& sequent. lib.* 1. Vide, *Venditor obligatur emptori ex vendito ad multa.*
2 *Conclus.* 54. † Declara; quia quando plura corpora sunt distincte vendita, & singula habent suum pretium; tunc vna re euicta solum consideratur pretium rei euictæ, & damna ex illo corpore deficiente, non autem considerantur alia corpora. *l.* 1. *ff. de euictio. & in l. cum plures. ff. eodem.* vbi gloss. Aretin. *cons.* 130. *Consultissime domine.* vide Alex. *cons.* 119. *nu.* 3. *lib.* 6. quia tot sunt euictiones; quot
3 sunt res. *l. cum plures fundi. ff. de euictio.* † Et quod promittens vendere plura corpora vno pretio, si non potest aliqua, quæ sunt emphyteutica; rescindatur in totum; quia rem tradi, est indiuidua
* obligatio, secundum * communem, Curt. Iun. *cons.* 74. *per totum.*
4 vbi latissime. † Extende; quia euictio potest esse conuenta in pœnam dupli, vel in aliam pœnam; quo casu secundum conuentionem, & stipulationem est soluenda. Gemin. *cons.* 151. *num.* 1. *vers. sed*
5 *quia dictus.* † Declara; quia pœna dupli promissa pro euictione consideratur habito respectu ad valorem rei tempore venditionis. Gemi. *d. cons.* 151. *in fi. ver. est tamen verum. l. bonitatis. ff. de euict.* gl. in *l. pen. in ver. Labeo. ff. de ædil. edict. l. si plura ff. eod.* tex. in *l. Titia cum esset. in fi. ff. de iur dot.* Soc. notabiliter *cons.* 60. *In causa D. Lauræ, lib.* 3.
6 † Amplia; quia regulariter venditor tenetur de euictione emptori, etiam si non fuit promissa. *l. non dubitatur. C. de euict. l.* 2. *& l. si in venditione. ff. eod. tit. l. in vendendo. ff. de contrah. empt. l. qui fundum. §. in lege. ff. eod. l. dupla ff. de euiction.* Castr. *cons.* 207. *Visis omnibus. lib.* 1. allegat *l. non dubitatur. C. de euict.* Dec. *cons.* 683. *col.* 3. *ad fi. n.* 15. *& cons.* 241. *Viso puncto. n.* 1. *& cons.* 74. Cephal. *cons.* 168. *n.* 6. † Ratio, quod 7
venditor teneatur de euictione, etiam si non sit promissa, est; quia venditor tenetur rem tradere cum effectu. *l. ex empto. ff. de actione empt.* Abb. in *c. si venditori. n.* 5. *de empt. & vend.* & cum paria sint, non tradere, vel minus efficaciter tradere. argum. *l.* 1. *§ fin. ff. de contrab.* ideo si res tradita euincatur, non potest dici efficaciter tradita; ideo tenetur de euictione. *d. l. ex empto.* † Extende; quia quod 8
dicitur de venditione, habet locum etiam in datione in solutum facta à iudice. *l. libera quidem. C. de senten. & inter loc. omn. iudic. l. si prædium.* & ibi Bart. *C. de euict.* & idẽ in adiudicatione; quia agit creditor vtili actione ex empto. *d. l. si prædium. C. de euiction. l. si cum venditor. §.* 1. *ff. eod.* & procedit, etiam si non sit conuentum, neq; aliquid dictum de euictione. *d. l. si duo. § si quis iurauerit me. & ibi gl. ff. de iureiu. d. l. ex empto. in pr.* & ibi Bart. *ff. de act. empt.* † Extẽde; quia habet 9
locum tam contra venditorem, quam contra illius hæredem, & fideiussorem. *l. Seia fundos. ff. de euict. l. exceptione doli. C. eod.* † Extẽde; 10
quia euictio à iure habet locum etiam in diuisione, licet non sit promissa. *l. si familiæ. ff. famil. hercis.* vbi gl. & Doctor. nam datur actio præscriptis verbis, cum in diuisione quædã permutatio fiat, ex qua oritur dicta actio. *l.* 1. *ff. de rer. permut.* & similiter si iudicio communi diuidendo fratres prædium cõmune diuiserunt inter eos. *l. si fratres. C. communia vtriusque iudic.* & datur dicta actio præscriptis verbis, vel ex stipulatu, si interuenit stipulatio. *l. si permutationis. C. de euict.* & quod euictio habeat locum in promissione, prout in venditione, licet non sit dictum. Dec. *cons.* 241. *Viso puncto. nu.* 1. & de diuisione inter fratres est text. in *l. si fratres. C. famil. hercis.* & generaliter inter omnes diuidẽtes, est tex. in *l.* 1. vbi gl. & Doct. *C. eod.* † Extende, vt procedat, siue diuisio sit facta extra iudiciũ per 11
partes, siue in iudicio per iudicem. Doct. in *l.* 1. *& in d. l. si fratres. C. famil. hercis.* † Declara, nisi specialiter esset promissũ, quod non te- 12
nerentur de euictione. *l. si familiæ. C. famil. hercis.* Bart. & alii in *l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de ver. oblig.* † Extende etiam; quãdo venditor 13
promisit de euictione emptori, si soluerit pretium certis creditoribus venditoris, & non alias; quia si emptor obtinuit donationẽ pretij à creditoribus, quibus debuit soluere, debet consequi euictionem. Bald. *cons.* 51. *Titius vendidit Seio. lib.* 1. † Restringe, quando 14
emptor sciret rem alienam & emeret. *l. si fundum scienti. C. de euict. l.* 1. *C. de reb. Eccl. nõ alien.* † Amplia in dote data marito, quia si aliquid 15
euincatur, maritus agit de euictione contra illos, qui dederunt. *d. l.* 1. *C. de iur. dot. l. vnica. §. & vt plenius. C. de rei vxor. act.* † Amplia, vt p- 16
cedat nedum in venditione, sed etiam in eo, qui ex laudo dedit in solutum aliqua bona cũ obligatione de euictione. Bald. *cons.* 377. *Factum ita se habet. lib.* 4. † Extende; quia euictio habet locum quo- 17
ad petitorium, si emptor, vel is, cui est promissa euictio, agat contra spoliatorem, etiam si negligentia, vel culpa cecidert emptor à possessione; quia licet quoad possessionem non debeatur euictio; tamen debetur quoad proprietatem, si in ea succumbat. Bald. *d. cons.* 377. *per tot.* vbi est casus. *lib.* 4. † Amplia; quia vbicunq; 18
euictio causatur etiam iniusta, & iniuriosa propter culpam venditoris, tenetur de euictione emptori. Bald. *cons.* 460. *Factum tale est. n.* 3. *lib.* 4. † Amplia; quia pater tenetur de euictione castri permu- 19
tati, si filius de facto detinet castrum; quia pater non excusatur. Bald. *cons.* 368. *Quod permutatio. lib.* 5. *per tot.* † Amplia; quia euictio 20
debetur legatario contra hæredem legantis sequuta euictione. Abb. *cons.* 43. *Videtur primo, in pr. lib.* 2. † Amplia; quia emens scien- 21
ter rem alteri legatam non censetur renunciare euictioni. Alex. *consil.* 100. *Super primo. n.* 9. *vers. non obstat etiam. lib.* 7. vbi allegat 10
vtraque parte, & declarat. † Amplia; quia euictio debetur 22
etiam ante sequutam euictionem, quando venditor promisit rem vacuam liberam, & expeditam; quia si ante traditionẽ aliena, vel communis esse reperitur, tunc rescinditur, & agit ad pretium, ita plene Bero. *consil.* 158. *lib.* 1. plenius Ruin. *consil.* 141. *Non videtur. per totum. lib.* 2. † Amplia; quia vendens scienter rem ob- 23
noxiam alicui oneri, vel seruituti tanquam liberam, si non certiorauit emptorem, tenetur ad interesse, si vero venditor ignorauit, & ipse tenetur solum, quãtiminoris res vendita fuisset. Curt. Iun. *cons.* 17. *nu.* 5. † Amplia; quia pater vendens feudum de con- 24
sensu domini, tenetur de euictione, siue agat nomine suo, siue nomine filii. Signorol. *consil.* 251. *in fine.* † Limita; quia promit- 25
tens de euictione ex facto suo, & quod non inferret molestiam sub pœna, &c. si restituat domino rei instrumenta, per quę euinci potest res, vel euincitur, non tenetur; quia nõ venit in promissione id, quod esset peccatũ, videlicet retinere alienam. Iq. de Imo.

cons.

EADEM † persona fideicommissaria Titii, & hęres Seii, qui emit bona suppositа fideicommisso, potest bona retinere ut fideicommisso, & tanquam hæres Seii passus euictionem agere ad pretium contra hæredem eius, qui vendidit ipsi Seio. Cuman. *cons. 33. Quidam ponamus. per tot.* quod est Benedicti de Plumbino, Signorol. Homodei, Fulgos. Cuman. & ita Bald. attestatur obtinuisse Florentiæ *in l. si cum quæstio. C. de euiction.* † Extende; quia emens ignoranter rem sibi debitam ex fideicommisso potest retinere bona, & agere ad pretium. Cephal. *consil. 393. n. 167.* † Declara; quia si emit scienter rem sibi legatam, vel debitam ex fideicõmisso, censetur renunciare legato, seu fideicommisso, & non potest agere de euictione, neque ad pretium; secus si ignoranter emit; quia euincit à se ipso, & agit ad pretium. Alex. plene *cons. 100. super primo. num. 6. & seq. lib. 7.* vbi tollit omnia contraria cum ista distinctione. † Amplia; quia etiam posset retinere bona tãquam hæres illius, qui emit, & agere tãquam fideicommissarius ad pretium contra eum, qui vendidit, vel illius hæredes, vt per Cuman. *d. cons. 33. in fin.* † Amplia; quia habens fundum emptum cum pacto restituendi,, vel retrouendendi intra quinque annos tertio, si anterior creditor cedit iura sua habenti prædium emptum cum dicto pacto, poterit exercere hypothecam anteriorem sibi cessam contra fundum, quem possidet, sicut posset contra vendentem, si possideret, ita Bald. *cons. 167. Titius vendidit, circa si. ver. item iste Martinus. lib. 1. vsq; in fi.* † Extende; quia emens rem sibi legatam, quam ignorabat sibi legatam, potest agere de euictione, vt rem emptam consequatur, & pretium à venditore consequetur, ac si euicta foret. *l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de legat. 1.* vbi Ias. *in 4. not. & in fi.* & ibi Castrens. in principio, vbi quod agit, vel actione emptí contra vẽditorem. *l. cui res. ff. de action. empti*, quasi à seipso euicerit vel actione ex testamento. † Et procedit extensio, vt etiam si pretium nõ soluerit, absoluatur, ne teneatur soluere; quasi res euicta à se ipso fuerit. *d. l. huiusmodi. §. qui seruum. ff. de leg. 1.* † Contrarium videtur velle gloss. *in l. si rem. quam mihi. ff. de euiction. in ver. agentem*, vbi, quod si is, qui vendidit mihi rem alienam, conuenitur à me, qui eandem rem à vero domino redemi, non tenetur restituere pretium, quando tradidit, & ignorauit rem esse alienam. † Amplia; quia nihil refert, an quis citato obligato de euictione euincat rem venditam à seipso; an vero euictio fiat à tertio. *l. Iulianus. §. si. fundum. ff. de actio. emp. l. si ei. §. 1. & l. si vendidérit. & l. non tamen. ff. de euictio.* & Neuiz. *consil. 37. numer. 11.* † Extende; quia si legata res mihi

mihi efficiatur mea post legatum, debeo consequi pretium, & æstimationem rei legatæ tanquam à me ipso mihi euicta. Bart. *in l. plane. §. quod si rem. ff. de leg. 1.* ita Cephal. *cons. 767. in prin.* allegat Rui. *cons. 156. n. 3. & 4. lib. 5.* Vide, *Persona vna potest habere tura diuersarum personarum. Conclus. 317.*

Euictione sequuta per sententiam, ad quid obligetur emptor, vel non. Concl. 365.

1 EMPTOR † condemnatus per sententiam in causa euictionis rei emptæ, non tenetur appellare; si tamen appellat, tenetur prosequi appellationem. *l. Herennius. §. Gaia. ff. de euiction.* Castr. *cons. 282. In causa ista. n. 10. vers. item non obstat, quod debuit appellare. lib. 1.* Vide, *Euictio multiplex, & quando requiratur sententiam. Concl. 352. n. 8. & seq.*

Euictio non habet locũ in multis casibus. Cõcl. 366.

1 EVICTIO † non habet locũ in donatione; quia si res donata euincatur, non debetur euictio à donante. *l. Aristo. §. final. ff. de donation.* vbi Bart. glossa, & ibi Bald. *in l. 2. C. de euiction.* Iason *consil.*
2 73. *ad fi. lib. 1.* † Extende; quia euictio non habet locum in euictione quacunque titulo gratuito; ideo is, qui auget dotem mulieri; quia tale augmentum dicitur datio gratuita, facta traditione nõ tenetur ad aliquam euictionem, vel periculum. Alexand. *consil.*
3 208. *Præstantißime. nu. 9. ver. item in tantum. lib. 7.* † Extende; quia in quacunque cessione, vel contractu gratuito facto titulo gratuito nullum periculum spectat ad concedentem post traditionem factam. Alex. *d. cons. 208. Præstantißime. nu. 9. ver. item in quantum. lib. 7.*
4 vbi, quod cessio habetur p traditione. † Restringe in donatione facta propter benemerita, vel ex causa; quia etiã si incipiat à traditione, tenetur de euictione. Bart. & Doctores *in l. Iulianus scribit.*
5 *§. 1. ff. de verb. obligat.* † Idem, quando est remuneratoria, vel ex causa; quia licet incipiat à traditione; tamen tenetur de euictione. Alex. *cons. 47. Visis instrumentis. n. 8. lib. 3.* vbi apost. citat Ias. *in l. ex hoc iure. n. 68. ff. de iustit. & iure.* Franc. Curt. in addit. ad Alexan. *in l. qui*
6 *fundum. nu. 8. ff. de verb. oblig.* † Restringe, vt non procedat in donatione, quæ incipit à promissione; quia talis promittens donare, & postea donans obligatur de euictione, secus si donatio incipiat à traditione, ita declarat Bart. *d. l. Aristo. §. fi. ff. de dona.* Corn. *cons. 141.*
7 *lib. 2. per tot.* Gozadin. *consil. 60. num. 4.* † Dicitur autem incipere à traditione, quando simul, & semel promittit donare, & donat, secus si solum promittit donare. Abb. *in c. fi. n. 10. de empt. & vendit.*
8 † Restringe, quãdo quis donauit rem alienã, quam dixit esse suã; quia tunc ratione mendacii obligatur de euictione, siue inceperit à promissione, siue à traditione. Iason *consil. 73. in tertio, & vltimo dubio. lib. 1.* vbi late. † Restringe, quando donatio est facta per
10 stipulationem. Gozad. *cons. 60. n. 5.* secus si pacto nudo. † Restringe, quando donans scit rem donatam alteri obligatam. Gozad.
11 *d. cons. 60. n. 18.* † Restringe, quando donans promisit de euictione. Abb. *in capit. final. nu. 10. de empt. & vendit. l. 2. C. de euiction.* vbi gl. &
12 Doct. † Declara, etiam si promisisset de euictione, quando donatarius asseruit Principi rem ad eum spectare, quæ non spectabat, quia, ex quo fundatur super mendacio donatarii, non obligatur
13 donans, Ias. *d. cõs. 73. in tertio, & vltimo dub. lib. 1.* † Amplia; quia euictio non habet locum in Ecclesia, vel pio loco, nisi probetur pretium conuersum in vtilitatem Ecclesiæ. Alex. *cons. 4. Viso processu. n. 4. vers. confirmo præd. lib. 3. & in fi.* vbi, quod Ecclesia nunquam restituit pretium ex cõtractu habitum, nisi probetur conuersum in
14 vtilitatem Ecclesiæ. † Amplia, & enumera 40. casus, in quibus vẽditor non tenetur de euictione, quos Afflict. ponit, prout refert
15 Couarruu. *variar. resolut. lib. 3. c. 17.* † Amplia in emptore, qui sciẽter emit rem alienam. *l. qui fundum. C. de euictio.* † Restringe, nisi fit facta promissio de obtinendo consensu à domino, alias de euic-
17 tione voluit teneri. Crauett. *cons. 64. n. 4.* † Amplia; quia euictio non habet locum, quando aliquis contractus non præcedit; ideo si Commune Florentiæ mandet aliquem defendi, & manuteneri, debet intelligi quędam protectio ab iniurioso facta, nõ vt teneatur de euictione; quia est quędã donatio, quæ incipit à traditio-
18 ne. Petr. Anch. *consil. 87. Omisso primo dubio, per tot.* † Amplia; quia vendens ius, quod habet, nõ tenetur ad aliquid, licet nullum ius habeat. Alex. & alii *in l. si sic, circa fi. ff. de leg. 1. & consil. 108. lib. 6.* alios citat Vrsill. ad Afl. *decis. 81. nu. 5.* vbi, quod prouenit; quia nihil est certum. Natt. *cons. 38.* Crauett. *consil. 145. n. 22.* Bertrand. *consil. 268.*
19 *lib. 7.* † Declara, vt non procedat, quando venditor expresse de euictione se obligasset. Dec. *consil. 449. num. 37.* vel quando dolose rem alienam alienasset. *l. 2.* & ibi Bald. & Salyc. *C. rred. euict. pignor.*
non deb. † Amplia; quia euictio nõ habet locum, nisi fiat in petitorio, & ratione dominii; secus si ratione possessionis. *l. ratio, in princ. ff. de actio. empt.* Cephal. *cons. 163. n. 5.* Vide, *Euictione sequuta qualiter pœna committatur. Concl. 361. n. 9.* † Amplia; quia euictio non habet 21
locum stante pacto, quod non teneatur de euictione, sed tamen tenetur ad pretii restitutionem; si vero pactum est, quod non teneatur de euictione, neq; ad pretii restitutionem; tunc non tenetur de euictione, neq; ad pretii restitutionem. Alex. *consil. 235. Post redditum. n. 9. & 10. ver adducitur etiam. lib. 6.* vbi dicit* communem. * Vide plenius, *Euictio per pactum, quod venditor non teneatur de euictione, quid operetur. Concl. 362.* † Amplia in venditione rei vniuersalis; 22
quia euictio rei particularis non habet locum. Io. de Imol. *in cap. final. de empt. & vend. nu. 21. ver. vlterius aduerte.* secus si euincatur res vniuersalis, vel esset promissa euictio rei particularis. † Et quod 23
non debeatur euictio pro re particulari, quando venditur hæreditas, vel quid vniuersale, prout castrum, & similia, nisi sit dictũ, vel nisi res speciales sint specificatæ, est text. *in l. 1. C. de euict.* Vrsill. in addit. ad Afflict. *decis. 81. n. 3.* & plenius *n. 6.* vbi dicit, quod non sufficit specificatio accessoria, prout *castrum cum riuis, molendinis, &c.* sed cautela est, quod specifice exprimantur singula corpora. Afl. *dec. 334.* vbi apost. lat. † Amplia in legato; quia licet debea- 24
tur, si legatur in genere; secus si legatur in specie, nisi legans sciret rem posse euinci, vel alienari. Io. de Imol. *d. c. fin. de emptio. & vendit. n. 20. ver. in legato* plene Bart. & alii *in l. si domus. §. 1. ff. de legat. 1.* † Ex- 25
tende; quia si legatur certa species, vel prælegatur, vel per patrem in vltima voluntate inter filios diuiditur, tunc non habet locum euictio, vt late supra *ver. diuisio facta per patrem inter filios an reuocabilis, Concl. 528. n. 38. versic. Natura huius diuisionis, cum seq.* † Restringe, 26
nisi simus in casu, in quo debeatur de iure etiam in legato speciei, vel nisi facto heredis pueniat euictio, vel nisi testator voluerit integrum legatum deberi. Menoch. *lib. 3. præsumpt. 118. n. 4. & sequ.* † Et debetur euictio, quando res mihi legata efficitur mea, 27
quia possum petere rem, vel pretium, & debetur mihi pretium. *l. plane. §. quod si rem,* vbi Bart. & alii *ff. de leg. 1.* † Vide omnino Ias. *in* 28
d. l. si domus. §. de euictione. nu. 10. & seq. vbi ponit regulam affirmatiuam, quod licet euictio non debeatur à donante, & legatum sit donatio; tamen legatario debetur euictio, in tãtum, quod per illum tex. tenetur etiam cauere, videlicet promittere de euictione, & cõpellitur. † Declara secundum Bar. *in d. l. si domus. §. 1. n. 3. ff.* 29
de leg. 1. vt si legatum sit in genere, debeatur euictio; quia tenetur facere accipientis, & limitat duobus modis, si legatur res vniuersalis; quia parit damnum legatarii; itẽ si legatur incertum de certis; quia dicitur legata species. † Si legatur species, quæ sit testato- 30
ris, non datur euictio; quia nõ potest euinci in totum ratione dominii, si ratione alicuius iuris in re non tenetur; quia censetur legare ius, quod habet, nisi tota res euinceretur, videlicet auocaretur à legatario, & tenetur luere. † Si legatur res aliena à sciente a- 31
lienam, debetur euictio, si ab ignorante, nõ debetur extraneo legatario, si est cõiuncta; secus est, nisi error præcedès causæ nullius vel finitæ aliud inducat, vide Bartol. vbi supra. † Amplia quatuor 32
modis, de quib⁹ Soc. *reg. 5. venditor an, & quibus casibus de euictione nõ teneatur,* primus est, quãdo emtor fecit magnã diligentiã perquirendo, an venditor esset dominus; secũdus, quando vẽdita est vniuersitas bonorũ, & aliquæ res euincuntur; tertius, quando sciẽter emit rem alienã: quartus, de quo *in l. si per imprudentiam. ff. de euictio.* † Limita in venditione, in qua venditor delegauit pretium 33
certis suis creditoribus; quia licet creditores donent pretium emptori, nihilominus venditor tenetur de euictione, ac si vere pretium fuisset solutum. Bald. *cons. 51. Titius vendidit Seio lib 1.* † Limita 34
in legato; quia si res legata euincatur à legatario, agit de euictione; imo poterit, antequam res euincatur, agere, vt hæres teneatur de euictione. *l. si domus. §. de euictione. ff. de legat. 1.* vbi Ias. *n. 7.*

Euictio promissa per venditorem non habet locum multis casibus. Concl. 367.

1 EVICTIO † promissa per venditorem non debetur, quando sententia esset lata, & euictare propter cõtumaciam emptoris, vel propter iniuriam iudicis respectu emptoris, Gem. *cons.*
151. *in princ. ver. item præsupposito.* Bald. *consil. 460. Factum tale est. num. 3. lib. 4.* vbi, quod si per viam iudicialem, vel extraiudicialem, vel aliam iniuriam causa emptoris patitur emptor euictionem, non tenetur venditor, secus si causa venditoris. Vide, *Euictio multi-*
2 *plex, & quando requiratur sententiam. Concl. 352. n. 8.* † Et quod non debeatur euictio ei, qui fuit contumax in causa renatæ, & sic quãdo culpa sua cecidit à possessione bonorum, est glos. *in l. si cõtrouersia. in fi.* & ibi Bald. *C. de euict.* tex *in l. si rẽ. §. 1.* vbi gl. *ff. eod.* vbi, quod damnum,

mum, quod quis culpa sua patitur ab alio, non recuperat. *c. fi. de empt. & vend.* † Extende maxime, quando si ostendisset suum instrumentum, & se defendisset, de facili fuisset absolutus. Io. de Anan. *cons. 8. in fi.* vbi Bologn. † Extende idem; si se non defendit, vel cauelegit, si non appellauit, vt supra per discursum. † Declara; quia si sententia est lata contra contumacem, qui nunquam cõparuit, neq; defendit; euictio non habet locum; secus si defendit, & liquidauit, licet ad sententiam citatus fuerit contumax. Abb. *& Bal. d. l. Videtur primo. n. 2. in pr. ver. nec etiam obstat. lib. 1.* † Declara alio modo; quia si passus euictionem non defendit, sed fuit cõtumax; qua non poterat defendere; & res est clara, quod nõ poterat defendere; tunc agit de euictione. Abb. *cons. 45. in pr. n. 2. ver. ad aliam* 5 *summam limitationē lib. 2.* vbi allegat Bald. *in l. res inter alios. C. quib. res iudic. non nocet.* † Amplia; quia nõ debetur ex sola sententia, sed oportet, quod per exequutionem res sit ablata vigore sententiæ, Ruin. *cons. 46. lib. 4.* vbi late, & infra *n. 70.* † Amplia; quia euictio promissa non potest emptor vti obligatione, vel hypotheca bonorum venditoris cõtra alium creditorem, antequam res fuerit euicta, ex quo nondum venit dies obligationis. Bald. *cons. 198. alleguntur. n. 5. in fi. ver. sed & illud non est omittendũ. lib. 1.* † Amplia; quia si euictio sequatur facto absoluto superioris, non tenetur venditor de euictione; quia reputatur casus fortuitus. Bart. *in l. exceptione. ff. de fideiuss.* Castr. *cons. 220. col. 2. lib. 1.* Alex. *cõs. 220. lib. 2. Soc. vol. quidã relegatus in 3. not. ff. de reb. dub.* † Amplia; quia is, qui patitur euictionē rei, si non denunciauit authori suo, vel hæredi item, non tenetur de euictione. Bald. *cõs. 279. Factũ sic proponitur, in pr. lib. 3.* † Extende; quia non potest is, qui patitur euictionem, agere hypothecaria contra tertiũ possessorẽ, nisi facta discussione contra principalem, nisi esset notoriũ non posse fieri excussionem, vel nõ requiri, quia nihil haberet in bonis, Bald. *cons. 279. per tot. lib. 3.* † Amplia; quia euictio promissa non habet locum, si cauetur ex aliquo emergente post contractũ venditionis. Bart. *cons. 2. Ex facto. lib. 1.* † Amplia; quia si emptor ex sua culpa, vel per viam solutionis re empta, non potest agere de euictione. Bald. *cons. 377. Factũ ita se habet. lib. 7.* † Declara, nisi violentia, vel iniuria, siue iudicialis, siue extraiudicialis; esset culpa, vel odio venditoris culsata; secus si odio emptoris. Bald. *cons. 460. n. 3. lib. 4.* † Declara, quia licet nõ habeat locum euictio quoad possessionem; tamen habet locum quo ad proprietatem, etiam si emptor agat contra colonorem. Bald. *d. cons. 377. per tot.* maxime *circa fi. lib. 4.* † Extenda quãdo res euincitur facto emptoris; quia nõ debetur euictio. Bart. *cons. 72. Ex facto, in fi. lib. 1.* † Amplia; quia venditor nõ tenetur de euictione sequuta ob casum, vel legem conditam post perfectam venditionem. Bald. *d. cons. 460. n. 4. vers. tertio præmittendũ. lib. 4. Lucius. ff. de euict.* Ang. *cons. 176. circa fi. ver. præterea iste casus.* † Amplia; nisi emptor omiserit opponere exceptionem, quę releuabat eum ab euictione; quia venditor non tenetur. Bald. *d. cons. 460. n. 1. ver. ad cõsidero. lib. 4.* † Extende, quando emptor male se defendit, quia nõ potest agere de euictione. Bald. *cons. 258. Quantum ad primum. lib. 5. circa fi.* Alex. *cons. 117. Viso, ac ponderato processu. lib. 7. & cons. 119. Quoniam omne datum optimum. col. 4. lib. 6. l. si ideo. in princ. ff. mandati. cum vbi notat.* † Et dicitur male defendisse, si non fuit in iudicio cum optimo procuratore, & Aduocato, vt dicit glossa *in l. quod si nolit. § si mancipium. ff. de ædilit. edict.* Grammatic. *cons. ciuili. 22.* † Amplia; vt procedat, etiam si emptor omnem exceptionem opponit competentem, sed iudex iniustitiam fecit; quia non tenetur venditor de euictione. † Declara, vt procedat, quando emptor notificauit litem venditori obligato de euictione ob rem non defensam; quia imputandum est venditori, si nõ curauit defendere. Bald. *d. cõs. 460. in fi. lib. 4.* † Amplia; quia emptor, vt cõsequatur euictionem, tenetur appellare, & appellationē prosequi, alias non agit de euictione; quia esset in culpa nõ se defendendo. Dec. *cons. 74. Et diligenter pro viribus. col. pen. &* est tex. *in l. Herẽnius. §. Gaius.* vbi Bald. *ff. de euictio.* Vide, *Euictio multiplex, & quando requiras instrumentum. Concl. sup. 352. n. 14. & seq.* † Declara, quia semper tenetur appellare, sed facta notificatione venditori nõ tenetur prosequi appellationem, si causa esset iniusta; imo potest eo casu cognoscere nonam fidem Alex. *cons. 63. n. 10. lib. 6.* Dec. *d. cons. 74. in pr.* Bart. *in Authent. col. 2. C. de procurator.* † Declara; quia tenetur appellare legitime, ideo appellario nulla non releuat, prout si appellasset à Vicario generali ad Episcopum; secus si à Vicario foraneo ad Episcopum, vel ad alium omisso medio, quando pars non opponit; quia valida est. Abb. *cons. 45. Videtur primo. n. 2. ver. nec postremo. lib. 2.* † Amplia; quia promittẽs de euictione pluribus simul non tenetur, si inter eos sequatur euictio. Bald. *cons. 365. Ad euidentiam. n. 4. lib. 5.* † Amplia; quia euictio promissa nõ comprehendit, si venditor met agit ex capite læsionis enormissimæ; quia ex dolo emptoris prouenit. Ant. de Butr. *cõs. 52. in fi. ver. nec obstat.* † Amplia; quia euictio promissa alicui, & suis hæredibus non habet locum versus filios, viuentibus parentibus eorum. Bald. *cons. 365. in fi. lib. 5.* † Amplia; quia euictio promissa ex quocunque casu, & facto nõ continet casum penitus insolitum, & fortuitum. Angel. *cons. 176. Præmittendum est, circa med. ver. & considerandum.* † Et si res per violentiam est ablata ab emptore, non tenetur de euictione, etiam si promisit de iure, & de facto defendere. Alexan. *cons. 191. Perspecto, in fi. lib. 6.* † Amplia, quando euictio sequeretur ex facto eius, qui agit de euictione, vel authoris illius. Ruin. *cons. 7. n. 20. lib. 3. gl. in l. si familia. C. famil. hercisc. in ver. pro parte.* † Extende multo magis, quando euictio non est sequuta, sed sequutura facto eiusdẽ, qui agit de euictione. Ruin *d. cons. 7. in fi. lib. 3.* † Amplia; quia ementi scienter rem alienam non debetur euictio. *l. qui fundum. C. de euict.* † Declara, vt nõ procedat, quando rẽm alienam penitus alienasset scienti, & scienter de obligatione voluisset teneri; secus si rem, in qua aliquod ius haberet, alienasset; quia nullo modo etiam promittendo tenetur. Cuman. *cõs. 170. Dominus Zampetrus. n. 3. vsq; in fi.* † Extende, vt idem sit in eo, qui habebat ius ad vitam, puta vsumfructum; quia si locat scienti per decem annos, & promittat manutenere ab omni persona, non tenetur hęres mortuo vsufructuario ante lapsum decem annorum. Cuma. *d. cons. 170. ver. ad secundũ.* † Idem, si N. habens proprietatem communẽ cum fratribꝰ habentibus vsumfructum etiam in portione N. simul diuidat bona, & illi sibi cedũt iura præsentia, &c. quia cõsolidato vsufructu, illum petet N. vel hæredes. Rom. *cons. 503. Diligenter, ver. quarto videndum. n. 11. & per tot.* maxime; quia sciebant omnes ius N. vsque in fi. vbi apost. *in ver. nouiter.* dat conc. † Idem est in fideicõmissario vendente, quia si vendit rem subiectã fideicommisso scienti, licet promittat de euictione; nõ tamen tenetur, nisi ad simplum. Cuman. *d. cons. 170. in fi.* † Idem est in pluribus diuidentibꝰ bona, quorũ aliqua sunt libera, aliqua vero sunt feudalia, vel supposita fideicommisso conditionali; quia cum sciant, si vni obueniant omnia bona libera, alteri vero omnia bona fideicommissaria, vel feudalia, mortuo illo, cui obueniunt bona feudalia, relictis hęredibus filiabus fœminis, non possunt illæ agere de euictione promissa, nisi in specie sit dictum, etiam si sequatur euictio ex natura rei, & ex facto authorum, ita Alex. *cons. 21. n. 6. vers. tertio princip. lib. 3.* plures allegat ibi apost. & Rol. à Val. *cons. 51. n. 9. & seq. lib. 4.* late Soc. Iun. *cons. 119. lib. 3.* communem *dicit Grat. *cons. 22. nu. 20. lib. 1.* Bar. Bald. & alii *in l. si familiæ. C. famil. hercisc.* Alciat. *cõs. 133. n. 5. Superioribus. & cons. 138. Prima facie.* pleniſſime Fanuc. *de inuent. part. 7. n. 203.* vbi dicit* cõmunem, & citat plurimos. Cranet. *cons. 24. & cõs. 211. n. 7.* Bar. Bald. Ang. & Salyc. *in d. l. si familiæ. C. famil hercisc.* vbi Alber. & Cast. Curt. *cons. 49. n. 79.* Gozad. *cons. 58. n. 6 & 23.* Ruin. *cons. 146. lib. 1. & cons. 10. nu. 14. & cons. 14. n. 5. lib. 1.* Ruin. *cons. 7. n. 19. lib. 3.* Vide omnio Meno. *lib. 3. præsum. 118.* vbi declarat multis modis. Vide, *Euictionis exceptio.* quæ est *Concl. prox seq. n. 4.* † Et ꝙ diuidentes emphyteusim masculinã inter se, & pmittentes defensionẽ, & non molestare, & de euictione non teneantur, si moriatur vnus sine masculis, relicta fœmina, à qua possunt euincere, neq; dicantur venire contra promissam defensionẽ, quę non comprehendit hunc casum secundum naturam rei. Alex. late *cons. 21. Viso cõpromisso. li. 5.* Aret. *cons. 3.* Dec. *cons. 411* Rui. *cons. 42 n. 19. & cons. 81. n. 2. & cons. 146. n. 3. lib. 1. & cons. 137. n. 12. lib. 2.* quod proced. t; quando diuidentes sciuerunt, & dicuntur sciuisse, si soluerunt canonẽ pro bonis, exẽplo hęredis, qui soluit legata; quia præsumitur scire testamentũ. Alex. *cons. 4. Videretur. col. pen. lib. 2.* Dec. *cons. 267. n. 2. & cons. 287. col. fi.* Nam euictio non debetur, quando secundũ naturam rei res euincitur, quando contrahentes sciuerunt, & cogitare potuerũt. Feder. de Sen. *cons. 77.* Soc. *cons. 199. lib. 2.* Ruin. *cons. 2. & cons. 11. lib. 1.* late Rom. *cons. 503. Diligenter, in fi. ver. vltimo.* † Declara multismodis, vt per Menoch. *lib. 3. præsumpt. 118. per tot.* maxime *n. 15. & seq.* quando alteri bona libera omnino obtigissent. Vide plenius, *Diuisio non præiudicat fideicommisso. & quando secus. Concl. 543. per tot.* † Extende idem in eo, qui scienter emit rem alteri obligatam, vel alienam; quia neque datur actio ad pretium, *l. si fundum. C. de euiction.* Dec. *cons. 411. circa fin.* Alex. *in l. qui Romæ. § duo fratres. n. 34.* vbi Aret. dicit * communem. *ff. de verb. oblig.* † Contrarium, quod imo, quando fuit renunciatum fideicommisso in diuisione, licet euictio sequatur facto authorũ, debeatur euictio. Corn. *cons. 150. col. fi. lib. 3.* quem sequitur Crau. *cons. 24. n. 15.* † Declara; quia si euictio debetur ex dispositione hominis, puta ex pacto, & licet sciuerit rem alienam; recuperat pretiũ, aut debetur euictio ex dispositione legis, & secus; quia neque recuperat pretium secundum distinctionem Castr. *in l. emptorem. §. fi. ff. de action. empt.* Cranett. *cons. 211. n. 6.* Anton. de Petr. *in tract. de prohib. fideicomm. q. 14. nu 45.*

† Decla-

44 † Declara; quia si emēs fuit ignotās, recuperat pretiū. Alex. Aret. & Ias. *d. l. qui Romæ. §. duo fratres ff. de verb. obl.* Decī. *d. cons.* 411. secus si
45 sciens. † Idē in vsufructuario vendente vsumfructū scienti; quia finito iure vsusfructus non debetur euictio: & idē, si fiat diuisio
46 inter vsufructuarios. Rom. *cons* 503. *n.* 13. & 14. *vsq; in fi.* † Extende, vt imo, quando adest duplex prohibitio, videl. legis, & etiam hominis, licet alienatio fideicōmissi sit facta ab ignorante ignoranti, tamen quia alienatio est nulla, bona possunt auocari. Cephal.
47 *cons.* 624. *n.* 22. *& seq.* maxime *n.* 27. *lib.* 5. vbi plures allegat. † Extende; quia renuntiatio fideicommissi, vel feudorum est personalis; ideo etiā si promittatur de euictione, nō præiudicat vocatis, quin possint bona fideicōmissi habere, neq; habet locum euictio promissa; quia non vertit ex facto promittentis, sed secundum natu-
* ram rei. Grat. *cons.* 22. *n.* 20. *& seq. lib.* 1. vbi dicit * communē. Ruin.
48 *cons.* 138. *n* 10. *lib.* 2. Ceph. *cons.* 771. *n.* 32. † Extēde; quia quando sequitur euictio secundum naturam rei, neq; tenetur is, qui de euictione promisit, ad restitutionem pretii. Castr. *in d. l. si familiæ. n.* 3. *C. famil. hercisc.* Ias. *in l. stipulatio ista in pr. n.* 11. *ff. de verb. obl.* Curt. Sen.
cons. 63. *n* 19. Dec. *d. cons.* 411 *n.* 3. & 4. Crau. *cons.* 77. *n.* 18. Becci. *cons.*
49 24. *n.* 38. *& seq.* † Extende; quia non potest agere de euictione bonorum subiectorū fideicōmisso is, qui post a superuixit solus, & in quem finitur fideicōmissum, licet tempore diuisionis potuerit
50 contrarium euenire. Ruin. *cons.* 7. *n.* 19. *& seq lib.* 3. † Extende tam in diuisione, quam in alienatione; quia euictio non debetur, quæ pro tenit ex facto communis auctoris diuidentium, vel emptoris, & venditoris. Fanuc. *de inuent. q.* 7. *n.* 103. vbi de diuisione, & *n.*
51 105 *& seq.* vbi de alienatione. † Idem, si sequatur ex facto auctoris ipsius emptoris tantum; quia non oritur euictio rei venditæ.
52 Ruin. *cons.* 146. *n.* 3. *lib.* 1. † Extende in casu contrario; quia quod dicitur de re vendita, idem erit de pretio emptoris euincendo fa-
53 cto communis auctoris. Fanuc. *d. tract. de inuent. part.* 7. *n.* 212. † Restringe primo, quando diuidentes ignorassent bona fideicōmisso subiecta, vel feudalia. Rom. *cons.* 503. *in* 3. *dubio, sub n.* 9. *&* 10. *ver.* 3. *princ.* Ruin *cons.* 42. *n.* 19. *& cons.* 146. *n.* 3. *lib.* 1. Cravet. *cons.* 14. Fanuc. *de inuent. part.* 7. *n.* 206. Cravett. *cons.* 211. *n.* 7. vbi alios citat.
54 † Restringe, quando emptor sibi prouidit de euictione etiam in casu, quod ex natura rei, vel facto auctorum euincerentur. Alcia.
cons. 133. *n.* 5. *& cons.* 138. Alex *d. cons.* 21. *n.* 6. *in fi. & n.* 7. *lib.* 5. Soci. Iun.
cons. 119. *n.* 2. *&* 15. *lib.* 3. & ita declarant Bar. Bald. Salyc. Castr. & a-
55 lii in *d. l. si familiæ. C. famil. hercisc.* † Restringe, quando venditor promisit dare ratificationem omnium fideicommissariorum, ita q promittendo factum alienum non excusetur etiā faciendo possibilia, vel quando promisit secundū cautelas, de quibus Dec. *cons.*
56 322 *per tot.* maxime *in fi.* incip. *Cum sit, quod nobilis.* † Restringe, quādo constat de contraria mente contrahentium expressa, vel taci-
57 ta. Fanuc. *de inuent part.* 7. *n.* 207. *& seq.* † Restringe, quando in diuisione, vel alienatione sunt clausulæ prægnantes. Fanu. *de inuen.*
58 *part.* 7. *n.* 210. † Amplia; quia si emptor facit compromissum cum molestāte, & succumbat; quia nō habet regressum pro euictione contra venditorem; quia succubuisse dicitur facto suo. *l. si dictum. §. si compromisero ff. de euiction.* Abb. *cons.* 72. *Videtur primo, col.* 1. *in fi.*
59 *ver.* 3. *obstat, lib.* 2. † Restringe, quando vigore statuti fuit coactus compromittere. Bart. *d. l. si dictum. §. si compromisero ff. de euict.* Abb.
60 *cons.* 72. *in fi. ver. ad tertium. lib.* 2. † Restringe, si in instrumento venditionis venditor promisit de euictione, qualitercumq;, & quomodocumq; eueniente; quia tenetur, etiam si per viam compromissi res euincatur. Alex. *cons.* 4. *lib.* 3. vbi Apost. *in ver. qualitercumque*, dat plurimos concord. Bertachin. in *ver. emptor agit*, & Aretin.
Instit. de empt. & vendit. §. si. vbi late Cæpol. *cautel.* 92. Aret. *cons.* 2. *nu.*
61 19. *ver. & sic etiam si euincatur.* † Restringe, si in venditorem fuit cōpromissum; quia tunc potest agi contra ipsum. Anton. de Burgos
62 in *cap. si venditioni, de emptio. & vendit. chart.* 24. † Amplia; quia euictio melioramentorū licet debeatur; tamē secus est, si emptor de eis nō opposuit; quia culpa sua ea amisit. Alex. *cons.* 67. *Viso thema-*
63 *te, in fi. lib.* 2. allegat tex. in *l. id quod. §.* 1. *ff. de act empt.* † Declara, nisi ad sit pactum, quod teneatur vendens, etiam quod non opponat de culpa; quia valet, & licet dolus futurus nō possit remitti; tamē
64 potest remitti culpa. Alex. *cons.* 66. *in fi. lib.* 2. † Amplia, quando res euincitur ex natura rei ex præordinatione auctorū, veluti si ematur, & vendatur res suppositia fideicōmisso, vel emphyteusis, vel feudum; quia venditio censetur facta inter scientes naturā rei, secundum ipsam naturam; nisi in specie sit aliter prouisum. Alex.
cons. 21. *col.* 3. *lib.* 5. Bar. in *l. si familiæ. C. famil. hercisc.* Vide plenius su-
65 pra *n.* 39. † Amplia; quia si Ecclesia, vel pius locus vendat & obliget se de euictione, illa secuta emptor nō agit, neq; recuperat ab Ecclesia, nisi doceat preciū versum esse in beneficiū Ecclesiæ, vel pii loci, ita Alex. *cons.* 4. *Viso processu, n.* 4. *ver. confirmo prædicta. lib.* 3.

† Amplia; quia non habet locum, si sequatur propter concordiā, 66
vel transactionem, Abb. *cons.* 69. *Videtur* 1. *in pr. lib.* 1. *ver. nec obstat.*
& faciunt dicta in sequēti extensione. † Extende; quia vt euictio 67
habeat locum, debet constare, quod res vendita fuerit euicta per
sententiam iudicialem, alias non potest agi de euictione. Alex.
cons. 119. *Quoniam omne datum. lib.* 6. & latius *cons.* 117. *lib.* 7. vbi, quod
debet constare, quod se defenderit emptor, & tenetur appellare,
& appellationem prosequi regulariter, nisi constet notorie de nō
iure. Dec. *cons.* 74. *Et diligenter pro viribus.* vide infr. *n.* 72. † Extende, 68
quando emptor passus est euictionem per laudum, vt quia com-
promisit. Abb. *d. cons.* 69. *col.* 1. *vers. nec obstat. lib.* 1. allegat text. *in l.* 69
si dictum. §. 1. *ff. de euict.* † Declara; quia quando facto suo emptor
perdidit rem, non potest agere de euictione, vt aliquid cōsequatur à venditore, sed quando cecidit ex compromisso, vel facto li-
cito non dolose, non perdit suam exceptionem; ideo nō compellitur soluere gabellam ex contractu non durabili, & forte si non
soluisset pretium, posset excipere, & se tueri. † Amplia; quia eui- 70
ctio non debetur, nisi per sententiā euictio sit secuta, & cum effectu fuerit exequuta in ipsa re, quæ euincitur. Alex. *cons.* 4. *Viso pro-*
cessu, in pr. lib. 3. Ruin. *cons.* 146. *lib.* 4. *supra n.* 7 † Extende, etiam si ad- 71
sint verba promissionis de euictione. *quomodocunque, & qualitercunque.* Alex *d. cons.* 4. *in pr. lib.* 3. † Extende; quia si ex compromisso 72
voluntario sequatur euictio, vt quia contra emptorem fuit laudatum, non debetur. Vide *supra n.* 67. & *Euictio multiplex, & quan.* M
do requirat sententiam. Concl. 352. *n.* 13. *& seq.* † Extende; quia non ha- 73
bet locum euictio sequuta per sententiam, quando non constat, quid, & quantum sit euictum, veluti si petantur pecuniæ pro re, & alio corpore sine distinctione. Alex. *d. cons.* 4. *n.* 2. *ver. fortius dico.*
lib. 3. † Amplia; quia venditor non tenetur de euictione, quando 74
iudex omni ordine prætermisso de facto processit; quia licet vēditor promiserit de euictione, siue de iure, siue de facto; non tamen tenetur de ista euictione, quæ connumerari potest inter ca-
sus fortuitos; quia rarissime contingit. Ang. *cons.* 176. *Præmittendū*
est. n. 2. † Extende, vt procedat, etiam si venditor remisit denun- 75
ciationem emptori; quia censetur remissa denunciatio iudicialis tantum, ad quam obligatur; & ideo non tenetur venditor ex ista euictione de facto sibi non notificata, & quam ignorauit; quia ad hoc, vt teneatur, requiritur scientia; quia remissio nō est facta de extra iudicali. Ang. *cons.* 177. *In facto proponitur, per tot.* quod est
Bald. & Angel. † Extende; quia non tenetur de nouo casu con- 76
tingente post venditionem, quia de isto non est cogitatum. Ang.
d. cons. 176. *circa fi. vers. præterea ille casus* † Extende idē, quando em- 77
ptor culpa sua amisit possessionem rei venditæ. Ang. *d. cons.* 176. *in*
fi. † Extende, quando extra iudicium patitur se priuari. Natt. *cons.* 78
181. *n.* 2. *& per tot.* † Restringe; quia tenetur de euictione, si iudex 79
per errorem iuris, vel facti, caulauit euictionem, ex quo iste casus non est fortuitus, sed soler contingere sæpe in iudicio. Ang. *d. cons.*
176. *n.* 2. *ver. alio modo.* † Amplia; quia euictio promissa etiā de fu- 80
turo ex quacunque causa, non continet causam ex culpa, & facto eius, cui est promissum; ideo si cecidit propter canonem non solutum, licet promissum sit, quod habebit perpetuo, & pleno iure bona, quæ erant emphyteutica, vtroque sciente, non tenetur de
euictione. Cuman. *cōs.* 187. *Dominus Cōsignorius.* † Limita; quia po- 81
test prouideri per pactum; & valebit, quod venditor teneatur de euictione, etiam non facta denunciatione aliqua, etiam si iudex pronunciauerit per imperitiam, etiam si in contumaciam, & negligentiam emptoris, vt dicit Ang. *in l. si per imprudentiam. ff. de euict.*
† Limita; quia si facta est legitima denunciatio venditori, licet 82
emptor non produxerit instrumenta, & non se defendat; tenetur tamen venditor; quando non fecit ipse, quod debuit. Ioan. de Anau. *cons.* 38 *in fi.* vbi Bologn. idem confirmat in apost. *in fi.* quia si venditor denunciatus non suscepit litem, sibi imputet.

Euictionis exceptio quando, & qualiter repellat agentem. Concl. 368.

AGERE † non potest ad consequutionem rei ab alio is, qui est 1
obligatus de euictione illi, à quo vult euincere. *l. vendicanti. C. de euict.* Becci. *cōs.* 24. *n.* 51. Rol. à Val. *cons.* 51. *n.* 13. *lib.* 4. Petr. Surd.
cons. 15. *nu.* 5. de * communi alios allegans Bursat. *cons.* 6. *nu.* 19. *lib.* 1. *
Rom. *cons.* 251. *Clarissime, in pr.* † Et huic regulæ inseruit, quod di- 2
citur, nemo potest impugnare factum legitimum à seipso. Rom.
d. cons. 251. *in pr. vers. tertio quia, n.* 2. † Extende, vt procedat; quia ob- 3
ligatus defendere Titium non potest eundem Titium molestare.
Rom. *d. cons.* 251. *in pr.* † Restringe; quia non procedit in diuisione 4
bonorum fideicommisso subiectorum; quia licet diuidentes sciuerint fideicommissum, & promiserint de euictione, non habet locum, quando secundum naturam rei fit, vt quia purificatur fi-
deicom-

delcommissum; quia si bona debent restitui descendentibus vnus exdiuidentibus, non repellitur exceptione prædicta. Bart. *in l. qui Rome. §. duo fratres. ff. de verb. oblig. n. 22. in fi.* Crot. *n. 27.* Ias. *n. 38.* * Rip. *n. 43. & 95.* vbi de *communi; idem Bart. *in l. si familiæ.* vbi Alber. Bald. & Ang. Salyc. Castr. & alii, *C. famil. herciſc.* Alex. *conſ. 21. n. 5 lib. 5.* Grat. *conſ. 29. n. 46. & ſeq. lib. 2.* Rom. *cõſ. 107. n. 14.* Cur. Sen. * *conſ. 49. n. 79.* vbi de *communi, *ver. ad vndecimum.* Ru. *conſ. 137. n. * 31. lib. 2.* vbi dicit *communem, *& conſ. 11. in fi. & conſ. 7. n. 10. & conſ. 14. n. 4.* Corn. *conſ. 42. n. 11. lib. 4.* Dec. *conſ. 411. in fi.* Tiraq. *de vtroq; retract. §. 1. gl. 9. n. 34.* Crau. omnino *conſ. 211. n. 7.* Soc. Iun. *conſ. 128. n. 131. & conſ. 15. n. 2. lib. 3.* Gozad. *conſ. 53. n. 19. prope fin.* Ruin. *conſil. 146. n. 2. cum ſeq. verſ. ſed præmiſſis. lib. 2.* Franciſc. Becci. *dict. conſ. 24. n. 33. cum ſeq.* Vide concluſionem proximam præcedentem *n. 38. & ſeq.* † Declara reſtrictionem, vt procedat, quando diuidentes ſciuerunt; ſecus ſi ignorassent fideicommiſſum, vt per D D. in dictis 6 locis. † Et procedit reſtrictio maxime, quando vtrique parti diuidentium obuenerunt bona ſubiecta fideicommiſſo; quia mutuum periculum excludit euictionem. Gloſſ. *in d. l. ſi familiæ. C. famil. herciſcun.* Alex. *in d. l. qui Rome. §. duo fratres. nu. 34. ver. mihi tamen. ff. de verb. oblig.* vbi Alciat. *n. 37.* Menoch. *conſ. 87. n. 84. cum ſeq. lib. 1.* 7 † Reſtringe; quando euictio non prouenit ex facto auctoris, qui non renunciauit fideicõmiſſo, ſed ex facto alterius; quia tunc nõ dicitur euictio ſecundum naturam rei prouenire, ſed ex facto alterius causato contra promiſſionem; ita Menoch. *cõſ. 87. n. 88. & 8 ſeq. per tot.* † Ampliа, vt Regula, quod quem de iure tenet actio, eundem repellit exceptio; multo magis procedat, quando vendens renunciauit omni legum auxilio; quia cenſetur renunciasse etiam cõſtitutioni contrariũ diſponenti, prout Camerini, Rom. 9 *d. cõſ. 151. per tot.* maxime *n. 2. & ſeq. ver. nec refragatur.* † Amplia; quia procedit in omni materia, vt is, qui tenetur ſoluere pro me, vel reddere rationem pro me, poſſit me conuenire; quia quem de emictione tenet actio, eundem repellit exceptio, Ang. Are. *conſ. 78. pro deciſione n. 20. ver. 2. poſſet replicare.* Vide, *Exceptio datur facilius, quã actio. Concl. 374.*

Euidens quid ſit, & quando dicatur. Concl. 369.

1 STATVTVM † alterans pœnam vulneris, quando ſignum euidens remanet, habet locum, & ſi ſignũ eſſet in capite; quia licet caput bis retro tegatur, ita quod nõ eſt euidens; ſemper tamẽ dicitur euidẽs; quia in Eccleſia caput detegitur, & in multis locis, ex quibus euidentia ſigni cognoſcitur. Bald. *conſ. 426. An ſtatutum. 2 lib. 5.* † Extẽde; quia euidẽs dicitur illud, cuius probatio eſt manifeſta. Ang. *conſ. 397. Quidam puer. n. 2. ver. vnde illud dicitur.* vbi, quod pila, & candelabra, & alia fabricata principaliter ad vſum permiſſum, & non ad nocendum, licet nocere poſſint, non tamen dicũ 3 iure euidenter apta ad nocendum. † Amplia; quia euidens probatio dicitur, quæ per cõiecturas fit. *l. licet imperator ff. de legat. 1.* Io. de 4 Ana. *conſ. 49. n. 2.* & ibi Bolo. in apoſt. † Declara; quia procedit ampliatio in calibus, in quibus reperitur à iure expreſſum, alias non induitur euidens probatio per coniecturas. Bolog. d. Apoſtill. *ad conſ. de Anan. 49. circa princip.*

Exceptio quid ſit, & quotuplex. Concl. 370.

1 EXCEPTIO † ſecundũ aliquos dicitur oppoſitio, quæ fit ad excludẽdam actionem; ideo aliæ oppoſitiones, quę nõ tendunt ad hoc, non ſunt exceptiones; ſed in contrarium eſt * communis opinio, quod omnis oppoſitio, per quam intẽtio petentis 2 elidit ur, ſiue habeat actionem, ſiue non, dicitur exceptio, ita Conat. *in 1. part. prælectio. cap. poſſeſſor. de regul. iur. §. 1. n. 3. & 4.* vide licet in 2 princ. prælectio. † Alia eſt generalis exceptio, quæ regulariter de 3 iure natura non releuat. Alex. *cõſ. 181. In cauſa & lite. n. 2. ver. nec eſt cu- randum. lib. 6.* † Declara, quia imo generalis releuat, quando non eſſet oppoſitum, & petitum, quod ſpecificetur. Vide, *Exceptio qualiter proponi debeat. Concl. 397. n. 5. & ſeq.* vbi, quod de ſtylo Curiæ tãtum operatur generalis, quantũ ſpecialis, ſi non opponitur. † Alia particularis, vt ſi allegatur ſolutio, vel aliquid ſpeciale; quia bene releuat, & elidit actionem propoſitam, ſi probatur, alias non releuat. Alex. *d. conſ. 181. n. 2. ver. fuit igitur poſtea. lib. 6.*

Exceptio in quo differat ab actione. Concl. 371.

1 EXCEPTIO † in quo differat ab actione; dic, quod is, qui excipit, ſemper excludit; is vero, qui agit, ſemper intendit conſequi id, ad quod agit. Gemin. *conſ. 95. nu. 2. ver. ſuper iſto præmitto.* & propterea ſi tacitum denegat actori, & reo audientiam certo caſu, intelligitur actori circa actionẽ, & probationem, reo circa exceptionẽ denegare. † Differt tamen exceptio à denegatione; quia 2 is qui prohibetur excipere, non prohibetur negare. Bald. *cõſ. 128. n. 2. ver. præmittendum. lib. 5.* † Extende; quia exceptio eſt actionis ex- 3 cluſio. *l. 2. ff. de exceptio.* Pet. de Anch. *conſ. 6. n. 7. ver ex quo patet,* vbi, quod is, qui offert ſe paratũ ſoluere eatenus, quatenus actio contra eum datur, non dicitur excipere. † Amplia; quia in tantum eſt 4 excluſiua, vt ſi eſt remota exceptio à ſtatuto, cenſeatur etiam remota actio, donec ſit facta exequutio. Bald. *conſ. 261. Primo quæritur. lib. 1.* † Contrariũ tenet idẽ Bald. *cõſ. 133. Caſus talis eſt, quidã. lib. 5.* 5 vbi ſi quis non poteſt excipere, poteſt pręueniendo agere. † Am- 6 plia; quia licet actio ex delicto defuncti pœnalis non tranſeat ad hæredem, lite non cõteſtata; tamen fallit, ſi cauſatur exceptio ex delicto defuncti; quia eſt perpetua. Ang. *conſ. 340. Magiſter Iacobus, in prin.* † Amplia; quia exceptio eſt perpetua; quia nullo tempore 7 præſcribitur; actio vero eſt temporalis. Bolog. *in addit. ad cõſ. 16. Io. de Anan. n. 14.* Sign. *conſ. 139. in prin.* & temporalia ad agendum, ſunt perpetua ad excipiendum, vt ibi. Rationem aſſignat Tiraq. *de retract. conuentio. §. 1. gloſſ. 2. nu. 30.* quia præſcriptio eſt adinuenta, vt tollatur ius agendi, & conſeruetur ius excipiendi. Felin. *in c. Si autem. nu. 5. ver. temporalia ad agendum, de reſcript.* vbi ponit hoc pro regula cum multis fallentiis. † Contrarium, quod exceptio non ſit 8 longioris vitæ, quam actio, tenet Anch. *conſ. 69. n. 6.* † Declara, vt 9 ſit verum, quod exceptio eſt perpetua, quando excipiens ſolum negat; quia ius negatiuum eſt perpetuum, quando negans habet intentionem fundatam; quia nihil probare debet; ſi vero aliquid debet excipiẽs probare, vel vt aliquid cõſequatur; tunc ſecus eſt. Bald. *conſ. 122. Vtrum dictus proceſſus. in fi. ver. vltimo dico. lib. 3.* † Decla- 10 ra; quia quãdo ſimul cũ exceptione concurrit ius agendi, ſublato iure agendi 30. annis tollitur etiam ius excipiendi. Canon. *in c. ſi autem, de reſcript.* vbi Felin. Vide, *Temporalia ad agendum ſunt perpetua ad excipiendũ Concl. 27.* † Extende; quia retinere poteſtis, qui poſ- 11 ſider, etiã ſi ſolam obligationem naturalem habeat excipiendo, ſed agendo ſecus eſt. Sign. *conſ. 139. n. 6.* † Et quia præſcriptio non 12 habet locũ contra eum, ad quẽ res deuenit poſt lapſum temporis præſcriptionis; quia cũ duret naturalis obligatio, poteſt excipiendo contra allegantem præſcriptionẽ ſe tueri. Bald. *cõſ. 145. Punctus quæſtionis. n. 4. ver. ſuper quarto. lib. 4.* † Extende; quia præſcriptio nõ 13 currit contra eum, qui eſt creditor antiquior, ſed ex noua cauſa eſt debitor, ſi non petiit ſuum creditum; quia ex quo poterat ſibi obiici cõpenſatio, nullo modo poteſt contra eum præſcribi; quia dicitur retinere, & non eſt negligens. Anch. *conſ. 5. Pro parte nobilis. n. 12. & ſequ.* † Vide, *Exceptio datur facilius, quam actio. Concl. 374.* † Et 14 is, contra quem latum eſt laudum, licet lapſo tempore ad petendam reductionem non audiatur per modum agendi; ſi tamen 15 poſſider, auditur per modum excipiendi. Caſtr. *conſ. 215. Primo videndum. n. 4. in 6. dubio. lib. 2.* † Extende; quia præſcriptio non cur- 16 rit cõtra eum, qui poſſidet rem, quæ præſcribitur; ideo ſi emphyteuta, vel colonus alienat rem meã, & mihi ſoluit penſionem, nõ præſcribit, ſtante ſtatuto, quod nõ poſſit poſſeſſionem interuertere. Bald. *conſ. 325. Dubitatur. lib. 1. per tot.* † Extende; quia prohibi- 17 tus petere legitimam per modum agendi nõ prohibetur per modum excipiendi; ideo filius poſſidens bona paterna non poteſt excludi à legitima, quaſi nõ petierit intra quinquenniũ. Bald. *cõſ. 50. Viſo teſtamento, in pr. lib. 5.* apoſt ad Bar. *conſ. 14. lib. 1. in ver. concludatur, in fin.* vbi, quod ita fuit iudicatum Eugubii. † Extende; quia 18 licet quis non poſſit per modum agendi extinguere cenſum, vel aliam annuã præſtationem; tamen poteſt per modum excipiendi. Sign. *conſ. 139. Caſus, à pretio.* & ſequitur late Tiraq. *de retract. conuention. §. 1. gloſſ. 2. n. 29.* vbi idem dicit in eo, qui poſſidet pignus; quia poteſt offerre creditori ſemper, & perpetuo. † Extende; quia 19 ſicuti exceptio de ſui natura eſt perpetua, ita etiam pendentia ab exceptione. Tiraq. *de retract. conuention. §. 1 gloſſa 2. n. 29.* † Reſtrin- 20 ge, niſi eſſet exceptio per viam replicationis; quia cum ſit connexa actiom, ſumit naturam actionis, & finitur cum actione. Felin. qui dicit menti tenendum. *c. ſin autem. n. 5 de reſcript. in 3. limit.* Reſtringe, † niſi actio fuiſſet intentata, & habens exceptionem omi- 21 ſiſſet opponere exceptionem. Fel. *d. c. ſin autem, de reſcript. n. 5.* Reſtringe, † niſi ſit oppoſita ante litem conteſtatam; quia amplius 22 non eſt perpetua. Felin. vbi ſup. in 4. *limit.* † Reſtringe, niſi tempus 23 exceptionis eſſet limitatum. Fel. vbi ſup. † Reſtringe, dummodo 24 exceptio ſit nata; quia poteſt impediri, ne oriatur. Felin. *d. c. ſin autem. n. 5. de reſcript. in 5. limit.* † Reſtringe, niſi ius excipiendi cõpetat 25 ex eodem actu, ex quo competit ius agendi; quia ſublato iure agendi tollitur ius excipiendi. Fel. in *d. c. ſin autem n. 5. in 6. fallent. de reſcript.* vbi allegat tex. in *l. Papinianus. §. ſi filius ff. de inoff. teſtament.* per quem conſtat, quod filius vltra quinquennium nõ agit de in-officio-

officioso, & si possidet bona patris, non excipit post quinque annos; quia exceptio oritur ab actione, & ponit Felin. plura exem-
26 pla, quibus exceptio finitur, prout actio. † Contrarium idem Fel. ibi *col. penul. versic. si diceres.* vbi ponit plura exempla, quibus exceptio, quæ per modum agendi cõpetere potest, est perpetua; ideo relinquit cogitandum, vt supra in 3. extensione, *ex cons. Bald. 50. in*
27 *prin. lib. 5.* † Declara, vt per Dec. *d. c. sin autem. n. 24. & seq.* vbi apost. intelligit restrictionem procedere, quãdo exceptio à solo iure agẽdi procedit, prout in eo, qui si habet actionem, habet etiam in consequentiam exceptionem; secus si potest agere, & excipere principaliter; quia tunc exceptio est perpetua. Ratio potest esse, quia exceptio quando à solo iure agendi prouenit, est necessaria replicatio, quæ non est perpetua, & Dec. ibi respondet ad *d. l. Pap. §. si filius. ff. de inoff. testam.* quia nõ probat quoad tempus, sed quo-
28 ad modum, & ita etiã Soc. *in l. 2. n. 5. ff. de exceptio.* † Amplia; quia excipiens de dolo non fugillat famam eius, contra quem excipitur; proponẽs vero dolum per modum agendi bene fugillat famam,
29 Io. de Ana. *cons. 16. Viso puncto. n. 10. ver. fateor tamen.* † Amplia; quia excipiens auditur super contrariis, agens vero secus; quia contra-
30 rias actiones non proponit. Vide, *Excipiens auditur super cõtrarijs, & quando secus. Concl.* 428. † Limita; quia quandoq; etiam is, qui agit, ne dum intendit consequi id, ad quod agit, sed ẽt intendit excludere aduersarium, ne ipse agat, vt in actionibus præiudicialibus, prout in spolio, in quo spoliatus agit, vt consequatur possessionem, & vt excludat aduersarium à cognitione petitorii. Gemin.
31 *cons. 95. n. 2. vers. super isto præmitto.* † Limita in excipiente; quia quãdoq; excipiendo intendit consequi aliquid. Vide, *Excipiendo quã-*
32 *doq; quis consequi potest conuentionem. Concl.* 413. † Limita; quia exceptio non differt ab actione in casibus, in quibus prohibetur quis inferre quæstionẽ dominij; quia intelligitur, siue agat, siue excipiat. Alex. *cons. 36. Visis ijs. quæ n. 5. lib. 1.* † Limita, seu declara; quia licet excipiens in remedio rescissorio habeat ius perpetuum excipiendi, quãdo perpetuatur per adeptionem possessionis rei, pro qua cõpetit; secus est in remedio rescissorio; quia querela, prout inofficiosi, datur ad rescindendum testamentum, sicut restitutio in integrum ad rescindẽdum contractum. Vnde sicut restitutio in integrum, & officium iudicis, quod pro ea fienda cõpetit, non perpetuatur per adeptionem possessionis; ita neque in querela; quia per modum agendi competunt, ita Castr. *cons. 171. Visa & põ-*
34 *derata. col. 3. ver. nec obstat. n. 2. li. 1.* † Declara; quia in petenda legitima nullum tempus obstat, quando filius possidet. Castr. *cons. præ-*
dicto 171. n. 4. ver. nec petitioni legitimæ lib. 1. Vide plenius, *Exceptio datur facilius, quam actio. Concl.* 374.

Exceptio debet esse clara, sicut actio, & quando secus. Concl. 372.

1 EXceptio † rei debet esse clara, sicut actio & libellus actoris; & ideo sicut non procedit libellus actoris generalis, & obscurus; ita nec exceptio obscura, vel generalis rei; quia efficitur actor in sua exceptione. Oldra. *cons. 206. in caus. Carnocen. in pr. ver. restat.* Paris. *cons. 67. Capitulum, de quo in pr. dub. 4.* late Ias. *in l. Titiæ*
2 *textores. in 1. not. n. 2. cum multis seqq.* vbi multa ponit *ff. de leg. 1.* Vide *Libellus generalis, & obscurus quando procedat, vel non. Concl.* 306. † Amplia, quod sicut actor cadit propter ineptam actionem propositam; ita etiam reus propter ineptam exceptionem, *l. 1. §. Labeo. ff. de*
3 *flumi.* Oldr. *cons. 320. nu. 2. ver. præterea notandum.* † Et sicut actio debet esse apta, alias reiicitur; ita etiam exceptio, *dict. l. 1. §. Labeo.* vbi
4 Bart. *ff. de flum.* Castr. *cons. 59. in princ. colum. 2. lib. 2.* † Amplia, vt hoc procedat, maxime, si excipitur de crimine, vt quis repellatur à iudicio, puta excommunicatio, vel quod sit vsurarius; quia debent specificari circumstantiæ, alias non releuat. Lap. *alleg. 53. nu. 4 ver.*
5 *primo cum hic.* † Amplia; quia vbicunque constat de intentione actoris, non releuat exceptio dubia, vel præsumpta, & id, quod faciendum sit reo, non procedit, quando contra eum est clara probatio. Feder. de Sen. *cons. 58. per tot.* maxime *ver. sed credo contrarium,*
6 *vsque in fin.* † Amplia; quia excipiens contra testes examinatos de præsenti non dicitur recte excipere; quia debet opponere exceptionem percutientem tempus iuramenti, alias non releuat; quia
7 non concludit. Ang. *cons. 1. Porrecta fuit. n. 3. & 4. ver. nõ obstat.* † Amplia maxime in formalibus; quia si statutum est inducens præscriptionem, si allegetur solutio, & reus solũ excipiat de præscriptione, debet succumbere; quia non est secundum formam. Angel.
8 de Perus. *consil. 25. Pro decisione. num. 5. ver. venio ad tertium.* † Amplia; quia si statutum disponat, quod certa persona citata non audiatur, nisi data cautione, intelligitur, dummodo petatur, & ideo de ea debet fieri oppositio in prima compartitione obligati, alias nõ sufficit excipere per modum replicationis. Ang. de Perus. *cons. 61. Quæritur, & quæstio. n. 5. & seq. ver. nec obstat.* vbi, quod debet esse specifica exceptio. † Amplia; quia si statutum admittat solum certas 9
exceptiones, licet exceptio, *tua non interest*, impedat litis ingressum; tamẽ tanquam generalis hoc casu non releuat; quia intelligitur contrarium, quando lex, vel statutũ non requirit specificationem, vel quando post oppositionem constitit de nõ iure. Ludouic. Bolog. *in addit ad cons. 26. Io. de Ana. n. 12.* † Amplia; quia spe- 10
cificatio, quę requiritur in libello, vel accusatione criminali circa locum, & tempus procedit, quando pars opponit in specie; secus si oppositio fiat in genere, & obscure; quia substinetur libellus; de quo dubito, si nõ fuit replicatum contra exceptionem generalem, vt per Ias. *l. Titiæ. ff. de leg. 1. n. 14.* † Amplia; quia excipiens 11
in criminali cõtra testes generaliter, quod sunt infames, vel rales, quod non probent, puta homicidæ, criminosi, &c. nihil agit, nisi in specie opponat certum crimẽ, cum tempore, loco, & aliis suis qualitatibus, communem* dicit Iul. Clar. *in §. fi. q. 53. n. 2.* vbi allegat Boe. de cõmuni attestantẽ. *decis. 321. n. 2.* vbi dicit hoc esse* cõmunius. Vide, *Libellus in criminali quam specificationẽ requirat, vel nõ. Concl.* 320. † Contrarium tenent plurimi, quosidem Boer. allegat 12
d. decis. 321. in pr. vbi, quod sufficit, quod opponat in termino exceptiones generales, & postea si opponatur, vel petatur specificari, poterit specificare post terminum, & ita etiã seruat Curia Romana, & stylus curiæ. Vide plenius, *Exceptio qualiter proponi debeat, &*
quando sufficiat generalis, vel non. Concl. 397. † Limita; quia exceptio 13
generalis facta in termino potest specificari post terminũ Vide,
Exceptio qualiter, & quãdo sufficiat generalis oppositio. d. Concl. 397. † Limita in iis, quæ sunt accessoria ad negocium principale; 14
quia in eis actio & exceptio obscura, & generalis procedit, & admittitur prout in attentatis, in quibus sufficit petere reuocationẽ attentatorum, vel excipere de attẽtatis in genere. Oldr. *cons. 206. In causa Carnocen. in fi. ver. ad quintã.* † Limita; quia sufficit exceptio, 15
tu nõ potes esse procurator; quia es sacerdos, licet non dicat, *quia causa est prophana, & coram iudice seculari, & non interuenis pro miserabili persona.* Rom. *cõs. 384. In casu. n. 3.* † Limita, quod exceptio, vel actio, seu li- 16
bellus generalis, vel obscurus non procedunt parte opponente; secus si pars non opponat; quia vtrunq; procedit, Ias. *in d. l. Titiæ textores. nu. 14. ver. limita prædicta omnia. ff. de leg. 1.* Corn. *cons. 55. Visis & diligenter ponderatis. col pen. n. 27. ver. non obstat. quod dicitur. lib. 3.* Rui. *cons. 119. n. 15. lib. 5.* † Limita; quia admittitur oblatio per viam ex- 17
ceptionis generaliter facta, vt, sum paratus soluere, quatenus actio contra me datur. Petr. de Anch. *cons. 6. n. 7. ver. ex quo patet.* vbi, quod talis oblatio non est exceptio.

Exceptio ante fundatam intentionem actoris non proponenda. Concl. 373.

REvs † non debet proponere, neque probare exceptionem 1
suam, antequam actor fundauerit suã intentionem; ideo terminus assignatus vtrique parti ad probandum non excludit reum, quin habeat terminum reprobatorium ad probandum exceptiones suas. Feder. de Sen. *cons. 160. In Christi nomine. per tot.* vbi est casus. Bald. *cons. 2. Visa petitione. in fi. lib. 5.* Ægid. Bellam. *cons. 36. n.*
2. † Restringe in cautis summatiis; quia de stylo Romanæ Curiæ 2
non datur, nisi vna remissoria vtrique parti, & est ratio, vt abbreuientur lites. Ægid. Bella. *d. cõs. 6. per tot.* vbi est casus, & allegat p
vtraque parte, & ita distinguit. † Amplia, vt procedat, etiam si ac- 3
tor ante litem contestatam exhibuisset reo copiam instrumenti, vt posset deliberare; quia adhuc non diceretur fundata intentio actoris, nisi instrumentum reproduxisset post litem contestatam, & consequenter in primo termino reus non compellebatur probare suas exceptiones. Feder. de Sen. *dict. consil. 160. in fi. num. 2 vers.*
nõ obstat. † Amplia; quia ante probatam intentionem actoris, reus 4
non tenetur probare suam exceptionem, etiam si sint plures termini peremptorii reo præfixi, & lapsi; & ideo potest post publicationem processus probare suam exceptionem, dummodo super ea prius non sit aliquid cognitum, vel probatum. Bald. *d. cons.*
2. in fin. lib. 5. † Amplia; quia exceptio releuans dicitur, licet excipiens non excludat casus cõtra exceptionem, veluti si presbyter, 5
qui potest esse procurator pro miserabili persona, & sua Ecclesia, interueniat pro alio, sufficit exceptio, quod non potest esse procurator, licet non declaretur esse in casu prohibito. Roman. *cons.*
384. In casu propositæ consultationis. nu. 3. † Amplia; quia si actor agit, 6
sine actione, nõ tenetur reus excipere, vel de iure suo docere, antequam actor probauerit intentionem suam. Florian. de Sancto Petro *consil. 17. num. 3. & seq.* vbi plura de hoc. † Amplia; quia sacer- 7
dos, qui prohibetur esse procurator in causa prophana pro laico,
nisi

nisi esset miserabilis persona, si interueniat, sufficit; quod contra eum non potest esse procurator; quia sacerdos, nec excipiens tenetur exprimere, quod non agit pro miserabili persona, pro qua posset agere; quia spectat ad sacerdotem replicare prius, & potest duplicare excipiens, quod non agit pro miserabili, ita Roman. 8 plene *consil.* 384. *In casu, numer.* 3. *ver. quoad secundum.* † Amplia; quia prius debet probare actor suam intentionem, quam reus, & est regula, quæ habet fallentias. Vide Mascard. *Conclus.* 37. 9 *actor an prius debeat probare, quam reus.* † Declara; quia exceptio dilationis solutionis potest opponi ab initio, sed non debet probari, nisi postquam actor probauerit. Vide eundem Mascard. *Concl.* 690. *Exceptio dilatoria.* vbi limitat, quando mere est dilatoria ad iudicium.

Exceptio datur facilius, quam actio, & quando prodat. Concl. 374.

1 EXCEPTIO † facilior est, quã actio; & ideo regulariter, qui potest agere, multo magis potest excipere. *l. 1. ff. de superfici. c. cum inter. de exception. c. qui ad agendum, de reg. iur. in 6.* ratio est; quia omnis exceptio est fundata super æquitate. Feder. de Sen. *cons.* 90. 2 *n. 3. ver. dixi, & dico.* Alex. *consil.* 62 *In causa & lite n. 6. & 7. ver. nec obstat. lib.* 7. † Extende; quia exceptio probatur facilius, quando est dilatoria, quam quando est peremptoria; quia ex dilatoria infertur modicum præiudicium, ex peremptoria permittitur ius agentis. Rom. plene *cons.* 349. *Dum quæritur. n. 3. & seq.* vbi apost. dat concord. Vide, *Probatio leuior requiritur in probanda qualitate, quam in* 3 *probando facto principe. Concluſ.* 793. † Et qui habet actionem, vt aliquid consequatur, multo magis habet exceptionẽ, vt liberetur. Fulg. *cons.* 186. *Pro determinatione. col pen. ver. postremo, & illud.* Alex. 4 *cons.* 47. *Visis instrumentis, in fi. lib.* 3. † Et cui damus actionem, multo magis exceptionẽ, *l. iniutus. §. cui dam°. ff. de reg. iu.* Rom. *cõs.* 474. *In* 5 *casu proposito.* † Amplia in tantum, vt is, qui excipiendo succubuit causa cognita, & rite examinata, non possit per viam actionis litem suscitare, vt sit litiũ finis; quia debuit appellare; ideo nõ auditur, nisi ex gratia, vt late per Innoc. *in c. cum olim, de dolo. n. 2. vsq; n. 3.* vbi late distinguit plures casus. Feder. de Sen. *cons.* 102. *Nobilis quidam. n. 2. ver. sed incidenter,* vbi loquitur in confirmatione electi facta solemniter; quia non excipiens ante confirmationem non potest excipere post cõfirmationem solemnem, quæ transiuit in iu- 6 dicatum. † Amplia in casu notabili, clericus trahit clericum coram seculari in causa spolii, ita quod cecidit ab omni iure suo sequuta declaratione, per *c. si diligenti, de foro competen.* modo iste spoliatus iterum trahit clericum coram Ecclesiastico; quia coram seculari fuit lata sententia absolutoria, licet nulla, opponit conuentus, quod cecidit ab omni iure, actor replicat, quod non est sequuta declaratio, & quod in spolio non admittitur; dicitur, quod excepto talis obstat; quia habet factum illicitum præexistens, à quo exceptio causatur, & etiam actio daretur, ita Feder. de Sen. *consil.* 90. *Casus talis est.* quod consilium est subscriptum ab aliis duobus 7 Doctoribus. † Amplia; quia non potest actor accusari à reo de calumnia, antequam iudicium intentatum ab actore, quod prætenditur calumnioſum, sit terminatum; quia calumniæ actio pendet à declaratione, & ab euentu iudicii intentati Federic. de Senis *consil.* 93. *Factum, quod proponitur. num. 3. vers. item quod actor.* & tamen per modum exceptionis potest calumniam opponere, & conditionem obtinere. Feder. *d. cons.* 93. *in princip. & d. num. 3. versic.* 8 *item quia iste laicus,* facit in simili Federic. de Sen. *cons.* 90. *num. 3. ver. dixi, & dico.* † Amplia; quia multa conceduntur excipiendo, quæ non conceduntur agendo. Angel. Aret. *cons.* 31. *Viso supradicto, in fi.* 9 *versic. quia multa.* † Amplia; quia licet appellatio hæredis, & successoris intelligatur de vniuersali; tamen hoc procedit respectu agendi, & contrahendi; secus est respectu excipiendi; quia tale ius transit etiam ad singularem successorem in materia, in qua est dictum simpliciter de hærede, & successore. Alex. *in l. quadam.* §. 10 *nihil interest. nu. 3. ver. item intelligas. ff. de eden.* vbi Ias. *n. 6. ver. quarto limita.* † Extende; quia licet actio personalis non transeat ad singulares successorem; tamen transit ius excipiendi, vel replicandi. 11 Rom. *consil.* 311. *In casu proposito, in princip.* † Declara, quando ius est 12 reale; secus si personale. Ias. *in consil.* 89. *lib. 3. in fin.* † Amplia; quia quem de euictione tenet actio, multo magis agẽrem repellit exceptio *l. vendicantem. ff. de euictio.* Castr. *cõs.* 352. *Pro fundamento, col. fi.* 13 *per tot. lib.* 1. † Declara; quia *d. l. vendicantem.* non procedit, quando missus in possessionem à iudice rei subiectæ restitutioni sciebat qualitatem rei; secus si ignorabat. Castr. *d. cons.* 352. *n.* 4. *ver. Pro istius* 14 *euidentia lib.* 1. † Declara, vt non procedat in extraiudicialibus, & quando quis tenetur de euictione, possidet. Bald. *cons.* 347. *Impera-*

tor concesit. circa fin. ver. dicet aliquis. lib. 1. † Extende, vt procedat etiã 15
in muliere, quę vendidit bona mariti, & promisit de euictione consentiente marito; quia repellitur exceptione, si agit contra emptorem pro hypotheca dotis. Rom. *cons.* 140. *Hæc venditio, in fi. ver. tertia.* † Amplia; quia qui nõ potest excipere conuentus, non 16
etiã potest agendo præuenire, donec sit facta exequutio, & solutio. Bald. *cons.* 261. *Primo quæritur, in pr. lib.* 1. † Amplia; quia absenti 17
nõ acquiritur actio sine cessione, sed benè acquiritur ius excipiẽdi. Io de Im. *cons.* 128. *Visis, ac ponderatis. n.* 3. Cast. *cons.* 342. *In causa. n.* 2. *ver. nec obstat. lib.* 2. Alex. *cons.* 40. *Circa primum. n.* 8. *ver. quinto. lib.* 5. † Amplia; quia ea, quæ sunt temporalia ad agendum, sunt perpe- 18
tua ad excipiendum. Bolog. in addit. *ad cons.* 16. *Io. de Anan. in prin. nu.* 14. vbi, quod reductio arbitramenti intra triginta annos petitur, quando continet peccatum, perpetua autem deducitur per modum exceptionis. Vide, *Temporalia ad agendum sunt perpetua ad excipiendum. Conclus.* 27. † Extende; quia licet sententia non possit 19
dici nulla agendo post triginta annos, potest tamen dici nulla excipiendo; & idem in contractu simulato. Bald. *cons.* 322. *Vtrum post triginta annos, per totum. nu.* 4. *lib.* 1. † Declarat Bald. *consil.* 122. *Vtrum* 20
dictus. in fi. vt procedat, quando excipiens, & opponens ius negatiuum nihil debet probare; quia habeat intentionẽ fundatã *lib.* 3. Vide, *Exceptio in quibus differat ab actione. Concl.* 371. † Amplia; quia 21
si quis prohibetur ex statuto obligari; non tamen prohibetur donare causa mortis, si incipit à traditione, quia tunc licet denegetur ex statuto actio donatario contra eum, qui non potuit obligari; non tamen negatur exceptio, & retentio. Bald. *cons.* 455. *Quæritur, an filia familias, in fi. lib.* 2. † Amplia; quia actio de dolo nõ po- 22
test proponi contra eum, cui debetur reuerentia; quia sugillat famam per modum excipiendi; secus quia non sugillat famam. Io. de Ana. *cons.* 16. *Viso puncto. n.* 10. *ver. fateor tamen.* † Amplia; quia li- 23
cet actio ad pœnam ex delicto defuncti non transeat ad hęredẽ, quando lis non fuit contestata contra defunctum; tamen datur exceptio orta ex delicto. Ang. *cons.* 340. *Magister Iacobus, in princip.* † Amplia; quia statutum tribuens actori exequutionem paratam 24
instrumento, licet non loquatur de excipiente; tamen habet locum multo magis in reo excipiente ex instrumento; quia habebit exequutionem paratam pro sua exceptione, ne molestetur per regulam, cui datur actio, multo magis exceptio. Alexand, *consil.* 62. *In causa, & lite. num.* 6. *& 7. versic. nec obstat, lib.* 7. vbi dicit, quod quando agitur de regula illa, qui potest plus, potest etiam quod minus est, semper fit extensio, & dicit * communem opinionem. * † Amplia; quia licet actor contraria proponere, seu allegare non 25
possit; tamen potest excipiens contrarias exceptiones proponere. Vide, *Excipiens auditur super contrarijs, & quando secus. Concluſ.* 428. † Amplia; quia periurus, excommunicatus, & similes, qui non 26
audiuntur in iudicio per modum agendi, audiuntur per modum excipiendi. Anchar. *consil.* 382. *Retento ordine. num.* 15. Vide, *Periurus non agit, neque auditur contra proprium iuramentum, & quando secus. Concluſ.* 296. † Amplia; quia semper melior est conditio rei, & pos- 27
sessoris in pari causa doli, vel delicti; ideo agens, qui venit contra contractum iuratum, non auditur reo opponente, etiam si reus sit in eodem periurio; & quia in pari causa melior conditio est possidentis. Ancharan. *d. consil.* 382. *num.* 14. *& sequent.* Vide, *Conditio melior cuius sit in pari causa. Concl.* 603. † Amplia; quia prohibitus 28
petere, non prohibetur retinere, & excipere, quia diuersa sunt. Ruin. *cons.* 163. *in fin. lib.* 2. Deci. *consil.* 331. *nu.* 3. Decian. *cons.* 64. *num.* 51. *lib.* 3. *& cons.* 94. *in fi. lib.* 2. † Extende in debito naturali tantum; 29
quia licet non possit peti; tamen potest excipi, & retineri, vt in legato ex testamento non solemni. Ias. post alios *in l. nemo potest, in* 2. *lect. num.* 94. *ff. de leg.* 1. Vide, *Indebitum solutum repetitur multis casibus. Concl.* 83. † Extẽde; quia emptor fideicommissi à grauato, qui po- 30
terat deducere legitimam, & Trebellianicam, sicuti posset agere hypothecaria contra fideicommissarium molestatum; multo magis potest excipere, & retinere bona; quia fauorabilius est ius retentionis, quam actionis. *l per retentionem,* vbi Doctor. *C. de vsur. l.* 2. vbi Bald. in 3. *not. ab. C. de fideicommiss.* idem Bald. *consil.* 455 *prope fin. lib.* 2. Corn. *consil.* 182 *colum. fin. lib.* 4. Ruin. *consil.* 180. *num.* 18. *lib.* 1. † Extende; quia adeo est fauorabile ius retentionis, vt etiam cõ- 31
tra exequutionem competat. Castren. *consil.* 166. *Visis actis & actitatis, col.* 3. *ad fi. lib.* 2. Cranet. *cons.* 148. *num.* 2. & ideo condemnatus ad rei restitutionem, potest etiam retinere post sententiam virtute hypothecæ, licet à principio non opposuerit. Capic. *decis.* 119. *col.* 1. † Extende; quia licet hæres sine inuentario creditor per ad- 32
itionem confundat suas actiones, ita, quod non possit agere; tamen poterit retinere. Vide plene in *ver. Hæres adeundo simpliciter cõfundit suas actiones. Concl.* 52. † Extende; quia præscriptio in tantum 33
requirit, quod præscribens possideat, vt is, cõtra quem prætenditur

ditur præscriptio; possideat, non possit esse locus præscriptioni,
34 Bald. *cons.* 202. *Ad euidentiam, in pr. ver. item quia commune. lib.* 2. † Extende; quia licet emptor non possit agere de euictione, quando res fuit euicta ex laudo; quia compromisit; tamen potest excipere, & se tueri à solutione gabellæ; quia contractus non durauit. Abb. *cōs.* 69. *Videtur primo, in pr. vers. nec. obstat, si dicatur, iuncto si. ver.*
35 *nec obstat, quod iste compromiserit. lib.* 1. † Amplia; quia quandoque quis excipiendo consequitur id, quod nō cōsequeretur agendo; quia vbi non datur actio, bene datur exceptio, prout in eo, qui emit sine cautione, seu fideiussore de euictione; quia si agat, vt detur fideiussor, non obtinebit; quia sibi imputet; tamen si moueatur sibi lis, antequam soluerit integrum pretium, excipiēdo non compellitur soluere, nisi sibi detur fideiussio pro illa, & omnia lite, & sic consequitur excipiendo, quod non obtineret agen-
☞ do. *l. si post perfectam. C. de euiction.* vbi Salycet. & alii. Vide, *Causati-*
36 *ue multa fiunt, quæ directo non conceduntur. Conclus.* 161. † Extende in marito confitēte dotem in fraudem creditorum, quia non auditur agens propter suam turpitudinem, sed bene auditur, si exci-
37 piat. Soc. *in l.* 1. *num.* 84. *versicul. quinta. ff. solut. matrimon.* † Amplia; quia statutum Bononiæ, quod nō possit dici de nullitate sententiæ interlocutorię post quinque dies; quia statutum est odiosum, non habet locum, si nullitas per modum exceptionis proponatur. Alexand. *consil.* 82. *Viso processu. num.* 11. & 12. *ver. non obstat etiam.*
38 *lib.* 3. † Amplia; quia is, qui potest actionem exercere, vt aliquid repetat; multo magis potest exercere exceptionem, vt retineat.
39 Rom. *cons.* 284. *Triplici. n.* 3. *ver. secundo principaliter.* † Extende; quia licet nominatim citatus ab exequutore vigore clausulæ, *omnesq; alios*, non teneatur comparere, neque contra eum possit procedi per contradictas, quia non est contumax; tamen, quia sciuit causam agi, si lata est sententia contra eum, non debet exequi contra eum, quia sciuit, sed bene parat exceptionem rei iudicatæ, quando ipse sciens vellet agere contra habentem sententiam. Rota *in nouis. decis.* 18. *de dol. & contumac. col.* 2. sequuntur Roma. *consil.* 342. *Quoad primum. num.* 6. Crauett. *consil.* 202. *num.* 21. *in fin.* Couarr.
40 *practic. quæst. cap.* 13. *num.* 6. *ver caterum, &c.* † Extende; quia habens priorem hypothecam, sicuti auocat possessionem ab eo, qui habet posteriorem hypothecam, multo magis excludit excipiendo, quando posterior agit ex pacto exequutiuo posteriori; Ang. Aret.
41 *consil.* 55. *Nulli dubium, in princ. nu.* 3. *ver. ex quo sequitur.* † Amplia; quia multi sunt casus, in quibus lex, quæ non inducit nullitatem ipso iure, bene inducit ope exceptionis, q̄ est facilior, vt in nouatione.
☞ Vide, *Nouatio qualiter de iure antiquo fiebat, & qualiter fiat de iure no-*
42 *uissimo. Concl.* 118. & *Conclus. ibi prox. sequen.* † Idem est in reuocatione testamenti facta coram 7. testibus, quia si non est lapsum decennium à die testamenti reuocati, reuocatio non valet iure directo, seu ipso iure, sed ope exceptionis. glos. *in l. sancimus. Cod. de*
43 *testament.* Alexand. *consil.* 30. *Consideratis. num.* 5. *in fin. um sequen. ver.*
44 *non obstat id quod li.* 3. † Declara; quia nō potest quis fundare super hoc termino, quod ope exceptionis faciat, nisi possideat. Alexan.
45 *d. consi.* 30. *numer.* 6. *ver. vel secundo. lib.* 3. *cum sequen.* † Limita; quia licet marito detur actio pro melioramentis factis in domo, vel in bonis dotalibus, & vxoris, non tamen datur retentio. Ias. *in l. si in*
46 *area, num.* 2. *ff. de cond. indeb.* † Limita in casu *c, debitores, de iureiu.* quia qui iurauit soluere vsuras, nō potest excipere, sed facta solutione
47 potest agere ad repetitionem. † Extende in eo, qui renunciauit cum iuramento exceptioni non numeratæ pecunię, quia licet non possit excipere facta solutione, tamen poterit repetere, & agere. Fulg. *cons.* 192. *Quidam emit, col. penult. in princ.* † Extende; quia
48 stante statuto, quod contra instrumentum quis non audiatur, licet non possit excipere, facta solutione, tamen poterit repetere.
☞ Fulgos. *d. consil.* 192. *colum.* 2. *in fin. ver caterum.* Vide, *Exceptio non nu-*
merat æ pecuniæ non potest opponi, si illi fuit renunciatum, & quando secus.
49 *Conclus.* 420. † Idem est in obligatione camerali, vel instrumento guarentigiato. Fulgos. *d. consil.* 192. *col. penult. in princ.* vbi in simili de statuto prohibēte omnem defensionem. † Extēde in eo, qui fuit absolutus, quod non erat vsurarius, quia debitor non poterit excipere contra sententiam, quando transiuit in iudicatum quoad partem, licet quoad exonerandam conscientiam, & animam vsurarii non transeat in iudicatum, & ideo poterit per viam actionis melius probare, & facere reuocare. Anchar. *consil.* 234. *numer.* 3.
50 *iuncto cons. Anton. de Butr.* 29. *ver. in contrarium.* † Limita; quia excluſus à via excipiendi non est excluſus à via agendi, *cap. constitutis, de appellatio. c. post electionem, de conces. præb.* vbi, quod procedit circa dilatoria; nam exceptio non retardat possessionem electi, ideo non datur, sed datur accusatio, vt remoueatur, & rationem ponit gl.
51 fin. *in d. x. post electionem.* † Limita; quia licet is, qui habet actionem, multo magis habeat exceptionem, tamen id procedit quoad illam eandem rem, ad quam datur actio, non autem pro alia re. Alexand. *consil.* 217. *Viso quodam. num.* 15. *ver. non obstat, quod cui domus.*
lib. 7. † Limita; quia vbicunque iudicium actum redditur retro 52
nullum, semper admittitur actio, licet agens nō potuisset per exceptionem impedire. Feder. de Sen. *consil.* 23. *nu.* 3. *ver. item excluſus.*
† Limita; quia is, qui in termino fuit impeditus excipere, seu probare exceptionem, licet nō possit vlterius excipere post exequu- 53
tionem; tamen potest agere. *c. accedens. de accusat.* † Limita; quia au- 54
ditur quis per viam actionis, licet potuerit per viam exceptionis impedire, & in termino citationis neglexerit, quia post factam executionem potest iterum audiri. Fed. de Sen. *cons.* 23. *n.* 4. *ver. de*
hoc autem puncto. † Limita in eo, qui non excepit, quia crimen, vel 55
inhabilitas erat occulta tempore electionis, quia poterit postea excipere, videlicet agere, vt amoueatur, dummodo non sit tale delictum, vel crimen, quod pœnitentia fuerit sublatum. Feder. de Sen. *d. cons.* 23. *n.* 4. *circa si. ver. sed contra hanc solutionem.* vbi, quod crimina per pœnitentiam tolluntur. † Extende hanc limitatio- 56
nem, vt idem sit, si ei, qui non excepit, imputari non possit ex aliqua causa, quia poterit agere. Fed. de Sen. *cons* 102. *Nobilis quidam, circa si. vers. sed si sibi.* † Limita; quia in iis, in quibus excluditur quis 57
inferre quæstionem dominii, vt in colono contra dominum, excluditur etiam ab excipiendo de dominio. Alex. *cons.* 36 *n.* 5. *lib.* 1.
Vide, *Exceptio in quibus differat ab actione. Concl.* 371. Vide Conclusio- ☞
nem prox. seq.

Exceptio repellit agētem, quem de iure tenet actio à fortiori, & quando secus. Concl 375.

EXceptio † repellit eundem, quem de iure tenet actio. *l.* 1
vendicantem, cum l sequen. ff. de euict. & si non fuit opposita ante rem iudicatam, quia est peremptoria, nō impedit exequutionem rei iudicatæ. Castrens. *cons.* 166. *Visis actis. num.* 3. *lib.* 2. & *cons.* 275. *Ad primum. n.* 3. *ver. ad secundum. lib.* 2. Rom. *consil.* 457. *Circa propositam. col. pen. in princ. ver secundo quia*, vbi apostil. *in ver. exceptio.* citat Dec.
cons. 86. *Viso puncto. col.* 2. *ver. quarto quia. cum seq.* Ang. Aretin. plene
cons. 20. *Visis actis. num.* 29. & *seq. ver. quinto principaliter.* & *nu.* 45. *ver.*
tunc succedit. Alex. *cons.* 3. *Viso processu, in pr. lib.* 3. † Extende, vt idem 2
sit, etiam si fuit opposita, & reiecta. Cast. *d. cons.* 166. *n.* 3. *lib.* 2. † Ex- 3
tende, vt procedat, etiam si competat minori; quia contra rem iudicatam non admittitur ad impediendam exequutionem, licet per viam restitutionis in integrum sit admittenda. Socin. *cons.*
299. *vers. secundum maiorem. ibi, non licet. lib.* 2. quem citat apostil. ad
Castr. *d. cons.* 166. *n.* 3. *lib.* 2. † Contrarium, quod imo ista exceptio, 4
sicut exceptio nō implementi, non impugnet sententiam, & ideo si non fuit opposita, possit opponi in exequutione rei iudicatæ, vt ex ea detur retentio, maxime si contra instrumentum nihil opponitur releuans; si vero opponatur exceptio cōtra instrumentum, si requirat altiorem indaginem, non impedit, & propterea sit multum arbitrio iudicis relinquendum. Cast. *d. cōs.* 166.
n. 3. *vsque in fin. lib.* 2. † Extende, vt quod dicitur in exceptione, ha- 5
beat locum etiam in replicatione, vt sicut quem de euictione tenet actio, eundem agētem repellit exceptio, ita eundē excipientem repellit replicatio. Castr. *cons.* 275. *Ad primum. n.* 3. *ver. ad secundum. lib.* 2. † Extende; quia filia descendens testatoris si fuit dotata 6
de bonis fideicōmilli in subsidium, quia non extabant alia bona, licet bona sint prohibita alienari, si hæres fideicommissarius molestat mulierem dotatam, repellitur; quia quem de iure tenet actio, eundem agentem repellit exceptio. Rom. *cons.* 457. *col. pen. in*
pr. vers. secundo quia. † Extende, vt procedat etiam in transactione 7
facta, in qua aliquid datum est cum promissione euictionis, etiā pro se, & absentibus. Ang. Aret. *d. cons.* 20. *Visis actis. n.* 39. *& seq. ver.* 8
quinto, & prin. † Extende, vt procedat, siue sit ille, qui vendidit, & emit, siue sint hæredes, & successores, vel causam habentes, quia qui actione tenetur, semper exceptione repellitur. Alexan. *cons.* 3.
Viso processu. n. 1. *ver. clarissimum. lib.* 3. Cephal *consil.* 392. *num.* 26. vbi
alios citat. † Limita; quia is, quem tenet actio de euictione, nō re- 9
pellitur exceptione, puta si is, qui habet proprietatem, vna cum vsufructu consolidando per mortem fratris, vel alterius diuidat cum fratre sciente, & promittant de euictione, mortuo vsufructuario non prohibetur petere illum, quia ex qualitate, seu natura rei venit euictio inter scientes. Rom. plene *cons.* 503. *Diligenter n.*
11. *& seq. per tot.* maxime *in fi.* † Extende idem, si diuidentes feudū 10
vel emphyteusim scientes esse feudum, vel emphyteusim promittunt de euictione; quia si deficiat linea alterius, & alter petat, non repellitur exceptione euictionis; quia ex natura rei euincitur, plene Alex. *cons.* 21. *Viso compromisso. n.* 4. *& seq. ver. tamen præmissis non obstantibus. lib.* 5. maxime *numer.* 8. *vers. ul. & per prædicta ap-*
paret.

ff. parer. & plenius cons. 107. In causa. in fine. lib. 4. Vide, Euictio promissa per venditorem non habet locum multis casibus. Conclus. 367. nu. 38. & seq.

11 † Contra extentionem Alex. cons. 170. Inspectis n. 7. lib. 5. vsq; in fin. vbi, quod imo licet superueniat ius fideicommissi etiam inter scientes, consolidatur dominio, & ex hac clausula repellitur; quia hæc exceptio transit etiam in singularem successorem. † Extende; quia vbicunque quis prohibetur vendere non propter se, sed propter alium, prout maritus, non potest vendere res dotales, Prælatus res Ecclesiæ, & quilibet prohibetur vendere personam liberam, si vendat scienti, potest venditor vendicare; quia non habet locum l. vendicantem. ff. de euict. si vendat ignoranti, adhuc potest vendicare, sed tamen tenetur de euictione, & ad quanti pluris, & non habet locum d. l. vendicantem. Alex. cons. 109. Viso processu. n 2. & seq. lib. 4. vbi dicit magis * communem, & ibi apostil. in ver. regula, dat concord. Vide Concl. prox. præced.

Exceptio doli, vel replicatio repellit dolosum vbique. Concl. 376.

1 CREDITOR, † qui obtulit post creditum omnia bona sua Monasterio, deinde egit contra debitorem, & obtinuit bona deliberari, nulliter egisse dicitur, quandocunque appareat, quod sibi actio non competebat, & si actor excipiat, quod sua oblatio, & bonorum religioni facta non erat notoria, replicatur ei de dolo; quia ipse sciebat. Feder. de Sen. cons. 287. Casus talis est, quidam per tot. Vide, Dolus operatur multa contra dolosum. Concl. 580. Vide, Doli exceptio nunquam censetur sublata, nisi in specie dicatur. Conclus. 86. † Amplia; quia exceptio doli oritur, vbicunque obligatus cedere iura aliqua, non potest illa cedere. Bald. cons. 485. Casus talis est. in princ. lib. 5. quia si obiiciatur, cedas iura, & ille dicat, sum paratus, replicari potest de dolo; quia non potes esse paratus, ex quo non habes iura, quæ vis cedere, & duplicatur consil. 410. lib. 5. † Extende; quia vbicunque quis obligatus est cedere iura, & ex facto suo sunt iura extincta, tenetur ad interesse. Signor. consil. 13. Factum sic præsupponitur. in fin. Vide, Obligatio faciendi impletur per interesse. Conclus. 43. † Declara, vt procedat etiam in muliere petente dotes suas contra fideiussorem, vel tertium possessorem, quando cessisset iura alteri dolose, puta pendente lite cum fideiussore; secus, si consentiendo alienationi bonorum obligatorum pro dote, iuxta l. iubemus. C. ad Velleian. de quo vide in ver. Cessio debet fieri necessitate multis casibus. Conclus. 211. † Amplia; quia vbicunque aliquis sciens promittit facere, aut cedere id, quod est alteri cessum, vel quod ipse non potest, semper succedit exceptio, vel replicatio doli, & tenetur de dolo. Paris. consil. 88. Ad veritatem decisionis per tot. maxime num. 13. & 14. lib. 1. † Amplia in casu notabili; quia imo promittens cedere ius, quod habet, si nullum ius habeat, etiam si dixit nolle teneri manutenere, quatenus tamen fabuloso ius non habet, si deficiunt verba, vt teneatur ex contractu, tenetur tamen ex dolo. l. tenetur. § fin. ff. de action. empt. Fabian. de Mont. in tract. de empt. & vendit. quæst. 6. num. 30. vers. tu limita esse verum. † Amplia; quia licet exceptio non numeratæ pecuniæ possit opponi solum intra biennium; tamen quando excipitur contra eundem, qui dicit soluisse, & fundat se super lapsu temporis, si constat, quod non soluit propter dolum, exceptio est perpetua, quæ effet temporalis contra eum, qui haberet bonam fidem, & effet sine dolo. Angel. cons. 156. Domina Angelina per tot. † Extende, quando constat ex confessione eius, qui allegat lapsum temporis, quod non fuit facta solutio. Fulgos. cons. 190. num. 1. ver. nec mouet quem. † Amplia; quia licet res iudicata faciat de albo nigrum, & non debito debitum; si tamen constat de dolo habentis pro se iudicatum, non potest fundare intentionem suam, quin repetatur indebitum solutum. plene Fulgos. cons. 187. Titius conuenitur. & cons. 190. num. 2. vers. quanquam & si fuisset. † Extende; quia eadem exceptio doli, sicut contra dolosum dat actionem, vt petatur indebitum solutum contra rem iudicatam; multo magis dat exceptionem, ne illud soluatur. Fulgos. d. cons. 190. num. 2 vers. cum magis. licet in hoc contrarietur iis, quæ dixit cons. 187. vbi, quod non potest impediri iudicati exequutio, licet detur repetitio solutum ante iudicatum; quia remanet sine causa solutum, ex quo iterum soluit vigore iudicati, nisi soluas, quod ibi non constitit de indebito ante solutum vigore iudicati, hic secus. † Declara, vt per Castrens. cons. 257. In causa, quæ vertitur. col. 4. in fin & seq. vers. datur etiam & num. 4. vbi saluat gloss. in l. fideiussor. §. in omnibus ff. mandat. qui dicit, quod datur actio de dolo, & exceptio contra rem iudicatam, & impedit exequutionem, quando incontinenti constat de dolo. lib. 2. † Extende; quia licet quis possit vendicare rem suam à quocunque possessore; quia si à tertio est pignorata, non

præiudicat domino; si tamen pretium fuit versum in vtilitatem domini, datur replicatio doli contra dominum vendicantem, nisi pretium soluat. Fulgos. cons. 127. in princip. † Extende; quia vbi 13
quis repellitur à probatione contra instrumentum, si grauatur, potest agere de dolo, & probare. Fulgos. consil. 192. Quidam emit. num. 2. † Extende; quia exceptio doli operatur, quod potest in- 14
tentari per viam actionis, quando non posset id fieri per viam exceptionis. Fulgos. d. consil. 192. colum. 3. in princip. † Amplia; quia ex- 15
ceptio doli competit etiam fideiussoribus, si cõueniantur in maiori summa, quam teneatur principalis. Castr. consil. 239. Super hoc facto. in principio. lib. 1. † Amplia; quia exceptio, dolo facis; quia 16
petis, quod statim debes restituere, impedit exequutionem rei iudicatæ, si constat incontinenti. Castr. consil. 257. colum. 4. in fin. ver. datur etiam. lib. 2. vbi, quod potest opponi tam in iudicio ordinario, quam etiam in exequutiuo, & summario. † Amplia; quia licet 17
non possit appellari, reclamari, vel de nullitate dici aduersus sententiam, vel laudum; potest tamen, si inducit enormem læsionem, de dolo excipi, late Roman. cons. 90. Viso themate. nu. 4. & 5. vers. tertio principaliter. vbi apostill. in ver exceptionem, dat plurimos concord. † Et idem est, si prohibetur reductio ad arbitrium boni 18
viri, vel de iniquitate dici; quia non tollitur exceptio doli, quin possit opponi, & quin iudex super ea pronunciare possit, videlicet competere tali exceptionem doli, & sententiam, vel laudum sibi non nocere, plene idem Rom. d. cons. 90. nu. 5. ver. quarto idem. vbi apostil. in ver. oppositio doli, dat plures concord. & num. 6. † Ex- 19
tende; quia imo si statutum expresse prohiberet non posse de iniquitate dici, per quę verba posset dolus comprehendi, non comprehenditur, sed intelligi debet de alia iniquitate, præterquam ex dolo, alias statutum non valeret tanquam nutritiuum peccati; ita Rom. d. cons. 90. n. 6. ver. nec præmissis obstat. vsq; in fi. Vide Concl. in hoc in ver. Reductio ad arbitrium boni viri non habet locum multis casibus, & quando secus. Concl. 73. n. 8. & seq.

Exceptio, *tua non interest*, releuat excipiẽtem in multis, & quando secus. Concl. 377.

EXCEPTIO, † *tua non interest*, releuat in accusatione, & de- 1
nunciatione, & sic in criminalibus, quando crimen non est publicum. Ancharan. consil. 416. Plures. num. 4. vers. quarta exceptio. † Amplia; quia in ciuilibus in tantum releuat, vt impediat litis 2
ingressum. Bart. in l. si pupilli. § videamus. ff. de negot. gest. & in l. si vnus. § ante omnia. ff. de pact. † Declara; quia nimium generalis extra o- 3
mnem exceptionem respicit; ideo si statutum requirit specialem exceptionem, non est satisfactum statuto. Lud. Bolog. in addit. ad cons. 26. Ioan. de Anan. n. 12. & quod sit generalis, probat ibi circa fi. ver. nec dicatur. † Vide Ioan. de Anan. d. cons. 26. num. 9. in fin. & nu. 4
10. ver. præterea non obstat. vbi, quod habet effectum dilatoriæ; ideo non potest opponi in secunda instantia, si in prima non est proposita, maxime, quando appellatio est ab interlocutoria. † Con- 5
trarium, quod licet videatur dilatoria, possit tamen quandocunque opponi. Felin. in cap. ex parte. colum. 2. de testib. Deci. consil. 302. num. 4. & 5. Corn. consil. 87. Circa primum. in vltim colum. lib. 1. † De- 6
clara secundo; quia Bart. intelligitur, quod exceptio generalis, *tua non interest*, operetur, quando constabat ius non competere, neque actionem, alias non. Lud. Bologn. in addit. ad d. consil. Ioan. de Anan. 26. num. 12. † Extende in casu contrario; quia is, cuius non 7
interest, non potest opponere aliquam exceptionem. Alex. in l. ille à quo. § si de testamento. ff. ad Trebellian. & opposita non debet admitti. l. nec legatarius. ff. de cond. furt. † Extende etiam in beneficia- 8
libus; quia is, cuius non interest, non auditur. Rom. cons. 347. cap. post electionem. de conces. præb. † Amplia; quia exceptio, *tua non in-* 9
terest, vel, *tibi ius non competit*, repellit à limine iudicii. Doctor. in l. eleganter. § si quis post ff de cond indebit. Corn. cons. 87. Circa primum. in vit. col lib. 1. † Extende; quia is, cuius non interest, non auditur 10
neque agendo, neque excipiendo. l. ex conuentione. & ibi Alex. & Dec. C. de pactis plura in hoc proposito Rom. cons. 499. In præmissa. circa princip. Dec. cons. 418. Visa. & iterum. num. 16. † Extende; quia 11
licet tertius possit appellare à sententia inter alios lata; tamen intelligitur pro suo interesse, & sic quatenus sua interfit, non alias. l. si per lusorio. & ibi Doctor. ff. de appellat. cap. veniens. II secondo. de testibus. † Limita in crimine publico; quia quilibet accusat, & audi- 12
tur, etiam si sua non interfit. Anchar. d. cons. 416. n. 4. Vide. *Interesse non habens non auditur. Conclus. 315.* Vide, *Tertius veniens ad causam quando admittatur. Conclus. 83.*

Exceptio releuans, & legitima, quæ dicatur. Concluſ.378.

1 EXCEPTIO † releuans, & legitima dicitur, quæ prouenit à causa, quæ iuſtam cauſam appellãdi præberet. Oldr.*conſ.323.*
2 *Circa primum.in prin.* † Amplia, vt dicatur legitima exceptio, quæ pendet à facto præexiſtenti; ſecus, ſi à facto pendenti de futuro; quia donec illud factum fuerit præexiſtens, per quod exceptio producitur in eſſe, non diceretur exceptio legitima. Fed.de Sen.
3 *conſ.90.ver.dixi,& dico.* † Declara, quod actio & exceptio dicitur pendere ex facto præexiſtenti, ſi fundatur ſuper facto de præterito requirente declarationem de futuro, veluti in eo, qui ob certum factum eſt priuatus actione ipſo iure, ſequuta declaratione, vel etiam eſt priuatus ſequuta ſententia; quia adhuc ante ſententiam exceptio competit; quia à facto vere pendet, quod eſt præexiſtens, ita declarat ponens exempla Feder.*d conſ.90.n.3.ver.dixi,*
4 *& dico.vſq; in fin.* † Amplia; quia arbitrarium eſt iudici, quæ exceptio releuans dicatur; ideo ſi ſtatutum dicat, quod contra executionem laudi, vel inſtrumenti non admittatur exceptio non releuans, ſtatur arbitrio iudicis. Ioan. de Anan. *conſ.26.n.10.verſ.vltimo circa intellectum ſtatuti.*

Exceptiones quando poſſint reſeruari in fine litis. Concl.379.

1 COGNITIO † exceptionis per iudicem poteſt omitti, & reſeruari in fine litis, & non tenetur iudex ſuper exceptis pro-
2 nunciare, ſi nõ vult. Alex.*in l.à quo.§.ſi de teſtamento.ff ad Treb.* † Extende, vt procedat, etiam ſi exceptio eſſet impediens litis ingreſſum; quia valet reſeruatio, ſi nõ appellatur. Alex *d.l.à quo.§.ſi de te-*
3 *ſtamento.ff ad Trebell.* † Declara, an iuſte vel iniuſte faciat iudex reſeruando, vt per Alex.ibi, vbi refert tres opiniones. Felin.*in c.cum*
4 *contingat.col.4.de offic.deleg.* † Contrarium expreſſe dicit Alex.*conſ.* 182.*In cauſa,& lite.n.5.ver.ad idem adduco.lib.6.* vbi, quod nõ poteſt iudex reſeruare exceptiones declinatorias poſt litem cõteſtatam, & quod reus non poteſt cogi ad conteſtandam litem, & reſpondendum libello, reſeruatis exceptionibus dilatoriis, niſi fiat de
5 conſenſu partium. † Declara; quia multæ ſunt exceptiones, quæ nõ poſſunt reſeruari; quia lex mandat, quod intra 8. dies poſt oppoſitionẽ fiat probatio, alias habetur pro reiecta, prout in excommunicatione, quod actor ſit excommunicatus.*c.pia.de excep.lib.6.*
6 & ibi gl.*in ver.octo dies.* & in vſuratio, & ſimilib. Vide, *Exceptio repellens à iudicio.Cõcl.396.* † Amplia; quia regula eſt, q̃ omnis exceptio oppoſita contra teſtes reſeruatur in fine poſt publicationem teſtium, hanc concluſionem firmat plene Maſc. *concl.694.Exceptio,* vbi opponitur contra teſtem, vbi limitat in exceptione excõmunicationis, in exceptione, quæ incõtinenti offertur probari, & in exceptione, quod teſtis ſit inimicus; quia debet diſcuti, antequã
7 examinetur. † Amplia; quia in multis locis extãt ſtatuta reſeruantia omnes exceptiones, prout Florentiæ.*lib.2.rub.1.ver.exceptiones, & replicationes.* & tali caſu cognoſcuntur, & examinantur tempore
8 ſententiæ de ſtylo. Vide, *Statutum circa exceptiones illas reſeruans quid operetur.Concluſ.527.* † Amplia; quia exceptio præſcriptionis, quæ impediret proceſſum, ſi admitteretur ad impediendum, poteſt per iudicem reiici quoad proceſſum, & reſeruari ad merita cauſę.
9 *l.nam & poſtea.§.1.ff.de iureiur.* Caſtr. *conſ.247.In cauſa, quæ vertitur.*
10 *col.3.ver.& hoc modo.lib.1.* † Reſtringe in exceptione rei iudicatæ, quæ ſi opponitur ad proceſſum, iudex non poteſt vlterius procedere, & ſi contrarium faciat, non valet proceſſus. Caſt.*d.conſ.247.*
11 *col.3.in fi.* vbi apoſt. dat multos cone. circa hoc, *li.1.* † Amplia; quia
12 exceptiones dilatoriæ poſſunt reſeruari, & reſeruãtur in fine cauſæ, vt ſimul cum negotio principali terminentur, niſi ſint litis finitæ, videlicet rei iudicatæ, tranſactionis, & iuramenti; quia aliæ non impediunt proceſſum, licet ſi releuant in deciſione cauſæ, de eis habenda ſit ratio. Signor.*conſ.148.n.7.& 8.* vbi loquitur in
13 delegato. † Declara; quia procedit ampliato de conſenſu partium, non alias. Alex.*conſ.183.n.5.lib.6.* † Amplia; quia imo exceptiones contra teſtes non ſunt probandæ, neq; terminandæ, ſed reſeruantur in tempus diſputationis. Soc.*reg.20.Exceptio legitima*
14 *contra teſtem.* vbi limitat octo modis. † Limita; quia iudex non poteſt in ſententia diffinitiua reſeruare exceptiones peremptorias partibus, niſi ex cauſa neceſſaria, prout ſi laberetur inſtantia, & ſibi non liqueret de meritis, vel niſi in caſibus ſpecialibus à iure expreſſis, alias non valet. Alex.*conſ.182.In cauſa & lite.n.4.ver.pri-*
15 *mo quia.lib.6.* † Limita; quia exceptio, quam excipiens offert in continenti probare, non poteſt reſeruari per iudicem in fine litis. Maſcard.*concl.694.Exceptio,* vbi opponitur contra teſtem.*n.4.& 5.ver.ſecundo limita.*

Exceptio peremptoria ante litem conteſtatam ad impediendum, nec proponi, nec probari poteſt. Concluſio.

VIDE Soc.*reg.18.Exceptio peremptoria.* vbi limitat quatuor modis. Vide plenius, *Exceptiones impedientes litis conteſtationem. Concl.394.& Concl.395.*

Exceptiones quæ poſſint quandocunque opponi, & quæ ſint. Concl.380.

EXCEPTIO † intentionis poteſt quandocunq; & per quem- 1
cunq; opponi. Bald.*conſ.150.Caſus talis, Vagnolus,in fi.ver.praterea exceptio.lib.1.* † Amplia in exceptione iuriſdictionis, quę con- 2
tra ſententiam poteſt quandocunque opponi, & oppoſita impedit executionem. Bald.*conſ.365.In cauſa,quæ vertitur.in pr.lib.3.* Vide, *Nullitas regulariter impedit exequutionem ſententiæ, & quando ſecus. Concl.135.* † Amplia in exceptione iuriſdictionis, & ſic, quod ſen- 3
tentia ſit nulla, vel laudum nullum; quia licet ſit ſublata exceptio nullitatis; non tamen tollitur nullitas ex defectu iuriſdictionis, puta, quod iudex, qui tulit ſententiã, nõ haberet iuriſdictionem, vel quod arbiter extra compromiſſum laudauerit. gl.*in clem.1.de ſeq poſſ.& fruct.* Abb.*conſ.62.num.4.verſ ratio eſt.lib.2.* † Reſtringe, 4
quando partes approbarunt ſententiam nullam, vel laudum nullum; quia tunc valet in vim pacti, & non habet locum ampliatio. Abb.*conſ.62.In controuerſia.col.4.num.2.in fin.cum ſeq.verſ.& per hæc ſoluitur.lib.2.* † Amplia in exceptione, quod quis non ſit procura- 5
tor, vel non ſit tutor; quia licet ſint dilatoriæ; tamen poſſunt opponi quandocunque, tam in prima, quam in ſecunda inſtantia, ſed præſtita cautione de rato proceditur in cauſa in illa inſtantia, in qua fuit cautio præſtita. Dyn.*conſil.25. Quæſtio talis eſt, tutor.per tot.* Vide, *Procurator quando admitti debeat, vel non cum cautione rati. Concluſ.826.* † Extende; quia exceptio mandati in tantum poteſt 6
quandocunque opponi, vt etiam ſi comparuit Communitas ſubdita, prout Orbetelli pro Communitate Senarum, quæ non habet mandatum ſufficiens, poſſit ſemper Ciuitas Senarum obiicere nullitatem, & exceptionem mandati. Roma.*conſil.288.In caſu propoſitæ.in fine.* Vide, *Exceptiones quæ nunquam dicantur excluſæ. Concluſ.prox.ſeq.*

Exceptiones quæ nunquam dicantur excluſę, etiam ſi in genere omnis exceptio tollatur à lege vel ſtatuto. Concl.381.

EXCEPTIO † vbi omnino eſt excluſa à lege, vel ſtatuto, vt 1
non poſſit opponi cõtra inſtrumentum, vel ſententiam, & ſimilia, nõ includitur exceptio, per quã dicitur illud, contra quod prohibetur omnis exceptio, non eſſe tale; ideo poſſum excipere inſtrumentum non eſſe inſtrumentum, ſententiam non eſſe ſententiam, contra quam non admittitur exceptio. Bart.*in l.1.§.& parui.in prin.ff.quod vi aut clam.n.3.* Petr.de Anchar.*conſil.6.Viſo themate quæſtionis.num.10.verſicul.& licet nulla debeat admitti.* Alexand. *conſil.33.Viſo themate.in princip.lib.1.& conſil.3.In cauſa, & lite.num.3. lib.2.* vbi apoſtill.*in ver.& parui.* Deci.*conſil.410.In cauſa mota Mediolani.num.7.* Bald.*conſil.399. Quod non ſit.in fine.lib.5.& conſil.21. Proceſſus factus.circa medium.verſicul.iſtis præmiſſis.lib.5.* Gemma. & Franc.*in c.ſi quando.de reſcript.in 6.* Abb *conſil.44.In præſenti.num.3. verſic.circa ſecundum.lib.1.& conſil.62.in controuerſia.colum.2.num.3. & 4.lib.2.* Alexand.*conſil.3.In cauſa, & lite.num.3.verſic & ibi hoc expreſſe.lib.2.* vbi plena apoſtill. *in ver.& parui,* dat concord. & *conſil. 60.Viſa legitimatione.num.17.verſic ad hoc.lib.2.* † Extende; quia ſi 2
ſtatutum mandat dari inſtrumento, & tollit omnem probationem cõtra inſtrumentum, non tollit, ſi quis velit probare inſtrumentum falſum, vel nullum, aut non ſolemne. Soc.*reg.35.probatio contra inſtrumentum.in 2.& 3.fallent.* † Extende; quia generaliter 3
exceptio nullitatis poteſt quandocunque opponi, etiam in exequutione. Bart.& alii *in l.1.in princip.C.de iur.& fact ignor.* † Exten- 4
de in ſtatuto de compromiſſis inter coniunctos, excepto debito ex publico inſtrumento; quia exceptio inſtrumentum non eſſe inſtrumentum operatur, quod ſi non probetur Notarius rogatus, cadat ſub ſtatuto. Alexand.*conſil.166.num.3.lib.2.* † Extende 5
etiam ſtante reſcripto Principis, vt ante omnia exequatur, ſi quid exequendum; quia poteſt opponi ſententiam non eſſe ſententiam; quia nulla ſit tanquam lata contra rem iudicatam. Alexan. *d conſ.33.in princ.lib.1.* † Extende; quia ſententia nulla ex defectu 6
iuriſdictionis; quia is, qui illam tulit, non erat iudex, poteſt ſemper opponi, non obſtante, quod cauſa nullitatis ſit deſerta, & quod ſit excluſa omnis nullitas; quia ex quo ſententia non

eſt

sententia, semper potest excipi. Bald. *cons.* 225. *In causa vertente, in prim.* & latius *in fin. ver. quarto quæritur. lib.* 5. † Et propterea dicit Castren. quod exceptio incompetentiæ nunquam videtur exclusa. Castren. *cons.* 423. *Pro confirmatione. num.* 3. *lib.* 1. † Extende in instrumento, vel alia scriptura habente exequutionem paratam, & quod nulla exceptio possit opponi, sicuti admittitur exceptio, quod non est instrumentum, ita etiam, quod non est obligatio valida; quia est sine causa; nam causa est de solemnitate substantiali obligationis; ergo si deficit obligatio, non potest dari exquutio, ita pulchre Alexan. *cons.* 3. *In causa & lite. num.* 2. *& seq. column.* 2. *ver imo fortius. lib.* 2. † Extende pariter in laudo lato super non compromissis, vel quæ compromitti nõ possunt; quia licet statutum (prour Florentiæ) mandet nihil posse opponi contra laudum, sed debere exequi, potest tamẽ opponi exceptio, quod non erat arbiter; quia ista non cadunt in cõpromisso. Castr. *d. cons.* 423. *num.* 3. *lib.* 1. † Idem est in laudo lato per eum, qui desierat esse arbiter propter mortem vnius compromittentium; quia non debet exequi; quia exceptio, quod non est laudũ, impedit. Ang. *cons.* 248. *in fi. ver. exprædictis.* † Amplia; quia si statutum dicat contra instrumentum excipi non posse, non censetur exclusa exceptio legitimitatis personarum; quia semper potest dari de inhabilitate. Bald. *cons.* 352. *Donatio causa mortis, in fi. lib.* 2. † Amplia; quia idem est, si ex pacto, vel conuentione partium sit conuentum, quod nulla exceptio possit admitti, vel impedire; quia licet non possit per viam exceptionis, tamen potest per viam actionis petere suum creditum, & actionem intentare. Alex. *cons.* 12. *Viso themate. num.* 13. *ver. non obstat quintum. lib.* 2. † Extende; quia non est remota exceptio compensationis, quia dicitur non solum excipere, sed agere; ideo excommunicatus non compensat, quia agere non potest. Alex. plene *d. cons.* 12. *nu.* 13. *ver. præterea lib.* 2. † Amplia in exceptione, quæ oritur ex ipso contractu, & illius ventre; quia nunquam censetur exclusa in tantum, quod licet nõ opponatur, quia tamen instrumentum loquitur, & producitur cum sua exceptione, illa semper obstabit, vt non sit exclusa. Anton. de Can. *tract. de exequut. instr. q.* 26. *nu.* 57. *& seq.* Decian. *cons.* 1. *num.* 68. *lib.* 3. Roman. *cons.* 42. *Visis, quæ num.* 3. *ver. tertio hoc idem*, vbi apostil. *in ver. inspectione.* quæ citat in infinitos. Alex. *consil.* 95. *In causa. & lite, in prim. n.* 2. *ver. pro hoc etiam*, & plenius *cons.* 119. *Viso processu. n.* 2. *ver. aliudem. lib.* 1. quod duplicatur *cons.* 20. *lib.* 6. plene Cassad. *decis.* 10. *de script.* vbi plura similia ad hoc adducit. Feli. in *c. ex parte, de off. deleg.* † Extende; quia exceptio cedendarum actionum, vel quæ oritur ex eodem instrumento, non censetur vnquam exclusa, etiam si exter statutum quod contra instrumentum guatentigiatũ nulla exceptio admitti possit. Marsil. *sing.* 7. *communiter per Italiam.* Angel. Castr. Io. de Imol. & alii in *l. si fideiussores. §. idem respondit. ff. de fideiuss.* Rom. *cons.* 472. *In eo, quod. col.* 2. *n.* 2. *ver. duo tamen*, vbi pro maapostill. in *ver. decisione.* & in *ver petitio.* dant concor. † Extende; quia sententia est nulla, si iudex sententiauit contra absentem super instrumẽto præscripto; quia debuit supplere, ex quo oritur ex vi hone instrumenti. Anch. *cons.* 259. *n.* 3. *& 4. ver. quinto.* † Extende; quia si statutum tollit omnem exceptionem, non tollit illam, quæ oritur ex eodem statuto; quia dicitur ex eodem ventre oriri, apostill. ad Rom. *cons.* 244. *num.* 5. *in verb. contractus*, vbi dat plurimos concord. Feli. plene in *d. c. ex parte. de offic. deleg.* Alex. *cons.* 123. *Scripsit. n.* 12. *in fi. & n.* 13. *ver. & adduco, quod voluit lib.* 4. quod est Barbatiæ. † Extende, vt procedat etiã in obligatione Camerali; quia exceptio oriens ex eodem ventre instrumenti impedit exequutionem. Anto. de Gallef. *de oblig. Camer. in* 4. *parte. q.* 1. *num.* 8. *& 9.* † Amplia; quia licet statutum tollat omnem exceptionem, & officium iudicis; tamen non tollit illam, quæ resultat ex ventre, & si tolleret, nõ tollit officium iudicis, per quod tenetur iudex repellere agentem nulliter, & ex instrumento nullo, & licet statutum tollat officium iudicis; tamen debet intelligi de officio à parte implorato, non à iudice ex se præstito. Rom. *cons.* 42. *n.* 4. *ver. quarto quia*, vbi apostill. in *verb. officio.* dat concor. & idem Rom. *cons.* 51. *Attentis. per tot.* vbi dicit de nullitate resultante ex ventre sententiæ, quæ dicitur notoria. Vide, *Exceptio competens non opposita præiudicat in multis Concl.* 398. *n.* 55. *& seq.* † Extende in exceptione incepti libelli, quæ potest semper opponi, & iudex ex officio debet libellum ineptum reiicere, & lacerare; ideo ineptitudo annullat ipso iure sententiam. Rom. *cons.* 69. *n.* 10. *& seq.* vbi late, & apostil. dat concor. & ratio est; quia dicitur exceptio, quæ ex ventre procedit, cessus apparet. † Extende in exceptione non impleti contractus; quia dicitur ex ventre oriri; ideo potest semper opponi. Rol. à Val. *cons.* 33. *n.* 32. *lib.* 1. Rom. *cons.* 144. *Pro euidentia. n.* 5. *vers. superest, vt respondeamus*, & ibi apostill. plena in *ver. contractus*, dat plurimos concord. & instantias similes. † Declara, vt per Rom. *cons.* 76. *n.* 6. *ver. posito tamen, vsque in fi. & n.* 8. *ver. præterea posito*, vbi quod non potest opponi, quando non est clara, & requirit altiorem indaginẽ, & dicit ad hanc rationem non posse responderi; secus, si clara est. † Extende, siue pars opponat, siue non; quia etiam parte non opponente iudex ex officio supplet. Roman. *cons.* 244. *n.* 5. *ver. superest.* vbi apost. in *ver. supplet.* allegat Crauett. *cons.* 151. *Neminem existimare velim, post n.* 10. † Ratio est; quia si oritur ex ventre instrumenti, cuius vigore actor agit, dicitur semper opposita à parte; quia instrumentum actoris eam ostendit. Vide, *Exceptio competens non opposita, d. Concl.* 398. *nu.* 55. † Alia ratio est; quia exceptio, quæ oritur ex ventre, dicitur notoria; quia constat ex actis, & notoria non censentur sublata, nisi sit in specie dictum. Abb. *cons.* 44. *In præsenti, col.* 2. *post med. ver. sed ijs non obstantibus, vsque in fin. lib.* 1. † Extende in tantum exceptionem ex ventre semper admitti, vt imo iudex ex officio teneatur & debeat repellere agentẽ. Rom. *consi.* 51. *in fin. & cons.* 67. *in fi. & cons.* 244. *n.* 5. † Declara; quia si statutum tollit defensionem in exequutione instrumenti, tollit etiam officium iudicis. Rom. *cons.* 76. *n.* 8. *ver. præterea & attendatis amore Dei.* vbi apost. in *ver. officium iudicis.* † Restringe, seu declara; quia exceptio ex ventre instrumẽti resultans admittitur, si agitur ex illo instrumento, sed si agitur ex iudicato super eodem instrumento, secus est, nisi exceptio oriatur ex sententia. Alex. *cons.* 94. *Clarissime, in princ. ver. non obstant, quæ ponit Rom. lib.* 4. † Amplia, quia exceptio pretii conuenti non soluti, vel rei nõ traditæ potest semper opponi ante, & post sententiam in exequutione; quia prouenit ex mora post contractũ; ideo semper etiã in exequutione potest opponi, si de ea non fuit opposita in processu, & de ea cognitũ, & reiecta. Anto. de Can. in *tract. de exequut. instrum. q.* 27. *n.* 59. *& seq.* † Extende etiam stante statuto, q̃ nulla exceptio opponi possit, potest tamen opponi exceptio rei non traditę, vel non libere traditę. Alex. *cons.* 119. *Viso processu. n.* 2. *ver. sed ita est. lib.* 1. & duplicatur *cons.* 20. *lib.* 6. Dec. *cõs.* 421. *n.* 2. † Amplia; quia exceptio nõ implementi cõtractus semper potest opponi contra agentem ex contractu non impleto, licet statutum excludat omnem exceptionẽ. Rol. à Val. *cons.* 33. *n.* 32. *lib.* 1. Decia *cons.* 60. *n.* 45. *lib.* 2. vbi late. Rom. *cons.* 244. *Pro euidentia. per tot.* vbi apost. magna in *verb. contractus*, in fine citat plures concordan. Alex. *cons.* 119. *n.* 2. *lib.* 1. † Contrarium, quod nõ impediat exequutionem. Rom. *cons.* 76. *n.* 7. *& seq.* vbi loquitur in casu statuti Florentini, & dicit, quod non impeditur exequutio, sed repetet, quando non est clara, sed requirit altiorem indaginẽ, & quod nõ potest responderi ad hanc rationem. † Declara; quia ex quo oritur ex ventre eiusdem instrumenti, & implementi, semper impedit, forte contrariũ procedit in alia exceptione, ita Rom. *d. cons.* 244. *n.* 5. *in fi.* † Amplia; quia etiam stante statuto, quod nulla exceptio admittatur, admittitur exceptio nõ implemẽti ex parte actoris. Rom. *d. cons.* 244. *col.* 2. Corn. *cõs.* 291. *col. fi. lib.* 3. Dec. in *c. ex parte. col.* 2. *in* 10. *fallen. de offic. deleg.* Rol. à Val. *cons.* 33. *n.* 32. *lib.* 1. Vide, *Statutum circa exceptiones repellens omnem exceptionẽ, nõ habet locũ multis casibus. Concl.* 526. † Contrarium tenet idẽ Rom. *cons.* 76. *In causa nobilis, n.* 6. *in fi. cũ seq. ver. posito tamen, vsq; in fi.* vbi, q̃ sicuti exceptio indebiti non potest opponi; ita neq; exceptio nõ implementi, & loquitur in casu statuti Florentiæ, quod contra instrumentũ guarentigiatũ nulla possit opponi exceptio, nisi probetur per publicum instrumentum, & respõder ad contraria, quod quando oritur ex ventre, non reiicitur; quia dicit procedere, quando non requireret altiorem indaginem, vide eum. † Amplia; quia exceptio sublata per legem, vel statutum, quod non possit probari, si tamẽ est probata, dicitur reuiuans. Vide, *Facta multa tenent, quæ de nouo fieri prohibẽtur. Concl.* 12. Vide, *Pax non dicitur rupta ex noua causa, & quãdo secus. Concl.* 183. *n.* 35. *& seq.* † Declara; q̃a aut tollitur probatio, & procedit ampliatio; aut tollitur exceptio, quæ non releuet; & tũc aliud est dicendũ; quia etiã probata nõ releuabit, sic videtur loq. Boer. *decis.* 321. *per tot.* maxime *in fi.* † Amplia; quia statutum tollens omnẽ exceptionẽ, nõ tollit implorationẽ officii iudicis; quia licet sit denegata exceptio; nõ tamẽ defensio, & retentio censetur denegata. Ang. Aret. *cõs.* 81. *n.* 34. *ver. vel secũdo, cum seq.* Alex. *cõs.* 113. *Viso themate. n.* 12. *lib.* 5. vbi apost. in *verb. officium*, citat plurimos conc. † Amplia; quia exceptio solutionis etiam in exequutione rei iudicatæ admittitur; quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio; & bona fides non patitur, vt bis idẽ exigatur. Rõ. *cons.* 28. qui hoc dicit *n.* 2. & apost. in *ver. non patitur.* q̃ dicit, quod hæc communis * obseruantia est, quod solutio impedit exequutionem iudicati. † Extende; quia si statutum tollit omnem exceptionem excepta solutione, non tollit compensationem; quia est solutio, Alex. *cons.* 12. *Viso themate. n.* 12. *& 13. ver. non obstat quartũ. lib.* 2. Ang. q̃d citat *cons.* 132. Feli. in *c. suborta. col.* 2. *de reiud.* Marsil. *sing.* 208. † Declara; quia procedit extensio, si debitum compen-

sandum non requirit altiorem indaginem, & dicitur requirere altiorem indaginem, si instrumentū talis debiti compensandi non habet exequutionem paratā. Rom. *d. cons. 76. In causa nobilis. n. 2. &*
42 *seq. ver. quoad tertium. & cons. 323. n. 5. & seq.* † Amplia; quia statutum tollens omnem exceptionem, excepta solutionis, falsitatis, & cōpensationis exceptione, nō tollit exceptionem intentionis, & facti, sicuti exceptio, q̄ non habes actionē; & ideo maritus, qui promisit restituere dotem vxoris socero, etiam in casu filiorū potest retinere pro legitima vxoris, ex eo; quia legitimæ nō est renunciatū. & sic ex intentionis defectu. Ang. Aret. *cons. 81. In themate. n. 31.*
3 *& seq. ver. non obstant allegata.* † Amplia; quia statutum prohibens opponi posse cōtra instrumentum guarentigiatum exceptionem doli, & quamcunq; aliam; non tamen tollit exceptionem nullitatis contractus. Rom. *cons. 42. Visis n. 2. ver. in contrariū.* sequitur Barbat. *cons. 52. Viso celebri. col. 3. & seq. lib. 4.* & apost ad Rom. in *ver. oppo-*
ni posset, citat plures conc. & idem Rom. *d. cons. 76. n. 8.* Vide, *Statutum circa exequutionem sententiarum, & laudorum nō habet locum, &*
44 *quando secus. Concl. 534.* † Extende maxime, quando nullitas provenit ex defectu personę cōtrahentis. prout si mulier donat viro; q̄ donatio est nulla ex defectu inhabilitatis personæ. Rom. *dict.*
* *cons. 42. n. 2. ver. & maxime*, vbi dat simile, quādo provenit nullitas ex defectu iudicantis, vbi dicit * cōmunem, & ibi apostill. in *ver.*
45 *iudicantis*, dat infinitos concordantes. † Extende; quia non tollit exceptionē nullitatis obligationis, puta si est sine causa; q̄ causa est de solēnitate substā: iuris obligationis. Alex *cons. 3. In causa & lite.*
46 *n. 2. & 3. ver. imo fortius. lib. 2.* † Extende; quia statutū loquens de instrumēto guarentigiato debet intelligi de valido, nō autē de nullo. Rom. *d. cons. 42. n. 3. ver. & hoc fundatur* & ibi apostil. in *ver. nullo.* quia si nullus est cōtractus, nulla est clausula guarentigiæ, vbi et-
47 iam de hoc est apost. in *ver clausula* quæ multos conc. dat. † Extende; quia statutum q̄ compellantur compromittentes obtemperare laudo debet intelligi, si sunt valida; quia si nullitas est euidens, sta-
tutū non habet locum. Rom. *cons. 67. in pr.* Vide, *Statutum circa exceptiones reiiciens omnē exceptionem non habet locū, & quando secus. Concl.*
48 526 † Amplia; quia exceptio vsuraria cōtra instrumentū depositi debet admitti, & remitti causa ad iudicem Ecclesiasticū, alias pronuncia per laicum est nulla, & iniusta, & appellatio valet, etiam si
49 tollatur à statuto. Zabar. *cōs. 120. per tot.* vbi late. † Amplia; quia statutū exceptiones omnes reiiciens, non reiicit exceptiones legitimas, si opponens offert illas probare incontinēti. gl. in *c. suscitata,*
50 *de restit. in integr.* vbi Abb. firmat hanc conclusionem. † Contrariū tenet plene Alex. *cons. 94. Clarissime. n. 3. & seq. ver. nec obstat, dū allegatur. lib. 4.* vbi dicit primo loco, q̄ nō habet locū in exceptione requirente altiorem indaginē, itē in exceptione compensationis cōtra rem iudicatā; item; quia dictū Abb. est contra Bar. in *l. 1. §. & parui.*
* *ff. quod vi, aut clam*, quē totus * mund⁹ sequitur. Item; quia gl. in *d. c.*
51 *suscitata, de restit. in integ.* debet intelligi in terminis iuris cōmunis, non in casu statuti, & allegat multa. † Declarat Alex. *cons. 95. Et si vt*
puto. n. 7. ver. nec obstat, dū replicatur. li. 4. q̄ in rescripto pōt procedere, q̄ clausula, *remota appellatione, vel except.* intelligatur de frivola,
52 sed secus in statuto, vel lege. † Amplia; quia statutum prohibens dici de nullitate, vel prohibens omnē exceptionē, debet intelligi de nullitate, & exceptione velata, quæ indiget probatione, sec⁹ de exceptione, vel nullitate clara, vel resultāte ex eodē processu, vel contractu. Rom. *d. cons. 42. n. 5. ver. itē est aduertendū*, vbi apost. in
53 *ver. alia, & cons. 51. Attentis ijs, in pr. & per tot.* † Extende, quia exceptio nullitatis certæ, & resultantis claræ, non autē obscuræ, vel velatæ, semper impedit exequutionē, & admittitur. Rom. *d. cons. 42. n. 3.*
ver. aliquando statutū, vbi dat exemplū in nunciante nouum opus, quia sibi non obstat exceptio velata, q̄ nulla sit nunciatio, secus, si est clara, vt quia vsufructuarius nunciat, cui non cōpetit ius nunciandi, & ibi apost. in *ver. potest.* quę dat conc. & repetit *cons. 51. in pr.*
54 † Simile datur in interdicto de tabulis exhibendis, in quo non admittitur aliqua exceptio, & tamen exceptio clara & aperta instrumenti nullius admittitur. Rom. *d. cōs. 42. col. 2. in fi. n. 3. ver. secū-*
55 *do probo.* vbi plene apost. in *verb. in aperto.* † Amplia, quia si omnes exceptiones contra instrumentū sunt sublatæ, nō tamen est sublata exceptio contra personā agentis, puta quod sit excommunicatus, vel vsurarius. Zabar. *cons. 120. in pr.* † Amplia; quia non est
56 sublata exceptio, quæ respicit processum, & iurisdictionem, puta quod iudex non sit cōperens; quia istæ non sunt sublatæ. Zab. *d.*
57 *cons. 120. in pr.* † Amplia; quia stante statuto, quod instrumentum habeat exequutionem paratam, & nulla exceptio possit opponi, intelligi debet, dūmodo instrumentū sit liquidū. Alex. *cōs. 119. Vi-*
58 *so, col. 3. ver. facit etiā lib. 1* † Amplia; quia imo omnis exceptio, quæ non impugnat instrumentum, neque sententiam, sed moderatur exequutionē, potest opponi, quando statutum dicit, quod cōtra instrumentum, vel contra sententiam, nulla possit opponi exceptio; quia cum talis exceptio non impugnet sententiā, verba sta-
tuti non conueniunt. Alex. in additio. ad Bart. in *l. 1. vers. potest opponi. C. de iur. & fact. ignor.* † Extende in omni exceptione, quæ non 59
impugnat sententiam; quia illa potest opponi quandocunq; post sententiā. *l. si fideiussores. §. fi. ff. de fideiussor.* plene Guido Pap. *sing. 735. Omnis exceptio.* vbi dat exemplum in exceptione, ne quis teneatur vltra, quam facere possit, late Ias. in *l. si res obligata. n. 45. ff. de leg. 1.* & est tex. in *l. Nesennius. ff. de re iud.* Bart. & alii in *d. l. si fideiussores. §. idem respondit. ff. de fideiuss.* Alex. *cons. 89. n. 7. lib. 1.* Rol. à Vall. *cons. 28. n. 7.*
lib. 3. Bar. *cons. 107. Visis omnibus. n. 3. ver. nunc autē. lib. 1.* † Idē est in ex- 60
ceptione inuentarii confecti ab hærede; quia post cōdēnationē, & rem iudicatā poterit opponi exceptio ista ne teneatur vltra vires; quia ista exceptio non arguit sententiā iniquā. Boer. *sing.* inc.
Exceptio. n. 17. ver. exceptio inuentarii. vbi idē in simili, quæ nō impugnat sententiā, sed moderatur illius exequutionem. Ias. in *d. l. 1. n.*
17. *ver. tertio infero. C. de iur. & fact. ignor.* vbi dicit * communē. Rol. *
à Vall. *cons. 28. n. 5. lib. 3.* Alex. in *l. ex diuerso. §. fi. ff. solut. matrimon. n. 4.*
vbi dicit communem * Castr. *cons. 166. n. 3. lib. 2.* † Idem est in exce- * 61
ptione, q̄ contra dominū fiat exequutio; quia licet procurator sit cōdemnatus vt procurator; tamen potest semper opponere, q̄ exequutio fiat contra dominum; quia non impugnat sententiā. Io. de Ana. *cons. 5. Visa narratione. n. 6.* † Extēde in exceptione com- 62
pensationis. Alex. *cons. 95. Et si vt puto n. 2. & 3. li. 4.* iterū *cons. 61. lib. 3.*
vbi duplicatur. Ias. in *d. l. 1. n. 16. C. de iur. & fact. ignor.* Rol. à Vall. *cōs.*
28. n. 4 li 3. † Contrariū tenet Castr. *cōs. 294. In causa, quæ vertitur. col.* 63
2. n. 2. ver. tertius casus. lib. 2. vbi vult, quod compensatio non potest opponi post rem iudicatam; quia ex quo competebat, debuit opponi in prima instantia ante sententiam, & post sententiā in causa appellationis. Vnde cum sit exclusus per rem iudicatā, non potest opponi, nisi superueniſſet causa post sententiam. † Declara 64
forte, vt procedat contrarium, quādo compensatio recipit replicationē, alias secus, si clara est, vt in simili Castr. *cons. 166. n. 3. lib. 2.*
† Idem est in exceptione cedendarum; quia nō impugnat senten- 65
tiā, sed modificat. Rō. *cons. 472. In eo quod, col. 2. ante med. ver. præterea*
quamuis. † Idem in exceptione, ne quis teneatur vltra, quā facere 66
potest. Vide, *Exceptio ne quis teneatur vltra quam facere possit, quando,* ✠
& in quibus habeat locum, Concl. 382. † Idem est in exceptione S. C. 67
Velleiani, quæ potest opponi in exequutione sententiæ. Bart. *cōs.*
46. Statuto cauetur. lib. 2. in fi licet arguat etiam in contrarium. † Ex- 68
tende in exceptione non implementi contractus; quia nō impugnat sententiam, & potest opponi post rem iudicatam in exequutione. Decian. *cons. 60. n. 45. lib. 2.* Petr. Surd. *cons. 100. n. 5.* vbi loquitur in exceptione rei non traditæ. † Contrarium tenent Specul. 69
tit. de exceptio. §. fin. ver. illud quæritur, quem sequitur Bart. in *l. si duo*
patroni. § si quis iurauerit, in fi. ff. de iureiur. vbi, quod exceptio pretii non soluti non potest opponi post rem iudicatam ad impediendam exequutionem, sed per modum agendi. † Declarat Castr. *d.* 70
cons. 166. Visis actis n. 3. ver. sed bene videtur, vsque in fin. lib. 2. quod ista exceptio nō impleti contractus possit opponi in exequutione rei iudicatæ, quādo non fuit opposita; quia limitat exequutionē, non autem simpliciter impedit, & sic non impugnat sententiam; dicit tamen hoc procedere; quando nihil reluans opponeretur cōtra instrumentū, & implementū, sed si aliquid opponitur, q̄ requirat altiorē indaginē, non impediretur exequutio; & ideo arbitrio iudicis remittitur, an debeat exequi, vel nō. Idem est per omnia dicendū in exceptione, quia quē de iure tenet actio, eundē repellit exceptio. Vide, *Exceptio repellit agentē, quē de iure tenet actio.* ✠
Concl. 375. † Extēde in fructibus perceptis à bonæ fidei possessore, 71
quia licet non teneatur restituere, tenetur tamen compensare cū melioramētis ope exceptionis. Cast. *cōs. 247. In causa, quæ vertitur.*
in fi. lib. 2. vbi, quod ista exceptio non impugnat sententiam, ideo potest semper opponi. † Idem est in casu conuerso; quia exceptio 71
melioramentorū factorū in bonis, ad quorum restitutionē quis est condēnatus, nō impugnat sententiā. ideo potest opponi post rem iudicatā, & in exequutione. Bar. in *l. fundo. n. 16. ff. de rei vendicat.* † Extēde; q̄ exceptio nouationis, quę habet vim solutionis, 73
nō impugnat sententiam, vel laudū, sicut neq; exceptio solutionis; ideo potest opponi, & ab illius reiectione potest appellari; quia per quæcunque verba excludentia omnem exceptionē istæ non excluduntur. Alex *cons. 85. Viso themate, per tot. lib. 5.* † Extēde 74
in exceptione, ne quis teneatur vltra quam facere potest. Alex.
cons. 89. Diligenter consideratis, in fine lib. 1. Castr. *d. cons. 166. Visis actis,*
nu. 3. versic. sed exceptio. ib. 2. † Declara totam istam materiam; quia 75
exceptiones, quæ nō impugnant sententiā, possunt admitti post rem iudicatā, secus si impugnāt, & cōsideranda sunt verba sententiæ; quia si condemnatur maritus, vel alia persona, quæ nō tenetur,

tur, nisi in quantũ facere potest, p verba, *ipsum teneri, & debere solvere*; tunc exceptio illa, *non teneor, nisi in quantum possum*, impugnatur sententiam, Signorol. pulchre *cons.* 146. *in fi.* † Extende in exceptione expensarum factarum in rebus subiectis fideicommisso, quæ potest opponi in exequutione, etiam si ius restitutionis in sententia non sit reservatum. Rolan. à Vall. *cons.* 28. *n.* 3. *lib.* 3. † Extẽde in exceptione, quæ cõpetit ex iuris dispositione, veluti emptori, qui conuenitur ex læsione, quia potest rem restituere, vel pretiũ supplere, nam si condemnaretur ad pretium supplendum etiam in casu, in quo actor non potest petere, nisi, vt pretium suppleat, potest quãdo venditio est iurata, poterit tamen reus condẽnatus post rem iudicatam velle rem restituere, quia non impugnat sententiam. And. de But. in *cap. cum eam, de empt. & vendit. col.* 16. & idẽ est in casu conuerso, vt per Goza. *cons.* 44. *n.* 11. *& seq.* Abb. in *c. cum dilecti*, vbi * omnes, *de empt. & vendit.* † Declara, vt procedant præmissa, quod possit opponi exceptio compensationis, vel inuentarii, dummodo non sit lapsum tempus præfixum ad soluendũ, vel quod datur iudicatis. Alex. *cons.* 95. *num.* 4. *lib.* 4. quod duplicatur *lib.* 3. *cons.* 61. † Contrarium tenet Ias. in *l.* 1. C. *de iur. & fact. ignor. n.* 20. *vers. item extende*, vbi, quod lapsus tẽporis, quod datur iudicatis, non tollit exceptiones istas. † Extende in exceptione meliorationum, & expensarum factarum in re vendicata, quia potest opponi quandocunq; ante, & post sententiam; quia non impugnat sententiam, sed modificat exequutionẽ. Ias. in *d. l.* 1. *n.* 16. *vers. secundo infero. C. de iur. & fact. ignor.* Rol. à Vall. *cons.* 28. *n.* 3. Decian. *cons.* 29. *n.* 18. *lib.* 2. † Extende in exceptione simulationis licitæ; quia non impugnat cõtractũ; ideo opponi potest impune quandocunque, nõ obstante statuto. Alex. *cons.* 198. *n.* 10. *li.* 7. † Extende in omni exceptione inducta odio creditoris, prout exceptio excõmunicationis, & exceptio banni, vel similis; quia potest opponi quandocunque ante sententiã. Ias. in *d. l.* 1. *n.* 22. *& seq. ver. nota etiam. C. de iur. & fact. ignorant.* Alex. in addit. ad Bart. in *d. l.* 1. *in ver. potest opponi C. de iur. & fact. ignor. circa fi.* † Imo potest opponi etiam post sententiam *l. tametsi. ff. ad Maced.* Bald. *cõs.* 420. *Statuto cauetur. n. ver. preterea potest dici. lib.* 5. ꝙ duplicatur *lib.* 3. *cons.* 332. † Extende in exceptione pacis, quæ potest opponi post sententiam. Alex. in addit. ad Bart. *d. l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor. in ver. potest opponi in fi.* † Extende; quia exceptio correi, qui habetur loco fideiussoris; quia pecunia peruenit ad alium, vt primo conueniatur correus principalis præsens periculo excipientis, admittitur post sententiam in exequutione; quia non impugnat. Io. de Anan. *cõs.* 60. *circa. ver. preterea.* † Extende in exceptione collationis bonorum, quod quis teneatur cõferre; quia in exequutione potest opponi; ex quo non impugnat sententiam. Rol. à Val. *cons.* 28. *num.* 6. *lib.* 3. † Extẽde; quia exceptio retentionis est adeo fauorabilis, vt compet at post sententiam. Cast. *cons.* 166. *Visis actis col.* 3. *ad fi. lib.* 2. Crauet. *cons.* 148. *n.* 2. late Capic. *decis.* 119. *col.* 1. † Extende in exceptione erroris calculi; quia nõ impugnat sententiam; ideo in exequutione potest opponi, & post sententiã. Castr. *d. cons.* 166. *Visis actis n.* 3. *pro.* 2. Ruin. *cons.* 52. *Quia de pluribus. n.* 15. *lib.* 2. † Contrariũ, quod imo istæ exceptiones nõ censeant excluſæ, nisi sint oppositę, & super eis cognitum, vt quia expresse sunt reiectæ, est tex. in *l. ex diuerso. ff. solut. matrim.* & ita declarat Anto. de Canario in *tract. de exeq. instrum. q.* 27. *n.* 61. † Declara multis modis; primo, si est opposita exceptio; & super ea cognitum; quia cẽsetur reiecta; secundo, si iudex primo statuisset terminum ad opponendum omnes exceptiones; tertio, quando est in specie sententia reprobata; quarto, quando aliter sententia stare non potest, nisi reprobet, ita Alex. *d. l. ex diuerso*, quam legit cum *l. rei iudicatæ. § fi n.* 4. *&* 5. *ff. solut. matrimon. ver. secundo limita.* Castr. *cons.* 100. *n.* 4. *in fi. & n.* 5 *lib.* 1. † Adde, quod istæ exceptiones, quæ non impugnãt sententiam, sed modificant exequutionem, dicuntur quid separatum à petitione principali. Alex. *cons.* 89. *Diligenter cõsideratis, in fi. n.* 7. *vers. quæ autem dicuntur. lib.* 1. & plenius *cons.* 85. *Viso themate, per tot. lib.* 5. Vide Conclul. prox. seq. † Extende in exceptione nouationis, obligationis, vel laudi, cõtra quod nihil potest opponi; quia opponi potest nouatio, quæ habet vim solutionis; ideo nõ impugnat sententiam. Alex. *d. cons.* 85. *Viso themate lib.* 5. *per tot.* † Extende, quia solutio potest opponi, & probari contra rẽ iudicatam; maxime, quando sententia est lata cõtra absentem. Anch. *cons.* 259. *Ex verbis. n.* 4. *ver. sed pro fundamento, vsque in fi.* vbi, quod licet sit opinio controuersa, tamen ita est æquior. † Restringe; quia non possunt opponi, quãdo esset præfixus, & lapsus terminus ad opponendũ omnes exceptiones peremptorias, dilatorias, & anomalas. Ias. *d. l.* 1. *n.* 19. *ver. limita ista regulam. C. de iur. & fam. ignor.* Alex. *d. l. rei iudicatæ. § fi. ff. solut. matrim. n.* 4. † Restringe, nisi istæ exceptiones ante sententiã semel fuissent propositæ, & reprobatæ; quia tũc post sententiam non possunt opponi, Ias. *d. l.* 1. *n.* 19. *ver. secundo limita. C. de iur. & fact. ignor.* Alex. *d. l. rei iudicatæ. § fi. n.* 4. *ff. solut. matrim.* Castr. *cons.* 100. *n.* 4. *in fi. & n.* 5. *lib.* 1. Vide, *Exceptio, ne quis teneatur vltra quam facere potest, quando habeat locum. Conclus.* 382. *& est proxima sequ.* † Restringe, & declara, vt non procedat, quando confessio, vel constitutio debitoris est facta cum decreto iudicis, & partes iurarunt contenta in instrumento esse vera; quia non potest confitens opponere, quod Notarius non sit Notarius, & talis exceptio non admittitur; quia non est contra negocium, sed contra probationem negocii facti in iudicio, & iurati. Bald. *cons.* 447. *Contrahentes, in princ. lib.* 1. † Amplia; quia si statutum etiam admittat certas exceptiones, & repellat omnes alias, licet censeantur omnes etiam similes promissis reiectæ; tamen multæ sunt, quæ admitti debent, non obstante statuto. Vide Socin. *reg.* 21. *Exceptiones si aliquæ*, vbi limitat octo modis, quos videas.

Exceptio, ne quis teneatur vltra, quã facere potest, quando, & in quibus habeat locum. Concl. 382.

MAter † se obligans ad dotem pro filia, licet efficaciter obligetur: tamen mortua filia nepotes, qui sunt filii filiæ, non possunt conuenire auiam maternam, vltra, quam facere possit; quia quoad ipsos dos est titulus lucratiuus; secus est, si maritus ageret pro lucro; quia mortua, vel etiam viuẽte vxore nullam habet reuerentiã matri vxoris. Bald. *cons.* 106. *Punctus quidam, circa fi. lib.* 5. † Extende; quia pater & auus non possunt conueniri à filiis, & descendentibus, nisi in quantum possunt facere, quæcunque, qualiscunq; sit obligatio; quia intelligitur, deducto, ne egeant. *l. sunt qui. & l. inter eos, circa med. ff. de re iudicat.* Aret. *cons.* 17. *col. antepẽ.* † Et vbicunque est reuerentia, prout inter ascendentes & descendentes, & ex causa lucrariua hæc exceptio habnt locum; sic videtur velle Bald. *d. cons.* 106. *lib.* 5. † Extende etiã in causa depositi facti per filiam penes patrem; quia pater nõ tenetur, nisi in quantũ facere potest. Socin. Iun. *cons.* 43. *n.* 14. *lib.* 1. † Hæc exceptio est personalis, & ideo non transit ad successorem, neq; ad fideiussorem, sed tamen fideiussor, etiam si in specie illi renunciauerit, poterit hac exceptione vti, si principalis compareat, & alleget non condemnari fideiussorem; quia condẽnatus posset conuenire ipsum principalem vltra, quam facere posset, & iure suo priuaretur. Alexand. *cons.* 133 *Super quæsitis, in fin. lib.* 5. Vide, *Exceptio competens principali debitori quando competat fideiussori. Concl.* 415. † Et hæc exceptio nõ dicitur impugnare sententiam, sed est quid separatum à petitione; quia solũ moderatur exequutionem. Alex. *cons.* 89. *Diligenter consideratis, in fine, verſic. quæ autem dicantur. lib.* 1. Signor. *cons.* 146. *n.* 2. vbi declarat, vt infra etiam posui. † Et quod istæ exceptiones, quæ non impugnant, sed moderantur sententiã, possint opponi ante sententiam, & tunc dicuntur ad moderandam sententiam; aut post sententiam, & dicuntur ad moderandũ exequutionem, si tamen sunt oppositæ ante sententiam, & reiectæ, non amplius opponi possunt ad exequutionem. Castr. *cons.* 100. *n.* 5. *lib.* 1. † Et quod istæ exceptiones sint sublatę, quando post sententiam nullum tempus datur condemnato ad soluendum; quia ita demum possunt opponi, si datur tempus aliquod exequenti; quia in illo tempore possunt opponi; si vero nullũ datur tempus; nõ possunt opponi, & loquitur in exceptione compensationis, & inuentarii, quæ non impugnant sententiam. Alex *cons.* 61. *Et si puto. n.* 2. *ver. non obstat. lib.* 3. *cum sequent.* quod etiam est in *cons.* 95. *n.* 4. *& seq. lib.* 4. † Declara; quia licet pater & alius obligatus filio ad alimenta nõ teneatur, nisi in quantum facere potest, & possit hanc exceptionẽ opponere post sententiam; quia non impugnat, si tamen petueniat excipiens ad pingulorem fortunam, variantur, & augentur alimenta, & variatur exceptio, vt magis teneatur, facit *l. ius alimentorum. § final. ff. vbi pupill. educ. deb.* † Amplia; quia inter maritum & vxorem datur exceptio, ne conueniantur, vel teneantur, nisi in quantum facere possunt. Signorol. *consil.* 146. vbi facit tres casus post sententiam, vt procedat ampliatio, quando non impugnat sententiam, alias secus, & Alexand. *consil.* 133. *Super quæstis. in princ. lib.* 5. † Extende in tantum hanc exceptionem competere inter maritum & vxorem, & alios, quibus ex reuerentia inducitur, vt non possit illi renunciari per pactum; secus inter alios, quibus nõ debetur exceptio ob reuerentiã pro socio, & similibus; quia possunt illi renunciare. Alex. *d. cons.* 133. *in pr.* maxime *n.* 2. *lib.* 5. † Primus casus est, quando maritus est debitor; quia nõ tenetur vltra, quam facere potest, etiam si condemnetur tanquã debitor; quia sententia nõ nocet, ex quo hæc exceptio nõ impugnat sententiã; quia non dicit nõ esse debitorẽ, sed nõ teneri, nisi in quantũ facere

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cere potest. Signor. *dict. cōs. 146.* † Secundus casus; quia si maritus confitetur habuisse dotem, & sententia declarat eū habuisse dotem, adhuc non obstat; quia exceptio non impugnat. Signor. *d. cons. 146.* † Tertius casus est; quia si maritus se obligat teneri, & quod dabit, vel sententia ita cantat, quod teneatur, & debeat; tūc exceptio impugnat sententiam; quia dicit non teneri, nisi in quātum potest, quod est cōtra sententiam. Signor. *d. cons. 146. in fi.* vbi allegat text. pro hac decisione, quem videas. † Amplia in clerico; quia non tenetur, nisi in quantum facere potest, nisi renunciauerit huic beneficio, licet forte dici possit ipsum neque posse renunciare; quia priuilegium est concessum clericatui, nō personæ, Anton. de Butr. *cons. 41.* Rom. *cons. 369. Circa primum. nu. 30. versi. quoad sextum.* † Extende in Ecclesia, Monasterio, & religiosis; quia multo magis si sunt onerati pensione, ita, vt non remaneant necessaria pro Ecclesia, & religiosis, debet minui; quia non tenentur vltra quam facere possunt. Roman. *d. cons. 369 n. 30* † Amplia in militibus, tam terrestris, quam cælestis militię. Roman. *d. cons. 369. n. 30. ver. quoad sextum.* † Amplia; quia nedum inter maritum & vxorem admittitur exceptio, ne teneatur, nisi in quantum facere potest, sed etiam filii mariti gaudēt eodem beneficio *d. etiam ff. solut. matrimon.* † Declara; quia licet maritus non possit conueniri, nisi in quantum facere potest, ita vt alimenta etiā marito debeantur; tamen si habet artem, vel exercitum, debet ali ex eis, & si nō vult operari, sibi imputet. Angel. Aretin. *cons. 95. In casu supradicto. n. 15. ver & eodem modo, vsque in fi. per tot.* † Declara; quia si interuenit dolus ex parte promittentis, vt decipiat, tenetur in solidum, & vltra vires. *l. fin. ff. de iur. dot.* † Extēde; quia maritus obligatus restituere dotem non compellitur, nisi in quantum facere potest. *l. maritum. ff. solut. matrimon. l rei iudicatæ, eodem titu. l. non tantū. ff. de re iudic.* vbi Alex. limitat multis casibus. † Extende; quia neque maritus, neque ālii habentes hoc beneficium possunt renunciare. *l. alia. §. eleganter. ff solut. matrim.* † Amplia, vt idem sit in socero, qui promisit dotem pro filia; quia non potest filia, neque gener agere cōtra eum, nisi in quantum facere potest. *l. sicut autem. ff. de re iudic.* † Amplia; quia hæc exceptio, quod pater, vel alius non teneatur, nisi in quantum facere potest in dotanda, & alenda filia, etiam competit hæredi, etiam si testator legauit dotes; quia si non extāt bona testatoris, hæres non tenetur vltra facultates, ne in plus obligetur, quam defunctus, ita Ancharan. *cons. 411. Et prima facie, per totum*, maxime *nu. 5.* clarius Castrens. *cons. 323. Viso puncto nu. 3. versi. sed aduertendum lib. 1.* † Contrarium forte est verius, quando patet legauit certam summam filiæ pro dote; quia ampliatio est vera, quādo hæres esset ab intestato, veletiā ex testamento simpliciter, nō facto speciali legato dotis tantæ summæ, sed in genere legauit dotes sibi debitas; quia est verum, quod hæres nō debet obligari in plus, quā defunctus, sed demus, quod testator legauerit vxori vltra dotes suas, vel auxit dotes, licet defunctus nō teneretur vltra id, quod facere potest; tamen hæres tenetur ad summā legatā; vel auctam, & ita reperi postea tenere Castr. *dict. cons. 323. col. 3. n. 3. ver. sed tertio lib. 1.* vbi, quod hæres adeundo videtur obligari ex conuentione, & quod hæc est verior opinio. † Amplia in socio; quia non tenetur ex contractu societatis socio, nisi in quantum facere potest. Alex. *cons. 133. Super quæstitis, in pr. lib. 5. & per tot.* † Potest tamen socius renunciare huic exceptioni; quia non est inducta ob reuerentiam, prout inter maritum & vxorem, socerum & generum; quia isti non possunt per pactum illi renunciare. Alex. *d. cons. 133. in pr.* maxime *n. 2. & seq. lib. 5.* † Et socius dicitur renunciasse huic exceptioni, si promisit capitale totum, & integre restituere; quia illa verba non possent habere effectum, si exceptio obstaret. Alex. *dict. cons. 133. in pr. lib. 5.* † Contrarium tenet ibi apostil. ad Alex. *d. cons. 133. in ver. integre. lib. 5.* quod imo intelligatur rebus stantibus integre soluere, secus si vergeret ad inopiam, quia non censetur cogitasse. † Declara; quia si adesset iuramentum, sufficeret; quia censetur cogitasse omnem casum. Alex. *d. cons. 133. nu. 11. & seq. ver. & fortius. lib. 5.* vbi apostil. in *ver. renunciare*, dat concord. † Amplia; quia licet filiusfamilias in casibus, in quibus potuit obligari, possit etiam carcerari, donec soluat; tamen si emancipetur, nō tenetur, nisi in quantum facere potest, nisi ex dolo ecipetur, nō tenetur, nisi in quantum facere potest, nisi ex dolo emanciparetur. Vide Soc. *reg. 16. Filiusfamilias*, vbi plenius. † Limita igitur; quia licet filia, & nepotes non agant contra parentes, & auum, nisi in quantum facere possunt, tamen secus est in genero. Bald. *cons. 106. circa fi. lib. 5.* † Limita; quia committens dolum, & ad decipiendum promittens, perdit beneficium, ne cōueniatur, vltra, quam facere possit, est text. cum gl. in *l. fi. ff. de iur. dot.* † Limita; quia is, qui non tenetur, nisi in quantum facere potest, intelligi debet, ita vt habeat alimenta, & alia necessaria; si tamen potest sibi succurrere ex arte, vel professione, debet sibi necessaria procuidere ex arte, vel professione, alias sibi imputet, si non vult laborare. Ang. Aretin. *cons. 95. nu. 15. & seq. & in fin per tot.* † Limita viginti modis, de quibus per Alex. in *l. non tantum. ff. de re iudic.* † Limita, quando extaret statutum, quod in restitutione dotis fieret condemnatio contra maritum, & exequutio, non obstante exceptione, ne teneatur vltra, quam facere potest. † Extende, vt idem statutum extendatur etiam in casu solutionis ab identitate, quæ est in istis correlatiuis, ita Afflict. *decis. 223.* vbi dicit, quod ita fuit iudicatum. † Declara; quia si ista exceptio opponatur contra rem iudicatam, debet plene probari, ita Bar. in *extrauag. ad reprimendum. in ver. summarie. n. 30. ver. & idē puto.* Vide, *Exceptiones, quæ nunquam dicuntur exclusæ. Concl. prox. præced.* Vide, *Obligatio inter quos non excedat potentiam obligati. Concluſ. 44.*

Exceptio rei iudicatæ, & similes reiectæ quoad iurisdictionem, possunt iterum proponi ad decisionem, & quando secus. Concluſ. 383.

EXceptio † rei iudicatæ opposita contra resciptum ad effectum, vt iudex declaret se non iudicem cōpetentē, an possit opponi ad decisionem causarū, si fuit per iudicem reiecta quoad iurisdictionem, quia iudex imo pronūciauit se iudicem cōpetentem. Feder. de Sen. *cons. 222. Domino Corrado.* vbi tenet, quod potest iterū opponi. Archid. & Io. Andr. in *c. 1. de lit. cōtest. in 6.* Inno. *in c. super litteris, de rescri.* Anch. *cōs. 372. Pro declaratione, n. 3. & seq.* † Et quādo ꝓponitur vti declinatoria, vt releuet, debet opponens offerre se in continenti probaturum, videlicet intra modicū tempus arbitrandum; & tūc debet clare probare, & iudex tenetur pronunciare eo casu nō esse ꝓcedendū, alias si prædicta nō offerat, & ꝓbet, iudex tenetur ꝓnunciare ad vlteriora procedendū. Ancha. *d. cōs. 372. n. 2. & seq. & n. 6.* † Amplia; quia licet exceptiones omnes litis finitæ possint quandocunq; opponi; tamen si opponantur ad impediendum ꝓcessum, debēt opponi ante litē contestatā. Cuman. *cōs. 39. Si conuentus. n. 3. ver. item exceptiones.* † Et quando opponuntur ante litem contestatam, inferunt per indirectum incompetentiā iudicis; & declinatoriam iurisdictionis. Anch. *d. cons. 372. n. 4. ver. & aduertendum est.* † Cōtrarium, quod imo exceptio rei iudicatæ opposita semel, siue ad processum, siue nō, obstet etiā circa merita cause, quando semel fuit reiecta; quia fuit pronunciatū esse procedendū, nō obstante tali exceptione, tenet Io. Monach. in *d. c. 1. de lit. contest. in 6.* Sign. Homod. *cons. 27. Quæritur, an except. n. 2. ver. in oppositum*, vbi pro vtraq; parte, & *n. 3.* dicit hanc esse regulā infallibilem iuris ciuilis, quod exceptio semel reiecta non obstat inter easdē personas, licet ꝓponatur alio modo. † Declara; quia si opponitur exceptio, puta solutionis, vel alia excludēs agentē, si iudex pronunciat reiiciendo exceptionem tanquam nō vetā, nō potest amplius deduci, vel probari; si vero nō fuit expresse reprobata per iudicem, sed eam non fuit sequutus, potest iterū ꝓbari. Castr. *cōs. 257. In causa. quæ vertitur. col. 2. in fi. ver. restat solū. li. 2.* † Declara quatuor casus; primus est; quia si est pronūciatum esse procedendū, nō obstante exceptione rei iudicatæ, & processit ad vlteriora, quia nō erat res iudicata, & præiudicat in totum, ita quod non potest opponi amplius, & est vera opinio Legistarū. Sign. *d. cons. 27. n. 4. v. videtur dicendū*, vbi, quod ita obtinuit in facto, & q per casus sequentes conciliantur opiniones controuersæ. † Et idē est in exceptione nullitatis, puta ex defectu citationis opposita, quia si ea non obstante iudex processit ad vlteriora, & pars nō appellauit, præiudicat in totū ne possit etiam per viā actionis agere. Rom. *cons. 410. Vt clarior. n. 2. & seq. ver. veniendo igitur.* † Secundus, quia si est pronunciatum esse procedendum, non obstante exceptione, & processit, quia nō constabat de re iudicata, vel de ea nō erat probatū, & potest opponi quandocunque de ea cōstet. Sign. *d. cons. 27. n. 4. ver. aut vltra processit.* † Tertius casus, quando pronūciauit esse procedendum non obstante exceptione, sed vltra nō processit, & si ex actis cōstat de causa, quia nō est res iudicata, vel non est probata, & potest opponi, vel non, prout causa apparet secundum casus præcedentes. Signor. *d. cons. 27. n. 4. ver. secundo casu.* † Quartus casus, quando est pronunciatum esse procedendū, nō obstante exceptione, sed non fuit processum, neq; cōstat de causa pronunciæ ex actis, & an præsumatur pronuncia; quia non est probatum, vel sit res iudicata, sunt opiniones, quas recitat Sign. *d. cons. 27. in fi.* † Declara plenius per Bart. in *extrauag. ad reprimendum. in ver. summarie. n. 23. & seq. ver. quadā sunt emergentes*, vbi, quod istæ exceptiones litis finitę, prout rei iudicatę, iuramenti, & transactionis, quæ habent effectum, quod si opponens vincat, vincit causam, si perdat, non perdit causam, quando ante litem contestatam

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 35 36 37 38 39

statam opponuntur; quia censentur ad processum opponi, nō ad decisionem; ideo licet opponens examinauerit testes ante litem contestatam, & succubuerit; poterit tamen post litē contestatam eadem opponere ad decisionē causæ, & iterum poterit probare, nec obstabit publicatio testium, tanquam excommunicatorum ante litē contestatā, & in causa summaria, & ad vnū effectū, & per consequens non præiudicat post litem contestatā in causa ordinaria, & ad alium finem, & concord. Anch. *cons.* 372. *Pro declaratione.* n. 2. *& seq. per tot.* † Et ideo cautela est, quod habens rem iudicatā, si videt, quod non obstante oppositione rei iudicatæ iudex vult cognoscere iterum de validitate, & meritis, semper insistat opponendo de sua re iudicata, quā producere debet, & de ea fidem facere iudici; quo casu secundum aliquos etiā sine alia appellatione processus erit nullus, secūdum alios melius sit appellare; quia hoc modo liberabit se ab omni periculo, & prosequatur appellationem. Fel. plene *in c. inter monasteriū. 23. circa f. vers. tempera tamen hanc extauam limitationem, de re iud.* † Amplia; quia exceptio declinatoria opposita, & reiecta ad effectum declinationis fori potest opponi etiam ad effectū decisionis causæ. Fulg. *cons.* 163. *In causa, & quæst. in fin. ver. debuit itaq.*, prout in simili de exceptione transactionis Ang. Aret. *cons.* 20. *Visis actis n.* 20. *in fi. & n.* 21. *vers. tamen ex alia.* † Extende in omni exceptione, quæ potest opponi ad processum, & ad merita causę, prout exceptio rei iudicatæ, transactionis, iurisiurādi, & litis finitæ; quia si dictæ exceptiones opponantur ad processum in vim dilatoriæ, & reiiciātur per iudicem pronunciantem procedendum ad vlteriora, poterunt etiam opponi postea ad decisionē causæ, non obstante reiectione, quando fuerunt oppositæ ad processum. Anch. *d. cons.* 372. *n.* 3. *& seq.* Bart. *in extraua. ad reprimendū in ver. summarie n.* 24. *&* 25. vbi plus dicit, quod si opponens ante litē contestatam in ea succubuit; quia non sufficienter probauit, poterit lite contestata iterum ad decisionē cauſe opponere, & probare; quia non obstat sibi primū examen ante litem contestatam. Ang. Aret. *d. cons.* 20. *n.* 21. † Extende in exceptione, q̄ fuit renuntiatum appellationi tacite, & expresse; quia idem est. Anch. *d. cons.* 372. *n.* 3. *ver. & similiter.* Ang. Aret. *d. cons.* 20. *n.* 56. *& seq. ver. ex quo infertur.* † Extēde in exceptione discussionis; quia potest opponi ad processum, & ad merita causæ. Corn. *cons.* 9. Vide, *Exceptio discussionis multiplex, & eius natura. Concl.* 401. Amplia, † vt procedat, etiam si iudex non obstāte exceptione opportuna mandet procedi ad vlteriora, & non reseruet eandem exceptionem ad decisionem causæ; quia censetur reseruata. Ancha. *d. cons.* 372. *n.* 5. *ver. item aduertendum. & per tot. n.* 7. vbi quod ius reseruat, ideo iudex non debet reseruare. † Extende in tantum, quod probationes factæ in præparatorio ad probandā exceptionē oppositam in vim dilatoriæ, etiamsi publicatæ sint, poterunt de nouo fieri ad probandum effectum decisionis causæ; quia probatio publicata in summario iudicio non obstat in plenario. Anchar. *d. cons.* 372. *n.* 5. † Amplia; quia exceptio nullitatis laudi, vel sententię opposita in iudicio executiuo, & reiecta in prima paga potest iterum opponi in secunda paga; quia diuersa res est. Io. de Imol. *cons.* 130. *In casu præmisso. nu.* 9. *vers. circa tertium.* Vide, *Sententia lata super exceptione quando impediat succumbentem agere, vel non. Concl.* 177. † Si vero fuit opposita exceptio nullitatis sententiæ, quæ prætendebatur transiisse in iudicatum, & reuera erat nulla, vel defectu mandati, vel citationis, & fuit pronunciatum cum causæ cognitione, non obstare nulliratem, quæ reuera inerat, an sit sublata tacitis nullitas per secūdam sententiam, quæ transiuit in iudicatum, distinguitur; quia si fuit opposita nullitas in genere, & cognitum de ea, & reiecta, non potest opponi amplius; si vero fuit opposita certa exceptio specialis nullitatis, quæ fuit reiecta, non propterea tollitur nullitas generalis non opposita. ita Alex. *cons.* 147. *Visis dubitationibus per tot.* maxime *n.* 9. *& seq. ver. nec obstat, quod fuerit dubitatum. lib.* 6. Vide, *Exceptiones quæ impediant litis ingressum, seu litis contestationem. Concl.* 395. Vide Ant. Gabr. *lib.* 2. *tit. de except. concl.* 2. *Exceptio in iudicium deducta, & tacite reiecta an posit principaliter in alio iudicio deduci.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Exceptio rei iudicatæ, & aliæ non obstant ex noua causa agenti. Concl. 384.

† Exceptio † rei iudicatæ non obstat agenti ex noua causa, siue generaliter, siue specialiter fuerit actum. *l. non potest. ff. de iudic. & Adde. § . ceterum. ver. non prodesset. de re iud. in* 6. Feder. de Sen. *cons.* 77. *Factum sic se habet. in fin.* † Et ideo is, qui agit vti feudatarius ratione vtilis dominii, & succubuit, potest agere ratione directi dominii, & è conuerso; quia exceptio rei iudicatæ in vno non obstat in alio. Castr. *cons.* 369. *Viso, & examinato. in princ. n.* 1. *in fin. lib.* 2. † Amplia; quia agenti ex noua causa non obstat exceptio, quem de euictione tenet, &c. de qua *in l. si ob causam. C. de euict.* Feder. de Sen. *consil.* 77. *in fin.* Amplia; quia excipiens si succumbat, non obstante exceptione, poterit via actionis audiri, quando fuit plene cognitum super exceptione. Bald. *cons.* 460. *Quæritur. quid iuris. in fi. lib.* 2. Castr. *cons.* 308. *Visa petitione. col.* 1. *in fin. lib.* 2. vbi, quod si est deductum incidenter, non nocet res iudicata, si vult agere principaliter, plene Ang. Aret. *cons.* 13. *Videtur primo. n.* 12. *& seq.* vbi dicit *communem, & dicit esse text. in l. vendicantem. § . fin. cum l. seq. ff. de euict.* † Extende maxime, quando excipiens de nullitate succubuit in iudicio summario, vel executiuo; quia licet fuerit reiecta exceptio, tamen poterit via actionis de nullitate dicere in iudicio ordinario. Io. de Imol. *cons.* 130. *In casu præmisso. nu.* 2. *& seq. ver. circa secundum.* † Extende, etiamsi sententia lata pro nullitate laudi, vel sententiæ declaretur nulla, & ab ea non appelletur; quia non propterea cessat nullitas laudi; ideo potest is, qui passus est executionem laudi, non obstante exceptione nullitatis, quę reiecta fuit in iudicio executiuo, adhuc proponere principaliter nullitatē laudi per viam actionis. Io. de Imol. *d. cons.* 130. *n.* 4. *ver. nec obstat. vs. q. in fi.* † Declara; quia vera est conclusio, quod sententia lata super exceptione nō parit effectum rei iudicatæ, quin possit agere, quando ad alium finem agit, secus, si ad eundem finem agat. Abb. *cons.* 50. *in pr. ver. secundo principaliter. iuncto fi. consili. ver. non obstant not. per Bar. lib.* 1. vbi *n.* 2. *vers. præterea, & secundo.* dicit esse generale, q̄ sententia lata parit exceptionē rei iudicatæ super pronunciato, quādo agitur ad eundem finem super eodem pronunciato. † Extende; quia procedit etiam in eo, qui succubuit in turbatiua, & interdicto vti possidetis; quia poterit intentare remedium *c. reintegrāda. 3. q.* 1. & non obstabit exceptio rei iudicatæ in interdicto possessorio retinendæ. ita Ang. Aret. *d. cons.* 13. *n.* 12. *& seq. per tot.* vbi tollit omnia contraria. † Extende in tantum, vt si præuentum sit in iudicio ordinario circa propositionem nullitatis, impediet executionem sententiæ, vel laudi in secunda, & aliis pagis, non obstāte, quod in prima paga fuerit data executio, & in iudicio executiuo reiecta exceptio nullitatis. Io. de Imol. *cons.* 130. *per tot.* maxime *n.* 6. *& seq. ver. circa tertium.* † Amplia; quia exceptio rei iudicatæ tunc obstat, quando est eadem res, eadem causa, & eædem personæ, alias vbi deficit alterum istorum, nō obstat exceptio rei iudicatæ. Bald. *cons.* 453. *Ad euidentiam præmittendum. in prin. lib.* 3. Io. de Imol. *d. cons.* 130. *in fi. ver. in contrarium.* idem dicit Io. de Anan. *cons.* 9. *n.* 4. *& seq.* Abb. plene *cons.* 50. *n.* 2. *lib.* 1. Soc. *in 2 naturaliter. § . nihil cōmune. n.* 7. *ff. de acqu. poss.* tex. *in l. cum quæritur. § . & an eandem.* vbi Bart. *ff. de except. rei iud.* Dec. *cons.* 96. *col.* 1. *& cons.* 445. *n.* 43. *& cons.* 464. *nu.* 6. Soc. *cons.* 18 *n.* 44. *& seq. lib.* 1. *& cons.* 99. *n.* 4. *eo. lib. & cons.* 255. *n.* 4. *lib.* 2. Soc. Iun. *cons.* 28. *n.* 3. *& cons.* 68. *n.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 181. *n.* 83. *& seq. lib.* 2. Abb. *d. cons.* 50. *lib.* 1. Ang. Aret. *d. cons.* 13. *Videtur primo. in pr.* maxime *n.* 7. *ver. quarto. siue actum fuerit.* vbi, quod dicitur eadem persona cum defuncto hæres, vel successor in beneficio, & plenius *cons.* 71. *Viso d. themate. n.* 10. *in fi. ver. & quoties.* Alex. *cons.* 61. *Viso processu. n.* 7. *& seq. vers. item præsuppono. lib.* 2. † Et quod quando interuenit identitas causæ, idem modus agendi, & eædem personæ, tunc res iudicata pariat exceptionem rei iudicatæ. Soci. *cons.* 18. *col. fin. lib.* 1. Dec. *d. cons.* 96. *col.* 1. Abb. *d. cons.* 50. *Circa quæstionem per tot.* maxime *n.* 2. *ver. sed ijs non obstantib. lib.* 1. † Et quando eadem est causa petendi, eadem conditio personarum, & eadem quantitas; quia tunc obstat exceptio rei iudicatę. Castr. *cons.* 273. *Visis prima sententia. col.* 2. *ver. sed ijs non obstantibus. lib.* 1. quod est Io. de Anan. prout ipse repetit, *consil.* 9. † Extende, vt procedat tam in sententia, quam in laudo. Ang. Aret. *d. cons.* 71. *n.* 10. vbi late, *cum seq.* † Et vbicunque militat exceptio rei iudicatæ ex præmissis; quia eadem persona, eadem res, & eadem causa, seu effectus; tunc probatio in vno iudicio probat etiam in alio, & publicatio testium impedit nouos testes examinari; quia à pari procedunt. plene Alex. *d. cons.* 61. *n.* 7. *& seq. ver. item præsuppono. lib.* 2. † Et quod ad hoc, vt vna sententia lata in vno iudicio pariat exceptionem rei iudicatæ in alio iudicio, sit necesse, quod tria concurrant, videlicet eadem res petatur, eadem sit causa petendi, & eadem sit conditio personarum, alias non obstat, tenet Dec. *d. cons.* 96. *col.* 1. Socin. *in l. naturaliter. §. nihil commune. col.* 1. *ff. de acqui. possess.* & est casus *in l. cum quæritur. cum duabus legibus seq. ff. de except. rei iud.* pulchre Castrens. *cons.* 305. *lib.* 1. Abb. *cons.* 50. *num.* 2. *lib.* 1. plene Angel. Aretin. *consil.* 71. *Viso dicto themate. num.* 19. *in fin. vers. & quoties.* vbi si vnum deficit, non obstat. † Extende, vt procedat, siue simus in sententia iudicis, siue in laudo arbitri, siue arbitratoris; quia vbi exceptio rei iudicatæ non obstat in sententia judicis, ita petitio pœnæ non datur ex laudo, quando est diuersa res, vel diuersa causa, aut diuersa persona. Baldus *dicto consilio* 453. *in principio. libro tertio.* Ioannes de Imola *dicto consilio* 130. *in fine. versicul. in contrarium.* † Ratio

Potest esse; quia eadem res esse dicitur, quãdo eadem tria cõcurrunt, quod sint eadem res, eadem persona, & eadẽ causa. Roma.
17 *cons.* 198. *Non est dubium, in pr.* vbi apostill. in *ver. alteretur.* † Dicitur autẽ diuersa res, quando est diuersa paga; quia si pro prima paga in iudicio exequutiuo fuit reiecta exceptio nullitatis, & data exequutio; tamen in secunda paga potest eadẽ exceptio opponi, & cognosci; quia est diuersa res, licet eædẽ personæ sint. Io. de Imo.
18 *d. cons.* 130. *in fin. num.* 9. *ver. circa tertium.* † Idem est, si petii ex testamento mihi legatum; quia non prohibeor petere ex codicillis, *l. si testamento. ff. de except. rei iudic.* quia diuersa est res, & diuersa actio.
19 † Declara; quia si petii gregem, & succubui, eo auctо, vel minuto iterum petã, obstat exceptio, *d. l. si testamento.* §. 1. *ff. de except. rei iudic.* & si petii prædium, & succubui, non potero petere insulam
20 accessoriam, *l. legi.* §. *fi. ff. eod.* † Identitas personæ dicitur, quando est hæres *l. hæredem, & l. hæreditas. ff. de regul. iur.* Dec. *cons.* 445. *In causa. n.* 29. *ver. secundo ad illud. & n.* 31. *ver. secus videtur.* Ang. Aret. *d. cons.*
21 13. *Videtur primo. n.* 8. † Idem in omni successore singulari habente causam ab eo, vt per Alexand. *cons.* 61. *Viso processu. num.* 8. *lib.* 2. *cum*
22 *seq.* vbi apostill. *in ver. nocere*, dat concor. † Idem, quando est successor etiam in beneficio; quia res iudicata contra vnum Rectorem Ecclesiæ legitimum præiudicat alteri Rectori successori in eadem Ecclesia. Crauer. plene *cons.* 10. *n.* 8. *ver. non obstat. col.* 2. Ang.
23 Aret. *d. cons.* 13. *n.* 7. & 8. † Extende; quia imo sententia lata pro Ecclesia super dominio iuuat emphyteutam Ecclesiæ. Crauett. *cons.*
24 206. *n* 4. † Idem, si lata est cõtra tutorẽ, vel curatorẽ legitime constitutũ; quia præiudicat minori, qui dicitur eadem persona. Crauett. *d. cons.* 10. *n.* 8. † Idem, si lata est contra venditorem; quia nocet emptori, qui emit post, & singulari successori. *l. cum de hoc, & l.*
25 *seq. ff. de excep. rei iudic.* secus si primo emisset. *l. iudicata.* § *final. ff. eodẽ.*
26 † Idem in fideicommissario; quia sententia lata contra hæredem nocet substituto non citato; quia repræsentat defunctum. *l. ex contractu. ff. de re iudic.* & maxime, quando eadem est ratio, & sunt indiuidui, ita Decia. *cons.* 103 *n.* 41 & 42. *lib.* 2. & idem *cons.* 1. *n.* 313.
& 314 *lib.* 1. plene Alexand. in *l. filiusfamil.* §. *diui n.* 7. *& sequent ff. de legat.* 1. vbi Rip post alios dicit * communem, Iason etiam in *prima lectur. nu.* 47 *& seq.* vbi per decem fundamenta hoc probat verum
* per multa exempla, & dicit * communem, & magis communem
** *dicit ibi Socin. Iun. nu.* 132. *&* 135. Alex. *cons.* 86. *n.* 3. vbi de * com-
27 muni, & *cons.* 156. *lib.* 2. † Et quod sententia lata ad fauorẽ primogeniti, iuuet etiã alium successorem primogenitum, licet nõ habeat causam à primo. Crauett. *cons.* 747. *Causæ primogenituræ. n.* 37.
28 *&* 38. † Contrarium tenet Deci. *d. cons.* 445. *num.* 33. & plures citat
29 Rip. *dict.* §. *diui. nu.* 61. *ff. de leg.* 1. † Declarat Bologn. *d.* §. *diui. ff. de leg.* 1. *nu.* 170. vt sententia lata cũ hærede vniuersali præiudicet legatariis, & substitutis per fideicommissum, secus si sententia esset lata cum vno legatario, vel fideicommissario particulari; quia
30 non præiudicat non citatis aliis. † Declarat idem Rip. in *d. l. filiusfamil.* § *diui n.* 62. vt fideicõmissarius possit appellare à die scientiæ, etiam quod transiuisset in iudicatum. *ff. de leg.* 1. Socin. Iun. ibi
31 *num.* 138. † Declarat Dec. *d. cons.* 445. *num.* 34. *& seq. ver. cum ergo sententia.* vt si est ignorans, nõ nocet, si probatur scientia, debet probari de tempore sententiæ, & appellationis interpositæ desertæ.
32 † Extende; quia licet sententia inter alios lata aliis non præiudicet regulariter; tamen prodest interesse habenti, quando ab eodẽ originem ducit, plene Crauett. *cons.* 747. *Causa primogenituræ. n.* 37.
& 38. vbi, quod lata ad fauorem primogeniti iuuat alium primogenitum succedentem, licet non habeat causam ab eo, qui sentẽtiam obtinuit; quia facilior est causa iuuandi, quã nocendi, allegat Alex. *cons.* 186. *Visis subtilissimis. in fin. lib.* 2. vbi, quod iuuat consortes habentes idem ius, plenissime Crauett. *cons.* 206. *in pr.* vbi plura similia, quod res inter alios acta, quæ aliis non præiudicat, bene iuuat alios, & inter alia, quod sententia lata contra absentẽ,
33 non nocet, pro absenti prodest, & alia similia. † Ratio secundum Bar. in *l. & an eadem.* §. *qui cum patrem. ff. de exceptio. rei iudic.* est; quia sufficit, quod sit eadem res, eadem causa, & eadem persona vere
34 vel interpretatiue, sequitur Soc. *cons.* 18. *n.* 44. *lib.* 1. † Idẽ in sententia lata in reali, videlicet rem spectare, vel suppositã decimis; quia ad omnes transit rem ipsam possidẽtes. Crauet. *d. cons.* 206. *In pro-
35 posito. n.* 8. † Idem; quia lata pro socio, & consorte, quando idem ius est cum aliis, iuuat alios consortes, vel socios, licet non noceat
36 ita de facili, plura Crauett. *d. cons.* 206. *nu.* 7. † Idẽ in sententia lata pro tutore, vt releuet alium tutorẽ subrogatum. Crauet. *cõs.* 931.
37 *n.* 3. & 4. vbi videas. † Restringe; quia non dicitur eadem persona feudatarius, qui succedit in feudo antiquo, & habet ex prouidentia maiorum; quia sententia lata contra vnum feudatariũ nõ nocet successori in feudo, quando non est hæres, neque sciuit. Deci.
* plene *d. cons.* 445. *n.* 29. *& seq.* vbi dicit * communem; secus si esset hæres. † Contrarium tenet Crauett. *cons.* 747. *n.* 37. *in primogenitura*, vt lata pro vno licet non noceat alteri, bene prodest. † Restringe in laudo. Crauet. *cons.* 622. *n.* 3. † Amplia in sententia absolutoria lata ex certa causa expressa, puta quia actor non probauit reũ possidere, qa si postea reus possidere reperiatur, poterit iterũ agi, nec obstabit tunc exceptio rei iudicatæ. Bald. *cõs.* 453. *in pr. ver. secundo præmittendũ. lib.* 3. † Extende, vt idem sit, quando sententia lata fuit ex defectu probationis actoris, puta hæredis, qui nõ probauit de morte eius, cuius se fecit hæredẽ; qa poterit ꝓbare post, & probando non obstabit exceptio rei iudicatæ latæ ex defectu probationis. Bald. *cõs.* 453. *circa med. ver. modo videamus. l.* 3. vbi est casus. † Cõtrariũ, quod imo si sentẽtia lata ex eo; quia actor nõ probauit, respiciat merita, vt transeat in iudicatũ, & præiudicet, vt agi non possit amplius. Castr. in *l. qui accusare. C. de eden.* vbi, ꝙ tenẽtes
* contrariũ sunt ignorãtes, sequitur Ias. in *repet. l. admonẽdi. n.* 78. *ver. errat Ludo. ff. de iureiur.* & ibi ante Ias. tenent etiam Curt. Sen. *n.* 81. & 82. & alii reprehendentes Rom. ibi, qui tenebat contrariũ, sed tamen Rom. *cons.* 223. tenet hanc partem contrariã. Castr. plenius
cons. 308. *Visa petitione col. fi. ver. nũ si fuerat absolutus. lib.* 2. † Declara, vt p Rom. *d. cons.* 223. *per tot.* quia siue in ciuili, siue in criminali sententia absolutoria fit lata; quia non sit probatũ, transit in iudicatum, & non potest agi de nouo ex noua probatione; quando ad eumdem finem, secus si ad diuersum finem, idem tenet Castr. *cõs.*
308. *col.* 1. *ver. eo maxime. lib.* 2. † Amplia; quia maritus forẽsis prohibitus acquirere stabilia Paduæ, si acquisiuit bona cũ pecunia dotali etiam nomine proprio, cum declaratione, ꝙ bona essent pro restitutione dotis; quia promittebat cõseruare in illam causam, si egit, & succubuit nomine suo, nõ prohibetur agere post rẽ iudicatam nomine vxoris, vel filii, ad quẽ spectat dos. Castr. *cõs.* 286.
Videtur. quod dicta. n. 4. *ver. nunc dico. lib.* 2. † Amplia; quia si actũ est via criminali, vt quis puniatur; poterit tamen post rem iudicatam agi ad effectum ciuilis interesse, neque obstat exceptio rei iudicatæ, quæ obstaret, si ad eumdem finem ageretur. Rom. *d. cons.* 223.
Præmissa. per tot. † Extende; quia quando agitur ad diuersum finẽ, siue causa sit ciuilis, siue criminalis, semper potest agi, non obstãte re iudicata, quæ etiam ex probationibus nouis rescinditur, ita
Rom. *d. cõs.* 223. *per tot.* † Amplia; quia is, qui habet plures actiones, & vias agendi, si egit vna via, & succubuit, non prohibetur agere alia actione. Bar. in *l.* 1. *n.* 4. *C. de furt.* & ibi Ang. *n.* 5. Salyc. *n.* 12. Alex.
cons. 130. *In causa n.* 15. *lib.* 4. Dec. *cons.* 562. *Viso puncto. n.* 8. & ideo nõ obstat sententia; quia dicit petita fieri nõ debere. Castr. *cõs.* 308. *in pr. lib.* 2. † Et ideo habens ius offerendi ex hypotheca, si agit rei vẽdicatione ad rẽ, & succumbat, potest postea agere hypothecaria, vel offerre tanquã secundus creditor. Castr. *cons.* 311. *lib.* 2. *n.* 2. *ver. videndum est ergo.* † Extende etiam cõtra fiscum; quia si egi actione
personali cõtra fiscũ, & succubui, possum agere reali actione contra bona, & possessores tertios bonorũ, neq; obstabit exceptio rei iudicatæ pro fisco in personali. *l. cum quæritur, cum l. sequ. l. & an eadẽ.*
§. *actiones, & l. ex testamẽto. ff. de excep rei iud.* † Extẽde; quia vbi cõpetit actio realis & ꝓnalis, agẽs ex vna nõ cẽsetur deducere omne ius suũ ex alia; ideo succũbens ex vna agit ex alia contra eundẽ. *l.*
fi. & ibi Bart. *ff. de except. rei iudic.* nec sententia lata obstabit. Bald. in
l. pen. C. de ingen. & manumiss. Soc. *cons.* 18. *n.* 44. *& seq. lib.* 1. † Extende; quia quando diuersificatur modus agendi, exceptio rei iudicatæ non obstat. Castr. *cons.* 305. *lib.* 1. Ang. Aretin. *cons.* 13. *Videtur primo. nu.* 12. *& seq.* vbi si egi per viam exceptionis, non prohibeor agere, postquam succubui in exceptione, per viam actionis, & si succubui in interdicto retinendæ, nõ prohibeor agere ex *c. reintegranda.*
3. *q.* 1. quia sufficit, quod variatur modus, & causa agendi. † Extende; quia is, qui egit ad vendẽdum sibi bona vigore vnius statuti, licet reportet sententiam contra, nõ prohibetur agere ex alio statuto non deducto; quia sunt diuersæ actiones ex diuersis statutis.
Bar. in *d. l. & an eadem.* § *final.* per illũ tex. *col.* 2. *in fi. ff. de except. rei iud.*
† Extende; quia vbi actio mutatur, exceptio rei iudicatæ nõ obstat. Bald. in *l. fi. col* 1. *C. de codic.* Ang. Aret. *d. cõs.* 13. *n.* 14 *& seq. ver. nũc*
restat respondere. † Extende; quia in dubio pronũciandum est exceptionem rei iudicatæ non obstare Deci. *d. cons.* 445. *n.* 4. Crauet. *cõs.*
207. *col. fi. in fi.* ea ratione; quia minus est præiudiciale partibus *l.* 1.
vbi Castr. *ff. si quis cautio.* † Extẽde; quia si fuit cassata electio simpliciter, & potuit cassari ratione defectus formæ, non censetur cassata ratione iuris eligentium; ideo poterunt agere ex iure eligendi.
Castr. *d. cons.* 308 *col.* 2. *ver. & in simili. lib.* 2. † Extende; quãdo iudex in sentẽtia reseruauit iura melius agẽdi cõdẽnato; quia exceptio rei iudicatæ non obstat. Castr. *d. cons.* 308. *col.* 2. *in pr. lib.* 2. † Restringe in quasi maleficiis; quia absolutoria lata pro vno inducit exceptionẽ rei iudicatæ pro alio, & in alia causa ex quasi maleficio, vnde si iudex tenetur parti ad interesse propter malam sentẽtiam, si

pars

prosequitur per viam appellationis, & sententia confirmetur, exceptio rei iudicatæ releuat iudicem ne teneatur. Bar. in sua q. 9. & super impertitam in pr. n. 3. ver septimo probatur. † Amplia; quia exceptio rei iudicatæ non obstat ei, contra quem est lata sententia, quando actus est nullus fauore alterius, quam illius, qui vult cõuenire. Dec. d. cons. 445. In casu nu. 29. ver. & ideo. † Amplia; quia sententia lata contra feudatarium in feudo antiquo non nocet agnatis, quando veniunt ex prouidentia maiorũ, & non sunt hæredes eius, contra quem est lata sententia, si ipsi non fuerunt citati. And. de Isern. in c. 1. § si vasallus de suo. ver. sed nunquid hæc sententia. si de fund. fuer. controuers. inter domin. & agnatũ. sequitur Dec. d. cons. 445. n. 29. vbi dicit communem, cum multis seqq. & tuetur. † Contrariam dicebant aliqui communem, vt refert Dec. d. cons. 445. n. 29. sed dicit eos dormitantes; quia non est vera. † Declarat Dec. d. cons. 445. n. 30. & seq. quod contraria loquuntur in substituto, vt sententia lata contra hæredem noceat substituto, quia repræsentat defunctum, & ita etiam esset in feudo, quando repræsentaret defunctum, & ita dicit loqui, & intelligendum Oldrad. cons. 94. Eleganter. Anchar. in c. licet de voto, vbi, quod sententia lata cõ tra regem præiudicat primogenito, quia erat necessario hæres partis. † Limita; quando sententia absolutoria esset lata simpliciter ex defectu iuris agentis, quia obstabit exceptio perpetuo, vt non possit agere, licet hodie posset probare, quod tunc non probauit; quia si sententia nõ est restricta, operatur exceptionem rei iudicatæ. Bald. d. cons. 453. circa princ. ver. interdum, quia non probauit. † Extende, quando super iure partium fuit facta petitio, & assignatus terminus ad probandum, & de iure fuit cognitum; quia sententia tunc est diffinitiua, & obstat exceptio. Castr. d. cons. 308. col. 2. ver. breuiter. n. 2. lib. 2. † Extende, etiã si sententia, tam in reali, quam personali, non fuit condemnatoria, sed declaratoria; quia sufficit, & habet vim condemnationis. Castr. d. cons. 308. col. 2. in fi. col. 3. ver. sed prædictis, vsq; in fi. lib. 2. † Limita; quia si exceptio nullitatis ex defectu citationis fuit opposita, & iudex ea non obstante processit, & tulit sententiam, & non fuit appellatum, non potest excipiens iterum proponere exceptionem via actionis ad eũdem finem. Anch. cons. 6. in pr. plenius Rom. cons. 110. Vt clarior. col. 2. n. 2. ver. veniendo igitur, vbi allegat plura, & dicit, quod etiam obstat, quod sententia ferri non potest contra rem iudicatam. Vide Ant. Gab. lib. 2. tit. de excep. Concl. 2. Exceptio in iudicium deducta. Vide etiam Concl. prox. præced. Vide, Probatio ad vnum finem facta non probat ad alium finẽ, & quando secus. Concl. 783. Vide, Res iudicata quæ casibus non pariat exceptionem rei iudicatæ volenti agere de nouo. Cõcl. 168. Vide, Sententia in vno iudicio lata nocet in alio, & quando secus, Concl. 175.

Exceptio cedendarum actionum quando possit opponi, vel non. Concl. 385.

EXceptio † cedendarum actionum opponi potest etiam debeo, qui negauit hypothecam, ex qua fundat actionẽ suam eam conuicto post sententiam, & quandocunq; ante exequutionem Bald. cons. 189. Dominus Lanfrancus. n. 3. ver. non obstantibus. lib. 3. † Amplia, vt quod dicitur de exceptione cedendarũ, habeat locum etiam in pignore transferẽdo, & cedendo; & ideo agens tenetur tradere bona, quæ possidet pro pignore secundo creditori conuento, & possidenti, si vult obtinere contra eum. Bald. d. cons. 189. n. 4. ver. surgit hic tertium. lib. 3. † Declara, vt non procedat, si ab eo possideret pignora ex alia causa, quam ex ea, pro qua ageret; quia tunc nõ tenetur tradere pignora, vel bona ipsi secundo creditori cõuento. Bald. d. cons. 189. n. 4. ver. solutio. lib. 3. † Amplia; quia exceptio cedendarum actionum potest opponi quãdocunq; etiam in actu exequutionis, & quatenus debẽs cedere non potest, repellitur exceptione doli pro eo, quod cedere non potest. Bald. cons. 285. Casus talis est, in pr. lib. 5. vbi, quod ista est opinio omnium Doctorum, & idẽ Bald. cons. 410. vbi reperitur eod. lib. 5 sequitur Dec. cons. 446. Viso eleganti, in pr. † Amplia; quia exceptio cedendarum actionum semper potest opponi, etiam si exret statutum, q̃ contra instrumẽtum guarentigiatum nulla exceptio opponi possit, quia poterit ista semper opponi. Marli. sing. 7. incip. Communiter per Italiam, vbi, quod dicitur decẽdere ex eodem fonte, & cõtractus; & est ratio, quod possit opponi post sententiam; quia non impugnat sententiam. l. fideiussores. § fi. ff. de fideiussor. Bart & alii in l. obligata ff. de leg. 1. vbi Ias. n. 45. reddit rationem, & ponit, quod etiam post exequutionem, ante tamen solutionẽ potest opponi. Inde de Aret. in tract. de cession. iur. n. 71. vbi, quod potest semper opponi ante satisfactionem, plene Dec. d. cons. 446. Viso eleganti in pr.

6 Alex. consil. 119. Viso processu. colum. 2. in fi. ver. ad idem. lib. 1. † Et quod possit opponi non obstante statuto, quod nulla possit exceptio opponi. Alex. d. cons. 119. col. 2. lib. 1. Dec. cõs. 27. Et pro virili, & clarius cons. 104. n. 2. ver. sed prædictis. † Extende; quia ista exceptio cedendarum, nedum potest opponi ante, sed etiam post sententiam, imo post exequutionem, & post restitutionem rei debitæ, & post solutionem non ea intentione factam, quod talis exceptio extingueretur. Ias. d. l. si res obligata. n. 45. ff. de leg. 1. † Amplia; quia exceptio cedendarum potest opponi non obstante renunciatione facta generaliter omni legum auxilio, vel omni exceptioni. Decius cons. 104. Et diligenter. ver. sed prædictis non obstantib. & n. prox. seq. Vide. Renunciatio generalis omnibus beneficiis nõ operatur, & quando secus. Cõcl. 169. † Limita, nisi in specie fit renunciatum exceptioni cedendarum actionum, & an sufficiat renunciatio generalis. Dec. cons. 27. Et pro virili. Vide supra num. prox. præced. Vide, Exceptioni cedendarum quando sit renunciatum. Concl. 397. † Limita; quia si non est seruata forma statuti in oppositione exceptionis, puta quia debet opponens iurare de calumnia, atque cauere de iudicio sisti, & iudicatum soluendo; tunc non releuat, quando cessio petitur. Roman. consil. 462. Quoad propositam, in fi. n. 4. ver. quoad secundum. † Declara; quia si loquitur statutum in cessione proueniente à statuto, non habebit locum, si exceptio prouenit à iure communi; quia verba statuti non conueniunt. Roman. d. consil. 462. in fin. vbi plena apostilla.

Exceptio cedendarum actionum quibus competat ad excludendum creditorem, vel non. Cõcl. 386.

EXceptio † cedendarum actionum competit fideiussori contra creditorem agentem; quia si nõ potest cedere iura fideiussori contra principalem debitorem, excluditur ab actione. Castren. cons. 181. Viso petito. col. pen. circa med. ver. & ideo text. lib. 1. allegat l. Stichum. § pen. ff. de solut. & plenius cons. 239. Super hoc. n. 3. ver. quantum ad secundum. lib. 1. & consil. 327. Clarum est. ver. præterea. lib. 2. † Extende, vt idem sit, quando sunt plures fideiussores in solidũ obligati pro tertio; quia si vnus soluit totum, debet sibi cedi actio contra fideiussorem; ideo si esset liberatus confideiussor, non posset alter conueniri, nisi pro sua rata. Affl. decis. 182. post med. † Declara; quia creditor tenetur cedere actionem fideiussori soluenti, quando actio est efficax, secus si nõ est efficax. l. quamuis. §. Marcellus. § si mulier. ff. ad Velleian. † Extende regulam; quia debet creditor agẽs contra contutorem cedere iura; & ideo si esset præscriptum per alium contutorem, contra quẽ debet releuari, summouetur exceptione cedendarum, Castr. cons. 317. Certum est, in fi. ver. super tertio. lib. 1. & idem prius consuluit in simili cons. 236. circa fi. ver. secundo videndum, eod. lib. † Restringe declarationem, vt non procedat in actione inefficaci, seu inani; quia is, contra quem debet fieri cessio, non est soluendo; quia adhuc debet fieri cessio; quia posset deuenire ad pinguiorẽ fortunam, & in dubio præsumitur peruenire debere ad pinguiorem, & meliorem fortunam, Castr. cõs. 239. Super hoc facto. n. 3. ver. nec obstat. lib. 1. † Amplia, vt procedat, etiam si cessio quidem fieret, & posset fieri, sed esset inefficax ex facto creditoris agentis. l. Stichũ. §. si mandato. ff. de solu. in fi. ibi, culpa sua, vt puta; quia consensisset alienationi bonorũ hypothecatorum, & alia bona non superessent. † Contrarium videtur tenere Bald. q̃ si primus creditor cõsensisset alienationi aliquorum bonorum, contra quæ non potest exercere iura sua, & sic quoad ipsa bona iura non possunt cedi, quod nihilominus possit agere, neq; repellatur ex hac exceptione, nisi ex dolo fecerit, puta sciens se acturum cõtra tertium, & cessurum, & prius ex dolo alteri cesserit. Bald. cons. 189. Dominus Lanfranch. n. 4 ver. secũdum punctum est. lib. 3. vbi allegat pro vtraq; parte, & ita distinguit. † Declara; quia procedit ampliatio in fideiussore, contrarium in tertio possessore, ita Soc. cons. 200. Quoniam ex forma statuti. lib. 2. Negul. de pignor. in 5. parte, membr. 3. n. 47. † Extende hanc ampliationẽ, vt procedat etiã in dote soluta marito, & socero; quia si maritus alienauit bona sua de consensu vxoris, quę renunciauit hypothecæ suę, licet tam socer, quam maritus sint obligati in solidum; tamen socer non tenetur ad totam dotem, nisi vxor cedat sibi iura efficacia. Fed. de Sen. cõs. 241. Domino Ioanni per tot. Bald. d. cons. 189. Dominus Lanfrãchus. n. 4. ver. secundum punctum. lib. 4. † Restringe, vt non procedat in cessione, quę sit ex æquitate, & nõ ex conuentione, prout quãdo agitur contra tertiũ possessorem; quia licet cedenda sint iura; tamen cedi debent prout competunt, ita quod etiam si ex facto cedentis non essent illæsa, nõ potest repelli exceptione ista. Bald. cons. 109. Quilibet iustus. lib. 3 ver. sed ius, quod non habet. † Amplia; quia exceptio cedendarum actionũ impedit, ne fideiussor possit conueniri, etiam si iura sint libera, quando sola dilatio personalis cõ-

cessa principali debitori obstaret, quia licet dilatio personalis cō-
cessa debitori non extendatur ad fideiussorem; tamen per exce-
ptionem cedendarum actionum, libere fideiussor molestari non
Potest. Dyn. *consi.11. Quæstio talis est, quod Benogius, per tot.* maxime *n.*
12 *5. vers. vnum autem est.* † Restringe ampliationem, vt nō procedat,
quando principalis debitor, cui dilatio personalis fuerat cōcessa,
illi renunciasset; quia tūc nō obstaret fideiussoris exceptio. Dyn.
13 *d. consi.11. n.5. ver. vnum autem est, vsque in fi.* † Amplia; quia exceptio
cedendarū cōpetit inter creditores, quando vnus possidet; quia
si est posterior, & conueniatur, potest excipere, vt aduersarius ce-
dat iura, quæ si non posset cedere, excluditur à quacūq; parte iu-
dicii, etiam post negationem hypothecæ, & post quam conuictus
fuit negans. & post sententiam Bald. *d. consi.189. D. Lanfranchus. n.3.*
14 *vers. super secundo. lib.3.* † Extēde; quia competit etiā emptori bono-
rū venditorū à primo creditore; quia tutus est; si vero est secūdus,
potest excipere. prout poterat vendens creditor. Bald. *d. consi.189.*
15 *n.5. ver. super tertio, vsque in fi. lib.3.* † Amplia; quia competit debitori
debitoris, cui fit sequestrum, ne soluat suo creditori; quia si non
posset cedere iura ei, cui fit inhibitio, ne soluat, seu sequestrum,
16 non potest molestari. Roma. *consi.141 Eximie Doctor, in fi.* † Amplia;
quia exceptio cedendarum actionum competit plurib⁹ tutorib⁹
in solidum obligatis; quia si omnes cōuenirentur ex administra-
tione vnius, possunt opponere pupillo exceptionem cedendarū;
quia si cedere non potest, repellitur. Castrens. *consi.236. Visis supra-*
17 *dictis. col.2. in pr. lib.1. & consi.317. in fi. ver. super tertio. lib.1.* † Amplia;
quia exceptio cedendarum actionum nō dicitur sublata eo casu,
quo competit, licet extet statutum (prout Senis) quod cōtra exe-
quutionem instrumenti nulla possit exceptio opponi; tamē hæc
non est sublata secundum Bald. & alios, quos citat Rom. *cōs.472.*
In eo, quod. col.2. n.2. ver. duo tamen, vbi plena apost. dat plures conc.
18 † Ratio est; quia nunquam censetur sublata exceptio, quæ oritur
ex eodem fonte, ex quo petitio oritur, prout ista. Rom *d. cōs.472.*
19 *n.2 ver. duo tamen,* vbi apost. *in ver. petitio,* dat conc. † Ratio secunda
est; quia hæc exceptio cedendarum nō impugnat, sed modificat
sententiam, quo casu semper potest opponi. Rom. *d. cōs. 472 n.2.*
☞ *ver. duo tamen.* Vide *in ver. Cessio iurium debet fieri ex necessitate multis ca-*
sibus. Concl.211. per tot. vbi latissime, maxime *n.67. & seq. ver. limita in*
20 *multiere.* † Limita in duobus æque principaliter obligatis; quia nō
habent beneficium cedendarum actionum: ex quo non est fide-
iussor alter alterius, secundum Bald. *cōs.198. Ad intelligentiam, in fi.*
21 *ver. quero an duo. lib.1.* † Limita; quia exceptio cedendarū actionū
non obstat ei, qui habet obligatos plures hæredes; quia licet li-
beraverit aliquos; tamen potest prorata cōuenire non liberatos,
nec obstat exceptio, quod non possit cedere totū creditum; quia
sufficit cessio pro ea parte, pro qua agit. Sign. *consi.42. Amplius non.*
22 *repetito. n.6. ver. venio ad secundum.* † Limita; quia exceptio cedenda-
rum actionum non obstat agenti, quando conuentus, cui com-
petit hæc exceptio, illi renunciauit; quia illi potest renunciari se-
* cundum* communem. Rom. *d. consi.472. In eo, quod. circa fi. ver. secū-*
* *dum subsistens,* vbi, quod est* communis, & apostil. *in ver. renunciari,*
23 * vbi dicit *communem. † Restringe; quia non procedit limitatio,
si esset renunciatum omni legum auxilio; quia nō comprehendit
exceptionem cessionis actionum; quia generalis renunciatio nō
extenditur ad beneficiū. quod quis habiturus, est, nō statim, sed
post alicuius cōditionis ei adiectæ implementum. *l. Paulo. §. Pom-*
ponius. ff. de leg.3. Rom. *d. consi.472. circa fi. ver. sed aduertendū,* vbi ple-
* na apostil. *in ver. non extendi,* dicit* veriorem, & citat plurimos.
24 † Contra restrictionem tenent plurimi, quos citat eadem apost.
25 ad Rom. *d. consi.472. Magna, in fi. in ver. non extendi.* † Restringe; quia
renunciatio generalis non trahitur ad ius de futuro etiam iurata.
Roma. *d. consi.472. in fi. ver. secunda. & generalis,* vbi apostil. fin. *in ver.*
26 *non vltra.* dat conc. † Limita; quia si creditor obtinuit sibi dari in
solutum bona debitoris pro parte debiti, & agat pro residuo con-
tra fideiussorem pro certa summa, ipsi non obstat exceptio cedē-
darum actionū contra bona, quæ habuit in solutum; quia dicun-
tur liberata ab omni hypotheca. Castren. *consi.317. Certum est. n.3.*
☞ *ver. super secundo. lib.1.* Vide, *Hypothecarii creditores pares qualiter præfe-*
rantur inter se. Concl.130.

Exceptio cedendarum actionum non habet locum quoad multa. Concl. 387.

1 FIDEIVSSOR † conuentus à creditore, qui tenetur cedere
iura, nō remouetur exceptione cedendarum actionum, si li-
berationi carcerationis principalis debitoris consensit; quia per-
sona libera non potest retineri in pignus, neque cadit in cessionē
iurium, tanquam res pignorata. Bald. *consi.242. Super primo, in fi. ver.*
super tertio. lib.5. † Amplia in muliere, quæ renunciauit hypothecæ 2
bonorum certorum mariti; quia nō excluditur quoad alia bona;
quib⁹ non renunciauit, & si tertii possessores excipiant de cessio-
ne iurium, & quod non possit eos molestare, ex quo nō potest iu-
ra integra cedere; non tamen repelletur; quia sufficit, quod cedat
iura, quæ habet; secus esset, si ageret contra fideiussorem. Soc. *cōs.*
200. *Quoniā ex forma statuti. lib.2.* Negus. *de pignor. in 5. parte membr.*
3. *n.47.* Rom. *consi.472. In eo, quod, in pr. ver. primus quoniam.* † Extēde; 3
quia si plures se obligarunt, videlicet vnus primo loco, alii post,
non potest ille primus conuentus excipere de cessione iurium,
quando non ratione mutui periculi se obligarunt. Roma. *d. consi.*
472. col.1. ver. aliquando agit ipsa, & non præsumitur primus ratione
mutui periculi se obligasse, & loquitur quoad cessionem contra
omnes faciendam. † Restringe, quando plures tei simul eodem 4
tempore se obligauerunt; quia præsumuntur ratione mutui pe-
riculi se obligasse; & isto casu potest opponi exceptio cedenda-
rum, vt molestato cedantur iura contra alios. Rom. *d. consi.472. col.*
1. circa fi. ver. aliquando agit in vnum. † Restringe, quando fideiussor 5
accessit hypothecæ principalis debitoris, tunc si mulier agit con-
tra fideiussorem, potest ipsi opponi exceptio cedēdarum quoad
hypothecam. Rom. *d. consi.472. col.1 in fi. & col.2. in prin. ver. alterum*
sicut. † Amplia; quia si fideiussor renūciauit omni legum auxilio, 6
non potest vti hoc beneficio cessionis iurium; ideo compellitur
soluere, etiā, quod iura nō possint cedi. Afflict. *decis.182. circa med.*
† Contrarium vide *in verb. Renunciatio generalis, &c. Concluſ.168.* 7
† Extende multo magis, quando in specie renunciatum fuit ces- ☞
sioni iurium, seu exceptioni cedendarum actionum. Dec. *consi.27.* 8
Et pro virili. † Amplia; quia creditor, qui habet obligatos plures, si 9
ab vno exegit partem, & agat pro residuo contra fideiussorem, nō
tenetur cedere contra liberatos. Signor. *consi.42. num.6.* & hoc in-
nuit clare Bart. *in authen. hoc ita. nu.39. in fi. C. de duobus reis. ver. si vero*
acceptilatio. per text. *in l. si ex duobus ff. iudicat. solui.* † Amplia, quan- 10
do facta esset liberatio vni per acceptilationem cum pacto, quod
aliis non prodesset; quia valet, sed intelligas procedere, quando
non essent à principio socii, vel quando non contemplatione a-
liorum omnes se obligassent. Castrens. *consi.459. nu.2. & per tot.* vb-
bi pulchre declarat. † Amplia in pluribus correis; quia potest 11
creditor vnum liberare per acceptilationem reseruato sibi iure
contra alios. Castrens. *consil.169. Viso puncto. prope finem. ver sic. nec ob-*
stant allegata. lib.2. † Amplia; quia si plures fideiussores non sunt 12
socii, nec vnus contemplatione alterius se obligauit, prout in
primo fideiussore, qui de secundo ignorabat, non tenetur cede-
re iura, & non repellitur creditor, licet alium liberauerit. Ca-
strens. *d. consil.459. in fine lib.1.* & Roman. *consil.472. colum.1. ver. a-*
liquando agit ipsa. † Limita multis casibus *in ver. Exceptio cedenda-* 13
rum actionem quibus competat ad excludendum creditorem. Conclusione
386. Vide, *Cessio iurium debet fieri ex necessitate multis casibus. Conclu-* ☞
sione 211.

Exceptioni cedendarum actionum quando sit renunciatum, vel non. Concl 388.

NON † censetur renunciatum exceptioni cedendarum actio- 1
num per tutorem ex clausulis generalibus tutelę: ideo si cō-
uenitur pro administratione contutorum, potest opponere, q
sibi cedantur iura. Alexand. *consi.196. Perspectis. in fi. nu.8. lib.6.* vbi
apost. *in ver. cedendarū.* † Amplia; quia minor, & filiusfamilias, qui 2
non possunt se obligare sine curatore, & patre respectiue, si se ob-
ligant nulliter, non valet renunciatio facta in obligatione, sicut
non valet obligatio; ideo si maior factus conuenitur, potest op-
ponere quoad, alios, pro quibus conuenitur, exceptionem ce-
dendarum. Alexand. *d. consi.196. in fin lib.6.* Vide, *Renunciatio gene-* ☞
ralis facta omnibus beneficiis quid operetur. Concluſ.168.

Exceptiones dilatoriæ quæ sint, & quotuplices. Concluſ. 389.

DILATORIA † exceptio dicitur illa, quæ respicit personam 1
agentis. *l.2 in fin. & l.3. in fin. ff. de except.* Castrens. *consil.277;*
Quia probabiliter, in pr. lib.1. † Et idem quando est contra personam 2
iudicis, qui non sit, vel esse possit iudex. Bart. *in l. exceptionem. nu.7.*
Cod. de probat. † Et propterea si statutum disponat, quod vxor non 3
possit agere sine consensu mariti; & tunc maritus tenetur fideiu-
bere pro expensis, dicitur dilatoria, quæ debet opponi ante litem
contestatam, alias valet processus. Castr. *d. consi.277. in pr. & per tot.*
lib.1. vbi, quod non opposita valet processus factus sine consensu
mariti, & sine satisdatione. † Idem est in milite, qui nō potest esse 4
procu-

procurator, si opponatur ante litem contestatam, alias valebit
processus. *l. filius familiæ, §. veterani. ff. de procurat.* Castren. *dict. consil.*
1. 277. *col. 2. lib. 1.* †Idem est in monacho, in infami, in clerico gerente pro procuratore laici in foro seculari, in muliere procuratrice, &c. & similibus, de quibus Oldr. *cons. 130. n. 8. ver. sicut dicitur.* † In
contrarium facit *l. licet. C. de procur.* vbi iudicium est nullum, in quo
talis procurator interuenit; quia talis exceptio potest opponi
quandocunque, & idem in filiofamilias, qui non potest esse in
iudicio sine parte *l. cum non solum. § necessitatem. C. de bonis, quæ liber.*
† Declara; quia quando defectus concernit substantiam iudicii,
prout quod non procurator, sit procurator, vel filius, qui nullo
modo potest agere, agat, iudicium est nullum; quia deficit substantia iudicii, quod constituitur exactore, reo, & iudice; sed in aliis casibus non deficit substantia; quia persona actoris adest, licet
possit repelli, si opponatur, ita Castr. *d. cons. 277. col. 2. ver. non obstat,*
quod allegatur. lib. 2. †Declara alio modo; quia aliquæ exceptiones
sunt mere dilatoriæ, quę semper opponuntur ad processum; aliæ vero sunt dilatoriæ, & etiam peremptoriæ, & istæ possunt
opponi, & ad processum, & ad meritа. Dyn. *cons. 25. Quæstio talis est,*
nunc, per tot. & idem dicit Sign. *cons. 148. n. 6.* qui dicit, quod omnes
peremptoriæ possunt etiam ex modo proponēdi effici dilatorię.
† Amplia; quia exceptio, quando est mere declinatoria iudicii,
semper est dilatoria, licet possit etiā aliquando esse peremptoria,
prout est exceptio dilationis ad soluendum, de qua vide Mascar.
concl. 690. Exceptio dilatoria.

Exceptiones dilatoriæ, seu declinatoriæ, quādo sint proponendæ ante litem contestatam, vel non. Concl. 390.

EXceptio †inhabilis procuratoris debet proponi in prin-
cipio nondum perfecto negocio, Oldr. *cons. 317. incip. Seneca.*
ad primum, in princ. vbi loquitur in seruo procuratore, & con-
sul. Feder. de Sen. *consil. 270.* qui loquitur in clerico procuratore
non in curia seculari, & licet prohibeatur; tamē valent gesta, do-
nec opponatur, & de monacho admisso, idem Fed. *cons. 104. n. 4.*
Idem milite, muliere, & aliis plene per Oldrad. *cons. 130. n. 8. ver. sic-*
cut de milite. Vide, *Exceptio dilatoria quando, & qualiter proponen-*
da. Concl. 391. †Amplia, quod exceptio rei iudicatæ debet proponi
ante litem contestatam, alias non impedit processum ad vltterio-
ra, sed opponenti, & probanti victoriam præstat. Oldr. *cons 320.*
n. 2. nec præterea dato. † Extende in omni alia exceptione litis finitæ; quia quatenus opponatur ad processum, debet proponi ante
litem cōtestatam. Cum. *cons. 39. Si conuentus. n. 3. ver. item exceptiones.*
† Amplia; quod omnis exceptio declinatoria, prout est subre-
ptionis, rescripti, & similium, debet opponi ante litem contesta-
tam, alias non relevat. Oldr. *d. cōs. 320. n. 2. l. pen. C. de excep. in fi.* Lap.
d. allegat. 113. In causa vsuraria. nu. 2. ver. quod exceptio subreptionis. Vide, *Ex-*
ceptio subreptionis quando proponenda. Concl. 417. † Declara *in ver. In-*
competentia iudicis quando debeat opponi, vel non. Concl. 74. † Amplia in
exceptione, quę opponitur contra personam actoris, vt exactio-
nis usurarum, de qua *in c. quia frustra, de vsur.* item spoliationis, &
excommunicationis, & aliorum criminum contra personam;
quia omnes sunt dilatoriæ, & debent proponi ante litem contes-
tatam. Lap. *d. allegat. 113. In causa vsuraria. ver. so'utio, dico, & quæ sint.*
sequit. de exceptio. 8. nunc videndum. Gemin. *cons. 58. in prin. & per tot.*
† Declara, quod dilatorię debent proponi ante litem contesta-
tam, videlicet in initio iudicii, antequam fiat cœptum iudicium,
vel per litis contestationem formalem, vel per actum æquipol-
lentem, prout est iuramentum calumniæ, vel assignatio termini
ad probandum. Lap. *d. allegat. 113. ver. nec obstat, vsq; in fi.* vbi, quod ad-
uocatus non proponens dilatorias debito tempore mulctatur in
mille libras auri, & Gemin. *d. cons. 58. ver. in contrarium,* vbi, quod pri-
uilegiatus habet vim litis contestationis in causis, in quibus non
fit contestatio † Amplia, vt idem sit in exceptione procuratoris,
quando præsentatur, quod non habeat mandatum bonum, &
sufficiens; quia debet opponi ante litem contestatam, alias valēt
gesta ab eo. Calder. *cons. 106. alias. 4. de procur.* †Imo, quod sit dila-
toria, & peremptoria, quæ potest semper opponi etiam post sen-
tentiam, & non sanatur, licet non fuerit opposita. Alex. *consil. 147.*
vol. 4. & seq. ver. non obstat. lib. 6. Vide, *Procurator si egit sine manda-*
to agendo, quando valeat iudicium, vel non. Concl. 828. Vide, *Procura-*
tor adhuc qui non debuit admitti, valide agit. & quādo secus. Cōcl. 827.
† Amplia, quia in tantum est verum, dilatorias exceptiones non
admitti post litem contestatam, vel habitam pro contestata, vel
post assignationem, & lapsum termini, vt nec reparetur in causa
appellationis, in qua non poterunt iterum opponi etiam in prin-

cipio iudicii. Gemin. *d. cons. 58. in pr. ver. in contrarium.* Alex. *cons. 34.*
Consultus. n. 2. ver. secundo adhuc dico. lib. 4. vbi exemplificat in excep-
tione discussionis, & prepositationis. † Extende, vt si est statu- 11
tus, & lapsus terminus ad probādam certam dilatoriam, nedum
excludetur excipiens à tali dilatoria specificata, quam non pro-
bauit, sed etiam ab aliis. Gemin. *d. cons. 58. in prin. ver. in contrarium.*
† Extende in tantum, vt nec minori detur restitutio in integrum 12
ad opponendum dilatoriam exceptionem post litem contesta-
tam, vel in causa appellationis. Gemi. *d. cons. 58. n. 1. ver. similiter etiā*
non debet. † Amplia; quia omnes exceptiones præiudiciales solum 13
respectu processus dicuntur dilatorię, prout quando disputatur
de persona eius, q. egit, an sit talis, qui possit in iudicio audiri, pu-
ta an seruus, infamis, &c. Gemin. *cons. 66. in prin. ver. secundo præmit-*
to. † Extende; quia etiā exceptiones peremptoriæ dicuntur dila- 14
toriæ ex modo proponendi, puta si proponuntur ad processum
impediendum. Signor. *cons. 148. n. 6.* † Amplia; quia exceptio, *tua* 15
non interest, est declinatoria, & dilatoria; ideo debet proponi ante
litem contestatam. Cardi. Zabar. *cons. 7. In causa fratrum, in prin.* A-
lex. *consil. 166. In causa, & lite. nu. 3. ver. secundo dicitur. lib. 6.* vbi, quod 16
ante litem contestatam debet opponi. † Amplia; quia exceptio
pendentię litis coram alio iudice perimit iudicium secundum.
† Declara, vt non procedat, quando primum iudicium esset nul- 17
lum, vel in possessorio, secundum in petitorio, vel quando iudex
pronunciasset procedi ad vlteriora, & non fuit appellatum. Fulg.
consil. 219. Visis binis processibus, n. 1. & seq. ver. in hac autem. Vide, *Iudi-*
cium vbi cœptum est, ibi finem accipere debet. Concluſ. 487. † Amplia; 18
quia exceptio discussionis debet opponi per tertiū possessorem
ante litem contestatam, alias procedit iudiciū, & postea opponi
non potest Alex. plene *cons. 73. In causa, in pr. lib. 6.* vbi apost. *in ver.*
contestatam. dat concord. † Declara; quia non procedit in fideius- 19
sore indemnitatis. Vide, *Exceptio discussionis quando præcisam requi-*
rat discussionem. Concluſ. 405. †Extende; quia exceptio, quæ debuit 20
opponi ante litem contestatam, licet, si opponatur, impediat iu-
dicium; tamen illud procedit, quando ab vltteriori processu fuit
appellatum, alias si non appellatur, valet processus. Alex. *d. cōs. 73.*
n. 2. & seq. ver. quinimo. lib. 6. † Amplia; quia exceptiones dilatoriæ, 21
quæ debent opponi ante litem contestatam, nō possunt opponi
post litem cōtestatam, neq; in causa appellationis. Alex. *d. cons. 73.*
in pr. lib. 6. vbi dicit *communem. † Limita in exceptione, per quā * 22
quis negat contraxisse in loco, cuius ratione iudex vult procede-
re, quia potest opponi etiam post litem cōtestatam. Lap. *alleg. 10.*
n. 5. ver. tertio disputat. † Limita in exceptione excommunicationis, 23
quæ licet sit dilatoria; tamē potest opponi post litem contestatā,
& in omni parte iudicii. *c. pia, de exceptio. lib. 6.* Gemin. *d. cōs. 58. circa*
fi. ver. nec obstat c. pia. vbi, quod ratio est; quia communio excōmu-
nicati præiudicat animæ suæ, & aliorū secum participātium; imo
ratio est; quia annullat processum, & quandocunq; superueniat,
impedit processum. Floria. de S. Petro *cons. 24. n. 2. iuncto n. 16.* †Li- 24
mita; quia exceptio subiectionis potest proponi in causa appel-
lationis, quando in causa principali fuit ignoranter omissa, & non
proposita. Gemin. *dict. consil. 58. n. 1. ver. nec obstat, quod gl.* † Declara; 25
quia exceptioni dilatoriæ si est renunciatum, non potest opponi
etiam ante litem contestatam. Gemin. *d. cons. 58. n. 1. ver. præterea nec*
in causa principali. † Limita in exceptione subreptionis rescripti 26
gratiosi, vel mixti; quia ex quo subreptio reddit rescriptum nul-
lum, potest opponi in vim peremptoriæ, & dilatoriæ. Gemin. *cons.*
65. in fi. n. 27. v. & istæ exceptiones. † Limita in exceptione, *tu nō es pro-* 27
curator, vel *non es tutor*; quia licet sit dilatoria, ex quo reddit proces-
sum nullum, potest opponi quandocunq; Dyn. *consil. 25. Quæstio*
talis est. tutor. per tot. vbi, quod tollitur per captionem rati. † Limi- 28
ta; quia licet exceptio declinatoria sit proponenda ante litem cō-
testatam; tamen illud est verum, quando est nata ante litem con-
testatam; si vero oriatur post, secus est; quia potest tunc opponi
in qualibet parte iudicii, in quo nascitur. Florian. de Sancto Pe-
tro *d. cons. 24. nu. 12. ver. hoc probatur.* Castrens *cons. 2. num. 3. ver. circa*
tertium. lib. 2. & consil. 147. numer. 2. ver. secundo facit. lib. 2. † Extende 29
in exceptione impediente processum respectu inhabilitatis agē-
tis, prout in bannito, stante statuto, quod illi non fiat ius. Florian,
à Sancto Petro *d. consil. 24. per tot.* maxime *num. 2. & num. 16.* † Ex- 30
tende in exceptione discussionis, quæ debet opponi à tertio pos-
sessore ante litem contestatam; quia si superueniant bona, prin-
cipali debitori post litem contestatam, potest opponi post; quia ex
quo superuenit exceptio post litem contestatam, nō potest diui-
nare. Alex. *cons. 180. Discussis. n. 13. ver. plus dicit*, vbi pro vtraque par-
te, & hanc tuetur. *lib. 5.* & ibi apost. *in ver. poterit*; dat cum cor. & de-
clarat. † Restringe tribus modis, de quibus in certis author post 31
regulas Socini, *regul. 3. Exceptio superueniens.* † Limita; quia licet 32

exceptiones dilatoriæ debeant proponi ante litem contestatam, alias non releuent; tamen secus est, quando sunt & peremptoriæ, & dilatoriæ; quia licet non propositæ perdant effectum dilatoriæ; non tamen perdunt effectum decisionis causæ, si post litem, & ante sententiam sunt probatæ, supr. n. 2. Bart. *l. exceptionem. nu. 9. C. de probat.* † Limita quoad tertium venientem ad causam; quia 33
potest dilatorias opponere post litem contestatam. Mascar. *Concl.* 34
990. *Exceptio dilatoria. in fin.* † Limita, quando iurisdictio non est prorogabilis, prout si agatur de causa spirituali; quia potest quandocunque de ea opponi coram iudice seculari; quia sicut expresse non posset fieri prorogatio; ita minus tacite omittendo opponere exceptionem ante litem contestatam. Castren. plene *cons. 2. prope fi. ver. praterea lib. 2.* vbi dicit * communem. † Extende idem, * 35
quãdo partes per legẽ necessitantur adire certũ iudicẽ; quia non possunt prorogare iurisdictionem alterius, prout nec fit prorogatio de specie ad speciem iurisdictionis. Castr. *d. cons. 2. in fin. vers.* ☞ *& adde Bald. lib. 2.* Vide Conclus. prox. præcedent. † Generale est, 36
quod cognitio omnium exceptionum, dilatoriarum, & declinatoriarum est summaria, tam quoad processum, quam quoad probationem; ideo sufficit in ea semiplena probatio. Card. Zabar. ☞ *d. cons. 7. per tot.* Vide, *Summaria causa proprie respectu probationum* 37
quæ dicatur. Concl. 889. † Reseruantur exceptiones dilatoriæ in fine causæ, vt simul cum negotio terminentur, nisi sint litis finitæ, puta rei iudicatæ, transactionis, & iuramenti; quia aliæ non impediunt processum, licet si releuant, in decisione causæ habenda sit ratio earum. Signor. *cons. 148. num. 7. & 8.* vbi loquitur in delegato. Vide, *Exceptiones, quæ possunt reseruari in fine litis. Concluſ. 379.* ☞ Vide Soci. *reg. 17. Exceptio declinatoria, seu dilatoria,* vbi limitat multis modis. Vide etiam incertum authorem post regulas Socin. *reg. 4. Exceptiones dilatoriæ,* vbi limitat decem modis. Vide Conclusionem proximam seq.

Exceptio dilatoria quando, & qualiter proponenda, & quæ sit pœna proponentis post litem contestatam. Concl. 391.

1 EXceptio † dilatoria mere debet proponi ante litem con-
2 testatam. *l. exceptionem. C. de probat.* † Et si non opponatur ante litem contestatam, sed post litem contestatam, punitur in vna libra auri. *l. penult. C. de exception.* Castr. *cons. 277. Quia probabiliter dubitatur. in pr. lib. 1.* † Et omissa proponi ante litem cõtestatam, non 3
potest amplius opponi; quia valet processus statim, quod opponere debens non opposuit. Castr. *d. cons. 277. in prin. lib. 1.* † Et licet 4
sit regula generalis, quod non deductum in prima instantia deducam in secunda, & non probatum probabo. *l. per hanc. C. de tempor. appell.* tamen intelligitur quoad ea, quæ respiciunt merita, non autem quoad dilatorias; ideo exceptionem dilatoriam non poterit opponere ante litem contestatam in causa appellationis. Castr. *d. cons. 277. col. 2. in princ. ver. propter quod limitatur. lib. 1.* allegat text. *in l. ita demum. C. de procur.* quæ hoc dicit, & ibi Bart. & Bald. qui dicunt, quod appellatio reponit in statu, in quo erat in prima
5 instantia tempore litis contestatæ, non ante. † Limita, quia licet exceptio dilatoria possit opponi in prima instantia; non tamen potest opponi in causa appellationis, & maxime ab interloquutoria. Io. de Anan. *cons. 26. In causa nobilium. n. 9. in fin. & 10. ver. præterea non obstat.* † Extende; quia licet sit regula, quod in causa ap- 6
pellationis non propositum proponam, non deductum deducam; tamen intelligitur quoad merita, non autem quoad exceptiones dilatorias; quia si in prima instantia nõ fuit proposita exceptio dilatoria ante litem contestatam, non poterit opponi in secunda instantia ante litem contestatam. Castrens. *dict. cons. 277.* ☞ *Quia probabiliter. col. 2. in pr. ver. propter quod limitatur. lib. 1.* Vide duas Conclusiones prox. præced.

Exceptio declinatoria quando & qualiter sit proponenda. Concl. 392.

1 OPponens † declinatoriam debet semper dicere, quod non consentit in iurisdictionem, nisi si & quatenus de iure teneatur, alias potest mulctari tanquam contumax. Ang. *cons. 217. In causa accusationis. n. 2. ver. secũdo probatur,* vbi dicit, fatuum est, qui
2 declinat aliter. † Operatur hæc exceptio, quod ea non probata iudex debet pronunciare esse procedendum ad litis contestationem in negotio principali, nõ autem debet absoluere reum, prætextu, quod actor non probauerit; quia donec pendet hæc exceptio, actor ante litem contestatam in negotio principali non tenetur probare, Fulgo. *cons. 163. In causa & quæstione. in prin. ver. ad oppositam.* † Limita; quia exceptio incompetentiæ, vel rẽcusationis 3
iudicis opposita cessat, si iudex de ea cognoscit, & nihilominus ad vlteriora procedit. Roman. *consil. 220. Circa primum. num. 8. ver. tertio conclusio ista.* vbi apostilla *in ver. habita,* dat concord. & *in ver. ex parte.*

Exceptio dilatoria quid operetur. Concl. 393.

EXceptio † dilatoria licet repellat agentem, si opponatur 1
ante litem contestatam ad effectum differendi iudicii; non tamen tollit naturalem obligationem. Lap. *alleg. 53. an oporteat. n. 7. ver. ad tertium.* † Amplia, quod exceptio repellens à iudicio, vt 2
excommunicatio, vsurarum retentio, vel criminota, non tollit defensionem, & sic non repellit reum, licet repellat actorem. Lap. *alleg. 55. num. 5. ver. de quarto pater.* † Amplia; quia exceptio di- 3
latoria est modici præiudicii; ideo leuior probatio admittitur in ea, & propterea licet crimen non probetur per instrumentum, neque per famam, neque per denunciationem, probatur ad effectum dilatoriæ, ita Roman. *consil. 349. Dum quæritur. per tot.* maxime *num. 3. & seq.* vbi apostill. dat concord. † Extende; quia licet 4
quis non compellatur respondere positioni criminosæ ad effectum peremptorium; tamen tenetur respondere ad effectum dilatoriæ exceptionis. Rom. *d. cons. 349. in fin.* † Amplia; quia excep- 5
tiones dilatoriæ regulariter debent opponi ante litem contestatam, & dicitur dilatoria exceptio, *tua non interest*, licet possit opponi quandocunque. Vide, Exceptio, *tua non interest*, releuat excipientem, & quando secus. *Concl. 377.* † Limita, si extraiudicialiter exceptio proponatur; quia excommunicatus, & vsurarius 6
licet repellantur in iudicio; secus tamen est in extraiudicialibus. Lap. *d. alleg. 53. n. 4. & 5. ver. item colligitur,* vbi, quod etiam peccatis, qui nõ restituit debitum, licet habeat exceptionem, per quam creditor repelli posset.

Exceptiones impedientes litis contestationem quæ sint. Concl. 394.

TRes † sunt exceptiones, quæ impediunt litis contestatio- 1
nem, si opponantur, videlicet exceptio rei iudicatæ, transactionis, & iurisiurandi. Fed. de Sen. *cons. 166. Domina Berta. in fi.* vbi, quod exceptio rei finitæ restringitur ad has tres, & quod isto iure vtimur, & vide tex. *in c. 1. de lit. contest. in 6.* sumptum ex *l. 1. §. vlt ff ad Tertull.* Signor. *cons. 148. n. 7.* Ang. Aret. *cons. 95. In casu. in princ.* † Ex- 2
tende, vt procedat etiam in laudo; quia species transactionis est, & inducit eandem exceptionem rei iudicatæ, quæ impedit litis ingressum. Ang. Aret. *d. cons 95. In casu suprà dicto. in princ.* maxime, quando statutum dat executionem laudo, prout Ferrariæ, vt ibi *nu. 9.* † Et quod exceptio rei iudicatæ impediat litis contestatio- 3
nem, & litis ingressum. Ias. *cons. 47. lib. 3.* Crau. *cons. 204. col. 2.* Alex. *cons. 94. In causa. & lite. in prin. lib. 2.* per *c. 1. de lit. contest. in 6.* † Et op- 4
positæ ad impediendum litis ingressum, & reiectę possunt opponi ad decisionem causarum. Anchar. *cons. 372. Pro declaratione per tot.* & hoc est regulare. Fulgos. *consil 163. In causa & quæstione. in fine. vers. debuit itaque.* Angel. Aretin. *consil. 20. Visis actis. num. 20. in fine. & 21. vers. tamen ex alio.* Vide, *Exceptio rei iudicatæ, & similes reiectæ* ☞
quoad iurisdictionem possunt opponi iterum ad decisionem. Concluſ. 383. † Et quæ sint exceptiones, quæ impediunt litis ingressum. Soci. 5
consil. 38. lib. 1. versic. cum ergo de ure. † Et quod possint opponi ad 6
processum, & ad impediendam litis contestationem, & reiectæ ad hunc finem possint opponi iterum in meritis, & ad decisionem causæ. Angel. Aretin. *d. consil. 20. num. 20. in fin. cum seq. versic. tamen ex alio.* † Amplia in exceptione pacti inrati de non agendo, 7
& non petendo; quia si solum iuramentum impedit; ergo iuramentum & pactum simul magis impedient. Federic. de Sen. *consil. 183. in fin.* & est consil. d. Guisfoli. † Contrarium tenet ipse Fe- 8
deric. qui in princip. *d. consil. 183.* dicit, quod sibi plus placet contraria opinio, quod imo illa verba, *vel finitæ*, sint inculcata repetentia, videlicet altero de tribus modis, videl. re iudicata, transactione, vel iuramento, pro quo est glos. *in l. transacta ff. de verborum signif.* † Extende; quia iuramentum de non veniendo contra, si- 9
ue ex conuentione, siue sit iudiciale, operatur, quod impedit litis contestationem, si opponatur in vim dilatoriæ; si verò opponatur in vim peremptoriæ, inducit absolutoriam. Bald. *consil 39. Proponitur, quod. n. 2. & 3. lib. 5.* † Amplia; quia tres exceptiones, vi- 10
delicet rei iudicatę, transactionis, & iurisiurandi, nedum possunt opponi ante litem contestatam ad declinandum iurisdictionem, sed etiam contra rescriptum delegati opponi possunt, tanquam dilatoriæ. *cap. 1. de lit. contestat. in 6.* Federic. *consil. 222.* Geminian. *consilio 66. in princip. num. 1. versic. quædam sunt.* Cuman. *consilio 39.*

Si con-

Bi comment. nu. 3. ver. item exceptiones, vbi si opponuntur ad processum, debent opponi ante litem contestatam. † Extende; quia etiam impossunt opponi tanquam peremptoriæ, & ad decisionē causæ, licet fuerint reiectæ tanquam dilatoriæ, Federic. de Sen. *d. cōs.* 122. † Amplia in exceptione discussionis; quæ potest opponi ante litem contestatam in vim dilatoriæ, & post litem contestatam in vim peremptoriæ; & primo casu impedit processum; secūdo casu impedit sententiam; sed tamen facta etiam post conualidat processum, si respicit initium iudicii, Bald. *consil.* 150. *Casus actualiter. vor. capio secundum circa princ. lib.* 1. Vide, *Exceptio discussionis operatur multa, & quando secus. Concl.* 407. † Amplia; quia exceptio præscriptionis cum bona fide, vel titulo impedit litis contestationem; & ideo debent admitti probationes ante litem contestatam. Angel. *consil.* 161 *Viso puncto prædicto colu.* 3, *ver. venio ad vltimum.* Alexand. *consil.* 213. *Viso, & opportune. in princ. lib.* 2. vbi, quod impedit litis ingressum, & ibi apostill. *in ver. ingressum*, dat concord. † Declara; quia impedit litis ingressum, quando opponens offert incontinenti probare, alias non impedit litis ingressum, nisi iam esset admissa probatio, vel facta; quia illa debent discuti. Alex. *d. consil.* 213. *in princip. ver. & licet rei conuenti. lib.* 2. † Extende, vt idem sit in eo, qui possidet cum titulo; quia si conueniatur petitione hæreditatis excipiendo de titulo, excludit petētem, ne audiatur; neque lis potest contestari. Angel. *dict. consil.* 161. *col.* 3. *ver. venio ad vltimū*, vbi, quod fit probatio ante litem contestatam circa istas exceptiones impedientes litem contestari. † Amplia in exceptione declinatoria, quia antequam discutiatur, nō potest contestari lis in negocio principali; ideo iudex tenetur pronunciare procedendum esse ad litis contestationem, non autem potest absoluere reum, eo quod actor non probauerit; cum non teneatur probare ante litem contestatam. Fulgos. *consil.* 163. *in princip. ver. ad oppositum.* † Amplia in exceptione pendentiæ litis coram alio iudice; quia impedit litis ingressum, & contestationem, si opponitur. Felinus *in cap. exceptionem, de exceptio.* Gabr. *lib.* 2. *tit. de iudic. concl.* 1. *nu.* 12. Vide latius infra *n.* 20. † Amplia in exceptione legitimationis, & habilitatis actoris; quia opposita impedit litis ingressum. Vide, *legitimatio personarum debet fieri in omni iudicio. Conclus.* 244. † Amplia in exceptionibus refectionis expensarum; quia si sunt liquidæ, impediunt litis ingressum. Vide, *Expensarum refectio quando impedat litis ingressum. Concl.* 624. † Amplia in exceptione non impleti cōtractus vltro citroque obligatorii ex parte actoris; quia habet vim litis finitæ, & impedit ingressum litis. Castr. *in l. Iulianus. 5. offerri ff. de action. empt.* Iason *in § actionum. nu.* 139. *& seq. Instit. de action.* sequitur Cravet. *consil.* 127. *num.* 14 *& cons.* 129. *num.* 22. *con.* 148. *num.* 6. *ver. quia respondeo.* Natt. *consil.* 50. *nu.* 5. † Amplia; quia exceptio, *tua non interest.* impedit litis ingressum. Vide, Exceptio, *tua non interest.* Conclus. 377. † Idem est in exceptione suspecti iudicis, quia est dilatoria, & impedit litis ingressum. Vide, *Iudex in suspectus dicatur, causa exprimi debet. Conclus.* 423. † Idem est in exceptione litis pendentiæ; quia impedit litis ingressum; & ideo debet opponi ante litem contestatā in prima instantia, & si opponatur in secunda instantia, nihil releuat. Bald. *in l. peremptorias. ad l. C. sentent. rescind. non posse. & in authent. sed nouo iure. C. de seru. fug. & in l.* 2. *C. de pet. hered.* Felinus *in cap. exceptionem. de except.* allegat Alexand. *consil.* 105. *lib.* 3. Socin. ponit pro indubitato *in l. generaliter. ff. de except. l. ita demum.* vbi * omnes. *C. de procurator.* Vide supra *nu.* 17. *ver. Amplia in exceptione pendentiæ litis.* † Declara; quia hæc exceptio litis pendentiæ impedit litis ingressum, quando sententia lata in causa pendente faceret rem iudicatam in causa, quæ de nouo intentatur, alias non. Socinus *cons.* 94. *lib.* 3. Grammatic. *consil.* 93. *num.* 26 Socinus *consil.* 38. *num.* 7. *lib.* 1. Vide, *Litis pendentia operatur multa. Conclusio.* 474. † Idem est de pendentialitis ex compromisso, de quo vide, *Compromisso pendente an possit agi via ordinaria. Concl.* 524. † Amplia; quia exceptio tituli habiti à defuncto, quæ excludit petitionem hæreditatis, potest opponi ante litem contestatam, quæ repellit à limine iudicii, sed quia est peremptoria, potest etiam opponi, & probari post litem contestatam ad definitionem causarum. Castren. *consil.* 166. *Visis actis. colum.* 2. *post med. & per totum. ver. nec primi indices. lib.* 2. † Amplia; quia exceptio, per quam concluditur agenti non competere actionem ipso iure; de iure communi impedit litis ingressum, & libellus debet reiici. Castren. *consil.* 221. *Antequam veniam. in fin. ver. ad vltimum. lib.* 2. Socinus *consil.* 38. *lib.* 1. *ver. cum ergo de iure.* † Extende; quia omnis exceptio, per quam inciditur actori, seu accusatori ius agendi, seu accusandi non competere, opposita in initio litis, impedit litis ingressum, & prosequutionem. Roman. *concl.* 466. *Videtur primo facere. num.* 3. *ver. clarum est autem.* Vide, *Exceptio rei iudicatæ, & similis tacita quo ad iurisdictionem an admitti debeant ad decisionem. Conclus.* 383. Vide Conclus. proxim. sequent. † Amplia in exceptione dilatoria solutionis; quia est dilatoria, & peremptoria. Mascard. *conclus.* 690. *Exceptio dilatoria solutionis.* † Limita in exceptione liberationis vsurarum, vel remissionis; quia non impedit litis cōtestationem. Federic. de Senis *consil.* 166. *per tot.* vbi, quod non venit sub exceptione rei finitæ, quæ impedit litis contestationem, quia restringitur ad rem finitam per rem iudicatam, transactionem, vel iuramentū, vt supra. † Limita in exceptione præscriptionis; quia illa non impedit litis contestationem. Federic. de Senis *consil.* 183. *Domine Grissole, circa fi.* † Contrarium, quod imo impediat litis ingressum, est text. apertus *in l. sicut. in fine. C. de præscript.* 30. *vel* 40. *annor.* secundum Bald. ibi, qui dicit esse casum notandum ibi. Vide, *Præscriptio tollit obligationem ciuilem. & quid operetur. Concl.* 565. *n.* 43. *verb. amplia, quia præscriptio impedit.* † Declara, vt contrarium procedat in præscriptione cum titulo, vel bona fide. vt sup. *nu.* 13. Vide Conclusionem prox. seq.

Exceptiones, quæ repellant à litis ingressu, seu à limine iudicii, & quando. Concl. 395.

EXCEPTIO † omnis oriens à lege dicente, actionem non dabo, dicitur exceptio repellens à limine iudicii, si incontinēti probatur. Bart. *in l. nam, & postea. in princ. ff. de iureiur.* Castrens. *consil.* 166. *Visis actis. colum.* 2. *circa fi. ver. sed melius fecissent repellere. lib.* 2. vbi, quod male facit iudex, qui permittit agi etiam postea absoluendo; quia patitur defatigari. † Extende; quia exceptio tituli à defuncto habiti contra agentem petitione hæreditatis, quæ nō datur contra titulo possidentem, repellit à limine iudicii, si statim probatur, sed si statim non probatur, potest probari post litem contestatam ad decisionem causæ; quia est peremptoria, non dilatoria. Castrens. *d. consi.* 166. *n.* 2. *ver. forte enim. lib.* 2. Vide, *Hæreditatis petitio contra quos non detur, & è contra. Conclus.* 30. *num.* 56. *& multis sequentibus.* † Extende in exceptionibus rei iudicatæ, transactionis & iurisiurandi; quia si statim probantur, repellunt à limine iudicii, si ad decisionem causæ, in qualibet parte iudicii admittuntur. Castrens. *d. consi.* 166. *colum.* 3. *num.* 2. *ver. sicut videmus. lib.* 2. Alexand. *consi.* 62. *In causa, nu.* 9. *ver. tertio. quod statutum. lib* 7. † Extende; quia sunt principales exceptiones, quæ impediunt litis ingressum, rei iudicatæ, transactionis, & iuramenti, & aliæ, de quibus Vide, *Exceptiones impedientes litis contestationem quæ sint. Concl.* 394. † Extende; quia quando notorie constat de defectu iuris agentis, semper impeditur litis ingressus. Alexand. *consi.* 62. *In causa, & lite. num.* 11. *ver. item, vbi notorie. lib.* 7. vbi apostill. *in ver. ingressum*, dat concord. † Amplia; quia imo exceptiones peremptoriæ, quæ de sui natura non impediunt litis ingressum, impediunt, quando per actorem sunt narratæ, vel confessatæ; quia tunc oritur notorium ex confessione, & actis. Alexand. *cons.* 62. *num.* 12. *ver. plus dixit Bald. lib.* 7. † Extende; quia semper quod opponitur exceptio sub hac forma, *tibi ipso iure non competit actio, siue facultas agendi*, talis exceptio impedit litis ingressum. Alexand. *d. consi.* 62. *nu.* 15. *ver. insuper vbicunque. lib.* 7. † Declara extensionem, vt procedat, dummodo statim constet de oppositis. Afflict. *decis.* 52. *Quoniam*, citat & sequitur apost. ad Alexan. *d. consi.* 62. *nu.* 15. *in ver. litis.* Vide Conclus. prox præced. Vide Soci. *reg.* 18. *Exceptio peremptoria*, vbi ponit tres fallentias, quę hic sunt extensiones.

Exceptio repellens à iudicio intra quantum tempus sit probanda. Concl. 396.

EXCEPTIO † vsurarii contractus debet probari ab excipiente intra octo dies. Lap. *alleg.* 55. *in fin. n.* 10. *ver. item est aliud*, qui terminus currit à die oppositæ exceptionis, vt ibi dicit. † Amplia, vt idem sit in exceptione excommunicationis, quæ debet probari intra octo dies, alias non obstat. *cap. pia. de exceptio. lib.* 6. *cum ibi not.* Lap. *d. all.* 55. *in fi.* † Extende; quia exceptio excommunicationis non solum debet probari intra octo dies à die oppositionis, sed & debet etiam plene probari, & non datur iuramentum in supplementum, & hæc in odium opponentium per calumniam hanc exceptionem. Vide plene Mascard *Concl.* 691. *Exceptio excommunicationis.* † Declara; quia omnis exceptio proposita ad processum, & impediendum litis ingressum, debet offerri probanda statim, & in promptu, & sic arbitrio iudicis, alias si non probatur statim, vel non offeratur probatio in termino statuendo, iudex debet pronunciare procedendum esse ad vlteriora. Anchar. *consi.* 372. *nu.* 2. *& sequ. & num.* 6.

Exceptio qualiter proponi debeat, vt dicatur proposita, & quando sufficiat generalis oppositio, vel propositio, vel non. Concl. 397.

1 EXceptio † non dicitur propositа contra instrumentum, quod petitur exequi, licet eus neget narrata, prout narrantur; quia potius cõtestatur litem, quam quod excipiat. Fulg. *cons.* 2 138. *In quæstione & causa, in pr.* † Extende; quia non dicitur proposita, licet sit facta reseruatio exceptionum; quia istud nihil releuat. 3 Fulg. *dict. cons.* 138. *n.* 1. † Extende; quia excipiens verbo tantum, & extra processum non dicitur excipere contra instrumentum, vel notariatum, etiam si in allegationibus hoc allegaret; quia debuit in processu, & contínuo loco, & tempore allegare exceptionem; quia pars potuisset ꝓbare, ita Guid. Pap. *decis.* 221. *circa med.* Vide 4 Conclusionẽ prox. seq. in prin. vbi habes extensiones. † Amplia; quia exceptio in scriptis debet opponi, licet opponens non semper necessitet. Vide Soc. *reg.* 19. *Exceptio in actis redigenda*, vbi ponit regulam negatiuam, quam limitat duobus casibus, in exceptione suspicionis, & nõ numeratæ pecuniæ, quę debent fieri in scriptis. 5 † Limita; quia exceptio generalis ex sui natura continet specialẽ; & ideo si in termino fuit generalis admissa, poterit specialis post terminum, & quandocunque specificari. Dec. *cons.* 41. *n.* 14. *& seq. ver. quarto*, & maxime *n.* 18. *lib.* 3. vbi, quod productio facta verbo tantum in termino, potest facto fieri post terminum, & in specie, & quod productio generalis verbo, *saluo iure &c.* operatur, quod semper potest specificari, & trahitur ad primã generalem. Vide, *Productio iurium multiplex, & qualiter facienda. Concl.* 871. *v.* 21. *& seq.* 6 † Extende; quia de stylo curiæ tã. um releuat exceptio generalis, sicut exceptio specialis; ideo moleuit stylus, qui admittitur in Curia, *duo generalia cõtra*, verbo, *saluo iure latius excipiendi*; & sub ista exceptione continentur omnes speciales exceptiones, quę possunt quandocunq; specificari; quia præseruat ius specificandi, vt dicit Vestr. *in praxi. lib.* 5. *de positionibus. ver. verum*, vbi de pertinentia, in fi. *& eod. lib tit. de responsionib. ad positiones, ver. amplius seruatũ, & lib.* 6. *tit.* 7 *de testib.* 8. *caterum circa pr. ver. & quando inducuntur, & quo.* † Contrarium est de iure; quia exceptio debet esse certa, & specifica, nec 8 sufficit incerta, & generalis. Crauet. *cons.* 262. *n.* 2. *& seq.* † Declara stylum Curiæ, quod sufficiat dicere, *generalia contra*, verbo, *saluo iure, &c.* & quod in qualibet parte iudicij possit fieri specificatio exceptionis in specie, prout si à principio esset opposita specialis exceptio, quando ipsa exceptio est de iure dantis, vel quando non fuit aliquid oppositum cõtra talem protestationem. Vestr. *in praxi. lib.* 5. *tit. de responsio. ad positio. n.* 30. *ver. qua ratione, in fi.* † Secus est, 9 quando materia, de qua excipitur, est obiectiua, & non est de iure dantis, vt supra in restrictione, vel quãdo fuit oppositum contra talem protestationem generalem. Vestr. *d. lib.* 5. *tit. de respons. ad positio. ver. qua ratione, in fi.* Parisi. *cons.* 67. *in princ. lib.* 4. † Et quod sicuti 10 libellus generalis procedit parte nõ opponente; ita exceptio generalis procedit parte non opponente de iure communi. Ias. *in l. Titiæ textores. n.* 14. *ver. limita prædicta. ff. de leg.* 1. Corn. *cons.* 15. *n.* 27. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 119. *n.* 15. *lib.* 1. Parisi. *cons* 67. *in pr. lib.* 4. Felin. *in cap. pastoralis. n.* 14. *de exceptio.* † Declara; quia prædicta procedunt etiam in 11 summariis causis. Alex. *consil.* 31. *In causa exequationis. n.* 17. *lib.* 7. vbi, 12 quod ita fuit iudicatum Bononiæ. † Declara; quia exceptio *generalia contra*, non impugnat, sed præseruat ius impugnandi. Gabr. 13 *cons.* 40. *lib.* 1. *in fi.* vbi, quod ea intentione fit, & ita seruatur. † Declara; quia exceptio generalis habet in ventre exceptionem specialem, & parte non opponente potest specificari, sed si pars opponit contra exceptionem generalem, quod non admittatur; tunc tenetur excipiens in genere specificare. Alex. *consil.* 29. *Clarissimi. n.* 30. *& seq. ver. nec obstat si ad hoc. lib.* 7. vbi dicit etiam proce- 14 dere in summariis causis. † Restringe; quia non releuaret exceptio generalis obiectiua, quæ intra certum terminum debet specificari; quia effectus præseruatiuus non sufficeret. Vestr. *d. praxi, lib.* 5. *tit. de responsion. ad positio. vers. amplius seruatum*, & *ratus in ver. qua ratione, in fi. n.* 30. Vide, *Exceptio debet esse clara sicut actio, & quando secus. Concl.* 372. Vide, *Oppositio debet fieri intra terminum, & quid operetur. Conclus.* 159. *& Concl. ibi prox. seq.*

Exceptio competens non opposita præiudicat in multis. Concl. 398.

1 NOta, † quod non sufficit opponere in allegationibus iuris, sed debet in actis, & in termino fieri oppositio. Crauetta 2 *consil.* 596. *num.* 2. † Et vt exceptio competens dicatur opposita, necesse est, quod opponatur de præsenti, non autem sufficeret dicere, vel narrare, quod opposuit in alia instantia, nisi probetur, quod fuit opposita. Alex. *cons.* 34. *Consultus in prin. lib.* 4. † Exceptio 3 debet esse certa, & specifica, nec sufficit generalis, & incerta. Crauett. *cons.* 262. *n.* 2. *& seq.* † Iurans licet non possit venire contra 4 iuramentum, imo compelli debeat ad illius obseruantiam; si tamen non opponitur, & feratur sententia contra instrumentum iuratum, præiudicat, & valet. Lap. *alleg.* 25. *circa fi. n.* 3. *ver. circa* 4 *vsque in fin.* vbi, quod non potest dici periurus; qui agit ex sententia, non ex contractu contra iuramentum. Vide, *Consensus tacitus* ✠ *ex scientia resultans, quando sufficiat. Conclus.* 747. † Et generaliter o- 5 mnis exceptio competens quando est extrinseca, prout metus, dolus, pactum, & similia, quæ nõ sunt in eodem contractu, neq; tacite subintelliguntur, debent opponi, alias omittens opponere sibi præiudicat, ita Bart. *in l. cum qui ita. §. qui ita. ver. moueo tibi vnum dubium. ff. de verb. oblig.* quem ibi alii sequuntur. † Rescriptum dans 6 iurisdictionem conditionalem, videlicet cum causæ cognitione, licet annullet processum, & sententiam latam, non seruata forma rescripti; tamen secus est, si pars fuit præsens, & non opposuit. Lap. *alleg.* 28. *in fin.* † Procurator, qui non admittitur in iis, in quibus industria personæ est electa; ideo debens esse in consilio Cõmunis, vel Collegii, non potest per procuratorem adesse, si tamen non opponatur, & admittitur procurator, poterit admitti, qui non admitteretur facta recusatione, & oppositione. Fulg. *cons.* 7 117. *nu.* 2. † Contraria allegans licet repellatur à limine iudicii. *l. i.* 8 *C. de fur.* tamen secus est, si pars aduersa non excipit, sed vult ligere vnum de contrariis; quia potest hoc facere, quod est notatu digniũ secundum Bald. *in l. cum precum, circa fin. num.* 4. *C. de liber. causa.* † Rem iudicatam habens si iterum conueniatur, debet op- 9 ponere exceptionem rei iudicatæ; quia secunda sententia est nulla; secus si non opponat, Ant. de Butr. *cons.* 27. *n.* 2. vbi apostill. dat conc. & dicit *communẽ.* † Libellus & exceptio obscura non * 10 admittuntur, si pars opponit, & excipit, alias parte non opponente admittuntur. Corn. *cons.* 55. *n.* 27. *lib.* 3. Ruin. *cons.* 119. *nu* 15. *lib.* 5. Parisi. *cons.* 67. *in pr. lib.* 4. † Idem est in libello concepto contra plu- 11 res obligatos ex diuersa causa; quia valet parte non opponẽte, alias secus; quia inutiliter simul non possunt eodem libello cõuentiri. Ang. *cons.* 229. *Exthemate, in pr.* & idem tenet Rom. *consil.* 240. *Viso themate. col. pen. ver. nec similiter.* † Et solemnitas sententiæ & iudicii 12 præsumitur contra præsentem, & non opponentem; secus in absente. Lap. *alleg.* 44. *in pr.* Vide, *Præsentia quando præsumatur in actu,* ✠ *qui geritur, vel non. Concl.* 605. † Extende in extrajudicialibus; quia 13 cõsensus Capituli præsumitur interuenisse in vnione facta per Episcopum, si de consensu non est oppositum ante vnionem, licet constet ex instrumento, quod consensus non interuenit, si intercesserunt 30. anni. Gemin. *consil* 87. *col.* 1. *in fi. ver. nec obstat.* † Mora 14 contrahitur per interpellatum extra iudicũ, licet si ageret creditor in iudicio, posset repelli exceptione; quia sit vsuratius, vel excommunicatus. Lap. *alleg.* 53. *n.* 4. *ver. item colligitur.* † Generaliter, 15 quando actus nõ est nullius ipso iure, sed annullandus opẽ exceptionis, debet exceptio opponi, Vide, *Exceptionis ope nulla tolliuntur.* ✠ *Concl.* 400. † Pluta narrata in libello copulatiue debent verifica- 16 ri, si est oppositum cõtra libellum; secus si nihil est oppositũ; quia sufficit verificare aliquid, quod sufficiat ad cõclusionem, Lap. *alleg.* 55. *n.* 5. *ver. de hoc patet.* † Respondẽs posse oni, vel interrogatio- 17 ni, cui non tenebatur respondere, sibi præiudicat. Abb. *cons fi. n.* 4. *ver. venio nunc ad secundum. & n.* 5. *lib.* 2. † Inquisitio non procedit si- 18 ne diffamatione præcedente; ideo non valet, nisi præcedat diffamatio, &c. *c. qualiter, il* 2. *de accus.* quod intellige, si excipiatur, vel opponatur; secus si inquisitus tacens respondeat, *c.* 2. *de accus. in* 6. Rui. *cons.* 80. *n.* 3. *lib.* 4. & est *c.* 1. *de ea tusatio. in* 6. per quod ita Abb. *consil. fin. n.* 4. *lib.* 2. † Condemnatio inquisiti, qui ex forma statuti 19 inquiri non poterat post tres menses, valet, si non opposuit hanc exceptionem; quia censetur renunciare non opponendo Castren. *cons.* 17. *Potestas. in pri. ver. nunc ad alia. lib.* 1. † Declara; nisi respon- 20 sio fuerit facta per inquisitum nõ præcedente diffamatione in sui iudicis; quia tunc sibi non præiudicat respondens, Feder. de Sen. *consil.* 220. *n.* 3. *ver. non obstat si dicatur.* Vide, *Iudicis præceptum &* ✠ *iussus excusat in multis. Concl.* 476. † Procuratoris inhabilitas, veluti si hic 21 seruus, qui procurator esse non potest, debet opponi ante litem contestatam, & non opposita facit valere actum factum. Oldrad. *cons.* 317. *in princ. ver. ad primum.* idem in milite, & muliere. Oldrad. *cons.* 130. *num.* 8. *ver. sicut dicitur.* idem in clerico. Feder. de Sen. *consil.* 270. & in monacho. Feder. *cons.* 104. *n.* 4. vbi, quod si nõ est oppo- 22 sita exceptio inhabilitatis, valent gesta. † Et miles, qui non potest esse procurator, si admittatur de facto, parte nõ opponente, valent gesta ab eo. Rom. *consil.* 409. *Quo ad primũ. n.* 9. *ver. tertio prohibetur*, vbi apostilla *in ver. valet.* † Actio vbicunque non prohibe- 23 tur oritur, sed solum impeditur illius exercitium, vt in S. C. Macedoniano.

dominio, si nō opponatur, recte agitur; secus si exceptio opponatur quod agens repellitur. *l.1. in prin ff. ad Trebell.* vbi Barto. sequitur Cald. *cons.19. de constit. nu.2. in pr.* † Exequutores esse non possunt frates professi, si tamen fuerunt exequuti, parte nō opponente, valet. Feder. de Sen. *cons.293. Factum tale, in fi.* Rom. *cons.* 409. *n.6. ver. quoad secundum.* † Casus fortuitus contingens in re communi, per quem patitur exceptio, debet præcise opponi, alias non relevat; secus si liberat ipso iure; quia sufficit, quod de eo cōstet, licet non sit facta exceptio. Bald. *cons.62. alia vice, in pr. ver. secunda conclusio lib.2.* † Hæres cum beneficio legis & inuentarii non potest contenti durante tempore ad conficiendum inuentarium concessi, si opponat hoc, alias valet processus, & iudicium. Bald. *cons.340. Tria sunt, ante med. ver. allegatur etiā lib.2.* † Cōuenti nemo potest intra nouem dies, quibus mortuus est consanguineus, alias processus est nullus. *auth. vt cum. de appel. cogno. §. pen.* quod intelligit Bald. *cons.340. circ. med ver. item allegatur. lib.2.* procedere, si fuit allegatum, vel sit notum iudici. † Inuentarium factum cōram iudice incompetenti valet parte non opponente. Crau. *cons.348. n.23.* † Testes examinati nō possunt per exceptiones contra personas reprobari, si is, contra quem sunt examinati, ante illorum publicationem non fuit protestatus, & non excepit. Bal. *cons.299. In quæstione vertente, in fi. ver. item non obstat. lib.4.* Ang. *cons.296. n.3. ver. verum quia.* Cravet. *cons.596. n.3.* vbi ponit plura exempla. Vide, *Testes quando dicantur approbati circa personas, vel dicta. Concl.289.* † Imo excipiens de præsenti, & non tempore iuramenti, non dicitur excipere; & ideo testes domestici, cōtra quos non est exceptum, admittuntur, qui reprobari tur, si exceptio esset opposita Angel. de Perus. *cons.1. Porrecta n.3. & 4. ver. non obstat, & cons.296. Visis attestationibus n.3. ver. verum quia.* † Et oportio debet esse specifica, & certa, alias non releuat, cum sit generalis, & incerta, Cravet. *consi.362. n.2.* † Extēde, etiam si testis notorie esset criminosus, & exceptio esset notoria; quia debet proponi secūdum formam *c. præsentium. de testib.* quia si pars expresse non excipit, testis quantūcunq; criminosus probaret. Cyn. in *auth. si testis, in vlt. quæst. C. de testib.* Io. And. in *addit. ad Spec. tit. de teste. §. sæpe, circa pri.* sequitur Alex. *cōs.122. Vbi processus vtriusq; causæ n.8. & n.12. lib.2.* Ias. in *l. admonendi. col.9 ff. de iureiur.* † Extende; quia post publicatas attestationes nō valet exceptio contra testem; quod sit domesticus, vel familiaris inducens, seu inimicus opponentis, nisi ante is, qui opponit, protestatus fuerit, exceptiones suas, tam contra personas, quā contra dicta testium, esse saluas, & ita communiter *practicatur, vt dicunt Abb. & Barb. d. cap præsentiū, de testib.* Bald. in *l. si quis testib. C. de testib. n.3. ver. dubitatur hic*, vbi, quod cauti adducti à principio faciunt hanc protestationem, quæ releuat. † Dos, quæ non potest repeti, nisi post annum à die mortis viri, quando consistit in pecunia, intelligitur, si pars excipiat; ideo si non excipiatur intra annū, valet pretio. & exactio. Bald. *cons.186. Pūctus. primo quæritur. n.2. ver. venio ad tempus. lib.5.* † Testamentum authenticatū ex suo originali habet missionē in possessionem, & exequutionē, licet originale sit notarum, si non opponatur, ita Ias. in *l. si. C. de edict. diui Adria. tollen.* Achil. Person. *de adipisc. n.150.* & Menoch. *de adipisc. reme. 4. n.693.* Oldr. & clarius *n.699. & seq.* vbi *n.702.* dicit, quod is, contra quem producitur, diligenter aduertat ad originale, & si est vitiatū, illud reproducat iudici. † Instrumentū, contra quod nihil est oppositū, plene probat, etiā si non constet de Notariatu. Cravet. *cons.150. In causa n.2.* vbi ponit multa similia de testibus, de instrumento, de procuratore, processu, & aliis, vbi, quod si fuissent oppositæ exceptiones, repellerent. Idem Cravet. *cons.382. n.3.* vbi instrumentum non solemne probat, si non opponitur, & *cons.121. n.4.* vbi extendit, etiam si tes sit incerta, debet opponi, & idem Cravet. plenius *cons.396. in prin.* vbi in exemplo, in testibus, in scriptura non solemni, quæ probat, si non opponitur. Alex. *cons.185. lib.6. in fi.* † Idem in exemplo, quod non probat, secus, quando est productū citata parte, quæ nihil opposuit. Put. *decis.159. n.2. lib.1.* Cravet plene *cōs. 396. in princ.* † Extende, etiam si fit oppositum, quod non est mendacium, verbo tantū. Guido Pap. *decis.221. circ. med.* plene Grau. *cons.59. circ. in prin.* † Hæres agens vt talis, debet probare se talem, alias succūbit, quod intelligitur parte opponēte, alias secus. Cur. Sen. *cons.51. Præsens consultatio. ver. restat vt condescendamus. ver. quarto, quæ pars litorum.* † Exceptionem habens peremptoriā, prout est beneficium diuisionis inter plures tutores, vel alias obligatos; si tamen soluat non opposita exceptione, non poterit tanquā indebitum soluū repetere. Fulgos. *cons.134. n.3. ver. nec obstat.* † Mandatū debet produci parte opponente, secus si non opponatur exceptio mādatū, quia semper poterit produci. Fulgos. *cons.162. in fi.* † Continentiæ causarū non debent diuidi, q intelligitur, parte opponēte, alias si pars non opposuit ante litem contestatam, iudex potest procedere spreta oppositione postea facta. Ias. in *l. nulli, in 2. not. C. de iud.* sequitur Crau. *cons.60. n.5.* † Diuisio inter plures consortes, quæ debet fieri quoad omnes, intelligitur parte opponente; ideo si vnus in iudicio vocatur, & non alii, & nō opposuit, quoad illum diuisio debet fieri, quæ nō præiudicat aliis nō vocatis, sed illi soli. Crau. vbi sup. † Exceptio non opposita in termino statuti contra exequutionem instrumenti petitam nō releuat, si opponatur post terminū; ideo locus est exequutioni. Fulgos. *cons.138. In quæst. & causa, in prin.* † Extende; quia non dicitur opposita exceptio, licet negetur narrata, prout narrantur, etiam si fiat protestatio, q saluæ sint exceptiones; quia non dicitur opposita exceptio aliqua Fulg. *cons.138. nu.1.* † Spiritualitatis causa debet opponi corā laico arbitratore, alias valet arbitramentū in vim amicabilis compositionis, si non opponatur ante pronunciam. Petr. Anch. *cons 98. Istam quæstionem. nu.2. & seq.* † Priuilegium non allegans, si contra eū fertur sententia, quæ ferri non potuisset allegato priuilegio, valet, & si transit in iudicatum, cessat priuilegiū non allegatum. Card. Zab. *cons.65. in fi.* Vide, *Priuilegiū non allegans, &c. Concl.753.* † Statutum denegans audientiam non proponenti intra certū terminum suam intentionem inducit nullitatē processus, si contrarium fiat parte opponēte; si vero pars non opponat, sibi imputet; quia valet processus. Roma *cons.15. n.4. ver. aut statutum dicit.* vbi apostill. in *ver. non opposuit.* † Tortura, quæ inferri non potest, nisi data copia indiciorū, alias processus ad vlteriora redditur nullus, intelligitur, si peratur copia, & opponatur à parte, alias secus. Vide, *Tortura vt inferri possit quæ præcedere debeant. Concluſ. 326.* † Limita; quia exceptio, quod quis sine actione experiatur, etiam non opposita debeat attendi per iudicem. Alex. *cons.166. n.4. lib.6.* † Extende in tantum, vt si sententia feratur pro eo, qui sine actione experitur, sit nulla. Alex. *cons.152. n.5. vol.5.* † Extende; quia vbicunq; agitur de publica vtilitate, nō refert an exceptio sit opposita, vel nō; quia iudex debet ex officio se informare. Cardinalis Zabar. *cons.71. n.8.* vbi, quod in ris, in quibus cōsensus partium non operatur, iudex suppleret ex officio. † Extende, quia magis iudex ex officio in quibus & repellit, quādo exceptio repellens causa publicæ vtilitatis fuit per partē oppositā. Boer. *decis.171. nu 21 & 22.* † Limita; quando exceptio opposita non fuit; quia ignorabat eam sibi de facto competere. glo. in *c. si vero. §. si sententia, in verb. iudicatas. 2. q.6.* quam ibi sequitur Archid. late Io. Andr. in *c. inter monasterium, circa fin.* & ibi plenius Hentic. Boich. *n.11. in fi. cum seq. de reiud.* † Limita; quia exceptio, quæ oritur ex eodem ventre simul cum actione, semper dicitur opposita. Bar. in *l. lecta. nu.21. ff. si cert. pet.* Casiad *decis.10. de rescript.* idē Bart. in *l. eū qui, §. qui ita. ver. moueo tibi vnum dubiū ff. de verb. oblig.* Vide, *Iudex in quibus ex officio pro parte supplere debeat. Concl.397.* Vide, *Exceptiones, quæ nunquam dicuntur excluſæ. Concl.381. n.19. & seq.* † Extende, quando statutum reseruat in fine litis omnes exceptiones. Signor. *cons.185. nu.4. ver. nunc veniamus.* † Extende, quando in sententia, vel laudo reseruantur exceptiones cōpetentes; quia tunc dicūtur ex ventre oriri. Ang. Aret. *cons.122. Nulli dubium, col.2. n.1. ver. nec huic sententiæ.* † Extē de idem, quando iudex, vel statutū mādat procedi ad vlteriora, reseruatis exceptionibus, vel saluis exceptis. Bero. *cons.91. nu.16. & seq. lib.3.* † Extende, quādo est exceptio, quæ tacite inest à iure; quia potest etiam in allegationibus deduci, licet nō sit opposita. Bart. *d.l. eum qui ita. §. qui ita. ver. moueo tibi vnum dubium. ff. de verb. oblig.* † Ex. ēde in exceptionibus, quæ tacito consensu partiū non possunt renitī, vt quia sunt naturales, vel iuris publici, prout si testis esset impubes, fatuus, & naturaliter incapax, vel si excommunicatus, hereticus; quia semper possunt opponi. Io. And. in *addit. ad Specul. tit. de testib. §. sæpe, in pr.* Felin. in *c. si diligenti. col. ante penult. de foro compet.* Vide, *Productis contra se non opponens censetur approbare. Concluſ.874.* Vide, *Oppositio debet fieri intra certum terminum, & quid operetur. Concl.159.* Vide Concluſ. prox. seq.

Exceptio proposita multa operatur. Concluſ. 399.

EXCEPTIO † competens proposita congruo loco & tempore operatur, quod ea probata victoriam causæ præstat, quæ omissa nihil operabat, prout est exceptio rei iudicatæ. Oldr. *cons.320. n.4. ver. præterea dato.* † Amplia, quod exceptio opposita, vt supra, si non admittitur; præbet iustam causam appellandi. Oldrad. *cons.323. in princ.* † Amplia, vt exceptio competens proposita excuset à mora, quando est talis, quæ repellit agentem, secus si non est proposita, licet competat; quia adhuc mora contrahitur. Lap. *allegat. 53. num. 4. versic. item colligitur*, vbi, quod extraiudicialiter interpellatus incurrit moram, licet possit, si iudicialiter interpellaretur, repellere agentem tanquam vsurarium, vel excommunicatum. † Amplia, vt exceptio opposita contra libellum

libellum plura continentem operatur tacitum consensum, quod super omnibus contentis in libello procedi debeat. Lap. *all.* g. 55.
5 *n.* 6. *ver. & quod dictæ aliæ causæ.* † Amplia, quod is, qui venit contra iuramentum suum absque absolutione, repellitur, si est oppositum, & processus factus parte opponente est nullus; secus, si non
☞ opponitur. Lap. *alleg* 25. *n.* 4. *circa fi.* Vide, *Processus quando sit nullus,*
6 *& ex quibus. Conclus.* 802. † Amplia; quia exceptio proposita per inquisitum, quod non procedat diffamatio, operatur, vt contra eũ inquisitio fieri non possit. *c. qualiter, il secondo, de accusat.* secus si non
7 opponat. *c.* 2. *eod. tit. in* 6. † Amplia in eo, qui mutuauit pecunias filiofamilias, vt licet possit agere; quia actio oriri non prohibetur; tamen si opponitur exceptio, repellitur, ex *l.* 1. *in princ ff. ad Maced.*
8 Calder. incidenter ponit *cons.* 19. *de constit. n.* 2. *in pr.* † Amplia; quia opponens exceptionem, quod non audiatur agens; quia non habet mandatum, operetur, quod licet mandatum haberet, si non producitur in termino, non valet actus gestus sine productione mãdati in illo termino, in quo actus fieri debuit. Lap. *alleg.* 87. A-
* lexan. *cons.* 72. *lib.* 4. *circa fin. ver. & tanto magis*, vbi dicit * commu-
9 nem. † Amplia; quia oppositio facta, seu exceptio proposita ante factam vnionem operatur, vt licet fiat vnio, non præsumatur solemnitas, si de ea ante fuit oppositum; secus, si oppositio facta non fuit. Gemin. *cons.* 87. *col.* 1. *in fin. ver. nec obstat tex.* vbi, quod oppositio operatur, quod actus annullatur. si non constat, quod in-
☞ teruenerit solemnitas opposita. Vide, *Oppositio debet fieri intra*
10 *terminum, & quid operetur. Cõcl.* 159. † Amplia; quia exceptio opposita, quod libellus sit ineptus, operatur, quod totus processus est ineptus. & nullus, & in hoc prodest multum oppositio. Bald. *cons.*
11 217. *Verbæ libelli. n.* 2. *ver. verte si libellus. lib.* 2. † Amplia; quia licet procurator in causa criminali, vel procurator condemnatus publico iudicio non debeat admitti; si tamen fuit admissus parte non opponente, valet processus, ita quod conclusio in causa amplius nõ potest excipi; secus, si semper pars opposuit, & p. estata fuit; quia processus non valet. Bald. *cons.* 281. *Iudex formauit. n.* 5. *ver. nam cum*
12 *semper. lib.* 2. † Amplia; quia secundum decretum interpositũ contra hæredem est nullum, si non constat, quod sit hæres, tanquam super causa falsa interpositum, & hoc, quando fuit allegatum, q. est hæres, & exceptum, quod non est hæres; secus si nihil est allegatum, neque negatum; quia sufficit, q. possit probari. Bald. *consi.*
13 259. *Viso dicto puncto, circa fi. ver. dicendum est. lib.* 3. † Amplia; quia si mulier suscipiat defensionẽ alienam in iudicio, & opponatur inhabilitas mulieris, redditur iudiciũ, & sentẽtia nulla; quia perinde est, ac si esset declarata; secus si non opponatur. Sign. *cons.* 129.
14 *nu.* 3. vbi, quod multũ operatur oppositio partis. † Amplia in criminalibus; quia licet in eodem libello non possint plures accusare, & contra plures, quãdo non est interesse cõmune accusantiũ, vel ratione officii, vel dominii; tamẽ istud procedit parte opponẽte; si vero pars nõ opponat, valet accusatio. Clar. in *praxi crimin.*
* 15 *q.* 13. *in pr. ver. & hæc distinctio.* vbi dicit * cõmunem. † Extende; quia licet non possit iudex inquirere pro delicto, nisi præcedat diffamatio; tamen istud est verum parte opponente; si vero pars non opponit, & constet quandocunq;, valet processus, & inquisitio, ita
* Iul. Clar. in *praxi quæst.* 6. *n.* 9. *ver vlterius scias*, vbi dicit * communẽ.
16 † Declara totam hanc materiam, an præposteratio annullet processum, vel ne; quia si ordo præposterus annullat ipso iure, potest opponi in qualibet parte processus; si vero fiat annullatio parte opponente, debet opponi ante litem contestatam, non post, ita
17 Clar. *d. quæst.* 6. *nu.* 9. *ver. effectus autem.* † Et processus factus super accusatione porrecta ab eo, qui non potest de iure accusare, valet parte non opponente; secus si pars opposuit de nullitate. Clar. in
18 *praxi quæst.* 15. *n.* 4. *ver. sed pone.* † Limita; quia quod dicitur cumulationem plurium actionum fieri non posse parte opponente, debet intelligi, si intra terminum opponatur; secus, si extra tempus.
19 Rom. *cons.* 245. *Ad primum, in pr.* † Limita in exceptione, quæ libe-
☞ rat ipso iure; quia licet non opponatur, si de ea constat, hoc sufficit. Bald. *cons.* 62. *Alia vice, in pr. ver. secunda conclusio. lib.* 2. Vide Cõclus. prox præced.

Exceptionis ope multa tollũtur, quæ de iure procederent, si exceptio non opponatur. Concl 400.

1 OBLIGATIO † non tollitur ipso iure ex pacto de non petendo, maxime extra iudicium, sed bene oritur exceptio pacti, & si fiat parte absente, & extra iudicium, oritur exceptio doli.
2 Ægi. Bellam. *consil.* 30. *num.* 2. *&* 3. † Præscriptio licet non tollat actionem ipso iure; tamen ope exceptionis reddit illam inefficacem. Castren. *cons.* 169. *Viso puncto. num.* 3. *ver. nec obstant not per Bar.*
☞ *lib.* 2. Vide, *Præscriptio tollit obligationẽ ciuilem & alia, & quando secus.*
Conclus. 565. † Sententia lata pro eo, qui caret actione, seu exerci- 3
tio actionis, valet mero iure; secus si fuit oppositũ; quia est nulla. Crauett. *cons.* 191. *in princip.* vbi pro vtraque parte, & ita distinguit.
† Idem est in sententia lata ex falsis probationibus; quia valet 4
mero iure, licet sit rescindenda. Ias. in *l. diuus. ff. de re iud. in pr.* † Li- 5
bellus obscurus, & incertus valet mero iure parte non opponente: secus, si pars opponat; quia non valet. Castrens. *consil.* 250. *Viso*
☞ *puncto. col. fin. lib.* 2. Vide, *Libellus generalis & obscurus non procedit, nec*
admittitur, & quando secus. Conclus. 306 † Stipulatio de non facien- 6
do, si fiat contrarium etiam per hæredem ignorantem, etiam minorem valet. *l. cum filiusfamilias. §. in hac. ff. de verb oblig.* vbi Bart. in princ. vbi, quod mero iure valet, sed ex capite ignorantiæ restituitur in integrum. † Rescriptum iustitiæ, & ad contentiosa, licet 7
sit subreptitium, valet mero iure, licet per viam exceptionis annulletur. Rom. *cons.* 330, *Circa primum. num.* 3. *ver. tertio quia.* vbi de
* communi. † Contrarium videtur dicere Rom. *consil.* 245. *Ad pri-* * 8
mum. num. 2. *ver. & vltra rationes*, vbi dicit, quod paria sunt, non habere remedium, vel habere, sed ope exceptionis tolli posse, allegat text. in *l. nihil interest ff. de regul. iur.* alias dicit, quod esset imponere legem verbis. † Declara; quia in iis, quæ mero iure sunt nul- 9
la, iudex absoluit, & supplet: in iis vero, quæ valent mero iure, sed ope exceptionis annullari debent, distinguitur; quia si exceptio inest actioni, vel obligationi, vt quia incontinenti est, iudex etiam supplet: si vero non inest, iudex non supplet, si nõ opponatur, nisi vno casu, quando actor locupletaretur cum aliena iactura, vt Bart. in *l. si vnus. §. pactus ne peteret. nu.* 20. *ver. Lucius gratia. ff. de*
pact. † Amplia; quia multa lex facit valere mero iure, licet eadem 10
lex æquitate, prout medio restitutionis in integrum annullet, prout dari possunt plures instantiæ, de quibus in *ver. nullum aliquid esse, vel annullandũ differunt. Concl.* 141. † Extende; quia licet de 11
iure canonico non liceat appellare omisso medio, & si appelletur à Vicario foraneo ad Archiepiscopũ, appellatio erit nulla ope exceptionis, si opponatur, alias valebit mero iure appellatio. Abb.
cons. 45. *Videtur primo, nu.* 2. *ver. nec postremo obstat. lib.* 2. † Amplia, & 12
fac regulam; quia ea, quæ ius continent, tolluntur ipso iure, prout stipulatio secunda ipso iure tollit primam; ea vero, quæ continent factum, non tolluntur ipso iure, sed ope exceptionis, prout pactum primum tollitur per secundum ope exceptionis; ideo valet primũ mero iure, licet ope exceptionis tollatur. *l. si vnus. §. pac-*
☞ *tus, ne peteret. ff. de pact.* Vide, *Exceptio competens non opposita. Conclus.*
398. † Amplia; quia fraudulenter facta valent mero iure, licet re- 13
scindi debeant. Vide, *Fraudulenter facta valent, & quando non, secus si*
sunt simulata, & in quibus differant. Conclus. 480. † Idem est in iis, quæ 14
metu gesta sunt; quia valent, licet rescindantur. Vide, *Metus causa*
gesta tenent, sed venunt rescindenda, & quando secus. Concl. 221. † Idem 15
est in contractibus ex falsa, seu erronea causa factis; quia non sunt nulla ipso iure, sed ope exceptionis. Rom. *consil.* 517. *In casu propos-*
ta. n. 23. *ver. si vero transeat, & cons.* 520. *col. si. eod. ver.* † Limita fauore 16
dotis; quia contractus erit nullus ipso iure, licet cessante dote nõ sit nullus ex falsa causa, nisi ope exceptionis. Rom. *d. cons.* 517. *n.* 23.
☞ *ver. si vero transeat.* Vide, *Actus irritandus non dicitur nullus, & quando*
secus. Concl. 145.

Exceptio discussionis multiplex, & eius natura. Cõclusio 401.

DISCVSSIO † fit quandoque ad finem, vt primo vendan- 1
tur mobilia, secundo immobilia, tertio nomina debitorum. Bald. *cons.* 136. *Præmissis duobus statutis in fin. ver porro. lib.* 1. † Alia est 2
discussio, quæ fit contra principalem debitorem, antequam molestentur tertii possessores. Bald. *d. consil.* 136. *in fin. ver. alia est discus-*
sio. lib. 1. † Alia est, quæ fit contra principalem debitorem, ante- 3
quam conueniantur fideiussores, nisi sint in solidũ obligati. *auth.*
hoc si debitor, cum ibi not. ff. depignor. & hypothec. Bald. *cons.* 198. *Ad intel-*
ligentiam. n. 6. *ver. viso de viribus. lib.* 1. vt *in authen. de fideiussor.* † Et di- 4
citur agi de graui præiudicio respectu tertii possessoris in causa discussionis; ideo debet citari ille, contra quem esset procedendum, si discussio facta fuisset. Sign. *consil.* 57. *nu.* 8. † Declara; quia 5
exceptio discussionis est odiosa, tanquam introducta ad correctionem iuris antiqui de iure nouissimo; ideo non habet locum, nisi in casibus expressis. Bald. *consil.* 198. *circa fin. nu.* 9. *ver. item con-*
sidera. lib. 1. † Imo, q. sit de apicibus iuris, quando opponitur ad 6
ordinem processus, sed quãdo ad decisionem, sit de æquitate, infra, *num.* 16. † Appellatio datur à sententia lata super exceptione 7
discussionis, quod sit necessaria, vel non. Bald. *consil.* 192. *Proponi-*
tur. quod. num. 3. *ver. secunda dubitatio. lib.* 2. Natura exceptionis dis. 8
cussionis, quando opponitur in vim dilatoriæ, & ante litem contestatam

testatam est, quod impediat processum. Bald. cōs. 150. *Casus actuar. super. pr. item excussio. lib.* 2. & ita declarat Corn. *cons.* 55. *lib.* 3. qui dicit hoc casu exceptionem respicere quandoque processum, & 9 ordinem, quandoq; ius partis, & sic decisionem. *n.* 28. † Et regu- 1 laiter est dilatoria, quæ debet ante litem contestatam proponi. Ias. in *l. decem. nu.* 9. *ver. alia est notabilis ff. de verb. oblig.* Alex. *consil.* 34. 10 *Consultus. nu.* 2. *lib.* 4. † Et ista exceptio ad effectum dilatoriæ non habet locum in causa summaria, vt per *decis. Pedemon.* 2. *n.* 6. *& seq.* * Bar. in *l. fi. fideiussor.* §. *quidam, & in l. Quintus. ff. mand.* Doctor. * communiter in *l. fin. ff. si cert. pet. & in l. decem. ff. de verb. oblig.* † Et ista exceptio opposita tanquam dilatoria, & ad processum, dicitur de apicibus iuris. Bald. in *l. si mancipium. ff. de euict.* & ideo non procedit, 11 vbi agitur de causa summaria, vt sup. † Quandoque exceptio discussionis opponitur in vim peremptorię post litem contestatam, & tunc impedit sententiam. Bald. *cons.* 150. *Circa pr. ver. item excussio. lib.* 2. vbi dicit * communem, & dicitur opponi in vim peremptorię, quando ad decisionem causæ opponitur. Corn. *d. cons.* 55. 28 *lib.* 3. Vide, *Exceptio discussionis in quibus causis habeat locum, vel nō. Cōcl.* 404. *n.* 96. *& seq.* † Contrarium, quod imo sit semper dilatoria, & non opposita in tempus non impediat contra tertium possessore in exequi. Anch. *cons.* 317. *per tot.* & quod non opposita ante litem contestatam non releuet. Ias. in *l. fin. ff. si cert. pet.* Neguſ. *de pignor. in* 1. *membro* 8. *partiu. nu.* 43. † Et semper potest opponi in 13 via peremptoriæ, quando inest per modum conditionis, veluti, quando quis promisit incertum, vel soluere, si princi alis nō soluat. Ias. in *l. decem. n.* 10 *ff. si. cert. pet. & nu.* 19. vbi ponit rationem, & eam quod ex quo habet instar conditionis, etiam non opposita impedit. Bald. *cons.* 410. *Casus talis, ver. in contrarium. lib.* 5. quod dicitur *consil.* 485. *lib.* 5. † Contrariùm, quod solum dicta verba, *quod soluat, alias volo teneri*, important, quod si sit principalis in mora soluer, nō aurem necessariam discussionem. Bart. & Castr. in *l.* 16 *fidei. §. hæc autem verba ff. de constit. pecun.* quem §. legit Castr. sub §. *ut prætor.* † Et ista exceptio opposita ad decisionem causæ; quia respicit æquitatem hoc casu, nō est de apicibus iuris; ideo in causa summaria attenditur, plene *Pedemont. decis.* 2. *nu.* 11. *& seq.* vbi *n.* 14. distinguit, vt procedat, quando agitur contra tertium; secus si contra fideiussorem, qui se obligauit. † Et fideiussio indemnitatis videtur habere necessario in vtre discussionem, vt soluat, quod non soluet principalis, & sic in subsidium, Alex. *cons.* 29. *Clarissimi. n.* 22. *ver. tertium principale. lib.* 7. vbi videtur tenere, etiam si esset renunciatum beneficio de fideiussoribus; quia semper videtur inesse necessitas discutiendi principalem, & ita tenet ibi apostill. in 20 *ver non videtur*, quæ improbat Alex. & citat plures ad hoc. † Contra- 17 riū ex professo tenet Alex. *d. cons.* 29. *n.* 23. *& seq. per tot. ver. tamen non obstante. lib.* 7. quia ipse dicit, quod nata est obligatio; quia hæc exceptio non ordinatur ad impediendum ortum obligationis, sed tolli impediēdam exactionem, quatenus exceptio opponatur, quæ si non fuit opposita, sententia valet, & hoc, siue exceptio indemnitatis sit tacita, siue expressa. † Declarat ipse Alex. *dict. cons.* 29. *n.* 28. *ver. bene fateor. cum seq. lib.* 7. quia si promissio esset expressa, promitto, quanto minus poteris exigere à principali; tunc obligatio fideiussoris est conditionalis, & non est nata obligatio, nec quam principalis conueniatur, & isto casu non releuat renūciando beneficio de fideiussorib. & sententia esset nulla; secus, quādo fideiussio esset indemnitatis; quia nisi opponatur hæc exceptio, valet iudicium; quia nata est obligatio, & valet iudiciū parti non opponente, prout cōtra obligatum in diem. † Contra declarationem tenet apostill. ad Alex. *d. cons.* 29. *n.* 28. *ver. dixit. lib.* 7. quia non subest differentia; quia tātum importat esse fideiussorē indemnitatis, quantum fideiubere, quāto minus à principali poteris exigere. Vide, *Exceptio discussionis operatur multa. Cōcl.* 407. † Si vero proponatur post iudicium in vim dilatoriæ ad impediendum processum, inepte opponitur; & tunc nihil operatur. Bald. *cons.* 150. *circa pr. ver. item excussio. lib.* 2. Alex. *consil.* 34. *Consultus in pr.* 34. vbi, quod si opponitur in causa appellationis, prout etiam exceptio prepositerationis, quæ debuit opponi ante litem contestatam fuit tardie opponitur. † Differunt autē exceptiones istæ peremptoriæ, & dilatoriæ in multis; quia dilatoria expirat per motionem iudicii contra principalem, quia videtur facta nouatio, peremptoria non. Ias. in *d. l. decem n.* 11 *& seq. ff. de verb. oblig.*

Exceptio discussionis, vt fiat discussio, quæ requirat, & qualiter probetur. Concl. 402.

PRIMO † requiritur cōmissio per iudicem facta exequutori ad faciēdam inquisitionem ad effectum discussionis. Signor. *cons.* 57. *nu.* 5. vbi, quod non creditur nuncio, nisi circa commissa. † Imo ad bene esse melius est committere pluribus exequutoribus; quia aliqui dubitāt non credi soli exequutori; quia agitur de magno prejudicio. Signor. *d. cons.* 57. *n.* 8. † Secundo requiritur citatio partis, cōtra quam facta discussione agendum est, videlic. si est certa persona, quæ citari debet, vel incerta, citentur per proclama omnes sua interesse putantes. Signor. *d. cons.* 57. *n.* 5. *in fin. & sequ. ver. præterea posito.* vide plene per Ias. in *l. decem. nu.* 37. *& seq. ff. de verb. oblig.* quia requiritur specialis citatio omniū certorū. Neguſ. in *tract. de pignor. in* 8 *parte*, 1. *membro. nu.* 12. *& seq.* † Et ista citatio est necessaria nedum in cōmissione, sed etiam in relatione exequutoris. Signor. Homod. *d. cons.* 57. *n.* 9. *ver. ijs præsuppositis.* † Contrariū tenet Alex. *cons.* 58. *Viso. & perlecto. n.* 6. *& seq. ver. non obstat, quod Domina Bartholomæa. lib.* 5. vbi, quod sufficit citatio generalis, & quia non sunt citandi illi, qui secundario veniunt. † Tertio requiritur relatio exequutoris, quod fecerit diligentiam de reperiēdo bona talis, in tali loco, vbi verisimiliter morari cōsueuit, & bona habere posset, & quod perquisiuit à vicinis & aliis, & nihil inuenire potuit. Signor. *d. cons.* 57. *nu.* 9. *ver. facta ergo.* † Et ad videndū fieri relationē requiritur citatio partis. Sign. *d. cons.* 57. *nu.* 9. *circa med. ver. sed antequam.* † Qualis debeat esse relatio, & quid continere debeat, vide plures relationes per Sign. *d. cons.* 57. *n.* 9. *circa fi.* & pleniorem relationem. *n.* 10. † Quarto requiritur sententia iudicis declarāris excussionem esse factam. Signor. *d. cons.* 57. *n.* 6. *ver. præterea talis excussio, & n.* 10. *in fi.* vbi, quod omnino est necessaria. Neguſ. vbi sup. *n.* 11. vbi, quod contra omnes requiritur. Corn. *cons.* 55. *n.* 25. *lib.* 3. vbi, quod si non est facta declaratio cum omnibus, non nocet non vocatis. Ias. in *l. sed si. §. fi. n.* 6 *ff. de iureiu.* Rom. plene *cons.* 93. *n.* 7. *ver. quoad secundum*, vbi dicit * communem, & ibi apostilla finalis dat concor. † Citatio requiritur et ad videndum fieri declarationem istam. Signor. *d. cons.* 57. *num.* 10. † Declara, quod non sit necessaria petitio pronunciationis super ea, sed sufficiat super ea fuisse pronunciatum, tenet Alex. *consil.* 58. *Viso. nu.* 5. *& seq. ver venio nunc. lib.* 5. † Quinto requiritur, quod si pars vult docere adesse bona, quod audiatur, nisi constet, quod per calumniam differat. Sign. *d. consil.* 57. *n.* 11. † Sexto debet specifice, & in specie opponi. Alex. *cons.* 29. *Clarissimus Doctor. n.* 28. *lib.* 7. quem refert, & sequitur Neguſ *de pign. in* 8. *par.* 1. *membro n* 35. vbi, quod si non est opposita specifice, & clare, non releuat. † Declara; quia imo sufficit, quod in genere sit proposita; quia si tale factū proponitur, per quod inducatur certitudo exceptionis sufficit. Corn. *consil.* 55. *n.* 27. *lib.* 3. † Septimo, q̄ ante litem contestatam proponatur. Neguſ. *d. tract. at.* 8. *part. membro* 1. *n.* 34. † Restringe; quia dantur modi, in quibus non proposita potest proponi, de quibus per Neguſ. *de pignor.* vbi sup. *num.* 37. † Restringe ad effectum decisionis; quia tunc etiam post litē contestatam opponitur. Corn. *d. cōs.* 55. *n.* 28. *lib.* 3. Neguſ. *d. tract.* vbi supra, *nu.* 31. † Et facta excussione modo præmisso per exploratores, seu nuncios missos, qui referunt non reperiri bona debitoris, qui vult dicere in aliquo loco esse bona, debet hoc probare. Alex. *cōs.* 34. *Consultus n.* 3. *& ver. tertio ad idē. lib.* 4. † Discussio non probatur legitime facta per relationem Nuncii, vel exequutoris attestantis se fecisse diligentiam in tali loco de reperiendis bonis talis debentis, & nihil inuenisse. Sign. *cons.* 57. *Creditor volens.* vbi, quod requiritur commissio iudicis, & citatio eius, contra quem potest agi facta discussione. Ias. in *l. sed si possessori. §. fi. n.* 6 *ff. de iureiur.* Vide ad prædicta omnia, quibus modis probetur discussio, vel nō. per Mascard. *concl.* 521. *Discussio.* Vide eundem Mascard. *concl.* 737. *Facultates alicuius non sufficere.* vbi, quod eo ipso, quod quis dicit non extare, nisi talia bona, qui dicit plura extare, probet; item per famam, per instrumenta, per testes, etiam consanguineos, & per excussionem probatur.

Exceptio discussionis, quod prius cōueniatur principalis, quibus cōpetat, & contra quos. Cōcl. 403.

EXCEPTIO † quod prius conueniri debeat principalis cedens, quā cessionarius, cōpetit cessionario habenti cessionē ex titulo oneroso. Petr de Anch. *cons.* 5. *Pro parte nobilis. in pr. n.* 4. *ver. secundo ad idē.* Vide, *Fideiussor potest conueniri ante principalem quādo renunciauit beneficio. Concl.* 309. † Amplia; quia fideiussor non molestatur in hypothecaria, nisi prius excussō principali debitore. *authen hoc si debitor*, vbi gl. & Dd. *C. de pig.* † Extende; quia neq; potest capturari illius persona, nisi prius excusso principali, in tātum, q̄ si contrarium fiat, captura est nulla & debet relaxati, neq; potest pro alio debito arrestari. Alex. *cōs.* 159. *Circa primū. n.* 6. *& seq. ver. ex quibus. lib.* 2. † Amplia, vt procedat, etiā si cessio fuerit facta de hæreditate ex causa lucrativa; quia hæres semel hæres non desinit per cessionem hæreditatis esse hæres; ideo debet ipse con. eniri

ante

ante cessionarium. Pet. de Anchar *cons. 5. in princ. n. 5. vers. si vero cessio.* † Amplia; quia hypothecaria non potest agi contra tertium possessorem, nisi prius discusso principali debitore. Bald. *cons. 150. Casus actualiter. lib. 2. & cons. 279. in fin. lib. 3.* late Neguſ. *de pigno. in 8. part. 1. membr. n. 9. & seq.* vbi limitat, quando res esset primo in lite, quam in possessione tertii possessoris. Rom. *cons. 93. n. 3. ver. clarum autem.* vbi apoſtil. *in ver. possessorem*, citat plurimos, quos videas, & idem dicit Abb. *cons. 29. In quæstione. in princ. lib. 2.* Alexan. *cons. 137. In causa, & lite. n. 8. ver. nam nemini. lib. 2.* Ang. Aret. *cons. 68. n. 5. vers. nec etiam.* quod est repetitum inter consilia Alex. *cons. 138. Lancellottus. n. 2. in fin. ver. nec etiam est verum. lib. 2.* Vide, *Hypothecaria actio*

6 *vt competat, quæ debeant probari. Concl. 123.* † Extende, vt in tantum sit verum, quod ante discussionem contra principalem non possit agi contra tertium possessorem, vt si contrarium fiat, sententia sit nulla, tanquam lata contra iuris ordinem, & legis prouisio-

7 nem. *l. prolatam. C. de sentent.* † Contrarium, quod sententia lata contra tertium possessorem non discusso principali, valeat mero iure, etiam si fuit per tertium possessorem oppositum de discussione; quia est peruersio ordinis causæ ad causam, quæ non vitiat sententiam ipso iure, sed opus est appellatione. Abb. *consil. 29. In quæstione. n. 2. ver. sed prædictis non obstantibus. lib. 2.* vbi, quod non est vitium in substantia actionis; quia hypothecaria competit, & dicit non obstare exceptionem; quia paria sunt, non excipere, vel excipere, & à reiectione expressa, vel tacita non appellare; quia

8 hoc casu sententia dicitur contra ius litigatoris lata. † Declarat Alex. *d. cons. 137. n. 8. vers. tertio etiam. lib. 2.* vt si excussio non est fa-

9 cta, absolutoria ferri debeat ex isto capite. † Imo Alexan. *cons. 85. Ponderatis. n. 5. & seq. ver. confirmo. lib. 6.* dicit mirabiliter, quod licet actio personalis non possit intentari contra fideiussorem, & tertium possessorem, nisi prius discusso principali; tamen secus est, si eligat actor agere contra tertium possessorem, non citato principali; quia poterit probare creditorem principalem non esse soluendo, & obtinere, non citato principali, sed loquitur, quando habet constitutum, vbi in fin. quod renunciabit tertius possessor

10 venditori, & sic releuabitur. † Extende; quia excussio debet fieri contra principalem, vel eius hæredem; & ideo agendū est prius actione personali contra principalem, vel eum repræsentantem, ita quod si repræsentans esset hæreditas iacens, debet dari curator, alias non valeret, & discussio bonorum fit non solum hæreditariorum defuncti, sed etiam hæredum. Alex. *cons. 100. Discussis. n. 10 ver. & præsuppono. lib. 5.* † Et procedit, etiam si fuit facta semel contra hæreditatem iacentem; quia si postea adita sit per hæ-

11 redem, debet iterum fieri excussio, si opponatur cōtra hæredem, & eius bona. Alex. *d. cons. 100. n. 11. ver. fortius dico. lib. 5.* † Declara, secus esse contra fiscum; nam licet cōtra hæredem sit prius agendum; si tamen bona principalis sunt confiscata, & fiscus teneatur soluere debita; non tamen tenetur creditor excutere, vel agere prius cōtra fiscum, sicut contra hæredem, quia fiscus non est proprie hæres, sed successor vindictæ, & non repræsentat personam defuncti. Abb. *cons. 29. col. 3. n. 3. & seq. ver. nec obstat. lib. 2.* vbi, quod *auth. hoc si debitor. C. de pign.* est ius correctorium; ideo non extendi.

12 tur. † Extende; quia idem est, quando esset facta, sed non legitime; quia habetur pro non facta, vt quia legitime non sunt citati citandi, & plura alia per Alex. *d. cons. 137. n. 8. & seq. ver. & licet sit de-*

13 *ducta. lib. 2.* † Extende; quia imo etiam si semel facta fuit excussio contra principalem debitorem, & repertus est non soluendo, & propterea agere cœpit creditor hypothecarius contra tertiū possessorem, & superueniāt bona contra principalem, iterum agendum erit opponēte tertio possessore. Alex. *d. cons. 100. Discussis. n. 12. ver. quod si primo. lib. 5. & cons. 138. n. 4. lib. 2.* plenius *cons. 85. n. 2. li. 2.* & pro regula ponit Neguſ. *de pignor. in 8. par. in 1. memb. n. 10. & seq.*

14 vbi ponit regulā, & ampliat, & limitat 12. modis, vide eum. † Declara restrictionem, quando bona superuenissent principali post litem contestatam cum tertio possessore; quia cum sit exceptio dilatoria, non potest sufflagari post litem contestatam, prout te-

15 nent plures, quos refert Alex. *d. cons. 100. n. 12. lib. 5.* † Contrarium tuetur Alex. *d. cons. 100. n. 13. ver. plus dixit. cum seq. lib. 5.* quia cū non esset nata exceptio ante litem contestatam, non potest imputari

16 non opponenti, vbi apoſt. *in ver. poterit*, dat concor. † Declarat se inuoluēdo apoſt. ad Alex. *d. cons. 100. n. 13 in ver. poterit. lib. 5.* vt contra fideiussorem, quando obligatio erat pura, possit opponi, etiā post litem contestatam; secus contra tertium possessorem bonæ fidei, maxime si actum est, & obligatio non erat pura, vel liquida,

17 sed nihil allegat, vide eam. † Declara, vt procedat, quando debitor est præsens; secus si absens; quia non requiritur discussio. *d.*

18 *auth. hoc si debitor. C. de pign.* Bald. *cons. 329. in pr. lib. 3.* † Extende; quia si plures sunt rei debendi, excussio debet fieri contra omnes, an-

quam tertius possessor conueniatur. Alex. *cons. 73. In causa. in prin. lib. 6.* † Extende; quia nedum debet fieri excussio contra princi- 20
palem, sed etiam contra fideiussorem, antequam agatur contra tertium possessorem. Neguſ. *d. 8. part. art. 1. nu. 11.* & est ratio; quia principalis videtur soluendo, si fideiussor est idoneus. *l. si plures. §. præterea. ff. de fideiuss.* Bald. & Salyc. *in auth. sed hodie. C. de act. & oblig.*

† In duobus tamen reis in solidum obligatis sufficit excussio con- 21
tra vnum facta, vt possit contra tertium possessorem agere. Et ita tenent (quamuis Alex. *in l. persecutione. C. de pign.* post Bart. *in l. 2. C. quo quis ex. ord.* non audeat decidere) Bald. *cons. 198. col. 2. & cons. 149. lib. 1.* & Crauet. *cons. 77. in fi.* † Contrarium in proxima præcedenti 22
extensione, *n. 20.* † Declara; quia sufficit excussio contra vnum, 23
quando post obligationem conuenerūt, quod quilibet teneatur pro rata; quia, p illa rata poterit agi contra tertiū possessorem vno discusso. Alex. *d. cons. 73. In causa. in pr. ver. tertio respōdetur. lib. 6.* † Ex- 24
tende; quia excussio est necessaria, antequā agatur contra tertios possessores, etiam si principales sint extra iurisdictionē eiusdem domini, dummodo sint vel vicini, vel iurisdictionis confœderatæ, alias si difficile esset eos conuenire, secus esset. Alex. *cons. 84. n. 11. & seq. lib. 3.* † Extende; quia requiritur pronuncia iudicis, citato 25
specialiter principali debitore, & fideiussore, & tertio possessore. Neguſ. *d. par. 8 art. 1. n. 12. & seq.* † Extende; quia si non est facta ex- 26
cussio, nulla competit actio contra tertiū possessorem. Corn. *cons. 55 & cons. 218. col. 1. lib. 3.* Crauet. *cons. 263. col. 1. & seq.* Dec. *in l. fin. ff. si tert. pet.* † Contrariū tenet Abb. *cons. 29. n. 2. lib. 2.* vbi, quod est per- 27
uersio ordinis causæ ad causam, quæ non vitiat ipso iure, etiamsi opponatur exceptio, quando nō fuit appellatum à tacita, vel expressa reiectione. † Extende, siue hypotheca sit legalis, siue con- 28
uentionalis; quia contra tertium non agitur, nisi discusso principali. Neguſ. vbi supr. *n. 21. ver. octauo fallit.* † Extende; quia exceptio 29
discussionis habet locum etiā contra fiscum; quia in hoc non reperitur priuilegiatus. Fulg. *cons. 126. Quidā nomine Iacobus. in fi.* † Re- 30
stringe, quia tertius possessor sine discussione potest conueniri, quando principales essent adeo extranei, & de longinquo, quod esset difficile eos cōuenire; secus si possent cōueniri. Alex. *d. cons. 84. In causa. quæ vertitur. n. 11. & seq. lib. 3.* † Imo si esset absens prin- 31
cipalis debitor, tunc potest tertius possessor conueniri. Abb. *cons. 29. col. 3. v. 4. ver. tertio potest adduci. lib. 2.* † Restringe, quādo ille ter- 32
tius esset hæres debitoris, vel partem hæreditatis haberet. Neguſ. vbi supr. *nu. 16.* † Restringe, quando res fuisset alienata pendente 33
iam lite; quia conueniri potest tertius possessor. Negu. vbi *n. 17. ver. tertio fallit.* † Restringe, quando reuera constaret principalem 34
non esse soluendo, & hoc siue constet in prima, siue in secunda instātia. Ang. Aret. *cons. 68. Lancellottus. n. 6. & 7. ver. vel tertio.* † Idē, 35
si esset rebellis, & eius bona essent publicata. Abb. *cons. 29. col. 2. in fin. ver. secundo principaliter. lib. 2.* † Restringe, quādo debitor se con- 36
stituisset tenere, & possidere nomine creditoris; quia tunc ratione constituti agitur contra tertium directa, non facta excussione. Neguſ. *d. tract. n. 17. vers. quarto fallit.* quod declara, vt ibi per eum, dummodo constet de possessione constituentis tempore constituti, & quod agatur ex constituto, non hypothecaria. Soc. *cons. 82. Super quæstionib. lib. 3.* sequitur Gozad. *cons. 28. n. 15.* & quod non requiratur excussio. Ang. *in l. si col. 1. C. de acquir. poss.* Bald. *in c. cum venissent, in vltimis verbis. de restit. spol.* Ang. *in l. prætor. § hac actio. in fi. ff. vi bon. rapt. & in l. cum creditorem. ff. de pactis.* Dec. *cons. 56.* Aret. *cons. 49. Diligenter.* Alene Rom. *cons. 189. n. 9.* vbi apoſt. dat concord. & *cons. 392. n. 11.* Ang. Aret. *cons. 68. Lancellottus. n. 6. ver. vel secūdo*, vbi idem in precario. Vide, *Constitutum operatur multa. Conclus. 786.* † Idem, 37
quando pignus fuisset traditum creditori; quia licet cecidisset à possessione; tamen ager contra tertiū possessorem sine excussione. Neguſ. vbi sup. *n. 18. ver. quinto fallit.* † Declara, quod dicitur de 38
constituto, procedere durante vita cōstituentis; secus si mortuus est. Rom. *d. cons. 189. n. 9.* & ibi apoſt. fin. dat concord. † Restringe 39
in habente specialem, & generalem hypothecam in bonis possessis per tertium; quia non tenetur excutere principalem in hypotheca speciali. Negu. *d. tract. n. 20. ver. septimo fallit.* vbi declarat, nisi tertius haberet hypothecata bona eiusdem debitoris. † Re- 40
stringe, quādo actor vult docere in continenti, quod nō interest tertii possessoris allegare excussionem; quia nō adsunt alia bona principalis debitoris. Alex. *cons. 138 Lancellottus. n. 5. ver. posset etiam. lib. 2.* † Amplia; quia regulare est, quod hypothecaria non potest 41
agi, nisi prius discusso principali debitore, & vniuersali eius successore, siue sit hæres, siue curator bonis datus, siue quicunq; alius succedens, & repræsentans in vniuerso. Bald. *cons. 218. Præsupposito statuto. n. 4. ver. tertius articulus. lib. 1.* Rom. *cons. 388. in casu propositi. n. 9. vers. & quāuis regulariter.* † Extende in tantū hanc exceptionem 42
releuare, vt si fuit opposita, & iudex nō facta excussione pronunciauit

cluit in hypothecaria cõdemnando, sententia sit nulla. Bald. *cons.* 431. *Casus talis est lib.* 1. † Vide, *Exceptio discussionis operatur multa, & quando sit.* Concl. 407. † Declara; quia poterit fieri discussio p iudicem appellationis, & sententia poterit cõfirmari, quãdo ab eo non apparet, q̃ non erat succumbum. Bald. *d. cons.* 431. *in fi. lib.* 1. † Declara; quia, quando cunq; constat, quod debitor nõ erat soluendo, quando iudex scit iudicium. Rom. *d. cons.* 388. *in fi.* vbi apost. *in ver. iudicium*, dicit ẽ pendente lite; ergo, & finita. † Restringe, quando certum est debitorem non esse soluendo. Rom. *d. cons.* 388. *n.* 9. *in fi.* vbi apost. & Rom. dicit * communem. † Amplia; quia exceptio iuuatur eum, qui emit à fisco bona condemnati, nisi prius discusso fisco, quãdo fiscus omnia bona cõfiscauit; quia est loco hæredis fisci, si aliqua bona tantũ cõfiscauit. Bald. *cons.* 192. *Proponitur qu. n.* 5. *ver. tertia quæstio est lib.* 2. † Amplia; quia de iure cõmuni, 4 Anfert mihi damnũ, per quod acquiritur B. non possum agere contra B. cui acquiritur, nisi prius egero contra inferentem damnum. *l.* 1. *in pr. ff. de eo, per quem factum.* Bart. *in q.* 6. *Lap. n.* 7. *ver. septimo probatur.* † Amplia; quia secundus creditor possidens non potest molestari à priore etiã habente priorem hypothecã, nisi prius discusso principali debitore. Bal. *cons.* 278. *In causa D. Amoneti. lib.* 2. Declara; quia pronunciandũ est super discussione facta ad hoc, vt possit agi contra tertios possessores, vel in subsidiũ obligatos. Bald. *cõs.* 422. *Res dotalis lib.* 2. † Amplia; quia debitor, p causa ciuili non potest carcerari, nisi prius facta excussione bonorum, etiam si exceptio nõ sit opposita, & captura est nulla. Alex. *cons.* 159. *Circa primum. in fi. lib.* 2. vbi dat apostil. concord. *in ver. excussione*, sed dicit non seruari de cõsuetudine, vbi debitor est obligatus per instrumentum. † Amplia in primo creditore, etiam si sit fiscus, volente petere à secũdo, cui est facta solutio; quia prius debet excutere principalem secundum * communem, de qua Menoch. *cons.* 25. *in fin. lib.* 1. † Amplia; quia excussio est necessaria, vt perueniatur ad cautionem contra debitorem debitoris, ne per saltum procedatur. Bald. *in l.* 2. *n.* 7. *C. quand. fisc. vel priuat.* vbi declarat. Vide, *Creditor an possit exigere debitũ à debitore debitoris. Concl.* 1062. † Restringe, non procedat, quando creditor agit contra debitorem denuncis vtili hypothecaria, vt quia talis debitor erat obligatus cum obligatione generali facta creditori creditoris, ita Alex. *consil.* 15. *lib.* 6. Socin. *cons.* 198. *col penult. lib.* 2. Negus. *de pignor. in* 8. *part* 1. *nouiss. n.* 26. † Amplia, quando plures deputantur ad negotia filiorum, vel pupilli; quia si vnus habet mandatum speciale, alter generale, non grauatur habens vniuersale, nisi prius conueniatur habens speciale, vt notandum dicit Bald. *in l.* 2. *n.* 7. *C. quand. fiscus, priuat.* † Amplia; quia soluens ministro fisci, & probans ex scriptura priuata non auditur, nisi quia fiscus primo agit contra ministrum, postea contra non probantem soluisse ex scriptura publica. Bald. *d. l.* 2. *C. quando fiscus. n.* 7. *l.* 1. *C. de conuen. fisci. deb.* † Vide Socin. *reg.* 25. *Excussio antequam ad fideiussorem.* vbi ponit regulam fideiussore, & tertio possessore, vt non possint conueniri, non discusso principali, & limitat duodecim modis. † Limita; quia exceptio discussionis non est releuans contra creditorem agentem contra debitorem sui debitoris, quando ipse debitor expresse tacite obligatus, seu nomen ipsius debitoris fuit obligatum. Bal. *cons.* 12. *Tres sunt casus. lib.* 4. *in princ.* secus si non esset obligatum. † Restringe, vt non procedat in dote data à muliere viro suo, qui illam communicauit sociis; quia soluto matrimonio non potest ipse mulier contra socios, nisi facta discussione mariti; quia a-lienabilis æquiparatur hypothecariæ. Bald. *cons.* 443. *Quatuor erãt. nouiss. vers. & hæc vera sunt. lib.* 5. † Limita, quando bona principalis debitoris nõ possunt possideri sine magna difficultate; quia tunc debitor non intelligitur esse soluendo. Bald. *cons.* 192. *num.* 4. *vers. tertius est. lib.* 2. † Limita, quando iudicium non fundatur super hypothecaria, vel super actione, sed sup officio iudicis; quia tunc excussio non est necessaria. † Contrarium tenet Bald. *d. cons.* 192. *n.* 5. *ver & cum istud iudicium lib.* 2. † Limita, quia, quando bona principalis debitoris sunt confiscata, potest creditor agere contra fideiussorem sine discussione. Bart. *in l. fin. ff. si cert. pet.* † Contrarium tenet Bald. *d. consil.* 192. *n.* 5. *in fin. versic. sed est sciendum. lib.* 2. † Limita, quando extaret statutum, prout est Vicentiæ, quod si debitor vendat rem alteri hypothecatam, creditor non obstante alienatione predicta mittatur in possessionem cõtra emptorem, nisi doceat adesse alia bona debitoris sufficientia pro creditore. Bald. *consil.* 429. *Statuto ciuitatis. lib.* 3. vbi declarat hoc procedere, vt remedium statuti intentetur, alias non. † Limita; quia cessionarius potest conueniri non aliter discusso principali debitore, quando vocatorium est principalem esse non soluendo. Petrus de Anchar. *cons.* 5. *n.* 6. *ver. & si dicatur.* vbi allegat Bart. *in l. decem. ff. de verb. oblig.* Bald. *cons.* 198. *Ad intelligentiam. num.* 9. *ver. illud etiam circa prædicta. lib.* 1. qui loquitur in extraneo possessore contento. Bald. *d. consil.* 192. *num.* 4. *vers. secundus est. lib.* 2. Alex. *cons.* 17. *num.* 6. *ver. & si diceretur. lib.* 1. & quod tertius possessor non possit conueniri hypothecaria non excusso principali. Bald. *consil.* 279. *Factum sic proponitur. in fin. lib.* 3. *& consil.* 329. *Statuto ciuitatis. in princip. versic. in hoc fallit. lib.* 3. † Restringe, vt non procedat limitatio in paupere, qui recipit pretium rei cessæ, vel venditæ; quia si non apparet consumptum pretium, præsumitur illud habere, & locupletatus; ideo non cessat exceptio discussionis. Pet. de Anchar. *d. cons.* 5. *nu.* 4. *& 5. vers. & si cessio.* † Restringe, vt non sufficiat, quod quis fuerit pauper, & non sit soluendo de præterito; quia hoc debet probari de præsenti, ex quo quilibet præsumitur acquirere. Pet. de Anchar. *d. consil.* 5. *num.* 7. *& 8. vers. ad hoc dico.* † Limita; quia exceptio discussionis non admittitur, neque iuuat excipientem possessorem pignoris, siue sit anterior, vel non, quando secundus creditor, & qui non possidet, offert soluere creditum possidenti; quia tunc tenetur, vel offerre, & satisfacere offerenti, aut recipere solutionem oblatam, cedere iura, & liberare pignus offerenti. Bald. *cons.* 25. *In quæstione vertente. ver.* 4. *dub. n.* 3. *lib.* 1. † Limita; quia discussio omissa in prima instantia, potest fieri in causa appellationis, & sic non probatum probabo, & non deductum deducam. Alex. *cons.* 138. *Lancellottus. n.* 4. *ver.* 4. *sumus. lib.* 2. quod est Ang. Are. repetitum inter consil. eiusdem Ang. *cons.* 68. † Limita; quia exceptio discussionis non habet locum inter socios plures obligatos, vel duos reos, p rata cuiuslibet; quia ista est natura societatis, vt quilibet teneatur pro rata sua, nisi vnus solus administraret; sed tamẽ etiã illo casu censentur omnes obligati pro virili portione. Bald. *cons.* 198. *Ad intelligentiã. n.* 6. *ver. Viso de virtb. lib.* 1. & duplicatur *cons.* 453. *lib.* 5. *n.* 8. † Restringe; quia habet locum, si creditor socii velit agere contra alios socios, tanquam debitores sui debitoris. Bald. *cons.* 443. *post med. ver. & hæc vera. lib.* 5. † Limita in duobus reis in solidum obligatis; quia etiam quatenus vnus pro altero fideiubet, nõ potest allegare exceptionem discussionis contra correum, vt primo agatur contra eum in ea parte, pro qua censetur fideiussisse. Bald. *d cons.* 198. *n.* 7. *ver aut sumus in casu. lib.* 1. *& cons.* 453. *lib.* 5. vbi duplicatur. † Limita, quando agitur contra nomen debitoris hypothecatum, & obligatum; quia non requiritur excussio, secundum * communem. Alex. *cons.* 17. *Requisitus in causa. n.* 6. *ver. denique. lib.* 1. † Limitare etiam videtur Bald. *d. cons.* 198. *n.* 7. *in fi. ver. & maxime in contractibus argetariorum. lib.* 1. vt inter mercatores exceptio discussionis non possit opponi; quia est de apicibus iuris, & duplicatur *cons.* 453. *lib.* 5. Vide, *Mercatorum causæ habent multa priuilegia, & quando secus. Concl.* 207. *cum Conclus. ibi prox. seq.* † Extende, etiam si mercatores sint socii; quia is, qui recepit pecunias, debet prius conueniri. Fulg. *cons.* 203. *n.* 2. Ancha. *cons.* 332. *n.* 8. † Contrarium Rota, vt per Sarn. *decis.* 7. *lib.* 1. *inter manuscript.* † Limita; quia exceptio discussionis, vt prius conueniantur principalis, quam tertius possessor, non habet locum, quando reus principalis non potest discuti ratione suæ potentiæ. Bald. *cons.* 192. *Proponitur in quadam. n.* 4. *ver. primus est. lib.* 2. Vide plene Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de fideiuss. Conclus.* 1. *Fideiussor non tenetur non facta discussione contra principalem.* Vide Conclus. prox. seq.

Exceptio discussionis in quibus causis habeat locum, & in quibus non. Concl. 404.

DOs † si petatur à tertio, non prius discusso marito, & bonis eius, potest opponi exceptio discussionis, quæ habet locum etiam in dote. Bald. *cons.* 173. *Casus erãt quatuor. circa med. ver & hæc vera sunt. lib.* 1. vbi hanc veriorem dicit, & *cons.* 126. *Vxor agens. in pr. lib.* 2. Negus. *in tract. de pig. in* 8. *par.* 1. *memb. n.* 23 *& seq. ver. nono fallit.* vbi pro vtraq; parte, & hanc videtur tenere vti magis * commun. Alba. *cons.* 97. *n.* 13. Rom. *consil.* 187. *In repræsenti. n.* 2. Alex. *consil.* 153. *Circa litem. n.* 5. *in fin. ver. & posito. lib.* 6. Vide, *Dos restitui debet marito vergente ad inopiam. Concl.* 761 *n.* 7. *& seq.* † Extende, etiam si maritus cõstituit se nomine vxoris absentis, nemine pro ea recipiente, tenere, & possidere, vel constituit sub conditione, puta in causa restitutionis dotis; quia si antequam mulier est ablens, ceperit possessionem, vel antequam conditio euenerit, maritus alienauit alteri, mulier debet facere excussionem, antequam agat cõtra tertium, plene Alexand. *consil.* 153. *Circa litem per tot. lib.* 6. † Extende, vt procedat, etiam si dos data sit marito, qui tempore receptæ dotis erat in societate cum aliis fratribus; quia licet detur actio contra fratres socios, si fuit communicata dos per maritum ex vtili conuersione; tamen mulier debet prius excussionem facere contra bona mariti. Bald. *consil.* 443. *Quatuor erant. per totum*, maxime *in fine, lib.* 5. vbi dicit hanc veram. † Restringe in dote, quæ repetitur in eadem re data in dotem; quia tunc non requiritur

quiritur excussio. Io. de Anan. *cons.* 52. *n.* 3. † Amplia; quia procedit in societate; quia soluens, vel cõtrahens cum vno ex sociis debet prius illũ cõuenire, antequã agat contra socios. Anch. *cons.* 332. *Pro clariori. n.* 8. † Amplia cõtra eum, qui agit hypothecaria cõtra tertium possessorẽ; quia prius debet facere excussionem cõtra principalem auctorẽ, & debitorem. Bald. *cons.* 279. *Factũ sic proponitur. in fi. lib.* 3. vbi limitat, nisi esset notorium, quod nõ esset soluendo. Castr. *cons.* 175. *in pr. lib.* 2. Alex. *cons.* 212. *Ponderatis. n.* 24. *ver. Item non probat. lib.* 6. † Extende in tantum esse verum, vt nõ sufficiat, quod discussio fuerit alias facta inter alias personas; quia non sequitur, quod in futurũ nõ sit soluẽdo. Alex. *d. cons.* 212. *Ponderatis. n.* 25. *ver. & posito, quod per acta. lib.* 6. † Declara; quia si principalis est absens, vel non soluendo, non tenetur excutere eum, & propterea si egit cõtra tertiũ, qui nihil opposuit in prima, neq; in secunda instãtia, neq; in tertia, nisi in fine causæ, nõ est admittenda. Anch. *cons.* 317. *Ex prædictis.* vbi latissime, q̃ hypothecaria est nata, & potest exerceri, si nõ opponatur. † Extende, vt quod dicitur de tertio possessore, vt non possit conueniri, nisi prius excusso principali debitore, procedit, etiam nisi discussis fideiussoribus debitoris; quia non potest conueniri tertius possessor. Castr. *cons.* 175. *Ad primum in pr. lib.* 2. † Extende; quia licet nõ possit agi contra tertium bonorum possessorẽ, nisi prius discussis principali debitore, & fideiussorib. & aliis obligatis; si tamen creditor prius egit cõtra tertium possessorem; nõ tamen perdit ius suum cõueniendi debitorem, & fideiussores; quia præposteratio ordinis, si non est secuta satisfactio, non p̃iudicat. Castr. *d. cons.* 175. *in pr. & per tot. lib* 2. † Extende; quia procedit nedum in debitore principali viuente, sed etiã in hærede; quia prius debet hæres conueniri, antequã procedatur hypothecaria contra tertium possessorem. Anch *cons.* 317. *n.* 3. *ver. nõ obstat.* † Restringe in fisco, veluti si principalis debitor sit bannitus, & bona eius fisco sint incorporata, quia hoc casu fiscus potiꝰ tertius possessor, quã hæres fingitur. Anch. *d. cons.* 317. *n.* 4. vbi, quod est nouum dictum. † Contrarium tenet Anch. *cons.* 322. *nisi.* vbi se corrigit, & dicit; quia actiones personales transeũt in fiscum, debet excussio fieri, licet non teneatur vltra bona confiscata. † Restringe, quã do non constat de incorporatione aliquotũ bonorũ; quia licet fiscus semper præsumatur soluendo; tamen intelligitur pro quantitate bonorum apprehensorum. Anch. *d. cons* 317. *in fin.* † Amplia; quia fideiussor, cõtra quem sunt reseruata iura, si principalis nõ soluerit certã minorem summam redactam, nõ potest molestari, nisi prius sit facta solennis discussio cõtra principalem. Bald. *cõs.* 410. *Casus talis. ver. in contrariũ. lib* 5. quod duplicatur *cons.* 485. *eod. lib.* 5. † Et quod fideiussor regulariter nõ possit conueniri, nisi excusso principali, & quando non sit necessaria excussio, plene videas *in ver. Fideiussor potest conueniri ante principalem, & quando secus. Concl.* 394. & iunge ibi dicta cum limit. seqq. † Limita, quando promisit libere soluere ad omnẽ volũtatem creditoris. Rom. *cons.* 211. *in pr. ver. tertio quia.* † Contrarium, q̃ ista verba nõ important, quod sit sublata excussio; quia talia verba non tollunt exceptionem iustam, & quæ est de natura actus, & maxime, vbi fideiussor promisit indemnitatem creditori. Rom. *cons.* 211. *n.* 2. *& seq. ver. Quinimo.* vbi ponit alia similia, & *n.* 3. *vers. similiter nec refragatur.* † Limita; quia discussio nunquã est necessaria, quando is, qui primo debuit conueniri, non potest conueniri, nisi culpa creditoris; quia tunc potest agere contra secundum sine alia discussione. Signor. *cons.* 42. *Amplius non repetito. n.* 5. *in fi. & n.* 6. † Limita, quando fideiussor est principaliter obligatus libere, & de per se. Rom. *d. cons.* 211. *Allegationes. in pr.* Alex. *cons.* 34 *Consultus. n.* 4. *lib.* 4. † Declara, vt in limitatione seq. *n.* 22. *&* 23. † Limita, quando promisit libere omnino, & sine aliqua exceptione soluere. Rom. *d. cons.* 211. *in pr. ver. secundo quia.* † Contrarium, quando fideiussor promisit indemnitatem creditori; quia necessaria est excussio cõtra principalem, etiamsi esset renuntiatum huic beneficio. Rom. *d. consil.* 211. *n.* 2. *ver. quinimo.* vbi apost. *in ver. renuncietur*, dat concor. & dicit * commun. * & Rom. dicit ibi, hanc exceptionem, quæ est de natura actus, non esse sublatã, & dat plura exempla. † Limita, quando fideiussor renunciauit omni legũ auxilio in genere. Alex. *cons.* 29. *col. pen. n.* 33. *ver.* 2. *principaliter. lib.* 7. vbi ait secus esse, si beneficio de fideiussoribus esset renunciatum. Grat. *cons.* 126. *nu.* 4. *lib.* 1. qui loquitur, quando renunciauit huic exceptioni, & omni legum auxilio, & *cons.* 28. *n.* 16 *lib.* 1. dicit idem, quando iurauit, & renunciauit omni legũ auxilio. Alex. *d. cons.* 34. *n.* 4. *lib.* 4. † Limita, quando principalis debitor tempore, quo actum fuit contra tertium possessorem, erat absens. Rom. *cons.* 93. *Visis, quæ superius. in prin.* vbi apost. *in ver. non facta.* Vide infr. *n.* 43. *&* *seq.* † Limita, quando principalis est in alieno territorio. Grat. *cons.* 28. *num.* 17. *lib.* 1. † Limita, quando principalis esset bannitus; quia tunc non agitur primo contra eum, qui exulat. Anchar. *cons.* 317. *n.* 3. *& cons.* 294. *n.* 5. Abb. *cons.* 72. *Videtur primo. col. fi. ver.* 4. *principaliter. lib.* 2. † Extende; quia neq; agitur contra fiscum; quia dicitur potius bonorũ possessor, quam hæres. Anch. *d. cons.* 317. *n.* 4. *& cons.* 294. *n.* 7. † Limita; quia excussio non habet locum, quando notorium est principalem non esse soluendo, siue in totum, siue in partem. Ias. *d. d. decem. nu.* 27. *& seq. ff. de verb. oblig.* vbi dicit * communem. Negus. *tract. de pignor. in* 8. *part. art.* 1. *n.* 14. Grat. *cons.* 87. *n.* 23. *lib.* 1. Io. de Ana. *cons.* 52. *n.* 3. *ver.* 2. *potest responderi.* * communem dicit Ias. §. *Item si quis. n.* 68. * *Instit. de action.* Rom. *cons.* 93. *in princ. ver.* 2. *ex eo.* vbi apost. *in ver. soluendo*, & plenius *cons.* 211. *Allegationes. in pr.* vbi dicit, quod si constat non esse soluendo, non requiritur discussio, & ibi apost. *in ver. soluendo*, citat plures, & dicit hanc * communem, & plenius Roma. * *cons.* 388. *In casu proposito. n.* 9. *in fin.* vbi, quod * omnes ita tenent, & * apost. ibi. † Contrarium, quod imo etiam si constat non esse soluendo, requiratur discussio, tenet Iac. Butrig. *in auth. hoc si debitor. col fin. ver. item quæro, an si constet. C. de pignor.* vbi dicit * communem, * prout eum refert, & * communem dicit apostill. ad Rom. *d. cons.* * 211. *in ver. soluendo*, & idem Roman. ibi *num.* 3. *ver. nec refragatur.* vbi dicit * communem *in ver. cum igitur.* † Declara, quia ad hoc, vt * contra alium possit agi, necesse est, vt saltem iudicialiter constet non esse soluendo, & quod iudex hoc declaret. Rom. *d. cons.* 211. *Allegationes. num.* 3. *ver. non refragatur. & n.* 4. vbi apost. *in ver. declaratoria*, quæ dat concord. & dicit * communem, & alia *in ver. excussione*, quæ dat concord. plurimos, & dicit * communem. † Probatur etiam non esse soluendo, si ostiatim mendicet, vel si missus fecit diligentiam, & nihil est repertum, vel per ostensionem extimi. Ias. vbi supr. *n.* 33. *& seq.* vbi videas, & alios modos. Negus. vbi supra *nu* 15. † Extende, vt procedat, etiam si simus in excussione per modum conditionis: videl. si principalis non soluerit. Ias. *in l. decem. n.* 12. *ff. de verb. oblig.* † Extende, vt procedat, siue notorium sit in facto, siue in iure, veluti si fideiussio sit facta pro obligato naturaliter tantum, contra quem de iure non agitur. Ias. vbi sup. *n.* 30. *& seq.* † Declara; quia sufficit, quod constet quandocunque principalem non esse soluendo, etiam finita lite, vt dicit Roma. *cons.* 388. *in fin.* & etiam pendente lite, vt ibi apost. fin. † Declara; quia ad hoc, vt dicatur hoc notoriũ, requiritur citatio, tam principalis, quam fideiussoris. Ias. vbi supr. *n.* 27. *ver. successiue.* † Et probatur, quod non sit soluendo, si exhibeatur liber extimi, in quo non est allibratus; quia sufficit dicere, non adsunt bona, & qui dicit contrarium, probet. Ias. *d.* §. *Item si quis. n* 69. *& seq. Instit. de act.* † Restringe; quia si superueniant bona principalis debitoris ante litem contestatã, debet creditor agere contra principalem. Alex. *cons.* 100. *n.* 12 *lib.* 5. † Limita, quando principalis non esset soluendo; quia esset diues, sed difficilis ad exigẽdum, prout in tyranno. Ias. *in d. l. decem. n.* 31. *ver. per ista glos. ff. de verb. obli.* Grat. *cons.* 87 *n.* 24. *lib.* 1. † Extende in fisco; quia difficilis est, vt conueniatur, & ab eo quis possit satisfieri. Rom. *cons.* 93. *col.* 2. *ver. aterum.* vbi, quod non indiget probatione; quia ex se manifestum est. † Extẽde, vt idem sit, quando principalis est litigator rixosus, & cauillosus. Ias. vbi supr. *n.* 32. † Limita; quia excussio non est necessaria in bonis extra territorium iudicis procedentis. Negus. vbi supr. *n.* 24. † Limita; quia si principalis debitor est absens, potest agi contra tertium possessorem. Anch. *cons.* 294 *sed replicatur in princ.* Alex. *cons.* 100. *n.* 11. *lib.* 5. vbi, quod dicitur absens, quando non est in territorio, in quo fit iudicium. Ægid. Bella. *cons.* 39. *n.* 22. & supr. *n.* 25. † Extende, vt idem sit, si ambo sunt absentes, videl. principalis debitor, & tertius possessor; quia si principalis debitor longe magis abest, non potest tertius opponere discussionem. Ægid. Bella. *d. cons.* 39. *n.* 22. † Et dicitur longe magis abesse is, qui non est sub eadem iurisdictione, licet magis vicinus, quam ille, qui distat magis, sed est sub eadem iurisdictione. Ægid. *d. cons.* 39. *n.* 22. vbi datur exemplum de Delfino Regis Franciæ, qui non subest imperio, vt magis absit ab imperio, quam alius. † Extende; quia in omnibus casibus, in quibus non potest fideiussor excipere de exceptione ordinis discussionis, pariter non potest tertius possessor, vel habens pignus; quia *auth. præsente. C. de fideiussor.* trahitur ad casum §. *sed neque. auth. de fideiussor.* ita Ægid. Bellam *cons.* 9. *num.* 22. *& seq. ver. sed supposito.* † Restringe; quia si superueniat ante finem, debet fieri excussio. Alex. *d. cons.* 100. *nu.* 11. *& seq. lib.* 5. † Restringe, dummodo tertius possessor certificetur, quod contra eum agitur sine discussione; quia principalis est absens, vel non soluendo. Anchar. *cons.* 294. *in prin.* † Contrarium dicit decisiue idem Ancharan. quia cum agat creditor cõtra tertium, nata est obligatio; & ideo satis dicitur per concomitantiam hoc exprimere, *in d. consil.* 294. *per tot.* † Limita; quia discussio non est necessaria contra Fiscum, licet successerit debitori principali bannito, quia licet præsumatur soluendo; tamen

ne portius dicitur bonorum possessor, quam hæres; ideo potest conueniri, vt tertius possessor, non vt principalis ad effectū discussionis. Anch. *cons.*317. *Ex prædictis.n.*4. vbi, quod est nouū dictum, & duplicatur *cons.*294. sed replicatur. *circa fi.* & Rom. *consil.* 93. *visis, quæ superius, n.*2. *ver. secundo quia.* licet postea teneat cōtrarium, sed tamen apostill. *in ver. necessaria*, citat plurimos pro vtraque parte.† Extende maxime, quando nō apparet de aliqua apprehensione, vel incorporatione bonorum. Anch. *d. cons.*317. *in fi.* quod duplicatur *cons.*294.† Contrarium, quod imo Fiscus debeat prius conueniri; quia licet non sit proprie hæres, & non teneatur vltra bona delinquentis; tamen in eum transeunt actiones personales, & reales; ideo debet prius conueniri, quam tertius possessor. Anch. *cons.*322. *Visa dicti facti*, vbi mutat votū. Rom. *plene d. cons.*93. *n.*3. *ver. præmissis tamē. cum seq. per tot.* vbi plura allegat, & apost *in ver. necessaria*, citat plures pro vtraq; parte, & dicit *idem esse* communem.† Declara; quia hæres reputatur Fiscus, prout extraneus, & in eum transeunt iura actiue, & passiue, prout in extraneo, & non est verum, quod solum dicatur bonorum possessor. Rom. *d. cons.*93. *n.*3. *& seq. & n.*6. & ibi apostill. *in ver. extraneus.*† Extende, quando est debitor principalis bannitus cum confiscatione bonorum; quia tunc dicitur liberatus; quia extinguitur naturalis, & ciuilis actio secundum* communem, de qua Roman. *d. cons.*93. *in pr. ver.*3. *quia*, vbi, quod deficiente substātia obligationis non potest qualitas discussionis considerari; & tūc inutiliter fit discussio, & superuacanea; ideo non fit. Abb. *cons.*72. *col. fin. ver.*4. *principaliter, lib.*2.† Limita, quando adesset statutum tollēs exceptionem discussionis, (prout Florentiæ) Ioan. de Imol. *cons.*100. *in fi. n.*6. *ver. circa secundum.* Rom. *cons* 392. *Circa primum, n.*5. *& seq. ver. quoad secundum.*† Extende; quia procedit etiam quando fideiussor promisit, quod principalis obseruabit, alias de suo voluit teneri; quia per hoc non remouetur; quin statutum possit agi contra fideiussorem non discusso principali; quia dicta verba non important necessario discussionem ex natura obligationis, sed solum operantur, quod debet expectari, quod principalis sit in mora soluendi, vt declarāt Bart. & Cat. *in fi. l. si duo.* §. *hac autem verba. ff. de constit. pecun.* quem §. Castr. *legis* sub §. *ait prætor. d. legis.*† Limita, quando statutum disponit, quod procedatur summarie sola facti veritate inspecta, (prout Bononiæ in causis pupillorū, & viduarum) quia excussio non est necessaria. Io. de Ana *cons.*52. *in fi.*† Extēde; quia Florentiæ in Curia mercatorū, vbi, proceditur summarie, nō seruatur excussio; quia causa summariæ sine excussione fiunt. Bart. *in l. si fideiussor.* §. *quatum, & in l. Quintus. ff. mand.* Dd.* communiter *in l. fin. ff. si cert. pet. & ibi dicem. ff. de verb. obl.*† Et quod in Curia mercatorum nō fiat excussio; quia seruatur æquitas. Ias. *d.* §. *item si quis. n.*78. *Inst. de act.*† Et quod in causa summaria nō attendatur exceptio discussionis, neq; exceptiones, quæ sunt de apicibus Iuris. Alex *cons.*114. *Viso processu, n.*8. *ver. non obstat. lib.*6. vbi apost. *in ver. Iuris*, dat concord. sed in fine dicit non esse simpliciter verum, & bene dicit, quia si ad processum opponitur, non attenditur, si ad decisionē causæ, bene attenditur. Vide plenius infra *n.*90. *& seq.*† Declara, quia exceptio generalis non releuat, quando fuit oppositum de generalitate etiam in causa summaria. Alex. *cons.*29. *Clarissime.* 30. *& seq. ver. nec obstat. lib.*7.† Limita, quando esset debitor speciosus quia non requiritur discussio, secus si quantitatis. Ias. *d.* §. *Item Inst. de act. n.*76.† Limita, quando fideiussor cum iuramento promisit se facturum, & curaturum. Alex. *cons.*34. *Consultus, n.* 4.† Limita, quādo tertius possessor negaret possidere; quia non requiritur discussio. Ias. *d.* §. *Item si quis. n.*79. *ver. sexto, ego limito.*† Limita, quando esset facta alienatio in tertium correum, & non debitorem. Ias. vbi sup. *n.*80.† Limita, quādo opponitur exceptio discussionis, alias valet iudicium. Ias. vbi sup. *n.*81.† Limita, quia semel facta per vnum creditorem valet quoad omnes. Ias. *d.* § *Item si quis. n.*82. *Inst. de act.*† Limita, quia tertius possessor non opponit exceptionem discussionis, quando principalis nō potest conueniri, licet sit præsens, vel si non potest eo modo cōuenire principalis, quo potest tertius possessor. Ægid. Bella. *cons.* 93. *n.*22. *ver. & idem si præsens.*† Extende idem, si non potest cōuenire principalis, nisi cum maximo incommodo, vel dispendio, puta Rex Franciæ. Ægid. *d. cons.*39. *n.*22. *ver. item etiam Rex Franciæ.*† Limita; quia tertius possessor potest excipere, quod creditor prius agat reuocatoria contra venditorem, quando alienatio in fraudem. Ioan. Fabr. in suo *Breuiar. C. de pign. auth. hoc si debitor.*† Contrarium tenet Ægid. Bellam. *d. cons.*39. *n.*23. *ver. sed forte*, vbi reprobat Ioan. Fabri; quia §. *sed neq. auth. de fideiuss.* ponit casum nouum, & exorbitans, & non extendēdum extra suos casus.† Limita fauore fisci; nam Fiscus repetit à creditoribus posterioribus, quibus fuit solutum à debitore decocto, non facta discussione. Affl. *decis.*190.† Declara, vt procedat, quādo soluit debitor posteriori creditori ex causa lucratiua; secus si ex causa onerosa. Men. *cons.*25. *per tot. lib.*1. maxime *n.*11. vbi dicit magis* communem.† Extende; quia fideiussor de repræsentando nō opponit exceptionem discussionis. Bart. *in l. Si quis reum. in fi. ff. de custod. reor.* Bald. *in l. Qui crimen. n.*13. *C. de ijs qui accus. non poss.*† Extende in criminalibus. idem Bald. *in l. fideiussor.* §. *1. in fin. ff. qui satisd. cog.* Iac. de Aren. *tract. de excussio. n.*27.† Limita in nomine debitoris obligato creditori; quia aget ad illud non excusso principali, communem, & magis comm.* opinionem dicit Negus. *in tract. de pig. in* 8. *part. memb.*1. *n.*19. *ver. sexto fallit.*† Vide, *Creditor an possit exigere debitum suum à debitore sui debitoris. Concl.*1062.† Limita stante statuto Florentiæ *lib.*2. *de reiecta excussio. bonorum.*† Limita, quando fuit pronunciatum discussionem fuisse legitime factam, & à tali sententia non fuit appellatum; quia cum talis sententia sit contra ius litigatoris, præiudicat, vt audiri vlterius nō debeat. Rom. *cons.*430. *Duæ rationes, in prin.*† Limita; quia facta discussione pōt conueniri fideiussor, vel obligatus in solidum. Vide, *In solidum aliquid fieri quid operetur. Conclus.*201.† Restringe, vt non procedat, nisi creditor fuerit in negligentia exigendi; quia tunc non potest conueniri. Ias. *in l. decem. n.*25. *ff. de verb. obl.*† Limita, quādo in eodem instrumento sunt omnes in solidum, vel vt principales obligati. Alex. *cons.*29. *Clarissime. n.*35. *ver. tertio principaliter, cum seq. lib.*7. Vide, *Fideiussio multiplex, & de singulis specieb. Conclus.*290. Extende† maxime, quando in alieno instrumento sunt obligati, vt principales animo nouandi; quia non requiritur excussio. Alex. *d. cons.*29. *n.*35. *& 36. lib.*7.† Limita, quando agitur vigore instrumenti guarentigiati.† Declarat Negus. *de pign. in* 8. *part.*1. *memb. n.*32. *ver. ego autem*, vt procedat, si facta fuit traditio rei vera, vel ficta.† Limita etiam in fideiussore indemnitatis, quando promisit facere, & curare, & iurauit simul. Alex. *d. cons.*29. *n.*37. *in fi. cū seq. ver. quarto principali. lib.*7. vbi plena apost. *in ver. simul.* dat cōcord.† Limita, quando excussio est impossibilis, puta si non extat, nisi actio hypothecaria. Negus. vbi sup. *n.*33.† Limita, quando fideiussor renunciauit omni legum auxilio cum iuramento; quia nō opponit exceptionem discussionis. Alex *cons.*32. *col. pen. lib.*4. Limita† in fideiussore, qui se obligauit cum iuramento. Crau. *cons.* 613. *n.*30. Goz. *cons.*32. *nu.*14. vide quæ posui ad Bart. *in l. si is qui pro eo n.*15. *ff. de fideiuss.*† Limita, quando ex forma statuti, vel rescripti esset procedendum sola facti veritate inspecta; quia non attenduntur ea, quæ sunt de apicibus iuris, prout excussio. Alex. *consil.* 114. *Viso processu, in vlt. col. n.*9. *lib.*6. Socin. *cons.*24. *col. fin. lib.*1. Io. de Anan. *cons.*52. *in fin.* vbi, quod est optima, & vera concluſ. Alex. *cons.*58. *Viso, n.*7. *lib.*5. & supra *n.*60. *& seq.*† Cōtrarium, quod imo sit necessaria excussio. Menoch. *cons.*25. *n.*11. *lib.*1. vbi magis communem* dicit.† Extende, vt idem sit, quando procederetur ex æquitate, vel bona fide. Aret. *consil.*126. *In causa D. Antoniæ. col. fin.* Roman. *cons.*430. *Duæ rationes. n.*1. *ver. modo considerandū*, vbi apost. *in ver. debet*, dat plurimos concord.† Extende idem, si agatur inter mercatores. Aret. *d. cons.*126.† Imo, etiam si mercator fideiubeat simpliciter; quia non potest opponi exceptio discussionis propter bonam fidem, quæ exuberare debet in campsore. *Dec. Pedem. 2. n.*6. allegat Marsil. *in rubr. de fideiuss. n* 2.† Extende, vt idē sit, quando proceditur cora arbitro, & arbitratore. Aret. *d. consil.* 126. Negus. omnia prædicta, *tract. de pign. nu.*28. *& seq. in* 8. *part.*1. *memb. ver. decimo fallit.* M. Ant. Blanchus *in tract. de compromiss q.*1. *circa fin.* vbi late *n.*47.† Restringe; quando respicit ius partis; secus si ordinem processus; quia cum sit de mero rigore, quando respicit ordinem processus, non admittitur stante statuto, vt supra; secus quoad decisionem causæ; quia tunc respicit æquitatē. Corn. *cons.*55. *Visis, & diligenter. col.*10. *n.*18. *lib.*3. *ver. nec etiam obstat*, late Negus. *d. tract. part.*8. *n.*31. *ver. ego puto.* sequitur Blanch. *in tract. de compromiss. q.*1. *num.*47. *& seq.* maxime *ver. reperio, quod Ant. Negus.* Cach. *decis.*2 *Pedem. n.*11. *& seq.* & sequitur apost. ad Rom. *d. consil.* 430. *in ver. debet*, quæ citat eosdem.† Declara; quia ad effectū decisionis admittitur, etiam si fuit opposita ante litem contestatā, & reiecta quoad processum; quia nō erit reiecta quoad decisionem. Blanc. *d. tract. q.*1. *circa fin. fol.*39. *ver. si vero formato.* Crau. *cons.* 263. *n.*3. *& seq.*† Item dicit, si nullo modo fuit opposita; quia poterit opponi in qualibet parte iudicii ad decisionem, Blanch. *d. tract. q.*1. *n.*49.† Declara; quia imo ad effectum decisionis, ne tertius possessor, vel fideiussor condemnetur; sufficit, quod iudex sciat non competere actionem; quia si non est probata inopia debitoris principalis, debet absoluere iudex. Bald *in l.*2. *C. comm diuid.* bi dicit esse notandum, sequitur Blanch. *in d. tract. de compromiss q.*1. *circa fin. ver. si vero formato.* & faciunt not. per Ias. *in l.*

eum qui ita.§.qui ita,il 1.circa fin.n.15.ff.de verb.obl.ver.sortius tenet Cu-
100 *man.*†Declara alio modo;quia quoad tertium possessorem, qui non est obligatus facto suo,exceptio ad merita causæ obstat,qñ extat statutum prædictum fideiussori non obstat; quia cum sciuerit extare statutum,& se obligauerit,sibi imputet; & idem in tertio,si sciuit obligationem,antequã emeret;ita distinguit pulchre *d.decis.Pedem.2.circa fi.*& melius Crau.*cons.*263 *n.3.& seq.*vbi
☞ infinitos adducit,& respondet ad contraria.Vide,*Exceptio discus-*
101 *sionis multiplex.Conclus.*401.*n.*12.*& seq.*†Limita,quando constitutum simplex factum est per debitorẽ; quia licet alienauerit tertio,potest exerceri constitutũ contra tertium non excusso principali.Negus.*de pign.in* 8.*part* 1.*memb.n*.17. duobus concurrentibus,quod probetur possessio constituentis tempore constituti, item quod intentetur remedium,*l.fin.C.de acq.poss.*nõ autem hypothecaria.Rom.*cons.*189.*Stante primo quæsito,ad fin.*vbi loquitur in constituto,vel precario,prout etiã in precario affirmant multi,& ibi apostil.*in ver.excludit*,quæ dat concord.ita Iacob.Butrig. & Ang.*in d.l.fin.*idem Iac.Butrig.*in auth.hoc si debitor.C de pign.& in auth.sed hodie.C.de act.& oblig.*Bald.*in l.*1.*C.de revocan.iis, quæ in frau.& in l.*1.§.*fin.cum l.seq.ff.pro socio, in lect. antiq.* & de constituto plene Alex.*cons.*70.*n.*3.*lib.*5.*& cons.*85.*n.*2.*lib.*6. iterũ *cons.*73.*n.*11.*lib.* 5.& hanc partem tenet Socin.*reg.*26.*Executio sententiæ in* 1.*fallẽtia.*
☞ Vide,*Constitutum operatur multa.Concl.*782.*in prin.* Extende,vt
102 †idem sit in precario per supra proxime allegata. Dd. *in l.exitus controuersie,ad fin.ff.de acq.poss.*Corn.*cons.*128.*Excogitabam.lib.*2.A[illegible].& Ias.*in* §.*item si quis in fraudem,Instit.de act.n.*77.vbi, ꝙ communiter constitutum apponitur.Alex.*cons.*70.*Videretur.n.*3.*lib.*
103 5. † Contrarium in precario dicit Corn.*cons.*55.*Visis diligenter.lib.* 3.vbi, quod *l.fi.C de acq.poss.*non procedit in precario,sed solum
104 in constituto.†Declara: Rom.*d.cons.*189.*in fin.*vt in precario habeat locum eo durante;secus eo finito per mortem,& ibi apost. fin.*in ver.durante*,dat concord.Vide plenius,*Constitutum operatur*
☞ *multa.d.Concl.*782.*in pr.vsq; ad n.*15. Vide Soc.*reg.*25.*Excussio ante-quam ad fideiussorem*,vbi limitat 12.modis.

Exceptio discussionis quando præcisam requirat discussionem. Conclus.405.

1 QVANDO †obligatio principalis,vel fideiussoris est cõditionalis de soluendo, quod nõ poterit consequi ab alio debitore,dicitur præcisa,& necessaria,adeo ꝙ creditor agere nõ poterit,nisi prius excusso principali debitore,vt sciri possit quid,&
☞ quantum ex eo non potuerit.*l.decem.ff.de verb.obl.* Vide, *Fideiussor*
2 *quando non possit conueniri Concl.*305. † Extende,vt procedat,quãdo quis se obligat sub conditione ad soluendum illud, ꝙ facta discussione debitoris principalis defecerit,ꝙ satisfactione certæ summæ;quia ante factam discussionem obligatio conditionalis nihil ponit in esse,vt possit conueniri ante.Alex.*cons.*49.*Inspectis,*
☞ *& ponderatis,in pr.lib.*2.Vide,*Conditio ex quibus purificetur,vel pro pu-*
3 *rificata habeatur.Concl.*596. † Amplia,vt procedat,etiam si obligatus sub conditione ad soluendum quicquid facta discussione bonorũ debitoris defuerit pro solutione debiti, etiam si sit conuentum,quod discussio fieri debeat per creditorem expẽsis obligati sub conditione;quia donec stetit per creditorem, qui debuit facere discussionẽ,& non fecit,habetur pro facta in sui præiudicium,vel non facta.Alex.*d.cons.*49.*in pr.* maxime *nu.*2.*ver.se-*
4 *cundo.lib.*2.*& in fin.* † Extende, etiam si obligatus non soluit expensas ad excussionem necessarias;quia cum non adsit dies,debuit interpellari prius;item quia cum expensæ non essent liquidæ,non potuit dici constitutus in mora. Alex.*d. cons.*49.*n* 2.*in fi.*
☞ *& 3.ver.tertio quia.lib.*2.Vide,*Mora non contrahitur ab obligato sub cõ-*
5 *ditione.Concl.*375.†Extende;quia etiam si interpellatio non fuisset necessaria;adhuc tamen creditor agere non potest;quia quãdo duo sunt obligati ad aliquid faciendum,is, qui vult agere & aduersarium in mora constituere,debet prius implere, alias nõ auditur.Alex.*d.cons.*49.*n.*4.*ver.quarto quia dato.lib.*2.vbi apost.citat Alex.*cons.*119.*lib.*1.& idem Alex.*cons.*122.*n.*18.*lib.*2.& Anch. *cons.*86.*in pr.*vbi etiam, quod non sufficit verbalis oblatio facta.
☞ Ias.*in l.eum qui ita.§.qui ita.n.*12.*ff.de verb.obl.* Dec. *in l.filia licet.C.de*
*collat.*Crau.*cons.*151.*n.*10.Vide,*Implere debet actor cõ.ractum ex parte*
6 *sua.Concl.*50.† Imo non releuaret allegare,vel probare impedimentum,nisi simul probet se tantum fecisse, quod nisi impedimentum fuisset,impleuisset.Alex.*d.cons.*49.*n* 5.*ver.accedit quia.*
*lib.*2.vbi apost.*in ver.adimpleuissent*,dat plures concor.quibus adde Decian.*in c.fi.n.*4.*de appellat.*& apost.ad Alex.*cons.*114.*lib.*5. Vi-
☞ de,*Impedimentum legitimum excusat impeditum.Concl.*29.† Amplia,
7 vt procedat etiam in fideiussore indemnitatis.Alex.*in l.si ego, in*
*princ.col.*4.& ibi Ias.& alii.*ff si cert.pet.*idem Ias.*in l.decem.n.*10.*ff.de verb.obl.*sequitur apost.ad Alex.*cons.*34.*lib.*4.*in ver.dilatoria,*& plenius ad *cons.*29.eiusd.Alex.*lib.*7.*n.*24.*in ver.non videtur.* & reddit rationem; quia non potest condemnari, nisi ad conseruandum creditorem in eo,quod debitor non potest soluere, & sic indemnem.†Contrarium tenet Alex.*d.cons.*29.*n.*23.*& seq.lib.*7.quod
8 est repetitum *lib.*4.*cons.*32. vbi late tuetur,quod si non opposuit exceptionem,potest condemnari;quia dicit, quod talis fideiussor statim obligatur, & statim contra eum nata est actio , licet suspendatur exactio non per modum condemnationis, sed per modum causæ, & licet videatur inesse tacita conditio exactionis;tamen non est obligationi; & dicit secus esse in fideiussione, quanto minus à principali exigi poterit;quia bene isto casu semper excussio erit facienda.†Declarat apost.ad Alex.*d.cons.*29.*nu.*
9 24.*lib.*7.*in ver.dixit*,quod ista est verbalis differẽtia,& quod imo idem in effectu importat fideiussio indemnitatis,vt per Alex.& alios *d.l.fi.ff si cert.pet.*† Amplia; quia excussio,seu discussio debet
10 omnino fieri, quãdo est super incerto,ita,quod non releuat renunciatio,veluti si quis promittat,quanto minoris creditor cõsequi poterit à principali; quia necessaria est excussio propter conditionalem promissionem.Ias.*in d.l.decem. n.*5.*&* 6.*ff.de verb. oblig.& n.*19.vbi ponit rationem. † Extende,vt idem sit,quando
11 promissio esset conseruandi indemnem, vel si Titius nõ soluat; quia ineſt conditio,ne prius conueniatur.Ias.*d.l.decem.n.*8.*& seq. ff.de verb.obl.*† Restringe,quãdo esset notorium ipsum principa-
12 lem non esse soluendo.Ias.*d.l.decem.n.*12.*ff.de verb.obl.* & latius *n.* 27.*ver.in gl.fi.*vbi idem dicit,siue in totum, siue pro parte non sit soluendo;quia ad totum,vel partem potestagi sine discussione. †Restringe,quãdo fideiussor iurasset soluere. Bald.*in c.ex rescri-*
13 *pto,de iureur.* † Contrarium tenet Ias.*in d.l.decem.n.*22.*& seq.ff.de*
14 *verb.o l.*Vide Conclus.prox.præced. ☟

Exceptio discussionis quando non possit opponi, vel non habeat locum. Conclus.406.

EXCEPTIO † discussionis non potest opponi post sententiam; quia est exceptio dilatoria,& ordinis iudiciarii. *l.fideiussores.§.idem respondit ff.de fideiuss.* † Restringe,vt non procedat, 1
2 quando sententia esset lata à statuto sine causæ cognitione;quia tunc in executione,& post sententiam potest opponi hæc exceptio,nisi statutum habeat practicam in contrarium. Bald. *consil.* 136.*Præmissu duobus statutis.nu.*2.*ver.præterea. lib.* 1. † Amplia; quia 3
exceptio discussionis non potest opponi post litem cõtestatam in vim dilatoriæ,sed bene in vim peremptoriæ,& opposita in vim dilatoriæ non releuat post litem contestatam. Bald.*cons.*150.*Casus actualiter,circa princ.ver.item excussionis.lib.*2.† Amplia; quia ex- 4
ceptio discussionis non potest opponi contra eum, qui agitad confirmandam suam possessione; quia qui possidet, non patitur hanc exceptionẽ.Bald.*d.cons.*136.*in pr.lib.*1.†Amplia;quãdo de- 5
bitor obtulit se soluturũ pro alio omni exceptione remota; qa censetur remota exceptio discussionis.Alex.*cons.*114.*Viso processu. n.*8.*ver.præterea.lib.*6.†Extende idem, quando princeps mandat; 6
quod obligatus compellatur soluere omni exceptione remota; quia censetur remota exceptio omnis dilatoria,& sic discussionis.Alex.*d.cons.*114.*n.*8.*ver.præterea.lib.*6.† Amplia; quia non põt 7
opponi quandocunq; sit facta,& de ea constet,etiã in causa appellationis,dummodo respiciat præterita,& répus cepti iudicii; quia iudex appellationis poterit confirmare sententiã latã sine discussione.Bald.*cons.*431.*Casus talis est,in fin.lib.*1.Alex.*d.cons.*114. *Viso processu.in fi.n.*9.*lib.*6.† Et quod sufficiat facere discussionem 8
in causa appellationis,& releuet,ac si à principio esset facta, dũmodo tempus præteritũ moti iudicii respiciat, vel etiam si esset minor,sufficit,quod iliam faciat simpliciter in causa appellationis,etiam via restitutionis in integrum etiam excipiendo.Alex. *d.cons.*114.*Viso,in fin.lib.*6.† Extende,vt idem sit,si fiat in primain- 9
stantia post oppositionem in qualibet parte iudicii; quia ex iure superuenienti de nouo, quod habet causam de præterito potest sequi condemnatio.Bald.*d.cons.*150.*Casus actualiter, in pr.ver.capio secundum.lib.*2.Alex.*d.cons.*114.*Viso processu.n.*3.*in fi.cum seq.vsq; in fi.* maxime *nu.*9.*lib.*6. † Amplia; quia non potest opponi, quando 10
est notorium principalem non esse soluendo. Bald.*cons.*279.*Factum sic proponitur,in fin.lib.*3.Ang.Imol.& alii *in l.decem.ff.de verbor. obl.*vbi Ias.*n.*12.*& n.*27.† Amplia; quia exceptio discussionis secũ- 11
dum veras conclusiones est dilatoria; ideo debet opponi ante litem contestatam.Alex.*cons.*78.*In causa & lite.n.*9.*lib.*1. & hanc partem tuetur Anch.*cons.*317.*Ex prædictis*, vbi,quod si non opponatur à tertio possessore,hypothecaria potest exerceri,quod duplicatur *cons.*294.*Sed replicatur.n.*3.*& seq.* † Cõtrarium,quod imo 13

exce-

exceptio discussionis respicit ordinem, & decisionem; ideo potest opponi ad processum, & ad decisionem. Corn. *cons.* 55. *Visis, & diligenter, n.* 18. *lib.* 3. imo reiecta quoad processum non cessetur reiecta quoad decisionem, Blanch. *in tract. de compromiss. q.* 1. *circa fi fol.* 39. *ver. si vero formato.* † Declara; quia exceptio discussionis etiam in vim dilatoriæ potest opponi quandocunque, quando statutum hoc diceret. Anch. *cons.* 322. *n.* 3. *ver. sed postea, cum seq.* Declara; quia † exceptio discussionis est dilatoria, & etiã respicit decisionem causæ, & merita; ideo si opponitur ad impediendum processum, debet ante litem contestatam opponi; si vero ad decisionem; tunc quandocunque potest opponi etiam in secũda, & vlteriori instantia. Bald. *in l. exceptione. col.* 3. *C. de probat.* Spec. *tit. de except.* vbi Bald. in add. *ver. quod exceptio dilatoria.* † Amplia; quia exceptio discussionis non potest opponi, si ex forma statuti esset sublata. † Declara; quia debet statutum intelligi de excussione, quæ prouenit ex forma iuris, non autem de ea, quæ ex necessitate, & conuentione partium, prout est fideiussor indemnitatis. Rom. *cons.* 241. *Spectabiles domini. n.* 5. *in fi. ver. & si dicatur. & n.* 6. vbi apostill. *in ver. principalis.*

Exceptio discussionis operatur multa, & quando secus. Concl. 407.

EXCEPTIO † discussionis opposita ante litem contestatam operatur, quod non valeat sententia lata non facta discussione; quia eius oppositio legitime facta reddit sententiam nullam. Bald. *cons.* 431. *Casus talis est. lib.* 1. † Extende; quia etiam si opponatur à tertio possessore post litem contestatam ad protelandum, impedit, quando extat statutum, quod exceptiones dilatoriæ reseruentur post litem contestatam. Anch. *cons.* 322. *Visa dicis, num.* 3. *& seq. ver. sed postea.* † Amplia; quia exceptio discussionis etiam opposita post litem contestatam in vim peremptoriæ impedit sententiam. Bald. *cons.* 150. *Casus actualiter, circa princip. ver. item excussionis. lib.* 2. † Extende; quia sicuti exceptio ista in vim peremptoriæ potest opponi post litem contestatam; ita exceptio potest fieri quandocunque pendente iudicio; quia tendit ad fortificandum processum. Bald. *cons.* 422. *Res dotalis. lib.* 2. † Limita; quia potest in causa appellationis fieri discussio, quæ si respiciat initium iudicii, vt quia constat, quod debitor non erat soluendo, sententia poterit confirmari. Bald. *d. cons.* 431. *in fin. lib.* 1. † Extende, vt idem sit, si fiat in qualibet parte iudicij; quia si habet causam de præterito tempore cepti iudicii, iudicium nullum annullatur. Bald. *d. cons.* 150. *circa princ. ver. capio secundum, lib.* 2. Vide, *Exceptio discussionis multiplex, & eius natura. Concluſ.* 401. *num.* 8. *& seq.*

Exceptio nullitatis contra tres sententias conformes latas opponi non potest. Concluſ.

VIDE Socin. *reg.* 12. *Exceptio nullitatis*, vbi limitat tribus modis. Vide, *Clementinarum intellectus. Concluſ.* 374. Vide plenius, *Nullitas quomodo impediat executionem trium conformium, vel non. Concluſ.* 136.

Exceptiones, quæ in iudicio executiuo ad impediendam executionem admittantur, vel non. Concluſ. 408.

CONTRA † instrumentum guarentigiatum, & habens executionem pataram admittuntur tres exceptiones, falsitatis, solutionis, & pacti de non petendo. Bart. *in l.* 1. *ff. de damn. infect.* Castad. *decis. vnica, de mutuis petitio.* † Falsitatis, vt supra *n.* 1. † Solutionis, seu pacti de non petendo, vel quantitatis, vt sup. *n.* 1. Amplia, † quia contra tem iudicatam, & in iudicio executiuo plures sunt exceptiones, quæ admittuntur, de quibus Ias. *in l.* 1. post glossibi, & alios. *ff. de iur. & fact. ignor.* Ang. Alex. & alii *in l. à diuo Pio. §. si super reb. ff. de re iudic.* per Cyn. & Dd. *in l. ab executione. C. quorum appellat. non recip.* & quæ possint opponi ad impediendam executionem. Ias. *in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iud.* vbi late. Vide, *Executio sententiæ non retardatur multis casibus. Concl.* 488. † Extende duodecim modis, de quibus Socin. *in reg.* 13. *Exceptio nullitatis regulariter sententiæ executionem non impedit*, & sic facit regulam negatiuam, limitat 12. modis, quæ erunt 12. ampliationes, seu extensiones. † Limita; quia nullitas opposita per viam principalis petitionis non impedit executionem instrumẽti. Castr. *cons.* 260. *lib.* 1. † Extende; quia neq; per viam exceptionis, nisi sit nullitas clara. Castr. *d. cons.* 260. *n.* 5. *lib.* 1. Vide plenius, *Nullitas impedit executionem sententiæ, & quando secus. Concluſ.* 135. *& Concluſ. ibi prox. seq.* † Limita; quia simulationis exceptio non impedit executionem instrumenti; quia requirit altiorem indagimem. Galleſ. *de obligat. Camer. in part.* 4. *q.* 2. † Limita, quia exceptio redditionis administrationis, ad quam obligatur creditor, non impedit executionem instrumenti, quando non est facta liquidatio redditionis administrationis. Alex. *cons.* 192. *Visis narratu, in prin. lib.* 7. Neguſ. *de pign. in* 1. *memb.* 5. *partis. n.* 37. Gramm. *cons. ciuili* 114. *n.* 11. Limita; † quia requirentia altiorem indaginem non admittuntur contra instrumẽtum guarentigiatum, vel habens executionem paratam. Rom. *cons.* 76. *In causa nobilis domini, & cons. seq.* Vide Cõcluſ. prox. seq. † Limita; quia restitutio in integrum non impedit executionem rei iudicatæ, Vide, *Executio sententiæ non est danda. Concluſ.* 489. † Limita septem modis, de quibus Socin. *reg.* 13. *Exceptio nullitatis regulariter, circa fin.* dum restringit fallentias ibi positas, quæ seruiunt pro limitationibus.

Exceptio requirens altiorem indaginem non impedit executionem, & missionem in possessionem, & quãdo secus. Concl. 409.

EXCEPTIO, † requirens altiorem indaginem non admittitur in iudicio missionis in possessionẽ hæredis scripti, ex edicto *l fi. C. de edict. diui Adr. tollen.* si tamen opponitur exceptio pacti de non petẽdo facti ab hærede ad fauorem possessoris, quæ admitti debet, & per modum replicationis, cum ista exceptio requirat altiorem indaginem; quia hæres replicat, quod fecit hoc pactũ tutori, cum quo prohibetur contrahere, debet discuti. Bald. *cons.* 201. *Vobis spectab. circa fin. lib.* 3. licet ibi possit sumi exemplum cõtrarium; quia iudex pronũciauerat contra hæredem sine cognitione replicationis. Fulg. *cons.* 215. *in fin. ver. ad secundum.* Anch. *cons.* 297. *Efficacibus. n.* 10. † Extende; quia exceptio requirens altiorẽ indaginẽ non admittitur in iudicio executiuo ad impediẽdam executionem. Rom. *cons.* 76. *nu.* 3. & plenius *cons.* 323. *n.* 5. *& per tot.* † Idem, si agatur de executione sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, quia non fuit appellatum per procuratorem, quia licet opponatur, quod procurator non est soluendo; ideo principalis debet restitui in integrum, non impedit executionem; quia requirit altiorem indaginem. Alex. *cons.* 95. *Visis processibus. n.* 7. *in fi. & 8. ver. cum non constet. lib.* 2. Vide, *Res iudicata quibus casibus non pariat exceptionem rei iudicatæ volenti de nouo agere. Concl.* 268. Amplia; † quia exceptio compensationis, licet admittatur in executione rei iudicatæ, & instrumenti guarentigiati; tamen procedit, quãdo est liquida; secus si non est liquida, & requirat altiorem indaginem, ita Rom. *d. cons.* 76. *In causa nobilis viri. n.* 2. *ver. quoad tertium.* sequitur Felin. *in c. suborta. col.* 2. *de re iud. ver. exceptio compensationis*, & apost. pro vtraque parte ad Rom. prima *in ver. sententiæ*, secunda *in ver. compensationem*, dat concor. Vide, *Compensatio non admittitur multis casibus. Concl.* 490. † Declara; quia si ex forma statuti repellatur omnis exceptio; quia statutum proprie intelligitur, non habebit locum in compensatione, quæ non est proprie exceptio. Ang. *cons.* 132. *per tot.* Alex. *cons.* 12. *in fi. li.* 2. & videtur admittere Rom. *cons.* 76. *n.* 3. *ver. nec obstat.* licet ibi respondeat, quod in casu iuris communis procedebat. † Amplia; quia exceptio nullitatis, quæ non est clara, sed requirit altiorem indaginem, nõ impedit executionem iudicati. Bart. *in l.* 4. *§. condemnatum. nu.* 3. *ver. quandoq; est aliquid probandum. ff. de re iud* Rom. plene *cons.* 323. *In causa proposita. n.* 5. *& seq. per tot.* Alex. *cons.* 181. *In causa. & lite. n.* 4. *& seq. ver. præterea contra dictam sententiam. lib.* 6. † Extẽde in executione laudi stante constitutione (prout Venetiis) quod is, qui renunciauit reductioni, non audiatur super reductione ad impediendam executionẽ laudi, nisi doceat de euidenti læsione, & dolo, quia intelligitur quoad iudicium executiuum, sed bene poterit facta executione audiri in iudicio ordinario, ita Castr. *cons.* 255. *Primo, & ante omnia, in princ. lib.* 2. † Extende, vt idem sit in executione instrumenti habẽtis executionem paratam; quia exceptio requirens altiorem indaginem nõ impedit executionem. Rom. *d. cons.* 76. *In causa nobilis viri. n.* 4. *& cons.* 323. *n.* 7. vbi, quod nõ impedit executionem sentẽtiæ exceptio requirens altiorem indaginem, *auth. consequenter. C. de sent. omn. iud.* Vide Concl prox. præced. *n.* 6. *& seq.* † Et generaliter exceptio requirens altiorẽ indaginem, etiam si sit peremptoria, non impedit executionẽ in causa summaria. *l. fin. in fi. C. de ord. cogn.* Abb. *cons.* 5. *In quæstione. col.* 2. *in pr. & n.* 2. plenissime Rom. *d. cons.* 323. *per tot.* vbi reddit rationem; quia cum iudicium executionis sit summarium, & in summariis non admittatur reconuentio causæ ordinariæ; ergo neque exceptionis requirentis altiorem indaginem. † Extende idem esse in missione in possessionem ex edicto diui Adriani. Fulg. *cons.* 215. *in fin. ver. ad secundum*, vbi loquitur in missione in possessionẽ hæredis forensis, qui ex statuto dicebatur excluſus, vt quia excep-

prio discussionis requirit altiorem indaginem, non impediat.
11 Anch. *d. cons.* 297. *n.* 10. & 13. † Extende; quia exceptio requirens altiorem indaginem non retardat executionem laudi, vel sententiæ, etiam si adsit cõstitutio, vel statutum, quod exceptio nullitatis impediat executionem; quia intelligitur secundum ius commune de exceptione incontinenti probanda, nõ de requirente altiorem indaginem, nisi detur cautio de soluẽdo, cognito de exceptione, plene Rom. *cons.* 323. *In casu propositæ, per tot.* Ex-
12 tende; † quia monitorium, quod regulariter resoluitur in simplicem citationem per comparitionem moniti, & exceptionem, fallit, nisi sit monitorium in causa iudicari, vel in causa executionis beneficii vacantis, vel in casu *l. fi. C. de edict. diui Adr.* ita Anch. *d. cons.* 297. *n.* 10. Vide, *Beneficialis causa est summaria. Concl.* 55. Extẽ-
13 de † prædicta procedere, etiam si iudex executionis sit iudex appellationis, & reductionis; quia debet procedere, prout si essent duo iudices diuersi, videl. primo exequi tanquã executor, post-
14 ea audiri in iudicio ordinario. Castr. *cons.* 255. *col.* 1. *in fi. lib.* 2. † Extende in causis summariis; quia exceptio requirens altiorem indaginem non admittitur, neque reconuentio ex actione ordinaria admittitur in executione, vel iudicio executiuo. Roman.
15 *cons.* 523. *In casu propositæ. n.* 5. *& seq.* † Declara, nisi sit prompta probatio, quod exceptio sit clara. Rom. *d. cons.* 323. *n.* 7. Bart. *in extrauag. ad reprimendum ver. summarie. nu.* 30. *ver. sed sic probationes.* Abb.
16 *cons.* 55 *n.* 2. *lib.* 2. † Restringe, quãdo opponens offert se incontinenti probaturum. Rom. *cons.* 244. *n.* 6. vbi apostill. *in ver. incontinenti*, & plenius Rom. *d. cons.* 323. *In casu propositæ n.* 7. *vsq; in fin.* vbi reddit rationẽ; quia alias executio esset retractanda, & ibi apost. *in verb. indaginem.* Bart. *d. extrauag. ad reprimendum. verb. summarie. n.*
20. *vers. sed si probationes.* Abb. *cons.* 55. *n.* 2. *lib.* 2. idem Abb. *in c. suborta.*
17 & ibi gl. *de restit. in integ.* † Contrarium tenet Alex. *cons.* 94. *Clarissime. n.* 3. *& seq. ver. non obstat, dum allegatur. lib.* 4. vbi plura, quod non sit vera limitatio, nisi in casu iuris communis, alias esset cõtra communem, quando statutum reiicit omnes exceptiones, si admitterentur cum oblatione de probando incontinenti, esset
18 verbale, & verbis impositum. † Restringe, quando exceptio opponitur non ad impediendum, sed ad modificandum executionem; quia licet requirat altiorem indaginem; tamen admittitur.
19 Roman. *cons.* 372. *n.* 2. *& seq.* † Declarat Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum, in ver. summarie. n.* 30. vbi, quod non admittitur, nisi sit prõpta, & plena probatio in promptu; quia reseruatur data cau-
20 tione de restituẽdo. † Amplia, si statutum super executione admittat exceptionem, quæ intra 15. dies probari debeat, non admittit illam, quæ dicto tẽpore non est probabilis, vt quia requirat altiorem indaginem. Rom. *cons.* 76. *col. si ver. præterea nõ obstat, quod dicitur*, vbi, quod non etiam releuat dicere, quod tempus posset prorogari; quia iudex non potest prorogare, & apostill. ibi *in ver. prorogari.* allegat Dec. *in c. cum sit Romana. num.* 24. *de appellat.*
21 † Amplia; quia exceptio pendentiæ litis non impedit executionem instrumenti guarentigiati habentis paratam executionem; quia requirit altiorem indaginem. Rom. *d. cons.* 76. *in fi. ver. quoad*
22 *vltimum*, vbi apost *in ver. impedit.* † Amplia; quia exceptio, quam cõdemnatus per rem iudicatam vult dicere de dominio rei, de cuius executione, & missione in possessionem agitur, debet in alio iudicio reseruari, & cognosci. Alex. *cons.* 123. *Viso processu, in fi.*
23 *n.* 7. *ver. circa quartum lib.* 2. † Amplia; quia licet exceptio non implementi cõtractus guarentigiati, & exceptio, quæ oritur ex vẽtre, nunquam dicatur exclusa, etiam statute statuto, quod nulla possit exceptio opponi, nisi probetur per instrumentum (prout Florentiæ) tamen quando requirit altiorem indaginẽ, non impedit executionem, plene Rom. *d. cons.* 76. *n.* 6. *in fi. & cum seq. per*
24 *tot. ver. posito tamen.* † Limita; quia exceptio requirens altiorẽ indaginem admittitur in iudicio executiuo, quando statutum admittit, prout in præcepto de disgombrando; quia statutum admittit cognitionẽ prioritatis, & potioritatis. Rom. *cons.* 246. *Cla-*
25 *rissime. n.* 10. *ver. vltimo.* † Limita; quia exceptio, quæ est clara, put ex iudicato, quæ est admittenda, non repellitur, licet replicetur contra sententiam de exceptione, vel replicatione requirẽte altiorem indaginem; quia nõ est exceptio, quæ requirat altiorem indaginem, sed replicatio, ita Soc. *cons.* 59. *In causa nobilium. n.* 4. *ver.*
26 *nec refert iudicio meo. lib.* 3. † Limita; quia imo exceptio, quæ resultat ex ventre eiusdem contractus, licet requirat altiorem indaginem; tamen impedit executionem. Rom. *cons.* 244. *Pro euiden-*
27 *tia. n.* 5. *ver. superest, vt respondeamus.* † Declarat Alex. procedere dictum Roman. quando agitur ex eodem instrumento, ex quo oritur exceptio; secus si latet sententia super instrumẽto agatur ex sententia, non ex instrumento; quia tunc nõ poterit opponi exceptio ex instrumento, ex quo non agitur, & esset exceptio ex sententia, ex qua agitur, ita Alex. *cons.* 94. *Clarissime, in pr. ver. non obstat, quæ ponit Rom. lib.* 4. † Extẽde; quia si sententia, vel laudũ re- 28
seruat exceptiones competentes, tunc dicitur ex ventre sententiæ, vel laudi oriri. Ang. Aret. *cons.* 122. *Nulli dubium. col.* 2. *n.* 1. *ver. nec huic sententiæ.* † Limita; quia exceptio requirens altiorem indagi- 29
nem impedit executionem, quando offertur probatio incontinenti. Rom. *d. cons.* 244. *n.* 6. vbi apost. *in ver. incontinenti.* Vide incertum auth. post regulas Soc. *reg.* 9. *Probationem offerens*, vbi ponit regulam negatiuam, & ponit nouem fallẽtias, & declarationes, quas videas. Vide plene per Masc. *Concl.* 687. *Exceptio dominij incontinenti*, vbi ponit regulam, ampliat, limitat, & declarat, quãdo dicatur incontinenti fieri. † Declara; quia dicitur incontinenti 30
constare, nedum si habet excipiens probationem prõptam, sed etiam si petat terminum arbitrio iudicis ad probandũ; quia debet audiri, prout si haberet promptam probationẽ. Rom. *d. cons.* 244. *n.* 6. *vsq; in fi.* vbi allegat text. *in c. literas, de rest. spol.* & ibi apost. *in ver. longi temporis.* Vide, *Probatio incontinenti, & prompta admitti-* 31
tur, & quando secus. Concl. 779. † Limita; quia exceptio nullitatis laudi, vel sentẽtiæ impedit executionẽ, quando vel est clara, vel prompta est probatio, vel est summaria, & nõ requirit altiorem indaginem. Rom. *cons.* 323. *n.* 5. *& seq.* † Extende, etiã si requirat al- 32
tiorem indaginẽ, quando opponens eã offert cautionem de soluendo, cũ fuerit euacuata exceptio. Rom. *d. cons.* 323. *in pr. & in fi.* vbi dicit, q̃ si non potest cauere, non auditur. † Declara totam 33
istam materiam; quia q̃ dicitur exceptionem requirentẽ altiorẽ indaginẽ non admitti in causa summaria, seu executiua, procedit, q̃n tales exceptiones possũt cognosci in alio iudicio; quia reseruantur in illo. *l. ille à quo. § si de test. ff. ad Treb.* si vero in alio iudicio non possunt cognosci, debent examinari, admitti, & cognosci in causa summaria, & executiua, & ibi dicitur; quia alias tolleretur ius partis, ita Bart. *in d. extrauag. ad reprimendum, in ver. sum-*
marie. n. 4. *ver in hoc processu.* † Et dicuntur requirere altiorẽ inda- 34
ginẽ, quando non possunt examinari intra tẽpus causæ summariæ, vel executionis, alias si possent, non dicerentur requirere altiorem indaginem. Bart. *d. extrauag ad reprimendum in ver. summarie. n.* 4. *ver. illæ autem non dicũtur.* † Declara alio modo; quia quãdo 35
exceptio requirens altiorem indaginẽ, & iudiciũ ordinarium, opponitur à tertio veniente ad iudicium executiuũ inter alios, & est adeo præiudicialis, q̃ absorbeat iudicium executiuũ; tunc in iudicio executiuo debet supersederi; exemplum, agit scriptus hæres contra Notarii successorem, q̃ det in authenticam formã testamentum, q̃ prætenditur ex schedula Notarii mortui non subscripta, neq; cum signo, neq; habente, actum, & lectũ, cõparet filius prętensi testatoris, & dicit non debere releuari; quia nõ fuit lectũ, debet causa ordinario iudicio finiri inter filiũ, & prætensum hæredem ex schedula, & supersederi in iudicio executiuo inter Notarium, & prætensum hæredem scriptum, ita plene Ang. Aret. *cons.* 62. *In casu prædicto. n.* 7. *& seq. per tot. ver. quoad secundum*, vbi ponit plura exempla ad hoc. † Aliud exẽplum est; quia 36
si pater, cuius est exercitiũ actionis de dote filiæ agat contra hæredes mariti filiæ, vt dotẽ exigat, & filia comparens excipiat, q̃ ipsa est emancipata, & actio spectat ad illam, supersedetur in iudicio executiuo partis; quia exceptio est præiudicialis. *l. Titia. ff. solut. matrim.* † Aliud est in eo, qui agit ad pecuniam mutuatam à 37
se cõtra Titium, comparet tertius, & excipit, quod actor est eius seruus, impedit iudicium executiuum mutui; quia præiudicialis est in totum. *l. cum hic status. C. de ord. cogn.* † Aliud est in eo, quod ro- 38
gatus restituere hæreditatem conuentus est à fideicommissario, si comparet filius testatoris, & vult contra tabulare, supersedetur in iudicio executiuo, siue filius offerat probare incõpetenti, siue non; quia ius filii absorbet in totum ius agentis in iudicio executiuo. *l. ita tamen. § quoties. ff. ad Trebell.* per quẽ text. ita Ang. Aret. *d. cons.* 62. *col. fi. n.* 12. *& seq. ver. nec obstant.* † Aliud est in eo, qui 39
accusat Titium, quod de præsenti mense vulnerauit Seium seruũ suum, Titius excipit, quod accusator interfecit Seium seruum, pro quo accusat iam tribus mensibus elapsis, supersedetur in accusatione, & cognoscitur de exceptione. Ang. Aret. *d. cons.* 62.
n. 14. *ver. secundo pro hoc.* Vide, *Executio sententiæ non retardatur multis casibus. Conclus.* 488. Vide, *Exceptiones requirentes altiorem indaginem quæ sint. Conclus. prox. seq.*

Exceptiones requirentes altiorem indaginẽ quæ sint. Conclus. 410.

EXCEPTIONES † requirentes altiorem indaginẽ quæ sint, 1
vide Aret. *in §. æque. Inst. de except.* Alex. *cons.* 165. *col. pen. in fi. lib.*
2. vbi, quando possit dici, quod cito possit liquidari. † Et quãdo 2
exceptio, pura nullitatis, vel alias opposita viam ordinariam requirit;

quirit; tunc dicitur altiorem requirere indaginem; quia cum executio sit iudicium summarium, & in summariis reconuentio non fiat de causa ordinaria; ita neque de exceptione requirente ordinariam cognitionem, plene Roman. *cons.* 323. *In casu propositæ quæstionis. n. 5. & seq. ver. secundo quia.* † Et exceptio, quod quis non sit soluendo, dicitur requirere altiorem indaginē; quia cognitionem ordinariam requirit; ideo non impedit executionem iudicati. Alex. *cons.* 95. *Visis processib. n.* 8. *lib.* 2. Vide Concl. prox. præced.

Exceptio proprietatis, & dominii non admittitur in possessorio, & quando. Concluſ. 411.

EXceptio † proprietatis non admittitur in iudicio possessorio, & executiuo. Anch. *cons.* 291. *Super plurib. n.* 15. *in fi. ver. præterea omnes exceptiones.* † Amplia in tantum, vt iudex possit excipientē de dominio in causa possessorii repellere. Anch. *d. cōs.* 291. n. 6. † Restringe, nisi excipiens offerat incontinenti probare; qa tunc admitti debet, & impedit. Vide Masc. *Concluſ.* 687. *Exceptio dominij*, vbi ponit pro regula, & limitat. † Amplia; quia exceptio dominii non potest opponi in iudicio vti possidetis, seu de possessione turbata secundum veram opinionem, de qua Bart. *cons.* 181. *Martinus. n.* 4. *ver. præterea. lib.* 1. † Declara; quia licet sint opiniones de hoc, tamen exceptio proprij dominij est, quæ potest habere difficultatem, sed exceptio dominij tertij nūquam potest opponi in iudicio vti possidetis, vel si agatur de turbata possessione. Bart. *d. cons.* 81. *n.* 4. *ver. sed posito. lib.* 1. vbi apost. *in ver. de dominio.* † Amplia; quia in spolio, & sic possessorio recuperandæ non admittuntur exceptiones concernentes petitorium. Alex. *cons.* 179. *In causa, & lite, in fi. n.* 7. *ver. deniq; lib.* 6. Vide Soc. *reg.* 14. *Exceptio dominij spoliato agenti*, vbi ponit pro regula, & limitat 5. modis. Vide plenius, *Spoliato quando obstet exceptio proprietatis in prophanis. Concl.* 397. † Limita in possessorio adipiscendæ, & retinendæ; quia exceptio dominij admittitur secundum Socin. *in reg.* 15. *Exceptio dominij quando agitur*, vbi limitat, quando probationes in possessorio non sunt pares.

Exceptio spoliationis repellit agentem in petitorio, & suspendit petitorium. Concl. 412.

AGenti † petitorio si obiiciatur exceptio spoliationis, cognitio possessorii, & spolii suspendit petitorii cognitionem, donec spolium fuerit terminatum volente spoliato. Vide, *Suspensio petitorij quando fieri possit. Concluſ.* 917. † Amplia, vt procedat, etiam spolium sit commissum circa aliam rem, quæ non petitur; quia adhuc cognitio rei petitæ suspenditur, quando venit occasione rei pro qua spolio excipitur. Lap. *alleg.* 67. *n.* 8. *ver. sed pone*, vbi cōcludit, quod parochiani excipientes spolio sacramentorum repellunt agentem Rectorem ad decimas; quia debentur pro sacramentorum administratione. † Limita regulariter, si agatur nomine, & pro rebus ecclesiæ, & excipiatur de spolio rerū priarum; quia tale spolium non impedit cognitionem rerū petitarum nomine Ecclesiæ. text. *in c.* 1. §. *fi. de rest. spol. lib.* 6. vbi late hanc ampliat, vbicunque nomine vnius petitur aliquid, & excipitur de spolio alterius, qui alium repræsentat, etiam si sit eadē persona plures repræsentans. † Limita, quādo inter easdem personas pendet lis super diuersis; nam quādiu non peto me declarari dominum rei, qua aduersarius meus dicit se spoliatum, possum agere alia actione, etiā si agatur de executione laudi ad eandem rem, non obstante prætenso spolio; quia spolium non suspendit cognitionem iuris spoliatoris, nisi quando agit rei vendicatione ad rem spoliatam. Bald. singulariter *cons.* 67. *Quia ex facto. n. 4. ver. vlterius condescendo, vsq; in fi. lib.* 3. Vide plenius per Soc. *reg.* 96. *Exceptio spoliationis in qualibet causa opponi potest*, vbi limitat octo modis, in quibus non admittitur.

Excipiendo quando quis possit consequi condemnationem contra actorem. Concluſ. 413.

EXcipiens † potest consequi condemnationem cōtra suum aduersarium super exceptione, prout si via actionis egisset de iure Canon. Vnde is, qui fuit priuatus re à suo aduersario, secundum *l. si quis in tantam. C. vnde vi.* & consecutus fuit restitutionem rei in spolio, potest in petitorio excipere, quod aduersarius cecidit à iure suo, propter *d. l. si quis in tantam*, & obtinere eū cōdemnari in amissionē iuris sui. Fed. de Sen. *cons.* 48. *per tot. & cons.* 76. *circa fin. ver. nā si posset.* Rom. *cons.* 369. *n.* 36. *in fi. ver. potest.* Vide, *Spoliator violentus fatt. restitutione quando repellatur à petitorio, vel non.* Camil. 380. † Amplia in criminibus, in quibus quis ipso iure incidit in priuationem iuris sui; quia possunt per exceptionē opponi. Inno. *in c. inter dilectos, in pr. de except. lib. prælat.* quē sequitur Rom. *d. cons.* 369. *n.* 4. † Amplia; quia clericus conuentus à clerico in causa spolii coram seculari iudice, si postea conueniatur corā iudice ecclesiastico, potest excipere, quod actor ceciderit ab omni iure suo, per *c. diligenti, de for. comp.* trahendo eū coram seculari, & si reuera nō cadat, nisi per sententiam declaretur; quia ante sententiam exceptio admittitur; quia pendet à facto præexistente, non à declaratione fienda. Fed. de Sen. *cons.* 90. *per tot.* maxime *n.* 3. *vsq; in fi.* & conc. Fed. *cons.* 93. *per tot.* maxime *nu.* 3. vbi actor non pōt accusari de calumnia ante finitum iudicium; & tamen cōtra eum pōt excipi de calumnia, vt condemnetur, & ante sententiā, & idem tenet Rom. *d. cons.* 369. *n.* 39. *& seq.* vbi latissime per totū ponit multos modos per viam actionis, & per viā exceptionis. † Declara; quia procedit ampliatio, quando clericus traxit clericū coram seculari, vt perdat causam respectu trahentis, sed si pro iure suo ecclesiæ traxit; tunc non perdit; quia nō potest trahēdo facere perdere ius suū ecclesiæ, pro qua traxit, licet ipse repellatur, donec vult trahere; & dicit hoc verū, etiam si cum cōsensu conuentus, & Capituli traxisset; quia ecclesia non perdit ius suum, Rom. *d. cons.* 369. *ver. in quo aduertendum, vsq; in fin.* † Amplia; quia de iure Canon. nō refert, an per sententiā quis criminosus sit declaratus, an possit per exceptionem conuinci. Fed. de Sen. *cons.* 5. *n.* 2. *ver. præterea ista videntur*, vbi loquitur in teste criminoso, vt repellatur, etiā si non sit declaratus criminosus, si de crimine cōstet. Vide, *Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum. Concl.* 98. † Amplia; quia is, qui alias futurus esset reus, pōt se facere actorem cōparendo in iudicio, & petere declarari sibi talē exceptionem cōpetere. Alex. *cons.* 70. *In causa, & lite. n.* 3. *ver. præterea D. Alex. lib.* 7. vbi plena apost. *in ver. reus.* dat concord. † Extēde; quia is, contra quem facta est protestatio, & denunciatio, pōt comparere coram iudice, & obtinere talem protestationem sibi non nocere, neq; afficere. Alex. *d. cons.* 70. *n.* 2. *ver. confirmo. lib.* 7. † Amplia; quia ,pcedit libellus rei, in quo petit declarari, se non esse obligatum. Bald. *cons.* 187. *Super quæstione, in pr. lib.* 1. Vide, *Libellus rei conuenti potest dari super exceptione. Concl.* 318. † Extēde; quia pōt reus præuenire actorem cum sua exceptione corā illo iudice, coram quo actor agere deberet, & præcludit viam aliis iudicibus per legitimam citationem; secus si citatio non esset legitima. Rom. *cons.* 412. *Pro habenda per tot.* vbi apost. Vide, *Diffamatus agens contra diffamantem quando actor, vel reus dicatur. Concl.* 412. Extēde, † vt reus excipiens semper tacite petere dicatur actori perpetuum silentium esse imponendum; & ideo non est necessaria conclusio expressa. Bald. *d. cons.* 187. *n.* 4. *ver. & confirmatur; nā ille, qui excipit. lib.* 1. † Amplia; quia in omnib. casibus, in quibus possum aliquid consequi via actionis, multo magis via exceptionis. Rom. *d. cons.* 369. *n.* 41. † Amplia; quia est quasi regulare, q̄ potius nullitas per viam excipiendi, quam per viam agendi cognoscatur, veluti si filio præterito testamentum est nullum, non cōpellitur filius agere ad declarationem testamenti nullius; sed imo pōt agere petitione hæreditatis, & si opponatur de testamento, replicabitur de nullitate, ita Bart. *cons.* 91. *In quæstione vertente. n.* 3. *in tertio dubio. lib.* 1. Vide, *Incidens quid sit, & qualiter super eo pronuncietur. Concl.* 70. † Extende idē in eo, qui cū esset fideicōmissarius, & ante factā restitutionē petiit, & obtinuit nulliter mirti in possessionem *ex l fi. C. de edict. diui Adr.* quia cū sit nulla missio, potest turbatus agere turbatiua, & quatenus opponatur de missione, dicere excipiendo de nullitate. Bart. *d. cons.* 91. *n.* 3. *lib.* 1. † Amplia in emergentibus, vel incidentibus; quia licet per modū excipiendi ,ponantur; tamen debet super eis pronunciari. *l.* 2. *C. de ord. cogn.* † Extende, quando statutum diceret, q̄ non soluta gabella omnia sint nulla necessario; quia debet pronunciari super exceptione. Feli. *in c. suborta n.* 9. *in* 7. *lim. de re iud.* † Amplia; quia plus operatur nullitas per modum excipiēdi proposita, quā per modum agendi; quia excipiendo impedit executionem rei iudicatæ, sed agendo secus. Rot. *decis.* 3. *de except. in nou.* alias 280. † Amplia; quia excluſus super exceptione proposita, excluditur etiam ab agendo, de quo dic, vt *in ver. Sententia lata super exceptione quādo impediat succumbentem agere, vel non. Concl.* 177. † Amplia; quia habens exceptionem pōt officio iudicis implorato agere, vt declaretur ipsum non teneri, etiam si quis nondum vexatur, *l. si pater. C. qui bonis cedere poss.* plene Feli. *in c. si autem, in fi. de rescript.* † Iudex autem erit is, qui fuisset, si creditor ageret. Felin. *d. c. si autem, in fi. de rescript.* † Amplia; quia multa consequimur excipiēdo, q̄ consequi non possumus agendo; & ideo emptor cōsequitur per viā excipiēdi euictionem, seu liberationem rei venditæ, q̄ agendo non posset ante moram litem. Surd. *cons.* 36. *n.* 23. *lib.* 1. Vide,

21 *Causatiue multa fiunt, quæ directo non conceduntur. Concluſ.*161. † Amplia; quia excipiendo quis conſequitur condemnationẽ per viã laudi etiam ſuper non compromiſſis; ideo ſi pupillus petat à me rationem adminiſtrationis, quæ clara eſt, & ego oppono de alimentis præſtitis pupillo, quę non ſunt liquida, & ſuper eis ſit cõpromiſſum, probata exceptione poteſtũ laudare arbitri me creditorem in alimentis in tanta ſumma, & condemnare pupillum actorem ad compenſandum ſuper debitis ex adminiſtratione.

22 Alex. *conſ.*119. *in pr. lib.*2. † Extende; quia excipiendo infra decẽ dies, intra quos debet appellari, vel peti reductio ad arbitrium boni viri, releuatur excipiens, prout ſi agendo appellaret, vel peteret reductionem. Caſtrenſ. *conſ.*163. *Proponitur in facto, in fi. lib.*2.

23 † Amplia; quia fideicommiſſarius, qui accepit poſſeſſionẽ hęreditatis vacuam, antequam hæres illam apprehenderit, eſt legitimus contradictor hęredi petenti mitti in poſſeſſionem ex edicto diui Adriani. Caſtr. *conſ.*292. *Circa primum. n.*7. *ver. ſuper ſexto. lib.*2. & excipiendo poteſt obtinere declarari hæredem priuatũ; quia non paruit teſtatori, & hoc ſi poteſt inconuenienti probare.

24 Caſtr. ibi *n.*8. *ver. ſuper ſeptimo lib.*2. † Amplia; quia dominus emphyteuſis excipiendo conſequitur ſuam penſionem à ſecundo emphyteuta, cum quo non contraxit, nec poteſt directe agere, quia poteſt intentare rei vendicationem probando rem ſuã, & ab alio nunc poſſeſſam, & ſi replicet de iure emphyteutico ſibi conceſſo à primo emphyteuta, dominus replicabit de penſione non ſoluta. gl. *in l.*2. *in ver. repellere. C. de iur. emph.* Vide, *Emphyteuſis dominus an præferatur in penſione aliis creditoribus. Concl.*195. Amplia;

25 † quia excipiens cõtra teſtem, quod nõ probet; quia ſit infamis, vel falſus, aut delinquens, poteſt dupliciter via exceperе, ciuiliter tantum, vt repellatur, vel non probet, & criminaliter, qñ etiam additur, quod debeat puniri; & tunc debet excipiens facere omnia, ad quæ obligatur accuſans criminaliter; quia exceptione conſequitur idem, & dicitur actor, plene Iul. Clar. *in prax. crim. q.*19. *n.*2. *& ſeq.* vbi late, & quod ſicuti procurator non poteſt interuenire, quando agitur criminaliter; ita nec, quando excipitur

26 criminaliter. † Differunt autem modus agendi per viã exceptionis; quia non poſſet, ſi ciuiliter agatur, condẽnari etiam ex confeſſione ſua, ſed debet iudex inquirere ex nouo proceſſu, vt per Clar. *d. q.*19. *n.*2. *& ſeq.* vbi plene examinat, licet forte idem eſſet, ſi via actionis egiſſet ciuiliter, & dicit ibi, quod ex tali confeſſione, vel probatione ciuili non poteſt criminaliter puniri etiã ex-

27 traordinaria pœna, niſi agatur ex nouo proceſſu criminali. † Limita in eo, qui vult aliquid ſibi adiudicari; quia non poteſt hoc per modum exceptionis obtinere. Bald. *d. conſ.*187. *n.*5. *ver. conſiderandum eſt enim. lib.*1. † Extende; quia contradictor, qui venit ad impediendam venditionem vigore proclamationum, non poteſt obtinere bona ſua declarari; quia non eſt lis conteſtata; &

28 quia per modum cõtradicendi excepit; ideo debet agere via ordinaria. Anch. *conſ.*206. *Viſis actis, in fin.* † Contrarium, quod imo poſſeſſor excipiens poſſit obtinere ſentẽtiam declaratoriam ad

29 ſui fauorem, tenet Innoc. *in c. ex conqueſtione, de reſtit. ſpol.* † Declarat Caſtr. *conſ.*311. *Super eo. col.*2. *lib.*2. quod non poteſt ferri ſentẽtia condẽnatoria, ſeu adiudicatoria pro reo excipiente, niſi duo concurrant, quod vltra exceptionem hoc petierit, & probauerit, alias non poteſt ferri ſententia niſi declaratoria, ſed verbalis eſt differentia; quia ſententia declaratoria eſt etiam condemna-

30 toria, vt dicit ipſe Caſtr. *conſ.*308. *col. fi.* Vide, *Sententia declaratoria quando ſit condemnatoria, vel non. Concl.*123. Vide plene, *Dilectũ probatum per modum exceptionis. & incidenter non punitur. Concl.*175. Vide, *Sententia lata ſuper exceptione quando impediat ſuccumbentem agere, vel non. Concluſ.*127. Vide, *Libellus rei conuenti poteſt dari ſuper exceptione eum non tenere. Concluſ.*318.

Exceptionem habens quando poſſit agendo præuenire, vel non. Concluſ. 414.

1 HAbens † exceptionem tãtum, vt quia poſſidet rem ſibi debitam ſub conditione, prout hæres Trebellianicam, poteſt tamen illam per ſe principaliter officio iudicis ꝓponere in iudicio, etiam ſi non conueniatur. gl. Bart. & alii *in l. ſi contendat. n.*29. *ff. de fid. iuſſ.* gl. & Bart. *in l. Aurelius. §. cetum. ff. de iuber. legat.* idẽ Bart. *in l. ſi finita. §. eleganter. n.*3. & 4. vbi Alex. *n.*13. *&* 22. *ff. de dam. infect.* Rom. *conſ.*412. *in prin.* Soc. *conſ.*94. *col.*1. *in pr. lib.*3. Fel. *in c. ſi quis contra. n.*1. *de for. comp. & in c. ſignifi. anit. n.*5. *de teſtib.* Aret. *Inſt. de except. n.*33. *ver. quarto aduertendum eſt.* Couar. *var. reſol. lib.*1. *c.*18. *n.*3. *ver. ſe-*

2 *eundum quod.* † Extende, ſeu declara, vt procedat etiam ante conditionis euentum, ſi ſubeſt cauſa agendi. Arius Pinell. *in l.* 1. *par.*3. *n.*78. *ver. nec ius admittit has intempeſtiuas actiones. C. de bon. qua liber. fol.*365.

Exceptio competens principali debitori quãdo competat fideiuſſori, & ſingulari ſucceſſori. Concl. 415.

EXceptio † præiudicialis oppoſita per debitorẽ creditori, 1
per quam creditor non poteſt agere contra debitorem, licet non afficiat creditorẽ, quin poſſit agere contra fideiuſſorẽ; quia inhibitio non fit reſpectu fideiuſſoris; tamen quia ſi fideiuſſor moleſtaretur, poſſet agere contra principalem debitorẽ; idcirco hæc exceptio per indirectum releuat etiam ipſum fideiuſſorẽ, Fed. de Sen. *conſ.*242. *in fi.* Bart *in q.*2. *Piſanæ Ciuitatis. ver. ex aduerſo. n.*15. *ver. ſexto probat.* plenius Alex. *conſ.*133. *Super quæſitis, in fin. lib.*5. vbi, quod exceptio, quod quis non teneatur, niſi in quãtum facere poteſt, competens principali, non competit fideiuſſori; tñ dominus põt comparere, & tueri fideiuſſorem, ne condemnato fideiuſſore ipſe ab eo conueniatur vltra q̃ facere poſſit, & iuuabit eum, vbi loquitur etiam, qñ fideiuſſores renuntiarunt exceptioni, ꝙ non poſſint conueniri, niſi in quantum facere poſſunt, prout competit principali. † Contrarium tenet Caſtr. *conſil.*289. 2
*Ad primum reſpondetur. n.*4. *col pen. ver. & ſi dicatur. lib.*1. vbi loquitur in duobus correis, vno abſoluto, altero condemnato; quia non põt condẽnatus vti exceptione abſoluti; quia duæ res iudicatæ contrariæ poſſunt ſtare, & ſi dicatur, quod ſoluens cõdemnatus nõ poterit recuperare ab abſoluto, ſibi imputet; quia potuit cogitare hoc euenire poſſe. † Declara totam iſtam materiã, vt ple- 3
ne per Alex. *conſ.*66. *Viſo themate. lib.*4. maxime *n.*6. *& ſeq. vſq; in fi.* quia ſunt multi caſus, in quib⁹ licet obligatio principalis ſit nulla; tamen obligatio correi, vel fideiuſſoris in ſolidũ obligati eſt valida, & poteſt conueniri fideiuſſor, licet principalis obligatio, puta minoris ſine ſolemnitatib. ſit nulla; ſed illi omnes caſus ꝓcedunt, qñ emptor, vel creditor non fecit adhiberi talẽ obligationem fideiuſſoriam in fraudẽ legis, vel ſtatuti, vel qñ fideiuſſor non habet regreſſum contra minorem, vel eum, qui ꝓhibitus erat facere contractũ; quia iſtis duobus caſibus vltimis ſemper exceptio competens principali cõpetit fideiuſſori, ne creditor, vel emptor, qui in fraudẽ legis contraxit, ex fraude ſua lucrũ & cõmodum ſentiat; itẽ & ſecundo, ne fruſtratoria reddatur exceptio cõpetens principali; quia ſi fideiuſſor poſſet agere ad releuationẽ contra principalẽ tutũ exceptione, fruſtratoria redderetur ſua exceptio; & ideo ne ad hoc deueniatur, fideiuſſori competit eadem exceptio, etiam ſi alias non compereret. Vide, *Conſequitur quis ex perſona alterius, quod ex ſua conſequi nõ poteſt. Concl.* 758. † Amplia, vt idem ſit in pacto perſonali ad tempus de non 4
petendo facto debitori; quia licet non extendatur ad fideiuſſorem; tamen per indirectum extenditur ꝓp exceptionem cedendarum actionum; quia ex quo principalis non poteſt libere cedere propter dilationem; idcirco fideiuſſor moleſtari nõ poteſt. Dyn. *conſ.*11. *Quæſtio talis eſt, Benogius, per tot.* maxime *n.*5. *ver. vnũ autem eſt.* Vide, *Exceptio cedendarũ actionum quando poſſit opponi, vel non. Concl.*385. † Extende; quia exceptio cõpetens principali ex pacto 5
mere perſonali de non petendo ab eo competit etiã fideiuſſori; quia ſi ex cauſa, quod non poteſt cedere iura, repellitur. Bart. *in l. niſi ff. de pact.* vbi, quod ſaltẽ, donec viuit principalis, fideiuſſor non põt moleſtari, & ideo dicit, ꝙ vt pactum ſit mere perſonale, debet addi dictio taxatiua. Vide, *Pacta perſonalia, vel realia, ad quos extendantur, vel non. Concl.*10. † Amplia; quia imo fideiuſſor 6
pro venditore poteſt opponere exceptionem præſcriptionis 10. annorum ex ſtatuto loci ſibi competentem, licet principali non competat, puta quia eſt forenſis, ita Caſtr. *conſ.*10. *Si vera ſunt. n.*7. *ver. nunc ad ſextum. lib.*1. † Extende; quia procurator in rem ſuam 7
poteſt ſe offerre liti pro principali debitore conuento citra nouationem, ſiue agatur actione perſonali pro credito, ſiue reali, ꝓ hypotheca; quia reducitur ad perſonalem. Caſtr. *d. conſ.*10. *n.*7. *lib.*1. † Amplia; quia exceptio nouationis competens principali 8
debitori, competit etiam fideiuſſori. Fulg. *conſ.*129. *Matth. Cimator, col.*2. *in ſ. ver. ita quoq;.* † Amplia in tantum exceptionem com- 9
petentem debitori principali, cõperere etiam fideiuſſori illius, vt imo ſi fideiuſſor nõ opponeret talem exceptionem aduerſus creditorem, ſi ſciebat illam competere, non repetat à debitore, ſi ſoluat pro eo, cum excipiendo poſſet ſe tueri. Vide, *Fideiuſſio e-* 10
*peratur multa. Concl.*313. † Declara, niſi exceptio induceret, ſi pro-
poneretur, pudorem opponẽti, vel periculum, ita Abb. *conſ.*60. *Quoniam ſatis abunde, per tot. lib.*1. † Amplia; quia omnes exceptio- 11
nes, quæ competunt principali, competunt etiam fideiuſſori et, inuito principali. *l. omnes exceptiones. ff. de except.* Abb. *d. conſ.*60. *lib.* *1. ver. tertio præmitto.* Alex. *conſ.*57. *lib.*1. *& conſ.*66. *lib.*4. † Reſtringe 12
in exceptione declinatoria fori competente principali; quia nõ competit fideiuſſori. Bald. *in l.*1. *in fin. C. de pruuil. dot.* & eſt text. *in l.*

ſi rem.

si reus. ff. ind. solui. bene probat l. sed si restituatur. §. 1. ff. de iudic. Rom. sing. 633. incip. Nunquid fideiussor. late Affl. decis. 206. Vide, Iudicium vbi captum vbi finem accipere debet. Concl. 487. † Et ideo licet clericus non possit trahi coram seculari; si tamen dat fideiussorem laicũ, ipse fideiussor non poterit declinare forum seculare, prætextu, quod suus principalis sit Ecclesiasticus; quia exceptio est personalis, ita Spec. tit. de compet. iud. editio. §. regulariter. n. 26. ver. sed pone clericus. sequitur Bald. in rubr. C. de priuil. dot. in fin. Rom. d. sing. 633. vbi apost. dat cone. Guid. Pap. sing. 449. in fin. † Amplia; quia exceptio, quæ competit principali, ne possit conueniri certo tẽpore, competit fideiussori; quia si fideiussor molestaretur, haberet regressum contra principalẽ. Vide, Fideiussor non obligatur in plus, quam principalis. Conclus. 293. † Amplia; quia omnes exceptiones competẽtes principali, competunt etiam fideiussori, nisi sint ex speciali priuilegio contemplatione personæ principalis, plene Caball. in add. ad Ant. de But. cons. 18. in fi. in ver. fideiussores. † Amplia; quia exceptio competens correo absoluto competit alteri correo, hanc esse regulam dicit Alex. cons. 149. Viso processu, in pr. lib. 2. † Extende maxime, quando sunt plures correi, & pecunia peruenit ad vnũ; quia alii dicuntur fideiussores; ideo exceptio opposita per eum, ad quem spectat negotium, prodest aliis correis. Alex. d. cons. 149. in pr. lib. 2. † Restringe, quando latæ sunt diuersæ sententiæ etiam ex eadẽ causa, vt quia vnus fuit condẽnatus ad soluendum, alter fuit absolutus, quasi compulsus soluere tertio; quia non potest cõdemnatus velle vti exceptione competenti correo absoluto, ita per plura consuluit Castr. cons. 289. Ad primum respondetur, n. 4. ver. super quarto. lib. 1. quia æquitas exceptionis competens compulso iniuste soluere non competit alteri; quia vnus tractat de damno, alter de lucro; & dicit non obstare, quod soluens condemnatus nõ poterit recuperare ab absoluto; quia potuit cogitare, quod poterat hoc euenire. † Amplia; quia omnes exceptiones, quæ competunt contra cedẽtem, competunt contra cessionarium, maxime, quando dolus per cedentem fuit adhibitus. Rom. cons. 87. col. fin. ver. nec præmisse consuluisti. † Restringe, nisi cessus habens exceptionem consenserit, & ipse cessionicum dolo; quia tunc sibi dolus non infertur, ita Roman. d. cons. 87. in fin. † Amplia; quia exceptio, quæ competit venditori, competit etiam emptori, & sic singulari successori, siue exceptio procedat ex beneficio concesso in rem, siue procedat ex beneficio personali. Bart. in 2. q. Pisanæ Ciuitatis. ver. ex aduersa. n. 14. ver. quinto hoc probat. & num. 18. ver. nono probat. vbi, quod priuilegium competẽs vni, etiam competit alteri, qui statim habiturus est regressum contra priuilegiatum. † Extẽde; quia stante statuto, quod coniuncti vsque ad tertium gradum teneantur compromittere, si frater venditoris mouit litẽ emptori, emptor intimet litem venditori, qui illam suscipiat in se, potest petere venditor fieri compromissum cum actore fratre suo, licet emptor non posset; quia cum commodum, & incommodum spectet ad venditorem, & suscipiat defensionem non ex voluntate, sed ex necessitate, & fieri compromissum, non inducat declinationem fori, admittitur compromissum. Bart. d. q. 2. Pisanæ Ciuitatis. per tot. vbi pro vtraque parte, & in ver. solutio, ita distinguit, & idem Bart. in l. 1. C. vbi in rem actio. & apost. in pr. d. q. dat concor. † Contrarium tenent Bald. in d. l. 1. C. vbi in rem actio. & Castrens. cons. 178. in fi. lib. 2. † Declara; quia exceptiones cohærentes rei semper competunt contra singularẽ successorem, sicut contra principalem, & è contra exceptio compensationis competens cedenti competit cessionario, quando cohæret rei, ita Alex. cons. 54. Circa id, quod, in fi. n. 7. lib. 2. vbi apost. in cessionario dicit * cõmun. licet relatiue declaret. Vide, Fideiussor non potest esse sine principali obligatione, & quando secus. Concl. 292. † Amplia; quia exceptiones etiam personales competentes principalibus competunt fideiussoribus, & inuitis ipsis principalibus. Soc. reg. 22. Exceptiones personales, vbi limitat 5. modis. † Limita; quia exceptio competẽs principali debitori iure speciali, per quam annullatur principalis obligatio, non operatur, vt fideiussor liberetur, Alex. cons. 59. Visis instrumento. n. 11. ver. quo ad secundum. lib. 1. † Extende; quia exceptio competens principali ex priuilegio intuitu personæ non competit fideiussori. Rom. sing. 627. Nunquid fideiussor. Affl. decis. 602. & alii, quos Caballi. in apost. ad Anton. de But. cons. 18. in fi. ver. fideiussores. † Restringe, secus esse, si principalis obligatio esset nulla; aliter, quam iure speciali. apost. ad Alex. d. cons. 59. nu. 11. in ver. accessoria. lib. 1. † Declara; quia exceptio competens principali contra personam cedentis, puta quia cedens esset monachus incapax creditu, vel actionis in personam suam, si consentiat debitor, quod fiat cessio, vel delegatio in personam alterius capacis, non poterit vlterius excipere de incapacitate personę cedentis, ex quo consensit maxime, quãdo ex causa onerosa facta est cessio, plene Rom. cons. 87. n. 4. ver. quarto, vbi dicit hoc procedere, quando debitor sciebat exceptionem, vel scire debebat, & consensit. Limita; † quia hæres licet censeatur eadem persona cum defuncto, & in eum transeant iura etiam personalia; tamen non transit ius specialis personæ; ideo si defuncto qualificato cõpetit actio, non transit ad hæredem non qualificatum; quia cessat qualitas. Anch. cons. 244. Quia quæstio est. n. 4. & seq. † Extende idẽ in exceptione, quæ competit contra defunctum, vt quia vsurarius esset manifestus; quia non repellitur hæres etiã filius, quando non nititur ex persona defuncti. Anch. d. cons. 244. n. 3. per tot. vbi est casus, vbi n. 9. declarat, quando nitatur ex persona defuncti, vt quia vult præscribere, vsucapere, vel quid simile ex persona defuncti; quia tunc quæ obstant defuncto, obstant hæredi. Vide, Hæres in quibus repræsentet defunctum, vel non. Conclus. 49. Limita; † quia exceptio cõpetens simul obligato, vt non possit conueniri durante officio Cõsulatus, non viciat alios obligatos, quin conueniri possint Alex. cons. 40. Perspectis verbis. lib. 2. vbi est casus. † Extende, vt procedat, etiam si statutum dicat, quod non molestetur Consul, neque eius socii; quia non comprehendit alios simul obligatos; quia vere non sunt socii, sed potius consortes eiusdem obligationis, & communionem habentes. Alex. d. cons. 40. in fin. lib. 6. † Limita; quia si ego scio me non teneri in aliquo A. & tamen patior, & consentio, quod ipse A. cedat me tãquam debitorem suum in centum B. teneor soluere centum, & exceptio, quæ mihi competebat contra A. dicenti me non teneri in aliquo sibi, mihi non competit contra B. cessionarium propter consensum meum; & idem, quod dicitur in cessione, procedit etiam in delegatione. Rom. plene. d. cons. 87. per tot. vbi apost. dat conc. † Limita; quia fideiussor, qui non habet regressum contra principalem, prout fideiussor in rem suam, nunquam potest vti exceptione competenti ipsi principali. Ang. Aret. cons. 54. Videtur dicendum. n. 16. & 17. ver. nec possunt vti beneficio. † Extende in eo, qui promisit factum alienum; quia non est vere fideiussor, quando non habuit mandatum, & saltem non habet regressum vti fideiussor; ideo non vtitur exceptione competente principali. Ang. Aret. d. cons. 54. per tot. vbi est casus.

Exceptio competens principali competit singulari successori, & quando è conuerso noceat. Concl. 416.

EXceptio † competens authori meo competit mihi singulari illius successori. l. si. ff. de except. rei iudic. Bart. in l. si tertius. § si quis. ff. de aq. plu. arcen. Ang. cons. 259. Castr. cõsil. 270. Viso puncto. col. 4. vol 2. † E conuerso exceptio, quæ obstat principali, obstat etiam cessionario, quando est realis, & concernit obligationem Castr. cons. 281. Viso puncto. n. 2. ver. quod autem exceptio. lib. 1 vbi apostill. allegat Alex. cons. 53. col. fin. in princ. lib. 2. Aret. consil. 16. & repetit Castrens. etiam in consil. 182. In causa, quæ vertitur. col. 2. ver. constat autem. lib. 1. Vide, Confessio authoris quando præiudicet successori, vel non. Concl. 663. † Extende; quia etiam exceptio compensationis, quæ non elidit obligationem, & obstat principali, obstat etiam cessionario. Castr. cons. 181. n. 2. ver. nam si exceptio. lib. 1. & cons. seq. col. 2. ver. constat autem. eod. lib. Vide Conclus. prox. præced.

Exceptio subreptionis quando proponenda. Concl. 417.

EXceptio † subreptionis rescripti contentiosi mere debet proponi ante litem cõtestatam; quia est dilatoria. Oldr. cons. 320. n. 2. Lap. alleg. 113. In causa vsuraria. n. 2. ver. quod exceptio subreptionis. † Limita in subreptione rescripti gratiosi; qui ex quo subreptio reddit gratiam nullam, debet proponi antè, & post, & tam in vim dilatoriæ, quam peremptoriæ. Gemin. cons. 65. in fi. n. 27. ver. item quia non est facta. † Extende limitationem, vt procedat, etiam si rescriptum sit partim gratiosum, & partim iustitiæ, vel contentiosum; quia tanquam mixtum potest opponi exceptio tanquam dilatoria, vel peremptoria subreptionis. Gemin. d. cons. 65. in fin. n. 27. ver. & istæ exceptiones.

Exceptio non numeratæ pecuniæ per obligatum potest opponi intra biennium, & non vltra, & quando secus. Conclus. 418.

EXceptio † non numeratæ pecuniæ potest opponi per biennium, & non vltra, & lapso biennio amplius non auditur Fulg. cons. 132. Proponitur probatum, in prin. † Amplia, vt procedat etiam

etiam in dote; quia exceptio non numeratæ dotis, & confessatæ potest opponi intra biennium, post biennium non pōt opponi.
3 Fulg. *d. cons.* 132 *in pr.* † Amplia; quia quod dicitur, debitorem nō posse excipere de non numerata pecunia post lapsum tempus, procedit etiam in tertio creditore, qui non potest excipere, nisi prout principalis. Fulg. *d. cons.* 132. *in pr. ver. cæterum si lapsa sunt tem-*
4 *pora.* † Declara; quia ad effectum, vt exceptio doris confessatæ opponi non possit contra tertium creditorem mariti, requiritur lapsus 10. annorum constante matrimonio secundum Anchar. *cons.* 307. *Nulli dubium.* & idem tenet Socin. *in l.* 1. *n.* 80. *ff. sol. matr.* & est text. *in auth. quod locum. C. de dote cauta, non numer.* quod declara, vt ibi per Dd. vide Corn. *cons.* 284. *col.* 3. *ver. accedat. lib.* 1. Et
5 † quando tertius possessor est, quoad ipsum non possunt dici lapsa tempora, licet contra maritum essent lapsa. Felin. *in c. si cautio. in vlt. lim. de fid. instr.* quem refert, & sequitur Affl. *decis.* 402. *nu.*
6 7. *ver. item pro ista.* Ias. *Inst. de actio §. fuerat. n.* 84. † Imo, quod creditor, qui ignorauit confessionem dotis factam à marito, restituatur in integrum ad opponendum exceptionem non numeratæ
* pecuniæ, communem* dicit Goz. *cons.* 28. *n.* 19. *& seq.* † Vide Crauet. *cons.* 40. *nu.* 6. *in fin.* qui dicit hanc restitutionem competere
7 creditori, qui effectus est creditor ante lapsum biennii, & sic ante lapsum temporis opponendi hanc exceptionem, quia bene restituitur eo lapso, postquam est creditor, & ignorauit; si vero erat lapsum tempus, antequam efficeretur creditor; tunc nunc restituitur, & sequitur Vtsil. in addit. *ad decis. Affl.* 402. *in princ.* vbi
8 allegat alios. † Amplia; quia exceptio non numeratæ pecuniæ opponi potest, vbicunque intrat confessio debitoris ad se obligandum; quia si non constat de numeratione intra biennium, potest excipere de non numerata pecunia. Alex. *cons.* 35. *Visa scri-*
9 *ptura, in pr. lib.* 1. & duplicatur *lib.* 2. *cons.* 179. † Amplia; quia potest opponi exceptio non numeratæ pecuniæ etiam à tertio possessore, vel alio pro absente; sed tamen tenetur dominum principalem offerre in iudicio, & satisdare de iudicato soluēdo. Bald.
10 *cons.* 50. *Isti Hebræi, lib.* 3. *in pr.* † Amplia; quia etiam in mercatorib. habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ, quando pro sua obligatione conueniuntur; secus si pro aliena. Ias. *in l. cum quis. n.*
11 18. *C. de iur. & fact. ignor.* † Declara, in quibus confessionibus habeat locum exceptio non numeratæ pecuniæ, vt per Goz. *consil.* 28. *n.* 28. vbi videtur velle, quod excepto mutuo, & excepta dote non habet locum in aliis contractibus, allegat *l. generaliter. C. de non num. pecun.* & ita videtur etiam velle Bald. Nouell. *in l.* 1. *n.*
211. *ff. sol. matr.* vbi, quod doti, & mutuo fuit concessum biennii; quia de facili fiebat cōfessio spe futuræ numerationis, plene Alex. *cons.* 191. *Visa scriptura. n.* 3. *ver. & vbicunq; debitor, lib.* 2. vbi dicit hoc expresse, quod confessio per scripturam priuatam confectam præiudicat statim; quia soli mutuo, & doti datur exceptio non numeratæ intra biennium, in aliis contractibus habet locū exceptio intra 30. dies, vt per Affl. *in const. Neapol. rub.* 40. *vt ma-*
12 *gister iustitiæ. n.* 5. *lib.* 1. vide infra *n.* 26. *& seq.* † Et ideo is, qui vocauit se debitorem in scutis centum habitis à Titio trafico societatis, non habet exceptionem non numeratæ pecuniæ intra biennii, etiam si apocha sit facta per debitorem absente creditore; quia statim probat contra scribentem, nec potest induci præsumptio mutui, vbicunque aliquid soluitur, ne inducatur delictum vsu-
13 rarum. Alex. *d. cons.* 191. *per tot.* vbi est casus. *lib.* 2 † Limita, quando intra biennium debitor esset protestatus; quia tunc perpetua efficitur hæc exceptio. Fulg. *cons.* 163. *In causa, & quæstione. col. pen.*
14 *ver. apparet autem.* † Extende multo magis, quando confessio, vel protestatio creditoris interuenit, quod nō sit facta solutio. Fulgos. *d. cōs.* 163. *col. pen. ver. apparet.* vbi loquitur in dote. † Limita; quia
15 † exceptio non numeratæ pecuniæ pōt perpetuo opponi, quando contractus est nullus ipso iure, velut in depósito facto apud prælatum Ecclesiæ; item in mutuo, item in alienatione bonorū Ecclesiæ pro debitis Ecclesiæ; quia si non constat de numeratione, & conuersione in vtilitatem Ecclesiæ, nō valet obligatio Ecclesiæ, & quandocunq; potest opponi hæc exceptio. Cald. *cons.*
276. alias *vnic. de commod.* Ang. *cons.* 245. *Quia omne datum. n.* 3. *col.* 3.
16 *ver. & ideo exceptio.* † Limita; quia lapso biennio potest probari contrarium. Fulg. *d. cons.* 163. *col. pen. ver. apparet autem.* Castr. *consil.*
17 455. *n.* 4. *lib.* 2. † Extende; quia maxime de æquitate canonica hoc procedit. Fulg. *cons.* 192. *n.* 3. & quod de iure Canonico possit ex æquitate opponi. Ias. *in l. qui pecuniā. col.* 2 *post med. ff. si cert. pet.* Dec. *in l. iure naturæ, post med. ff. de reg. iur.* late examinat Ias. *in l. cum quis, col.* 8. *n.* 17. *C. de iur. & fact. ignor.* Roman. *cons.* 44. *num.* 2. vbi apostil.
18 *in ver. perpetuo,* dat concord. Ang. *cons.* 156. *D. Angelina.* † Imo de æquitate canonica semper potest opponi exceptio non numeratæ dotis, vel pecuniæ confessatæ. Rom. *cons.* 445. *n.* 6. plenius Roman. *cons.* 44. *Ex supra narrato. n.* 2. vbi apostill. *in ver. perpetuo,* citat concord. † Contrarium, quod neque de iure Canon. possit opponi hæc exceptio, plene Ias. *in d. l. cū quis. n.* 17. *C. de iur. & fact. ign.* 19
vbi pro vtraq; parte, *& n.* 18. hoc firmat. † Declara vt per Ias. *in l.* 20
2. *§. creditū in* 4. *col. ff. si cert. pet.* vbi excipit tres casus, in quibus neque de iure Canon. potest opponi post biennium, *& in l. qui pecuniam ff. eod.* Felin. etiam *in c. si cautio. de fid. instr.* † Et quando, & 21
quomodo exceptio nō numeratæ pecuniæ possit opponi. Ang. *d. cons.* 156. *Videtur prima fronte.* Aret. *Instit. de except. §. idem iuris.* per plures col. † Declara; quia exceptio non numeratæ dotis intra 22
biennium potest opponi, post biennium secus; quia præsumitur solutio, & transfertur onus probandi in confitentem, ante biēnium lapsum onus probandi spectat ei, qui soluit, excepto vno casu, quando præcedebat promissio dotis; quia etiam intra biēnium non audiretur opponens exceptionem, sed semper auditur, si vult probare solutionem nō factam. Castr. *cons.* 445. *Ad primum. n.* 4. *ver. ad secundum. lib.* 2. † Declara; quia imo ista exceptio 23
non numeratæ pecuniæ est perpetua, quando opponitur illi, q allegat solutionem, maxime de æquitate canonica, & in terris Ecclesiæ; & ideo si constat per testes de non numeratione pecuniæ conf. ctæ in instrumento, admittitur excipiens contra eūdem, qui dicit soluisse; secus est contra hæredem, vel successore habentem bonam fidem. Angel. *d. cons.* 156. *D. Angelina. per tot.* vbi, quod est propter dolum allegantis solutionem, Rom. *cons.* 445. *Consultatio præsens. n.* 9. † Limita in contractu mutui; quia si pro- 24
betur de non solutione, potest hæc exceptio quandocunq; opponi in mutuo. Affl. *decis.* 110. † Limita in tertio possessore mo- 25
lestato ab vxore alienantis; quia licet lapsa sint tempora quoad maritum, & hę edes; non tamen quoad ipsum tertium. Roman. *d. cons.* 445. *in fin.* vbi apostill. fin. *in ver. temporis,* pro vtraq; parte, & dicit contrariam* communem. † Declara totam hāc materiam; 26
quia sunt duæ exceptiones non numeratæ pecuniæ; prima durat solum 30. dies, & hęc habet locum, vbicunq; fit confessio de recepto ad effectum liberandi, & hæc dicitur fauorabilis; quia tendit ad liberandum; ideo lapsis 30. diebus non auditur is, qui negat recepisse pecuniam confessatam, etiam si vellet probare negatiuam, quod nō receperit, & hæc continet dispositionem; quia habet vim pacti de non petendo; ideo tollit naturalem obligationem, elidit ciuilem, & inducit exceptionem, ita Castren. *cons.* 233. *Visō casu. n.* 2. *ver. primo quia. lib.* 2. Vide Conclus. prox. seq. ¶
† Alia vero exceptio non numeratæ pecuniæ, quæ fit ad obligā- 27
dum recipientem, non autem ad liberandum soluentem, durat biennio, & hæc est odiosa & non continet dispositionē, nisi fiat in iudicio, sed continet meram numerationē, & hæc lapso biennio licet non possit opponi, vt opponens habeat intentionem fundatam; tamen potest quandocunq; is, qui confessus est, probare negatiuam, quod non receperit; quia cum numeratio sine dispositione sit falsa, non mirum est, quod possit falsitas probari. Castr. *d. cons.* 233 *n.* 2. *ver. primo quia. lib.* 2. Vide Masc. *Conclus.* 361. ¶
Confessio facta a recepto an probet vere. n. 15. *& seq.* vbi, quod in dote, & mutuo habet locum exceptio non numeratæ intra biēnium, in aliis contractibus intra 30. dies, & quantum durant tambæ, latissime supra *n.* 11. *& seq.* † Et maxime de iure Canon. hoc proce- 28
dit, quod exceptio potest semper opponi, & probari, etiā lapso bienio. Rom. *d. cons.* 445. *n.* 2. vbi apost. dat conc. vide supra *n.* 16. ¶
& multis seqq. Vide, *Confessio de recepto non probat veram numerationem. Conclus* 653.

Exceptio non numeratæ pecuniæ per liberantem potest opponi intra triginta dies, & quādo secus. Conclus. 419.

REGVLA † est, quod creditor confitens sibi à debitore satis- 1
factum fuisse excludatur per lapsum triginta dierū, ne possit excipere de non numerata pecunia; quia plena securitas paratur debitori. *l. in contractibus. §. super cæteris. C. de non numer. pecun.*
Amplia, vt † procedat, quod exceptio nō numeratæ pecuniæ nō 2
possit opponi post 30. dies à die confessionis de recepto; quia post lapsum 30 dierum si nō est proposita querela, insurgit præsumptio iuris & de iure pro solutione. Bald. *cons.* 251. *ante med. ver.*
nam quidam dicunt. lib. 3. † Extende, vt procedat etiam in confes- 3
sione minoris facta de recepto ad fauorem tutoris cum iuramēto; quia siue renunciauerit huic exceptioni, siue lapsi sint triginta dies, non poterit amplius opponere hanc exceptionem. Cuman. *consil.* 24. *Videtur prima fronte, circa princ. ver. in contrarium.* vbi dicit* communem. † Extende in tantum, vt post lapsum 30. *
dierū non possit etiam creditor deferre iuramētum deficiuum 4
debi-

debitori; quia iurare non compellitur. Bart. *in d.l. in contractib.* §. *ille. C. de non num. pecun.* †Extende; quia exceptio hæc non numeratæ pecuniæ durat per 30. dies tantũ in omnib. cõtractibus, excepto mutuo. *d.l. in contractib.* vbi Bald. *C. de non numer. pecun.* gl. 6 *fin. de oblig. in ver. extendatur, & in l. pecuniæ. C. de solut.* † Amplia, vt procedat et in creditore confitente sibi fuisse satisfactum; quia potest intra 30. dies excipere de nõ numeratione. Bald. *cons.* 47. *In quæstio, in pr. ver. sed dubitatur. lib.* 4. vbi, quod hoc procedit, vbi- 7 cunq; liberatio fit per confessionem. † Restringe, vt nõ procedat, vbicunq; creditor liberat debitorem per pactum de nõ petendo, vel per acceptilationem; quia tunc nõ potest excipere de 8 non numerata pecunia. Bald. *d. cons.* 47. *n.* 2. *lib.* 4. † Contrarium videtur dicere Castr. *cons.* 233 *Viso casu. n.* 2. *ver. primo quia. lib.* 2. vbi, quod confessio facta ad liberandũ disponit; quia habet vim pacti de non petẽdo; ideo lapsis 30. diebus non potest probari numerationem non interuenisse, nisi dicas saluando, ꝙ istud procedit lapsis 30. diebus, sed ante non habet vim pacti de non petendo; ideo plus operatur pactum, quod est à principio, quam 9 lapsus 30. dierum post confessionem. † Oppositio debet fieri in specie per modum replicationis contra debitorem excipiẽtem de solutione; & non dicitur opposita ex sola petitione crediti. Bald. *d. cons.* 47. *n.* 3. *vsq; in fin. ver. sequitur videre. lib.* 4. vbi pro vtraq; 10 parte; tamen hanc partem tenet. Vide Concl. prox. seq.

Exceptio non numeratæ pecuniæ non potest opponi, si illi fuit renunciatum, & aliis casibus, & quando secus. Concl. 420.

1 EXceptio † non numeratæ pecuniæ in confessione de recepto opponi non potest, si est renunciatum huic exceptioni exinteruallo. *l. si ex cautione. C. de non numer. pecun. cum ibi not.* & hanc communem* dicit Bald. *cons.* 251. *Duo rei, circa princ. lib.* 3. Declara, † quod in mutuo intra tempus ad opponendũ non relenat; quia eadem facilitate præsumitur facta, qua cõfessio mutui. 2 Vide plenius *in ver. Renuntiatio generalis facta omnibus beneficiis quid operatur. Conclus.* 168. † Amplia, vt procedat; etiam si incontinẽti confitens in cõfessione de recepto renuntiauerit huic exceptioni; quia licet sit opinio controuersa; tamen de consuetudine, & de iure ista opinio præualuit, & dicit Bald. *d. cons.* 251. *circa prin. lib.* 3 imo est communis* opinio secundum Alex. *cons.* 35. *Visa scriptura. n.* 3. *lib.* 1. quod duplicatur *cons.* 179. *lib.* 1. † Contrarium tenet Fulg. *cons.* 192. *Quidam emit, in pr.* vbi, quod renunciatio in dubio censetur facta spe futuræ traditionis, non autem animo donãdi; 4 ideo operatur, quod debet probari nõ traditio, vbi dicit* omnes ita tenere. † Declara; quia tunc exceptio nõ numeratæ pecuniæ non potest opponi, quando illi esset renunciatum; qui 5 vel animo donandi; quod in dubio non præsumitur, censetur facta, vel quia ante facta fuit traditio. Fulg. *d. cons.* 192. *in princ.* vbi late. Cõtrarium † tenet Alex. *d. cons.* 35. *n.* 3. *lib.* 1. & 179. *lib.* 2. *n.* 3. vbi de* cõmuni.* Dicas igitur forte in mutuo posse ꝓcedere, prout loquitur Alex. *d. cons.* 179. *lib.* 2. *n.* 3. ex quo potest verificari in mutuo 6 citius; secus in aliis contractibus, vel ad fauorem Iudæi ꝓcedat, quod renunciatio non operatur, prout contra Iudæum cõsuluit Alex. † Declara; quia exceptio non numeratæ pecuniæ opponi non potest, quando facta fuit acceptilatio. Rom. *cons.* 46. *In causa domine. n.* 2. vbi apost. *in ver. non potest*, quæ allegat Bart. *in l. si ex pacto in pr. ff. de solut.* quod tamen intelligas, quando ipsa acceptilatio est facta præcedente Aquiliana stipulatione; quia tunc liberat ipso iure; secus si non adest Aquiliana stipulatio; quia liberat tantum ope exceptionis. Galiaul. *in repet. rubr. ff. de verb. obl. n.* 149. Vide plene per Masc. *Conclus.* 361. *Confessio facta de recepto an probet vere receptionem*, vbi *n.* 14. *& multis seqq.* vbi late examinat, quid releuet renunciatio facta incontinenti, quid cum iuramẽto, quid in iudicio, vel extra, & quo modo, & quando possit opponi, & opposita releuet, vel non de iure Canonico, & Ciuili, vbi latiss. † Amplia; quia licet obstet exceptioni renunciatio cum iuramento, vt non audiatur; tamen facta solutione potest opponi, nec obstat iuramentum. Fulg. *d. cons.* 192. *Quidam emit, col. pen. in princ.* Amplia; † quia non habet locum exceptio non numeratæ pecuniæ in Francia; ideo non attenditur. Apostill. ad Alex *cons.* 142. *in ver.* 11 *non tenet.* † Amplia; quia exceptio non numeratæ dotis per matrimonium confessaræ non potest opponi per mulierem, quando cõfessus est habuisse ab alio, quam à muliere; quia esset opponere 12 de iure tertii. Rom. *cons.* 44. *n.* 2. † Contrarium tenet idem Rom. *cons.* 441. *n.* 10. *ver. quoad* 3. vbi, quod imo tertius possessor opponit de non numerata dote, quando etiam esset lapsum tempus opponendi, & probat multis argumentis, licet apostill. *in ver. tempo-*

ris, citet pro vtraq; parte, & dicat limitationem communem *esse; quia dos confessata habet priuilegia dotis lapso tempore excipiendi de non numerata dote. † Amplia; quia exceptio non numeratæ pecuniæ, vel dotis non habet locum, quando confessionem dotis, vel mutui præcedit promissio; quia tunc cessat ratio, quod cõfiteatur spe futuræ numerationis, ex quo habet obligatum ex promissione, vt teneatur soluere ante confessionem. Bald. Nouell. *l.* 1. *n.* 211. *ff. sol. matrim. in repet.* vbi dicit notandũ esse. Castr. *cons.* 455. *Ad primũ n.* 4. *ver ad secundũ, lib.* 2. Rom. *d. cons.* 445. *Consultatio, n.* 8. *ver. hæc autem omnia*, vbi recitat tres opiniones, & hanc tenet, & pro ista est ibi apost. *in ver. quod non.* quæ citat plurimos. † Limita; quia non potest opponi, quando opponens iu- 14 rauit contractum, & contenta in eo esse vera. Bald. *cons.* 447. *Cõtrahentes, in princ. ver.* 2. *quærit. lib.* 1. secus si iuramentum non esset de veritate; quia tunc potest opponi, & *cons.* 39. *Proponitur, quod, n.* 2. *& 3. lib* 3. vbi, quod iuramentum obstat, nisi obtineatur absolutio. † Limita; quando Iudex interposuit decretum; quia cen- 15 setur confessio facta in iudicio. Bald. *d. cons.* 447. *nu.* 2. *ver. secundo quæritur, lib.* 1. † Limita, quando constat, per confessionem partis 16 etiam absentis, maxime si est ad liberandum, vel facta Notario stipulanti; quia tunc non obstat. Fulg. *cons.* 190. *Visis toto processu, in pr. ver. nec moueat quem*, vbi loquitur, quando fuit illi renũciatum. † Limita in muliere, quę confessa est habuisse florenos 300. & se 17 fecit debitricem, ac renunciauit exceptioni non num. pecun. in instrumento; quia intra biennium potest excipere de non numerata pecunia, & probando per Notarium, & testes instrumẽtarios, quod nulla numeratio interuenit, obtinebit contra hæredes creditoris, etiam si in confessione dicatur, quod in rei veritate confessa fuit habuisse; quia illa verba, *in rei veritate*, referũtur ad confessionem. Bald. *cons.* 197. *Quædam mulier*, vbi recitat opiniones tres, & hanc tenet, *lib.* 3.

Exceptio non numeratæ pecuniæ si est opposita, probanda est solutio; quia operatur ad fauorem opponentis. Concl. 421.

EXceptio † non numeratæ pecuniæ intra biennium oppo- 1 sita operatur, quod is, qui nititur ex cõfessione, debeat probare numerationem. Alex. *cons.* 35. *lib.* 1. *in princ.* quod duplicatur *lib.* 2. *cons.* 179. Castr. *cons.* 233. *Viso casu, col.* 2. *lib.* 2. est text. *in l. asseueratio. & in l. in contractibus. C. de non num. pecun.* Bart. *in l. si ex cautione, in princ. C. eod.* plen. Felin. *in c. si cautio, nu.* 45. *de fide instrum.* pleniss. Masc. *concl.* 695. *except. non numeratæ pec.* vbi reddit rationem; quia qui negat solutionem, transfert onus probandi in eum, qui allegat solutionem factam. † Extende, etiam si agitur de dolo; itẽ 2 in dote, quando confessio est facta ante matrimonium; secus si facta est post matrimonium, vel post promissionem dotis, vide Masc. *d. concl.* 695. vbi ampliat, & limitat multis modis, & an habeat locum in ecclesia vel contra ecclesiam, vide eum, qui plene examinat. † Extẽde; quia procedit etiam in scriptura priuata, in 3 qua debitor confitetur occasione mutui habuisse; quia si intra biennium opposuit de non numerata pecunia, debet creditor probare numerationem. Alex. *d. cons.* 35. *in princ. lib.* 1. quod duplicatur *cons.* 179. *lib.* 2. qui dicit hoc procedere, etiam si mutuans scripserit postea in libro suo, & libris suis creditur, prout libro Hebræi; quia confessio non probat solutionem. † Extende, vt 4 procedat, etiam si fit renunciatum dictæ exceptioni non numeratæ pecuniæ; quia si est in eodem actu, censetur eadem facilitate facta; ideo non inducit probationem solutionis. Alex. *d. cons.* 35. *Visa scriptura. n.* 3. *lib.* 1. vbi dicit* communẽ, & duplicatur *cons.* * 179. *lib.* 2. † Et procedit extensio, etiam si confessio de recepto sit 5 cum iuramento; secus si renunciatio exceptioni facta sit cum iuramento de non veniendo contra, plene Felin. *d. c. si cautio. n.* 46. *& seq. & n.* 50. *de fide instrum.* ad quem recurras. † Declara; quia et- 6 iam si esset probata exceptio non numeratæ pecuniæ; tamen nõ est releuans, quando is, qui soluit, probat, quod postea de omnibus calcularunt, & quod in calculo generali fuit computata summa non numerata in contractu. Castrens. *d. consil.* 233. *Viso casu, colum.* 2. *ver. secunda ratio, lib* 2. † Limita, quando exceptioni 7 non numeratæ pecuniæ fuit renunciatum ex interuallo post confessiõn. vel etiam incontinenti cum iuramento & promissione de non veniendo contra, vel quando fuit facta confessio dotis post promissionem ex interuallo, vel quando fit post matrimonium, vel animo donandi, istis casibus non potest opponi exceptio non numeratæ pecun. vt per Felin. *d. cap. si cautio, de fide instrum.* Mascard. *d. conclus.* 695. vbi *num.* 13. *& seq.* declarat, quod in omnibus casibus, in quibus non potest opponi hæc exceptio

vel per

vel per lapsum biennii, vel per renunciationem, aut alias, bene poterit confitens probare non solutionem; quia solum perdit beneficium opponendi exceptionem, quæ transfert onus probandi, sed non perdit beneficium probandi veritatem.

Exceptio firmat regulam in contrarium, & qualiter procedat. Conclus. 422.

1 EXceptio † de vno firmat regulam in aliis esse in contrariũ; quia quod de vno dicitur, de aliis negatum esse cẽsetur. *cap. nonne. de præsumpt.* Bald. *cons.* 131. *Casus est talis, quidam nobilis. ver. super 2. lib.* 1. Alex. *cons.* 107. *In causa, & lite. nu.* 2. *lib.* 1. Anch. *cons.* 423. *Viso dicto puncto. in pr.* & hanc esse propriam naturam exceptionis dicit Io. de Anan. *cons.* 69. *in fin.* Rom. *cons.* 100. *n.* 2. & *cons.* 82. *n.* 3. & *cons.* 195. *In casu præmisso. in princ. & cons.* 337. *Quoad primum. nu.* 8. vbi apostill. *in ver. exceptuatis*, dat plures conc. Alex. *cons.* 125. *Viso titulo. n.* 5. *ver. præterea. lib.* 2. vbi, quod exceptio declarat, & confirmat regulam in non exceptis, & *cons.* 106. *Visis. nu.* 2. *lib.* 5. & *consil.* 186. *Zacharias, in fin. lib.* 6. vbi, quod firmat, sed non ampliat.

☞ Vide, *Inclusio vnius est exclusio alterius. Conclus.* 71. † Amplia; quia

2 conductor excipiens nolle teneri pro vno casu fortuito, videtur se obligare ad alios casus fortuitos sub eodem genere exceptuatos. Bald. *cons.* 119. *Verba dicunt. ver.* 2. *quia. lib.* 1. *in princ.* † Amplia in concessione legati facta; quia exceptio declarat, & firmat regulam in non exceptis. Alex. *d. cons.* 125. *Viso titulo. n.* 4. & *ver. tum*

4 *etiam quia. lib.* 2. † Amplia; quia maxime exceptio firmat regulam in contrarium, & nunquam fit extensio ad casus similes, quando exceptio est expressa per numerum exceptionum, & nõ per expressionem qualitatum ipsarum exceptionum, veluti si est dictum, *excepto tali, & tali casu, & istis duobus casibus duntaxat exceptis.* Bald. *cons.* 458. *Quod dominus Arnaldus n.* 2. & 3. *ver.* 3. *quia exceptis, &*

5 *ver.* 4. *quia quando, lib.* 2. † Extende; quia exceptio in iis, quæ non sunt exceptuata, necessario firmat regulam in contrariũ. Rom.

6 *cons.* 195. *in princ. col.* 2. *ver.* 2. *idem.* † Amplia; quia locãs omnes possessiones, quas habet, tenet, & possidet, excepto tali podere, cẽsetur omnia locasse, ita vt exceptio poderis includat omnia in

7 locatione. Bald. *cõs.* 475. *Casus, super quo. in fi. ver. circ. li.* 2. † Amplia; quia exceptio ponit casum specialem; ideo quatenus loquitur, in supradicta tantum operatur, non vltra, & standum est regulæ. Cuman. *cons.* 174. *Visis litteris.* vbi, quod ecclesia dismembrata, & liberata in totum, excepto casu expresso, est exempta in om-

8 nibus, præterquam à casu excepto. † Amplia maxime, quando præcedit affirmatiua vniuersalis, & sub sequitur exceptio; quia tunc firmat regulam in contrarium. Angel. *cons.* 239. *Quidam em-*

9 *ptores, circa med.* † Amplia maxime in statuto correctorio iuris cõmunis; quia si excepit certos casus, in non exceptis censetur firmare regulam secundum ius commune. Bald. *cons.* 200. *Quicun-*

10 *que in solidum, in fin. lib.* 4. † Et idem est in statuto prorogationis instantiæ statuti; quia si excipiat certos casus, in quibus potest prorogari, firmat regulam in contrarium, & dictio, *nisi*, inducit exceptionem. Alex. *cons.* 64. *Circa præsentem, in princ. lib.* 4. quod est

11 Barbat. † Extende; quia si statutum prohibet solum Notarium posse numerari inter testes testamenti, videtur firmare regulam in contrarium in aliis. Anch. *cons.* 423. *Viso dicto puncto, in prin.* Ex-

12 tende; † quia statutum excludens generaliter omnes de linea materna propter agnatos, si excipit aliquam personam, non extenditur exceptio in non expressis; quia est casus omissus; ergo

13 non includitur in exceptis. Ioan. de Anan. *cons.* 69. *in fin.* † Amplia; in rescripto & confirmatione Principis & Papę facta de gestis & statutis per populum, dummodo non sint contra libertatem Ecclesiasticam; quia ista exceptio extendit confirmationem, etiam in iis, quæ concernunt præiudicium tertii. Ioan. de Anan. *cons.* 94. *n.* 2. *ver. non obstat. si dicatur.* Vide plenissime per Anton.

☞ Gabr. *lib.* 6. *de statutis, Conclus.* 10. *Papa si omnia statuta confirmat præ-*

14 *ter ea, quæ sunt contra libertatem Ecclesiasticã*, vbi pro vtraque. † Amplia in legibus feudalibus, & materia feudali. Alexand. *consil.* 7.

15 *In consultatione, n.* 8. *ver.* 5. *probatur, lib.* 5. † Amplia in concessione, & inuestitura feudali. Rom. *cons.* 271. Cuman. *cons.* 262. Georg. ab

16 Ecclesia *inter consilia feudalia. cons.* 48. *n.* 2. † Amplia maxime; quia quando præcedunt verba vniuersalia pro regula, & postea sequitur exceptio, talis exceptio firmat regulam in contrarium, & operatur, quod omnia, quæ possunt includi sub vniuersalitate præmissa includuntur. Roman. *d. cons.* 271. *Vis tota, n.* 3. *ver. secunda*

17 *quia*, vbi apostill. *in ver. exceptuatis.* † Extende; quia imo exceptio facta ad regulam per verba vniuersalia constitutam operatur, ꝙ omnia non excepta includantur sub regula, quæ cum sit apta comprehendere omnia propter vniuersalitatem verborũ; tunc exceptio includit omnia non excepta sub regula, & non dicitur ampliari; quia ex se omnia potest comprehendere. Rom. *d. cons.* 271. *n.* 3. vbi apostill. *in ver. includi.* dicit, quod ista inclusio operatur, prout operaretur expressio. † Limita, vbi alia interpretatio 18
dari potest; nam Papa volens omnes teneri soluere decimas, si excipit certum ordinem, non propterea videtur velle omnes alios exẽptos teneri, nisi expresse dixerit; quia talis exceptio potest operari coucessionem exemptionis ordini exceptuato. Fed. de Sen. *cons.* 233. *col. pen. n.* 3. *ver. non obstat, quod excipit.* † Extende; 19
quia licet exceptio firmet regulam in contrarium; non tamẽ includit in regula ea, quæ non includuntur; ideo non extendit regulam. Soc. *cons.* 47. *In primo præsentis consultationis, n.* 2. & 3. *ver. sed contra prædicta, lib.* 1. vbi quod vendens certa bona diuisa reseruato Palatio pro indiuiso non extendit, quod alia bona indiuisa includantur, ex quo venditio cantat de bonis diuisis. Alex. *cons.* 51. *Viso themate, in fi. lib.* 3. & *cons.* 28. *n.* 11. *lib.* 1. Castr. *cons.* 257. *In causa, quæ vertitur, col. pen. post med. n.* 5. *ver. modo nos habemus, lib.* 2. Abb. *cons.* 75. *Illud de iure, in fin. ver. ad* 3. *lib.* 2. Rom. *cons.* 379. *Circa primũ, n.* 13. vbi apostill. *in ver. Includebatur.* Vide, *Exceptio declarat regulam.* ☞
Conclus. 424. † Extende; in locatione; quia licet conductor susce- 20
perit in se casum fortuitum belli, pestis, & omnes alios casus, qui excogitari possunt; tamen exceptio generalis non operatur, vt casus insolitus, & qui sub regula non cadit, comprehendatur, etiam si fuisset iuratum; quia nec; iuramentum trahitur ad incogitata. Alex. plene *cons.* 28. *Visis, & accurate, num.* 11. *ver. non obstat, quod exceptio, lib.* 1. vbi apost. *in ver. vltra*, idem Alex. *cons.* 106. *num.*
10. *lib.* 5. † Contrarium videtur velle Sign. *cons.* 81. *n.* 9. vbi, quod 21
impositio oneris facta à laicis ex necessitate comprehendit ecclesias propter exceptionem aliquarum ecclesiarum. † Limita, 22
quod exceptio firmat regulam in non exceptuatis, quando alias non esset facta inclusio, vel exclusio tacita, vel expressa circa nõ exceptuatos; ideo inuestitus de emphyteusi cum pacto, quod non possit alienare Petro, & Seio, si vendat permisso, & dominus confirmet inuestituram in istum successorem, & addat, ita quod non vendat Seio; nõ tamen potest vendere Petro excluso in prima inuestitura; quia licet non excipiatur expresse; tamẽ excipitur tacite ex confirmatione primæ inuestituræ. Bald. *cons.* 331. *Quidam fuit inuestitus, lib.* 5. *per tot.* † Declara, vt plene per Dec. *in c.* 23
cum dilecta, n. 6. & 7. *de confirm. vtil. vel inutil.* vbi ampliat, & restringit declarando, quomodo procedant ista, quod exceptio sit de regula, & firmet regulam in contrarium; non tamen ampliet regulam. Anch. *cons* 178. *Visis, & diligenter n.* 6. vbi, quod non facit, quod non inclusa includantur. Alex. *in l. illud eleganter. n.* 4. vbi apostill *ff. quod quisq; iuris.* † Declara; quia exceptio de vno facta 24
includit alios, etiam si disputetur de regula, an includat, vel ne; ideo diuisio facta cũ clausulis amplissimis, quæ possunt importare; an sit renunciatum fideicommisso, vel non, si est facta exceptio fideicommissi aui, tunc aliis fideicommissis censetur renunciatum, ita Petr. Surd. *cons.* 294. *n.* 18. & *seq.* vbi ponit infinita similia, quibus appater, quod exclusio vnius est inclusio alterius, & è cõtra Becc. *cons.* 111. *n.* 36. *lib.* 1. vbi declarat multis modis. Vide eum; quia tuetur, quod non procedat, nisi inclusio possit contineri, vel nisi etiam alia sint expressa; sed tamen Menoch. *consil.*
87. *n.* 36. & *seq.* vult, quod exceptio declarat & firmat regulam, etiam si illud exceptum non caderet sub regula, & sic ampliat 25
regulam. Vide eum; quia ponit exempla. † Limita; quia licet expressio casus reseruati cum clausula generali includat omnes casus similes; tamen exceptio certorum casuum non firmat regulam in aliis casibus non exceptuatis, ita Ægid. *cons.* 19. *n.* 2. *ver.*
sexto quia. † Limita; quia exceptio non firmat regulam in con- 26
trarium, quando aliquid excipitur considerato effectu eius, quod excipitur; quia tunc omnia sunt excepta, quæ habent eũdem effectum, ita Castr. *consil.* 91. *In causa appellationis. nu.* 9. & 10.
lib. 1. vbi, quod statutum, quod fiat compromissum, exceptis instrumentis guarentigiatis, non includit instrumenta non guarentigiata, quando habent executionem paratam, prout guarẽtigiata; quia statutum consideravit effectum guarentigiæ, non 27
ipsam guarentigiam. † Extende; quia exceptio firmat regulam, sed non ponit sub regula casus similes exceptuatis; imo cum sint similes, censentur excepti. Alexand. *consil.* 130. *In causa. n.* 4. *in fin.*
& seq. ver. nec etiam videtur obstare. lib. 4. vbi, quod omnia similia, 28
& æquiparata exceptis sunt exceptuata. † Extende, vt procedat, etiam si exceptioni sit adiuncta taxatiua; quia adhuc non excludit casus similes exceptuatis, etiam si taxatiua sit reiterata. Alexand. *d. consil.* 130. *num.* 6. *ver. nec obstat, si dicatur, lib* 4. vbi, quod non continentur casus similes per extensionem sub exceptione, sed comprehensi dicuntur. † Declara; quia licet statutum sit 29
confor-

conforme iuri communi principali dispositione, & debeat intelligi secundū ius cōmune; si tamen excipit casus diuersimode a iure communi, licet similes non excludat, bene excludit diuersos, etiā si sint contra ius cōmune in hoc; ideo non recipit passiuā interpretationē. Alex. *d. consil.* 130. *n.* 7. & 8. *ver. nec prædictus, lib.* 4. Limita; quia † licet exceptio in vno firmet, & extēdat regulam in aliis non exceptis; tamen hoc non procedit, quando hoc non est verisimile; quia nunquā fit extensio ad alia nō verisimilia. Rom. *consil.* 461. *In eo quod, in fi. ver. nec etiā refragatur.* † Extende; quia licet exceptio firmet regulam in contrarium; si tamē statutum, quod creditores non cōparentes in adiudicatione bonorū sui debitoris, non audiantur post annū, licet statutū excipiat mulierē, constante matrimonio, quæ non potest agere; non tamen propterea firmat regulā, vt cōprehēdātur alii creditores sub cōditione, & non valentes agere, plene Alex. *consil.* 106. *Visis, & opportune. per tot. lib.* 5. vbi allegat pro vtraq; parte, & hac tuetur. Primo; quia verba statuti non cōueniunt; quia loquitur de creditoribus, & creditor sub conditione non est vere creditor. Itē; quia non valentiagere nō currit præscriptio, nec fit præiudiciū; itē quia alias esset absurdū, & iniustū. Vnde probato, q̄ non continet tales creditores non valentesagere, exceptio non debet ampliare regulam, & licet declaret; nō tamen ampliat. Item quia illa exceptio, quæ fit ad minuendam regulam, non debet operari augmentū, & maxime Alex. *d. consil.* 106. *n.* 10 *& seq. & n.* 11. dicit, quod ampliatio non esset declarare regulam. † Extende; quia relatiuum, quod positum post plura antecedentia, restringit regulam in omnib. antecedentibus, licet non conueniat, nisi vltimo antecedenti, cum quo sufficit, quod conueniat: exemplum; Regula continet plura antecedentia masculini generis, vltimum est neutri, relatiuum ponitur neutrum; quia conuenit vltimo antecedenti; tamen omnia restringit, ita apostill. ad Alex. *d. consil.* 106. *n.* 11. *in ver. Genere*, vbi citat plures. *lib.* 5.

Exceptio debet esse de regula, & qualiter procedat. Concl. 423.

1 EXceptio † debet esse de regula; ideo lex loquens in genere, & excipiens certum casum, declaratur, quod loquitur, & constituit regulam in illa materia. Cald. *consil.* 181. alias 5. *de iureiur.* qui affirmat periurū emendatum non esse infamem, & admitti in causa ciuili; quia *cap. testimoniū, de testib.* excipit periurū, vt sit infamis. Gem. *consil.* 65. *n.* 8. *ver. nā ex quo hic excepit*, vbi, q̄ casus exceptus à dispositione generali declarat dispositionē loqui de illa materia. † Extende in tantum, quod si exceptio non esset de regula, diceretur derisoria. Cast. *consil.* 79. *Propleniori. n.* 3. *lib.* 1. † Et ideo legans omnem penū, excepto vino, quod habet Romæ, declarat regulam, quod solum omnem penū Romæ legauit. Rom. *consil.* 498. *In casu, in fin.* allegat text. *in l. nā quod liquidæ. § fin ff. de pen.* 2 & † Amplia in tantum exceptionē debere esse de regula, vt restringat, seu declaret regulam debere intelligi de materia exceptionis. Bald. *consil.* 401. *Superfatto. n.* 2. *ver. secundo queritur. lib.* 5. Extende; quia † exceptio adiecta indiuiduo speciei declarat genus præcedens, vt cætera indiuidua eiusdem speciei comprehendat. Sign. *consil* 81. *In quæstionib. n* 9 *ver. venio ad quartū*, vbi, quod impositio onerum ex necessitate laicorum cōprehendit ecclesias propter exceptionem aliquarum ecclesiarum; quia exceptio debet 3 esse de regula. † Amplia; quia procurator generaliter cōstitutus ad omnes causas, excepta causa restitutionis in integrū, dicitur constitutus in omnibus aliis causis requirentib. speciale mandatum, ex quo exceptio est de iis, quæ requirunt speciale mandatū. Gem. *in c. qui ad agendum*, § 1. *de procur. in* 6. Im. *in l. fi. col.* 12. *ff. quis,* 4 *& a quo appell.* Alex. & Ia. *in l. fi. ff. quod quisq; iur.* † Amplia; quia omnis exceptio debet esse à regula, & si nō reperitur regula, à qua possit pendere, mutat naturam exceptionis. Alex. *consil.* 64. *Circa* 5 *præsentem. n.* 4. *lib.* 4. † Limita; quia exceptio non ampliat regulā; & ideo si statutum loquatur de donatione, & exceptio fit de donatione ob causam; non tamen regula ampliatur ad donationes ob causam. Signor. de Homod. *consil.* 8. *Quæstio præsupponitur.* Vide plene Dec. declarantem qualiter procedat *in c. cum dilecta, n.* 6. & 6 7 *de confirm. vtil. vel inutil.* † Declara limitationem; vt procedat, quando regula repugnat exceptioni, alias secus; quia exceptio, quæ non est de regula, ampliat regulam, si regula non repugnat. 10 Dec. *in l.* 1. *n.* 39. & 40. *ff. de reg iur.* † Limita; quia non est necesse, quod exceptio sit de regula. Dec. *d. l.* 1. *n.* 39. *ff. de reg. iur.*

Exceptio declarat regulā, sed nō ampliat. Concl. 424.

1 EXceptio † declarat regulam, sed tamen non ampliat, vt comprehendat ea, quæ non sunt de genere regulæ. Bald. *consil.* 131. *Casus talis est, quidam nobilis, ver. super secundo lib.* 1. Socin. *consil.* 47. *In primo præsentis consultationis, nu.* 3. *lib.* 1. Cuman. *consil.* 98. *num.* 3. *ver. non obstat secundum.* Alexand. *consil.* 28. *Visis & accurate, num.* 11. *ver. non obstat, quod exceptio, lib.* 1. vbi apostill. *in ver. vltra.* idem Alexand. *consil.* 59. *num.* 9. *ver. nec ad hoc obstat, lib.* 1. *& consil.* 51. *in fin. lib.* 3. incip. *Viso themate.* Roman. *consil.* 498. *in fin.* vbi apostill. final. *in ver. non includebantur, & consil.* 107. *Circa id. col.* 2. *ver. quod autem cessant*, vbi apostill. *in ver. declarat*, & *in ver. non comprehenderentur, & consil.* 379. *Circa primum, num.* 13. *ver. veritas tamen*, vbi apostill. *in ver. includebantur.* Alexand. *consil.* 186. *Zacharias, in fin. lib.* 6. † Con- 2
trarium, quod imo exceptio, quando est de non comprehensis in regula, necessario extendat regulam ad casus non comprehensos in regula similes exceptioni; quia alias exceptio esset frustratoria, & superuacanea, tenet expresse Alexand. *consil.* 36. *Viso themate, in princ. lib.* 6. maxime *num.* 3. & 4. vbi ponit exempla de mandato generali; quia non comprehendit casus requirentes speciale mandatum, sed si fiat exceptio de vno casu requirēte speciale mandatum, includuntur alii casus speciales non excepti; aliud exemplum ponit in statuto concedente exequutionem pararam, non obstante quacunque exceptione, quia poterunt opponi eæ, quę non impugnant, nec sunt exceptiones, sed si dicat statutum, quod sola exceptio solutionis possit opponi, quæ non est exceptio, statutum extenditur ad alias similes, q̄ nō sunt exceptiones propriæ, & apostill. ad Alexand. ibi *in ver. alios*, citat plurimos, licet ipsa impugnet hoc. † Declarat Alex. *consil.* 3
216. *Nec arguendi, n.* 29 *ver. decimo considero, lib.* 2. vbi dicit, quod reuocatio omnium, & quarumcunque exemptionum, tollit etiam exemptiones ex contractu, & ex causa onerosa propter publicam vt litatem; maxime quia Papa excipit solam immunitatem venientium ad habitandum Romæ; quia exceptio firmat regulam in aliis ex cōtractu, prout est excepta, & licet exceptio facta de emptione venientium ad habitandum sit ex contractu onerosa; non tamen excipit alios habentes ex contractu onerosa ad similitudinem huius exceptionis, quæ singularis est, & specifica, & dicit moueri ex ista exceptione, ad includendum exemptiones ex contractu in ipsa renouatione, seu suspensione. † Declarat Aretin. *consil.* 8. *Abunde, per totum*, maxime *num.* 3. *& seq.* 4
ver. præterea Bald. & in fin. ver. non obstat præmissis, quod exceptio expressa, quæ tacite inerat, non extendit vllo modo regulam ad ea, quæ non sunt de regula; quia expressio eorum, quæ tacite insunt, nihil operatur, si vero est expressio, quæ tacite non inerat, exceptio licet firmet regulam in non exceptis, nunquam firmat extendendo ad ea, de quibus disponens erat incapax vel inhabilis, & rationem adducit *num.* 7. *ver. nec obstat.* quia exceptio non ampliat regulam, vt comprehendat ea, quæ sine exceptione non comprehenderet, siue non comprehenderet ex proprietate sermonis, siue ex mente, allegat Ancharan. *in rubr. de regul. iur.* dicentem, quod si Episcopus constituat suum Vicarium generalem, & ei concedat omnia, præter collationem beneficiorum; per talem exceptionem, quæ tacite inerat, non sunt concessa alia, quæ non competunt Vicario generali, dat Aretinus aliud exemplum, statutum imponit pœnam pro delictis, & excipit vnum casum non dolosum; non tamen sequitur, quod statutum puniat solum in casibus, vbi est dolus. Vide, *Exceptio firmat regulam in contrarium. Concluſ.* 422. *num.* 19. † Extende in 5
venditione certorum bonorum propriorum excepto Palatio; quia non includit bona communia, quæ non sunt propria; quia licet exceptio firmet regulam in contrarium; tamen non ampliat. Socin. *consil.* 47. *numer.* 2. *& 3. ver. sed contra pradicta, lib.* 1. † Amplia; quia in tantum declarat regulam, vt 6
illam restringat secundum qualitatem exceptionis; ideo exemptio concessa ab omnibus oneribus realibus, & personalibus, excepta libra florenorum mille, restringitur ad onera realia, & personalia imposita per libram; quia exceptio est de libra. Bald. *consil.* 410. *Super facto, numer. secundo. ver. super secundo, lib.* 5. † Et idem, si testator legat omnem penum, ex- 7
cepto vino, quod Romæ habet; quia censetur declarare, quod intelligit solum de penu Romæ existente. Roman. *consil.* 498. *In casu. in fin.* † Et idem in statuto, quod excludit ascendentes 8
fœminas, & per fœminam, vt non stet copulatiue, quod propterea non excluderetur auus maternus; quia licet sit per fœminam, non est fœmina; quia ex quo idem statutum excipit auiam paternam, quæ est fœmina, sed non per fœminam; ergo non requiritur copulatiue; quia exceptio declarat regulam. Alexand. *consil.* 144. *Viso themate, num.* 9. *& 10. ver. secundo principaliter, lib.* 6. † Extende; quia dubia dispositio statuti recipit interpretationem ab exceptione facta ab eodem statuto; vt intelli- 9

gatur

gatur secundum naturam exceptionis, ex qua declaratur regula etiam restrictiue. Rom. *cons.62. Florentina constitutio, n.5. & seq. ver. secundo clarius. & cons.107. col.2. ver. quod autem*, vbi, quod exceptio
10 deducit ad certum, & declarat regulam generalem. † Amplia; quia si statutum loquatur de donatione insinuanda à 25. libris supra, nō habet locum in donatione ex causa, etiam si statutum excipiat donationem ob causam; quia exceptio non ampliat regulam. Sign. de Homod. *d. cons.8. Quæstio præsupponitur, in pr.* Am-
11 plia; † quia potius inepta iudicatur exceptio, quam quod amplier regulam, quando regula non continet casus exceptos, & sumus in correctione iuris, plene Dec. qui declarat *in c. cum dilecta. de confirm. vtil. vel inutil. n.6. & 7.* Cuman. *cons.98. in fi.* quod est subscriptio Castr. vbi, quod potius exceptio iudicatur superuacua,
12 quam quod ampliet. † Amplia; quia firmat regulam in contra-
13 rium, sed nō ampliat. Alex. *cons.186 Zacharias in fi. lib.6.* † Amplia; quia Princeps, qui non tenetur soluere gabellam pro rebus suis, si locat gabellas cum generali facultate exigēdi ab omnibus cuiuscunque dignitatis, nō includit seipsum, etiamsi excipiat certas personas, inter quas non est Princeps; quia non ampliatur regula, vt contineat Principem non comprehensum. Io. de Im-
14 ola *cons.84. Visa locatione, in pr.* † Limita, quando exceptio esset inuti-
15 lis; quia tunc ampliat regulam. Petr. Surd. *cons.100. n.19.* † Limita; quia in dubio declarat regulam, vt comprehendat ea, quæ sunt eiusdem speciei exceptuatæ. Sign. *cons.81. In quæstionibus n.9.*
16 *& seq.* † Limita; quia exceptio ampliat regulam, quando fit de eo, quod non continetur in regula, alias secus. Dec. *in l.1. ff. de reg. iur. n.93.* Petr. Surd. *d. cons 100. n.19* Alex. *in l. illud. n.4 ff. quod quisq; iuris* Sign. *d. cons.81 n.9.* † Restringe limitationem quando regula repugnaret exceptioni; quia tunc licet exceptio non sit de regula; non tamen ampliat regulam. Dec. *in d. l.1. nu.40. ff. de reg. iur.* & non extendit regulam ad ea, quæ non includuntur sub regula. Roman. *cons.398. In casu in fin.* vbi plena apost. & *cons.379. n.13.*
18 † Declara restrictionem, vt non procedat, quādo exceptio esset inutilis; quia ampliat regulam. Petr. Surd. *d. cons.100. n.19.* Alex. *l. illud, n.4. in fi. ff. quod quisq; iur.* vbi dicit procedere, quando non sit correctio iuris.

Exceptio in fine restringit dispositionem præcedentem obscuram. Concl. 425.

1 EXCEPTIO † subsequens generalem dispositionem obscuram restringit, & declarat obscuritatem, vt si quis generaliter legauit penum excipiens vinum, quod est Romæ, intelligitur de penu, quæ est Romæ, quando incertitudo erat loci, non ex natura exceptionis, quæ imo solet firmare regulam in cōtrarium, sed ratione obscuritatis. Oldrad. *cons 133. Factum tale est, in princ.* Vide, *Clausula in fine posita qualiter referatur ad præcedentia. Conclus.291.*

Excipiens dicitur actor in sua exceptione, & probare debet. Concluſ. 426.

1 EXCIPIENS † dicitur actor in sua exceptione. Fulg. *consil.*
2 *177. Publicato processu, nu.3.* vbi, quod clare debet proponere exceptionem suam. † Amplia in tantum, vt procedat in exceptione regula, vt sicuti actor non probans, de qua *in l. qui accusare C. de eden.* intentionem suam succumbat; ita reus non probans
3 suam exceptionem in ea succumbat. Corn. *cons.80. col.1. lib.3.* Vide, *Actore non probante reus absoluitur. Conclus.117.* † Declara; quia dicitur actor quoad hoc, vt exceptionem suam probet, non autem vt proprie actor sit. Bart. *in l.1.* vbi Socin. *in princ. ff. de except.*
4 Vide, *Actor quando, & in quibus casibus reus existat. Conclus.118.* Amplia; quia † excipiens dicitur, & efficitur actor in sua exceptione.
5 Oldr. *cons.206. In causa Carnocen. ver. restat ad quæstionem, n.2. & consil.* 320. *Breues allegationes, n.2. ver. præterea notandum.* † Differt tamen, an crimen per modum actionis, vel exceptionis proponatur, & idem in aliis casibus. Vide *in ver. differentiæ, quod aliquid via actionis*
6 *proponatur. Conclus.414.* † Amplia, quod in tantum excipiens dicatur actor, vt sic grauetur in exceptione, quando actor probauit intentionem suam, sicut grauatur actor à principio; & dubia probatio, quæ non releuat pro actore, non releuat pro reo excipiente. Fed. de Sen. *cons.58. circa med. ver. sed credo contrarium.* Amplia; quia † in iudiciis, in quibus quis prohibetur inferre, vel mouere quæstionem dominii, is, qui excipit, dicitur mouere quæ-
8 stionem, sicut is, qui agit. Alex. *cons.36. Visis ijs quæ, n.5. lib.1.* † Amplia; quia eo ipso, quod reus debitor census excipit, vel negat velle soluere censum, dicitur spoliare dominum census sua pos-
9 sessione, vel quasi. Crau. *cons.140. in pr.* † Amplia; quia excipiens probare semper debet suam exceptionem, quando est fundamentum suæ intentionis, siue contineat affirmatiuam, siue negatiuam, plene Mascard. *concluſ.685. Exceptio.* vbi est fundamentum, vbi plura & declarat. Vide, *Probatio incumbit asserenti. Cons.* 668. *n.6. & seq.*

Excipiens non fatetur, & quando secus. Concl. 427.

REVS † excipiens de solutione non fatetur debitum; quia li- 1
cet solutio inducat necessario præcedere debitum; non tamen potest oriri confessio ex hoc; quia intentio excipientis est contraria, & actus agentium, &c. Crau. late *cons.772. n.5. & seq.* plene Ioan. de Amicis *cons.49. per totum*, vbi multa, & de * communi, prout de * communi Ias. *in l. Iulianus, n.13. ff. de cond. indeb.* & * est ratio; quia solui potest etiam inde bitū; ideo solutio non probat fuisse debitum, & ibi Bart. qui dicit esse * communem. Canonistæ *in c. cum venerabilis, de except.* Aretin. *Instit. de except. in princ. col.2.* vbi dicit esse * communem Canonistarum, & Legistarum. * Alexand. plene *consil.183. in fin. num.18. & seq. ver. fortius*, vbi allegat plurimos, & dicit * communem, & quod opinio Dyni com- * muniter reprobatur, *lib.6.* † Contrarium, quod dicatur fateri, 2
tenet Dyn. *in cap. nullus pluribus, de reg. iur. in 6.* Alex. *cons.185. In causa, col.2. lib.6.* Gloss. *in l. siquidem. C. de except.* quam licet reprobet ibi Salyc. tamen Bald. & Dyn. eam sequuntur, vt ibi dicit Bald. Dec. *in reg. non videtur rem amittere, n.3. ff. de reg. iur.* Roman. *cons.77. num.* 3. & ideo si non probat soluisse, debet condemnari, vt dicunt prædicti Doctor. Alexand. *consil.185. In causa & lite, num.5. ver. & aduertendum, lib.6.* † Declara, nisi ipse excipiens de solutione et- 3
iam fateretur, puta dicendo se recepisse, sed restituisse; quia tunc nisi probet restitutionem, censetur simpliciter confessum fuisse, idem Ioan. de Amic. *consil.99. per totum*, vbi, quod ita debent omnes intelligi. † Declara; quia inter mercatores præualet con- 4
trarium, & sic opinio Dyn. ita Fulgos. *consil.197. Zunghus Ondedei. colum fin. ver. super ducatis* 150. † Declarat Alexand. *consil.159. In causa, num.2. ver. Quinimo. lib.6.* vbi, quod reus excipiens simpliciter non videtur fateri intentionem actoris, ita vt teneatur probare suam exceptionem actore non probante suam intentionem, & debet dari absolutoria reo. † Declara secundo; quia si exceptio 6
sit conditionalis, puta quatenus appareat mutuatum, dicit restituisse; tunc nihil fatetur. Alex. *consil.83. In causa, & lite, in princ. ver. Nec ad hoc obstat, lib.1.* † Declara; quia non est confessio, neque ne- 7
gatio, sed est medium inter negare, & confiteri, prout in tacente. Alexand. *d. cons.83. in princ. ver. nec ad hoc obstat.* † Declarat Abb. 8
consil.17. in quæstione, colum.2. vers. & non obstat, lib.2. quod opponens pactum de non petendo confitetur pactum factum fuisse, sed non confitetur debitum, neque quod præcesserit, sed bene in iure resultat, quod debitum præcesserit, non quod ipse confiteatur, alle gat text. *in cap. ex parte Decani, de rescript.* † Restringe; 9
quia reus excipiens si in termino nihil probauit, dicitur fateri. Bald. *in l.2. num.5. ver. sed pone. C. quando Fiscus, vel priuat.* vbi dicit esse text. *in authent. de exhibendis reis. §. sancimus. in gloss. si narratione, in fin.* sequitur Alexand. *in l. a diuo Pio. §. sic quoque, num.5. ff. de re iudicat.* vbi, quod deficiens in probatione exceptionis fatetur. † Et 10
quod dicatur fateri, quando nihil probauit, est gloss. *in d. authent. de exhibend. reis. §. suscepto, in ver. litis contestationem.* Bald. *in l.2. ver. sed pone. C. quando Fiscus, vel priuat.* Salyc. *in l. etiam, C. de exequut. rei iudic.* † Declara; quia is, qui opponit solutionem excipiendo, 11
non fatetur debitum, quando creditor impugnat exceptionem; quia non potest illam impugnare, & se fundare super ea, secundum gloss. *in l. Iulianus verum debitorem. ff. de condict. indeb.* quam notabilem dicit Alexand. *d. consil.183. In causa, & lite, num.* 18. *& seq. ver. fortius dico*, vbi citat plurimos, & dicit * communem * *lib.6.* † Vide tamen, an posset substineri opinio Dyni, quod cen- 12
seatur excipiens de solutione fateri debitum, saltem, quando reus non excipit simpliciter, sed facit positionem, vel articulum, vt probet solutionem; quia cum ponens confiteatur, & iuret de calumnia, forte posset dici, quod confiteatur, vt dicit Alexand. *cons.185. In causa, & lite, num.5. ver. & aduertendum, lib.6.* vbi in casu isto sequitur opinionem Dyni affirmatiuam. † Declara plenissi- 13
me per Alex. *cons.49. In causa, & lite, n.9. & multis seqq. ver. similiter non obstat, lib.7.* vbi dicit, quod libellans, excipiens, vel replicans illud, quod pars aduersa asserit, illud impugnando nō dicitur fateri, allegat gloss. not. *in l. Gallus. §. item credendum, in ver. pronepos, in fin. ff. de liber. & posthum.* quam multum notandam ad hoc ibi dicit Angel. & Imol. quia tales recitantes & impugnantes non faten- 14
tur. † Idem est, quando quis impugnat factum, dicendo patrem suum non recte institutum; quia debet intelligi nullo modo in- stitutum *d. l. Gallus. §. forsitan.* vbi gl. *in ver. recte. ff. de liber. & posthum.*

quæ

quæ exponit recte, videl. nullo modo. ideo Bald. ibi dicit, quod is, qui dicit sententiam non recte latam esse impugnando, non fatetur esse latam, quod notandum asserit Alex. *d. cons. 49. nu. 11.* 15 *lib. 7.* & dicit, quod alii sequuntur ibi Bald. † Idem est maxime, quando impugnans dicit prætensam, vel assertam sententiã nullam; quia nihil fatetur. Alex. *d. cons. 49. n. 11. lib. 7.* † Amplia; quia reus negans debitum, licet petat compensari, non dicitur fateri debitum. Bart. *in d. l. Iulianus verum debitorẽ, ver. adistam lecturam. ff.* 17 *de cond. indeb.* vbi Ias. late. † Declara; quia si simpliciter obiiciat de compensatione, fatetur debitum. Roman. *cons. 77. Pater Reuerende, n. 3. ver. allegatur vlterius,* vbi apost. *in ver. non soluisse.* † Limita; quia ad probandum secundum extremum in spolio, quod spoliuerit actorem ex sola contradictione facta, censetur fateri ex sola contradictione. Alex. in apost. ad Bart. *in l. 1. §. siue autem. ff. de vi, & vi armat.*

Excipiens auditur super contrariis, & quando secus. Conclus. 428.

1 EXCIPIENDO † quis potest allegare contraria ad se defendendum, *cap. nullus plurib. de reg. iur. in 6.* Cald. *cons. 219. ver. item proponitur,* alias 13. *de appell.* Gloss. fin. in fin. *in c. si a subdelegato, de offic. deleg. in 6. & in l. nemo prohibetur, ff. de except. & in l. nemo ex iis,* & ibi Dec. & Cagn. & *in l. vbi repugnantia. ff. de reg. iur.* Ægid. Bellam. *cons.* 12. *n. 4. ver. nec obstat.* Abb. *cons. 97. Attingam. col. 2. in pr. ver. nunc secũ-* 2 *dum, lib. 1.* † Extende multo magis; quia potest quilibet vti pluribus, & diuersis defensionibus, & exceptionibus; quia si vnã proposuit, non prohibetur alteram diuersam proponere. Abb. *d. cõsil. 97. col. 2. ver. nunc secundum, lib. 1.* vbi ponit exempla in appellãte ex vna causa, qui potest prosequi appellationem ex alia, & idẽ in tentante vnam nullitatem; quia si succumbat in vna, non prohibetur aliam intentare. † Amplia; quia quando is, qui opponit contrarias exceptiones, vtramq; probare debet, quia tunc auditur simul, & semel super pluribus contrariis. Bart. *in l. nemo, n. 2. prope fin. ver. quandoque sunt duæ. ff. de except.* sequitur Rosell. *in cons. 445. Super prædictis, in fin. inter consilia Bald. lib. 2.* Aret. *cons. 96.* 4 *n. 3.* † Restringe, quando ex propositione vnius transfertur onus probandi in aduersarium; quia simul & semel nõ potest vtramque proponere. Bart. *in d. l. nemo, circa fin. ver. si vero ff. de except.* Ampl. 5 quia † semper verum est, quod conditionaliter, vel ordine successiuo excipiens potest contraria opponere, & auditur; ita quod vna sublata aliam possit opponere contrariam primæ. 6 Bart. *d. l. nemo, circa fin. ver. Si vero proposito. ff. de except.* † Imo in tantum hoc esse verum aliqui asserunt, vt immo alias non audiatur excipiens contraria, nisi vel conditionaliter, vel ordine successiuo, vel nisi possint compati, vt voluit Dyn. *in reg. nullus, lib. 6.* quẽ tamen Bartol. *in d. l. nemo, circa princip. ver. pone exemplum. ff. de except.* Bald. & Bart. *in l. cum de indebito. ff. de probat. in princ.* reprobant, vt 7 imo quandoque licet non compatiantur, possint proponi, & etiam simul & semel. † Amplia; quia excipiendo hæres, qui adiuit hæreditatem ex testamento non solemni, potest negare testamentum solemne, vel factum ei, qui agit ex tali testamento. Bald. *cons. 306. lib. 3. & cons. 266. lib. 4. in fin.* vbi, quod aditio hæredis non inducit probationem solemnitatis testamenti. † Amplia; quia qui dixit se ingenuum, potest etiam postea dicere se libertinum, & qui dixit primo rem esse liberam, & allodialem, potest postea dicere esse feudalem. Gloss. *in l. penult. C. de ingen. &* 9 *manumiss.* † Extende; quia etiam qui primo dixit rem feudalem, potest, si succubuit dicere allodialem. Bald. *in cap. 1. §. inter filiã.* 10 *si de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnat.* † Limita multis casibus, quando lex ponit pœnam neganti, veluti conuento rei vendicatione, qui negat possidere; quia lex transferr possessionem in actorem; nam non potest audiri, si vult confiteri, & si- 11 milia exempla plura ponit Dyn. *in reg. nullus, in princip. lib. 6.* † Declara; quia non auditur, nisi soluat pœnam incursam, qua soluta tunc auditur. Bald. *cons. 206. Punctus, concessa. in fin. lib. 5.* † Limita; quia exceptio in seipsa contraria non admittitur. Bart. *d. l. ne-* 13 *mo, circa fin. ver. quandoq; vna, & eadem exceptio. ff. de except.* † Limita in exceptione criminis; quia quando excipiens intentat crimẽ, nunquam auditur super exceptione contraria, per quam crimẽ tollatur. Bald. *cons. 446. Si quod dixi, post med. ver. deinde dicit iste.* 14 *lib. 2.* † Limita, quando iurasset de calumnia super exceptione proposita, quod sit, vel credat veram; quia non potest contrariam allegare. Bald. *d. cons. 446. ver. secundo potest circa finem, lib. 2.* 15 † Limita; quando excipiendo negaret id, quod est causa beneficii, quod intendit consequi, Bald. *d. cons. 446. in fi. v. tertio quia.* 16 *lib. 2.* sed hæc est eadem cum exceptione in se contraria. † Contrarium videtur tenere Bald. *cons. 306. Quidam nomine Martinus, lib. 3. & cons. 266. Ista est scriptura, lib. 4.* vbi, quod is, qui adiit ex testamento hereditatem, potest dicere testamentum nullum, sed ibi non dicitur, quod retineat beneficium ex testamento negato; ideo non est contrarium. † Limita; quia reus auditur super 17 contrariis emendando, non cumulando. Bald. *d. consil. 206. Punctus, concessa fuit. lib. 5. in fin.* † Limita; quia quod dicitur reum pos- 18 se vti exceptionibus contrariis, intelligitur in eo, & successiuis temporibus, & diuersis; secus in actore, vel si eodem tempore. Bellam. *consil. 12. num. 15. ver. nec obstat.* † Declara; quia contra eandem personam agentem non potest eodem tempore simul contraria allegare, sed bene successiuis actibus, & temporibus, vt supra; secus si contra diuersos se defendat. Castr. *consil. 368. Super eo, quod. num. 2. ver. Item licitum est, lib. 1.* Roman. *consil. 347. num. 7.* quia potest vni dicere, non est finita donatio, vt non teneatur restituere donata, & alteri negare teneri ad onus tanquam donatarius, & allegare finitam donationem. Vide, *Exceptio dicitur facilius, quam actio. Concluſ. 374.* Vide, *Fauendum reo, & quando. Concluſ. 85.*

Excedentia, & excessa quæ dicantur. Concl. 429.

PETITORIVM † & possessorium habent se ad inuicem tãquam excedentia, & excessa; quia quoad aliqua magis priuilegiatum dicitur petitorium, & quoad aliqua magis priuilegiatum possessorium. Alexand. *consil. 73. Punctus talis, in fin. lib. 5.* 1

Excedens modum inculpatæ tutelæ tenetur de excessu. Concl. 430.

EXCEDENS † modum inculpatæ tutelæ vulnerando tenetur de excessu. *l. si quis adulterium cum incæstu. §. Imperatores. ff. de adult.* & communem * esse regulam dicit Alexand. *cons. 119. Viso* * *processu, n. 12. lib. 7.* vbi maritus interficiens vxorem in adulterio deprehensam punitur de excessu tantum. † Idem est in eo, qui 2 potest leuiter castigare, si excedat modum; quia non tenetur de omnibus verberibus, sed solum de verberibus, quæ modum castigationis excedunt. Alex. *cons. 75. Viso. num. 4. ver. circa aliud. lib. 3.* † Extende, quia insultatus, qui ex causa defensionis intulit vul- 3 nus impune, si perseuerauit iterum vulnerãdo, licet non teneatur de primo vulnere; tamen tenetur de secundo: & si ex secundo vulneratus obierit, licet non puniatur de occiso; quia dolo non occidit, & sic non tenebitur l. Cornelia de sicariis, bene tenebitur de culpa propter excessum. Alex. *consil. 24. Animaduersis, n. 5. ver. & in simili videmus. lib. 2.* vbi allegat plures. † Extende; quia 4 licet defensio sit permissa cum moderamine inculpatæ tutelæ, vt prouocatus cum verbis, vel pugnis nõ defendat se, vel offendat cum armis; quia eodem modo, & cum eisdem qualitatibus debet esse offensio, & defensio, vt sit inculpata; tamen quando quis pugnis aggreditur à persona magis robusta; tunc licita est defensio cum armis cõtra talem potentiorem. Alex. *cons. 119. Viso processu, n. 5. ver. & quod liceat, lib. 7.* † Et ideo si quis vult me per- 5 cutere eleuata manu in faciem, possum gladio illum occidere, si non possum aliter euadere illam iniuriosam percussionem; secus si poteram euadere; quia debeo puniri. Si vero res est dubia, an possim euadere, vel non, distinguitur, quia inter pares præsumitur, quod posset euadere; si vero is, qui percussit, erat debilioris complexionis, præsumitur, quod non potuerit aliter euadere. Alex. *d. cons. 119. n. 5. lib. 7.* † Contrariũ tenet apost. ad Alex. *d. cons.* 6 *119. n. 5. in ver. licite. lib. 7.* quæ dicit ex istis verbis induci homicidia, quæ apud barbaros, & bruta animalia vix animaduerterentur, sed bene fatetur, quod minori pœna puniatur; quia sine dolo sunt commissa; ideo de excessu tenentur. Vide, *Defensio multiplex, & quando dicatur facta ad defensionem. Concl. 129.* † Extende, vt 7 procedat, etiam si aggressus, vel iniuriatus excessit modũ inculpatæ tutelæ ex dolo, & proposito: adhuc tamen solum tenetur de excessu, & sic nõ de toto, & sic pœna ordinaria, sed de excessu pœna relegationis secundum qualitatem personæ. Alexand. *d. cons. 119. n. 12. & seq. lib. 7.* † Sic etiam qui potest moderate casti- 8 gare, si excedat moderatam castigationem, tenetur solũ de culpa, non de dolo; quia principium fuit licitum. Alex. *cons. 75. n. 4. in fin. & 5. ver. pro hoc, lib. 3.* nisi ex qualitate instrumenti, prout si ferro, vel gladio, excederet leuem castigationem, vt ibi, & dicit notatu dignum. † Declara; quia quando principium est licitum; 9 quia quis licite potest offendere, & continuatio in offensa tota est licita, prout in eo, qui potest interficere ingredientem domũ

suam de nocte, in patre, qui potest interficere adulterũ, & adulteram filiam in domo repertam; quia potest offensa continuari in domo, & extra domum impune, & non tenetur ab excessu; si vero permissa est offensa pro defensione, & sic cũ moderamine; tunc excedens punitur de excessu; si vero principium etiam est prohibitum, dicitur delinquere absolute, sic declarat Alex. *cons.* 24. *num.* 28. *ver. & sic patet. lib.* 2. Vide, *Principium attendi debet, &* 10 *quando Concl.* 703. † Declara alio modo; quia stante statuto, quod delinquens de nocte puniatur in duplo, aliquis cepit verberare famulum ad correctionem permissam de die, & excessit modum; quia cõtinuauit verberationem de nocte, ita quod de excessu puniri debeat, an in pœna dupli pro delicto de nocte, an simpli; quia incepit licite de die. Alex. *d. cons.* 75. *n.* 6. *& seq. ver. quoad aliud. lib.* 5. dicit, quod ex quo initium fuit licitũ, & permissum, illud attendi debet, non finis, quia agitur de excusando reo, sed quando tam principium, quam finis sunt circa illicita, attenditur finis, prout etiam si agatur de diuersis territoriis, quia quoad vnum attenditur principium, quoad aliud territorium attenditur 11 finis. † Amplia; quia si extant duo statuta (prout Paduæ) quorum vnum præmiat capientem malefactorem, & consignantẽ in fortiis officialis, aliud punit eum, qui extra territorium ad aliquem capiendum accedit, modo si bannitus in confinio Paduæ persequutus, & captus in territorio Veronæ, & consignatus officiali Paduæ est, capiens non debet habere præmium, sed puniri pro excessu ex eo, quod extra territorium accessit ad capiendũ. plene Alex. *d. cons.* 24 *n.* 5. *ver. vlt. non videtur, li.* 2. vbi apost. allegat Alberic. *in* 4. *part. statut. q.* 78. Vide, *Castigatio leuis quibus permittatur,* 12 *& in quas personas. Conc.* 111. Vide, *Defensionis causa multa admittuntur. Concl.* 132. Vide, *Vim vi repellere licet. Conclus.* 213. † Limita quando constat, quod is, qui dicitur excessisse modum, fuit aggressus, & fugiebat, & aggrediens insequebatur cum gladio, quia potest interficere insequentem, nec tenetur isto casu de excessu. Angel. Aretin. *cons.* 85. *Quoniam, n.* 61. *& seq.*

Excessus immoderatus regulari debet, & qualiter probetur. Conclus. 431.

1 RES † concessa alicui, si crescat ita ad immensum, quod excedat regulari debet officio iudicis, vt in decimis est text. *in ca. suggestum. de decimis.* in 6 censibus est text. *in ca. quanto. de censib.* in vsu-
2 ris est tex. *in l. cum quadam. ff. de vsuris.* † Contrarium de stricto iure tenent multi, quos citat Boer. pro vtraq; parte *decis.* 213. *n.* 9. *& seq.* vbi citat plurimos, tandem decidit primam veriorem de æquitate, sed multi tenent, quod procedat solum, quando concessio esset facta titulo lucratiuo, secus si oneroso, quia debuit cogitare
3 & reductio fit ad primum statum. † In obligatione fornarii de coquendo pane totius familię quia si familia crescat ad immensum, reformatur. Roland. à Vall. *cons.* 1. *n.* 173. *lib.* 2. Guiliel. de Benedict. *in cap. Raynutius. super verb. sobolem, quam gestabat in vtero, n.* 55. *de testam.* Ias. *in l. quominus. ff. de flum. nu.* 134. *vsque ad n.* 145. Dec. *cons.*
4 334. *Viso consilio.* Boer. *d. decis.* 213. *n.* 9. † Et qui dicantur de vna familia, pro qua fornarius, vel molẽdinarius se obligauit, & quando sint diuersæ familiæ, plene Boer. *d. dec.* 213. *n.* 13. *& seq.* vbi, quod eadem familia dicitur, quæ in eadem mansione, vel sub eadem
5 claue viuit, vbi late per totam declarat. † In annua præstatione grani, & vini, si crescat pretium ad immensum, fit reductio. Natt.
6 *cons.* 548. † In pecunia aucta ad immensum, vt fiat reductio, Tes-
7 saur. *decis. Pedemont.* 226. † In lege, & statuto redacto ad iniquita-
8 tem, vt reformetur. Alb. *con.* 34. Dec. *d. cõs.* 334. *cum simil.* † In omni dispositione, in qua immodice quis lęditur, semper auditur, quia inest dolus, sed contra patrem non datur actio de dolo. *l. super stipulatione. in fi. C. de dolo.* Ias. *con.* 133. *li.* 4. *n.* 8. *ver. istud idem, & in ver. in no fortius, & n.* 9. vbi etiam si cesset dolus ex proposito, quia re ipsa præ-
9 sumitur, datur reductio. † Declara, quia officio iudicis fit reductio, *d. ca. suggestũ, de decim. d. l. cũ quadam. ff. de vsur.* Boer. *decis* 213. *n.* 4.
10 Amplia † etiam in iis, quæ sunt commissa arbitrio iudicis; quia si excedat, facienda est reductio, & qualiter probetur excessus. Vide, plene per Mascar. d. *Concl.* 696. *Excessus iudicis arbitrarii quo pacto*
11 *probetur.* † In priuilegio, & exemptione, quia si crescit in immensum potest reuocari. Felin. *in c. nouit. n.* 2. *ver.* 2. *limita, de iudic.* quem sequitur Gabriel. *de iure quæsito, conclus.* 6. *in fin.* Crauett. *cons.* 21. *in prim.* & Gozadin. *cons.* 5. *n.* 20. *ver.* 4. qui loquitur, quando Came-
12 ra læderetur præter intentionem concedentis. † Amplia, quia licet filia debeat esse contenta dote data à patre stante statuto, & pro patre præsumatur; si tamen filia in immensum lædatur, non obstante statuto, consequitur legitimam. Alex. *cons.* 33. *n.* 4. *lib.* 4. late Cephal. *cons.* 95. *n.* 20. Ias. *cons.* 133. *n.* 4. *lib.* 4. Castr. *cons.* 276. *n.* 6.
13 *lib.* 1. Dec. *cons.* 202. *Vt vera resolutio, n.* 6. vbi apost. †. Extende etiam si interuenit iuramentum, Ias. *d. cons.* 133. *n.* 7. *& seq. ver. sed præmissis, lib.* 4. vbi plura exempla ponit, quod immodice læsus maior, & minor absoluitur, & auditur contra factum suum læsiuum. † Ex- 14
tende in venditione, in qua quis lædatur vltra dimidiam; quia rescinditur, nisi pretium suppleatur, *l.* 2. *C. de rescind. vend.* quæ procedit in omni contractu. † Extende in donatione, quando tendit 15
ad immensum, etiam quod adsint clausulę, *si cessat certa scientia donantis.* Crau. *cons.* 192. Vide, *Infinitas est vitanda. Concl.* 128. † Extende 16
in confirmatione statutorum facta per Papam, in qua reiecit, seu excepit statuta contra libertatem Ecclesiæ, quia per hoc nõ confirmat alia statuta illicita, licet non sint contra libertatem Ecclesiæ; quia non ampliat, neque extendit exceptio regulam ad id, quod non comprehenditur sub regula. Alex. *cons.* 59. *Viso instrumento, n.* 9. *ver. nec ad hoc obstat, lib.* 1. vbi apost. *in ver exceptio.*

Exclusio fœminarum est exclusio masculorum ex fœminis. Concl 432.

EXCLVSIO † fœminarum à successione feudi excluditetiam 1
descendentes masculos ex fœminis eodem iure, & eadem forma, qua fœminas excludit, *cap.* 1. *de grad. succes. in feud.* Roman. *cons.* 1. *n.* 4. *ver. ex quo infertur.* concord. Cald. *cons.* 306. *in prin.* alias 3. *de feud.* concord. Fulg. *cons.* 12. *in prin.* quia radix mortua non potest ramum fructiferum facere. † Contrarium concludit Fulgos. 2
cons. 12. quando masculus ex fœmina excluſa possidet contra fœminas vltimi, vel penultimi inuestiti; quia per nonius actricum dicit illum tueri. Vide, *Feudum regulariter non transit ad fœminas.* 3
Concl. 160. *cum duabus Concl. ibi proxime sequentib.* † Amplia, vt procedat etiam in statuto excludente filias fœminas dotatas à successione patris, matris, vel fratrum; quia etiam excludit descendentes ex tali fœmina excluſa; quando exclusio fit contemplatione certæ personæ, alias secus, ita distinguit Bald. qui opiniones refert pro vtraque parte, *cons.* 171. *Inter illustrem, lib.* 2. *per tot.* Vide † Bald. *cons.* 292. *Verba pactorum, in fi. lib.* 2. vbi tenet quod ex- 4
cluſa filia fœmina dotata neptis ex ea non dotata non excludatur, licet ibi alleget pro vtraq; parte. † Declara, quando filia ex- 5
cluditur propter cognatos, excluduntut etiam filii masculi, & fœminæ ex ipsa filia excluſa. Bartol. *in l.* 2. §. *videndum. ff. ad Tertull.* plene Rim. Iun. *cons.* 249. *n.* 2. *& seq.* vbi ponit hoc procedere, nisi exclusio esset ex delicto personæ excluſæ. † Et vbicumque statu- 6
tum fauore alicuius excludit certam personam, censetur etiam excludere descendentes ex tali persona excluſa Rimin. Iun. *cons.* 269. *n.* 51. *& 52. lib.* 3. vbi ponit auctoritates, & exempla. † Limita, 7
quando fœminæ excluderentur in defectum masculorum, quia tunc masculi ex fœminis non excluduntur. Bald. *cõs.* 137. *lib.* 2. *per tot.* † Limita; quia non procedit in successoribus ex testamento, 8
vel prouisione hominis; quia si quis instituat fratẽ suum, & descendentes masculos fratris, licet filiæ fœminæ nõ veniant, tamẽ veniunt masculi ex filia fœmina fratris. Fulg. *cons.* 85. *Ex facto proponitur. n.* 2. *ver. ostẽditur vnum.* † Limita, quia excluſa matre, exclu- 9
duntur omnes descendentes ab ea, videlicet, qui nõ possunt venire ad hæreditatem, nisi ex iure, & persona matris, prout in auo, auiaque maternis in filiis ex latere matris tantum, & sic vterinis matertera, & similibus, qui non iunguntur, nisi per matrem; secus est in filiis vtrinque cõiunctis; quia isti iure suo veniunt; quia concurrunt cũ matre, isti non sunt excluſi, nisi dicatur. Dec. *cons.* 10
71. *n.* 2. Rim. Iun. *cons.* 249. *n.* 42. *& seq.* † Declara; quia excluſa matre, excluduntur descendentes ex ea, quãdo alterum de duobus concurrit, vel quia ex persona matris volunt venire, vel quando eadem ratio militat excludendi; secus, si ex persona propria descendentium venire possunt, vel ex testamento, ita Mantic. *de coniectur. vlt. volunt. lib.* 8. *tit. fi. n.* 72. † Declara totam hanc materi- 11
am; quia si quis excluditur fauore eius, cui debet succedere, vel fauore alterius, qui admittitur ad successionem, & tunc censetur ipse excluſus, & omnes descendentes ab eo; si vero excluſio fiat, vel quia ipse, qui debuit succedere, est mortuus, vel condemnatus, vel renunciauit successioni, quia non vult succedere, excluduntur habentes successionem ab eo. ita Bar. *cons.* 69. *Quæritur. an nepos, li.* 2. quod est Franc. Tigrini de Pisis, & Bart. & iterum Bart. *cons.* 70. *Pater fecit, col. pen. in fi. & col. fin. ver. Super eo vero, li.* 2. vbi plenius pro vtraque parte allegat, & hanc tuetur, & tollit contraria; quia si statutum excludit matrem à succeſſione fauore agnatorum, excludit etiam auum maternum. Vide, *Statutum circa suc-* 12
cessionem excludens filias dotatas extenditur ad neptes, & quando secus. Conclus.
663.

Exclu-

Excluſus ſemel quando ſemper excludatur, vel non. Concl. 433.

FOEMINA † vocata cum maſculis hæredibus in inueſtitura feudi per hæc verba; *pro ſe, & ſuis filiis, & hæredib. maſculis, & fœminis*; intelligitur, ſi maſculi non extarent in prima ſucceſſione, quibus extantibus ipſa excluditur, nedum per exiſtentiam maſculorum, ſed etiã omnibus maſculis poſtea defunctis ſine filiis feudum reuertitur ad dominum; quia ſemel excluſus hoc caſu, perpetuo eſt excluſus ex rigore feudalis naturæ, *vt col. at 10. tit. Ep. vel Abb. § quin etiam.* vbi Gloſſ. Cald. *conſ.* 307. alias 4. *de feud.* Rom. *conſ. 1. nu. 2. & ver. Item eo caſu. in princ.* & eſt * communis opinio. Pe. *demon. deciſ. 23. n.* 17. & quia radix mortua non poteſt ramum fructiferum producere. Fulg. *conſ. 12. Ad idem, de quo in princ.* Alex. *conſ. 29. nu. 7. lib. 1.* Angel. Aret. *conſ. 41. in hoc themate. nu. 8. & ſeq.* vbi *nu. 10.* dicit quod * omnes Doct. ita tenent. † Extende, quia procedit, etiam ſi inueſtitura dicat, quod donec fuerint maſculi, fœminæ ſint excluſæ; quia primo loco excluſæ ex eo, quia exiterunt maſculi, non vocantur, ſed filiæ vltimi maſculi, quando ab eodem vno primo inueſtito prouenit inueſtitura; quia primæ ſemel excluſæ, &c. ſecus ſi inueſtitura eſſet facta tribus fratribus, quia ſi remanent fœminæ ex duobus præmortuis, ex tertio maſculus, qui moritur relicta filia, per ſtirpes filiæ omnium ſuccedent. Bald. *conſ. 185. Factum talis eſt, per tot. lib. 3.* † Reſtringe, quando feudum eſſet receptum pro ſe, & deſcendentibus maſculis, & ipſis deficientibus pro fœminis; quia tunc fœmina ſuccederet deficientibus maſculis. Ang. Aret. *d. conſil. 41. nu. 10. ver. niſi quis accepit.* Idem, quando fœminæ vocantur non extantibus maſculis. Gab. *com. conc. 4. num. 5. de ſtatut.* vbi plures allegat. Vide Concluſ. prox. ſeq. *nu.* 5. † Amplia in ſtatutis loquentibus de ſucceſſione; quia ſi perſona certa etiam remotior excludat matrem à ſucceſſione filii infantis, ſuffi cit, quod illa perſona extet, & hæreditatem agnoſcat, vt mater ſemper excluſa dicatur; quia hæreditas filii per agnitionem factam ab hærede deſinit eſſe filii, ſed efficitur hæredis, à qua mater ſemper excluditur. Bald. *conſ. 264. Statuto cauetur, in fin. lib. 1.* † Extende in filia à ſtatuto ſemel excluſa; quia dicitur perpetuo excluſa ſecundum * communem. Ang. Aret. *conſ. 40. Capio primam. num. 54. in fin. cum ſequ. ver. cum ergo fuerit.* † Declara; quia ſemel excluſa filia à ſtatuto ſemper dicitur excluſa, niſi verba ſtatuti ſint temporalia. Alex. *conſ. 51. Ponderatis, nu. 4. ver. idem etiam tenet. lib. 3.* quod duplicatur *lib. 3. conſ. 43.* † Declara, vt procedat ampliatio etiam in patre excludente filiam, niſi ſtatutum diſponeret patrem ſuccedere, & excludere filiam, quamdiu vixerit; quia tunc non haberet locum mortuo patre Bald. *conſ. 267. Proponitur, quod. n. 5. ver. ſuper hoc dicendum, lib. 5.* † Amplia; quia à quo remouetur prius, remouetur & poſterius; & ideo valet argumentum, pater non ſuccedit; quia eſt remotior; ergo nec deſcendens ex eo, quando agitur de gradu computando à patre, & ideo patruus magnus ſi eſt ſemel excluſus, excluduntur etiam deſcendentes ex eo. Bald. *conſ. 258. Item ſtatuimus. n. 2. ver. ſecundum hoc. li. 3.* † Extende; quia ſemel ſimpliciter excluſus nunquam reaſſumitur, à quo ſemel inuenitur excluſus. *l. in quibus. C. de ſecund. nupt.* Bald. *conſ. 215. Verba legis, in prin. li. 3.* † Reſtringe, quãdo excluſio non eſt perpetua, ſed eſt ceſſatio, veluti ſi feudum, quod tranſit ad fœminas ceſſantibus maſculis, perueniat ad duos fratres, quorum vnus relinquat filiam, alter maſculum; quia licet filia ſit excluſa ſtante maſculo; tamen ſi maſculus moriatur ſine filiis, filia excluſa admittitur. Bald. *conſ. 202. Inueſtitura domini, n. 3. lib. 5.* vbi, quod feudum ſpectat ad fœminam, non ad dominum. † Idem, quando vltimus maſculus relinqueret filiam fœminam; quia aliæ fœminæ alterius fratris ſemel excluſæ admitterentur ad portionem patris ſui, cum fœminis vltimi maſculi, de qua quæſtione ſunt opiniones per Bald. *conſ. 202. li. 5. per tot.* Vide, *Feudum quando tranſeat ad fœminas, & quo ordine tranſeat. Concluſ. 161.* † Vide Fulg. *conſ. 12.* vbi videtur velle, quod filiæ fratris excludantur à filio maſculo ſororis, quando feudum eſt antiquum; ſecus ſi nouum, licet concludat, quod concordetur. † Reſtringe; quia excluſa ſemel filia; quia extabat frater, non excluditur à ſucceſſione fratris extante remotiori. *Pedem. deciſ. 23. n. 51. ver. nec obſtat quintum.* licet non firmet. † Reſtringe, vt non procedat, quando fœmina conditionaliter vocaretur, quia ſemel excluſa non perpetuo excluditur; ſecus eſſet, ſi ſimpliciter vocaretur. *d. Pedem. deciſ. 23. n. 1. ver. idcirco reſpondetur.* † Amplia, vt procedat, etiam ſi verba ſtatuti, vel teſtamenti, dicant, quod donec inſtitutus poteſt ſuccedere, præferatur ſubſtituto, & donec extabit maſculus, fœmina nõ ſuccedat; quia perpetuo eſt excluſus ſubſtitutus, & fœmina; quia inſtitutus, vel maſculus admittitur. Fulg. *conſ. 97. Viſis peritionibus, n. 4. vſq; in fi.* † Reſtringe, vt non procedat, ſi ſtatutum diceret, quod donec vixerit maſculus, fœmina excludatur; quia excluſio eſt temporalis. Fulg. *dict. conſ. 97. nu. 4. ver. ad notam autem.* Alex. *conſ. 29. in fi. ver. Item quia lib. 1.* † Amplia in ſucceſſionibus, qua fœmina ſemel excluſa perpetuo eſt excluſa, & ab ea deſcendentes. Alex. *conſ. 29. n. 7. lib. 1.* Alex. *conſ. 75. in fi. li. 1.* vbi reddit rationem; quia ſi linea eſt non ſucceſſibilis, omnes ex linea tali non ſunt ſucceſſibiles; ideo ſi vitium eſt in tota linea, puta quod mater, vel ſoror non ſuccedat, neque venientes ex matre, vel ſorore eodem defectu laborantes. † Extende; quia ſi filius excluditur propter delictum, vel repudiationem, certe non excluditur filius; ſecus ſi ob fauorem alterius exiſtentis fiat excluſio, vel quãdo filius moritur poſt mortem patris excluſus; quia neque nepos ex filio admittitur, ſecus ſi filius ante auum moriatur. Alex. *d. conſ. 75. nu. 12. & ſeq. li. 1.* † Amplia; quia deſcendens ex radice corrupta non admittitur ad id, ad quod radix non admitteretur; ideo ſtatutum dictans, quod inter aſcendentes, & deſcendentes, & alios vſque ad certum gradum conſanguineos fiat compromiſſum, nõ comprehẽdit ſpurios, neq; inceſtuoſos, quia ſunt radices infectæ, ſed neque deſcendentes ex eis comprehendit, licet ipſi deſcendentes ſint de legitimo matrimonio; quia ex radice infecta deſcendunt. Fulg. *conſ. 159. Seius, & Aurelius, in prin.* maxime *n. 2.* † Amplia; quia ius ſemel extinctum non reuiuiſcit, ideo ſi maritus inſtituatur hæres ab vxore, & adſint bona emphyteutica, quæ debentur conſanguineis vxoris, licet conſanguinei decedant ſine filiis ius mariti ſemel extinctum non habetur in aliqua conſideratione. Petr. de Anch. *conſ. 38. Mortua dicta domina, n. 8. vſq; in fi.* Vide. *Extinctum ius non reuiuiſcit, & quando ſecus. Conc. 676.* † Limita in materia ſtatuti; quia ſi excluditur mater extante auo paterno in totum, & extantibus ſolis agnatis, mater habet quartam, ſi decedat infans ſuperſtite auo, per cuius exiſtentiam mater in totum excluditur, deinde decedat auus hæreditate non adita, & conſequenter non tranſmiſſa, mater admitteretur ad ſuam quartam cum agnatis; quia perſona excludens ceſſauit, & non obſtitit. Bald. *conſ. 264. Statuto cauetur, quod ſi qua, in fi. n. 4. ver. veniendo ergo, li. 1.* Vide, *Radix infecta non producit fructus, & quando. Conc. 1.* Vide, *Exhæredatio in inſtitutione an ſe extendat ad ſubſtitutionem. Concl. 581.* Vide Concluſionem proximam ſequentem.

Excluſus ſemel ex vno capite quando admittatur ex alio capite. Concl. 434.

EXCLVSVS † à ſucceſſione ex vno capite admittitur ex alio capite re integra. *l. 1. § ſed videndum eſt. ff. de ſucceſſ. edict.* Fed. de Sen. *conſ. 26. Caſus talis eſt, n. 2. in princ. ver. Item excluſus.* Vide, *Succeſſorium edictum quando locum habeat, & quod tempus attendatur in eo. Conc. 874.* Vide, *Ius adeundi, & immiſcendi quanto tempore præſcribatur. Con. 576.* † Duplex autem eſt res integra vno modo, vt tempore delatæ hereditatis à principio ſit effectus habilis ſuccedere debens, antequam alterius fuerit quæſitum, & ita intelligitur *l. ſi. alienum. ff. de hær. inſt. in fi.* quod ſuccederet eo caſu. Fed. de Sen. *d. conſ. 26. col. fi. v. ad primum.* † Alio modo dicitur res integra quantum ad ius additionis, quia hæreditas nondum eſt adita, & iſto caſu licet fiat habilis tile, qui erat incapax ante additionem, & non prodeſt. Fed. de Sen. *dict. conſ. 26. col. fin. ver. alio modo.* Vide, *Integra res quando dicatur, vel nõ. Conc. 265.* † Amplia, quia excluſus filius ab inſtitutione vniuerſali non cenſetur excluſus à ſubſtitutione facta decedentibus ſine filiis. Bald. *conſ. 391. Quidam habens, lib. 3.* vbi loquitur in patre habente plures filios, quorum vnus erat profeſſus in ordine S. Dominici, quem inſtituit in centum, & inſiſt plus petere nõ poſſe, alios vero inſtituit hæredes vniuerſales, quibus decedentibus ſine filiis ſubſtituit filios ſuperuiuentes, nam etiam profeſſus dicitur ſubſtitutus propter debitum charitatis paternum; & quia ceſſat ratio in mortuis filiis. † Amplia; quia fœminæ vocatæ ad feudum non extantibus maſculis admittuntur, & ſi ſemel fuerunt excluſæ. Bald. *conſ. 202. Inueſtitura domini lordani. n. 2. ver. in contrarium. li. 5.* vbi declarat. Ang. Aret. *conſ. 41. nu. 10. ver. niſi quis acceperit.* † Amplia, quia nepos ex filia, quæ renunciatis hæreditati paternæ, conceptus viuente auo, licet excludatur ex perſona matris, quæ renunciauit cum iuramento ſuccedere, & admittitur ex perſona ſua propria ex ſucceſſorio edicti. Signorol. *conſ. 29. Actum ſic ſe habet, per tot.* † Extende; quia teſtator inſtituens hæredem fratrem, & ſubſtituens omnes deſcendentes maſculo ex fratre, licet excludat filiam fratris, tamen admittit nepotem ex filia fratris maſculũ, quia quod dicitur ex radice infecta, procedit ſolum ab inteſtato. Fulg. *conſ. 33. Ex facto proponitur. n. 2.* † In ma-

ta, quando res non esset omnino integra; quia excluſus re nō integra non admittitur, veluti ſi alicui eſſet hæreditas delata ante ingreſſum monaſterii, poſtea ante additionē ingrediatur hæres monaſterium incapax, deinde exeat, & transferatur legitime ad capacem ordinem hæreditate adhuc per venientes ab inteſtato non adita; adhuc tamen remaneat excluſus. Fed. de Sen. *conſ.* 27. 9 *per tot.* vbi eſt caſus. †Imo extenditur hæc ampliatio, etiam ſi lapſum eſſet tempus primi venientis ab inteſtato, & ante lapſum is, per cuius incapacitatem erat aperta deuolutio, eſſet factus capax; quia adhuc non tenebit locum agnati ſecundi proximioris, ex quo ad alios, non ad eum fuit aperta ſucceſſio, ita Lap. in add. *ad d. conſ.* 27. licet Fed. videatur tenere contrarium, cuius opinio mihi magis placet; ea rātione; quia agnatis omnibus eſt via aperta; ergo etiā huic excluſo; ſicut diceremus, ſi quis eſſet natus interim, vel poſtliminio reuerſus, qui admitteretur. Vide Concluſ. prox. præced. Vide, *Excluſus ſemel quando dicatur ſemper excluſus, vel non. Concl.* 433. Vide, *Radix infecta non producit fructus. Concl.* 1.

Excommunicatio quid ſit, & quomodo iudicetur de ea. Concl. 435.

1 EXCOMMVNICATIO † non eſt pœna corporis, ſed medicina animæ. *c. notandum*, 24. *q.* 3. *c. cum medicinalis, de ſent. excom. in* 6. Abb. de Podio bonico, in alleg. quæ ſunt inſertæ *in conſ.* 2 11. *Fed. de Sen. n.* 10. *in fi.* †Declara; quia medicinalis eſt, niſi ex cōtemptu, inobedientia, vel ſuperbia proueniat. Roman. *conſ.* 369. 3 *Circa primum, n.* 12. *ver. nec etiam refragatur.* † Excommunicatio eſt æternæ mortis damnatio, gl. *in c. præſenti, in ver. declaramus, de ſent.* 4 *excomm. lib.* 6. † Adde, quod excommunicatio eſt pœna, ſeu medicina inducta a iure poſitiuo, & non in curritur, niſi in caſu a iu- 5 re expreſſo. *c. iuuenes, de ſent. excom. lib.* 6 Lap. *alleg.* 48. *n.* 2. †Et æquiparatur banno dato contumaci, quod pariter dicitur medicinale; quia tollitur per inobedientiam, prout excommunicatio. Bart. *in extrauag. qui ſint rebelles. in ver. rebellis, n.* 6. *vſq; in fi.* vbi dat cōcord. & ſicut excommunicatio tollit commercium excommu- 6 nicato generaliter, ita bannum à loco banniménti. †Excommunicatio eſt maior pœna, quam Eccleſia imponere poſſit, vt communiter dici ſolet. Clar. § *fin. q.* 77. *in pr.* & Roman. *d. conſ.* 369. *Circa primum, n.* 10. *ver. & alibi.* allegat text. *in c. corripiantur*, 24. *q.* 3. Eſt 7 † actus mere eccleſiaſticus excōmunicatio, in quo ſecularis Poteſtas nihil poteſt diſponere etiam per viam incidentis, an exceptio excommunicationis obſtet agenti coram ſeculari Iudice; quia debet in hoc remitti ad Eccleſiaſticum. Cald. *conſ.* 123. alias 8 9. *de iud.* † Excommunicatio, & abſolutio, & nullitas excommunicationis, & alia circa excommunicationem facientia, iudicantur ſecūdum regulas à iure poſitas, & ſi ſunt obſcuræ, ſtatur gloſſis, niſi ſint reprobatæ ſecundum famoſos, & expertos Dd. Lap. *d. alleg.* 48. *n.* 2. *ver. vnum eſt.*

Excommunicatio quotuplex, & qualiter ferenda. Cōcluſ. 436.

1 EXCOMMVNICATIO † alia eſt, quæ fertur iudicialiter, & præcedente iudicio; alia, quæ fertur extraiudicium. *c. venerabilibus. § actum. &* 2 *§ ſimiliter, de ſent. excom. in* 6. †Iudicialis excommunicatio ad ſui ſubſtantiam non requirit ſolemnia iudicii, ſed bene ad ſui iuſtitiam; & ideo citatus tempore feriarum, qui fuit iniuſte excommunicatus propter feras, dicitur excommunicatus; quia non eſt nulla, ſed iniuſta; quia non deficit omnino iuriſdictio, ſed quoad ſolemnia eſt ſuſpenſa. Fed. *conſ.* 11 *per tot.* vbi eſt caſus, licet ibi à *nu.* 6. vſq; 10. inſeratur conſilium d. Iacobi de Piſtorio tenentis contrarium; quia ſuſpenſa iuriſdictione eſt nulla. 3 † Extraiudicialis, quæ non requirit iudicii indaginem, omni tēpore feriato etiam in honorē Dei ferri poteſt. Fed. *d. conſ.* 11. *Quæritur, an excommunicatio. n.* 3. *ver. item excommunicatio.* vbi, quod ita 4 ſeruat Curia Romana. † Nec valet argumentū ab extraiudiciali excommunicatione ad iudicialem, ſecundum Iacob. de Piſtorio *in d. conſ. ſuo inſerto in conſil.* 11. *Fed. in princ. reſponſionis d. Iacobi. ver. vel* 5 *ibi de ea, quæ fertur extra iudicium.* † Sententia excommunicationis requirit ad ſui validitatem, & vt ſit iuſta, quod iuſtitia concurrat ex cauſa, ex ordine, & ex animo. Fed. *d. conſ.* 11. *Quæritur, an excommunicatio, in pr.* vbi, quod ſi nullum iſtorum interuenit, remanet ſententia, ſed iniuſta. *c. ſi Epiſcopus forte.* 11. *q.* 3. quod declarat in cōſilio inſerto, ibi, quod eſt d. Iacobi de Piſtorio ſub *nu.* 7. *ver. & per hoc tollantur ex cauſa*, videl. ſi cauſa falſa eſt inſerta ex animo; quia iracundus, procedit ex ordine; quia trina citatione non præcedente ſit lata; quia tunc eſt iniuſta, ſi non carebat iuriſdictione, vel ſi iuriſdictio non eſt ſuſpenſa, alias eſt nulla, vt dicit d. Iacob. †Amplia; quia excommunicatio ex cauſa iniuſta lata ſuper præ- 6 cepto continente cauſam iniuſtam eſt nulla, vel ſaltem iniuſta, & de facili relaxanda. Petr. Anch. *conſ.* 60. *circa med. ver. debuit igitur.* †Alia eſt excommunicatio lata à canone, vel à conſtitutione E- 7 piſcopali, quæ eſt canon in ſua diœceſi; alia lata ab homine, vt ſententiis latis ſuper excommunicatione, & in effectu non valet argumentum de vna ad aliam; quia diſpoſitio iuris eſt diuerſa, Fed. de Sen. *d. conſ.* 11. *In reſponſione d. Iacobi de Piſt. n.* 9. *ver. quinto non obſtat.* † Alia eſt excommunicatio publica; quia publice quis eſt 8 denuntiatus excommunicatus, & iſta impedit, & annullat collationes factas ab excommunicato publico, & alia geſta ratione publici officii. Bald. *conſ.* 437. *Ex quo Abb. lib.* 2. † Si vero excōmu- 9 nicatio eſt occulta, valent geſta ab ordinario collatore excōmunicato, ſed nondum publicato. Bald. *d. conſ.* 437. *circa med. ver. ſi vero eſſet occulta.* † Alia eſt excōmunicatio maior, alia minor; maior 10 excludit à participatione ſacramentorum & à communione fidelium. Clar. *§. fi. q.* 77. *in pr.* vbi de * communi; & ideo excōmunicatus maiori excōmunicatione repellitur à teſtimonio; ſecus ſi eſt excommunicatus minori excommunicatione. Maſc. *Concluſ.* 705. *Excommunicatus an repellatur.* † Minor excommunicatio eſt, 11 quæ excludit tantum à participatione ſacramentorum, non autem à communione fidelium, Clar. *d. §. fi. q.* 77. *in prin.* vbi de *cōmuni. Vide, Excommunicatio minor non operatur in multis. Concl.* 453. † Et in dubio licet appellatio excommunicationis intelligatur 12 de maiori; tamen ſecus eſt in probatione Dec. *conſ.* 321. *nu.* 6. & 7. Vide, *Excommunicatus qualiter vitandus ſit. Concluſ.* 456. *cum duabus Concl. ibi prox. ſeq.* † Interdictum Eccleſiaſticum minus, quam ex- 13 communicatio minor; ideo interdictus poteſt omnia, quæ excommunicatione minori ligatus poſſet. Fed. de Sen. *conſ.* 147. *in princ. ver. interdicti vero.*

Excommunicare quando poſſit Epiſcopus, & inferior in cauſa propria Concl. 437.

EPISCOPVS † poteſt excommunicare ſubiectum pro de- 1 bito de iure communi ipſi Epiſcopo; quia dicitur notorium debitum. Lap. *alleg.* 38. *in fi.* † Amplia, vt idem poſſit inferior Præ- 2 latus, qui habet iura Epiſcopalia pro debito ſuę eccleſię notorio. Lap. *d. alleg.* 48 *in fin. ver. item quia ex quo.* †Amplia in omni alio in- 3 feriore Prælato, puta præpoſito, vel plebano, qui poteſt excommunicare ſubditos contumaces non ſoluentes penſionem debitam Eccleſiæ ſuæ, quando concurrunt debitum, & quod ſit notorium, & quod debeatur ab immemorabili, & adeſt conuētio inter Epiſcopum, & iſtum inferiorem ſuper hoc. Lap. *d. alleg.* 38. *An dignitas.* vbi eſt caſus, quod poteſt præſcribi iſtud ius excommunicandi in cauſa propria per inferiorem concurrentibus prędictis.

Excommunicatus an poſſit excommunicare. Concl. 438.

EXCOMMVNICATVS † excommunicare non poteſt, et- 1 iam ſi opinio ſit, quod non ſit excommunicatus. Fed. de Sen. *conſ.* 137. *circa fin. ver. ego Federicus*, allegat Archid. † Contrarium 2 tenet Innoc. *in c. ſi vero, de ſent. excom.* quod excommunicatus occultus excommunicare poteſt. addit. ad Fed. *d. conſ.* 137. *in fin. ver. occultus.*

Excommunicatio non ligat lata à carente iuriſdictione. Concl. 439.

EXCOMMVNICATIO † lata ab eo, qui caret iuriſdictione, 1 vel non erat iudex, non ligat, vt ſi eſt lata contra exemptos ab Epiſcopo, qui non habet in eos iuriſdictionem. *c. cum olim. de priuil.* gloſſ. *in c. præſenti, in ver. ad cautelam, de ſenten. excomm. in* 6. vbi enumerat hunc caſum pro quarto, in quo non valet excommunicatio. † Amplia, vt procedat, etiam ſi ſit lata à iudice, vtab Epi- 2 ſcopo contra ſuos ſubditos, ſed extra ſuam diœceſim; quia non ligat perinde, ac ſi à non habente iuriſdictionem eſſet lata, iuxta not. *in c. nouit. de offic. leg.* Fed. de Sen. *conſ.* 11. *Quæritur, an excommunicatus. num.* 6. *in fin. primæ partis, ver. additio.* † Amplia, vt procedat, 3 etiam ſi ſit iudex, ſed careat iuriſdictione, vt ſi iudicialiter procedendo in cauſa pecuniaria Epiſcopus excommunicaret tempore feriarum, ex quo iuriſdictio eſt ſuſpenſa durantibus feriis; excommunicatio lata non ligat; quia eſt nulla ſecundum d. Iacob. de Piſtorio *in conſil. Federic. de Sen.* 11. *inſerto, per totum, cum reſponſione*

4 *sunt ibi annexa.* † Contrarium tenet Fed. *in d. suo cons.* 11. *Quæritur, an excommunicatus, per tot.* vbi est casus, & eundem sequitur ibi Abb. S. Miniatì ibi *in cons. in fi. in ferto.* quia licet sit suspensa iurisdictio, non tamen deficit, & sententia excommunicationis non est nulla, sed iniusta; quia omni tempore potuit ferri, licet iniusta fuerit, & sic est limitatio. † Amplia, si lata est post appellationem interpositam, à diffinitiua; quia tunc dicitur lata à carente iurisdictione in totũ; ideo est nulla ipso iure. Fed. de Sen. *d. cons.* 11. *n. 4. ver. sed opponitur.* Vide, *Excommunicatio lata quando non liget propter appellationem, vel secus. Concl.* 430. † Amplia, vt excommunicatio lata per collectorem decimæ cõtra religiosos, qui de eleemosynis viuunt, & allegant non teneri ad decimas; quia nõ supportunt redditus monasterii, est nulla, tanquam lata sine iurisdictione. Cald. *cons.* 541. alias 9. *de sentent. excommun.* vbi, quod deficit iurisdictio, ex quo isti non tenentur soluere, & sunt excepti tanquam exempti. † Amplia; quia excommunicatio lata ab executore, postquam Papa dederat alium iudicem delegatum, est nulla, & non ligat tanquam lata à carente iurisdictione; quia Papa vni concedendo iurisdictionem, aufert illam ab alio, & apponendo manum ad causam ligat manus inferioris, ne aliquid facere possit. Roman. *consil.* 331. *In casu propositæ per tot.* vbi apostillatores concord.

Excommunicari qui possint, vel non. Concl. 440.

1 EXCOMMVNICATVS † ipso iure potest iterum ad terrorem excommunicari, gl. *in c. grauem, in ver. promulgare, de sent. excomm.* vbi Abb. *n.* 5. † Hæretici sunt ipso iure excommunicati. *c. nouerit, de sent. excomm.* ergo possunt ad terrorem excommunicari. Vide Conclus. prox. seq.

Excommunicatio contra quos detur, vel non detur. Conclus. 441.

1 EXCOMMVNICARI † non debet, nisi is, qui facere contemnit id, quod facere tenetur. Oldr. *cons.* 277. *Quod Abbas per tot.* vbi concludit, quod monitus ad soluendum certam quantitatem pecuniarum, si non soluit; quia non potest; non potest excõmunicari, & statur iuramento sũo, quando est honesta persona, vel est notorium, quod non potest soluere. † Amplia in impubere citato, & monito ad comparendum, vel aliquid faciendũ; quia si excommunicatur ob contumaciam, non valet excommunicatio, ex quo impubes non tenetur comparere, nec potest esse in iudicio, etiam si vellet. Lap. *alleg.* 116. *quidã exposuit.* † Amplia; quia excommunicatio non comprehendit eos, qui sunt certi, & litigant; quia solum incertos comprehendit excommunicatio contra scientes, & non reuelantes. Rot. *dec. if.* 383. *coram Robusti. rio in ma Bononien. in nouissimæ impressis. part* 1 † Amplia; quia ignorans iusta ignorantia non excommunicatur etiam stante statuto, q̃ committens aliquod delictum sit excommunicatus, quod non litigignorantes. Crot. *in repet. c. vt animarum, in fin. princ. de const. in* 6. vbi dicit * communem, licet Clar. *in* § *fin. q.* 85. *n.* 2. *in fi. ver. hoc tamen.* dicat in puncto iuris non posse subsistere. † Declara; quia excommunicatio habet locum contra ignorantem, quando delinquit in iis, quæ sunt prohibita de iure diuino; quia licet nesciat adesse excommunicationem; tamen remanet excõmunicatus; in iis vero, quæ sunt de iure positiuo, non est excommunicatus, si ignorat; secus si ignorantia esset affectata, vel supina; quia non excusatur. Conar. *in priori parte relectio.* § 10. *n.* 12. *ver. secundo principaliter cum seq. fol.* 415. *cum seq.* † Limita; quia excommunicatio in forma significauit danda est contra detinentes, & occultantes res furatas, & scientes, & non reuelantes, tam res, quã fures, late Inl. Clar. *in d.* § *fin. in prax. crim. q.* 27. *n.* 3. *ver. sed quæro.* † Restringe; quia non datur talis excommunicatio, neque comprehendit illos, qui sciunt ab ipso fure. Soc. *cons.* 102. *lib.* 4. † Contrarium diciterũare Curiam Romanam idem Clar. *d. q.* 27. *nu.* 4. vbi dicit hanc esse etiam * communem. † Limita; quia excommunicatio datur, & ligat eum, qui attentat, quod fiant, vel seruentur statuta contra libertatem Ecclesiasticam; quia si fecit, quantum potuit, licet non habuerint effectũ; quia fuit impeditus, est tamen excommunicatus. Ægid. Bell. *cons.* 40. *n.* 4. *ver. prima propositio.* Extende † idem esse in mandante. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 4. & 5. *ver. secunda propositio.* † Extende idem in participante. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 5. vbi, quod executor dicitur particeps criminis. † Extende, etiam si statutum non valuit ex defectu iuris communis; quia excommunicationem incurrit. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 5. & 6. *ver. tertiam conclusionem.* † Extende, vt idem sit in eo, qui conatum fecit, vt impediret iurisdictionem Ecclesiasticam, ne iudex Ecclesiasticus ordinarius, vel delegatus libere exerceret suam iurisdictionẽ, & seũ qui dedit auxilium, consilium & fauorem. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 6. *ver. circa secundum, & n.* 7. vbi, quid importet dictio, *libere*, & quis dicatur dare auxilium, vel fauorem. † Extende idem in procuratore eius, qui talia attentauit, tanquam particeps criminis, & auxilium, consilium, & fauorem præstans. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 12. *ver. circa quartum.* † Idem in Notario. Ægid. *d. consil.* 40. *n.* 12. *ver. circa quintum.* † Idem de testibus. Ægid. *d. cons.* 40. *nu.* 12. *ver. circa sextum.* † Idem in iudice mandante. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 12. *ver. circa septimum.* † Idem in laicis consulentibus. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 17. Declara; quia † ad hoc, vt prædicti possint dici excõmunicati præstantes auxilium, consilium, & fauorem, oportet constare, quod sciuerint; quia requiritur dolus. Ægid. Bella. *d. cons.* 40. *nu.* 12. *ver. circa quintum, in fi.* † Extende, vt nedum excommunicentur prædicti, sed possunt etiam condemnari ad reficiendum damna, & expensas. Ægid. *d. cons.* 40. *n.* 21. *vers. & pro hoc respondeo.* † Contrarium, quod condere tentantes statuta non sint excommunicati, vide Anch. *cons.* 12. *n.* 8. Vide, *Libertas Ecclesiastica in quibus consistat, & quis contra eam facere dicatur. Concl.* 342.

Excommunicatio generaliter, vel qualificate promulgata non ligat non culpabiles. Conclus. 442.

1 EXCOMMVNICATIO † lata generaliter contra ciuitatem inobedientem non ligat particulares non culpabiles. *c. fin. de sent. excom. lib.* 6. Fed. de Sen. *cons.* 118. *Factum tale est, in pr.* † Amplia 2 in excommunicatione qualificate promulgata, puta contra legentes publice Bononiæ; quia non ligat legentes priuate Bononiæ; quia inclusio vnius qualitatis aliã excludit. Cald. *cons.* 486. alias 1. *de magistrat.* † Amplia; quia * communis est opinio, quod 3 * Ciuitas, & Vniuersitas, & Capitulum non possunt excommunicari; quia est pœna illaqueans animam, & Vniuersitas est corpus fictum sine anima, & ne immunes à delicto illaqueentur; tamen si omnes delinquerent, possent excommunicari, & si fiat excommunicatio, ligat tantum delinquentes, licet possint interdici; quia interdictum non priuat gratia, sed suspendit, ne audiantur diuina, plene Conar. *lib.* 2. *variar. resol. c.* 8. *n.* 9. & 10. vbi late. Vide, *Vniuersitas non potest excommunicari, sed suspendi, & qualiter procedat. Concl.* 266.

Excommunicatio non præsumitur, & quando secus. Conclus. 443.

1 EXCOMMVNICATIO † non præsumitur, nisi probetur, & probatio fieri debet apertis probationibus. Oldr. *cons.* 183. *n.* 16. 2 *ver. nec præsumitur. c. cum desideres, de sent. excom.* † Limita; quia imo quis præsumitur excommunicatus, quando constat de excommunicatione publica; quia nisi doceatur de absolutione, præsumitur adhuc excommunicatus. Oldr. *d. cons.* 183. *n.* 16. *ver. nec facit in oppositum.* Vide, *Excommunicatus si absolutur, quando in dubio pro absolutione, vel contra. Concl.* 462. † Limita; quia imo petens absolui 3 ab excommunicatione, censetur fateri se excommunicatum, si in iudicio petat; secus si extra iudicium; vel cum protestatione plene Masc. *Concl.* 13. vbi late. Vide, *Confessio tacita oritur ex multis Conclus.* 661.

Excommunicatio quomodo, & qualiter probetur. Cõclus. 444.

1 EXCOMMVNICATIO † debet vere, & certitudinaliter probari, vt releuet quoad priuationem iuris alieni. Felin. *in cap. prudentiam.* § *sexta. n.* 9. *de offic. deleg.* Ias. *in l. decem. n.* 51. *ff. de verb. obl.* Vide Mascar. *Conclus.* 691. *Exceptio excommunicationis, in princ.* vbi, quod propterea vnus testis de fama, alter de facto, non iungũtur, neque defertur iuramentum in supplementum, vide plenius infra *num.* 9. & 10. † Extende; quia imo causa, propter quam 2 quis fuit excommunicatus, debet probari. Innoc. *in c. testimonium, in ver. per exceptionem, de testib.* Vide Masc. *Conclus.* 697. *Communia excommunicationis, in pr.* † Amplia; quia sola denunciatio iudicis 3 non probat aliquem esse excommunicatum, quando agitur de priuatione iuris alieni. Rot. *decis.* 8. alias 252. *licet si contestatio, de except. in nou.* † Restringe ad effectum dilatoria; quia bene probatur excommunicatio per demonstrationem. Rot. *in nou. d. decis.* 4 8. *de except.* Roman. *cons.* 349. † Contra restrictionem, quod imo 5 denunciatio non probet excommunicationem ad effectum dilatoriæ, & nullo modo Rot. *in nou. d. dec.* 8. *de sent. excõ.* alias 400. q̃ dicit, quod ita seruat Curia Romana. † Declara; quia non iunt 6 contra

contrariæ decisiones Rotæ, vt per Masc. *Conclus.* 698. *Excommunicatio an probetur per denunciationem. n.* 16. *& seq.* vbi *nu.* 19. dicit, ℘ magis communis* opinio est, ℘ denuntiatio probat excommunicationem ad effectum dilatoriæ, qñ duo continet denũtiatio, videl. speciem excommunicationis, & nomen excommunicantis. † Restringe; quia sola denunciatio probat excommunicationem ad effectum obtinendi absolutionem ad cautelam. Vide Masc. *concl.* 699. *Excommunicatio nunquid probetur*, vbi dicit, ꝓcedere, quando petens absolui ad cautelam probat appellationẽ præcessisse excommunicationem; quia duo probare debet petens absolui ad cautelam, ℘ ex causa legitima appellauit, & ℘ post appellationem fuit excommunicatus, & sufficit semiplena probatio, secundum* communem, licet sint opiniones propter præsumptionem iudicis. † Amplia; quia excommunicatio non probatur per absolutionem petitam, vel obtentam. Masc. *concl.* 700. *Excommunicatio vtrum probetur*, vbi citat infinitos, & dicit * communem, postea *n.* 11. citat contrarium tenentes, & dicit pariter communem, * concordat in fin. quod prima opinio sit tenenda, vbi agitur de magno præiudicio; secunda, vbi agitur de paruo præiudicio. † Amplia; quia excommunicatio non probatur per vnum testem, & famam; quia non iunguntur, & multo magis per famam solam in ijs, quæ sunt magni præiudicij, in ijs vero, quæ respiciunt, vt repellatur à communione fidelium, & participatione sacramentorum, & sic in foro animæ, sola fama sufficit. Vide Masc. plene *Concl.* 701. *Excommunicatio an posit probari per famam.* † Amplia; quia excommunicatio nõ probatur per vnum testem, & cum iuramento suppletorio partis, quando agitur de excommunicatione ex causa criminali; secus si ex causa ciuili. Masc. *Concl.* 702. *Excommunicatio an probari possit.* † Amplia; quia excommunicatio nõ probatur per testes singulares de eodem delicto, si vnus, ℘ percussit Titium clericũ in capite, alius, quod percussit in brachio, dicat. Bald. *in l. testium. n.* 15. C. *de testib.* † Limita; quia excommunicatio probatur per litteras ordinarij, nisi contrarium probetur. Felin. *in c. post cessionem. n.* 12 *v. fallit quinto. de probat.* Masc. *Concl.* 703. *Excommunicatio an probetur per litteras ordinarij.* Limita; † quia semel excommunicatus probatus præsumitur etiam hodie excommunicatus, nisi probet se absolutũ. Vide eundem Masc. *Conclus.* 704 *Excommunicatus qui fuit.* vbi limitat 4. modis; primo, quando excommunicatio esset cõditionalis, nisi soluerit intra certum terminum: secundo, quando fuit reputatus communiter pro absoluto: tertio, quando allegaret absolutionem, & perdidisse, & esset legalis persona: quarto, quando exceptio fieret contra electores semel excommunicatos, vide eum.

Excommunicatio inducitur à iure multis casibus. Concl. 445.

1 PERCVTIENS † clericum, siue illũ offendens, etiam absq; vulnere, incidit *in. si quis suadente diabolo*, & est excõmunicatus, ita quod absolui non potest, nisi à Papa. *d. c. si quis suadente* 17. *q.* 4 Clar. § *fi. q.* 77. *n.* 2. Vide, *Percutiens incidit in pœnam canonu latæ sententiæ. Conclus.* 274. vbi extenditur, & restringitur multis modis. 2 † Monachus habitum religionis non deferens incurrit excommunicationem, *c. vt periculosa. ne cleric. vel monach. lib.* 6. communem* dicit Clar. *d.* § *fin. q.* 77. *n.* 16. *ver. monachus.* vbi extendit, etiam si deferat habitum occultum, licet de hoc sint opiniones, & vtraque sit* communis, vt ibi. Vide, *Monachus dimittens habitũ quando est excommunicatus. Concl.* 320. † Litteras Apostolicas recipientes apud sedem de manu alterius, quam Papæ, sunt excommunicati. *c. dura. de crim. falsi.* sed non seruari dicit Clar. *d.* § *fi. q.* 77. 4 *n.* 17. *ver. recipientes.* † Clerici scienter participantes cum excommunicatis à Papa sunt excommunicati, *c. significauit, de sentent. excommun.* & est ista secunda excommunicatio maior, si quinque concurrant: primo, q ria participent: secundo, quod scienter: tertio, quod sponte: quarto, quod in diuinis: quinto, quod ille, cum quo participat, à Papa sit excommunicatus, & communem 5 * dicit Clar. *d.* § *fin. q.* 77. *n.* 18. † Incendiarii sunt ipso iure excommunicati. *c. tua nos, de sent. excommun.* quod extendit, & declarat apost. ad Clar. *d.* § *fin. q.* 77. *num.* 19. vbi, quod ante denuntiationem absoluuntur ab Episcopo, post denuntiationem à solo Papa. 6 p2. † Effractores ecclesiarum cum spoliatione sunt excommunicati. *cap. conquesti. de sent. excomm.* & isti pariter ante denuntiationẽ ab Episcopo absoluuntur post denuntiationem à Papa. Clar. *d.* * § *fin. q.* 77. *n.* 20. vbi dicit* communem, & quod requiritur vtrũque, videlicet effractio, & asportatio. † Offendentes Cardinales percutiendo, capiendo, vel hostiliter insequendo, sunt excommunicati, & p2 sunt impune offendi. *cap. felicis, de pœnis in* 6. Clar. *d.* § *fin. q.* 77. *n.* 21. vbi, quod requiritur sententia declaratoria secundum* communẽ, & ponit casum de Cardinali Papien. * interfecto à Duce Vrbini, & qui consuluerunt super hoc casu. † Religiosi, qui sacramentũ extremæ vnctionis sine licentia parochiani conferunt, vel matrimonia solemnizant, sunt excommunicati. *clem. religiosi, de priuil.* quæ comprehendit omnes religiosos secundum* communem, de qua Clar. *d.* § *fi. q.* 77. *n.* 22. * † Percutientes iniurioſe Episcopum sunt excommunicati, *clem.* 9 1. *de pœnis.* super quo casu Bologn. *cons.* 73. Sed tamen intelligitur, nisi fieret ad defensionẽ. Clar. *in d.* § *fi. q.* 77. *n.* 23. vbi recenset factum Archiepiscopi Pisani Florẽtiæ suspensi, & de captura Cardinalis Saluiati, & quia Sixtus IV. interdixit Ciuitatem, & plures Dd. scripserunt pro vtraque parte, & pro Florentinis Aret. *consil.* 165. Soc. inter cons. Curt. Sen. 20. Et Collegium Florentiæ inter dicta consilia 21. & Curt. Sen. ibid. & Hiero. Tortus cons. quod est post consilia Ant. de Butr. † Christiani deferentes Saracenis 10 habentibus bellum cum Christianis, ferrum, arma, &c. sunt excommunicati. *cap. ita quorundam, de Iud.* & puniuntur etiam pœna capitis, plene Clar. § *fi. q.* 77. *n.* 25. vbi declarat. † Schismatici sunt 11 excommunicati. *c. 1. de schism.* quod intelligit Clar. *d.* § *fin. q.* 77. *nu.* 27. nisi bona fide aliquis præstet obedientiam vni ex pluribus electis in Pontificem, & dicit* communem. † Facientes obser- * uari statuta contra libertatem Ecclesiæ sunt excommunicati, & 12 dicuntur contrà libertatem ecclesiæ, si reuocent priuilegia ecclesiarum concessa à Deo, vel à Papa, vel ab Imperatore, communem* dicit Clar. § *fin. q.* 77. *n.* 28. † Extende multis modis, etiam * 13 si solum attentauerint. Vide infra, *Excommunicatio contra quos detur. Concl.* 441. *n.* 9. *& seq.* vbi late. † Vsurpantes de nouo sibi ius 14 patronatus in locis p2 jis vacantibus, quado vsurpatio est à 14. annis citra; secundo, quando vsurpatio sit vacantibus locis, & est communis* opinio. Clar. *d.* § *fi. q.* 77. *n.* 29. † Matrimonium con- * 15 trahentes scienter in gradu prohibito. Clar. *in* § *incæstus. v. præterea.* † Magistri scholarium Bononiæ, & scholares conuenientes 16 hospitem pro conducendo hospitio aliorum magistrorum, & scholarium sunt excommunicati, & hęc est localis excommunicatio. Clar. *d.* § *fin. q.* 77. *n.* 26. vbi, quod magistri intelligũtur Dd. legentes secundum* communem. † Vide plenius de casibus ex- * 17 communicationis à iure, & primo de casibus bullæ Cœnæ Domini per Nauarr. *in summa. c.* 27. *n.* 49. *& seq.* & de aliis reseruatis Papæ à iure communi eundem *nu.* 75. *& seq.* & vide *in sacerdotali, fol.* 42. *& seq.* vbi plenius ponit omnes casus à iure communi, & extrauag. inductos. † Et de reseruatis Episcopo. Nauar. *in summa.* 18 *c.* 27. *n.* 112. *& seq.* † Et de aliis casibus non reseruatis vide eundem 19 *d. c.* 27. *n.* 114. *& seq.* † Impedientes, quod coram iudicibus Ecclesiasticis ordinariis, vel delegatis libere non p2 ocedatur in omnibus causis; quę de iure, vel ex antiqua consuetudine spectant ad 20 eos; quia ipso iure sunt excommunicati. *c. quoniam intelleximus, de immunit. eccles. in* 6. plene Ægid. Bellam. *cons.* 4. *n.* 6. *& seq. ver. circa secundum.* † Extende in eo, qui ad prædicta præstitit auxilium, vel 21 consilium, aut fauorem, etiam si solum conatũ fecerit; quia fuit impeditus, etiam si sit excommunicatio ipso iure; quia est medicinalis. Ægid. *cons.* 40. *n.* 6. & 7. † Offendentes Cardinalem. *cap.* 22 *felicis, de pœnis, in* 6. † Alii plurimi casus possent cumulari, sed qui- 23 liber poterit sibi consulere apud Summistas.

Excommunicatio debet ferri in scriptis, & causa expressa, & quando secus. Concl. 446.

EXCOMMVNICATIO † debet ferri in scriptis, & debet 1 exprimi causa, & dari copia excommunicato perenti, aliter faciens per mensem suspensus existit. text. *in c.* 1. § *quisquis, de sent. excom. lib.* 6. Lap. *alleg.* 74. *Prælatus. nu.* 3. *ver. sed de secundo*, vbi dicit hanc decretalem odiosam, & restringendam; quia est pœnalis, & ℘ regulatur secundum *c. sacro. de sent. excom.* † Rationem ponit 2 Lap. *d. alleg.* 74. *n.* 6. *ver. item causa, quare.* videl. vt possit facere fidẽ, & tollere grauamen, & ne sit incertus. † Declara; quia licet non 3 fiat in scriptis, neq; seruentur solemnia; tamen non est nulla, sed iniusta, & consequenter timenda, ita Fed. *cons.* 11. *Quæritur, an excommunicatio, in pr. n.* 1. *& n.* 7. *ver. & per hoc tolluntur.* vbi, quod sufficit adesse iurisdictionem in excommunicante, & in responsione d. Feder. ibi sub *n.* 10. tenetur tamen excommunicans iniuste 4 ad damna excommunicato, vt ibi *nu.* 2. *in fin.* † Amplia; quia in iudiciali excommunicatione requiritur causæ cognitio, & ordo iudicij in tantum, quod debet adesse trina citatio, & quod feratur à iudice sedente pro tribunali. Fed. *d. cons.* 11. *n.* 8. *ver. item non est verum.* & est responsio d. Iacobi de Pistorio. † Contrarium tenet 5 Fed. *in d. cons.* 11. *in prin.* & in sua responsione sub *n.* 10. vbi fatetur, quod est iniusta talis excommunicatio, sed non nulla, ideo timenda.

menda. † Limita in excommunicatione extraiudiciali; quia nō seruantur solemnitates; quæ seruantur in iudicio. Fed. de Sen. *d.conſ.11. Quæritur, An excommunicatio. in reſponſione d. Iacobi de Piſtoria, in pr. ſub n.7. ver. vel ibi de ea.* † Limita, vt non procedat in statuto, vel ordinatione super futuris peccatis, vel super faciendis; quia pōt fieri sine scriptis; secus in sententia; quia quis non possit excommunicari per sententiam sine scriptis, neq; super futuris; secus est per statutum vtroq; casu. Lap. *d. alleg.74. in fin. ſub n.7.* vbi, quod scriptura non est de substantia legis, vel statuti. Limita igitur omnibus modis, & limitationibus positis *in c. ſacro. de ſent. excom.* qñ excommunicatio potest fieri non præmissa monitione; ita potest fieri non facta scriptura, ita videtur velle Lap. *d. alleg.74. Prælatus. n.4. ver. præterea, & decretalis.* Vide Conclus. prox. seq. † Limita in Prælato procedente contra subditū suum ad correctionem regulariē; quia non procedit vt iudex, Lap. *d. alleg.74. n.4. ver. ſed de ſecundo, & n.4. & 5.* vbi est casus decisionis. † Limita, quando periculum est in mora, & non adest commoditas scribend., secundum gl. *in d.c. cum medicinalis, de excom. lib.6. in ver. temerarius.* Lap. *d. alleg.74. n.4. in fi.* † Limita; quando excōmunicatio non fertur contra certam personam, sed generaliter contra incertos; quia tunc non requiritur necessario scriptura. Lap. *d. alleg.74. n.6 in fi. ver. item videtur de iure,* vbi, quod ante factū meum est abstinere, post factum ita tenendū; quia defendi potest.

Excommunicatio ferri non potest canonica monitione non præmissa, & quando secus. Concluſ. 447.

1 EXCOMMVNICATIO † ferri non potest, nisi præcedat canonica monitio contra excommunicandum, & alias excōmunicans incurrit pœnam suspensionis. *c. ſacro. de ſent. excom.* vbi Innoc. *in ver. ingreſſum. n.2.* vbi, quod non potest talis suspensus interesse diuinis; neq; orare, & si suspensus moriatur, non debet in loco sacro sepeliri. † Et debet hæc monitio esse trina, licet vnico monitorio fieri possit, prout moneo te ad hoc faciendum, vel non faciendum intra 15. dies, quorum quinq; pro prima, 5. pro 2. & reliqui 5. pro 3. monitione assignamus. Couar. *par. 1. relectio. §. 9. n.5. fol.406. in c. alma mater.* † Et debet esse personalis, ita vt non sufficiat ad domum, nisi in quatuor casibus: primus est, quando excommunicatus latitat, concord. Rota *in nou. 11. de dol.* vbi alias 271. vbi idem, si in fraudem impedit se citari; secundus, quando semel fuit citatus personaliter, concord. *deciſ. vnic. de fer. in nou.* tertius, quando monitio, vel citatio ad domum peruenit ad notitiam citati; quartus, quando fuit male absolutus, & agit de reintrudendo, & est *dec.7. de ſent. excom. in nou.* alias 399 *in fi.* Cou. *d.1. part. relect. §.9.n.4 fol.406.* licet ibi citet contrarium tenētes, quod sufficiat ad domum. † Extende; quia propter grauitatem, & magnitudinem præiudicii citatio requiritur personalis. Rom. *conſ.482. In caſu præmiſſo. n.5. ver. quoad ſecundam.* Allegat Rot. *deciſ.11. de dol. & contum. in nou.* alias 271. *in fi. & deciſ.1. de feriis, in fi. in non.* alias 367. quibus adde *deciſ.7. de ſent. excom. in nou.* alias 399. *in fi.* Cassad. *deciſ.1. de præben.* † Imo, quod non sufficiat citatio, sed requiratur monitio, & citatio personalis, tenet Rota *in nou. deciſ. vnica. de feriis. prope fin. ver. non tamen poſſet.* † Declara; quia si agitur de reintrudendo male absoluto, citatio personalis habet vim monitionis. Rot. *deciſ.7. de ſent. excom. in fin. in nou.* alias 399 i 2 † In hac materia, quādo monitio requiratur, vel non, vide Fran. Aret. *conſ.163. n.9. ver. & tamen iis non obſtantib.* vbi, quod differunt monitio, & citatio; quia monitio fit, vt satisfaciat, vel abstineat, citatio, vt veniat ad iudicium; ideo semper, quod quis punitur pro delicto, nō requiritur monitio ad declarationem, sed si punitur pro contumacia, debet moneri, & citari secundum eum. 3 † Declara, quod si non præmittatur trina monitio, excommunicatio non est nulla, sed iniusta, & ideo timenda. Feder. *conſil.11. Quæritur, An excōmunicatio. n.1. & n.7. ver. & per hoc tolluntur,* & alius in resp̄one d. Federici *ibi n.10.* ex quibus patet, quod ad substantiam excommunicationis non requirantur solemnia iudicij, sed bene ad iustitiam; tenetur tamē excommunicans iniuste ad damna excommunicato, vt ibi *n.2. in fi.* plene Couar. *d.1. part. relectio. §.9.n.7. fol.407.* vbi dicit * communem. Rom. *cōſ.354. Circa propoſitam. n.3. ver. videndum eſt.* Vide, *Excommunicatio ſiue iuſta, ſiue iniuſta ſemper timēda. Concl.452.* † Extende declarationem; quia excommunicatio potest fieri etiam per iudicem deleg itum, nō præmissa canonica monitione, & non erit nulla, sed iniusta. Roman. *conſ.354. in fin. ver. procedunt autem.* † Imo sicuti excommunicatio facta non præmissa canonica monitione valet, sed est iniusta; ita etiam absolutio facta ab excommunicatione sine citatione per superiorem erit valida, licet iniusta. Rom. *d. conſ.354. n.3. ver. videndum eſt.* † Extēde; quia excommunicatio potest esse iusta ex ordine iudicij, & intentione proferentis; tamen erit iniusta ex causa. Rom. *conſ 369. Circa primum. nu.13. ver. quod autem,* vbi dicit, quod instant ista simul, quod sit iusta ex ordine, & intentione proferentis, & iniusta quoad causam non legitimam, vel non veram, aut rationabilem, allegat *cap. ſi ergo 11. q.3.* † Amplia, vt in tantum sit verum, quod error iuris non excuset religiosum, qui excommunicat canonica monitione non præmissa. Lap. *alleg.13. hic concludit, in princ.* † Amplia in tantum, vt excommunicans sine canonica monitione, nedum sit suspensus, sed etiam si celebrat, incurrit irregularitatem, quando potuit consulere peritiores. Lap. *d. alleg.13.* † Declara, quod licet irregularitas prædicta dicatur grauis; tamen habens facultatem absoluendi ab irregularitate, præterquam si grauis sit, poterit absolui hoc casu. Lap. *d. alleg.13. n.2. ver. ſecundo concludit.* † Amplia, vt quantumcunque delictum sit notorium, non potest quis iuste excommunicari, nisi primo moneatur. Fed. *d. conſ.11. n.8. ver. quinimo, & nu.10. ver. quod quarto loco.* Abb. *conſ.33. Videtur primo, n.4. lib.1.* † Declara, vt procedat, quando sententia profertur super notorio non probato ab homine; secus à iure, Dec. *in c. peruenit, in fin. de appell.* & prout ibi declarat Lap in apost. *in ver. moneatur,* qui limitat hoc multis modis. Vide, *Notorium habet multa, &c. Concl.110.* † Amplia; quia nemo debet excōmunicari, nisi primo monitus ad satisfaciendū contemnat. Ægid. Bellam. *conſ.40. in pr. n.1.* † Declara totam hanc materiam; quia licet, vt quis iudicialiter excommunicari possit, requiratur monitio, & causa probata; tamen non requiritur libellus, neque litis contestatio; quia excommunicationis sententia dicitur interlocutoria. Alex. plene *conſil.134. Super præmiſſo. lib.7.* vbi est casus, & dicit ibi *nu.4.* quod requiritur ordo iudiciarius, videl. monitio; & quod causa probetur. gl. *in c.1. de exceſſ. prælat.* † Et idem est, in absolutione; quia non requiritur libellus, neque litis contestatio, licet requiratur ordo iudiciarius, & eadem solēnitas, quæ requiritur in excommunicando. Alex. *d. conſ.134. n.4. & ſeq. ver. ſecundo moueor. lib.2.* † Amplia; quia monitio semper est necessaria, quando agitur de excommunicando eo, qui participat cum excōmunicato ab ipso, qui prohibet participationem communis est * opinio secundum Cou. *part.1. * relectio. §.3. n.5. ver. tertio in c. alma mater. de ſent. excomm. lib.6.* † Restringe, quando agitur de excommunicando participante cum excommunicato à iure, vel ab alio, quam ab ipso volente excōmunicare; quia monitio non requiritur. Couar. vbi supra. † Amplia; quia quidquid sit in excommunicatione, vt ferri possit sine monitione, secus est in declaratione excommunicationis incursæ; quia requiritur monitio. Dec. *in c. reprehenſibilis, de appell. nu.18. & ſeq.* latius Felin. *in c. Rodulphus. n.41. de reſcript.* vbi declarat Couarr. *1. part. relectio. §.9.n.5. in fi. d.c. alma,* plena apostill. ad Roman. *conſ.482. In caſu præm ſſo. n.6. ver. tertio dico.* vbi citat plurimos, videlicet Socin. inter consil. Curt. Sen. 20. *Sæpenumero. nu.16. & ſeq.* Collegium Florentinum *conſ.161. & ſeq. col. fin.* Hieron. de Tortis consil. suo, quod est post consil. Ant. de Butr. *col. pen. ver. ſed quid fortius.* Aretin. *conſ.163. num.7. & ſeq.* vbi latissime Ruin. *conſ.50. In quæſtione. num.11. & conſ.153. Deplurib. n.17. lib.1.* plenissime Ioannē Baptistam Ferret. *conſ.84. Iudex,* vbi dicit * communem, & allegat * plures decisiones Rotæ, quas videas, & est 3. *de lit. conteſt. in nouiſ. & 19. de ſent. excomm. in antiq.* † Extende, quod imo quicquid alii qui tenuerint contrarium, semper est necessaria citatio ad declarationem excommunicationis ipso iure incursam, magis cōmunem * dicit Clar. *§. fin. quæſt.31. num.3. ver. item adde.* vbi, quod * etiam si contraria opinio teneretur; est tamen necessaria in discussione negotii, per quod deuenitur ad declarationem censurarum. † Contrarium, quod in declaratione non requiratur citatio; quia iam est excommunicatus, & declaratio non est magni præiudicii, late Roman. *conſ.482. In caſu præmiſſo. n.5. & per tot.* vbi multa adducit & tollit contraria. † Declara; quia declaratio excommunicationis ferri non potest sine citatione, quando factum, ex quo surgit excommunicatio, non est notorium: ratio est; quia primo constare debet de sententia, antequam executioni mandetur, & constare nō potest, nisi parte vocata, si res est dubia; si vero factum, ex quo surgit excommunicatio, est notorium; tunc potest fieri declaratio sine citatione, tum quia manifesta, & notoria ordinem iuris non requirunt; tum etiam quia qui denuntiat excommunicatum, videtur dare mandatum extraiudicialiter, vt eniteatur. Ægid. Bellamer. *conſil.40. num.8. & ſeq. ver. circa tertium.* vbi *num.12.* qualiter factum notorium dicatur. Butr. *in cap.1. de iudic.* Felin. *in cap. ſacro, de ſentent. excommun.* Vide, *Declaratio an requiratur contra ipſo iure priuatum. Concluſ.98.* † Contrarium tenet Couarr. quod debeat citari, etiam si delictum sit notorium, vt appareat contumacia, *in prima parte*

27 *relectio.§.9.n.6.* vbi citat plurimos *d.c.alma.* † Declara, quia si factum sit ita notorium, vt non possit aliqua excusatione euitari, non requiritur declaratio, neque citatio, sed proceditur ad executionem excommunicati notorii à iure. Couar. *1.part.relectio.§.*
28 *2.n.1.d.c.alma mater.* † Declarat Franc. Aret. *d.cons.163.n.7.ver.circa primum, cum seq.* vbi dicit Doct. variasse; quia in facto notorio permanente, & quod non potest excusari, forte procedit, vt nō sit necessaria citatio; secus in notorio transeunte, nihilominus;
* quia posset adesse consuetudo, quæ excusaret, communior, *& æquior opinio est, quod semper fiat citatio, & maxime quando agitur de notorio alibi, & in eadem causa consuluerunt, Soc. *in cons.20. inter consilia Curtii, &* 21. quod est Collegii Florentini, & Hieron. de Tortis, post consil. Ant. de But. qui omnes in causa excommunicationis consuluerunt pro Republ. Florentina, quę fecerat suspendere Archiepiscopum Pisanum, quod ex quo nō
29 fuit citata, erat nulla declaratio. † Imo Aret. *d. cons.163.n.7. in fin. ver. præterea.* dicit, ꝙ etiam si essemus in declaratione, quæ posset ferri sine citatione; si tamen lata postea constat cōpetere excusationem legitimam, declaratio erit nulla, *& n.8. & seq.* cōprobat.
30 † Declarat Rom. *cons.482.n.6.ver. tertio dico, & per tot.* quia licet in discussione causæ, in qua agitur de declarando aliquē ipso iure incurrisse pœnam excōmunicationis, requiratur citatio partis, non tamen requiritur citatio in actu declarationis, neq; citatio personalis in discussione causæ, prout si ageretur de excommunicatione, & adducit plura similia; quia qui declarat, nihil de nouo facit; & quia declaratio inest à principio rei declaratæ.
31 † Amplia; quia laici exigentes munera, vel collectas à clericis, ꝓ bonis eorum sunt excommunicandi, sed tamē requiritur moni-
32 tio. Card. Zab. *cons.12.n.3. & seq. ver. sed discutiamus.* † Restringe, qn laici compellerent ad solutionem pedagii, vel datiorum pro rebus, & bonis Ecclesiæ; quia tunc non requiritur monitio. *c. quāquam, de censib. in 6.* ita distinguit inter munera, & datia Card. Zabar. *d. cons.12. n 3. ver. sed discutiamus, vsq; in fi.* vbi ponit rationē di-
33 uersitatis. † Limita; quando excommunicatio fieret pro futuris culpis; quia tunc monitio non debet præcedere, ita Innoc. *in c. sacro, in pr. de sent. excommun.* Lap. *alleg.74. Prælatus. n.2. ver. sed contrarium.* quia pro futuris culpis futurum tēpus monet. Fed. de Sen. *cons.2. per tot.* vbi, quod contrauenientes statuto episcopi, ꝙ nullus ludat ad zardum, est excōmunicatus etiam in die festiuo. Fed. *cons.11. n. 3.* qui idē de alio statuto, quod nullus ingrediatur monasteria monialium; nam eo ipso, quod contra fit, contrauenies
34 ligatur excommunicatione. † Limita in excommunicato; quia non parebat rei iudicatæ, & sic pro manifesta offensa. Innoc. *in d. c. sacro, de sent. excom. n. 3. ver. reuocare.* Lap. *d. alleg. 74. n.2. ver. vnde ipse*
35 *idem Innoc.* † Limita; quia plures sunt casus, in quibus excōmunicatio potest ferri absque monitione Canonica. Ægid. Bellam.
36 *in latiue cons. 40. n.11.* † Limita in excommunicato; quia non dabat, vel faciebat, quod erat præceptū, quia non requiritur monitio, ex quo dies monet pro homine. Innoc. *d.c. sacro. n.3.* Lap. *d. alleg. 74. n.2. ver. vnde si ferat.* & hinc credo stylum A.C. antiquū, per quē non soluentes excommunicabantur, fuisse sumptum.
37 † Limita in excommunicatione, quæ nō habuit effectum, & sic in excommunicatione conditionali, à qua fuit appellatum ante conditionem; quia sicuti suspenditur excommunicatio; ita etiā pœna; quæ proueniret ex ea. Lap. *alleg. 73. n.3. ver. sed de secūdo. n.4.*
38 † Limita; quia pro manifesta offensa pōt ferri excommunicatio contra præsentem sine monitione. Lap. *d. alleg. 73. incip. Prælatus. n.3. ver. item sententia,* idem tenet Lap. *in add. ad cons. Fed. 11. in fi. ver.*
moneatur, dat exemplum in rapina manifesta; quia statim potest
39 excommunicari, nisi restituat. † Limita, quando sententia excōmunicationis fertur ad defensam alicuius; quia tunc non requiritur monitio. Innoc. *in c. venerabilis, de censib. n.3. ver. item dicunt. & n.4. ver. nec obstat huic oppositioni.* Io. And. *in c. dilecto, de sent. excom. lib. 6. in ver. defendere.* Lap. *d. alleg. 73. n.3. ver. item quādo sententia,* qui videntur loqui, quando non vt iudex procedit, sed defensor suæ Ecclesiæ, & iurisdictionis. Fed. de Sen. *d. cons. 11. in fin. n. 12. ver. moueatur.* & est additio Lapi. Gemin. *c. dilecto. 7.* vbi Franc. *n.2. de sent.*
40 *excom. in 6.* Fel. *in d. c. sacro. n.6. in 4. lim. de sent. excom.* † Contrarium
41 Cou. *in 1.p. relectio.§.9.n.6. ver. hinc deniq; fol.* 407. † Limita in religioso, qui fuit excommunicatus à suo Prælato statim, nisi ibi regioso, qui fuit excommunicatus à suo Prælato statim, nisi ibi religiosus, qui fuit excommunicatus à suo Prælato statim, nisi ibi religioso

§ † Amplia, vt ét possith æc excõmunicatio extraiudicialis ferri, & é extra diœcesim, & extra locũ territorii, vt videtur velle Abb. de Podio Bonici in cons. quod est insertũ *in cons. Feder. 11. sub n. 11.* § *n. sed ad id. quod.* † Amplia, vt multo magis possit ferri excõmunicatio in diœcesi cõtra existentẽ extra diœcesin. Fed. de Sen. *cons. 16.* 4 *n. 10. p. præterea sententia excommunicationis.* † Declara hoc procedere in excommunicatione particulari; secus de generali, quæ ferri non posset contra existentes extra territorium, ita distinguit *Franc. in cumico, §. statuto, de const. in 6. num. 13. ver. an existens.* Vide Concluſ. prox. præced.

Excommunicatio lata sub cõditione an liget eum, qui desiit esse subditus tépore conditionis. Concl. 450.

EXcommvnicatio † lata sub conditione, vel in diẽ generaliter contra omnes, qui non fecerint præceptũ, nõ ligat eos, qui tempore excommunicationis erant subditi, sed tépore conditionis desierunt esse subditi. *c. Romana. in 2. respons. de sent. excomm. n. 6.* qui text. habet locũ quando excõmunicatio est generalis. Fed. de Sen. *cons. 97. nu. 4. v. venio ad quæstiones*, & ita debet intelligi Archid. *in c. 2. de constit. in 6.* Lap. *alleg. 48. n. 4.* † Amplia, vt procedat multo magis, si ante conditionem, vel diem intra legitima tempora esset appellatum, *c. præterea. de appell.* Vide, *Excõmunicatio lata quando non liget excommunicatum propter appellationem. Concl. prox. seq.* † Amplia, vt procedat, ét si per viã statuti, non tamen generalis, vel constitutionis Episcopalis excommunicarentur omnes, qui commiserint furtum, vel aliud fecerint contra statutum: quia si tépore furti Episcopus, qui fecit statutũ, esset mortuus, vel translatus, an excõmunicatio non operaretur, qñ continuo, vel statutũ non erat generale, sed particularis prouisio facta durãte illo Episcopo; secus è contra. gloss. *in c. à nobis. in v. nõ obstantib. sent. excom.* quam sequitur Fed. de Sen. *cons. 97. in sing. ver. ité rum tur.* † Amplia, quando adesset statutũ etiã generale, vel cõstitutio episcopi disponens cõtra quoscunque, qui aliquod delictũ fecerint; quia si tépore delicti non sunt de illo foro, sed exempti, & de aliena iurisdictione, non ligantur; quia non dicũtur venire per constitutionẽ, vel statutũ. Fed. de Sen. *cons. 16. n. 10. vers.* † Amplia; quia talis excõmunicatio sub cõditione non producit aliquẽ excõmunicatum ad effectũ, vt priuetur iure suo. Vide *Mast. Concluſ. 698. Excommunicatio an probetur per denunciationem*, huius ad effectum dilatoriæ. † Limita in excommunicatione facti contra certam personam lata, vel contra citatũ, quæ licet differatur in diem, vel sub conditione, & desinat esse subditus tempore cõditionis, vel diei, tamen est excõmunicatus propter præmissionem factam eo tempore, quo erat subditus. Fed. de Sen. *cons. 97. n. 4. ver. venio ad quæstiones*, vbi dicit * communẽ alleg ius communiter * ita teneri per Dd. *in c. 1. de appell.* † Declara limitationem procedere, quando causa, propter quam excõmunicatio facta, durat; secus si non duraret, vt si esset excõmunicatus, nisi intra certum tempus resideret in beneficio, quia si desiit habere beneficium, cessat excommunicatio tempore conditionis, vel diei, ita Ioan. And. *in c. cum sunt iura, de reg. iur. in 6.* quem refert, & sequitur Fed. de Sen. *d. cons. 16. n. 10. in fi. ver. quidam vero scriptor*, & ita vbi dicit * communem. Lap. *alleg. 48. n. 4.* & idem Fed. *d. consil. 97. n. 4.* vbi remittit se ad Ioan. And. † Limita; quia excommunicatio sub conditione facta per iudicem Ecclesiasticum iudici seculari, ne procedat in causa ecclesiastica sub pœna excommunicationis operatur, quod si processit, est excommunicatus, & non valet processus, neq; sententia, tanquam lata ab excõmunicato. Ioan. de Imol. *cons. 127. In casu præmisso, n. 4.*

Excommunicatio lata quando non liget excommunicatum propter appellationem, vel secus. Concl. 451.

EXcommvnicatio † lata sub conditione suspenditur, & nõ ligat per appellationem interpositam ante conditionem exprimendam. *c. præterea, de appell.* Lap. *alleg. 48. n. 3. ver. alia est*, idem Lap. *alleg. 74. Prælatus, n. 4. ver. vnde sicut. c. præterea, de appell.* † Amplia, vt idem sit in excommunicatione lata in diem, vel sub conditione; quia si pendente die, vel conditione, ille, contra quem est lata, efficiatur alterius fori, non obligat. Archid. *in c. 3. de constit. lib. 6.* quem refert, & sequitur Lap. *d. alleg. 48 nu. 4.* allegat Io. Andr. tenentem hoc esse verum, quando cessat causa; quia si quis est excommunicatus sub conditione, si non resideat in beneficio, nõ obligat, si cessat causa beneficii, puta quia illud renunciauit, pro quo Ioan. Andr. & *cons. Feder. 16. n. 10. in fi. ver. quidam vero scriptor*, § *n.* vbi dicit communem contra Archid. Vide, *Excommunicatio lata sub conditione. Concl. prox. præced.* † Amplia, vt sententia excommunicationis suspensa per appellationem interpositam intra 10. dies ante excommunicationem non liget, etiam si appellatio transierit deserta; quia excommunicatio aut statim ligat, vel nõ. Lap. *alleg. 43. n. 5. ver. alia est*, vbi allegat se ipsum, quod declara, vt *in c. licet de sent. excomm.* vt si excommunicatio est generalis; procedat dicta opinio; si vero sit specialis, & in certam personam, secus; quia deserta appellatione publicabitur excommunicatio. Gem. *cons. 99. n. 3. ver. & dato, quod talis.* vbi, quod non cõualescit excõmunicatio particularis lata post appellationem, etiã deserta appellatione; sed tamẽ deserta appellatione publicatur, & euitari debet, donec doceat de nullitate, vbi in fi. *n. 8. ver. super vltimo.* dat cautelam ad effugiendam publicationem, quod proponat iudicium nullitatis excommunicationis latæ post appellationem, & idem dicit Abb. *consil. 33. Videtur primo. col. 2. ver. sed iis non obstantib. lib. 1.* allegat *d. c. licet, de sent. excomm. lib. 6.* † Amplia, ꝙ non cõualescit excommunicatio lata post appellationem, licet appellatio sit deserta; quia lata est sine iurisdictione. gl. *in d. c. licet excom. de sent. excom. li. 6. ver. conualescat.* Cald. *cons. 537.* alias *5. de sent. excom.* Gem. *d. cons. 99. n. 3. v. & dato, quod talis.* † Amplia, quod excommunicatio sicuti nõ ligat lata post appellationem legitimã, ita etiam nec post recusationem iudicis. Lap. *alleg. 1. n. 2. ver. vnde sicut excom.* vbi dicit hoc esse notãdum, quem sequitur, & allegat Gem. *cons. 99. in fi.* † Amplia, vt in tantum non liget excommunicatio lata post appellationem, vt sit ipso iure nulla. Lap. *alleg. 48. n. 3. ver. ijs præmissis.* allegat *d. c. licet de sent. excom. iu 6.* quod tamẽ intellige de legitima appellatione. gl. *in c. præsenti, in ver. ad cautelam, eod. tit. & lib. 6.* quæ ponit hunc casum pro primo, in quo excõmunicatio est nulla, sequitur Fed. de Sen. *cons. 11. Quæritur, an excom. n. 4. ver. sed opponitur.* vbi, quod ratio est; quia caret omnino iurisdictione. Cald. *d. cons. 537 circa fi.* alias *5. de sent. excom.* Gem. *d. cons. 99. n. 3. & seq. v. quandoq; fertur.* vbi, quod nec ligat excõmunicatum, qui neq; efficitur irregularis, licet celebret, quãdo appellatio erat legitima, secus si non erat legitima. Ang. *cons. 188. Sed nunc videndũ, in pr. ver. pro hac parte.* Zabar. *cons. 119. n. 4.* † Contrarium tenet Lap. quod imo sit nulla excõmunicatio lata post diffinitiuam, à qua est appellatum, etiam si non doceatur de legitima causa appellandi, vide eum *alleg. 2 n. 5. ver. ad hoc quia.* † Declara; quia si feratur excommunicatio post appellationem legitimam, siue à diffinitiua, siue ab interlocutoria, quæ reparari non potest, & habet vim diffinitiuæ, est nulla. Zab. *d. cons. 119. in fi. v. ex ijs apparet.* † Amplia, vt excommunicatio lata post appellationem à diffinitiua non liget, sed sit nulla, etiam si appellatio nondum sit superiori porrecta, neq; commissa; quia non debet interim fieri executio. Lap. *d. alleg. 2. n. 5. ver. & concludit.* † Amplia; quia excommunicatio lata post legitimam appellationem interpositam in tãtum est nulla, quod non inhabilitat excommunicatum ab electione, & prouisione actiua, & passiua; ideo valet collatio ei facta, non obstante tali excommunicatione. Gemin. *d. cons. 99. n. 3. v. ex prædictis*, vbi loquitur etiã; quod appellatio transiuit deserta. † Extende; vt neq; taliter excommunicatus, si celebret, incurrat in irregularitatem, etiam post quam appellatio transiuit deserta. Gem. *d. cons. 99. n. 5. ver. ex ijs deciditur.* † Extende; quia excommunicatus post appellationem, & quem superior mandat vitari, non est vitandus in extraiudicialibus publicis, secus in iudicialibus, & etiam in extraiudicialibus familiaribus nõ publicis, ita Abb. *cons. 33. Videtur primo per tot.* vbi est casus, *lib. 1.* † Amplia; quia licet non appelletur à sententia excommuuicationis; tamen appellatur ante excõmunicationem. Ang. *cons. 188. circa pr. ver. pro hac parte*, vbi, ꝙ lata post appellationem talem non valet excommunicatio. † Extende, vt idẽ sit in appellatione à sententia interdicti; quia licet ab ea non appelletur; tamen potest appellari ante interdictum. Ang. *d. cons. 188. circa pr.* † Limita; quia licet post appellationẽm non possit iudex citare, neq; excommunicare; tamen potest declarare excõmunicatum ante sentẽtiam, & erit etiam excommunicatus, licet appellet. Ægid. Bell. *cons. 40. n. 10.* † Limita; quia excõmunicatio lata post sententiam pro executione sententiæ intra 10. dies ante interpositam appellationem non est nulla, etiam si intra decem dies postea appellatio interponatur, & ideo tanquam attentata non debet reuocari. Gem. *d. cons. 99. Super primo, in pr. ver. ad secundum*, vbi dicit hanc communem * opinionem. † Limita in excõmunicatione lata post sententiam, quæ transiuit in iudicatum; quia licet appelletur intra decem dies à tali excommunicatione, tamen est legitima, & valida, ex quo habet rem iudicatam exequendam; vnde cum sit lata excommunicatio pro executione, non admittitur exceptio aliqua contra excommunicationem, quin te neat, Gem. *d. cons. 99. n. 1 & seq. ver. quandoque profertur.* vbi allegat Ioan. Monac. *in c. is cui. §. fi. de sent. excom. in 6.* dicentẽ, quod dum erat Vicecãcellarius multas litteras cessauit, in quibus narrabat

esse appellatum, non à prouisione, sed ab exequutione prouisionis. Vide, *Excommunicatio non ligat lata à carente iurisdictione. Conclus. 452.*

Excommunicatio est nulla, & non valet multis modis. Conclus. 452.

1 EXCOMMVNICATIO † sicut non valet post appellationem lata, ita nec post recusationem iudicis. Lap. *alleg. 1. n. 2. v. vnde sicut excommunicatio.* vbi dicit hoc notatu dignũ, & quod excommunicatio lata post appellationem sit nulla ipso iure. Lap. *alleg. 48. n. 3. ver. ijs præmissis.* allegat *c. licet, de sent. excom. li. 6.* quod intelligo de appellatione legitima. gloss. in *c. præsenti, in ver ad cautelam, de sent. excom. in 6.* Gem. *cons. 99. n. 3. ver. quandoque fertur.* † Amplia, quia excommunicatio lata post diffinitiũ, à qua est appellatum, est nulla, etiã si non ostendatur legitima causa appellandi.
3 Lap. *all. 3. 2. n. 5. ver. ad hoc, quia.* gloss. in *d. c. præsenti, in ver ad cautelã*, quę intelligit de appellatione legitima. † Extende; quia est nulla lata super præcepto, à quo fuit appellatum, & delatũ appellationi, etiam si prætendatur deserta appellatio, quia debuit citari, &
4 super desertione pronunciari. Petr. Anch. *cons. 60. in prin.* †. Idem.
5 si præceptum incertũ erat. Anch. *d. cons. 60. circa si.* † Idem, si præceptum iniustam causam continebat. Anch. *d. cons. 60. circa med.*
6 † Amplia, etiã si appellatio nõ sit adhuc porrecta supetiori, neq; cõmissa, quia interim non debet fieri exequutio sententiæ. Lap.
7 *alleg. 2. n. 5. ver. & concludit.* † Amplia, quod excõmunicatio lata est nulla, & nõ valet decem casibus, de quibus per glo. in *d. c. præsenti. v. ad cautelã, de sen. excõ. li. 6.* & sunt; primus est, lata post appellationem legitime interpositã, de quo supra. Vide, *Excommunicatio lata quando non liget excommunicatum propter appellationem. Conc. prox. præ.*
8 † II. Item, quando excõmunicatio continet intolerabilem iuris errorem, quia est nulla, vt si esset lata contra impuberẽ citatum
9 ob contumaciã, qui nõ potuit citari. Lap. *alleg. 116. n. 2.* † III. Item, si est lata canonica monitione non præmissa contra participes
10 cum excõmunicato, *c. statuimus, de sen. excom. in 6.* Vide, *Excommunicatio fieri non potest canonica monitione non præmissa. Conc. 346.* † IV. Itẽ, si is, qui tulit excõmunicationem, nõ erat iudex, vel non habebat iurisdictionẽ in exemptos, *c. cũ olim, de priu.* Cald. *cõs. 541. a-*
11 *lias 9. de sen. excom.* Vide, *Excõmunicatio non ligat lata à carente iurisdictione. Conc. 439.* † V. Item, si lata sit à iudice excõmunicato; quia
12 non tenet. *c. audituimus. 24. q. 1.* † VI. Item, quando excommunicatio procedit à delegato cõtra delegantis intentionem, *c. si de præb.* Lap. *d. alleg. 116. n. 2. in fi.* & idem tenet Lap. *d. alleg. 116.* vt procedat pariter, quando est lata contra intentionem delegati, puta contra impuberem, quem ignorauit esse talem Cal. *d. cons. 541. in fi. a-*
13 *lias 9. de sen excom.* † VII. Item, quando est lata ab intruso in digni-
14 tate, vel suspenso. *c. alienationes, 12. q. 2.* † VIII. Item, si feratur à vio-
15 lante interdictum hominis. *c. tanta. de excess. prælat.* † IX. Item, si feratur à superiore contra subditum contra formam priuilegii sui.
16 *c. cum capella, de priu.* Cal. *d. cons. 541. alias 9. de sen. excom.* † X. Item, si Episcopus excederet numerum concilii Lateran. de quo in *c. cum*
17 *ad quorundam, de excess. præl.* quia non valet excommunicatio. Cal. *d. cons. 541. vltra med. ver. item sicut.* alias 9. *de sen. excom.* † XI. Item, si feratur excommunicatio à delegato impetrato ab excommu-
18 nicato. *c. 1. de reser. in 6.* gl. in *d. c. præsenti. de sent. excom. in 6.* ponit hos 11. casus, vbi, quod multi cadunt sub quarto casu. † Supradd. 11.
19 casus relatiue ponit Fed. de Sen. *cons. 11 n. 7. in cons. D. Iacob. de Pistorio.* † Amplia, & erit 12. casus, quãdo impubes est doli capax, qui
20 alias posset ob factum, & dolum in committendo excõmunicari. *c. 1. de delict. puer.* non tamen põt excõmunicari ob negligentiam, & cõtumaciã in parendo. Lap. *d. alleg. 116. Quidã exposuit, per tot.* sed cadit vel sub secũdo casu; quia aut expressus est error, & non va-
21 let, quod impubes citaretur; aut nõ est expressus, & cadit sub sexto casu; quia intentionis suæ nõ fuit, si sciuisset, sed sierror non esset expressus, & intẽtionis excõmunicantis omnino fuisset excommunicare, tũc datur pro 12. casu. † Amplia, quãdo excõmu-
22 nicatio est lata per Episcopum in alieno territorio, vt not. in *c. nonuit. de offic. Legat.* quia est nulla Fed. *d. cons. 11. n. 6. ver. additio.* † Amplia; quia non potest excõmunicari, qui nõ est in dolo; ideo dans auxilium, consilium, vel fauorem violanti immunitatem Ecclesiæ, de quo in *c. quoniam intelleximus, de immun. Eccl. in 6.* vt sit excõmunicatus, debet scire, & esse in dolo. Ægid. Bellam. *cons. 40. nu.*
23 *12. ver. circa quintum.* † Amplia; quia excommunicatio iniusta non ligat apud Deum; quia tribunal æterni Iudicis non habet reum illum, quem iudex humanus iniuste condemnat. *c. cum æterni, de re iud. li. 6.* Rom. *con. 369. Circa primum. n. 10. in fi. ver. nec obstat.* † Declara; quia licet quoad Deum nõ liget, tamen timenda est, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur. Rom. *d. cons. 369. n. 11.* † Declara; quia si non nocet quoad Deum, nocet bene quoad Ecclesiam militantem, & quoad participationem sacramentorum. Rom. *d. consil. 369. num. 12. cap. à nobis, il grande, de sent. excom.* 24

Excommunicatio siue iusta, siue iniusta, timenda, & quomodo liget. Conclus. 453.

EXCOMMVNICATIO † siue sit iusta, siue iniusta, timenda 1
est. 11. qu. 1. ca. 1. Fed. *cons. 11. Quæritur, an excommunicatio, in princ.* Abb. *cons. 33. Videtur primo, quod vitari debeat, in princ. lib. 1.* Rom. *cons. 369. Circa primũ. n. 11. ver quin etiam.* † Amplia in tantum, vt si sen-2
tentia excommunicationis iniusta contemnatur, incipiat ligare quoad Deum. *c. per tuas. de sent. excom.* Fed. *dict. cons. 11. in princ.* & est ratio, quia siue iusta, siue iniusta, est timenda, ne ex superbia ligetur, qui prius ex puritate conscientiæ absolutus tenebatur. Rom. *d. cons. 369. n. 11. ver. quin etiam* allegat §. *hic etsi*, vt dictum est 13. *qu. 3. & n. 12. ver. nec etiam refragatur*, vbi, quod si contemniturex superbia, contemptu, vel inobedientia, non dicitur medicinalis.
† Amplia, quod sententia excommunicationis non dicitur nul-3
la, sed iniusta, licet sit lata tempore feriato non seruatis substantialibus iudicii, etiam si iudicialiter sit lata; quia licet ad iustitiam excommunicationis iudicialis requiratur causæ cognitio, & ordo iudicii, & alia solemnia, tamen secus est quoad essentiam Feder. de Sen. *d. cons. 11. in 1. parte, per tot. & in sua responsione, n. 10. per totam.*
† Extende idem si lata sit sine monitione, & citatione; quia est va-4
lida, sed iniusta. Rom. *cons. 354. Circa propositam. n. 3.* vbi extendit, siue ab ordinario, siue à delegato. † Amplia; quia excommunica-5
tio iniusta ita ligat excommunicatum quoad Ecclesiam militantem, sicut iusta, ideo publice excommunicatus, qui non potest contrahere ad sui fauorem, ita prohibetur, si sententia excommunicationis lata sit iniusta, sicut si iusta. Fed. de Sen. *cons. 74. ver. & si dicas*, allegat *cap per tuas, de sent. excommunicat.* † Amplia; quia 6
licet sententia excommunicationis sit nulla, tanquam super præcepto nullo, tamen, quia siue iusta, siue iniusta quoad Ecclesiam est timenda, de facili est relaxanda. Anch. *cons. 60. Duplici ratione, in fi.* † Amplia; quia testis citatus ad se examinandũ sub pœ- 7
na excommunicationis, qui nõ comparuit, sed tamen erat iusto impedimento impeditus, si postea cõpareat, & doceat de legitimo impedimento quoad Ecclesiã, debet absolui; quia excõmunicatus, licet quoad Deũ stante iusto impedimẽto non sit excõmunicatus; est tamen quoad Ecclesiam excommunicatus, communem * dicit Iul. Clar. in *praxi crim. q. 26. in fi. n. 6. ver. sed pone quia* * 8
excommunicatio timenda. † Amplia; quia sententia excommunica-
tionis lata ex falsa causa est valida, communem * dicit Soc. *cons.* * 20 *inter cons. Curt. Iun. n. 24. in fin.* Clar. § *fin. q* 77. *n.* 33. vbi declarat, quando fuisset lata etiam causa cessante. † Limita in excommu- 9
nicatione nulla; quia si est lata pẽdente appellatione, potest sperni, quia nõ ligat; ideo is, qui celebrauit post talẽ excõmunicationem nullam, non incurrit in irregularitatem. Gem. *cons. 99. n. 5. &*
6. ver. ex iis deciditur. † Extẽde, quia excommunicatio lata post ap- 10
pellationem interpositam non ligat, vt euitari debeat excõmunicatus publice in extraiudicialibus, sed bene debet euitari in iudicialibus, & forsan etiã in priuata, & familiari conuersatione, sed nõ in publico. Abb. *cõs. 33. Videtur primo, per tot. li. 1.* vbi maxime hoc procedit, si iudex appellationis recepit appellationẽ, & iam inhibuerat. † Extẽde maxime, quãdo fuit citatus ad locum non 11
citutum, & appellauit; quia tũc licita fuit appellatio, nec debet vitari extraiudicialiter, etiam si prætendatur delictũ notoriũ; quia multa notoria dicuntur, quæ non sunt, & saltem requiritur trina monitio. Abb. *d. cons. 33. per tot.* vbi est casus, *li. 1.* † Extende, in excõ- 12
municatione lata per Papã ex falsa causa narrata; quia cum omnia reseruata intelligãtur, si vera sint narrata, timẽda est, sed excommunicatus non est vitandus. Anch. *cons. 240. n. 4.* † Extende; quia 13
excommunicatio lata ab homine, si est nulla, non afficit, sed neq; est necessaria absolutio voleti dicere de nullitate. Clar. *in d. § fi. q.*
77. in fi. vbi dicit * cõmunẽ. † Limita, quãdo excõmunicatio esset * 14
erronea, vel præceptũ erroneum; quia non est timenda, quod intelligas, quando est contra ius diuinũ, ita quod parendo euitari non potest peccatum; secus si contra ius positiuum. Ægid. Bell. *cons. 16. n. 11. & seq. vers. sed si certum sit.* † Limita; quia contrahens sci- 15
enter in gradu prohibito, qui est excommunicatus, si non potest ,,bari cõsanguinitas, debet potius pati se esse excommunicatum, quam cum alia contrahere; quia peccaret, & sic excommunicatio subsistinetur potius, quam quod peccatum committatur. Ioa. 16
de Imol. *cons. 125. In causa, qua vertitur, in fi.* † Extẽde; quia excõmunicatus, qui scit se iniuste excommunicatum, debet potius substinere patienter excommunicationem, quam euitando facere pecca-

peccatum *c. à nobis, il secondo, & c. inquisitioni, de sent. excomm.* † Declara; quia vbicunque excommunicatus non potest in conscientia sua errorem excommunicationis deponere, nō tenetur obedire, vr inducatur peccatum, cum distinctione, de qua Æg. Bell. *d. cons. 16. n. 11. & seq.* quia est vera extensio, si peccatum procedit ex lege diuina, secus si ab humana. Vide, *Excommunicatus qualiter vitandus. Concl. 456.* Vide, *Via tutior est eligenda. Conclus. 181.* † Limita; quia excommunicatus, vel suspensus iniuste, vel nulliter, recuperat fructus beneficiorum suorum, & quando secus. Vide *incert. auth. post reg. Soc. reg. 5. Excommunicatus, vel suspensus.*

Excommunicatio minor nō operatur in multis. Conclus. 454.

EXCOMMVNICATIO † minor, & interdictum non impediunt, quin habentes ius eligendi, vel præsentandi ad beneficium Ecclesiasticum possint eligere, & præsentare. Fed. de Sen. *cons. 74. Quidam in pr. ver. interdicti vero.* † Amplia; quia excōmunicatio minor nō repellit à testimonio excommunicatum, licet adsint contradictores. Masc. *Conclus. 705. excommunicatus an repellatur à testimonio, n. 9. & seq.* † Amplia; quia pœna *c. Episcoporum, de priuileg. in 6.* prohibentis celebrari in præsentia excommunicati publici sub pœna interdicti ipsi celebranti, non habet locum in excommunicatis excommunicatione minori. Franc. *in d. c. Episcoporum, in fin. ver. nec etiam haberet.*

Excommunicatio operatur multa. Conclus. 455.

EXCOMMVNICATIO † operatur, quod metus excōmunicationis dicatur iustus metus, quādo est iniusta sine culpa timentis: secus si est iusta, & ipse esset in culpa, ita * communiter teneri, & distingui dicit Rom. *cons. 369. Circa primum, nu. 9. & seq. ver. quoad secundum.* vbi apost. *in ver. sequuntur*, dat conc. & idē tenet *decis. 10. de sent. excom. in nouis*, alias 35. quæ dicit, quod quādo est iusta, debet humiliter suscipi; quia est medicinalis. Declarat eadem *decis. Rot. in nou. 10. de sent. excom.* alias 35. vt hoc procedat, quando excommunicari timens protestatus fuit, vel appellauit. † Separat excommunicatio à corpore Christi, videl. ab Ecclesia, & ideo dicitur maior pœna, quæ possit ab Ecclasia infligi. Rom. *d. cons. 369. n. 10. ver. & alibi dicit.* vbi, quod etiā de iure ciuili maxima pœna est carere commercio hominum, *l. ij qui sanctum, C. de apostat.* † Et status excommunicati mutatur; quia de familia Christi efficitur de familia diaboli. *c. audi. 11. q. 3.* Rom. *d. cōs. 369. n. 10. v. præterea.* † Et non solum nocet corpori, sed ēt animæ, cum separetur à Deo, *c. certum 24 q. 4.* Rom. *d. cons. 369. n. 10. ver. vnde dicimus.* † Repellit excommunicatum à iudicio, ne possit agere. Vide, *Excommunicatus quando repellatur à iudicio. Conclus. 457.* † Iustamen reddit excommunicatum. Vide, *Excommunicatus qualiter vitandus. Concl. 456. n. 4.* † Excommunicatio operatur, quod excommunicatus separatus à communione fidelium, ideo videtur æquiparari bannito, & deportato, qui separantur à communione ciuium. Bart. *in q. 1. Lucanæ ciuitatis, n. 9. ver. nono probatur.* † Litteræ Apostolicæ impetratæ ab excommunicato etiā ad bonum, puta ad emittendam professionem, non valent. Vide, *Litteræ impetratæ per excommunicatum non valent. Concl. 376.*

Excommunicatus publice quis dicatur, & à quibus actibus repellatur, & quid in occulto. Conclus. 456.

EXCOMMVNICATVS † publice ad hoc, vt aliis præiudicet, non dicitur; quia iudice pro tribunali sedente fuit excōmunicatus; quia licet talis excōmunicatio sit ministerio iuris publica, *exceptionem, de except.* tamen requiritur, quod veritate facti, & non fictione iuris sit excōmunicatus, videl. quod sit nota omnibus; quia ad excommunicatū concurrebant. Fed. de Sen. *cons. 74. Vetus querela, circa fin. ver. sed posito, quod communis.* Vide, *Excommunicatus quando repellatur à iudicio. Concl. 457.* † Amplia, vt multo minus præiudicet, si publice excommunicatus trāsferat se ad locum, vbi ignoratur excommunicatio; quia in illo loco habetur pro integro. Fed. de Sen. *d. cons. 74. in fi. ver. quid plus.* † Amplia; quia non dicitur publice excommunicatus is, qui fuit excōmunicatus in genere, si tale quid faceret; quia licet fecerit rem prohibitam, tamen nō dicitur publice excommunicatus, nisi subsequatur declaratio, eo quia inobedictia non est notoria. Fed. de Sen. *cons. 118. in pr. ver. Ad secundum.* † Amplia; quia excommunicatus ab Episcopo in Camera, dū absens esset; quia præsumitur ignorare, non dicitur publice excommunicatus; ideo potest omnia quoad actum, licet non quoad executionem. Card. Zabar. *cons. 140. per tot.* quod est Anch. & Gasparis Calderini. Extende; † quia non dicitur publice excommunicatus, quando non potest fieri fides de excommunicatione, licet iudiciali; quia si Notarius cōfecit scripturam sine testibus, vel cui testes contradicunt, dicitur occulte excommunicatus. Card. Zabar. *cons. 41. Cum præsupponatur.* † Excluditur publice excommunicatus à communibus actibus, & contractibus, *c. pia, de except. in 6.* quod intellige; quia aliis ipse obligatur, sed non è conuerso. Fed. de Sen. *d. cons. 74. in prin. vs. ad n. 2.* maxime *in ver. Item non obstat, quod à communibus.* Bart. *in cons. 238. Existens Petrus, in fin. lib. 1.* † Amplia, vt hoc procedat in excommunicato ab homine publice, vt supra, & hoc siue excōmunicatio sit iusta, siue iniusta; quia quoad Ecclesiam militantē ita ligat iniusta, sicut iusta, *c. per tuas, de sent. excom.* Fed. *d. cons. 74. n. 1. ver. & si dicas.* Vide, *Excommunicatio siue iusta, siue iniusta, est timenda. Concl. 453.* † Amplia, vt nec possit testari publice excommunicatus. Archid. *in c. pia, de except. in 6.* Ioan. And. *de sent. excomm. in c. decernimus.* Hostien. & alii, quos citat Fed. de Sen. *d. cons. 74. in prin.* vbi, quod per argumentum ab auctoritate ista opinio præualet. Bart. plene *cons. 238. Existens Petrus, per tot. lib. 1.* Vide, *Testari non possunt multi ex propria culpa. Concl. 105.* † Contrarium tenet idem Feder. de veritate *in d. cons. 74. in pr.* quod imo possit testari; quia testando se obligat aliis, & sua excommunicatio aliis non debet nocere, & idem tenet Fed. de Sen. *cons. 118. Factum tale, nu. 2. ver. ad secundum.* † Amplia; quia Notarius publice excommunicatus nō potest conficere, vel rogare instrumentum, & alias est nullum secundum * communem opinionem. Doctor. in *c. decernimus, de * sent. excommunicat.* prout refert Fed. de Sen. *d. cons. 74. n. 2. ver. ad id, quod secundo*, licet ipse teneat ibi contrarium, & pro * communi * idem Fed. *d. cons. 118. n. 2. ver. tamen licet.* Bart. *cons. 238. nu. 2. ver. item non valet instrumentum.* Vide, *Notarius quis esse non possit. Conclus. 71.* † Amplia, vt sicut non est testabilis actiue excommunicatus, ita nec passiue, secundum Lap. *in addit. ad d. cons. Fed. 118. in ver. ex testamento.* allegat Archid. *in c. pia, de sentent. excomm. in 6.* † Contrarium tenet Fed. de Sen. *d. cons. 118. ver. ad id, quod quæritur, an sit testabilis. nu. 2.* vbi, quod facilius quis potest capere ex testamento, quam facere testamentum. † Declarari potest, vt procedat, quando diu fuit excommunicatus. Ioan. de Anan. *cons. 91. in fi.* † Amplia; quia testamentum excommunicati in tantum est nullum, vt etiam si absoluatur testator post factum testamentum ante mortem, adhuc testamentum non conualidetur, Fed. de Sen. *d. consil. 118. nu. 3. ver. sed posito pro constanti*, vbi tamen non fiat aliquid pro absoluto. † Amplia; quia repellitur ab omni actu iudiciali actiue; quia agere non potest, *cap. intelleximus. de iudic.* † Et ideo non potest excommunicatus publice testificari, quod plene declarat Mascard. *Conclus. 705. Excommunicatus.* † Amplia; quia prohibetur excommunicatus publice à commercio fidelium, ideo non debet admitti in Ecclesia, neque alibi, vt audiat diuina, alias celebrans interdicitur, *cap. Episcoporum, de priuileg. in 6.* † Amplia; quia impetratum rescriptum ab excommunicato publice est nullum; secus si occulte sit excommunicatus. Bart. *consil. 238. ver. præterea in multis, lib. 1.* † Extrēde; quia non valet collatio beneficii facta ab excommunicato publice, secus si occulte. Bart. *d. consil. 238. num. 2. lib. 1.* † Amplia; quia excommunicatus, qui diu insordescens fuit; priuatur etiam successione, quæ defertur de iure. Ioan. de Anan. *consil. 91. in fin.* allegat *authent. credentes. C. de hæretic.* † Amplia; quia occultus excommunicatus si impetrat gratiam non facta mentione excommunicationis, gratia est nulla, & subreptitia, * communem dicit Roman. *consil. 506. In re præsenti, num. 12. vers. an impetratio*, vbi tollit contraria. † Restringe in iis, quæ geruntur ratione publici officii; quia valent gesta ab excōmunicato occulto; secus in iis, quæ geruntur iure priuato. Rom. *d. cons. 506. n. 12. ver. nec refragatur*, vbi apostill. dat concord. Vide Mascard. *Conclus. 705. excommunicatus an repellatur à testificando, nu. 18. & seq.* vbi latius. † Restringe in eo, qui occulte excommunicatus possidet, & toleratur in dignitate, quia si impetrat pro dignitate, valet impetratio. Roman. *d. consil. 506. num. 12. in fin. ver. nec etiam obstat.* & hæc videtur reincidere in præcedentem; quia id est ratione officii publici. † Declara duas restrictiones, vt non procedant in tribus casibus, de quibus Socin. *in Regul. 3. Gesta ab occulte excommunicato.* Vide, *Infamis repellitur à dignitate. Conclus. 112.*

Excommunicatus qualiter vitandus sit. Conclus. 457.

EXCOMMVNICATVS † etiā iniuste, donec sit absolutus, debet vitari, sicut iuste excōmunicatus. Fed. de Sen *cōs. 11. in fi. in addit.* Lap. *in ver. ligatum.* quod tamen intelligas de scient. publice, & sic de publice excommunicato, per ea, quæ idē Fed.

cons.

cons.231.n.3.ver.item, vtrum sententia, & ita expresse dicit Lap. *alleg.* 48 *n 2.in fi.ver. aliud est, quod.* Vide, *Excommunicatio siue iusta, siue iniusta, est timenda. Concl.452.* † Amplia, vt in tantũ excommunicatus publicus vitari debeat, quod sacerdos debeat cessare à celebratione Missæ præsente tali excõmunicato, alias interdicitur, *cap. Episcoporum, de priuil. in 6.* quod limitat ibi Franch. non procedere, quando iam canonem cepisset, vbi, quod alii fideles debẽt exire de Ecclesia. † Amplia; quia etiam Episcopus participans cum excommunicato ipso iure nondum denuntiato, & quem non denuntiare facit, incurrit excommunicationem minorem. Gem. *cons.71.n.1.in fin.* † Amplia; quia excommunicatus declaratus efficitur infamis & inhabilis ad feuda, Castra regenda, & dignitates, imo etiam ad seruitium Domino præstandum; quia priuatur commercio hominum. Zabarell. *cons.129.n.1.* vbi, quod vasalli durante excommunicatione sunt absoluti à seruitio, & iuramento, sed si excõmunicatus absoluitur, reincidunt in obedientiam. † Amplia; quia is, qui facit vitare excommunicatum, exequitur id, quod est iuris, & nemini facit iniuriam, neque ipsi excommunicato. Rom. *cons.387. In terminis proposita in prin. & per tot.* † Extende, vt procedat, etiam si excommunicatus esset absolutus ab vna excommunicatione, quando aliam excommunicationem substinet, Rom. *d. cons.387. in pr. ver. duo obiciũtur.* † Extẽde, vt procedat, etiam si esset plene absolutus ab eo, de cuius facultate nõ constat, veluti si absoluitur à thesaurario, cuius officium est recipere pecunias, non absoluere ab excommunicatione, sed à debito pecuniario. Rom. *d. cons.387. n.2. ver. objicitur 2.* † Extẽde; quia semel excommunicatus debet semper vitari, donec doceat legitime de absolutione, *c. sicut nobis, de sent. excomm.* & ipsi non creditur; licet dicat se absolutũ; *c. miramur, 24. q.1.* Rom. plene *d. cons.387. n.2. & seq. ver. obijcitur 2.* vbi apost. *in ver. credendũ est, & n.6. ver. certum quod.* † Restringe; quia si constaret de absolutione ab habente auctoritatem; tunc fieret ei iniuria, si vitaretur tanquam excommunicatus, vt dicit apost. 1. ad Rom. *d. consil.* 387. *in ver. vitari,* allegat Crau. *cons.168. De duobus, n.1.* † Declara; quia quando est dubium; an quis sit excommunicatus, vel non, vel quando dubitatur de absolutione; tunc in foro conscientiæ debet vitari, sed in foro fori non. Rom. *d. cons.387. n.5. ver.3. quia,* vbi dicit esse casum *in c. solet, de sent. excom. in 6.* Vide, *Forus conscientiæ quid requirat, & quid reijciat. Concl.445.* † Limita, quando excommunicatio fuit lata post appellationem; quia non debet vitari excommunicatus in extraiudicialibus publicis; secus in priuatis, & indistincte in iudicialibus, ita Abb. *cons.33. Videtur 1. per tot. lib.1.* † Limita; quando excommunicatio est occulta; quia tũc excommunicatus in publico non debet vitari etiam ab eo, qui est certus de excommunicatione. Lap. *alleg.48. n.2. ver. aliud est,* allegat *cap. cum non ab homine. de sent. excom.* † Limita in sententia excommunicationis notoria, quando excõmunicatus non est notorius, puta si Titius interfecit Clericum, certe causa excõmunicationis est notoria, puta propter homicidium Clerici; sed homicida ignoratur, An ego, qui scio fuisse Titiũ in secreto, tenear illum euitare, dic, quod non in publico, secus in secreto. Fed. de Sen. *cons.231.n.3. ver. dicendum est.* & idem Fed. *cons.267. circa si. ver. ad gl. occultum.* † Limita; quia regulare est, quod si causa excõmunicationis nõ est notoria, seu si est notoria excommunicatio, & excommunicatus non est notorius, non est vitandus in publico. Fed. de Sen. *d. cons.231. in fi. ver. Item prælato non compellente.* † Limita; quia iniusta excommunicatio Papæ non facit euitari excõmunicatum, quando subest causa iuridica, puta Papa præcise mandat mulierem de monasterio ad aliud transferti propter scandalum, & causam expressam, & excommunicantur non obedientes, appellatione remota opponitur de falsitate causæ, & narratorum, & quia ius vult, quod subintelligatur clausula, *si vera sunt narrata,* interim nõ debet euitari, & appellatio suspendit. Anch. *cons.240. Per prædicta. n.3. & seq. & per tot.* † Limita, quando imminet periculum, & strages hominum; quia tunc excommunicatus non vitatur. Abb. *cons.60. Quoniam satis abunde. in fin. ver. potest enim, lib.1.* † Item familiaris licite communicat domino suo excommunicato, *c. qui multos 11. q.3.* Abb. *d. cons.60. in fin. ver. Item solutio non sit. lib.1.* † Item excommunicatus nõ vitatur circa alimoniam, ne pereat, & multo minus alii, vt alimoniam sumant ab eo. Abb. *d. cons.60. in fi. lib.1.* † Item solutio fieri potest excõmunicato creditori requirenti secundum aliquos, licet sit contradictio; tamen prima opinio saltem procedit, quando excommunicatio est dubia. Abb. *d. cons.60. in fin. lib.1.* † Limita; quia excommunicatus ipso iure non est vitandus, nisi seruatis seruandis præuia citatione sit declaratus excommunicatus, & ideo debet sepeliri in cœmiterio, & loco sacro. Anch. *cons.189. Tribus de causis, n.3. & seq. ver.2. moueor.* † Extende; quia sententia legis, vel canonis priuãs aliquem exercitio, vel actu de sui natura permisso non habet locum, vt quis amoueatur ab exercitio suo, nisi secuta declaratione; ideo valent instrumenta Notarii priuati ipso iure ante declarationem. Anch. *d. cons.189. n.4.* qui dicit esse notabile. Zabar. *cons.129. n.1. ver. iis tamen non obstantibus.*

Excommunicatus quando repellatur à iudicio, vel nõ. Conçluſ. 458.

EXCOMMVNICATVS † regulariter agere volens in iudicio repellitur, *c. intelleximus, de iud.* Fed. de Sen. *cons.116. Miradum est, in pr.* vbi extẽdit, siue agat nomine suo, siue nomine alieno. Amplia, † vt procedat; etiam si quis agat spolio; quia nihilominus repellitur, si est excommunicatus. Fed. de Sen. *d. cons.116. in fi. ver. quod plus est.* † Declara, quod excipiens de excommunicatione, vel vsura, aut alia exceptione, tenetur intra 8. dies probare exceptionẽ à die, qua fuit proposita exceptio. Lap. *alleg.55. nu.10. ver. Item est aliud.* Vide, *Exceptio repellens à iudicio intra quantum tempus sit proponenda. Concl.396.* † Amplia, vt procedat, quod excommunicatus nedum repellitur in causa ciuili, ne possit agere, sed etiã in causa criminali. Fed. de Sen. *d. cons.116. ver. Et si non admittitur.* Amplia; † quia licet excõmunicatus possit excipere; non tamen potest proponere illas exceptiones, ex quibus dicitur aliquid agẽdo consequi, prout est exceptio compensationis; quia nedum excipit, sed agit, ideo repellitur. Alex. *cons.12. Viso themate, nu.13. ver. præterea, lib.2.* † Amplia, vt procedat etiam in tertio veniente ad impediendum executionem trium conformium, & in omni veniente ad causam extraneam; quia licet veniat, vt se defendat, & executionem impediat; tamen dicitur actor, & excommunicatus repellitur. Anch. *cons.333. Ad dubia, in pr. ver. & hinc est.* † Amplia, vt procedat etiam in processu executoris; quia si litteræ sunt impetratæ ab excommunicato, non conferunt iurisdictionẽ, & processus est ipso iure nullus coram executore factus pro excommunicato. Bald. *cons.257. In causa, quæ vertitur, lib.5.* vbi idem, si coram subexecutore, & quocunque alio. Vide, *Processus quando sit nullus, & ex quibus. Concluſ.803.* † Amplia; quia opposita exceptione excommunicationis agentis debet dari terminus ad probandum, & non potest iudex procedere reiecta exceptione. Sign. *cons.129. col fi. ver. præterea oppositum.* † Amplia in tantũ, quod si feratur sententia pro actore excommunicato, postquam fuit opposita exceptio excommunicationis, sententia est nulla ipso iure. Vide, *Sententia nulla quando possit confirmari, vel non. Concluſ.158. n.62. & seq. ver. limita,* vbi declaratur. † Amplia; quia excommunicatus iudex nullam habet iurisdictionem; ideo sententia lata per iudicem excommunicatum est ipso iure nulla, & nõ debet exequi; quia deficit substantia. Roman. *cons.48. Inspectis supra consultis, in princ. ver. quod autem nulla,* vbi apost. *in ver. excommunicationis,* dat concord. † Extende; quia non potest prorogari iurisdictio iudicis excommunicati. Rom. *d. cons.48. in princ. ver. primo quia.* † Amplia; quia excommunicatus repellitur ẽt ab omni actu ciuili extraiudiciali. *c. pia, de except. in 6.* Vide, *Excõmunicatus publice quis dicatur, & à quibus à talibus repellatur. Concl.456.* † Limita, nisi ageret ad recuperandam possessionem bonorum, in quibus ob contumaciam passus fuit missionem in possessionem; quia dicitur reuera reus, & defensor. Lap. *alleg.55. n.5. ver. declara hoc.* † Declara, vt per Roman. *consil.217. Res ista, per tot.* quia si ipse prouocatus comparet, vt se defendat, procedit limitatio; si vero ipse principaliter citat, & prouocat, vt annullet tenutam; quia tunc vere est actor, non auditur, idem tenet Alex. *consil.225. Ponderatis, num.11. ver. & ideo dicit ibi Bald. lib.6.* † Limita in omni casu, in quo is, contra quem excipitur, se defendit; quia nulla exceptio personalis admitti debet contra eum, vt tollatur defensio, quæ est de iure naturæ. Lap. *d. alleg.55. n.5. ver. de quarto patet,* & latius *nu.7. ver. exceptio pfurarum.* Gemin. *cons.71. nu.2. ver. ad aliud, in quibus defensionibus.* vbi extendit in omni defensione, quando citatur, vel venit ad iudicium pro suo interesse priuato. Roman. *consil.217. in princip. ver. secundo.* Abb. *consil.30. in fin. lib.1.* † Restringe; quia excommunicatus non audiretur ad defensam pro interesse publico, quod non est suum proprium interesse. Gemin. *d. consil.71. nu.2. ver. ad aliud, in quibus.* † Limita, vbicunque excommunicatus agit, vt tollatur laudum iniquum, vel sententia iniqua; quia si non reduceretur, vel reformaretur, induceretur peccatum, & quia arguitur iniquitas iudicis, non autem agitur de fauore excommunicati. Calderin. *consil.110. An petenti,* alias 1. *de arbitr. in princip.* † Extende, etiam si ageret ex l. *diffamari. C. de ingen.* quia licet agat, remanet reus; ideo sibi non obstat exceptio excom-

excommunicationis. Alex. *consil.* 103. *Consideratis. num.* 8. *lib.* 5. † Exrende hanc limitationem, vt procedat, etiam si excommunicatus ageret via restitutionis in integrum ex causa contra sententiam, qua causa probata, nisi subueniretur, cõdemnaretur innocẽs, vel periret anima; ideo potest super nullitate sententiæ impetrare excommunicatus. Calder. *cons.* 110. *in princ. ver. ad primum*, alias 1. *de arbitr.* † Contrarium, quod si agit principaliter ad aliquid etiam nullum declarandum, non audiatur; quia solum auditur excipiens, & se defendens in tantum, vt si excipiat de compensatione; quia dicitur reconuenire, non auditur. Alex. *d. consil.* 225. *n.* 11. *ver. & ideo dicit ibi Bald. lib.* 6. † Limita; quia excommunicatus, cui obicitur exceptio excommunicationis, auditur super exceptione, vel replicatione, quod excommunicatio fuit nulla, tanquam lata post legitimam appellationem. Calder. *d. consil.* 110. alias 1. *de arbitr. n.* 2. *ver. super secũdo.* † Declara, vt hoc procedat, si cõstet de appellatione legitima, vel de causa, per quã excommunicatio redditur nulla, antequam admittatur excommunicatus ad actus legitimos. Calder. *d. consil.* 110. *n.* 2. *verficul. fateor tamen.* † Extende limitationem cum declaratione, vt procedat, etiam si excommunicatio dicatur lata per superiorem ipsius iudicis cognoscentis, an excommunicatio sit nulla; quia ex quo non cognoscitur principaliter de validitate excommunicationis, sed ad finem dumtaxat, an debeat audiri, potest inferior iudex cognoscere. Calderin. *dict. consil.* 110. *numer.* 2. *ver. & procedunt præmissa.* alias 1. *de arbitr.* † Limita; quia licet excommunicatus non possit audiri in iudicio agendo, si tamen fuit auditus, valet processus; quia multa facta tenent. Castrens. *cons.* 184. *Videtur dicendum. num.* 2. *vers. in contrarium. lib.* 1. Roman. *cons.* 215. *Duo sunt. num.* 4. *ver secundo, quia.* vbi hoc dicit verum, quando pars, neque iudex reiecit, sed admisit. Vide, *Facta multa tenent, quæ fieri de nouo prohibentur. Conclus.* 12. † Limitain omnibus casibus, in quibus excommunicatus agit ad defensionem, vel vt tollatur excommunicatio, vel aliud grauamen; quia reuera dicitur reus, & auditur. Alex. *cons.* 103. *Consideratis. n.* 8. *lib.* 5. Vide plura exempla in *ver. Actor quãdo, & quibus casibus reus existat. Concl.* 118. Vide Socin. *reg.* 23. *Excommunicatus regulariter agere non potest*, vbi limitat 4. modis.

Excommunicatus nõ repellitur multis casibus. Cõcluſ. 459.

2 *exequutio. n.59.* † Idem, quando iudex appellationis pronunciauit appellationem frustratoriam, vel non deuolutã; quia spectat exequutio ad primum iudicẽ. Feli. in *c pastoralis. §. præterea. ver. secunda*
3 *conclus. de off. deleg.* † Idem, si iudex appellationis pronunciauit appellationem desertam; quia coram iudice primo fieri debet exe-
4 quutio. Feli. *d. c. pastoralis. §. præterea. ver. secunda cõclus. de off. deleg.* † Et vbicunq; causa post appellationem deseritur, exequutio spectat ad primũ iudicẽ, siue sit ordinarius, siue delegatus. apost. ad Feli. *d. c pastoralis. §. præterea. in v. discussa, de offi. deleg.* & in hoc nõ est diffi-
5 cultas, vide Ang. *cons.130. Visis omnibus per tot.* † Declara; qa cõmissa causa appellationis censetur commissa exequutio, si iurisdictio firma manet, nec instantia deseratur etiam in delegato. Cald. *d.*
6 *cons. 215 in fi. ver. nõ obstat. quod cõmissa*, alias 9. *de appell.* † Vide plene Franc. in *c. Romana. §. cũ autẽ. de appel. in 6.* vbi plenius. Anch. in *9. q. col pen.* distinguit. Fel. in *d. c pastoralis. § præterea, de offi. deleg. ver. gl. in*
7 *ver. discussa.* † Idem, quãdo partes recesserũt ab appellatione; quia primus iudex exequitur. Fel. *d. c. pastoralis. § præterea. ver. tertia concl.*
8 *de offic. deleg.* † Idẽ absolute in sententia expensarũ; quia iudex à quo exequitur, nõ autẽ iudex cõfirmans, ita Fel. *d. c. pastoralis. § præterea.*
9 *ver. quarta concl. de offi. deleg.* vbi vtraq; parte allegat. Vide, *Iudex à quo de quib. cognitionẽ habeat. Cõcl.462.* † Amplia; quia exequutio sẽtiæ confirmatæ per iudicẽ appellationis debet fieri per iudicẽ à quo, cuius sententia fuit confirmata, vide Bar. in *l. à diuo Pio, in pr.*
10 vbi Alex. & Ia. *ff. de re iudic. & in l. fi. in vlt. not. ab. C. de iudic.* † Restringe, quando sententia secũda est diuersa, vel cõtraria à prima; quia si prima sit absolutoria, & secunda condemnatoria, iudex primus non exequitur secundam; quia ex prima nõ oritur actio. Ang. *cõs.*
11 *162. Petita fuit, in pr.* & ita Abb. *d. c pastoralis. n.6. in tertio casu, de offic. deleg.* † Restringe; quia vbicunque secunda sententia exequenda aliquid continet plus, quam prima, etiam si esset confirmatoria
12 primæ, nunquam primus iudex exequitur illud, quod plus cõtinetur in secunda. Ang. *d. cons.162. in pr.* † Restringe, & adde; quia si dubitetur de appellatione, exequutio non spectat iudici à quo, sed spectat iudici ad quem cognoscere, an detur appellatio, &
13 an deuoluat. Ruin. *cons.80. Quamuis varie. lib.4.* † Declara restrictiones, vt nõ procedant quando partes prò exequutione rediissent ad primum, & illius iurisdictionem ordinariã prorogassent; quia non potest tunc exequutio fieri ab alio, quam à primo, cuius iurisdictio est prorogata. Ang. *d. consil.162. per tot.* † Regulam facit
14 Bertachin. in *ver. exequutio. n.59.* quia exequutio sententiæ iudicis ad quem, spectat iudici ad quem; quia agitur ex confirmante, nõ ex confirmato. Bart. in *l. fi. C. de iudic.* † Restringe, quando instan-
15 tia appellationis transiuisset deserta, quia tunc exequutio spectat iudici à quo. Bartol. & Bald. in *l si contra. C. de appellat.* Bertachin. vbi supra. Feli. in *c. ex parte, de rescript.* † Declara, nisi iudex à quo, vel
16 iudex ad quem, sint cõmissarii; quia ipsi nõ exequuntur, nisi sint ordinarii. *l. fi. § fi. C. de tempor. appella.* Bertachin. vbi supra. † Decla-
17 ra plenissime, vt p Abb. in *c. pastoralis. § præterea. n.6. de offic. delegat.* quia possunt constitui plures casus indubitati. † Primus est, si sen-
18 tentia, tam prima, quam secunda confirmans sunt absolutoriæ; quia frustra quæritur de exequutione; quia fert secũ exequutionem. † Secundus, si sententia prima est condemnatoria, secunda
19 absolutoria; quia agitur ex secunda, quæ præualet, si nõ est appellatum, non ex prima, quæ est reuocata. † Tertius, si prima fuit ab-
20 solutoria, secunda condemnatoria; quia agitur ex secunda; quia prima est reuocata. † Quartus casus est dubius, quando tam pri-
21 ma, quam secunda sunt condemnatoriæ, vt quia secunda confirmat primam, & si iudex secundus fuit motus ex nouis probationibus, vel nouis causis, & tunc attenditur secunda, non prima, & iudex confirmans exequitur. *cap. cum Ioan. de fid. instru.* † Aut nõ
22 fuit motus ex nouis; & tunc si prima sententia confirmatur ex negligentia appellantis, vt quia transiuit deserta, vel quia partes ita voluerunt, dicit esse opiniones; quia aliqui dicunt, quod primus, alii, quod secundus, & dicit ipse, quod vterque potest exequi, sed in hoc reprobatur per Felin. ibi, & intrant conclusiones, *nu. 14. &*
23 *seq.* † Aut confirmatio fuit facta à iudice appellationis expresse; quia erat iusta, & dicit, quod glos. in *d. c. Pastoralis. §. præterea.* tenet, quod iudex appellationis exequitur, & multi Legistæ hoc tenẽr. Rom. *cons.169. Circa primum. n.17.* vbi, quod ad secũdum spectat exequutio; quia prima est sublata, & idẽ dicit in laudo, & pro ista parte, Vide plures in *ver. Cõfirmatio operatur multa, & cõtinet omnia,*
24 *quæ in confirmato. Concl.706.* † Contrarium dicit tenere Io. Andr. in *addit. ad Specul. de exequu. sent. §.2. in ver. sed pone*, quod primus debeat exequi; quia prima iurisdictio primi fuit suspẽsa per appellationem, & cum ex secunda constet iniustam fuisse appellationẽ,
25 æquũ est, vt ad primũ spectet exequutio. † Declara; quia in crimi-
nalib⁹ prim⁹ exequi debet, ex quo de iure fit remissio, & maxime, quando sunt sub eodem Principe; quia cessat consuetudo, quod non fiat remissio, ita Abb. *d. c. pastoralis. § præterea. n.7. de offic deleg.* vbi apostil. † Quintum casum adderem, quando prima sententia
26 est reformata, vt quia in parte confirmatur, & in parte non; & rũc quia est noua sententia, credo exequutionem ad iudicem appellationis omnino spectare, ita Ang. *cons.162. in pr.* † Declara totam
27 istam materiam; quia si prima sententia transiuit deserta, exequutio sententiæ spectat ad primum iudicem ordinarium, qui tulit sententiam, & hoc, siue iudex appellationis declarauerit desertam, siue non, quando constat de desertione; si vero instantia desertionis transiuit deserta, postquam iudex appellationis pronũciauit nulliter, & constat de nullitate sententiæ, vt quia perito cõsilio sapiẽtis iuxta formam statuti iudex non dedit consultorem, & parirer potest exequi, quia sententia nulla non impedit; & idẽ, si sententia fuit lata, postquam causa appellationis erat deserta, etiam si sit reuocatoria primæ; quia adhuc prima potest exequi per primum iudicem ordinarium à quo, ita Alexand. *cons.59. Visto titulo. num.3. & sequent.* vbi *num.7. ver. & dicta causa*, vbi apostill. in *verb. concludunt*, dat concord. licet ibi loquatur in casu statuti Bononię, quod lapsis decem diebus possit sententia exequi, nisi deceatur de appellatione; tamen etiam de iure communi est idem.
28 † Sola difficultas est; quia si ab ista vltima sententia nulla esset simpliciter appellatum, si appellatio deuoluit totum negocium ad iudicem ad quem; isto casu nõ posset iudex à quo exequi; quia negocium pendet coram alio, sed si esset appellatum salua, & reseruata nullitate; tunc talis appellatio non deuoluit negocii detecta nullitate; quia videtur appellatio conditionalis, si sententia
29 est aliqua. Alex. *d. cons 59. nu.9 ver. nec ijs obstat. lib.4.* vbi apostill. in *ver. inueniatur*, dat concor. & idem dicit *n.16. & 17.* quãdo esset appellatũ sub conditione alio modo, *dico sententiam nullã, & si qua est, appello*; quia etiam isto casu de recta nullitate appellatio nõ deuoluit negocium, & iudex à quo potest exequi. † Vide plenius Alex. *consil. 72. In causa, & lite. num.3. versic. quoad tertium. lib.7.* vbi vult, quod iudex à quo potest exequi sententiam suam lapso anno

dato

dicto à iure communi, si sibi non constat de aliquo impedimento appellatus, vbi, quod ista opinio est verior, & subdit, quod si constiterit post exequutionem de legitimo impedimẽto appellantis, restitutio executionis factæ. † Extende, vt procedat, quod iudex à quo, lapso anno potest exequi suam sentẽtiam, etiam si deferat appellationi, & abdicauit à se iurisdictionem; quia per desertionem fingitur non appellasse. Alex. *d. consil. 72. n. 3. vers. quoad terminum lib. 7.* † Extende; quia imo iudex à quo, lapso anno si exequitur in realibus, potest exequi non citata parte. Alex. *d. cons. 72. n. 3. circa fin. ver. & concludunt etiam Doctores. lib. 7.* † Contrarium dicit apost. & Alex. *d. cons. 72. lib. 7. in vers. eadem.* quia dicit non posse liquere iudici de desertione, nisi citata parte. Vide, *Desertio appellationis quando confirmet sententiam, & qualiter. Concl. 223. n. 5. & seq.*

Exequutio sententiæ arbitri ad quem spectet. Concluſ. 477.

EXEQVVTIO † sententiæ iudicis non habentis potestatem exequendi spectat iudici ordinario. Ang. *cons. 112. Si Ciuitas de pena*, quod est Bald. Bart. *in l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. n. 7. vers. nam si arbiter ff. de re iud.* vbi Ias. *n. 14.* dicit, quod omnes * transeunt cum Bart. & dat exemplum in arbitro, & aliis similibus, vbi, quod quicunque iudex, cui condemnatus subest, exequi potest etiam sine alia requisitione. *l. cum antea. §. 2. C. de arbit.* † Extende idem in instrumento guarentigiato, quod habet exequutionem paratam iudice chartulario; quia ex quo Notarius non habet exequutio. nem, poterit quicunq; iudex ordinarius exequi. Bart. *in d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. in fi. ff. de re iud.* † Limita; quia exequutio sententiæ vnius iudicis, etiam vigore confessionis, non potest exequi ab alio iudice. Cyn. *in l. 1. C. de confess. q. 10.* Castr. *in d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. n. 5. ff. de re iud.*

Exequutio facta à ministro meo an à me facta dicatur. Concl. 478.

EXEQVVTIO † facta per nuncium iudicis dicitur facta à iudice. Bald. *in addit. ad Spec. post tit. de exequut. rei iud. ver. sententia ita ad vno.* quem refert & sequitur Bertach. *in ver. exequut. n. 51.* adgat Bald. Guil. de Cun. *in l. si pater. ff. de manumiss. vindict. vers. pone tibet Perusin.* Vide plenius, *Facies per alium per seipsum facere videtur. Concluſ. 7.*

Exequutio sententiæ latæ contra principalem an possit fieri contra fideiussorem. Concl. 479.

EXEQVVTIO † sententiæ latę contra principalem regulariter non potest fieri cõtra fideiussorem contractus sine nouo processu, vide Alex. *cons. 130. vol. 2. lib. 2.* Vide, *Fideiussor contractus non patitur executionem sententiæ latæ contra principalem, & quando secus. Concl. 310.* † Declara, vt per Guid. Pap. *decis. 27.* vbi ponit distinctionem pulchram. † Et an possit exequutio sententiæ debiti liquidi fieri contra debitorem debitoris. Vide, *Debitor debitoris quando &c. Concl. 45.* † Amplia; quia exequutio sententiæ latæ contra principalem non potest exequi contra procuratorem. Vide, *Procuratrix nomine obligatus non tenetur de suo. Concl. 823.*

Exequutioni debent mandari ordinata à iure. Concluſ 480.

EXEQVVTIO † debet fieri necessario de iis, quę à iure ordinata sunt; quia alias parum prodesset condere iura, si non esset, qui exequutioni demandaret. *l. 2. ff. de orig. iur. §. post originem. Nou. cons. 522. n. 12.* vbi apost. allegat Arist. *Politic.* † Extende; quia parum prodesset habere res iudicatas, nisi exequutioni mandarentur. Vide, *Res iudicata quando pro veritate habeatur. Concluſ. 267.* Vide, *Exequutio sententiæ non est danda multis casibus. Concl. 489.* Vide plenius, *Exequutionem paratam habet sententia, quæ facit iudicatum. Concl. 490. n. 5.*

Exequutio sententiæ non potest fieri intra decem dies datos ad appellandum, & quando secus, Concluſ 481.

EXEQVVTIO † sententiæ non potest fieri intra decem dies datos ad appellandum. Lap. *alleg. 2. num. 7. ver. ad hoc quia sicut.* 1 † Amplia, vt multo minus possit fieri, si fuit appellatum, & petiti apostoli, licet non dati; quia si appellans fuit protestatus, non valet exequutio commissa. Lap. *d. alleg. 2. per tot.* vbi est casus allegat. 2 † Amplia, etiam si appellans adhuc non porrexit appellationem superiori, nec causam cõmitti obtinuisset; quia nihilominus sententia non potest exequutioni mandari. Lap. *d. all. 2. n. 5. ver. ad hoc. c. venientes.* quia sicuti non potest innouari intra tẽpus appellationis interponendæ; ita nec intra tempus appellationis prosequendæ, vt ibid. Lap. *ver. ad hoc, quia sicuti. n. 7.* † Amplia, vt procedat, etiam si appellatio postea deseratur; quia nihilomin⁹ nõ valet processus & exequutio facta pendente appellatione, ex quo est indiuisibilis, & non conualidatur. Lap. *alleg. 1. ver. deserta vero appellatione. n. 5.* † Cõtrarium tenet Oldr. *cons. 295. n. 5. ver. tertio dicit pars.* vbi, quod fingitur non appellatum. Franc. *in c. non solum. de appellat. in 6. n. 8. ver. septimo limita.* vbi multa allegat. † Declara, vt procedat, si exequutio esset facta ante appellationem, & postea esset appellatum, & appellatio esset deserta, vt videtur velle Lap. *d. alleg. 1. n. 5.* quasi sit differentia, an actus sit gestus, qui erat suspensus ante appellationem; an vero prohibitus post appellationem, & Franc. *in d. c. non solum. n. 8.* recitat opin. pro vtraq; parte, *de appell. in 6.* & nihil soluit relinquens cogitandum. † Contra istam declarationem facit *cons. Cald. 537.* alias *5. de sent. excom. vers. nec obstat.* vbi dicit, quod excommunicatio est nulla lata intra tempus ad appellandum, si postea fuit appellatio interposita, etiamsi transiuit; deinde deserta, quod declara in excommunicatione generali procedere; secus in speciali. *c. licet. eod. tit.* Vide, *Excommunicatio lata quando non liget excommunicatum propter appellationem. Concl. 450.* † Limita; quia valet exequutio facta intra decem dies ad appellandum, quando reuera intra decem dies non fuit appellatum. Feli. *in c. quod ad consultationem. n. 27. ver. quinta conclusio, de re iud.* in simili Oldra. *d. cons. 295. in fin. n. 5.* qui dicit idem, si appellatio fuit deserta; quia fingitur non appellatum, in simili Cald. *cons. 47. n. 2. in fin.* quod est *primum, de election.* vbi institutio facta durante termino edicti valet, si nullus postea comparuit, & est cons. Gasparis Cald. & quod valeat exequutio intra decem dies, quando nõ fuit appellatum, videtur tenere Fran. *in d. c. non solum. n. 7. & 8. de appell. lib. 6.* & expresse tenet idem Franc. post Gemin. *in c. venerabilis. §. porro. n. 6. ver. nota etiam ex hac gl. de sent. excom. lib. 6.* † Contrarium consuluit ibi Io. Cald. *dict. consil. 47. ver. contrarium.* quia consideratur initium, vbi multa similia ponit, alias *1. de elect.* vbi, quod confirmatio electi facta pendente edicto est nulla, si postea nullus comparuit. Vide, *Euentus rei dubiæ reddit à principio rem certam. Concl. 349.* † Limita in criminalibus, quando agitur de pœna ad vindictam, non autem de aliquid dando, vel soluendo, quod respiciat commodum vel incommodum rei familiaris; quia ne pœna sit elusoria, statim fit exequutio. *l. cum reis. C. de pœn.* Cald. *cons. 197.* alias *1. de re iud.* vbi, quod dilationes, quæ dantur iudicatis, non habent locum in criminali. † Quid si reus cõdemnatus intra 10. dies durante tempore ad appellandum moritur, nondum interposita appellatione. Clar. se remittit *in §. fi. q. 94. n. 8. ver. sed quid si condemnatus*, ad distinctionem Angeli, *de malefic. in ver. præsente Caio & appellante. n. 85.* quam dicit longam, & videndam, sed * commun. † Limita, vbicunque appellatio denegatur; quia iudex sine dilatione exequitur. *l. contra maiores. in fi. C. de appell.* Cald. *d. cons. 197. ver. item alia ratione.* alias *1. de re iud. & cons. 201.* alias *5. eod. tit.* † Declara, nisi in sententia iudex adiiceret pœnam dicendo, *condemnamus ad centum, & si non soluerit intra decem dies, incurrat pœnam quanti pluris*; vel dicat, *condemnamus ad centum soluendum intra decem dies sub pœna quæsiti*; quia non potest exequutio fieri intra decem dies propter dilationem pœnæ adiectę. Cald. *cons. 200.* alias *4. de re iud. per tot.* maxime *in fin. ver. modo si nos.* Vide, *Nullum ab initio non conualescit ex tempore, & quando secus. Concl. 142. & Concl. ibi prox. seq.*

Exequutio non debet esse principium iudicii; quia ab exequutione non est incipiẽdum. Concl. 482.

IVDEX † non debet incipere ab exequutione, quando res est dubia. *l. 1. C. de exequut. rei iudic.* & ibi Bart. hoc tradit. Bald. *consil. 214. Vt apparet. circa fin. ver. prætor enim. lib. 4. l. si cum nulla. ff. de re iud.* † Et nimis propere festinat, qui prius capere facit pignora, quam obtinuerit sententiam, *d. l. 1. C. de exequut. rei iudic.* † Amplia; quia sententia est reuocanda tanquam nulla, & inde sequuta, quando ab exequutione immatura est incæptum. Bald. *consil. 274.* vbi est casus, *per tot.* maxime *num. 2. vers. secundo præmitto. vsque in fin. lib. 3. l. nimis propere. C. de exequut. rei iudic.* † Amplia, etiam si per rescriptum committatur alicui iudici, vt cogat talem ad soluendum; quia licet sola exequutio videatur commissa; tamen intelligi debet cum causæ cognitione, & seruato iuris ordine, non quod ab exequutione incipiatur, & ideo sententia est nulla, etiam si sit confirmata. & debent omnia in tertia instantia reuocari. Ancharan. *consilio 353. Oportet primo.* † Limita in notorio iuris, & de iure; ideo parochiani pro quarta funerũ sibi debita possunt per-

mittente Episcopo incipere ab exequutione,& capere cereos, & alia luminaria sepulto cadauere contra exemptos,& de manibus laicorum luminaria portantium. Bald.*cons.*270.*Vrbanus Episcopus.*
6 *circa med.ver.sed nunquid est licitũ.lib.*4.† Limita in causis summariis, sola facti veritate inspecta; quia in eis, prout in executiuis, cognito de veritate iustitiæ absq; sententia condemnatoria, potest exequutio concedi,& relaxari.Bart.*in extrauag.ad reprimendum.in ver. & figura.in fin.ver.idem puto,si præcedente cognitione.* vbi,quod ista est solennitas iuris ciuilis,quę est remissa in causis summariis,& exequitiuis, quod patet; quia ante iura C. omnia manu regia expediebantur. Vide, *Notorium habet multa specialia. Conclus.*110. Vide, *Præceptum à iudice factum quando nullum.Concl.*482.

Exequutio sententiæ qualis esse debeat, & quando nulla,vel non. Concl.483.

1 EXEQVTIO † sententiæ debet esse conformis sententiæ, alias est nulla; ideo condemnatus ad dandum certum granum non potest exequutio dari pro extimatione grani,si sententia hoc non dicit.Io.de Anan.*cons.*5.*Visa narratione.in pr.* vbi etiam
2 Lud.Bolog.in apost.& idem repetit *cons.*9.*in prin.* † Et forma sententiæ debet seruari per exequutorem,alias si recedit à sententia, exequutio est nulla, & potest tam per viam appellationis, quam etiam per viam nullitatis intentari quandocunque. Abb.*consil.*3. *Nitar.col.*11.*ver.vndecima quæstio.lib.*2.vbi in fin.dicit, quod est nulla,si de facto excedit sententiam,licet verbis innitatur sententię,
3 & dicit* communem. † Declara; quia si is, qui obtinuit exequtionem indebitam in causa appellationis, petat condemnari in eo,quod debuit,& iudex declaret exequutionem,& sententiam super exequutione nullam,& iniustam,& transeat in iudicatum, non potest is, qui instabat pro exequutione, omisso iudicio exequutiuo petere condemnari ad rationem quantiplurimi; quia si non aderat mora ex parte debitoris, sententia vltima tollit hanc
4 actionem. Io.de Anan.*cons.*9.*per tot.* vbi pro vtraque parte.† Amplia; quia exequutio sententiæ, & brachium militare non potest peti,vel concedi in plus, quam contineatur in sententia.*l. à Duo Pio.§.si pignora.* ibi, *quam quod sibi debetur.ff.de re iud.* & solum debetur id, quod in sententia continetur: exequutor enim modum sententiæ excedere non debet,& si excedat, prouocari,& appellari potest.*l.ab exequutione.C.quor appell.* nam in eo, in quo excedit, dicitur grauare; quia incipit ab exequutione, quod non est permissum.*l.*1.*C.de exequut.rei iud.l.si cum nulla.*& ibi Doct.*ff.de re iudic.*
5 † Extende; quia non potest dari exequutio, nisi pro expresse scriptis in instrumento,vel sententia Galles.*de form.oblig.Camer.par.*3.
6 *partic.*1.*consid.*2.*n.*15. † Et procedit,licet ꝓbareturaliquid gestum, vel factum, licet non scriptum; quia adhuc nõ competit exequutio, vt idem Galles.*particul.*3.*q.*2.*n.*4. Vide, *Instrumentum guarentiatum quid sit. Concl.*240.*n.*48.*ver.limita.* † Amplia;quia exequutio facta ꝓ maiori summa, quam sit debitum,debet reuocari, seu nulla declarari non solum pro illo pluri,sed in totum. Bart.& alii
7 *in l.si non sortem.§.si centum.ff.de cond.indeb.* vbi loquuntur in adiudicatione. Declara *in ver. Adiudicatio bonorum de quib.bonis,& qualiter*
8 *fiat. Concl.*199. †Extende idem in tenuta data pro maiori summa, quam debeatur; quia debet reuocari in totum. Bald.*in l.certi condictio.§.quoniam.ff.si cert.pet.*& ibi Aret.declarat. Vide, *Nulliter gesta quæ non possunt consensu partium conualidari. Concl.*147.*& Conclus.ibi*
9 *prox.seq.* † Extende idẽ in captura facta pro maiori summa,quam debeatur; quia in totum est nulla. Marsil.*in repet.l.fin.ff.de iurisd.*
10 *om.iud.n.*43.† Amplia;quia exequutio concessa pro debito,quod est solutum, dicitur nulla, nec potest substineri ex alio debito, quod haberet idem creditor, qui petiit exequutionem contra eundem; quia cum omnino sublata sit actio solutione. *Insti.quib.*
11 *mod.toll.oblig.in princ.* non potest ex diuersis fieri illatio. † Amplia; quia ordo datus in sententia circa exequutionem, vt primo mobilia,postea stabilia capiantur,debet seruari. Vide Ant.Gab.*lib.*2.
12 *tit.de exequut.concl.*2.*Exequutio an sit nulla.* † Extende; quia habens duo instrumenta; & petens vnum exequi, non potest ex alio, in quo se non fundauit, in eadem instantia obtinere, sed debet experiri in alia instantia. Bald.post gl.*1.in fin.in l.Bebius.ff.de pact.dotal.*
13 † Limita; quia potest sententia lata super exequutione facti exequi super interesse,si factum non potest impleri.Roma.*consil.*70. * *n.*4.vbi dicit * communem.

Exequutio sententiæ requirit citationem, & quando secus. Concl.484.

1 REGVLA † est,quod exequutio sententiæ requirit citationẽ partis,alias potest appellari; quia dicitur grauata. Rebuff.*de sent.exequut.n.*10.*& seq.fol.*223.vbi ampliat sex modis, videl.etiam si agatur actione personali.Secundo,si in eadem re.Tertio,etiam si idem iudex, qui tulit sententiam. Quarto, etiam si contra eundem condemnatum. Quinto, etiam si post desertam appellationem.Sexto,etiam si constaret defensionem non cõpetere. † Rebuffus limitat, vbi supra, tribus modis: primo,quando præcessit causæ cognitio super exequutione: secundo de stylo Curiarum: tertio,quando esset facta de parte,& agatur de residuo. † Limita 3
in exequutione sententiæ Principis latæ cum causæ cognitione. Ang.Aret.*cons.*19.*Videtur omnino.n.*43.*vers.quia respondeo primo.* Vide, *L.memmerint.C.vnde vi.* quando habeat locum,vel non. *Concl.* 282. † Extende maxime, quando Princeps in sententia sua cum 4
causæ cognitione lata mandat talem restitui ad possessionẽ; quia si dat exequutorem,vel iudicem,vel vilem personam,qui sit merus exequutor,non tenetur citare partem.Ang.Aret.*d.cons.*19.*nu.* 33.*versic.secundo illa iura,cum multis seqq.* vbi idem in alio mero exequutore. † Extende; quia talis restitutio, quam ex certa scientia 5
Papa mandat fieri cum causæ cognitione ad possessionem, cum sit in pristinum repositio,& reddit,quod ꝓpio abstulit,potest fieri non citata parte etiam cõtra eum, qui emit ab eo, contra quem mandatur per Principem fieri restitutio. ita plene Ang.Aret.*dict. cons.*19.*n.*44.*in fin.cum multis seqq.vers.Quinto principaliter,* maxime *n.*47.*& seq.vers.quia respondeo,quod est mirabile.* & modo, quod dicit,etiam si venditio non est expressa, neq; facta mentio emptoris. Vide eum. † Limita, quando iudex, qui tulit sententiam in 6
reali,mandat mitti in possessionem certæ rei, in qua condemnauit. Ang.Aret.*d.cons.*19.*nu.*44.*vers.Vel secundo respondeo.* Vide, *Exequutor merus sine citatione.Conclus.*500.*nu.*4.*& seq.ver.Declara.* Vide conclusionem proximam sequentem,*n.*24.*& seq.* † Extende, etiam si exequutio realis sit qualificata, puta, quod fiat in bonis fi- 7
deicommisso subiectis, vel quid simile; quia quando est merus exequutor, fit exequutio non citata parte, & postea fit liquidatio,& audiuntur habentes meliora iura. Ang.Aret.*d.cons.*19.*num.* 44.*ver.nec obstat.si dicatur.*

Exequutor sententiæ quam cognitionem habeat, vel non. Concl.485.

REGVLA † est,quod exequutor sententiæ datus, antequam 1
exequutioni demandet sententiam, necesse est, quod sibi legitime constet de sententia,& quod suo aspectu appareat valida, alias exequutio esset nulla. Rom.*cons.*336.*Circa propositam.in princ.* †Extende,vt procedat,etiam si in exequutoria Papæ narretur te- 2
nor sententiæ per partẽ; quia adhuc non dicitur de sententia constare. Rom.*d.cons.*336.*in pr.ver.Nec refragatur.* vbi, quod non sufficit narratiua partis,neq; Principis,neq; alterius Notarii,nisi constet de relato,vel narrato,& *n.*2. dat exemplum de relato,& confirmato simplici, vt de eis constare debeat. † Extende maxime, 3
quando mandatur fieri exequutionem iuxta tenorem sententiæ; quia tunc exequutio facienda iuxta tenorem necessario requirit exhibitionem sententiæ,vt appareat tenor; quia licet verba, *iuxta,secundum,prout,*& similes,quando sunt in gratia,vel priuilegio,stent causatiue; tamen in rescriptis iustitiæ stant conditionaliter.Rom.*d.cons.*336.*n.*2.*in fin.& n.*3.*ver.præterea.* vbi apostil.*in ver. conditionaliter*, dat concord. † Restringe, nisi Princeps tenorem 4
sententiæ ad verbum insereret in exequutorialibus literis,vel nisi scriberet ex certa scientia.Roma.*d.consil.*336.*num.*2. vbi dat exemplum de confirmato in forma communi; quia non releuat, nisi sit ex certa scientia, vbi plena apostill.*in ver.appareat*, dat plurimos concord. † Amplia; quia debet etiam constare de dele- 5
gatione, & litteris exequutorialibus, quæ debent intimari parti, contra quam exequutio est facienda, alias est nulla exequutio. Roman.*d.consil.*336.*num.*4.*vers.Quoad secundum.* † Extende; quia 6
non sufficit exhibitio transumpti,vel copiæ delegationis,sed debet originale exhiberi. Roman.*d.cons.*336.*num.*5 *ver.Cæterum*, vbi apostill.*in ver.originale*, dat concord. & Roman. ibi allegat simile de intimatione, quæ si fiat ad ostendendum actum explicatum, puta appellationem extraiudicialem,vel quid simile, debet fieri per instrumentum authenticum, alias dicitur non legitime fa- 7
cta,vbi apostill.*in ver.Illegitima*,dat concord. † Amplia;quia exequutor sententiæ cognoscit de exceptione appellationis legitime interpositæ. Lap.*alleg.*2.*in princ.* † Contrarium videtur velle 8
Innoc.*in c.cum in iure.de offic.deleg.* sed declara, vt per Lap.*d.alleg.*2. *in fine.versicul.non obstat*, *quod*, vbi, quod contraria loquuntur, quando iudices habuissent clausulam, *appellatione remota*, vel quando sententia esset lata post appellationem. † Amplia, quod 9
licet executor non admittat exceptionem contra sententiam,ad quam

quàm exequendam est deputatus; tamen admittit exceptionem contra commissionem suam. Innoc. *in cap. de cætero, de re iudic.* Lap. *Alleg. 2. col. fi. n. 12. ver. ad hoc, quia licet.* vbi cognoscit, an litteræ suæ sint falsæ, vel subreptitiæ, vel obreptitiæ. † Extende; quia licet exequutor sententiæ possit audire, & admittere exceptionem nullitatis; tamen super ea pronunciare non potest, *cap. de cætero, de re iudic.* vbi Doct. Vant. *tit. coram quo null. propo. poss in fi.* † Restringe, nisi exequutor esset maior iudice, qui sententiauit; quia posset super nullitatibus sententiæ pronunciare. Felin. *d. cap. de cætero, num. 4. ver. tertio fallit, de re iudic.* † Amplia; quia exequutor habès similem iurisdictionem, vel qui suo imperio exequitur, prout quando venus iudex ad litteras alteri⁹ iudicis exequitur, potest cognoscere de nullitate sententiæ; secus si esset merus exequutor. Bald. *cōs. 336. Factum, quod proponitur. in fi. ver. Super quinto, lib. 4.* quod duplicatur *cons. 341 Super primo, in fi. lib. 4.* Angel *consil. 276. Punctus talis est,* vbi dicit procedere tam in seculari ad litteras Ecclesiastici, quam è contra. Vide, *Iudex vnius territorij quando exequatur sententiam alterius, vel non. Concl. 466.* Vide, *Iudex secularis quando non dat brachium Ecclesiastico sine cognitione. Conclus. 430.* † Extende in tantum iudicem exequentem ad literas alterius debere cognoscere de omnibus exceptionibus contra sententiam, vt imo nō debeat esse facilis ad exequendum, & si videt non subesse iustitiam, potest rescribere, quod non intendit facere alicui iniuriam. Baldus *consil. 98. Casus, scribit iudex, lib. 3.* vbi, quod proprie nō est iudex iste exequutor, sed arctatur. † Declara; quia si sententia transiuit in iudicatum, iudex ad litteras alterius non cognoscit de iniustitia, vel iustitia, ex quo est merus exequutor, & imputandū est parti, quæ passa est transire in iudicatum; si vero sententia dicatur nulla, vel annullanda; quia per testes falsos lata, cognoscit, non vt pronuncies, sed vt remittat scribenti. Ioann. de Imol. *cons. 127. num. 2. ver. Inuitor.* † Et quod iudex ad litteras alterius iudicis debeat exequi sententiam, si est iusta, & si dicatur nulla, debeat supersedere, & rescribere iudici, qui dedit sententiam, & litteras, vt cognoscat iplemet, qui dedit sententiam, an sit nulla, vel non; sed quando ipsa nullitas oritur ex ventre sententiæ, vel aliter est notoria, tunc non tenetur exequi, neque rescribere. Rom plene *cons. 51. Attentis ijs per tot.* vbi quod etiam si pars nō posset excipere, iudex supplere potest ex officio; quando exceptio resultat ex ventre, vel est notoria. † Amplia; quia exequutor sententiæ, si opponatur exceptio, q̄ sit nulla, vel per falsas probationes lata, quatenus exceptio incontinenti offertur, debet admittere, & debet plena probatio fieri, quatenus vero requirat altiorem indaginē, vt quia nō potest probari intra tempus exequutionis, tunc reseruatur in alio iudicio data cautione de restituendo. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. summarie. n. 30. ver. quadam sunt.* † Et quid in aliis exceptionibus, an cognitio sit summaria, & quando requirat plenā probationem, vel nō. Bart. vbi sup. *per tot.* Vide *in verb. Emergens articulus quid sit, & in quibus differat ab incidēti. Cōcl. 146.* † Amplia; quia exequutor sententiæ, antequam exequatur, debet citare partem, & dare copiam suæ delegationis; quia ante nō est fundata sua iurisdictio, ex quo multa possunt opponi. Cardinalis Zabarell. *cons. 32. in fin. ver. sed speciale hoc dico.* & pro hac parte facit *cap. licet Episcopu deprehen. in 6.* † Contrarium in mero exequutore; quia non citat, nec cognoscit aliquid. Innocen. & alij *in cap. ex ratione, de appellat.* vbi, quod non seruat ordinem iudicij. † Declarat Guido Pap. *dec. 329.* vbi, quod lapso anno post sententiam requiritur citatio; secus si intra annum, & dicit ita de stylo seruari, & hoc potest procedere in renouatione mandati, vt dicit etiam Bald. *in cons. 35. Præmissis verbis. lib. 5.* Vide *in verb. Renouatio quid sit, & qualiter fieri possit. Concl. 119.* † Extende; quia exequutio sententiæ debet fieri cum causæ cognitione, videlicet citata parte. Cardi. Zabar. *cons. 32. n. 6.* † Extende maxime, quando exequutio fit in æstimatione eius, quod continet sententia. Ludou. Bologn. *in addit. ad cons. Ioann. de Anan. 5. inpr. n. 7. ver. secundo adduco.* † Restringe, quando sumus in exequutione reali, & eiusdem rei super qua est res iudicata; secus si aliarum, plene Felin. *in c. ex ratione, de appell.* † Declara totam istā materiam, vt per Fel. *d. c. ex ratione n. 9 vsque in fi. de appell.* quia si fit exequutio in eadem re, de qua extat res iudicata, non requiritur citatio, nisi esset lapsus annus; secūdo, nisi esset successor iudicis; tertio, nisi esset delerta appellatio, ex qua res iudicata oritur, quia citatio est necessaria etiā in reali exequutione. † Declara plenius per Bart. *in extraua. ad reprimendum in ver. exequutionem.* vbi, quod si exequutio est facienda in re, de qua loquitur sententia, vt res capiatur, & vendatur, vel retineatur, & idem, si in personam condemnatā est facienda exequutio, potest capi, prout res in exequutione iudicati sine vlla citatione; secus si cōdemnatio est in pecunia, vel quantitate, & debet capires, vel persona, tunc requiritur citatio; quia aliqua causæ cognitio requiritur, vbi apost. *in ver. iterum.* citat conc. Vide Conclusionem proximam precedentem, per totam. † Limita, quia exequutio sententiæ, si est facienda in re iudicata, per rem iudicatā fieri potest sine citatione, & sine causæ cognitione. Fulg. *cons. 183. Circa primum. n. 2. ver. circa secundū.* vbi secus dicit, si fiat in alia re, de qua non sit lata sententia. Ioan. de Anan. *cons. 26. In causa nobiliū. n. 7.* † Imo potest tali casu imparti licentia parti per iudicē, vt ipsamet capiat possessionem. Vide, *Possessio potest propria authoritate capi ex licentia data, & quando secus. Concl. 409.* Vide plenius, *Exequutio sententiæ ex quibus reuocandā, vel deneganda. Concl. 492. n. 17. & seq.* † Extende, quando exequutio fit contra appellantē; quia deserta est appellatio; quia potest fieri sine citatione. Car. Zab. *d. cons. 32. n. 6.* † Extende maxime in exequutione laudi, quando petitur illūd idem, quod fuit laudatum; quia sicuti in laudo non requiritur citatio; ita neque in exequutione laudi. Io. de Anan. *cons. 26. n 8.* † Extende; quia vbicunq; sententia, vel laudum, de cuius exequutione agitur, potuit ferri nō citata parte; ita exequutio, quando illud idem in exequutione petitur, quod est in sententia, vel laudo. Io. de Anan *d. cons. 26. n. 8.* † Limita, quādo esset merus exequutor, quia nō debet timere exceptionē aliquā, sed exequi simpliciter cōmissum sibi Bald. *cōs. 214. In causa nobilis, in pr. lib. 3.* † Declara; quia si videret exequutionem iniustam esse, melius facit, si abstinet. Bald. *cons. 98. Casus, scribit iudex. ver. secundo casu, circa pr. lib 3.* † Declara; quia triplex est exequutor sententiæ, nempe exequutor cum causę cognitione, exequutor merus, & arctator, videlicet iudex, cui scribitur per alium iudicē, vt exequatur suam sententiā. Bald. *cons. 98. Casus, scribit iudex, in pr. lib. 3.* † Exequutor habens causæ cognitionem, siue tacite, siue expresse, lata sententia cognoscit de omnibus exceptionibus dantibus modū exequutioni, & respicientibus causam exequutionis, non autem sententiā, cuius exequutio demandatur. Bald. *d. cons. 98 in pr. lib. 3.* † Declara; quia licet non cognoscat exequutor datus cum cognitione, an sententia sit nulla, vel iniusta; si tamen cognosceret esse iniustā, debet supersedere, & rescribere. Bald. *d. cons. 98 in pr. lib. 3.* † Limita; quia exequutor merus datus ad exequendam sententiā non cognoscit de nullitate sententiæ, cuius exequutio est sibi cōmissa; secus, quādo habet causæ cognitionē. Bald. *cons. 341. in fi. lib. 4.* quod duplicatur *cōs. 36. eod. lib. 4.* † Limita; qa iudex, qui exequitur sentētiam ad litteras alterius iudicis, puta secularis ad litteras ecclesiastici, nō cognoscit de iniustitia, sed solū de nullitate. Ang. *d. cons. 276. n. 4. per tot.* vbi, quod si est exequutus, pōt reuocare tāquam factum de facto. † Declara; quia non cognoscit, vt iudicet, sed vt remittat ad scribentem litteras. Io. de Imol. *cons. 127. In causa præmisso. n. 2. & seq.* Cast. *cons. 322. n. 3. lib. 1.* † Extende; quia si cognoscit sententiam, quæ scribitur exequi, esse reuocatam, vel nullā, non exequitur, sed supersedebit in exequutione rescribendo, Io. de Im. *d. cōs. 127. n. 3.* † Extende idem, si videt nullam; quia si is, qui tulit eam, non erat iudex, non exequitur, veluti si iudex secularis confirmat sententiam latam per iudicem Ecclesiasticum, vel si in causa Ecclesiastica post inhibitionem, Io. de Imol. *d. cons. 127. n. 3. ver. præterea.* Cast. *d. cons. 322. n. 3. lib. 1.* † Imo neq; rescribit, si apparet sententia notorie nulla, quia in notoriis non requiritur causæ cognitio. Io. de Im. *d. cons. 127. n. 3. ver respectu autem.* Vide, *Iudex secularis qualiter exequatur sententiam iudicis Ecclesiastici Conclus. 329.*

Exequutio sententiæ criminalis qualiter facienda. Conclus. 486.

EXEQVTIO † sententiæ criminalis pro pœna pecuniaria fit; quia si reus est in carcere⁹, nō relaxatur, donec soluat cōdemnationē, etiam si offerat velle cauere, ita Clar. *in praxi crim. §. fi. q. 95. in pr.* † Amplia; quia licet condemnatus in causa ciuili habeat terminum quatuor mensium ad soluendū; non tamen id habet locum in condemnato in criminali, eriā pœna pecuniaria, & istā communem * dicit Ias. *in l. debitoribus. n. 16. & seq ff. de re iud.* quem * citat attestando de * cōmuni Clar. *d. q. 95. in pr.* † Amplia; quia si est dubiū, an sit soluendo, vel quod abscondat mobilia, capiatur in exequutione, vt fisco sit cautum. Clar. *d. q. 95 in pr. ver. quandoque etiam.* † Quando condemnatus pœna pecuniaria est extra carceres, si satisfecit de iudicio sisti, vel de se præsentādo, citatur fideiussor, qui eum repræsentet, vel faciat sistere, & cōpellitur soluere pœnam, vel implere fideiussionem præstitam. Clar. *d. q. 95. in prin.* vbi, quod si consignauit condemnatum, retinetur, vt supradictū est, quando est carceratus. † Si vero præstitit cautionē de iudicato soluendo, citatur fideiussor, vt soluat, & si non soluit, contra eum relaxatur exequutio sine alio processu, secundum *communem, * de qua Clar. *dict. quæst. 95 in princ. versicul. si vero præstitit fideiussorem.*

† Quan-

6 †Quando vero reus non est carceratus, neque præstitit fideiussorem; tunc contra eum, & eius bona relaxatur mandatum exequtionum personale, & reale, & fit exequutio. Clar. *d.q.95.in pr.n.1.in*
7 *fi.ver.vbi vero.* † Declara; quia condemnatus pro delicto in pœnâ pecuniariam, si non haberet in re, punitur in corpore: & iudex hoc
* casu potest pœnam commutare secundum * communẽ. Clar. *d.q.*
95.num.2.vers.sed quid si reus, vbi, quod in Ducatu Mediolani solus
Senatus facit istas cõmutationes. Vide, *Corporalis pœna quando imponenda, vel non pro pecuniaria. Conclus.* 1048. † Exequutio sententiæ
8 criminalis in pœnam corporis afflictiuam, & vltimi supplicii de iure communi differri debet, donec lapsi sint decẽ dies concessi
* ad appellandum, secundum * communem, de qua Bar. in *l.qui vltimo.in fi.de pœnis*, & alii citati per Clar. in *praxi crim.* § *fi. quæst.96.in*
9 *prin.* † Contrarium, quod imo fit exequutio statim non expectatis decem diebus de consuetudine, idem Clar. citat Bar. *d l.qui vltimo ff. de pœnis*, & alios infinitos, quos videas *d. quæst.96.in prin. ver.*
10 *sed certe quicquid sit.* † Declara; quia si delinquens esset cõfessus delictum, potest, & debet iudex exequi etiam intra 10. dies, & ita
obseruat cõsuetudo. Clar. *d.q.96.n.2. ver. & hoc quidem consuetudo.*
11 † Declarat idem Clar. *d.q.96.n.2.ver.ego vero.* vt in casibus, in quibus iudex tenetur deferre appellationi, nullo modo possit exequi intra decem dies; vbi vero nõ posset appellari, potest exequi
12 intra decem dies. † Ista declaratio in prima parte videtur insulsa; quia si iudex tenetur deferre appellationi, certum est, quod non potest exequi non solum intra decem dies, sed neque postea, nisi
13 sententia confirmetur. † Regula igitur est, quod de cõsuetudine, & obseruantia sententia in causa capitali est exequenda, etiam nõ expectatis decem diebus ad appellandũ concessis, maxime quãdo delinquens vigore statuti est confessus. Clar. *d. q.96.in prin. ver.*
14 *sed certe*, vbi apostill. in *verb. mittuntur*, dat concord. † Contrarium
dicit Clar. *d.q.96.n.1.* vbi, quod de iure non fit exequutio statim,
15 neque intra decẽ dies. † Extende multo magis, quãdo delinquẽs est conuictus, & confessus, vt plene Clar. *d. § fin.qu.94. in princ. &*
* *per tot.* vbi dicit * communem, & magis communem opinionem.
16 † Restringe, quando Princeps ex iracundia tulisset sententiam; quo casu per triginta dies differtur exequutio. *l.si vẽdicari. C. de pœnis.* apostil. ad Clar. *d. quæst.96.in princip. in ver. mittuntur exequutioni.*
17 † Idem, si quouis modo mandatum Principis esset iniustum; quia debet supersedere, & rescribere iudex, Clar. *q.97.n.3. ver. item est*
* 18 *differenda.* vbi dicit * communem. † Restringe, quando sententia est lata contra mulierem prægnãtem; quia differtur, donec pepe-
rit *l. prægnantis. ff. de pœnis*, apostilla ad Clar. *d.qu.96.in verb. mittuntur*, & repetit *97.n 5.ver. differtur etiam*, vbi dicit; quod differtur, si-
19 ue sit pœna vltimi supplicii, siue corporis afflictiua. † Restringe, quando delinquẽs damnatus est persona insignis in aliqua professione. *l. ad bestias. ff. de pœnis.* d. apost. ad Clar. *d.q.96.in ver. mittun-*
20 *tur.* † Restringe; quia differtur exequutio capitalis, quando reus debet reddere rationem administrationis tertio, qui instaret de hoc, & licet Clar. *d.q.97.in pr.* dicat non seruari in practica; tamen
21 dicit non denegari breuem dilationem, si cessat calumnia. † Quãdo vero aliquis fuit condemnatus in contumaciam, & postea deuenit in fortiam iudicis; qui condemnauit; tunc fit recognitio capti, vt sit ille idẽ, qui fuit condemnatus, & facta recognitione po-
* testex equi sententia, secundum * communem, de qua idem Clar.
§. fi. d.q.96.n.3. ver. quæro nunquid si bannitus, vbi, q̃ ita practicatur,
22 allegat Bart. *in l. diuus.n.5. ff. de custod. reor.* † Contrariũ tenent multi, quod imo captus, & condemnatus in cõtumaciam deberet ex
integro audiri, licet de praua consuetudine sententia exequutioni demandetur facta recognitione, ita Alberic. *in l. eos circa pr. ff. de custod. reor.* & Ias. *in l. inter stipulantẽ. § 1. in fi ff. de verb. oblig.* vbi, quod
* practica contraria damnatur communiter, sed Clar. *in d.q.96.n.3.*
in fi. quod quicquid sit de iure, practica seruat communiter * opi-
23 nionem Bart. † Imo licet Nell. *de bannit. in 3 parte primi tempor. q fin.*
* dicat, quod Doctores ex communi * obseruantia faciunt, quod bannitus in contumaciam captus cõfiteatur delictum commissi-
se; tamen Boss. *in tit. banniti quid amittant.n.18.* dicit, quod est plena periculo ista practica, licet Senatus quandoque ita practicauerit.
24 † Declara totam istam materiam satis periculosam; quia si cõdemnatus in contumaciam venit in fortiis iudicis condemnantis, qui vigore statuti habitus fuit pro confesso, & conuicto, facta recognitione, nõ debet iudex velle perquirere veritatẽ, & supinus
* esset iudex; qui faceret nouum processum, & ista est cõmunis * o-
* pinio, & communis obseruantia, & ita dicit * communiter seruari
Clar. *d.q.96.n.4.ver. sed nunquid.* licet dicat, quod in aliquibus contrarium seruatur, maxime in parlamento Rothomagensi, allegat
Igneum *in l.3. § si maritus.num.15. ff. ad Syllanian.* & subdit, quod Senatus Mediolanen. secundum Boss. *tit. de confess. per tortur.nu.23. &*
in tit. de requiren. reis. nu.1. aliquando seruauit, quod si ex qualitate iudiciorum non constat de delicto, reus torquetur; sed ipse dicit nunquam vidisse practicari id, quod dicit Boss. nisi quando reus petiit admitti ad nouas defensiones, & admissus, si nihil ꝓbet, & indicia contra eum non sint multum vrgentia, torquetur, & si substinet, commutatur pœna, & mitius agitur. † In statu Ecclesiæ 25
extat Bulla Pii V. fel. record. quod si iudicia sunt legitima, facta recognitione exequatur sententia, si non sunt legitima ad transmittendam inquisitionem, tunc supersedeatur, & consulatur Princeps, & est optima prouisio, quod si ad nouas defensiones fuit admissus, de nouo examinatur causa. † Et qualiter fiat hæc recogni- 26
tio, vide Farinac. *quæst.11.num.21. & seq. in suo tract. crimin.* vbi latissime. † Si vero neget se esse illum talem condemnatum, dicit Clar. 27
d. quæst.96.nu.3.ver. & adde quod si neget. quod poterit torqueri, vbi
quod ista est * communis practica, allegat Marsil. *sing.72. per totam* *
fere. † Limita; quia auditur bannitus in cõtumaciam, & captus, & 28
suspendit exequutionem sententiæ, si deducat exceptionem releuantem, quæ si fuisset opposita à principio, releuasset eum, ne
condemnaretur, & hanc communem * dicit Clarus *d.q.96.nu.5.* *
vers. sed pone. licet dicat, quod Mediolani contrarium seruatur, nisi
à Principe, vel Senatu sit admissus. † Limita; quando condemna- 29
tus in contumaciam esset captus extra territorium, & conductus
in territorio, in quo est cõdemnatus à particularibus; quia priscæ libertati est restituendus. Clar. *d.quæst. 96. num.6. versic. sed quid*
si bannitus, allegat Roland. à Vall. *consil.60. nu.9. lib.2.* attestantem
de * communi. † Declara; quia si iudex alterius territorii caperet * 30
talem condemnatum, & remitteret iudici condemnanti, posset
puniri tanquam bene captus, licet remissiones non soleant fieri,
ita Clar. *d. quæst.96.num.6.ver. sed si fuisset extra territorium.* † Limita; 31
quia differtur exequutio sententiæ capitalis, quando reus alios
complices accusauit, si esset vel repetendus, vel confrontandus.
Clar. *d. quæst.97.n.2.ver. est etiam differenda.* vbi dicit * communem, *
licet dicat esse difficile obtinere, maxime, quando adesset aliqua
suspicio, quod ad differendum ista fierent. † Limita, quãdo reus 32
non vellet confiteri peccata sua; quia debet iudex cessante periculo fugæ, & quod non fiat cum fraude, omni conatu procurare,
quod confiteatur, ne pereat anima. Clar. *d. § fin. quæst. 97. num. 4.*
ver. sed pone. † Extende, vt licet Princeps, vel superior mandet ali- 33
quem statim suspendi, vel morti tradi; tamen intelligitur, quod
detur tempus ad confitendum peccata sua, alias grauiter iudex
offenderet Deum, & proximum. Clar. *d quæstion. 97. num. 4. in fine.*
versic. scias autem. † Limita; quia exequutio sententiæ capitalis dif- 34
ferri debet in diem non feriatum in honorem Dei, vel Sanctorũ, *
& ita tenent * omnes; in diebus autem feriatis in honorem hominum fit exequutio de consuetudine, licet de iure non sit faciendum. Clar. *d. quæst.97.num.6.ver. quæro etiam.* † Dicit tamen Clar. 35
& male, quod leuiores pœnæ afflictiuæ corporis solent fieri etiam
in die Pascha, prout fustigationes, & similes. *dict. questio. 97. in fine,*
sed certe si spectacula in festiuis solemnibus non sunt faciẽda etiam ad recreationem, minus ad pœnam. † Limita; quia si cõdem- 36
natus ad mortem fugiat ad Ecclesiam, non potest extrahi, & libe-
ratur; idem si ad Sanctissimum Sacramentum. Clar. plene in *§. fi.* *
quæst.98.in princ. vbi de * communi. Vide plenius. *Ecclesia habet im-* §
munitatem, vt confugientes ad eam sint tuti Corel. 9. & Conc. ibi per ox seq.
† Limita; quia si delinquens, antequam delictum cõmitteret, e- 37
miisset votum ingrediendi religionẽ; quia debet supersedere in
exequutione, & debet remitti ad iudicem Ecclesiasticum secun- *
dum * communem, de qua plures relati à Claro *d.quæst.98. nu.4.*
ver. sed quid si condemnatus, vbi, quod ita seruatur in practica; sed ta-
men Clar. dicit ibi, quod non seruatur in statu Mediolani, & 38
vix alibi; quia esset aperta via cautelis, maxime; quia tenentes li-
mitationem volunt, quod stetur iuramento delinquentis super
voto; & quia ex voto ingrediendi non recepit characterem. † Li-
mita, quando delinquẽs ducitur ad supplicium, & obuiat ei Car-
dinalis; quia ob reuerentiam Cardinalis ex consuetudine liberari *
debet, * communem dicit Clar. *d.quæst.98.nu.5. ver. vlterius quæro,*
vbi, ꝙ vtraque schola Legistarum, & Canonistarum in hoc consentit, & in practica obseruatur. † Declarat idem Clar. *d.qu.98.nu.* 39
5.ver. ego nunquam vidi quod esset cõmutanda pœna, puta ad trite-
mes; ne moriatur naturaliter ob reuerentiam Cardinalium, in
quibus residet tota fere maiestas Christianæ Reipublicæ, & nisi 40
crimen commissum esset exatrocissimis. † Limita, quando mere-
trix publica petit damnatum sibi dari in maritũ; quia solent libe-
rari, & multi attestantur de obseruantia ex generali cõsuetudine.
Clar. *d. quæst.98.nu.6. versicul. quæro etiam*, vbi dicit, quod non fuit
seruatum aliquando, & in multis locis non seruatur, & ponit ra-
tionem, vt meretrix à peccato liberetur, & redimatur propter fa-
cra-

41 cramentum matrimonii. † Limita in eo, qui post delictum, vel condemnationem est effectus furiosus; quia non fit exequutio * sententiæ, secundum *communem, imo liberari debet, vt tenent * communiter * Doctores. Clar. *in* §. *final. quæst.* 60. *versic. item quæro, nunquid*, vbi tamen declarat, quod non punitur pœna ordinaria, sed bene pœna extraordinaria, & repetit *quæst.* 98. *n.* 7. *ver. præterea.*

42 † Declarat Marsil. *in l.* 1. *nu.* 98. *& seq ff. ad l. Cornel. de falsi.* quod in atrocioribus imo pœna ordinaria punitur; quia licitũ est sæuire in

43 cadauera, & animalia bruta, sed est mera crudelitas. † Limita; quia si condemnatus de tegitur innocens, puta quia is, qui dicebatur ab eo occisus, comparet viuus non potest, neque debet exequi sententia, sed debet rescribere Principi, qui prouidebit, ita Clar. *d. quæst.* 98. *num.* 8. *ver. sed nunquid*, vbi dicit * communem, & subdit, quod iudex non posset absoluere eum; quia functus est officio suo, quod non credo verum; quia sententia notorie est iniusta, & consequenter nulla, & in iudice ordinario non est verum, quod licet pronunciauerit nulliter, sit functus officio, quia imo poterit valide iterum pronunciare. Feder. de Senis *cons.* 243. *per tot.* Signo-

44 rol. *cons.* 142. *In quæstione. n.* 4. *& seq.* † Limita, quãdo laqueus quasi miraculose rumpitur, vel securis non potest incidere, quia tunc est signum maximum innocentiæ, vt liberetur delinquens, & in multis locis liberantur, aliquando non, plura exempla liberatio-

45 nis allegat Clar. *d. quæst.* 98. *in fi. nu.* 9. *versic. vltimo quæro.* † Declara; quia si damnatus protestatus fuisset se innocentem, & accideret casus, quod rumperetur laqueus, vel securis non incideret, esset signum maximum innocentiæ, & deberet liberari, ita Clar. *dict. quæst.* 98. *num.* 9. allegat Io. Arno. *soliloquio* 5. *laqueus contritus.* Vide

46 Concluſ. prox. seq. † Limita quando damnatus ad mortem esset condemnatus ad pœnas à iure reprobatas, prout venem, mallei, vel ſecuris, aut præcipitationis; quia tales pœnæ reprobatæ non sunt exequendæ. Clar. *in* §. *testamentum, q.* 21. *n.* 3. *vers. sed pone.* & idẽ dicit, quando laicus esset ad perpetuos carceres condemnatus. Clar. *d.* §. *testamentum q.* 23.

Exequutio sententiarum criminalium, & capitalium qualiter fiat. Concluſ. 487.

1 EXEQVVTIO † sententiæ criminalis, & capitalis, si est exequenda, cõsueuit fieri intimatio reo damnato ipsius sententiæ, & est laudabilis consuetudo, quod hæc intimatio fiat per virum Religiosum, qui accommodatis verbis mortem reo denuncet, ipsumque hortetur ad patientiam, ad pœnitentiam, & peccatorum suorum confessionem, & ad sacramenta suscipienda, & consueuit dari commoditas, quod confiteatur peccata sua, & si vult, etiam Sanctissimum Eucharistiæ Sacramentum suscipiat; & supplicium differtur in alium diem, in quo mittuntur religiosi, & confortatores ad disponendum eum, vt Christiane, & patienter mortem substinere velit, & cogitare de salute animæ, vt conuenit Christiano, vt plene Iodoc. in sua *praxi crimin. cap.* 150. Clar. *in* §. *fi.*

2 *q.* 99. *inpr.* vbi, quod extrema vnctio non datur istis damnatis de consuetudine. † Deinde cõsignatur exequutoribus, & ministris, vt ducant ad locum destinatum, & morti tradant, prout fuit con-

3 demnatus. Clar. *d. q.* 99 *inpr.* † Quod si non vellet confiteri, neq; pœnitere, datur tempus cum assistentia Religiosorum, vt possit facilius induci, & persuaderi; quod si obstinate indurat° perseuerat, non differtur exequutio vltra, quam fas, & honestum sit, sed cum omni modestia persuadendus est semper vsque ad exitũ extremum, vt si fieri possit, saluetur anima, Clar. *d. q.* 99. *n.* 4. *vers. sed*

4 *pone.* † Ersi non adesset carnifex in loco, potest compelli aliquis seruus, & vilis persona, dato sibi salario carnificis scutorũ quinq; ad exercendum officium carnificis pro illa vice, ita *communiter Docto. post Bart. *in l. fi.* §. *Titius n.* 3. *ff. de pigno. actio.* & alii, quos citat

5 Clar. *d. q.* 99. *n.* 4. *ver. sed pone.* † Sed certe si in loco vicino potest haberi carnifex etiam cum maiori impensa, abstinendum est ab huiusmodi compulsione; quia cum possit aliter prouideri, cessat necessitas, & vtilitas publica, quæ est, vt delinquens puniatur, & ne

6 defectu ministri euadat impunitus, & sic ista permissio habet locum, quando aliter non potest prouideri, ita in simili Ang. Aret. *cons.* 28. *n.* 23. *& seq. ver. & casu quo.* † Expẽsa debet fieri per Fiscum,

7 vt dicit *decis. Cap. Thol.* 41. quam citat Clar. *d. q.* 99. *num.* 5. *versi. quæro hic.* & declarat procedere, nisi consuetudo sit in contrarium, quod Communitates teneantur; quia à cõsuetudine non rece-

8 ditur. † Locus iustitiæ debet esse locus cõsuetus, nisi ex causa fiat in loco commissi delicti propter atrocitatẽ delicti, prout in grassatoribus viarum, iuxta tex. *in l. capitalium.* § *famos. ff. de pœn.* & ple-

9 ne Clar. *d. quæst.* 99. *num.* 6. *vers. item quæro.* † Comburendus debet prius strangulari, vel interfici, ne damnetur anima, si viuus comburatur, sed excipiuntur hæretici obstinati; quia cum anima eorum sit damnata, non amplius curatur de ea. Clar. *d. quæst.* 99. *n.* 7. *ver. vnum tamen.* † Pœnę plures si sunt impositæ damnato, qualiter sint exequendę? dicas, quod si vna absorbet aliam, sufficit vna, videlicet maior, prout si condemnatus sit in diuersis pœnis pecuniariis, & confiscatione bonorum, quia cõfiscatio absorbet alias particulares, & idẽ, si vna pœna extinguat aliam, prout mors per laqueum, vel per decapitationẽ, seu incisionem capitis, iudex eligit alteram, seu vnam, non autem suspenditur, & postea inciditur caput; si vero sunt plures pœnæ corporales compatibiles, exequuntur omnes incipiendo à leuiori, puta incidatur manus, trahatur ad caudam equi, tanaglietur, postea occidatur, & hoc, quãdo vnica sententia sunt latę; imo isto casu etiam quandoq; in frusta scinduntur assassini post mortem, vel ponũtur in Rota, si vero ex diuersis sentẽtiis mors extinguit minores pœnas; prout si quis fuit condemnatus ad berlinam ex vna sentẽtia, ex alia ad fustigationem, ex alia ad triremes, ex alia, quod manus amputetur, ex alia, quod moriatur, ista vltima absorbet omnes, ita Clar. *d. q.* 99. *n.* 9. *vers. vltimo quæro.* † Contra animalia bruta delinquentia certum est, quod merum imperium non exerceatur in beluas, secundum *communem, tamen aliquando de consuetudine animal interfi- * ciens hominẽ interficitur, & suspenditur, & laceratur; & idem aliquando ad deterrendum, & detestandum, quando commiserent cum hominibus, vel mulieribus, vt simul ad terrorem, & ignominiã cum delinquẽte interficiantur. Clar, *d. q.* 99. *n.* 8. *ver. quæro etiã.* † Inquiruntur etiã, & anathematizantur, & maledicũtur locustę, 11 mures, & similia animalia deuastantia fructus, indicitur prærniũ capientib⁹, & interficientib⁹; quia hoc est vtile Reipublicæ. Clar. *d.* §. *fi. q.* 99. *n.* 8. *in fi. ver. non est etiam hoc loco.* † Cadauera autem da- 12 mnatorum cum licentia iudicis sepeliuntur, excepto crimine læsæ maiestatis, & exceptis aliquibus casibus grauibus grassatorum viarum, qui remanent insepulti, & perpetuo suspensi ad terrorẽ, vel propter immanitatem criminis. Clar. *dict.* §. *final. quæst.* 100. *in princip.* † Possunt tamen cadauera etiam concedi medicis ad fa- 13 ciẽdam anatomiam. Clar. *d. q.* 100. *n.* 2. *ver. quæro.* † Vestimenta ca- 14 dauerum sunt carnificis, alia indumenta secundum consuetudinem distribuenda sunt militibus solutis expensis necessatio factis, & in summa seruanda est consuetudo. Clar. *d.* §. *fi. quæst.* 100. *in fi.* Vide Concluſ. prox. præced.

Exequutio sentẽtiæ latæ in personali, vel reali actione, quando possit exequi contra tertium emptorem, vel possessorem, aut non. Concl. 488.

EXEQVVTIO † sententiæ latæ in personali, potest exequi 1 contra tertium possessorem, qui emit pendẽte lite. Cyn. *in l. vnica. in* 8. *q. C. de alien. iudic. mut. causa facta.* qui loqtur via recta ante reuocationem, sequuntur Bald. Castr. Ias. & Hercul. *in l. à duo Pio.* §. *si super rebus. ff. de re iudic.* quos citat Capic. *decis.* 128. *n.* 12. *pſque in fi.* Anch. *cons.* 92. *n.* 5. *ver. ex hoc infero.* Vtill. *in addit. ad Afflict. decis.* 396. *n.* 7. † Extende maxime, quando ille, qui emit pendente lite, sci- 2 uit litem. Castr. *in d. l. à duo Pio.* §. *Si super rebus. ff. de re iud.* † Cõtrariũ 3 vtroq; casu, quod non possit exequi talis sententia contra eum, qui emit pendẽte lite, in personali, sed prius agendum sit reuocatoria, tenet Bart. *in l. creditores, n.* 23. *ver. videamus.* siue emerit cum dolo, & sic sciens, siue non, & hanc * communem dicit *decis. Pede- * *mont.* 65. *n.* 4. *in fi.* vbi etiam allegat Ruin. *cons.* 87. *n.* 1. *lib.* 4. de * com- * muni attestantem Hier. Gabr. *cons.* 52. *n.* 11. Crauett. *cons.* 235. cum aliis plurimis, quos allegat Rol. à Vall. *cons.* 5. *n.* 9. *& seq. lib.* 2. vbi dicit *communem. † Extende contrarium, siue sit facta pendente lite, siue non, etiã in fraudẽ; quia nõ datur exequutio non facta * 4 prius reuocatione. Rol. à Vall. *d. cons.* 5. *n.* 9. *lib.* 2. vbi de * cõmuni, * & sequitur attestando de cõmuni Vol. 2. *de cõmunib opin. de exequut. rei iudic. fol.* 275. *n.* 23. Vide, *Alienatio facta in fraudem qualiter reuocetur. Concluſ.* 268. Vide, *Fraudulenter facta non valent Concl.* 479. † De- 5 clara; quia si ematur post sententiam latam in actione personali; tunc datur exequutio cõtra emptorem tertiũ possessorem, quasi emerit in præiudicium exequutionis sententiæ, * communem * dicit *d. Pedemont. decis.* 65. *num.* 4. *in fi.* & est text. *in l. fin. C. de hered. infitit.* Bartol. per illum text. *in l. creditores in* 4. *q. versicul. videamus. C. de pignor.* Ias. *cons.* 88. *Pro veritatis, & iustitiæ. columna* 3. *& seq. lib.* 3. Alexand. *in l. sæpe, n.* 69. *ver. vna. ff. de re iudic.* vbi assignat rationem; quia singularis successor non dicitur alius, sed idem cum eo, qui fuit condemnatus. Gloss. *in l. ex contracta*, quæ est fin. *ff eod. tit.* † Si vero 6 ante sententiã (licet pendente lite) non fit exequutio contra emptorem. *l. si mater.* §. *fin. & in l. indicatæ, in fin. ff. de exceptio rei iud.* Bart. *in l.* 3. *col.* 6. *ver. videamus ergo C. de pignor.* † Declara; quia si agatur 7

de alie-

de alienatione personali lite pendente ex vltima volũtate, fit exequutio contra tertium, ita Bart. *l. creditores, n. 23. ver. aut in vltimis. C. de pignor.* Vide, *Litis pendentia operatur multa. Concl.* 381. † Amplia; 8 quia sententia lata in actione reali exequi potest contra eum, qui pendente lite, & sic post litem contestaram emit, quando agebatur de dominio in ipsa lite. Bart. *d. l. creditores, n. 23. v. secundo casu. C. de pignor.* sequitur *d. Pedem. decis. 65. n. 4. in prin.* Boer. *dec. 182. n. 51.* latissime Cæsar Vrsill. *ad decis. Afflict. 331. in pr.* † Extende, siue sciuerit emptor, siue non rem litigiosam, dummodo esset effecta vitio litigiosi, quod transit in quemcunque successorem. Couar. *practicar. quæst. cap. 15. n. 7.* † Extende, etiam si non agatur de dominio in reali, quando alienatio esset facta post sententiam; quia potest exequi contra tertium. Bart. *d. l. 3. C. de pignor. n. 23. d. decis. Pedemont.* 11 65. *n.* 4. quæ allegat conc. † Extende, quando dolose desiit possidere. Bart. *in 3. quæst. Perusinæ ciuitatis, in pr. n. 4. ver. quarto.* † Extende; quia exequutio laudi potest dari contra tertium, qui emit à condemnato ex laudo, in reali, quando emptio esset, postquam laudum transiuit in iudicatum; quia ex quo ius exequendi erat in esse productum ante emptionem, competit cõtra tertium, quicumque post ius quæsitum. Bart. *in d. l. n. 23. ver. circa hoc igitur. C. de pignor. Pract. Pap. in for. act. realis, in ver. tenet & possidet. n. 5.* † Restringe, quando lis fuisset perempta; quia instantia esset deserta. Vrsill. ad 14 *dict. decis. Aff. 331. n. 2.* † Restringe, quãdo ageretur actione reali, & non esset quæstio de dominio, sed de hypotheca; quia agendum est via ordinaria, vt reuocet alienatio, *d. decis. Pedemont. 65. n. 4. ver.* 15 *aut quærimus.* † Contrarium tenet Boer. *decis. 182. n. 48.* quãdo fuit 16 citatus tertius possessor. † Restringe multò magis, si fiat alienatio ante litem motam; quia tũc indistincte, siue agatur postea in reali, vel personali, vel de dominio, vel nõ, nunquã datur exequutio 17 contra tertiũ. *d. Decis. Pedẽ. 65. n. 4. ver. tertio casu.* † Declara hanc vltimam restrictionem duobus modis per Neuiz. *cõs. 20. n. 13.* quem 18 refert, & sequitur *d. decis. Pedẽ. 65. n. 4.* † Amplia, quando adesset vi- tium litigiosi. *d. decis. Pedem. 65. n. 12.* q. quando sit, Vide, *Litigiosi vi-* 19 *tium, & eius pœna. Concl.* 387. † Amplia; quia instrumentum habens exequutionẽ paratã, quia æquipollet rei iudicatæ, potest exequi tam contra principalem, quam contra singularem successorem. Ang. & Alex. *in l. 1. §. si heres percepto fundo. in 1. not ab. ff. ad Treb.* Ias. *cõs.* 88. *Pro veritatis, & iustitiæ. col. 3. & seq. lib. 3.* & est ratio, vt dicit Alex. in *l. sæpe, n. 69. ver. vna. ff. de re iudic.* quia singularis successor non dicitur alius, sed idem cum eo, qui fuit condemnatus, allegat Gloss. fin. in fin. ver. in *l. ex contractu. ff. eod.* Specul. *tit. de sentent. §. nunc de effectu, vers. item pone.* Rom. *cons. 311. In casu proposito, in 3. col. vers. quoad secundum,* non obstat *l. qui restituere. ff. de rei vendic.* quia nõ loquitur 20 in habente causam à condemnato. † Declara; quia Florentiæ procedit stante statuto de reiecta excussione bonorum, sed in casu Ias. *cons. 88. lib. 3.* ille tertius possessor erat loco hæredis; quia vniuersa bona debitoris, & titulo lucratiuo possidebat; quo casu etiã personalis in eum transiret in subsidium, nedum hypothecaria. 21 † Declara; quia de iure communi sententia lata in personali, vel reali contra debitorem non potest exequi contra tertium possessorem, nisi quando actum est reali, & facta excussione; fallit, nisi actor habeat cõstitutũ in bonis à debitore ante alienationẽ factã. Soc. *Reg. 26. exequutio sentẽtiæ, vel instrumenti.* Vide plenius, *Constitu-* 22 *tum operatur multa. Concl.* 786. † Amplia; quia sententia lata super hypothecaria potest exequi cõtra tertium possessorem, & emptor. 23 rẽ. Boer. *dec. 282. n. 48.* vbi dicit, pcedere eo citato. † Amplia; quia sententia lata, seu brachium militare relaxatum contra aliquẽ, & eius bona, si antequã fiat exequutio, moritur. potest exequi cõtra hæredem illius. Castr. in *l. fi. §. donec. C. de iur. deliber.* & Imol. *in c. quia* 24 *V. de iudic.* † In contrarium videtur facere; quia non potest expelli, neque contra eum potest exequutio dari, nisi cum discussione, prout si esset tertius possessor, quia possessio hęredis est noua possessio à possessione defuncti. *l. cum hæredes. ff. de acquir. possess.* Innoc. 25 in *cap. Abbate, de verb. signific. col. 2.* Bald. *in l. de eo, § iis, ff. ad exhib.* † Declara; quia licet sit diuersa possessio; non tamen diuersum ius, neque diuersa persona, ita Alex. in *l. sæpe, num. 69. versic. vna. ff. de re iudic.* qui loquitur in fortioribus, videlicet in singulari successore. 26 Vide supra *n. 5. & seq.* † Declara; quia pactum exequutiuũ, vel constitutum de ingrediendo propria auctoritate, non debet exequi contra tertium possessorem non citatum, & nõ præcedente liquidatione negocii, an is, qui fecit constitutũ, possideret. Anch. *cõs.* 133. *Satis inaduertenter, ver. quoddam est ius,* sed bene istis probatis po- test exequi. Vide, *Pactum ingrediendi propria auctoritate quid operetur.* 27 *Concl.* 37. † Limita; quia habens rem communem, puta cũ fratre potest impedire executionem sententiæ latæ ad fauorem tertii cũ fratre, seu contra fratrem, ne compellatur inuitus recipere sociũ, non acceptum in re cõmuni. *l. si conuenerit in fi. ff. pro socio,* per quem

text. ita Castr. *cons. 179. In causa, quam magnificus. col. fi. ver. super* 4. *lib.* 1. & dat exemplum in filio, ne compellatur recipere nouercam in sociam, quia rixosa est. † Extẽde; quia habens pactum de non di- 28 uidendo ad certum tempus impedit exequutionem sentẽtiæ latæ ad fauorem tertii, ne compellatur diuidere; quia habens sententiam cõtra socium dicitur habere ius à socio; ideo sicuti socius non posset pœnitere, neque reuocare; ita neque habens causam ab eo. Castr. *d. cons. 179. col. fi. ver. itẽ habet iustã causam, lib. 1. n.* 8. † Li- 29 mita; quia tertius impedit exequutionem sententię, quando prętendit interesse, vt quia ex ipsa exequutione damnificaretur; sec9 si non damnificaretur. Bart. *in l pen. ff. de pet. hæred.* & exemplum datur, quãdo possessio est vacans; quia interest tertio, ne impleatur. Castr. *d. cõs. 179. col. fi. n. 9. ver. præterea, lib. 1.* vbi apost. citat Corn. *cõs.* 108. *n. 3. & sequen. lib. 3.* † Extende, vt idem sit, si possessio esset ple- 30 na; quia exemplaregulam non restringunt, veluti si potẽtior vellet mitti in possessionem; quia interest tertii, ne potentior ingrediatur loco personæ facilis ad conueniendum. Castr. *d. cons. 179. n.* 9. *lib. 1.* † Extende multis casibus, prout quando daretur exequ- 31 tio contra dominũ feudi; quia vasallus etiã sciens causam agitari impedit exequutionem, quando actio competebat vtrique, tam domino, quam vasallo, ex quo nõ potuit vasallus dominum prohibere, neque è contra. Abb. *cons. 89. n. 5. & seq. ver. nec sententia lata, lib. 1.* latius *cons 3, Nitar. in* 10. *quæst. lib. 2.* † Limita, quando sententia 32 esset lata per collusionem inter matrem & filium, qui nullam fecit defensionem, sed imo constat, quod passus est se vinci, & confessus est; quia non debet exequi contra tertium, vel in eius præiudicium; & idem, si non fuit tertius citatus. Castr. *d. cons. 179. in fi. ver. Super vltimo.* Vide, *Possessor, & non possessus debet conueniri. Concl.* 440. Vide, *Tertius veniens prosuo interesse non impedit exequutionem multis casibus. Concl.* 86.

Exequutio sententię non retardatur multis casibus. Concl. 489.

EXEQVTIO † sententiæ latæ per iudicem secularem, non 1 opposita exceptione iuramenti, non retardatur, si transiuit in iudicatum; quia licet contractus, vel aliud pactum nullum ratione iuramenti obstet ad effectum absolutoriæ obtinendæ; tamen ex quo agitur vigore sententiæ, & non fuit oppositum, non est retardanda exequutio. Lap. *alleg. 25. An minor, n. 3. ver. ad quartum.* Petr. de Anch. qui loquitur in arbitramento *cons. 98. Ista quæstionem, n. 2. & 3.* † Amplia; quia non retardatur processus exequ- 2 tiuus instrumẽti, neque exequutio coram iudice ordinario, licet iudex mercantiæ Senarum habẽs iurisdictionem circa exceptionem solutionis inhibeat; quia vterque procedit, neque inhibitio retardat, vel suspendit, quod non posset cognoscere iudex mercantiæ, nisi de sola solutione, & non de tota causa. Abb. *cons. 5. In quæstione. in pr. lib. 2.* † Amplia; quia non retardatur exequutio sen- 3 tentiæ, quæ transiuit in iudicatum, latæ per iudicem seculatẽ super exequutione instrumenti, coram quo fuit opposita simulatio simplex instrumenti, licet reus nunc qualificet simulationem vsurariam coram ordinario Ecclesiastico; quia præsumitur ex dolo; ideo non retardatur exequutio. Bald. *cons. 289. Breuiter me expedirem, lib. 5. per tot.* Vide, *Iudex Ecclesiasticus inhibet seculari quo ad multa.* 4 *Concl.* 444. † Extende; quia exequutio sententiæ, quæ transiuit à statuto, non retardatur, licet condemnatus coram Ecclesiastico petierit declarari per viam principalis petitionis instrumentum esse vsurarium, super quo fuit pronunciatum. Alex. *cons. 83. Interrogatus. in fin. lib. 5.* vbi apost. *ver. Exequutio.* dat concord. † Extende 5 maxime, quando actor est paratus præstare cautionem de restituendo. Bald. *cons. 290. In causa istorum nobilium. per tot.* maxime *in fi. lib. 5.* † Extende; quia exequutio rei iudicatæ non retardatur per 6 denunciationem Euangelicam factam coram Ecclesiastico, nisi per confessionem partis constaret de iniustitia rei iudicatæ. Alex. *cons. 83. n. 2. & seq. lib. 5.* vbi apost. extendit, nisi esset notoria iniustitia, vel si aliter incontinenti probaretur victorem esse in peccato, vide eam; quia in fine tenet extensionem. † Extende; quia li- 7 cet extet statutum, quod fiat compromissum inter coniunctos, si petatur super causa clara, datur exequutio instrumenti data cautione in casu succumbentiæ ob exceptionem propositam, ita Curt. Iun. *in l. si quis in conscribendo, n. 47. ver. postremo. C. de pact.* † Ex- 8 tende idem esse in sententia lata cõtumatoria laudi per iudicem petitum ad reducendum; quia licet sit magis* communis opinio, * quod detur appellatio; tamen si datur cautio, & sententia parum lædit, danda est exequutio, ita Benintend. *decis. 15 per totam.* vbi late. † Amplia; quia exequutio, & venditio pignorum non te- 9 tardatur, etiam si anterior creditor compareat, & velit impedire

pedire secundum; quia non auditur, ex quo secundus facit rem omnibus vtilem. Vide, & declara, vt in *ver. Creditor potest iure credi-*
10 *toris vendere, & quomodo. Conclus.* 1059. † Amplia; quia exequutio sententiæ, quæ alias fieri non deberet, sed suspenditur propter præiudicium ciuile irreparabile, prout si facienda esset exequutio personalis, conceditur præstita cautione per eum, qui petit exequutionem: ita seruari dicit apost. fin. ad Alex. *consil.* 17. *Requisitum in causa, in ver. exequendam, lib.* 1. & approbat Visil. in *additio. ad*
11 *Affict. dec.* 190. *n.* 5. † Contrarium Alex. *cons.* 15. *lib* 6. vbi, quod hæc captio admittitur solum in exequutione reali ad obtinendum exequutionem; secus si agatur de quantitate, vel captura, vtet-
12 iam expresse tenet *dict. consil.* 17. *per totum. lib.* 1. † Amplia; quia non retardatur exequutio sententiæ propter verba sententiæ refertur quantia condemnato ius aliquod non liquidatum, neque admittitur depositum muscale cum fideiussione, adde plene pro vtra-
13 que parte Benintend. *decis.* 77. † Declara, nisi in reseruatione sint verba denotatia contrarium, prout si diceretur, *deductis, vel solutis*
14 *prius melioramentis, quæ reseruamus*, vel quid simile. Castr. *consil.* 270. *lib.* 2. sequitur Negus. *de pign. in* 4. *membro* 5. *partis, ver. tertia conclusio.* Vide tamen Benintend. *decis.* 77. vbi declarat Castrens. & Negus. & distinguit. Vide *Meliora mihi dant retentionem rei, & quando secus.*
15 *Concl.* 182. † Amplia; quia exequutio rei iudicatæ non retardatur per exceptionem nullitatis requirentem altiorem indaginem. Bart. & cæteri in *l.* 4. § *condemnatum, n.* 3. *& seq. ff. de re iud.* cuius opi-
16 nionem ibi * communem dicunt Alex. *n.* 5. Iat. *n.* 5. Petr. Surd. *cons.* 99. *nu.* 6. *& seq.* assignantes rationem; quia vbi agitur de exequutione rei iudicatæ, causa est summaria, & in possessoriis, & aliis summariis exceptio requirens altiorem indaginem non admitti-
17 tur. † Extende idem in exceptione compensationis, vel alia, quæ admitteretur, quando requirit altiorem indaginem. Rom. *consil.*
18 76. *n.* 3. *& seq.* † Extende; quia exceptio requirens altiorem indaginem non impedit exequutionem rei iudicatæ. Alex. *cons.* 83 *lib.* 1.
19 *& cons.* 95. *n.* 8. *lib.* 2. *cons.* 83 *n.* 8. *lib.* 5. *l. fin. C. de ordi. cognit.* † Extende; quia exequutio obligationis iuratę debet concedi, non obstante, quod eadem die debitor excipiat de nullitate ex causis requirentibus causæ cognitionem; quia data cautione per petentem
20 exequutionem datur exequutio. Afflict. *dec.* 387. † Extende in exceptione requirente altiorem indaginem in instrumento habente exequutionem paratam; quia non retardatur exequutio, sed
21 fit, postea potest plene cognosci de meritis, & de exceptione iterum; & in hoc differt exequutio instrumenti ab exequutione rei iudicatæ; quia licet instrumentum habens exequutionem paratam æquiparetur rei iudicatæ: tamen illud est quoad nudam exequutionem, non quoad alia, ita Castr. *cons.* 91. *In causa appellationis,*
22 *nu.* 8. *lib.* 1. † Extende in exequutione laudi habentis ex forma statuti Florentiæ paratam exequutionem; quia si opponitur de nullitate per modum exceptionis, nisi doceat de nullitate in termino, datur exequutio: si vero per viam principalis petitionis, non
23 retardat exequutionem. Castr. *cons.* 260. *Visis compromisso, nu.* 5. *ver. hoc præmisso, lib.* 1. † Dicitur autem exceptio requirens altiorem indaginem, quando est super facto dubio. Petr. Surd. *d. cons.* 99. *n.* 9.
24 *& seq.* † Item, quando in continenti probari nō potest arbitrio iudicis, vel durante executionis instantia. Surd. *d. cons.* 99. *n.* 39. *& seq.*
25 † Restringe, quando nullitas sententiæ esset notoria; quia impedit exequutio. Anch. *cons.* 189. Alex. *cons.* 103. *colum. penult. & fin.*
26 *lib.* 3. & aliquit per eundem Anch. *consil.* 6. *col.* 3. † Restringe in exceptione defectus iurisdictionis, prout si sententia sit lata contra mortuum, vel ad fauorem mortui; quia retardatur exequutio, etiam si exceptio requirat altiorem indaginem, late Petr. Surdus *d.*
27 *consil.* 99. *n.* 42. *& seq. ver secundo respondetur.* Vide plene Masc. *Concl.* 686. *Exceptio nullitatis, quæ non potest probari in continenti, an impediat.*
28 Vide, *Nullitas sententiæ impedit exequutionem, & quando secus. Conclus.* 335. *Concl. ibi proxima seq.* † Amplia; quia exequutio instrumenti, & sententiæ datur non obstante compromisso facto de ipsis contentis in instrumento claro, & exequutiuo. Castrens. *consil.* 429.
29 *Visis, & consideratis, lib.* 1. *in princ.* † Contrarium videtur velle idem Castrin *l. pecuniam, quam. ff. si cert. petat.* vbi, quod pendente compromisso super sententia non fit exequutio sententię. † Declara; quia dubia redditur opinio Castrens. contraria ex iis, quæ tradit
30 Socin *l. quibus diebus, §. quidam Titio. ff. de condit. & demonstrat.* Ideo si dictum fit in specie, non obstante sententia, & instrumento, re-
31 tardatur exequutio; secus, si nihil sit dictum. Vide in *ver. Compromissum generale quæ comprehendat, vel non. Concl.* 519 † Extende; quia si petatur laudum vigore compromissi, quod habet exequutionem paratā, licet arbiter, vel arbitrator reseruauerit sibi facultatem reformandi, & corrigendi; tamen exequi debet, si petatur, non obstante pendentia super reformatione. Bald. in *c. sustitata, de in integer. restitut. & in l. idem Labeo. ff. famil. herciscund.* † Extende
28 quia exequutio instrumenti puri habentis exequutionem paratam debet fieri, non obstante, quod de ipso instrumento fuerit compromissum cum pacto, quod toties debeat compromitti, donec sequatur laudum; quia si expirauit primum compromissum, licet secundum debeat fieri, non retardabitur exequutio.
29 Castrens. *cons.* 31. *Super primo quæsito.* † Et idem in instrumento gurentigiato habente exequutionem paratam; quia æquiparatur sententię, vel rei iudicatæ. Roman. *cons.* 76. *num.* 4. *ver. æquiparatur.*
30 † Amplia; quia exequutio rei iudicatæ est danda, quamuis sit iniusta contra ius partis; quia illi parendum est, *l. seruo. §. cum prætor. ff. ad Trebell.* vbi Bart. Castrens. & alii. *l. si prætor. ff. de iudic. l. cum pu-*
31 *rem. ff. famil. herciscund. l. si fideiussor. §. in omnibus. ff. mand.* † Extende etiam si contra ius esset lata; quia valet per prædicta. Vide, *Sententia contra ius lata est nulla, & quando secus. Conclus.* 141. † Restringe,
32 nisi error iuris esset expressus in sententia, qui appareret ex tenore sententiæ, vel per relationem ad acta. Bart. Castrens. & alii in *l. seruo, §. cum prætor. ff. ad Trebell.* Aret. *cons.* 75. Alexand. *consil.* 79 *lib.* 2.
33 Felin. in *cap.* 1. *de re iud. in prima limitatione.* † Amplia; quia exequutio sententiæ nullius defectu citationis, licet sit retardanda; quia quod nullum est, nullam meretur exequutionem, *l.* 4. § *eōdemnatum. ff. de re iud. cum ibi not.* Tamen quando citatio non erat necessaria, vt quia inuito non citato potuit sententia ferri, non est nulla. Castr. *cons.* 34. *lib.* 2. Abb. in *cap. cum olim. num.* 20. *de re iudic.* Dec.
34 in *l. qui potest inuitus, n.* 2. *ff. de reg. iur.* Affli. *decis.* 182. ideo potest exequi; quia defectus, qui non annullat, non impedit exequutionē. Alexand. in *l. recusare. in fine princip. ff. ad Trebellian. & consil.* 130. *lib.* 1.
35 † Amplia; quia sententia lata ex falsa causa, vel ex instrumentis falsis, licet sit nulla; tamen ex quo exceptio requirit altiorem indaginem, non retardatur exequutio. Bartol. & Alex. in *l. fin. C. si ex falsis instrum. & in d. l.* 4. § *condemnatum. ff. de re iudic.* † Amplia; quia
36 guarentigia in instrumento habet exequutionem paratam. Vide, *Exceptio requirens altiorem indaginem exclusa quando admittatur. Concl.* 409. Vide, *Res iudicata operatur multa. Conclus.* 266. † Limita; quia exequutio sententiæ per viam brachii militaris intentata impeditur per litis pendentiam super nullitate principaliter, & per viam actionis intentata. Franc. in *cap. dilecto, ver. circa tertium, de appellat.* † Restringe, quando per viam exceptionis est proposita;
37 quia tunc non retardatur exequutio. Franch. *d. cap. dilecto, ver. circa tertium, de appellat.* † In contrarium in vtroq; membro, quod imo
38 exequutio sententiæ impediatur, quando nullitas per modum excipiendi deducitur; secus si per modum agendi, est *decis. Rotæ* 3. *de except. in Nouell.* alias 280. & ita per plura etiam Alex. *consil.* 83. *Interrogatus, n.* 9. *ver. præterea. lib.* 5. † Declara; quia si causa agitatur co-
39 ram iudice seculari exequutiua per viam renuntiæ, & nullitas coram Ecclesiastico, siue per modum agendi, siue per modum excipiendi, semper suspenditur exequutio propter præiudicium; & quia cognitio spectat ad ecclesiasticum, ita Doctor. in *cap. tuam, de ordin. cognit.* Vide, & declara, vt supra *in princ.* † Limita, quando
40 illud, quod allegatur, & impediret exequutionem, non requirit altiorem indaginem, sed potest probari incontinenti. Alex. *d. cons.* 83. *n.* 8. *ver. Confirmantur, lib.* 5. concord. Alexand. *consil.* 33. *in fin. lib.*
41 1. *& consil.* 77. *num.* 11. *lib.* 2. † Limita; quia iudex commissarius non habet iurisdictionem pro exequutione suæ sententiæ, sed debet fieri officio ordinario iudicis. Bald. in *l. properandum. §. sin autem reus. C. de iudic.* † Declara; quia post annum non habet exequutionem,
42 sed intra annum secus. Specul. *de exequut. sentent. §. videndum an sint.* † Limita; quia licet quis compellatur soluere propter exequutionem paratam, prout vigore guarentigiæ, vel alterius rigoris; tamē
43 non excluditur in iudicio ordinario à repetendo, & agendo. Castrens. *cons.* 39. *in fin. lib.* 2. † Limita; quia etiam in casibus, in quibus
44 exequutio non retardatur, potest tamen suspendi per iudicem equitate suadente. Roman. *cons.* 244. *Pro euidentia dicendorum.* Bart. Castr. & alii in *d. l.* 4. § *condemnatum. ff. de re iu.* Vide, *Appellatio à sententia exequutoria an suspendat exequutionem. Concl.* 411. Vide Concl. prox. seq.

Exequutio sententiæ, & instrumenti exequutiui nō est danda multis casibus. Concl. 490.

EXEQVTIO † sententiæ nullius non datur, etiam quod in
1 stantia deserta transierit super nullitate; quia vbicunq; cōstat de nullitate ex eisdem actis, vt quia non fuit lis contestata, licet non possit vlterius agi de nullitate; tamen iudex non potest talem sententiam exequi, & si exequatur, potest appellari, & dici de nullitate exequutionis. Bald. *consil.* 225. *In causa vertente, in pr. lib.*
2 5. † Extende idē, si est nulla apparenter; quia non est certa, neque exactis

ex actis certificatur; quia non debet exequi. Alexan. *consi.* 109. *Viso proc. in pr. lib.* 5. † Extende; quia danda non est exequutio sententiæ, quando pendet nullitatis iudicium super eadem sententia, quia debet supersedere. Felin. in *c. de causis, de offic. deleg.* Afflict. *decis.* 283. *per tot.* & alias cum penderet iudicium nullitatis ob defectum solutionis gabellæ fuit denegata exequutio Florentiæ. † Amplia; quia exequutio sententiæ conditionalis non potest concedi, nisi purificata conditione in forma specifica, & constet iudici de purificatione. Bald. in *l. cum testamẽto, in fi. C. de manumiss. testam.* Deci. *consi.* 107. *ad fin. & consi.* 405. *nu.* 1. *& consi.* 421. *nu.* 6. *& consil.* 419. *col.* 1. & *consi.* 251. *col. fin. & consi.* 325. *& consi.* 401. *nu.* 1. † Amplia; quia exequutio non potest dari, nisi constet de iure exequibili, & quid, & quatum, ideo necessaria est certificatio, & liquidatio. *l. hæc autem. §. 1. ff. ex quib. caus. in possess. eatur.* Bald. *consi.* 61. *In ista quæstione, lib.* 2. & *consi.* 214. *vt apparet. lib.* 4. Alex. *consi.* 25. *Viso instrumento. nu.* 8. *lib.* 2. & magistraliter tradit Bald. *consi.* 99. *Præmissis, lib.* 5. vbi adducit rationem. Corn. *consi.* 223. *Videtur col.* 2. & 3. *lib.* 2. Bald. in *l. apertissimi. C. de iudic. & in d. l. cum testamento. ad fi. C. de manumiss testamen. & consi.* 298. *Præmittendum est. lib.* 3. Castrens. *consil.* 71. *Super primo. col. fi. lib.* 1. Alexand. *consi.* 90 *Viso testamento. colum. fin. lib.* 3. Iaso. *consi.* 100. *col.* 2. *lib.* 4. & in *l.* 1. *in pr. n.* 32. *ver. modo ego habeo. ff. de eden.* Vant. *de null. processus. nu.* 102. Crauett. *consi.* 164. *n.* 2. Couarr. *lib.* 2 *variar. resolut cap.* 11. *n.* 1. *ver. in summa.* Olasc. *decis. Pedemon.* 129. *n.* 1 & *n.* 6. Magon. *decis. Lucen.* 78. *n.* 8. Vide, *Statutum circa exequutionem instrumentorum multiplex. Concl.* 533. *n.* 51. *& multis seqq.* † Extende; quia instrumentum nõ dicitur liquidum tam ratione summæ, quam ratione personarum, & causarum; ideo vxor repetens dotem non habet instrumentum liquidum, nisi probata morte mariti, quę liquidatio debet fieri parte citata. Aretin. *consi.* 32. *in princ.* † Extende in non nominata persona, quia si statutum dat exequutionem instrumento contra debitorem, procedit etiam contra hæredem debitoris, sed deber prius liquidari, quod fit hæres citata parte, alias non est liquidum instrumentum, ita Aret. *d. consil.* 32. *in princ.* Alex. *consi.* 188. *num.* 2. *lib.* 2. † Extende in cessionario; quia debet prius liquidare, quod sit cessionarius. Alex. *consil.* 96. *nu.* 3. *lib.* 4. Marsil. *sing.* 26. Vide, *Fictio non operatur quantum veritas, & quando secus. Concl.* 221. Vide, *Statutum circa capturam debitoris contra quos habeat locum. Concl.* 479. † Extende; quia si agatur de exequutione contra bona debitoris possessa per tertium, non sufficit relatio nuncii, sed debet prius liquidari, quod bona fuerint debitoris nominati in instrumento. Castren. *consi.* 165. *num.* 2. *lib.* 2. † Extende; quia instrumentum crediti competentis Titio defuncto non est liquidum, nisi hæres doceat se hæredem creditoris. Castr. *consi.* 169. *in fi. lib* 2. Vide, *Liquidatio crediti facienda ante condemnationẽ, & quãdo secus. Concl.* 352. † Restringe, quando petitur exequutio sententiæ non liquidæ, vel instrumenti non liquidi animo faciendi * liquidationem in exequutione, communem * dicit Olasch. *d. decis. Pedemon.* 129. *n.* 14. † Amplia; quia exequutio non datur etiam in casu, in quo ex priulegio esset danda, quando præiudicium esset irreparabile per exequutionem. Alex. *consi.* 17. *Requisitus per tot. n* 4. *& seq. lib.* 1. vbi, quod istis casibus restitutio in integrum, & exceptio nullitatis, quæ alias nõ impedirent exequutionem, impediunt, si agatur de præiudicio irreparabili. † Amplia; quia etiam in exequutiuis retardatur exequutio, quando is, contra quem petitur, excipit de iure suo, & offert incõtinenti illud probare. Cast. *consi.* 179. *In causa. quam magnificus col. fin. ver. & etiam iusta causa, lib.* 1. † Amplia; quia exequutor non debet praeire mandato euidenter iniquo. *cap. pastoralis. §. quia vero. de offic. deleg.* Abb. *consi.* 100. *Ad claram. nu.* 4. *lib.* 1. † Et ad instantiam Ecclesiastici secularis non exequitur iniusta præcepta, Abb. *d. consi.* 100. *num.* 4 *lib.* 1. † Et iniustum decretum non excusat capientem possessionem à pœna. *l. si quis in tantam. C. vnde vi.* Abb. *d. consi* 100. *nu.* 4. *lib.* 1. † Amplia; quia si instrumentum exequutiuum fuit semel exequutioni demãdatum, & data tenuta bonorum, quorum adiudicatio est facta creditori, non potest iterato peti re exequutionem post multos annos. prætextu, quod non fuerit satisfactus; quia præsumitur satisfactus, & exequutio de nouo relaxata est reuocanda. Petr. de Anchar. *consi.* 40. *Visa petitione. per tot.* maxime *in fi.* † Videtamen; quia non dicitur habuisse effectum, quod non durauit; ideo si facta exequutione semel is, contra quem facta est exequutio reuerteretur ad possessionem occupandam, debet toties expelli, vide Bart. in *l. sicut. §. supernacuum. ff. quibus modis pign. vel hypothec. soluit. n.* 2. & quæ ibi posui. Anchar. plene. *consi.* 92. late Marl. *consi* 122 *in pr.* Vide, *Perseuerantia actus requiritur, vt effectum producat, & quando secus. Concl.* 315. † Extende idem in sententia. Petr. de Anchar. *d. consi.* 40. *nu.* 4. *vsque in fin.* † Amplia; quia restitutio in integrum petita impedit exequutionem sententiæ. Abb. in *c. suscitata, de in integr. restitut.* Bart. in *l. si prætor. §. Marcellus. ff. de iudic. & in l. fina. C. si ex fals. instrum.* Castrens. *consil.* 257. *In causa, quæ vertitur Parmæ. colum.* 2. *lib.* 1. Fulg. *consi.* 150. *Quidam Ciues Senenses*, vbi dicit dari restitutionem in integrum aduersus sententiam, quæ fuit deserta defectu procuratoris tutoris pupillorum. Corn. *consi.* 111. *lib.* 1. & est text. in *l. vnica. C. nil nouari in integr. restit. postul.* & ibi Bald. & hoc procedit de iure Ciuili, vt per Doctor. in *l.* 4. *§. condemnatum. de re iudic.* Alex. in *l.* 3. *§. si seruus. ff. de acquir. possess.* Imol. in *l. qui à latronibus. §.* 1. *ff. de testament. circa fi.* † Contrarium, quod non impediat restitutio in integrum minoris exequutionem iudicati, tenent multi, quos refert Cassador. *decis.* 1. *de restitut. in integr.* † Declara; quia si petatur per calumniam ad differendam exequutionem, non impedit; si vero bona fide, impedit. Innoc. in *c. suborta, de restitut. in integr.* Cassad. *d. decis.* 1. *de restit. in integr.* vbi, quod est arbitrarium iudici, idem dicit Cuman. *consi.* 50. Fulgos. *consi.* 150. Vide, *Restitutio in integrum quando impediat exequutionem, vel non. Concl.* 293. † Et diceretur constare de calumnia, quando esset cognitum de eodem articulo, super quo vult iterum audiri. *l. quod in diem. §.* 1. *ff. de petit. hæred.* † Amplia; quia sunt decem & septem modi, in quibus exequutio sententiæ impeditur, de quibus Specul. in *titu. de except. rei iudic. §. postremo.* Gloss. in *l.* 1. *C. de iur. & fact. ignor.* † Amplia; quia non debet exeqüi, si conditio in ea apposita, vel modus non est probatus ab eo, qui petit exequutionem, siue probatio sit affirmatiua, siue negatiua. Alexan. *d. consi.* 109. *Viso processu, nu.* 4. *& seq. ver. secundo principaliter, lib.* 5. † Amplia; quia exequutio sententiæ latæ à iudice incompetenti non est danda. Anchar. *consi.* 259. *Ex verbis, in pr.* vbi loquitur, quando constat ex inspectione, vt quia iudex Venetus condemnat Ferrariensem absentem. † Amplia; quia exequutio instrumenti impeditur per exceptionem, quod agens nõ impleuerit ex parte sua, nisi hoc doceat. Corn. *consi.* 279. *lib.* 3. Vide, *Implere debet actor contractum ex parte sua, alias non agit ex eo. Concl.* 50. † Et quod ex contractu vltro, citroque obligatorio non detur exequutio, nisi constet agentem impleuisse ex parte sua, est text. in *l. Iulianus. §. offerri. ff. de actio. empt. & in l. ædiles. la prima. ff. de adil. edict.* vbi Gloss. *l. filia lucet*, vbi Bald. *C. de collat.* Corn. *cons.* 121. *Quanquam videatur, ad fi lib.* 1. Crauett. *consi.* 246. *num.* 2. *ver. Imo etiam.* Dec *cons.* 463. *num.* 1. & 2. † Extende etiam si capitula instrumenti sint diuersa, imo etiam si essent diuersa instrumenta, dummodo correspectiua. Menoch. *lib.* 6. *præsumpt.* 12. *num.* 4. *cum seq.* † Amplia; quia exequutio denegatur, si lata fuit contra non citatum, & non constat de mandato asserti procuratoris citati. Anchar. *d. consil.* 259. *in princ.* † Amplia; quia exceptio solutionis retardat exequutionem sententiæ, maxime, quando est lata contra absentem. Anchar. *d. consi* 259. *n.* 4. *& seq. ver. sed præsupposito.* † Limita, seu declara; quia in omnibus casibus, in quibus exceptio aliqua retardat exequutionem, debet intelligi, quando fuit omissa, & non cognita, neque discussa; si vero fuit alias proposita, & discussa, nõ retardat, *l. quod in diem, §.* 1. *ff. de petit. hæred. l. fin. C. de fid. instru. & in l.* 1. *C. si ex falsis instru. cum tbi not.* † Limita regulariter, quia sententia, quæ transiuit in iudicatum, exequi debet ex dispositione iuris communis. *l. minor la pen.* & ibi Bartol *ff. de minor. l.* 2. *C. de exequut. rei iudic.* vbi Bart. Bald. & alii docent, qualiter ad hoc comperat officium iudicis; quia parum prodesset habere rem iudicatam, nisi etiam exequutioni mandaretur. Specu. *in titu. de exequut. senten. in ipso proœmio.* & ideo conueniens est, vt ille, qui tulit sententiam, quæ transiuit in iudicatum, illam exequatur, Bartol. & alii, maxime Iaso. in *l. à duo Pio §. sententia. ff. de re iudic.* † Extende in tantum, vt omnis sententia præsumatur habere exequutionem paratam de iure communi. Bald. in *l.* 1. *colum. fin. num* 13. *C. de exequut. rei iudic.* † Et Florentiæ habet exequutionem paratam etiam de iure municipali, vt in *statuto* 1. *ver. & sententiæ latæ. lib.* 2. † Extende; quia in imploratione officii iudicis pro exequutione sententię non est opus libello, neque ordine iudiciario. Bart. in *l.* 2. *in fin. C. de exequut. rei iudic.* sed facilis, & breuis debet esse iudex in tali exequutione concedenda, maxime, quando non adest contradictor. Bald. in *d. l. col fi. nu.* 14. *C. eod.* & est text. in *d. l. à duo Pio, in princ. & §.* 1. vbi Iaso. *nu.* 4. *ver. tertio nota. ff. de re iudic.* † Extende, quia sufficit, qualitercumque, & quomodocunque, & quandocunque exequutio petatur ab habẽte rem iudicatam pro se, etiam si per simplicem exhibitionem precum; quia sunt loco libelli. Alexand. *consi.* 201. *In causa, lib.* 2. & satis est, etiam si in precibus sit petitum, sententiam latam ad effectum perduci; quia effectus est, quod exequatur. *l. ordo, in fi.* ibi, *ad effectum perducatur, & l. exequutorem.* ibi, *ad effectum videtur adducere. C. de exequut. rei iudic.* † Restringe, dummodo sententia sit pura, & liquida. Vide supra *num.* 10 & 11.

Exequu-

Exequutionem paratam habet sententia, quæ facit iudicatum. Concl. 491.

1 SENTENTIA, † quæ transiuit in iudicatum, habet exequutionem paratam. Bart. *in l. minor. la prima. ff. de minor. & in l. 2. C. de exequut. rei iud.* vbi Salyc. & alii. Boer. *decis. 298. n. 8. vers. Item fallit in arresto.* Soc. Iun. *conf. 67. n. 1. lib. 1.* † Extende in tantum, quod non requiritur ordo iudiciarius. Ias. *in l. à diuo Pio. n. 4. ff. de re iud. & in l. 4. §. fin conuentione. n. 3. ff. eo.* † Extende; quia sententiæ, quæ transiuit in iudicatum, parendum est. Curt. Sen. *consil. 65. col. 2.* † Et exequi debet. Roman. *consil. 430.* † Quia nihil prodesset sententias ferri, si exequutioni non mandarentur. Specul. *in titul. de exequut. sentent. in princ.* Ioan de Anan. *consil. 55. col. 2. l. 2. §. post originem. ff. de orig. iur.* concord. Philosophus *6. Polit.* qui dicit nihil prodesse debere iustis iudicia, & sententias dare, nisi essent, qui eas exequutioni demandarent, text. in *cap. vbi periculum. §. præterea, de elect. in 6. & in cap. vnico. §. & quoniam, de stat. regul. eod. lib. 6.* & iste est effectus sententiæ, vt in *rubric. ff. de re iud.* vbi Castrens. & Iaso. qui adducunt text. in *cap. suscitata. de in integr. restit.* vbi. Abb. in *vltim. not.* † Et tunc dicitur res perfecta, & suum effectum sortita, quando ad exequutionem est deducta. Bald. & Ang. in *l. metum autem, §. sed prætor. ff. quod met. caus.* Guid. Pap. *conf. 125. nu. 6.* † Amplia; quia multo magis debent exequi tres sententiæ conformes, quæ faciunt rem iudicatam. Vide, *Appellatio contra tres conformes non datur. Conclus. 403.* † Amplia in tantum, quod iudex vnius territorii tenetur iuffragari iudici alterius territorii, & vnius fori iudici alterius fori, *cap. 1. de offic. iudic.* vbi Imol. & per Legistas in *l. obseruare. ff. de offic. proconf. & legati.* Guido Pap. *conf. 209. n. 2.* Alexan. *consil. 130. vol. 1. lib. 4.* Vide, *Iudex vnius territorij exequi debet sententiam iudicis alterius territorij, & quando. Concl. 466.* † Extende; quia propterea potest iudex vnius iurisdictionis requirere iudicem alterius iurisdictionis, vt suam sententiam exequatur. Barto. & alii in *dict. l. à diuo Pio, §. sententiam.* vbi Ias. *num. 1. ff. de re iud.* † Et ideo iudex secularis potest requirere Ecclesiasticum, vt suam sententiam exequatur, vt per Ias. *d. l. à diuo Pio. ff. de re iud.* † Prout è cõuerso iudex Ecclesiasticus potest requirere iudicem secularem; quia vicissim tenetur habet alteri suffragari. Vbert. de Bonacoss. in suis *præludiis char. 93. col. 3.* Ias. in *l. properandum. §. sin autem, n. 5. C. de iudi.* † Extende in tantum, vt si iudex requisitus non præstat subsidium, potest mulctari. Capell. Tholos. *decis. 411.* vbi apostill. ex mente Bart. in *d. l. à diuo Pio. sententiam Roma. colum. 2. ff. de re iudic.* † Amplia; quia exequutio sententiæ debet dari, seu sententia habet exequutionem paratam, nedum pro expressis in sententia, sed etiam pro iis, quæ tacite ex ea veniunt. Afflict. *decis. 157.* Cornæ. *conf. 302. Licet in propositione, lib. 3. & conf. 220. lib. 2. post princ.* Vide, *Instrumentum guarentigiationis quid sit, & operetur. Concl. 240. n. 13. & seq.* Vide, *Sententia in omnibus quem sensum habeat. Conclus. 129. nu. 13. & seq.* † Amplia; quia laudum, videlicet arbitramẽtum communiter ex forma statutorum habet exequutionem paratam; sed tamen de iure communi secus est. Alex. *conf. 83. Interrogatus, in pr. lib. 5.* vbi dicit * communem. 2 Vide, *Exequutorium iudicium quando dicatur, & pro quibus competit via exequutiua. Conclus. 472.* Vide, *Exequutioni debent mandari ordinata à iure. Concl. 479.*

Exequutio sententiæ ex quibus reuocãda, vel denegãda. Concl. 492. *

EXEQVTIO † sententiæ facta iuris ordine non seruato, sed prætermisso est reuocanda, tanquam lata contra ius constitutionis, vel statuti. Bald. *consil. 275. Factum tale est. in fin. lib. 3.* maxime, quando intentatum est iudicium exequutiuum secundum statutum, & postea forma statuti est prætermissa, ad idem tendit *cons. Bald. 274. col. lib.* quod est Franc. filii Bald. & credo, quod sint in eadem causa. † Et an requiratur citatio partis in exequutione sententiæ, vide plene Guid. Pap. *dec. 329.* vbi recitatis opinionib. distinguit, q de stylo curiarũ non vocatur pars rea, nisi actor dittulerit per annum, & vltra petere exequutionem. Vide, *Exequutio semel cõmissa potest semper fieri, & quomodo. Concl. prox. seq.* † Amplia; quia exequutio facta, quæ cepta est ab exequutione de facto, debet etiam de facto reuocari. Bald. *conf. 274. Quia sola. n. 2. ver. secundo præmitto, lib. 3.* † Amplia; quia exequutio sententiæ, vel instrumenti; seu brachium militare non potest exequi, nisi contra condemnatum, vel nominatum in sententia, vel instrumento, vt dicitur, vel relaxetrem, *l. qui restituere ff. de rei vendicat. l. si quis missus, in princ. ff. ne vis fiat ei.* & si fiat contra alium, debet retractari, *l. si cum nulla.* & ibi Castrens. & Alex. *ff. de re iudic. l. 1.* vbi * omnes. *C. de exequut. rei iudic.* † Extende; quia solum potest fieri exequutio contra bona, quæ possidet condemnatus tempore exequutionis, *l. à diuo Pio. §. si super rebus. ff. de re iudic.* vbi Bart. & alii. † Declara, plene, vt supra, *Exequutio sententiæ latæ in personali, vel reali, quando possit exequi contra tertium. Concl. 488. n. 8. & sequent.* vbi, quando contra intrusum potest exequi sententia sine citatione. † Amplia; quia iudex secularis potest reuocare exequutionem sententiæ Ecclesiastici per secularem factam, quando sibi cõstat de nullitate sententiæ, vt quia lata sit contra hæreditatem iacentem in defensam. Ang. *conf. 276. Punctus talis est. per tot.* † Declara; quia procedit, quod non tenetur exequi, quando ex ventre sententiæ oritur nullitas. Roman. *conf. 51. Attentis iis. per tot.* † Amplia; quia si exequutio sententiæ vel instrumenti semel est facta pro parte, non potest iterũ fieri, nõ facta mentione partis exequutionis factæ; quia esset obreptitia. Petr. de Anch. *conf. 40. Visa petitione, num. 4. ver. item videtur casus,* vbi, quod est nulla, & reuocanda. † Amplia; quia exequutio sententiæ regulariter debet fieri primo in bonis mobilibus, & si non sufficiunt, in iuribus & actionibus, & si non sufficiunt, tertio loco in bonis stabilibus, *l. d. à diuo Pio. §. in venditione. ff. de re iudic.* vbi datur modus, quod primo mobilia, secundo stabilia, tertio iura, & actiones, sed Bart. in *authent. hoc ius porrectum, n. 19. in fi. ver. extra glos. C. de sacrosan. Eccles.* dicit hoc vltimum procedere in exequutione iudicati propter faciliorem exequutionem, sed primũ in alienatione extraiudiciali; quia minus damnosum est minori, & ecclesiæ alienare iura, & actiones, quam stabilia. † Extende, vt procedat tam in exequutione sententiæ diffinitiuæ, quam etiam interloquutoriæ. Angel. & modern. *d. l. à diuo Pio. §. in vendit. ff. de re iud* Specul. *tit. de 1. & 2. decret. §. restat. ver. & scias. & ver seq.* Glos. & *Doctor. in *c. quoniam frequenter §. fin.* vbi est casus, *vt lite non contest.* Glos. in *l. præsente, ver. solutionis ordo. C. de ijs, qui ad Eccles. confug.* & ita tenent * communiter Doctor. vt tradit Alex. *cons. 5. col. 2. lib. 2. nu. 3. ver. alia ratione.* vbi, quod primo in mobilibus, secundo in stabilibus, tertio in iuribus, & actionibus, secundum magis * communem opinionem, & approbatam consuetudinem. † Declara; quia licet ordo ille datus à iure sit seruandus, vt per Bart. & * communiter omnes in *d. l. à diuo Pio. §. in venditione. n. 5. & seq. ff. de re iud.* vbi ponit theoricam exequendi, & quod creditur Nuncio referenti, vel assignatur terminus ad docendum de mobilibus; si tamen nõ seruetur iste ordo, exequutio non erit nulla; quia non est forma, sed monitio; imo valebit, si non appelletur; si vero appelletur, tũc poterit reuocari. Petr. Surd. *cons. 39. maxime n. 18. & sequent.* vbi latissime. † Contrarium, quod imo sit nulla exequutio, tenet multi, quos citat Alex. *d. cons. 5. In causa, & lite. col. 2. n. 3. ver. nec obstat. si diceretur, lib. 2.* † Declara; quia procedit declaratio in exequutione facta à iudice, quia valet, si nõ appelletur, sed facta à Nuncio, seu mero exequutore, cui exequutio fuit commissa, est nulla, vt per Alex. *d. cõs. 5. n. 3. ver. nec obstat. lib. 2.* † Declara; quia si vltra ius commune extat etiam statutum idem disponẽs, quod ius commune, vt aliquid addat iuri communi, debet operari, saltem, quod actus aliter factus sit nullus. Alex. *d. cons. 5. col. 2. nu. 3. ver. accedit. lib. 2.* licet dicat, quod non ponit pro constanti. † Extende; quia de iure cõmuni exequutio debet primo fieri in rebus mobilibus, & si non sufficiunt, secundo loco in stabilibus, & si non sufficiunt, tertio loco fit in iuribus, & actionibus, & si non sufficiunt, quarto loco fit in personam, ita arguit Abb. *consil. 42. In quæstione, in pr. lib. 2.* vbi, quod iste ordo iuris datus in bonis, vt minus noceat, in exequutione iudicati seruatur quoad bona, multo magis quoad personam, quando extat pactum cõtrarium, vel statutum contrarium, vel debitor non est contumax. † Amplia; quia exequutio sententiæ licet de iure sit debita, non tamen potest habens rem iudicatam illam exequi propria auctoritate, & ideo licet iudex condemnauerit reum ad restituendum bona; non tamen concedit actori, vt illa capiat sua auctoritate. Bart. per illum text. in *l. miles §. qui iudicati, in princip. ff. de re iudic.* idem Bartol. & cæteri in *l. meminerint. C. vnde vi. & in l. iuste possidet. ff. de acquir. poss.* † Extende; quia nemo in facto proprio iudex constitui debet. *l. 11. C. ne quis in sua causa.* vbi Glos. Bald. & alii. † Ratio est; quia licet sententia transierit in iudicatum; multa tamen opponi possunt contra eam ad impediendam exequutionem, de quibus per Bartol. & alios in *l. 1. C. de iur. & fact. ignor. a post. ad Abb. in cap. de cætero. n. 12. de re iud* † Alia ratio est; quia singulis non est concedendum, quod per magistratum fieri debet, ne occasio tumultuandi, vel rixandi præbeatur, *l. non est singulis.* vbi Glos. *ff. de regul. iur.* † Restringe; quia potest iudex committere in sentẽtia exequutionem, quando illa est facienda in eadem re, de qua in sententia, etiam parte non citata, vt dicit Bart. & ibi late Alex. in *d. l. iuste possidet. ff. de acquir. poss. §. & in l. meminerint. C. vnde vi.* & ista est magis * communis opinio, vt dicit Alexand. *consil. 2. Ex narratis, numer. 10. ver. & iudex potest. lib. 4.* Vide,

Exequutor in causa propria quando possit dari, & per quos. Concl. 524. Vide, *Iudex ex officio potest multa. Conclus.* 395. Vide, *Possessio potest propria*

22 *auctoritate capi ex licentia data. Concl.* 409. † Declara, nisi in exequutione causæ cognitio requireretur, puta quia esset data retentio pro melioramentis in exequutione liquidandis, vel aliter, vt per

23 Alex. in *d. l. iuste possidet, n.* 29. *ff. de acquir. possess.* † Declara; quia vbicumque aliqua exequutio est concedenda, siue perquisitio rei furatæ facienda, controuersa est opinio; & communis hinc inde, quod possit dari hæc licentia parti, & quod non possit propter scandala, quæ possent occurrere, & tutius est, quod mittantur curia, & ministri, & si pars velit interesse, possit, & ita seruari dicit

24 Clar. in § *furtum, num.* 3. *ver. quæro, nunquid.* † Imo quod licentia capiendi propria auctoritate censeatur data, quando Princeps restituit aliquem cum causæ cognitione, vel ex certa sciētia ad possessionem certorum bonorum. Angel. Aretin. *consil.* 19. *Videtur omnino, n.* 58. *& sequent. vsque in fi.* vbi, quod licet regulariter restitutio intelligatur circa ea, quæ iuris sunt; tamen quando Princeps restituit etiam ad ea, quæ sunt facti, prout si restituit ad possessionem bonorum, non requiritur alia citatio, etiam si det exequu-

25 torem; quia est merus exequutor. † Amplia; quia deneganda est exequutio sententiæ, si non constat de processu, & negetur. Bald.

26 *cons.* 399. *Nec præsumitur, lib.* 4. † Amplia; quia idē est, si negatur iurisdictio iudicis, qui tulit sententiam; quia debet de ea constare, alias sententia nō debet exequi. Bal. *cons.* 399. *ver. nam quadā. lib.* 4.

27 † Amplia, vt idem sit, si non constat de libello, litis contestatione, terminorum assignatione, & similibus; quia non præsumuntur, nisi probentur. Bald. *d. consil.* 399. *circa medium. vers. quadam ve-*

28 *niunt, lib.* 4. † Limita, nisi sententia esset lata partibus præsentibus, & non appellantibus; quia tunc præsumitur pro ea, etiam quoad processum, citationem, & omnia alia. Bald. *cons.* 217. *Reperitur sen-*

☞ *tentia, circa princip. ver. item est potius renunciatorium, lib.* 4. Vide, *Præsumitur pro iudice, & pro sententia. Concl.* 621.

Exequutio semel commissa potest semper fieri, & quomodo. Concl. 493.

E 1 EXEQVTIO † semel relaxata, & commissa Nuncio, seu exequutori publico potest exequutioni demandari, etiam finito officio iudicis, qui commissionem fecit. Bartol. in *l fundi partem, in fi. ff. de acquir. pos. & in l. & quia. colum. 2. vers. & per hoc dico. ff. de iurisd. omn. iud.* vbi Iason plenissime, *n.* 62. vbi legit eam sub *l. more,*

* & dicit *communem, & est ratio; quia Nūcius prius habebat potestatem, & non recepit potestatem ab illa particulari commissio-

☞ 2 ne. Dec. plene *cons.* 404. *Viso eleganti. col. penult. ad fin.* Vide, *Iudex finito officio obligatur ad multa. Conclus.* 409. † Extende, vt idem sit, si iudex, qui relaxauit exequutionem, sit mortuus. Canon. in *cap. relatum, de offic. deleg. & in ca. si super gratia, cod. tit. lib.* 6. † Declara; quia

3 si à die commissionis vsq; ad exequutionem factam transiuit lōgum tempus, puta anni, vel plurium annorum, solet fieri citatio, siue sit finitum officium iudicis; qui relaxauit exequutionē, siue non; quia debet iterum citari; quia posset soluisse totum, vel partem, vel aliquid deducere releuans; secus si lapsum esset modicū tempus, ita Guido Pap. *decis.* 329. & ante eum Bald. *consil.* 35. *lib.* 5.

4 † Restringe, quādo essent lapsi 30. vel 40. anni; quia præsumitur habuisse effectum suum sententiæ, ideo non potest exequi. Anch.

☞ *cons.* 39. *Visa petitione.* sequitur Dec. *cons.* 375. *Iuridicam, col.* 1. *ad fi.* Vide, *Præscribi potest contra executionem, & viam exequutiuam. Cōcl.* 547.

5 † Imo in mandato missionis ex primo decreto, vt lapsus nouennii impediat exequutionem, & processum ad decretum secundum, sed debeat incipi iudicium de nouo à principio. Alex. *consil.*

6 23. *Visis scripturis, n.* 4. *ver. tamen quia sunt. lib.* 3. † Extende; quia exequi potest sententia lata, & exequutio commissa contra eum, qui decessit, interim, vt fiat exequutio cōtra hæredem, seu hæreditā-

☞ 7 tem iacentem. Vide, *Exequutio sententiæ quando possit fieri contra tertium emptorem, & tertium possessorem. Concl.* 488. *n.* 23. *& seq.* † Imo etiam contra singularem successorem. Vide, *Exequutio sententiæ quā-*

☞ *do possit fieri contra tertium emptorem, vel possessorem. d. Concl.* 488. *n.* 19.

8 vbi declaratur. † Limita; quia executio instrumēti, vel sententiæ, si semel fuit commissa, & facta, non potest iterum committi, vel fieri; quia semel facta exequutione, perditur via exequutiua, & consumitur, vt de sententia, & instrumento. Petr. de Anch. *consil.*

40. *Visa petitione. per tot.* vbi in fi. quod agendum erit secunda vice

9 via exequutiua. † Extende, quia petitio hereditatis, quę datur hęredi pro rebus à defuncto possessis, non competit, si semel hæres fuit missus in possessionem. Alex. *cons.* 183. *Viso puncto. num.* 2. *ver. sed*

10 *præmisso, lib.* 5. † Extende in interdicto quorum bonorum, quod datur pro possessione bonorum hæreditariorum; quia si semel fuit habita possessio, non competit amplius eidem. Alexand. *dict. consil.* 183. *num. ver. Similiter videmus. lib.* 5. † Sic hæres semel missus

11 ex *l. fi. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* si eiiciatur, non amplius sibi competit hoc remedium. Anchar. *consil.* 189. *numer.* 6. *ver. Præterea posito.* Declara in *ver. lege fin. Cod. de edicto diui Adria. tollend.* Conclusio. ☞ 287.

Exequutio in aliena iurisdictione quando possit fieri, vel non. Concl. 494.

EXTRA † iurisdictionem exequutio realis fieri non potest, 1 vt est missio in possessione, captura bonorum, vel personæ, & similium, *l. fi. ff. de iurisd. omn. iud.* Fed de Sen. *consil.* 16. *circa finem, ver. Item non obstat, quod dicitur de missione.* Bald. *cons.* 121. *Orta guerra, in fi. n.* 11. *vers. vltimo non est omittendum, lib.* 3. vbi, quod Rex Franciæ, in quem est prorogata iurisdictio, vel factum compromissum, nō exequitur suam sententiam extra iurisdictionem in feudis Imperii, sed scribendum est Imperatori, qui examinata iustitia sententię illam reuocabit, vel exequetur, & ita Bart. in *tract. repressal, q.* 1. *n.* 11. *ver. ad quartum,* vbi, quod realis non fit exequutio in alieno territorio; quia sententia vnius iudicis vt exequi possit, requiruntur litteræ subsidiariæ. † Amplia, vt nec valeat exequutio ver- 2 balis facta contra nō subditū exequentis, prout est citatio. *Clem. pastoralis, de re iud.* quam ita declarat Fed. *d. cons.* 16. *in fi.* † Amplia, vt 3 nec valeat captura banniti facta extra iurisdictionem bannientis. Bald. *consil.* 209. *Quidam subditus, lib.* 2. vbi de captura facta in territorio Vercellarum dominii Comitis Virtutum in personam rebellis banniti à Duce Sabaudiæ, vt sit reuocanda tanquam nulla, & facta in alieno territorio, vbi, qualiter ad requisitionem fiat. † Amplia; quia iudex, qui condemnauit aliquem per sententiam, 4 non potest scribere, & si scribat alteri iudici, sub cuius iurisdictione est condemnatus ciuiliter, quod debitor carceretur, nō debet illum carcerare, neque exequutionem personalem facere, nisi primus iudex scribens primo fecerit diligētiam in sua iurisdictione de exequendo. Bald. *cons.* 156. *ver. in contrarium, lib.* 5. † Imo lege 5 cautum nō est, quod fiat exequutio personalis, sed nec realis fieri debet ad litteras alterius iudicis, nisi quando de bitor habeat domicilium sub iurisdictione iudicis, cui scribitur, & primus iudex scribens fecerit diligentiam in sua iurisdictione. Bald. *d consil.* 156 *per tot.* vbi, quod ita intelligenda est hæc materia. † Limita; quia 6 potest via iuris agi condictione ex statuto, vel iuris ordine seruato extra territorium statuentium coram iudice competenti, Bart. *d. q.* 1. *in tract. repres. ver. ad quartum, n.* 11. † Limita in citatione or- 7 dinata in loco iurisdictionis ab eo, qui potest citare contra subditum sibi; quia etiam exequuta extra territorium valet; quia sumit vires à decreto, & iussu primo. Oldr. *consil.* 88. Vide, *Citatio ex-* ☞ 8 *tra territorium quando valeat, vel non. Conclus.* 241. † Limita in sententia, quæ trahit secum exequutionem; quia habet exequutionem etiam extra territorium lata in territorio, vt est excommunicatio, priuatio, & similia. Fed. *dict. consil.* 16. *in fin. ver. non obstat.* Vide, ☞ *Sententia quando trahat secum exequutionem absque facto hominis. Conclus.* 118. † Extende, vt idem sit in exequutione, quam secum trahit 9 sententia absolutoria; quia alia exequutio non requiritur. Castr. *consil.* 85. *in fin. lib.* 2. † Limita; quia iudex, coram quo est cœptum 10 iudicium, si pronunciauit contra debitorem, qui se absentauit, potest scribere litteras iudici, sub cuius iurisdictione moratur debitor, vt exequatur sententiam, quando primus iudex declarauit mittendum creditorem in possessionem. Bald. *d cons.* 156. *Quidam in terra Burgi. per tot. lib.* 5. † Extende, vt imo, quomodocumque iu- 11 dicium sit finitum per sententiam, iudex scribere possit alteri iudici, vt exequatur realiter, & personaliter contra debitorem morantem sub sua iurisdictione. Bald. *d. consil.* 156. *in fin. lib.* 5. vbi dicit * communem. † Declara; quia iudex, sub cuius iurisdictione est * 12 debitor, non tenetur exequi litteras alterius iudicis, qui non habeat merum imperium, vel mixtum, neq; realiter, nisi iudex scribens pronunciauerit super missione in possessionem, neque in personam exequitur, nisi sub sua iurisdictione habeat debitor domicilium. Bald. plene *d. cons.* 156. *per tot. lib.* 5. vbi, quod ita est distinguendum. Vide, *Iudex ordinarius extra territorium ius non dicit, &* ☞ *quando secus. Conclus.* 424. Vide, *Iudex vnius territorii quando exequatur sententiam alterius. Conclus.* 466. Vide, *Territorium habet obedientiam domini intra, extra vero secus Conclus.* 52. Vide

conclusionem proximam

quentem.

Exequu.

Executio sententiæ vnius iudicis qualiter fieri possit per alium iudicem. Concl. 495.

SENTENTIA † lata per iudicem ordinarium potest exequi per iudicem successorē, quia præsumitur, vel fingitur idem, *l. prohibetur. ff. de iudic.* Bart. *in l. à D. Pio. §. sententiam Romæ. in pr. vers. sed fingunt. ff. de re iudic.* vbi Castr. *n. 4. vers. aliquando tamen.* † Extende idem in delegato iudice ad exequendum. Castr. *d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. n. 3. in fi. ver. idem si in casibus. ff. de re iudic.* vbi Bart. *in prin. ver. aut petitur.* † Extende idem in iudice ordinatio; quia exequitur sententiam sui delegati, ac arbitri, & eorum, qui functi sunt officio suo. Bart. *d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ.* † Extende in instrumento guarentigiato; quia potest exequi à quocunque iudice, ex quo Notarius potest, vt iudex dare præceptum, sed non exequi; ideo quicunque iudex ordinarius poterit exequi. Bart. vbi supr. *§. sententiam Romæ. in fin. ff. de re iudic.* † Declarat Castrens. ibi, *num. 4.* & vide apost. ad Bart. *d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. in ver. vbique. ff. de re iudic.* † Extende idem in omni iudice, qui potest iudicare, sed non exequi; quia iudex ordinarius potest exequi, & habens mandatum exequutiuum potest adire quemcunque iudicem habentem familiam armatam. Castrens. plene post Bald. *in l. Episcopale. C. de Episc. audien.* plenius Bart. & ibi * omnes, maxime Hercul. *in d. l. à D. Pio. §. sententiam Romæ. in fi. ff. de re iud.* † Contrarium ibi Alber. quod requiritur requisitio. † Declarat Castr. *d. l. Episcopale*, vt procedat in iudice habente quidem familiam armatam, sed non habente rem sibi subiectam, in qua exequatur; quia eo casu alius non exequitur, nisi ad literas. † Amplia; quia imo exequutio meri facti potest fieri per quemcunque apparitorem, & baiulum, seu exequutorem; quia licet fiat commissio in præcepto; tamen mortuo iudice non expirat; quia non recipit iurisdictionem à commissione, sed ab officio, quod habet exequendi. ita Bart. *in l. fundi. in fi. ff. de acquir. poss. & in l. more. ff. de iurisd. omn. iud. in fin.* vbi Ias. *n. 62. & seq.* Vide Deci. *consil. 404. Viso eleganti. vsq; in fine. cum seq.* vbi dicit expresse. † Amplia; quia merus exequitor sententiæ Principis, quando lata fuit cum causæ cognitione, & seu cum clausula, quod restituatur ad possessionem, non requirit causæ cognitionem, neque citationem possessoris, sed potest exequi, & amoueri possessor sine alia citatione. Ang. Aret. *consil. 19. Videtur omnino. num. 33. & sequent. vers. secundo illa iura procedunt, & num. 42. vers. quia respondeo.* † Extende etiam in sententia iudicis, & inferioris à Principe, quando fuit lata in reali, & cum causæ cognitione; quia respectu rei, de qua est facta condemnatio realis, potest mandari exequutioni sine citatione possessoris. Angel. Aret. *dict. consil. 19. num. 44. ver. vel secundo respondeo.* † Limita; quia iudex, qui tulit sententiam, debet exequi suam sententiam, non alius iudex diuersus, nisi is, qui tulit sententiam, velit, vel ceribat. Bart. *d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. num. 1. in fin. ver. aut iudex alius. ff. de re iudic.* † Extende, etiam si vigore confessionis fit lata sententia. Cyn. *in l. 1. C. de confess. quæst. 10.* sequitur Bart. ibi, & *in d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. n. 1. in fi. ver. & hoc est, quod tenet Cyn. ff. de re iudic.* vbi Castrens. *num. 5.* † Limita, etiam si in eadem Ciuitate sunt duo iudices habentes eandem auctoritatem, prout Potestas, & Capitaneus; quia vnus non potest exequi sententiam alterius. Bartol. *dicta l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. num. 3. vers. Quæro in vna. ff. de re iudic.* per *l. 1. ff. de offic. Consul.* † Extende, etiam si sint eiusdem tribunalis, prout si Potestas habet duos collaterales, qui præsunt duobus, vel diuersis quarteriis; quia vnus non potest exequi sententiam alterius. Castrens. *d. l. à diuo Pio. §. sententiam Romæ. num. 3. versic. Quinimo etiam. ff. de re iudic.* † Limita; quia etiam iudex ecclesiasticus non exequitur sententiam iudicis secularis, neque è contra, nisi requirantur pro exequutione. Castr. *d. l. à diuo Pio. num. 3. ver. pone etiam exemplum. ff. de re iudic.* allegat *d. Episcopale. C. de Episc. audien.* Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Exequutor quis dicatur, & cui æquiparetur. Concl. 496.

EXEQVTOR † de iure dicitur is, qui voluntatem certam & declaratam ad effectum perducit; & ideo si habet declarare, non est exequutor. Bart. *consil. 142. Constitutio Camerinens. num. 1.* sequitur Anch. *consil. 412. Contra hæredes.* † Contrarium tenet apost. ad Bart. *d. consil. 142. in ver. declarare.* vbi allegat plures, *lib. 1.* sequitur Bald. Anchar. *consil. 387. In themate.* vbi, quod hæc opinio approbatur de consuetudine. † Proprie exequutor dicitur, qui ordinatur ad pia legata exequenda, *l. nulli. C. de Episc. & cleric. l. captatoriam. cum ibi adducti. C. de testam. milit. cap. cum tibi. de testam. cap fin. §. fi. eod. tit. in 6.* † Quandoque tamen exequutor sumitur pro tutore, *l. final.* & ibi glos. *ff. de testam.* Specul. *in tit. de teste. §. 1. 1. olum. ver quid si aduocatus.* † Quot sint species exequutorum. Vide, *h. quutores plures quomodo, & qualiter dentur, & quot sint species. Com. 506.* & de diuersis exequutoribus in literis gratiosis. Vide, *Executores diuersi dantur in literis gratiosis. Concl. 505.* † Exequutor dicitur merus, qui habet nudum ministerium facti in distribuendo nuda sibi retenta commoditate, *l. exequutorem.* vbi Bart. *C. de exequut rei iud.* Rom. *consil. 228. Pro plena. n. 12. ver. exequutor enim.* † Et vbicunque testator committit aliquid conscientiæ alterius per verba denotantia arbitrium boni viri, dicitur constitutus exequutor. Roman. *d. consil. 228. num. 11. vers. secundo istud idem.* vbi dat exemplum si testator legat Titio centum, de quibus secundum conscientiam suam disponat, prout sibi videbitur, & placuerit. † Extende, & etiam si testator dixisset; *relinquo N. fideicommissarium meum, vt de tot pecuniis secundum conscientiam suam disponat, prout sibi videbitur & placuerit*; quia censetur exequutor; quia aliàs illa verba, *in conscientia. prout sibi videbitur. & placuerit*, essent superflua. Rom. *d. consil. 228. num. 13. ver. Nec refragantur.* † Exequutores ad piam causam, & testamentarii æquiparantur tutoribus; ideo tenentur de negligentiis, & male gestis, prout tutor. Doct. *in l. vxor ff. ad l. Cornel. de falsis.* Cuman. *in l. tutela. ff. de tutel.* Pract. Papiens. *in form. libell. ad reddendam rationem tutelæ.* † Amplia; quia exequutor non dicitur facere, sed factum prosequi; Ideo si Prætor condemnauit, & successor exequitur, exequutio dicitur nomine præcessoris facta, & ad eum spectat emolumentum, non ad exequentem. Deci. *consil. 492. num. 3. & seq.*

Exequutores non debent esse in dignitate constituti, & quando secus. Concl. 497.

EXEQVTORES, † vel subexequutores possunt deputari etiam non constituti in dignitate ecclesiastica. Feder. de Sen. *consil. 115. Casus talis est. nu. 2. vers. sed an exequutor.* † Amplia; quia vbicunque exequutor est merus sine causæ cognitione; vt quia ad nudum ministerium facti deputatus, non est necesse, quod sit in dignitate ecclesiastica. Zabarell. *consil. 103. circa fin. num. 10. vers. ad vltimum.* † Declara; quia etiamsi debeat vocare possessorem, contra quem fit exequutio; tamen procedere etiam potest, absq; eo, quod assumat partes iudicis animo rescribendi deleganti, si aliquæ exceptiones proponantur releuantes. Zabarell. *d. consil. 103. n. 10. ver. ad vltimum.* † Amplia; quia commissio generalis, quam faciunt exequutores omnibus in genere absq; expressione nominis, valet, nec requiritur, quod sint in dignitate aliqua. Zabarel. *d. consil. 103. nu. 10. vers. ad vltimum.* † Limita; quia licet exequutores non debeant esse necessario in dignitate constituti; tamen non semper eliguntur exequutores viles, & sine dignitate, sed imo quandoque iudices ordinarii, & habentes dignitatem eliguntur exequutores, quorum iurisdictio exequutiua excitatur, & non confertur, & maxime exequutoribus sententiarum, & constitutionum Principis hoc conuenit. Angel. Aret. *consil. 19. Videtur omnino num. 36. & multis seqq. ver. nec obstat.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Exequutores esse qui possint, vel non. Concl. 498.

EXEQVTORES † ad piam causam, puta ad Ecclesiam ædificandam, esse possunt fratres S. Augustini. Roman. *consil. 235. Quoad primum. num. 4. vers. quoad quartum.* vbi apostil. *in ver. quod sic*, dat concordan. † Declara; quia sine superioris licentia officium exequutoris suscipere non possunt. Rom. *d. consil. 235. vers. Ipsum tamen officium.* † Si tamen officium assumpserunt. & illud exercere cœperunt sine licentia superioris, valent gesta. Roma. *d. consil. 235. n. 4. ver. secundum an posito, quod.* vbi apostill. *in ver. 99.* vbi dat concord. & plenius Roman. *consil 409. Quoad primum. nu. 6. vers. quoad secundum*, vbi plenissima apostil. *in ver. 282.* quæ citat infinitos pro vtraque parte. † Contrarium igitur tenent multi, quos refert. apostil. ad Rom. *d. consil. 409 n 6 ver. 284.* † Declara; quia iste consensus superioris sufficit tacitus, & permissiuus, si sciat, vt in simili Abb. *consil. 44 num. 4. lib. 2.* † Extende; quia idem est in fratribus S. Francisci; quia possunt esse exequutores testamentorum de licentia suorum superiorum, licet valeant gesta etiam sine dicta licentia, si non fuit oppositum. Rom. *d. consil. 409. Quoad primum, num. 6. ver. quoad secundum*, vbi plena apostill. *in ver. 284.* plurimos concord. & contradicentes allegat. † Amplia; quia monachus potest esse exequutor ad distribuendum ad pias causas. Abb. *d. consil. 44. Ad decisionem. n. 3 & seq. per tot. lib. 2.* Vide, *Exequutores vltimarum*

mærum voluntatum esse qui non possint, vel è contra. Conclus. 539. Vide Conclus. prox. præced.

Exequutor merus ex quibus dicatur, vel cognoscatur. Concl. 499.

1 EXEQVVTOR, † vel subexequutor merus dicitur deputatus ad nudum ministerium facti ex clausula, *ceterum, &c.* Gemin. 2 *cons.* 109. *in pr. v. circa secundum.* † Amplia, quia merus executor dicitur, qui pendet ab alieno arbitrio ad exequẽdum, quia à seipso non habet aliquam iurisdictionem, secus si iurisdictionem à seipso habeat. Bald. *cons.* 36. *Factum, quod proponitur. in fin. lib.* 4. † Amplia, quia exequutor, cui committitur exequutio sententiæ sine iurisdictione, dicitur merus exequutor, & nullam habet causæ cognitionem, tamen si videret iniquam esse executionem, debet desistere ab exequutione, licet nullam habeat cognitionem, vt sint mundæ manus illius. Bald. *cons.* 98. *Casus, scribit Iudex, in prin.* 4 *ver. secundo casu. lib.* 3. † Amplia, quia exequutor datus ad eligẽdum Prælatum dicitur merus exequutor. Cald. *cons.* 28. *Si Legatus.* alias 5 5. *de rescript.* † Amplia, quia ille dicitur merus exequutor, qui ad mandatum alterius tenetur exequi, & iste dicitur ad compellendum, quia nullam habet iurisdictionem, nisi in exequendo, & est tanquam piccha, quæ alteri inseruit, tanquam si legeret Alphabetum, & propterea ab eo non appellatur, nisi modum excedat, sed appellatur à iudice, qui dat exequutorem merum. Anto. de Butr. 6 *cons.* 74. *num.* 3. *& ver tot. ver. talia enim.* † Extende, quia exequutor merus nullam habet iurisdictionem, cum officium suum sit vilissimum, & non dignum elegantia iurisdictionis. Caball. in add. ad Ant. de Butr. *d. cons.* 74. *in ver. exequutor*, vbi ad hoc allegat Bald. *in* 7 *c. cum super. col.* 3 *de re iud.* † Amplia; quia semper, quod deputatur vilis persona ad exequendum, prout est Nuncius, vel Baliuus, aut birruarius, dicitur nudus executor facti, ita videtur velle Angel. Aret. *cons.* 19, *Videtur omnino. n.* 37. *& seq. ver quia respondeo.* † Amplia; quia semper, quod Princeps aliquid fecit cum causæ cogni- 8 tione, restituendo aliquem ad suam possessionem, licet mandet eligi iudicem, qui restituat, dicitur facere nudum exequutorem; ideo non tenetur citare partem, & licet exequutores viles ad merum factum soleant dari; secus in exequutione sententiæ Papæ, & Principis supremi; quia pro maiori honore eligunt habentes iurisdictionem, vel dignitatem. Ang. Aret. *d. cons.* 19. *Videtur omnino. n.* 30. *& seq. ver. quinto principaliter. maxime n.* 36. *& seq. ver. nec obstat.* Vide Conclus. prox. seq.

Exequutor merus sine iurisdictione cognoscendi quid possit. Concl. 500.

1 EXEQVVTOR † merus, qui non habet iurisdictionem cognoscendi, potest recipere informationes ad effectum, vt vel supersedeat, vel exequatur. Fed. de Sen. *cons.* 157. *circa fin. vers. nam & exequutor.* allegat *c. cum contingat. de rescript.* Anch. *cons.* 240. *n.* 2. 2 *& 3.* † Et dicitur habere nudum ministerium exequutor datus ad eligendum Prælatum simpliciter. Cald. *cons.* 28. *Si Legatus*, alias 3 3. *de rescript.* † Amplia; quia merus exequutor potest cognoscere de veritate & falsitate narratorũ, nõ vt iudicet, sed vt referat, quantumcunq; præcisam habeat commissionem; quia sicut Princeps rescribens, si sciret vera non esse narrata, super quibus se fundat, non rescripsisset; ita exequutor potest supersedere, & rescribere. 4 Anch. *cons.* 240. *n.* 2. *& 3. & seq.* † Amplia; quia potest, imo tenetur citare possessorem, & audire, non tamen cognoscit exceptiones, sed rescribit, & hæc est differentia, quando vult remanere merus exequutor; quia citat, & cognoscit, vt referat, & rescribat, non vt 5 iudicet. Zab. *cons.* 103. *in fi.* † Contrarium tenet Ægid. Bell. quod exequutor merus non tenetur partem vocare, *consil.* 40. *n.* 10. sed loquitur ad effectum cognoscendi, & sic non est contra, sed con- 6 cordat. † Declarat Ang. Aret. *d. cons.* 19, *Videtur omnino*, quia merus exequutor vilis persona non citat, sed primo exequitur in aliqua re condemnati, & postea cognoscitur de executione, an sit res condemnati, vel alterius, & iudex procedit ad vlteriora requisentia liquidationem; & ita est in omni mero exequutore; quia exequitur, postea disputatur, quis habeat meliora iura, & sola executio esset nulla, si fieret in bonis, quæ non essent, vel non possi- 7 derentur à condemnato. † Limita; quia exequutor merus non cognoscit de nullitate actus exequendi. Bald. *cons.* 36. *Facti, quod pro-* 8 *ponitur. in fi. ver. super quinto. lib.* 4. & duplicatur *cons.* 341. *lib.* 4. † Declara; quia licet non cognoscat; tamen si videat exequutionem nullã, potest non exequi, vt mundas manus conseruet. Bald. *cons.* 9 98. *Casus scribit Iudex, in pr. lib* 3. † Imo potest nullitatem proponi-

tam audire, & admittere, si vult, non ad effectum cognoscendi, sed ad effectum rescribendi superiori. Abb. *in c. super eo. de crim. fals.* Dd. *in c. de cætero. de re iud. & in c pastoralis. § præterea. de off. deleg.* plene Capel. Thol. *decis.* 344. vbi apost. dat concord. † Declara; quia po- 10 testas exequutoris pendet à deputatione, sicut potestas procuratoris pendet à mandato; ideo inspicienda sunt verba testamenti, vel deputationis. Pet. de Anch. *cons.* 84. *Domina Azolina. in pr.* † De- 11 clara; quia pendet à deputatione vniuersali ad exequẽdum, non autem à particulari traditione mandati facta exequutori; quia licet iudex finiat officium suum, vel moriatur; tamen exequutio fieri potest. Dec. *cons.* 404. *Viso eleganti. in pen. col. ad fin.* Vide Conclusionem prox. præced. in fin.

Exequutor merus quando cognitionem causæ adhibeat ex necessitate. Concl. 501.

EXEQVVTOR † merus datus ad conferendum amoto quoli- 1 bet possessore tenetur adhibere causæ cognitionem; ita quod tenetur citare possessorem, qui si doceat de iusto titulo, debet de eo exequutor cognoscere. Feder. de Sen. *consil.* 230. *in princ. ver. Ego autem.* Oldrad. *cons.* 227. *n.* 3. *vers. alia est solutio.* Lap. *allegat* 16. *per tot. & alleg.* 104. *Sæpe mihi.* alias est 103. *per tot.* late Gemin. *consil.* 86. *circa fin. ver. sed posito, quod literæ.* Card. Zabarell. *cons.* 63. *Dico, quod dominus Plebanus. per tot.* † Extende, vt exequutor ad conferendum 2 teneatur, comparente contradictore, & possessore adhibere causę cognitionem, siue ante prouisionem, siue ante exequutionem. Bald. *cons.* 428. *Delegatus Apostolicus. in prin. lib.* 1. † Amplia, vt in tan- 3 tum possessor non amoueatur sine citatione, & causæ cognitione, vt exequutor quantumcunque habeat præcisam commissionem, teneatur monere possessorem, vt possessionem dimittat vacuam, aut de iusto titulo doceat, quare dimittere non teneatur. *c. licet episcop de præb. lib.* 6. qui si veniat, & legitimas defensiones proponat, debet audiri. *c. ex parte. de off. deleg.* Fed. de Sen. *d. cons.* 230. *in* 4. *resp. Feder. incip. Quod autem. in pr. & in fi. ver. ad vltimum. & cons.* 251. *n.* 2. *ver. item alia ratione.* Zab. *d. cons.* 63. Vide, *Possessor debet sem-* 4 *per citari, alias tenuta & possessio alteri data est nulla. Concl.* 442. † Extende, etiamsi sit merus exequutor ad inducendum in possessionem; quia nihilominus debet citare possessorem, vt supra. Oldr. *cons.* 319. *Super exequutione. in princ.* vbi ponit ordinem, quem seruare debet. Zabar. *d. cons.* 103. *in fin.* vbi ponit differentiam meri exequutoris; quia citat, & audit, vt referat, & rescribat; si vero vult assumere partes iudicis, ipse cognoscit. † Extende hanc limitatio- 5 nem, vt saltem si non potest exequutor audire, vel cognoscere exceptiones, saltem si releuantes deducuntur, debet supersedere, & referre. *c. de extero. de re iudic.* Fed. de Sen. *d. cons.* 251. *n.* 2. & latius *cons.* 260. *in princ. vers. fi. secundo quæritur. & in fin. ver. super secundo.* Zabar. *d. cons* 103. *in fin.* † Amplia, vt in tantum teneatur citare pos- 6 sessorem exequutor, vt si tradat possessionem, eo non citato, sibi competat restitutio tanquam spoliato. Oldrad. *cons.* 227. *col.* 1. *in fi. n.* 2. *vers. si ergo de tali commissione.* † Declara, seu restringe, vt plene 7 per Ang. Aret. *consil.* 19. *Videtur omnino. num.* 30. *& multis seqq. versic. quinto principaliter.* videlicet, quando Princeps, & qui committat exequutionem, adhibuit causæ cognitionem, & mandauit fieri restitutionem possessionis; quia in sententia Principis non requiritur alia citatio, neq; in sententia iudicis, quando exequutio est realis, vt ibi *n.* 42. *& seq.* † Amplia; quia licet ille exequutor me- 8 rus datus ad merum exequutionem facti non possit cognoscere, vt determinet aliquid; tamen potest audire, & cognoscere exceptiones omnes, vt referat superiori, & negotium instructum ad illum remittat cum partibus. Gemin. *cons.* 109. *in princ. vers. circa secundum.* Anchar. *cons.* 240. *Per prædicta n.* 2. vbi allegat *c. si quando. de rescript.* Zab. *d. cons.* 103. *in fi.* † Extende etiam in criminalibus; quia 9 iudex, qui captum habet reum in contumacia bannitum, & recognitum, potest, & debet eum, antequam exequatur sententiam, ponere ad largam, dare defensiones, non vt cognoscat, sed vt referat Principi. Farina *q.* 13. *n.* 47. vbi late hanc tuetur, licet dicat * communem in contrarium. Vide, *Contumax pro delicto qualiter condemnetur. Concl.* 1021. *n.* 44. *& multis seqq.* † Extende; quia me- 10 rus exequutor, vel subexequutor potest etiam præfigere terminum partibus ad se prælentandum superiori, cui remittit negotium decidendum, in tantum, quod affixio præfixio termini, vt contumax reputari possit non comparens, & contra eum procedatur per contradictas. Gemin. *d. cons.* 109. *num.* 2. *& seq. vsque in fi-* *nem. ver. ad id autem.* † Extende; quia delegatus datus ad se infor- 11 mandum contra certum Priorem debet audire, & admittere defensiones talis Prioris. Gemin. *cons.* 142. *In causa Prioris. in prior. Vi-* *de, Iud. & delegatus multa potest vltra id, legatã iurisdictionem. Concl.* 438.

Exten-

12 †Extende; quia merus exequutor quantumcunque præcisus supernegocio, cuius cognitionem non habuit, rescribens potest se informare, imo tenetur se informare, tanquam præambulum nec-13 cessarium. Anchar. *d.cons.* 240. *n.*3. †Extende in tantum exequutorem præcisum debere cognoscere veritatem, & falsitatem narratorum, vt rescribat, quando Princeps non cognouit, vt si aliter fiat, is, qui obtinet non discusso negocio, priuetur iure suo. An-14 charan *d.cons.*240.*n.*3. †Restringe, quia non debet executor cognoscere, vt rescindat gratiam superioris. Anchar. *consil.* 224. *in pr.* vbi, quod melius facit, si exequatur, maxime, si superior est præ-15 sens, ad quem pars, contra quam exequitur, potest habere recur-sum. Declara; quia exequutor merus non compellitur adhibere causæ cognitionem, ex nec essitate, etiam si agatur de exequendo cõtra possessorem, quem debet citare, & audire; quia cognoscet, vt rescribat, & referat; si vero adest clausula, *vocatis, &c.* tũc necessario adhibet causæ cognitionem Zabar. *d.cons.*103. *in fi. ver. sed facit*
16 *dubium, vsq; in fin.* †Amplia; quia exequutor ad prouidendum, vel conferendũ comparente contradictore, & possessore nedum tenetur assumere causæ cognitionem, sed etiam tenetur admittere appellationẽ rationabilẽ. quando inferitur causa. Bald. *d.cõs.* 428.
17 *in pr. lib.*1. Vide, *Appellatio à sententia exequutoris an suspendat exequtum. Concl.*411. † Amplia; quia merus exequutor datus à Papa ad coercendum certos rebelles, & delinquentes, licet verba literarũ sint dubia; tamen non habet causæ cognitionẽ. Bald. *cons.*67.
18 *Dominus Papa. lib.*2. vbi tamẽ dicit, quod potest assumere informationẽ per famam, an certæ personæ sint de rebellibus comprehẽ-19 *sis, &* Declara; quia licet merus exequutor non habeat causæ cognitionẽ; tamen potest relaxare innocentes captos, quos cognoscit non venire sub exequutione sibi cõmissa. Bald. *d.cons.* 67. *in fi.*
20 *lib.*2. †Amplia; quia tam exequutor, quam subexequutor cognoscit exceptionem, an impetrans literas exequutorias sit excõmunicatus; ideo processus est nullus ipso iure, & omnia gesta vigore literarum impetratarum ab eo, qui erat excõmunicatus. Bald. *cõs.*
21 257. *In causa, quæ vertitur, lib.*5. † Amplia; qa cognoscit, an vera sint narrata in rescripto propter clausulam, quæ semper inest, videlic.
22 *si preces veritate nitantur.* Ancha. *cons.*240. *Per prædicta, in pr. & per tot.* †Extende in tantum, quod excommunicatio, quæ ipso facto cõtra omnes nõ obedientes, nõ habeat effectum contra appellan-23 tes, ex quo causæ sint falsæ, de quibus in rescripto. Anch. *d.cõs.* 240.
24 *per tot.* vbi, quod non debet euitari talis excommunicatus. † Amplia; quia vbicũq; adest clausula, *vocato tali*, semper exequutor di-25 cit habere causæ cognitionẽ ex necessitate. Card. Zabar. *cõs.* 63.
26 *in pr. & per tot. & cons.*103. *in fi.* † Extende; quia clausula, *vocatis vocandis*, importat causę cognitionem. Vide, clausula, *vocatis vocãdis*,
27 quid operetur. *Concl.*317. † Amplia exequutorem cum clausula, *vocato &c.* vel quãdo debet amouere possessorẽ, in tantũ obligari
28 ad cognitionẽ causæ, vt absolute eius sententia sit sententia iudicis, & debeat admittere appellationem, sicut iudex, & ea interpo-29 sita attentare, si procedat ad exequutionem de facto. Card. Zab.
30 *cons.*63. *per tot.* †Restringe, si appellans esset verus cõtumax, puta quia appellauit à prætẽso grauamine, cui nõ est delatũ, & noluit amplius cõparere; quia tũc exequutor procedit ad exequutionẽ, non obstante appellatione veri contumacis. Card. Zabar. *d. cons.*
31 63. *n.*2. *ver. si autem fuerit.* †Amplia; quia exequutor quantumcunque merus datus super exequutione eius, de quo mandans non cognouit, semper dicit mixtus, & debet assumere partes iudicis, & admittere exceptiones releuantes. Zabar. *cons.*145. *n.*4. *ver. quod*
32 *autem exceptiones, vsq; in fi.* †Extende; quia vbicunq; mandatur exequutori, vt apponat sequestrum, distinguitur, quia aut super eo, super quo est cognitum plene, puta, quia est lata sententia, & est merus exequutor, aut nõ est cognitum, & debet assumere partes
33 *mixti exequutoris, vt admittat exceptiones. Card. Zab. d.cõs.* 145. *n. vsq; in fi.* Vide, *Causæ cognitio quando censeatur necessario demanda-*
34 *ta. Concl.*154. Vide plenius, *Exequutor quando habeat causæ cognitionẽ, vel non. Concl.*511. † Declara; quia potestas exequutoris pendet à deputatione; ideo illa inspici debet, sicut potestas procuratoris à mandato. Petr. Anch. *cons.*84. *Domina Azolina, in princ.*

Exequutor qualiter procedat in gratiosis sine causæ cognitione contentiosa. Concluſ. 502

1 EXEQVVTOR † deputatus in literis gratiosis cum clausula, *sine strepitu & figura iudicij*, quæ non importat causæ cognitionem, debet, si non vult assumere partes causæ cognitionis, simpliciter, & de plano extraiudicialiter se informare super contentis in literis gratiosis, & an exposita sint vera, & reperta veritate extraiudicialiter mandatum commissa exequutioni. Lap. *alleg.* 61. *n.*4. *ver. debet igitur,* vbi, quod ita seruauit in commissionibus dispẽsationũ matrimonialium datis Episcopo Florentino. Vide, *Exequutor quando habeat causæ cognitionem, vel non. Concl.*511. † Amplia in tãtum prædicta extraiudicialiter debere expediri, vt nec requiratur edictum, nec sit opus citare ad sententiam; quia nulla sententia est ferenda, sed gratiosa executio commissa. Lapus *d.alleg.*61. *nu.*5. *ver. nec est opus.* †Amplia, vt accusatus de aliquo crimine, si narrat accusationem, & obtinet secum dispensari in forma commissionis cum clausula, *si ita est*, non est necesse coram exequutore producere processum, quando exequutor non assumpsit causæ cognitionem; quia sufficit, quod sit facta narratio accusationis. Lap. *d.alleg.*61. *nu.*5. *ver. nec est opus.* † Amplia, vt exequutor deputatus sine causæ cognitione ad dispensandũ cum aliquo accusato, possit statim inhibere sine causæ cognitione iudici, coram quo pendet accusatio, ne procedat, donec sit declaratum, quod non debeatur dispensatio. Lap. *d.alleg.*61. *nu.*5. *in fine. versi. insuper dico.* Vide, *Inhibitio concedenda ad sa-*
*uorem eius, qui timet grauari. Concluſ.*145. † Limita; quia merus exequutor non potest mittere in possessionem sine citatione; quia quantumcunque sit merus, debet partem citare possessorem. Oldrad. *cons.*227. *n.*3. *ver. alia est solutio.* †Extende limitationem, vt nedum possessor debeat citari, sed imo, si comparet, non est amouendus sine causæ cognitione. Feder. de Sen. *cons* 230. *in princ. in fi.*
1. *responſ. Abbatis.* † Limita; quia licet exequutor possit extraiudicialiter, & summarie procedere, vt supra, quando non requiritur causæ cognitio, & valeat exequutio prædicta; tamen nõ præiudicat non citatis; quia eorum ius saluum remanet, nec res iudicata eis obesse potest, iuxta not. in *d. c. fi. de præsumpt. & in clem. iudex, de off. deleg.* Lap. *d.alleg.*61. *n.*4. *ver. & extraiudicialis.* Vide, *Exequutor merus quando causæ cognitionem adhibeat. Concl. prox præced.*

Exequutor an iuris ordinem seruare teneatur. Concluſ. 503.

EXEQVVTOR † merus non tenetur seruare iuris ordinem. 1
Innocent. in *cap. ex ratione, de appellat.* Feder. de Sen. *consi.*138. *in fin. ver. an vero.* † Et in Tuscia exequutores dicuntur iudices balistarum; quia sententias fulminant sicut sagittas. Federic. de Sen. 2
*consi.*187. *Casus talis est, Dominus, in fin. ver. & tales exequutores.* † Amplia, quod nec tenetur citare partem merus exequutor, vt per Fe-3
deric. de Sen. *consi.*144. qui loquitur, quando exequutio fit in illa re, de qua iudicatum fuit, *ver. sed in exequutione.* † Declara; quia si debet amouere possessorem à sua possessione, semper debet citare possessorem; quia alias spoliare diceretur. Zabarell. *consil.* 132. 4
*num.*6. *& 7. ver. sic dicimus in exequutore*, quod intellige, nisi sit merus exequutor facti ad inducendum in possessionem; quia iam possessor fuerit citatus coram committente, ita Gemin. *consil.* 117. *num.*3. *ver. item ex alio.* Vide, *Exequutores meri an procedant diebus feriatis. Concluſ.*507.

Exequutor multiplex, & quando dicatur habere cõpulsionem, vel non. Concluſ. 504.

EXEQVVTORES † quandoque dantur ad monendum, 1
quandoque ad præcipiendum, & quandocunq; ad exequẽdum de stylo Curiæ. Federic. de Sen. *consi.*260. *in prin.* † Extende; 2
quia in literis gratiosis quandoque dantur ad compellendum, quandoque ad prouidendum pure, quandoque ad prouidendum sub conditione, quandoque ad prouidendum de primo vacaturo, quandoque de prouidendo intra mensem. Vide Con-
clusionem proximam sequentem. † Exequutor datus ad indu-3
cendum dicitur habere compulsionem, vt compellat exequutiue. Fed. de Sen. *d.consi.*260. *nu.*2. *ver. super primo*, quia verbum, *inducas*, habet iurisdictionem compulsiuam.

Exequutores diuersi dantur in literis gratiosis, & quales. Concluſ. 505.

EXEQVVTORES, † ad compellendum eum, ad quem spectat collatio beneficii, vt Titio conferat, dantur, & tales exequutores per solam præsentationẽ literarũ collatori factã non ligant manus cõferre debentis, nec afficiunt prębendã cõferendã. Fed. de Sen. *consi.*290 *n.*4. *ver. del ets ergo scire*, ibi, quod collatio facta alteri valet. † Limitatibus casibus, in quibus per præsentationẽ literarum factam per exequutorem ad compellendũ afficitur 2
prębenda, videlicet quando hoc dicitur in literis; secundo, quando exequutor interdixit; tertio, quando iam prouidendus est receptus in Canonicum. Federic. *d.consi.*290. *n.*4. † Exequutores ad 3
prouidendum pure de beneficio etiam dantur, & per solam præ-

sentationem literarum factam exequutori non afficitur beneficium conferendum. Fed. de Sen. *d. consil. 290. nu. 4. ver. quando vero.*

4 † Limita; quia beneficium afficitur per solam intimationem factam collatori per exequutorem, licet non interdicat, *cap. 1. § ex parte, de conces. præben. lib. 6.* Fed. *d. consil. 290. num. 4. ver. quando vero.*

5 † Extende hãc limitationem, vt procedat, etiam si intimatio fiat

6 Vicario absente Episcopo. Feder. vbi supra proxime. † Exequutores etiam dantur ad prouidendum collatore negligente; & tunc per solam præsentationem literarum collatori factam, in quibus fit mentio de exequutore, affecta est præbenda. *cap. si Capitulo. de conces. præbend. in 6.* Fed. de Sen. *d. cons. 290. n. 4. ver si vero exequutor.*

7 † Amplia, vt in tantum sit affecta præbenda per intimationem, vt lapso tempore si collator non conferat, exequutor simpliciter

8 possit conferre. Feder. de Sen. vbi supra prox. † Extende, etiam si intimatio sit facta vnico collatori, & collatio spectet ad duos; quia afficitur præbenda quoad ambos. Feder. *d. consil. 290. ver. & si*

9 *præbenda.* † Extende in tantum, vt si adest decretum irritans etiam ante præsentationem litterarum sit affecta prębenda. Fed. *d. consi.*

☞ *290. num. 4. ver. imo plus dato.* Vide, *Decretum irritans ligat etiam igno-*

10 *rantes. Conclus. 117.* † Exequutores etiam dantur ad prouidendum de primo beneficio, quod impetrans duxerit acceptandum simpliciter; & tunc nec per intimationem, nec processum afficitur præbenda, nisi procedat acceptatio, & intimetur collatori.

11 Fed. *d. cons. 290. n. 4. ver. si vero exequutores.* † Acceptare autem non potest impetrans eo casu certum beneficium, sed in genere tenetur acceptare primum, vel secundum vacaturum, alias si acceptaret certum beneficium non vacans, etiam si intimatio fiat collatori, non afficitur præbenda, sed potest collator illam conferre.

12 Feder. *d. cons. 290. nu. 4. ver. & debetis scire.* † Declara, nisi acceptatio fiat in genere, & intimetur collatori; quia bene afficitur tunc Fe-

13 der. vbi supra. † Limita, nisi adesset decretum irritans in gratia; quia sequuta acceptatione in genere, etiam sine exequutore affi. citur præbenda, Feder. *d. cons. 290. nu. 4. in fin. ver intelligas illud vero.*

14 † Exequutores etiam dantur ad prouidendum de primo vacaturo, quod impetrans duxerit intra mensem acceptandum cum decreto; & tunc ligantur manus collatoris, & afficitur prębenda, etiam quod non fiat acceptatio, neq; intimatio, neq; inhibitio. Fe-

15 der. de Sen. *d. cõs. 290. n. 4. in fi. ver imo plus.* † Executores quandoq; dantur per subdelegationem, puta Legatus habens facultatem prouidendi, vel creandi Prælatum in Ecclesia, si subdelegat simpliciter sine clausula, *vocatis*, dicitur dare potius mandatum ad negocia, quam ad lites. Calder. *consi. 28. An si legatus, est 5. de rescript.*

☞ Vide Concl. prox. seq.

Exequutores plures quomodo, & qualiter dentur, & quot species exequutorum. Concl. 506.

1 EXEQVVTORES † plures dantur altero de tribus modis; aut enim dantur in solidum; aut dantur simpliciter; aut diuiditur exequutio inter eos. Bald. *cons. 77. Casus talis est, quidam paga-*

2 *nus. in princip. lib. 4.* † Vide tamen etiam alios modos, vt sequitur

3 infra proxime. † Dati in solidum si sunt, potest quilibet de per

☞ se sine socio coexequutore exequi. Bald. *d. cons. 77. in prin. lib. 4.* Vide, *Exequutores si plures dati sunt in solidum, præueniens solus procedit, &*

4 *quando. Conclus. 537.* † Dati coniunctim in tantum debent omnes conuenire, vt nullo modo possint etiam in causa pia separatim aliquid facere; quia censetur data forma, vt omnes simul exequantur. Bald. *cons. 123. Reuerendissimus Pater num. 2. circa fin. ver. vnde, quod*

☞ *committitur. lib. 5.* Vide, *Exequutores plures dati diuisim, vel coniunctim,*

5 *aut simpliciter qualiter procedant. Conclus. 535.* † Dati simpliciter censentur dati simul; sed tamen altero mortuo, vel in remotis agente superstes potest officium implere, sed si sunt omnes præsentes, per omnes fieri debet. *cap. religiosus. §. sane pluribus, de testamen. in 6.*

☞ Bal. *d. consil. 77. in pr. lib. 4.* Vide, *Exequutores plures dati pro impedito,*

6 *vel discordante alij exequi debent, & quando secus. Concl. 536.* † Restringe in exequutoribus datis simpliciter pro anima, vel propia causa; quia quilibet potest solus exequi. Bald. *consil. 220. Quod de consensu.*

7 *lib. 5. in fin.* † Dati si sunt per modum partitæ, & diuisæ exequutionis, potest vnusquisq; solum ,prata sua exequi; quia altero mortuo non accrescit aliquid superuiuenti. Bald. *dict. consil. 77. in prin.*

☞ *lib. 4.* Vide, Clausula exequutorum, *vos duo, aut vnus vestrum*, quid

8 operetur. *Conclus. 521.* Vide, Clausula, *coniunctim, vel diuisim*, quid importet, *Conclus. 522.* † Dantur & quarto modo plures exequutores, ita quod vnus cum consilio, & auxilio alterius, vel duorum possit exequi, & isti, qui tenentur consilium habere, & auxilium, non possunt, nisi cum cõsilio, vel auxilio exequi; & idem, si solum consilium est requirendum; quia sine eo non habet authoritatem. Bald. *consil. 123. Reuerendissimus Pater num. 2. vers. sed considerandum est. lib. 5.* Vide, *Consilium quid operetur, & vbi requiritur, non valet*

☞ *actus sine eo. Cõcl. 770.* † Tres sunt species exequutorum; aliqui di- 9

cuntur honorarii; quia causa honoris eorum, qui dantur, & à quo dantur, & quibus dantur, sunt deputati, vt tueantur, & defendãt voluntatem testatoris, eorum magnificẽtia, & authoritate. Bald. *d. cons. 123. Reuerendissimus Pater, in pr. lib. 5.* vbi, quod Reuerendissimi Cardinales, qui dantur exequutores in testamentis, sunt honorarii. † Secundi exequutores dicuntur dati notitię voluntatis 10

testatoris causa, & dicuntur exequutores informati tanquam melius scientes mentem exequendam; & isti sunt vt plurimum intimi amici. Bald. *d. cons. 123. circa pr. ver. quidam vero. lib. 5.* † Tertii exe- 11

quutores sunt meri ministri ad exequẽdam voluntatem testatoris, & dicuntur simpliciter exequutores sine qualitate. Bald. *d. cõs. 123. nu. 3. ver. nunc venio ad ordinationem. lib. 5.* † Quarti exequutores 12

quandoq; sunt loco hæredum, vt quando habẽt nedum electionem pauperum, sed etiam distributionem bonorum. Cald. *consil. 348. alias 14. de testam.* Vide, *Exequutores testamentarij qui dicantur. &* ☞

qui fideicommissarij, legatarij, vel hæredes. Conclus. 545. Vide Conclus. prox. præced.

Executores meri quando procedant diebus feriatis. Conclus. 507.

EXEQVVTORES † meri gratiarum procedunt, & faciunt 1 tuos processus tempore feriarum; imo etiã diebus solemnibus in honorem Dei, & valent, & continentes censuras in contra facientes ligant, & ita curia Romana seruat secundum Feder. de Sen. *cons. 11. Quæritur, an excommunicatio. n. 3. ver. vnde hodie*, allegat *clem. 1. de iud.* † Amplia; quia exequutores meri sententiarum 2 possunt exequi sententias tempore feriato, & generaliter omnis exequutio, & actus non requirens causæ cognitionem potest expedi tempore feriato. Fed. de Sen. *cons. 144. per totum.* † Amplia; 3 quia exequutor potest citare diebus feriatis, quando est metus exequutor, ex quo procedit de plano, & sine causæ cognitione, & non in forma iudicii, & potius gratia implendæ commissionis sibi factæ, quam principaliter per se ipsum. Fed. de Sen. *consil. 244. in fi. vers. & ad prædicta facit.* † Extende; quia feriæ messium non ob- 4 stant in exequutionibus rei iudicatæ, nec in exequutoribus conuentionum, prout pacti de ingrediendo propria authoritate, vel expellendi colonum non soluentem, propriaque authoritate de iure ingrediendi, & si quis petat associari ad tollenda scandala, ista omnia possunt expediri tempore feriarum, messium, & vindemiarum. Alex. *cons. 130. In causa, in pr. lib. 4. & cons. seq.* † Sic etiam 5 ea, quæ possunt scandalum importare, expediuntur; quia si quis timeat offendi, iudex tenetur associari facere timentem; item tenetur compellere partes ad cauendum, & fideiubendum de nõ offendendo. Alex. *d. cons. 130. n. 3. lib. 4.* Vide, *Exequutores an iuris or-* ☞

dinem seruare teneantur. Concl. 503.

Exequutores literarum apostolicarum quando, & qualiter exequi possint, vel non. Concl. 508.

EXEQVVTORES † literarum Apostolicarum etiam meri 1 non exequũtur literas, nisi citato reo, & cognoscant de causa. Ferret. *consil. 290. in pr.* Alex. *consil. 218. Visis verbis dicti Ginoldi, per tot. lib. 2.* quod duplicatur *consil. 45. lib. 6.* sequitur Ferret. *consil. 172.* 2 *num. 8. & sequ.* † Extende; quia non debent exequi contra possessorem beneficii, etiam si habeat titulum infectum, nisi causa cognita, alias competit spolium. Ferret. *d. cons. 290. per totum.* Cardin. Zabar. *consil. 54. ver. ad secundum*, & quod possessor debeat semper 3 citari, antequam amoueatur, idem Zabarell. *consil. 75. per tot.* † Declara; quia intrusus, qui priuatur possessione ab exequutore, debet appellare saltem à die scientiæ, alias sibi præiudicat, vt videtur velle Cardin. *d. cons. 54. num. 2. & seguen.* † Amplia, etiam si aga- 4 tur de beneficio reseruato; quia non creditur Papę circa reseruationem contra possessorem, nisi constet de reseruatione. Ferret. *d. consil. 290. nu. 4.* † Amplia, etiam si agatur de præiudicio tertii; 5 quia tũc debet prius iustificare gratiam, videlicet cognoscere, an conditio euenerit, vel sit purificata; secus si non agatur de præiudicio tertii. Abb. *cons. 34. Super quæstionis materia. colum. 3. & 4. lib. 2.* Ferret. *consil. 172. num. 8. & seq.* † Extende, etiam si sit oneratа con- 6 scientia exequutoris, quando adsunt verba: *si per diligentem informationem tibi constiterit*; quia debet citare partem, & non potest leges transgredi, & debet iurare, quod sibi constitit. Alex. *d. cons. 218. per tot. lib. 2.* † Amplia; quia in omni rescripto inest clausula *si pre-* 7

formare

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

formare de veritate expressorum, vt rescribat Anchara *consi.240. per predicta per tot.* Vide, *Exequutor quando habeat causæ cognitionem, & vel non Concluſ.511.* † Limita; quia exequutor litterarum Legati, vel Papæ, si opponitur exceptio rescindens litteras, nō cognoscit de exceptione, maxime præsente superiore, sed debet exequi. *Anch.consi.224. iste Dominus, in princ.* vbi, quod inferior non cognoscit, neque rescindit factum superioris.

Exequutor gratiæ Apostolicæ, & prouisionis qualiter procedat reperto intruso, vel ad collationem. Concluſ.509.

1 EXEQVTOR † prouisionis, seu alterius gratiæ expectatiuę de prouidēdo de certo beneficio cum inhibitione, & decreto irritanti, & deputatus qualiter procedere debeat, si reperiat alium prouisū ab ordinario collatore de dicto beneficio, & in eo intrusum, vide omnino Oldrad. qui dat plenam informationem *consi.319. incip. Super exequutione, per tot.* vbi pulchre loquitur, & dat praxim procedendi, tam contra intrusum, quam contra collatorem, & quando potest excommunicare, & inuocare brachium secular. † Et datus ad prouidēdum quatuor personis per eum nominandis de quatuor beneficiis vnius diœcesis intra mensem post vacationem acceptandis, qualiter procedat ad huiusmodi exequutionem, vide late Lap. *alleg.85. Dominus Papa. num. 6. ver. insuper quæro. & n.7.* vbi, quod non debet nominare beneficia, nec se arctare, & quod potest reseruare beneficia, inhibere collatoribus in genere, & nominare personas. † Et quid si nominet exequutor quatuor personas, quib⁹ debet cōferre vltima die mensis, in quo debent acceptare, an habere debeant alium mensem? quod non, Lap. *d. all 85. n.7. ver. sed hic quæro,* vbi, quod si omnes nominati acceptarent simul, is præfertur, qui primo fuit nominat⁹ ex ordine litteræ, vel ordine successiuo, si fuit dictum in nominatione. † Et datus ad prouidendum de beneficio vacante de iure tantū qualiter debeat conferre, Gemin. *consi.86. circa fi. ver. sed posito* † Amplia; quia exequutor datus ad inducendum in possessionem, & inducta manutenendū procedit hoc modo cōtra intrusos, vel molestantes, quia citat ad dicendum causam, quare nō debeant declarari incidisse in pœnas, &c. & si nihil deducunt, quod releuet, fit per exequutorem declaratio prædicta. Card. Zab. *consi.33. insti. ver. ad vltimum. & consi.54. ver. ad secundum, vsque in fin.* † Si vero procedit nulliter exequutor non citato possess⁹ re, qui appellauit, remedium est, quod missus in possessionem renunciet possessioni captæ citato spoliato, deinde coram exequutore citet possessorē, vt supra, prout si non esset data possessio. Zabar. *d. consi.54.* vbi *n.2. vsque in fi.* docet prædicta necessaria, videlicet renunciationem, & nouam missionē citato possessore, & idem repetit clarius *consi.75. Rouerede Pater. per tot.* vbi, quod alias Romana Curia reuocaret tam possessionem tanquam nullam, & spoliatiuam. Vide, *Appellatio sententia exequutoris an suspendat Concluſ.411.*

Exequutores dati cum clausula, *contradictores*, quam iurisdictionem habeant. Concl.510.

1 EXEQVTORES † dati cum clausula, *contradictores per censuras, &c.* compellendo non habent iurisdictionem, nisi cōtradictores sint de facto; secus si quis cōtradicat de iure tārum; quia non valet excommunicatio lata contra talem contradicentem de iure. Oldr. *consi.81. in fi. ver. præterea posito,* & idem Oldr. *consi.270. n.6. in fi. ver. & pro sententia.* Vide, Clausula, *contradictores,* quid importet. *Concluſ.320.*

Exequutor quando habeat causæ cognitionem, vel non, Concluſ.511.

1 EXEQVTOR † datus ad prouidendum de beneficio, quod narrat vacare per *extrauag execrabilis,* cum clausula, *quatenus ſ quod de præmiſſis proponitur, veritate fulcitur,* dicitur habere causæ cognitionem, & debet partem citare. Oldrad. late *consi.227. De toribormate, in princ. num.2. ver. nunc restat probare,* & quod executor, datus ad prouidendum habeat causæ cognitionem. Gemi. *cōſ.75. n.1.* Amplia, quod exequutor datus cum clausula, *si tibi constiterit,* necessario habet causæ cognitionem; quia constare nō potest sine causæ cognitione. Lap. *alleg.15. nu.5.* vbi secus de verbo, *inuenerit,* & rationem ponit Lap. *alleg.61. nu.2. ver. secus si fuisset,* quia constare certum, & apertum debet esse, quod fieri nō potest. nisi vocatis partibus, & præcedente causæ cognitione. plenissime Alex. *consi.28. visis verbis, in princ. lib.2.* vbi, quod est magis * communis opinio, quod si verba sunt in rescripto, vel delegatione, *si tibi constiterit, vel, si ita esse repereris,* semp debet citari is, de cuius interesse agitur; quia talia verba important causæ cognitionem, & ibi apostill. *in verb. constiterit,* dat conc. Vide, *Causæ cognitio quando censeatur necessario demandata. Concluſ.154.* † Declara; quia omnes exequutores, quorum materia ponitur in titulo *de offic. deleg.* dicuntur habere causæ cognitionem, ita arguit Gemin. *d. consi.75. in pr.* allegat gloss. *2. in cap.1. de offic. deleg. in 6.* † Amplia, vt in tantum sit verum, quod exequutor debeat citare possessorē, vt etiam si sit merus exequutor, licet possit conferre; non tamen potest mittere in possessionem, non citato possessore. Oldrad. *consi.227. n.3. ver. alia est solutio.* Abb. *consi.34. col. pen. ver. & ideo audio. lib.2.* † Amplia, vt exequutor dicatur spoliare, & comperat restitutio aduersus factum & exequutionem illius, quando processit ad traditionem possessionis non citato possessore, & sine causæ cognitione, Oldr. *d. cōſ. 227. col.1. in fin. nu.2. vers. si ergo de tali commissione.* Zabarell. *consi.132. num.6. & 7. vers. sic dicimus in exequutore.* † Amplia, quod exequutor datus ad recipiendam resignationem beneficii, quā resignans facere intendit ex legitimis causis, dicitur habere causę cognitionem. Oldrad. *consi.324. n.4. ver. tertia renunciatio.* vbi in princ. quod censetur datus sub hac conditione, si renunciatio fiat ex causa legitima. † Amplia; quia exequutor datus potest, si vult, semper assumere partes iudicis, vel adhibere causæ cognitionem, licet non compellatur. Lap. *alleg.15. nu.6. ver. & cum via,* vbi, quod non præsumitur merus exequutor velle adhibere causæ cognitionem, & recedere velle à mera exequutione, etiam si diceret, *pronunciamus,* in sua exequutione, & quod exequutor, licet possit assumere partes iudicis, non tamen compellatur, Lap. *alleg.61. in princ.* Cardin. Zabar. *consi.63. in princ. & consi.145. in fin. & cons.132. num.6. ver. sic dicimus in exequutore.* † Imo, quod possit assumere partes meri exequutoris *clem. vnica. de offic. deleg.* quod intelligit Abb. *consi.34. colu. penult. ver. nec obstat. lib.2.* procedere in iis, in quibus pars non debet necessario citari. † Declara, quod si citauit, vel semel elegit viam causæ cognitionis, non potest deserere causæ cognitionem. Fed. de Sen. *consi.79. n.3. vers. quid plus.* Zabarell. *consi.145. in fi.* vbi, quod etiam appellatur ab eo in omnibus, prout à iudice ordinario, vel delegato, & *consi.132. num.6. ver. sic dicimus.* † Amplia in exequutore etiam deputato cum clausula; *amoto quolibet detentore;* quia adhuc non est sublata subreptio litterarum gratiæ, super quibus est decreta exequutoria cum ista clausula, & potest, si vult, de ea cognoscere. Lap. *alleg.15. n.5. ver. vnde si in littera.* † Nam talis clausula, quod exequutor inducat Titium in possessionem amoto illicito detentore, importat necessario causæ cognitionem; videlicet, quod detentor vocetur, nisi aliter in contrarium disponat commissio. Abb. *d. consi.34. colum. penult. in fine. num.7. vers. ad idem, lib.2.* Vide, Clausula, *amoto quolibet detentore,* quid importet. *Concl.319.* † Amplia; quia clausula; *vocatis, qui fuerint vocandi;* quæ importat causæ cognitionem, de stylo Curiæ apponitur in litteris contentiosis, per quas committitur decisio quæstionis. Lap. *alleg.61. num. 4. ver. facit pro ista parte.* Vide, Clausula, *vocatis vocandis,* quid operetur. *Concluſ.317.* † Amplia; quia nunquam dicitur merus exequutor datus ad aliquid, quod de sui natura requirit examinationē, & inquisitionem, prout datus ad benedicendum Abbatem, vel Abbatissam, ita Felin. *in c. meminimus. nu 2. in fin. ver. vlterius circa, de accus.* † Amplia generaliter; quia semper, quod Princeps aliquid committit, cēsetur committere in dubio, tam per viam iudicialis commissionis, quam per viam inquisitionis. Abb. *d. consi.34. col. pen. in fi. n.8. ver. ad prædicta. lib.2.* † Amplia; quia exequutor datus ad aliquid faciendum cum clausula, *si ita est,* dicitur habere mandatū conditionale; ideo debet citare partem, & verificare, quod ita sit, alias processus est nullus; quia probatio incumbit obtinēti talem gratiam. Abb. *d. consi.34. Super quæstionis materia. col.3. in princ. n.6. ver. quod maxime colligitur. lib.2.* † Extende; quia talis clausula, *si ita est,* importat causæ cognitionem, & citationem partis necessariam. Abb. *d. consi.34. col.3. ver. secundo principaliter. lib.2.* † Amplia; quia in confirmatione actus legitimi, vel iudicialis debet semper pars çitari, seu vocari. Abb. *d. consi.34. colum. pen. ante med. ver. ad idem. lib.2.* † Extende; quia in omni actu exequendo, in quo potest pars lædi, exequutor semper debet partem citare, & audire. Abb. *d. consi.34. colu. penult. circa med. ver. ad id. lib.2.* allegat *cap. inter quatuor, de maior. & obedien.* vbi Papa dicit, quod contra inauditam partem aliquid non est faciendum. † Extende; quia licet possit beneficium vacans conferri etiam alio existente in possessione; quia ex collatione non læditur; non tamen exequutor potest in possessionem inducere prouisum, non vocato possessore. *c licet Episcopus, de præb. in 6.* Abb. *d. consi.34. col. pen. circa med. ver. & ideo audio. lib.2.* † Extende; quia quando committens cœpit cognoscere, & non lata sententia committit alteri, sen per censetur commissa causæ cognitio; & idem,

idem, quando committitur aliquid exequendum nulla præcedente sententia, quia semper pars debet citari. Abb. *dict. cons.34. col.pen.post med.ver.sed ibi datur.lib.2.* † Limita; quia exequutor non dicitur habere causæ cognitionem, si sibi aliquid demandatur cũ clausula, *si inueneris.* Lap. *d.alleg.15.n.5.versi.non obstat.& vers.& aliud*
22 *est dicere.* quia hoc verbum sonat in monitionem. † Contrarium a-
23 postill. ad Alex. *cons.218.in pr.lib.2.in ver.constiterit.* † Limita, si exequutori aliquid demandatur, cum clausula, *si est idoneus*; quia importat monitionem, & nõ cognitionem causæ. Lap. *d.alleg.15.n.5. ver.non obstat.* & idem de clausula, *si ita est*, in commissione gratiosa. Lap. *alleg.61.n.2.ver.nec obstat.* Alex. *cons.218. Visis verbis.num.3.lib.2.* vbi, quod semper, quod committitur alicui, *quod si quis est idoneus, vel dignus*, ista verba important monitionem, nõ autem conditionem; quia tacite inest; & ideo alia verba, *super quo tuã conscientiam oneramus*, idem important, & non requiritur citatio, quia est potius commissio conscientialis, quam iudicialis; si tamen citaret, debet tũc citatos audire, alias daretur appellatio. Vide, *Exequutor*
☞ *qualiter procedat in gratiosis sine causæ cognitione contentiosa. Concl.* 502.
24 † Limita, quando exequutori committitur aliquid cum clausula; *super quo conscientiam tuam oneramus*; quia ex quo nõ admittitur exceptio contraria, non habet causæ cognitionem. Lap. *d.alleg.15.in fi.ver.quia tamen est dictum.* & idem Lap. *d.alleg.61.n.3.vers.secundum*
25 *quod dicimus.* † Contrarium tenet Alexand. *d.cons.218.num.3.& seq. per tot.lib.2.* quando clausula, *super quo conscientiam tuam, &c.* apponitur in commissione, quę tacite non continet hoc, veluti si committatur alicui, *vt se de narratis omnibus informet, & si ita esse repererit, faciat. &c.* quia *super quo conscientiam, &c.* quia debet isto casu se informare, habentes interesse citare, & audire, alias nulliter facit; secus, quando adiicitur, quæ tacite inest, *si est idoneus*; *vel dignus*, ita Alexand. *d.cons.218.nu.3.& 4.lib.2.* & idem tenet Abb. *cons.34.per*
26 *tot.* maxime *in fi.lib.2.* Ias. plene *in l.certũ, circa fi. C. vnde legit.* Ferret. *cons.172.num.9.* † Et procedit contrarium, quod habens commissionem, *si sibi constiterit super quo conscientiam, &c.* vt debeat adhibere causæ cognitionem, etiam si dicat, *per te ipsum*; quia importat, non per substitutum, non autem importat, quod non citet, neq; quod faciat ex sola conscientia. Alex *d.cons.218.n.8.ver.nec prædicta*
27 *obstat.lib.2.* † Limita; quia si exequutor est merus, licet vsus sit verbo, *pronunciamus*; nõ tamen dicitur assumpsisse partes iudicis, vel cognitionis causæ; quia hoc verbũ conuenit etiã non iudici Lap.
28 *d.alleg.15.n.5.ver.nec per hoc obstat.* † Limita, si in cõmissione aliquid mandatur per verbum, *si tibi videbitur*; quia non importat causæ
29 cognitionem. Lap. *d.alleg.61.n.3.ver.itẽ pro hac parte.* † Limita *inver. si repereris*; quia non importat necessario causæ cognitionem. Lap. *d.alleg.61.n.2.ver.imo si fuisset*, sed contrarium tenet Oldr. ad. *cons.41.*
☞ *in princ.* Vide, *Inuenire, & reperire in quibus differant. Concl.* 344. † Li-
30 mita, quando dicta clausula, *vocatis, qui fuerint vocandi*, nõ est apposita, quæ consueuit apponi de stylo Curiæ; quia causæ cognitio nõ requiritur, ita Lap. *d. alleg.61.n.4.* q. loquitur in littera gratiosa monialis corruptæ per vim, vt Abbatissa posset esse propter vtilitatem monasterii, in quo per viginti annos præfuit, eligatur, vt commissio, *si ita est*, non requirat causæ cognitionem illo casu, & quod commissio cum clausula, *vocatis*, soleat fieri, quando datur
31 iurisdictio, alias secus. Calder. *cons.28.alias 5.de rescript.* † Limita in subexequutoribus, 'quibus nuda exequutio demandatur; quia dicuntur meri exequutores, & non habent causę cognitionem in decidendo; sed in cognoscendo, & referendo. Gemin. *consil.* 109.
32 *ver.circa secundum, & per tot.* † Limita in exequutoribus meris; quia debent exequi sine metu exceptionis. Bald. *cons.214. In causa nobi-*
☞ *lis, in pr.lib.3.* Vide, *Exequutor merus quando adhibeat causæ cognitionem ex necessitate. Concl.* 501. Vide, *Clausulæ rescriptorum importantes causæ cognitionem, vel non. Conclus.*368.

Exequutionem impediens, vel exequutores, qua pœna puniatur. Concl. 512.

1 ROMÆ † extat Bulla Gregorii XIII. & Sixti V. quæ impo-
2 nit crimen læsæ maiestatis se opponẽtibus iudicibus, & exequutoribus, ne libere officium eorum exequantur. † Limita; quia Bullę non habent locum, si exequutores, vel iudices extra officiũ aliquid velint; quia reputãtur priuati. Gramm. *cons.51.per tot.* Bald.
3 *in l.ab exequutione.col.pen.C.quor.appell.non recip.* Carrer. *in praxi.§.cir-*
ca quintum.n.78.in fi. † Limita, quando exequutor vult exequi, & non habet mandatum; quia se opponens non incidit in pœnam
☞ Bullæ. Clar. *§.fin.q.29.* Farin. *q.32.num.33. & seq.* Vide, *Exequutori quando non sit parendum. Concl.* 525. Vide, *Eximens captum qua pœna puniatur. Concl.* 588. Vide, *Iudici nulliter procedenti quando non parendum. Conclus.*413.

Exequutor quanto tempore duret, vel expiret. Concl. 513.

EXEQVVTOR † datus ad gratiam non expirat morte concedentis, sed est perpetuus, sicut gratia. *c.fi super gratia, de offic. de-* 1
leg.in 6. Oldrad. *consi.295.num.4.ver.hinc est.* concord. Lap. *alleg.17. in princ.* quod intellige ad gratiam iam factam. Feder. de Sen. *consi.*
290.num.4.in fin.ver.sumus ergo expediti. † Amplia, vt procedat et- 2
iam in exequutore dato à Legato super gratia per eum facta, quia licet Legatus moriatur, vel reuocetur; tamen durat exequutoris officium. Lap. *d.alleg.17.an datio, in princ.* † Amplia, vt procedat, 3
siue exequutor sit datus super gratia iam facta, siue facienda, dũmodo ante mortem dantis exequutorem sit cœptum officium, puta facta collatio per exequutorem; quia licet non induxerit in possessionem; poterit tamen post mortem cõcedentis inducere in possessionem beneficii collati ante mortem concedentis. Lap. *d.alleg.17.num.2.vsque in fi.versi.an si à Papa*, vbi in fin. quod ita obtinuit in facto, & vide Franc. *in c.fi super gratia, in pr. de offic. deleg. in 6.* vbi sequendo Lap. *alleg.17.* declarat intelligi gratiam faciendam quando est super collatione de vacaturo. † Declara in exequuto- 4
re gratiæ legati; quia in eo cessat authoritas in gratia facienda, licet fecerit processus; quia si non contulit, dicitur res integra. *cap.*
3.de offic.legat.lib.7. ita Feder. de Sen. *consi.290.n.5.versi.res autem di-*
citur integra. † Amplia; quia exequutores dati ad aliquid ordinã- 5
dum, & exequendum, licet ordinauerint, & in parte exequutioni demandauerint, non dicuntur functi officio, donec plene exequutionem perfecerint, ideo si ceperunt exequi in vnare, quæ perfici non possit, debent in alia perficere, plene Bart. *consi.139.Statuto Communis Perusii.lib.1.* quod est Bart. Franc. Tigrini, & Angel. de Amelia. & dicunt, quod aliud est ordinare, aliud exequi, & repetit Bart. hoc dictum *consi.142.n.1.versi.ad hoc respondetur.lib.1.* Ancharan. *consi.412.* † Limita in exequutore dato ad compellendum 6
exemptos pro solutione procurationum Legatis debitarũ, quia quoad non cœpta morte concedentis expirat. Feder. de Sen. *consi.*
138.n.3.in fi.ver.ad aliud. † In contrarium facit supra *ver.primus.* quia 7
si gratia est perpetua, exequutor est perpetuus, sed hic datur exequutor super iis, quæ sunt iuris, igitur videtur perpetuus, vt per Lap. *alleg.17.in pr.* tamen cogita. † Limita, quando exequutor est 8
deputatus super gratia facienda, videlicet super collatione de vacaturo, quando moreretur concedens gratiam, antequam cepisset exequutor procedere. Fran. in *d.c.fi super gratia, de offic. deleg. in 6.*
in pr. ex mente Lap. *d.alleg.17.* † Limita; quia licet exequutor da- 9
tus ad prouidendum de beneficio, quod expectans intra mensem duxerit acceptandum, duret vltra mensem, vt per Calder. *cons.253.alias 32. de præben.* tamen facultas eius expirat per sex menses; quia notabilis negligentia sex mensium, in quibus nõ prouidet de vacanti, facit expirare facultatem exequutoris. Calderin. *cons.254.alias 33. eod.tit.* † Declara totam istam materiam; quia of- 10
ficium exequutoris re integra expirat morte mandantis, seu concedentis, prout in rescripto, sed si datur exequutor ad gratiam puram, & in litteris gratiæ, sicuti gratia est perpetua, ita etiam datio exequutoris. Roman. *consil.330. Circa primum.num.17.* † Limita in 11
exequutoribus piorum legatorum; quia si non exequantur intra annum, deuoluitur exequutio ad Episcopum. *cap.vos quidem, de testam.l.nulli.C. de Epis. & cleric.* Vide, Clausula, *Inducatis in possessionem*
☞ *& inductum manu teneatis*, quid operetur. *Concl.* 318. Vide, *Exequutor*
☞ *quanto tempore duret post exequutionem. Concl. prox. seq.*

Exequutor quanto tempore duret post exequutionem. Concl. 514.

EXEQVVTOR † tanto tempore durat, postquam acceptauit 1
officium, quandiu fuerit paritum negocio sibi commisso ad exequendum, quo exequuto, licet postea noua turbatio oriatur, ipse tanquam functus officio non se intromittit, ne videatur effici ordinarius. innoc. in *c.pro illorum n.3.ver.in aliis autem, de præb.*
Pet. de Anch. *cons.92. Tria sunt in fauorẽ.n.4.vsque in fi.* † Amplia, vt 2
procedat, etiam si in litteris exequutorialibus adesset clausula, *quod exequutor induceret in possessionem, & defenderet inductum* quia ni-
hilominus postquam semel induxit in possessionem, expirat eius iurisdictio; quia non durat post annum. Card. Zaba. *consi.10. Laco-*
bus exequutor.n.4.ver.hic tamen. vbi dicit * communem. † Contra- *3
rium, quod clausula, *defendatis inductum, &c.* operetur, quod semp potest exequutor tueri; quia hæc potestas est accessoria ad gratiam, & quandiu gratia durat, etiam potestas durat exequutoris. Card. *consi.33.num.3. & consi.54.num.4.* † Declara; quia si molestiæ 4
prouenirẽt ex causa antiqua, qua nõ obstante fuit data missio in

possef-

possessionem, etiam post annum exequutor posset manutenere secundum æquitatem. Card. Zaba. *d. cons.* 10. *n.* 4. † Restringe ampliationem, quando adesset tempus præfixum, puta, *defendatis indultum, donec causa proprietatis sit terminata*; quia tūc sine dubio durat secundum rescriptum. Card. Zaba. *d. cons.* 33. *In primo dubio. n.* 2. *inf. & n.* 3. *ver. ad secundum.* Vide, Clausula, *inducatis in possessionem, & manuteneatis*, quid operetur. *Concl.* 318. † Amplia maxime in iudice ordinario exequutore; quia tamdiu durat officiū exequendi sententiam, vel ordinationem, quamdiu sit perfecta exequutio, ideo cœpta, & non finita durat perpetuo, & debet finiri. Pet. de Anch. *cons.* 92. *Tria in fauorem. n.* 4. *& vsq; in fin.* † Extende; quia exequutio potest etiam fieri cōtra tertium, qui post cœptam exequutionem cepit possessionem; quia possessio necessario est iniusta tanquam à radice infecta, & sic ab iis, contra quos exequutio debuit fieri. Pet. de Anch *d. cons.* 92. *per tot.* maxime *n.* 5. † Limita, quando exequutor nulliter induxit in possessionem, pura non citato possessore; quia licet sit functus officio; tamen poterit alius exequutor per clausulam *si non omnes*, prouidere, videlicet, quod possessor spoliatus citetur ad videndū renunciari possessioni capiē tanquam nulli, & de facto, postea coram eodem exequutore citetur ad dicendum causam, quare non debeat procedi ad exequutionem literarum Apostolicarum; & hoc modo dabit executionem, si nihil reluans deducitur; quia clausula, *defendatis indultum*, conseruat iurisdictionem exequutoris. Zabarel. *cons.* 54. *n.* 2. *vsque in fin.* Vide Concl. prox. præced.

Exequutoris officium finitur morte, & quando secus. Concl. 515.

OFFICIVM † exequutoris testamentarii finitur morte; ideo si velit legare, vel facere exequutionem post mortem, non valet factū. *l. cuius bonis ff. de cur. furios.* Bald. *cons.* 123. *Reuerendissimus Pater. in pr. lib.* 5. vbi hoc dicit procedere, quando ratione personæ fuit datus exequutor; secus, si ratione officii, vel dignitatis. † Amplia in tantum morte finiri officium exequutoris, vt si exequutor legat, quod sui hæredes exequantur id, ad quod erat deputatus testator, censent grauati soluere de bonis testatoris, ex quo alias esset inutile legatum. Angel. *consil.* 278. *Punctus est, Ioannes. per tot.* † Limita, quando ratione dignitatis perpetuæ est deputatus exequutor, prout Episcopus Perusin⁹. Bald. *d. cons.* 123. *Reuerendiss. Pater. in pr. lib.* 5. † Limita, quando exequutor simul etiam est hæres institutus; quia si primus testator mandauit certa bona sua distribui pau. eribus per suum hæredem, & alios exequutores in solidum deputatos, si hæres faciens testamentū instituat certos pauperes, censetur voluisse exequi voluntatē defuncti eligēdo pauperes; ideo cessat officium exequutoris quoad alios. Bald. *consil.* 193. *Dominus Nicolaus per tot. lib.* 1. † Extende limitationem, vt procedat etiam in exequutore, qui non est hæres, quando pure non ad piam causam, veluti si testator deputauit ad distribuēdum, quibus voluerit, certam summam etiam ratione sanguinis; quia potius persona, quam pia causa fuit considerata; nam potest exequutor in testamento distribuere. Bald. *consil.* 77. *Casus talis est. circa fin. ver. soluto. lib.* 4. licet videatur ibi tenere, quod imo est ad piam causam eo casu, & quod post annum non potuerit fieri distributio. † Limita, quando esset factum legatum alicui cum onere, quod post certum tempus teneatur distribuere pauperibus; quia cum dicatur interim legatarius, & faciat fructus suos, si interim moriatur, transmittit ad suos hæredes legatum cum onere exequutoris suo tempore; quia non est nudus executor. Bald. *cons.* 482. *Quia dictus Acciolus. lib.* 4. † Limita; quia exequutrix data in testamento, licet transeat ad secundas nuptias; non tamen perdit officium exequutoris, licet perdatur tutela. Bart. *in l. à filio. ff. de adim. & tib. legat.* Bald. *in authent. ipsdem in fin. C. de secund. nupt.* sequitur Dec. *in l.* 2. *colum.* 4. *in fin. ff. de regul. iur. & in cap. ex parte. il secondo, in n. tit. ab. de appell.* Vide, *Exequutor potest subdelegare, & quando secus. Conclus.* 521.

Exequutor ad prouidendum de beneficio vacante de iure quando conferat citato possessore, vel non. Concl. 516.

EXEQVTOR † ad prouidendum de vacante beneficio de iure tantum, an teneatur citare possessorem, antequam conferat, sunt opiniones hinc inde, vt per Lap. *all.* 104. *Sæpe mihi*, alias 103. † Regula sit, quod debeat possessor citari, & debeat audiri, antequam exequutor conferat, per text. *in c. literas. de concess. præb.* vbi citatur, & compellitur dimittere, & postea confertur. *c. cum in nostris. eo. tit.* vbi requiritur pronunciatio vacationis de iure, antequam fiat collatio, tanquam de vacante de iure, alias collatio est nulla, quando color talis possidentis nō est cassatus à iure, vel ab homine. Gemin. *cons.* 86. *circa si. ver. sed posito.* † Limita, vt procedat, quando possidens habet titulum coloratum, & sic possessionem coloratam; secus, si est omnino iniusta possessio, & sine titulo. Lap. *alleg.* 16. vbi, quæ dicatur colorata possessio, & latius *alleg.* 104. alias 103. *Sæpe mihi.* vbi *n.* 2. quod ita inter practicos tenetur, q⁹ sine citatione potest fieri collatio. † Limita, quando possessor habuisset possessionem post datam mandati de prouidendo; quia poterit exequutor prouidere nō citato possessore. Lap. *d. all.* 104. *Sæpe mih. n.* 13. *ver. est etiam sciendum.* & idem tenet ante eum Oldra. *cons.* 319. *n.* 3. *ver item si dictus. & n.* 4. † Limita, quando possessor haberet possessionem ab inferiore de reseruato beneficio. Oldra. *d. cons.* 319. *n.* 3. *ver. item si dictus & n.* 4. Lap. *d. all.* 104. alias 103. *n.* 3. *ver. si igitur is.* vbi dicit *commun. & idem, si collator esset excommunicatus; quia tunc non habet titulum coloratum, & sic reincidit in primam limitationem. † Extrende, etiam si possessio esset post decretum, & inhibitionē, nedum Papæ, sed Legati. Lap. *d. all.* 16. *n.* 3. † Limita, quando color possessionis tertii est cassatus à iure, vel ab homine; quia tunc exequutor potest conferre non vocato possessore, vt si obtineat pacifice duo curata; quo casu à iure cassatur color, vel si est priuatus per sententiam, ita Gemin. *cons.* 86. *in fin. ver. nec obstat.* † Limita, vt procedat, quod debet citari habens coloratam possessionem, antequam fiat collatio vacantis de iure, quando possidet corporaliter, & temporaliter; secus si incorporale possideret, vt ius canoniæ, vel similium. Lap. *d. alleg.* 16. *n.* 3. *ver. item dicit. & alleg.* 104. alias 103. *n.* 2. *ver. & intelligit. quando.* † Declara omnes prędictas limitationes, vt licet procedant, quod collatio possit fieri non vocato possessore; tamen non potest tradi possessio eo non vocato. *c. licet Episcopus de præb. in* 6. Oldrad. *d. cons.* 319. *in prin. & per tot.* Vide, *Expectans in forma pauperum capit beneficia vacantia de iure tantum. Concl.* 593.

Exequutor ad conferendum quæ beneficia possit conferre, vel non. Concl. 517.

EXEQVTOR † datus ad prouidendum alicui de beneficio primo vacaturo potest conferre beneficium in literis expressum, etiam si sit deuolutum. Lap. *all.* 85. *n.* 5. *ver. de beneficiis ad sedem.* † Amplia, vt etiam possit conferre beneficium vacās de iure tantum, quando est exequutor ad conferēdum in genere. Oldr. *cons.* 282. *ver. primum.* Lap. *d alleg.* 85. *n.* 9. *ver. quæro tempore.* vbi reddit rationem; quia quando impetratio est in genere, non potest imputari impetranti, quare tacuit possessionem alienam; per quā non vacat de facto; secus in commissione de cōferendo certo beneficio. † Amplia; quia exequutor datus ad prouidendum de certo beneficio poterit etiam prouidere, si vacat solum de iure, quando mentio possessionis alienę est facta in gratia de prouidēdo, etiam si possessio tertii sit colorata, ita videtur de mente Lap. *all.* 15. Gemin. *cons.* 86. *n.* 6. *ver. non obstat vsq; in fi.* vbi volunt, quod non sufficiat feciſſe mentionem de possessione tertii in clausulis exequutiuis. † Qualiter autem debeat procedere ad collationem tertio possidente, an antequam cōferat, debeat citare possessorem, Vide, *Exequutor datus ad prouidendum beneficiū vacans de iure. Concl. prox. præced.* † Limita; quia exequutor datus ad prouidendum de certo beneficio vacante, si vacat solum de iure, & non est facta mentio possessionis alienæ coloratæ, per quam tollitur vacatio de facto, non potest exequutor prouidere de tali beneficio; quia gratia est subreptitia, & nulla, vt per Lap. *d. all.* 15. Gemi. *d. cons.* 86. *n.* 6. *ver. nec obstat.* † Limita in beneficiis reseruatis specialiter, & vacantibus in Curia; quia de illis non potest prouidere. Lap. *d. alleg.* 85. *Dominus Papa.* vbi *n.* 3. *in fi.* quoad reseruata distinguit; aut reseruatio specialis est post mandatum de prouidendo, & non veniunt talia beneficia sub gratia; aut est ante, & non impedit. † Limita; quia exequutor nō potest cōferre beneficia non inclusa in suo mandato, alias collatio est nulla. Gemi. *cons.* 21. *Præmitto pro declaratione. in pr.* † Limita, quando executor datus ad conferendum præbendam primo vacaturam canonico non præbendato, si confert præbendam alteri debitam de iure; tunc collatio est nulla Gem. *d. cons.* 21. *n.* 2. *ver. secunda. quod si exequutor.* † Extende, vt idem sit in exequutore dato ad conferendā præbendam in Ecclesia, in qua est consuetudo optandi; quia non potest conferre ante, vel durante termino optionis faciendo, & conferendo nulla est collatio, tanquam de præbenda de iure alteri debita. Gem. *d. cons.* 21. *per tot.* vbi reprobat Lap. tenentem contrarium *in c. fi. de consuet. in* 6. & dicit, quod exequutor non habet iurisdictionem conferendi durante tempore optandi. Vide Conclus. prox. seq.

Exequu-

Exequutores ad conferendum sunt collatores delegati, non ordinarii. Concl. 518.

1 EXEQVVTORES † ad conferendum dicuntur collatores, vt per Rot. *decis. 58. de rescript. in antiq.* alias 403. *& in nou. decis. 5.*
2 *de præbend.* alias 100. † Declara; quia sunt collatores delegati, non autem ordinarii, vt per Gemin. *cons. 34. Super præmisso. n. 4. vers. non obst. at præmissum.* Vide Concl. prox. præced.

Exequutores expectatium in forma pauperum quid possint. Concl. 519.

1 EXEQVVTOR † datus in gratia expectantis in forma pauperum potest conferre beneficium, etiam si de iure tantum
2 vacet. Oldr. *cons. 282. n. 1. ver. si autem.* † Et non expirat eius iurisdictio per lapsum sex mensium, quibus vacauit beneficium; quia
3 fungitur officio Papæ. Oldr. *d. cons. 282. n. 2. ver. secundum.* † Et conferre potest beneficia deuoluta ad Sedem Apostolicam ob negligentiam inferioris collatoris. Oldrad. *d. cons. 282. n. 3. vers. an tertio.*
4 † In eis potest fieri compromissum de iure per expectantes, & valebit; secus est, quando compromissum fieret de facto. Gemin.
☞ *cons. 109.* qui loquitur de subexequutoribus. Vide, *Expectans in forma pauperum qua beneficia capiat. Concl. 591. cum pluribus ibi proxim. seqq. Conclus.*

Exequutores Papæ nõ subsunt locorum ordinariis, & quando. Concl. 520.

1 EXEQVVTORES † Papæ non subsunt locorum ordinariis; imo Episcopus, & iudex ordinarius est minor delegato Papæ. *c. sane. de off. deleg.* Fed. de Sen. *cons. 115. Casus talis est in princ.* vbi, quod non potest exequutor conueniri coram ordinario suo, tan-
2 quam quod puniatur ex nullo vel inordinato processu. † Amplia in tantum, vt iudex delegatus, vel exequutor possit excommunicare Episcopum non parentem sibi. Feder. *d. cons. 115. in pr. vers. sed*
3 *quis dubitat.* † Amplia, vt nec Legati[9] possit se intromittere de processu delegati, & exequutoris, prout nec ordinarius. Feder. *d. cons.*
4 *115. in princ. ver. hinc est.* † Amplia; quia exequutores testamentarii dati ad construendam capellam in Ecclesia exempta, prout sunt fratres minores, non subsunt ordinario; quia exemptio tribuit idem priuilegium, ac si locus esset extra diœcesim. Castr. *cons. 187. Super primo. in fin. lib. 1.*

Exequutor potest subdelegare, & quando secus. Concl. 521.

1 EXEQVVTOR † datus ad prouidendum potest subdelegare vices suas pro vlteriori exequutione prouisionis suæ, vt prouisus inducatur in possessionem, vt est casus per Fed. de Sen.
2 *cons. 251.* qui tamen loquitur in absente exequutore. & Gemi. *cons. 109. in pr. ver. circa secundum.* † Amplia, vt nedum possit subdelegare, sed etiam vices suas reuocare, quando non simpliciter subde-
3 legauit, sed cum clausula, *donec vices suas duxerit reuocandas.* Lap. *alleg. 128. Anastasius. nu. 2. vers. ad secundum.* † Amplia; quia omnes exequutores etiam testamentarii, & alii ex causa necessaria absentiæ possunt subdelegare, quando forma dispositionis non est restricta, & non sumus in iis, quæ ex sola industria personali cõpetunt,
4 plene Bald. *cons. 123. n. 4. vsq; in fi. lib. 5.* vbi, qualiter cognoscatur electa industria personæ. † Limita; quia non potest subdelegare in genere personas incertas, puta omnes clericos & presbyteros, vel omnes, ad quos nostræ peruenerint. Lap. *d. alleg. 128 in fi. ver. & primo dico.* sequitur Gem. *cons. 75. In causa magistri. in prin.* vbi dicit hoc procedere in exequutore ad prouidendum, qui habet causæ co-
5 gnitionem. † Limita in exequutoribus testamentorum; quia non
6 possunt subdelegare vices suas. Oldr. *cons. 316. n. 2. ver. si vero.* † Declara hanc limitationẽ, vt procedat, nisi delegatio fieret pro certa re, & certo loco. Fran. *c. 2. § fi. n. 6. de testa. lib. 6.* vbi ex mente Arch.
7 & aliorum ita declarat Oldr. † Restringe; quia potest exequutor testamentarius subdelegare leuia; secus est quoad grauia. Bald. *d.*
8 *cons. 123. Reuerendissimus Pater. n. 5. ver considero ergo. lib. 5.* † Restringe; quia ex causa necessaria absentiæ poterit subdelegare. Bald. *d. cõs.*
9 *123. n. 4. & 5. lib. 5.* † Limita; quia in tribus casibus exequutor non potest subdelegare; primus est ratione formæ, vt si est dictũ, quod per seipsum exequatur; secundus, si est electa industria personæ; tertius, si sumus in arduis, & non delegabilibus. Bald. *d. cons. 123. in*
10 *fi. lib. 5.* † Extende; quia sicuti non potest subdelegare; ita nec potest procuratorem constituere ad exequendum, quãdo est electa industria personæ. Bald. *in l. nulli. C. de Episc. & cler.* & clarius *d. cons. 123. Reuerendissimus. lib. 5.* Fel. *in c. fi. § is autem. ver. exequutorem. ff. de off. deleg.* quia dicitur eius fides electa à testatore. Aret. *tract. de testam. col. 5. ver. aduertas.* † Declara; quia procedit limitatio, & extensio, vt 11 non possit arbitrio commissa alteri delegare, sed potest nudum ministerium alteri committere. Bald. vbi supr. Fel. *in c. fi. § fi. n. 7. de offic. deleg.* Dd. *in c. Ioannes. de testa. & in c. fi. eod. tit. lib. 6.* Bald. *cons. 417. Reuerendiss. Pater. lib. 2.* Vide, *Industria personæ quando dicatur electa, vt per alium fieri non possit. Concl. 105. cum concl. ibi prox. seq.*

Exequutori quę exceptiones obstent, vel non. Concl. 522.

EXEQVVTORI † non obstat exceptio, quod non possit esse 1
exequutor; quia in causa exequutionis, in qua procedit, ipse est compellendus tanquam debitor; quia hæc exceptio non releuat, quatenus velit agnoscere bonam fidem. Anch. *cons. 154. Quæstio. super qua. in pr.* † Amplia; quia exceptio, quod falsa sunt narra- 2
ta, non releuat, quando gratia exequutoris non fundatur super narratis. Anch. *cons. 154. n. 3. ver. secunda exceptio.* † Amplia; quia non 3
obstat exceptio, quod compellendus, qui exegit, dicat habere mandatum ad exigendum solum; ideo non possit compelli ad restituendum. Anchar. *d. cons. 154. in fin.* † Amplia; quia non obstat 4
exequutori exceptio, quod gratia sit nulla; quia ipse non cognoscit ad rescindendum gratiam, sed exequitur. Ancha. *cons. 224. Iste Dominus. in princ.* † Et an appellatio ab exequutione sit admitten- 5
da. Vide, *Appellatio ab exequutione an detur. Concl. 410.* † Et an à sen- 6
tentia exequutoris appellatio suspendat. Vide, *Appellatio à sententia exequutoris an suspendat exequutionem. Concl. 411.*

Exequutor potest allegari suspectus, & quando secus. Concl. 523.

EXEQVVTOR † potest allegari suspectus, quando habet in- 1
teresse in causa, in qua exequutor fuit deputatus, vel si alias non est idoneus. Feder. de Sen. *cons. 138. in fin. n. 4. ver. ad id. quod dicitur.* † Limita, nisi Papa, qui illum deputauit, ex certa scientia de- 2
putauerit, vel sciens illum habere interesse; quando est merus exequutor rei notoriæ. Fed. de Sen. *d. cons. 138. in fi. n. 4.* qui loquitur in exequutore non exempto deputato ad compellendum exemptos, vt concurrant in solutionem procurationum Legato Apostolico debitarum. † Limita; quia exequutor merus regulari- 3
ter suspectus allegari non potest; quia non potest inferre præiudicium. Calder. *cons. 212. ver. solus autem.* alias *de appell.* Vide, *Suspicio contra quos allegari possit. Concl. 908.*

Exequutor in causa propria quando possit dari, & per quos. Concl. 524.

POTEST † quis dari exequutor in causa propria, vt appre- 1
hendat possessionem propria authoritate de consensu possessoris, siue in contractu, siue in donatione, siue in vltima voluntate, dummodo tertio non præiudicetur. Bald. *consil. 345. Ad*
euidentiam. in princ. lib. 1. † Amplia; qui si ius est clarum per sententiam, potest iudex dare licentiam, vt quis in causa propria sit exe- 2
quutor, & capiat possessionem rei declaratæ per sententiam. Baldus *dict. consil. 345. num. 2. ver. item potest concedere. lib. 1.* † Amplia, vt 3
idem sit in Principe; quia potest ex rescripto exequutorem deputare in causa propria ad capiendum possessionem rei concessæ, dummodo sit notorium, & clarum, quod spectat ad Principem; quia quod potest præses fedendo pro tribunali, potest Prin-
ceps extra iudicium. Bald. *d. consil. 345. num. 2. vers. item potest. lib. 1.* 4
† Amplia; quia iudex potest deputare partem in exequutorem sententiæ ad proprium fauorem exequutoris, late Castrens. *cons.* 5
255. Viso supradicto puncto. colum. 2. in fin. lib. 1. † Extende multo magis; quia statutum potest hoc; ideo statutum permittens vindictam fieri, vel bannitum impune posse offendi, dicitur constitue-
re partem vindictam facientem, & offendentem ministrum iustitiæ, & exequutorem. Castrens. *dict. consil. 255. colum. 2. in fine. &* ☞
colum. 3. lib. 1. vbi, quod offendi permissus non potest facere resistentiam. Vide, *Possessio potest propria auctoritate capi ex licentia data, & quando secus. Conclus. 409.* Vide, *Exequutio sententiæ ex quibus reuocanda, vel deneganda. Conclus. 492. num. 17. & seq.*

Exequu-

Exequutori quando non sit parendum. Conclus. 525.

EXEQVTORI † nō est parendum; si cōstat notorie, quod eis, qui deputauit eum, non habebat iurisdictionem, Lap. *alleg. 2. n. 11. ver. ad hoc, de offic. deleg.* † Amplia, quod iudex ordinarius non debet exequi sententiam ad mandatum alterius iudicis, qui eam tulit, si constat de appellatione interposita. Lap. *alleg. 2. n. 11. versus. ad hoc dictum Innocen.* † Amplia; quia licet exequutori exequenti non sit resistendum; tamen secus est, si non constat eos esse exequutores, Feder. de Sen. *consil. 251. in princip. num. 1. versic. non enim debet.* Vide, *Delegato, & aliis non creditur, nisi constet de delegatione. Conclusio. 154.* Vide, *Exequutionem impediens, vel exequutores, qua pena puniatur. Conclusio. 512.* Vide Conclusionem proxim. sequen.

Exequutores ad pias causas ex quibus dicantur constituti. Concl. 526.

EXEQVTORES † ad pias causas censentur constituti, si testator hoc expressit. † Amplia; quia etiā tacite censentur dati exequutores, quando aliquid testator legauit Titio, & postquā res legata peruenerit in Titium legatarium mandat illam rem expendi in causam piam; quia licet nō deputauerit legatarium exequutorem; tamen erit exequutor. Alexan. *consil. 170. Circa primum, nonne. ver. secundo præsuppono. lib. 2.* † Amplia; quia exequutores deputati à testatore ad distribuendū bona ipsius in pauperes dicuntur deputati ad piā causam. Cast. *consil. 97. Super primo. n. 2. lib. 1.* Bartol. *consil. 3. Titius. num. 2. lib. 1.* † Idem si dati sunt ad distribuendum pro anima testatoris. Castrens. *d. consil. 97. num. 2. lib. 1.* Bart. *consil. 25. Visis testamento in princip. lib. 1.* vbi dicit, quod semper, quod pro anima legatur, dicitur pia causa, & exequutores dati ad distribuendum sunt loco hæredis. † Amplia, vt procedat, etiam si nihil sit dictum, cui sit facienda distributio; quia censetur iniunctum arbitrium boni viri, per quod inducuntur pauperes; & pia causa. † Amplia; quia dicitur datus exequutor ad piam causam, quando fuit datus ad distribuendum bona testatoris, etiam si sit dictum quod possit distribuere, quibus voluerit, etiam habito respectu ad consanguinitatem personarum, quibus facienda est distributio. Bald. *consil. 77. Casus talis est. per tot.* maxime *in fin. lib. 4.* † Amplia; quia censetur exequutor datus ad piam causam hæres institutus cum onere distribuendi secundum secretam mentem testatoris. Fulg. *cons. 75. num. 2. ver. in oppositum.* Vide, *Pia causa quæ dicatur. Conclus. 532.*

Exequutori ad pias causas an, & in quibus credatur. Concl. 527.

REGVLA † est, quod creditur assertioni exequutoris ad pias causas, quod integram distributionem fecerit omnium bonorum. Guid. Pap. *decis. 614.* † Amplia; quia statur iuramēto exequutoris ad pias causas, etiam quoad expensas factas, etiam si multiplicatis partitis multæ sunt, etiam si in secreto commissæ sint, nisi exequutor esset conuictus de perfidia, vel dolo, alias vide Masc. *concl. 709. Exequutores testamenti*, vbi ponit regulam, amplian multis modis; limitat, dummodo exequutor non prætendat interesse; item, quando essent magnæ expensæ; item si sunt irrationabiles, vide eum; quia plenius loquitur. Vide, *Legatum factum secundum mentem secretam testatoris qualiter debeatur. Concl. 56.* Vide, *Delegato, & aliis non creditur, nisi constet de delegatione. Conclusio. 154.* Vide plenius, *Exequutores ad pias causas qualiter, & quibus possint distribuere. Concl. 531.*

Exequutores ad pias causas ad vendendum qualiter procedant, & quid possint. Concl. 528.

EXEQVTORES † dati ad vendendum bona testatoris, & ad distribuendum pauperibus, non possunt vendere habita fide de pretio, sed debent vendere præsenti pecunia; si tamen habent fidem de pretio, licet non valeat venditio in præiudicium piæ causæ, & pauperum; tamen probat contra confitentem, & hæredem illius talis confessio. Bald. *consil. 287. Punctus quæstionis, nu. 4. ver. item oportet. quod exequutor, lib. 4.* † Restringe in exequutore, qui est hæres, & exequutor ad vendendum, & distribuendum. Bald. *d. consil. 287. n. 4. circa si. ver. & hoc videtur verum. lib. 4.* Vide *Venditio quo non possint habita fide de pretio. Conclus. 67.* † Secundo requiritur subhastatio bonorum, prout bona Ecclesiæ, vel minoris. Bald. *d. cons. 287. n. 4. ver. item dicunt quidam, lib. 4.* † Restringe; quia non requiritur subhastatio, quando executor habuit mandatum à testatore, qui erat maior. Bald. *d. cons. 287. n. 4. vers. sed hoc non videtur, lib. 4.* † Declara; quia requiritur subhastatio, etiam quod exequutor haberet mandatum à testatore, quando extaret statutum vel consuetudo. Bald. *d. cons. 287. num. 4. ver. nisi statutum, lib. 4.* † Restringe in exequutore hærede dato ad vendendum, & distribuendum. Bald. *d. cons. 287. n. 4. in fin. ver. & hoc videtur verum, lib. 4.* † Tertio requiritur, quod emens procuret omnino, quod pretiū conuertatur in causam pauperum, prout est dispositum, & non sufficit affectus, nisi sequatur effectus. Bald. *d. cons. 287. nu. 4. ver. Item dicunt quidam, lib. 4.* † Restringe in exequutore, qui etiam est hæres; quia non sunt requisita ista solemnia. Bald. *d. cons. 287. n. 4. circa si. ver. & hoc videtur verum, lib. 4.* † Quarto requiritur, quod citet hæredem, vel requirat eum, cuius interest. Vide, *Exequutores quando teneantur vocare, seu citare hæredes, & quando non. Concl. 541.* Limita; † quia potest exequutor datus ad vendendum agere, vt res vendatur, & consequenter tradatur. Bald. *consil. 118. Casus sub tali forma. n. 2. vers. super secundo, lib. 5.* † Imo potest ipse vendere bona fide, & illius factum obligat pauperes, prout factum defuncti. Anchar. *cons. 436. in fi.* vbi, quod non possunt pauperes contrauenire facto exequutoris. † Item datus sub conditione ad exequendum certo tempore, licet nō possit ante tempus exequi; tamen potest testes ad perpetuam rei memoriam examinari facere. Bald. *d. consil. 118. n. 1. ver. super primo. lib. 5.* † Item exequutor datus ad distribuendum fructus debet habere fructus distribuendos penes se. Sign. *cons. 35. Casus talis est, n. 2.* vbi, quod nec potest præueniri ab hærede in certa re; secus est ab hærede vniuersali. † Item debet habere possessionem bonorum alienandorum; quia dicuntur hæredes, & æquiparantur tutoribus, Sign. *cons. 35. num. 3. ver. redeo ad tertium.* Anch. *d. cons. 436. n. 3. in fi. & nu. 4.* † Soluere possunt exequutores pauperum legata aliis facta, & sibi ipsis; quia tunc loco hæredis dicuntur, quando etiam sunt legatarii. Anchar. *d. consil. 436. num. 4.* † Non tenetur exequutor secundum mentem secretam testatoris reddere rationem de dispensatione secreta; quia præsumitur facta rite, & recte. Anch. *d. cons. 436. n. 4. & 5.* † Tempus datum exequutoribus quando incipiat, an à die mortis testatoris, vel à morte vsufructuarii, quando testator reliquit vsufructuariam omniū bonorum vxorem, & instituit hæredes pauperes declarando, quod quicquid supererit deductis alimentis vxoris, detur pauperibus, & postea deputauit exequutores ad distribuendum, & vendendum bona omnia intra quinq; annos. Bald. *consil. 441. D. reliquit, lib. 5.* dicit, quod tempus vendendi proprietatem currit à die mortis testatoris, sed quoad venditionem vsusfructus, currit tempus post obitum vsufructuarii, ne præiudicetur vxori. Vide, *Exequutores quando vt suspecti, vel negligentes amoueri possint, & quando incipiat illis currere tempus. Concl. 546.*

Exequutores ad pias causas quid possint. Conclus. 529.

EXEQVTORES † ad pias causas possunt agere ad legata pia; quia habent ius agendi, licet regula sit in contrarium; quia alii exequutores non possunt agere. Alex *cons. 170. Circa primum n. 2. ver tertio præsupponō, lib. 2.* † Extende; quia exequutores ad piam causam possunt pro legatis piis conuenire etiam laicos coram iudice Ecclesiastico, & etiam seculari dare libellum, & procedere, & alia exercere, prout is, qui habet ius agendi. Alex. *d. cons. 170. in pr. ver. ex prædictis, lib. 2.* Vide, *Exequutor merus sine iurisdictione cognoscendi quid possit. Concl. 500.* Vide, *Exequutores testamentarii quid possint. Concl. 538.*

Exequutores ad pias causas quibus dispensare prohibeantur, vel non. Concl. 530.

EXEQVTOR † datus ad distribuēdum bona testatoris inter pauperes non potest dispensare inter proprios filios, etiā si sint pauperes; quia non est verisimile, quod testator de eis senserit; & quia patri etiam acquirunt. Cald. *cons. 360.* alias *31. de testamen.* † Extende; quia exequutor datus ad eligendum pauperes, quibus sit facienda distributio bonorum testatoris, non potest seipsum eligere, etiam quod esset pauper. Roma. *cons. 228. Pro plena, num. 12.* allegat text. in *l. si tibi mandauero, §. si tibi centum. ff. mand.* quem dicit notabilem, & ibi a postil. in *ver. foret.* dat concord. pro vtraque parte. † Amplia; quia exequutores testamentarii dati ad distribuendum pauperibus nō possunt sibi ipsis distribuere; ideo soror testatoris deputata ad vēdendum domum, & pretium pau-

peribus distribuendum, non potest seipsam dotare in domo prę-
4 dicta. Bald. *cons.*287. *Punctus quæstionis, in quo. lib.* 4. *in pr.* † Amplia,
quia neque possunt distribuere spurio filio testatoris, nisi pro ali-
5 mentis in vita illius. Bald. *cons.*162. *Quidã Franch. in fi lib.*5. † Declara, quia potest relinquere filiis ex spurio filio testatoris maxime
conceptis post obitum testatoris, dummodo ita relinquat, quod
non excedat modum distribuendi in pauperes. Bald. *d consil.*162.
6 *per tot. lib.*5. † Amplia, quia nõ potest distribuere societatibus bat-
tutorum, nisi habeant Ecclesiam annexam, quia non sunt loca
pia. neq; appellatione pauperum veniunt, nisi esset societas, quæ
distribueret eleemosynas pauperib. Bald. *d. cons.*162. *n.*4 *ver. quar-*
7 *to quæritur. lib.*5. † Amplia; quia executor ad piam causam non po-
test sibi ipsi dispensare; imo si fecit dispensationem aliis, & ipse
reperiatur possidere, præsumitur fraudulenta distributio, & per
Episcopum potest reuocari. Pet. de Anch. *cons.*45. *Per constitutiones.*
8 *per tot.* † Amplia; quia exequutor ad distribuendum certam pecu-
niæ quantitatem, maritando mulieres pauperes, & egenas, non
poterit aliquid erogare in maritando viduas pauperes & egenas;
quia testator præsumitur sensisse de primis nuptiis, nõ de secun-
dis. Bald. *in prœm. decret. col.*7. *in fin.* quam decisionem mirabilem
dicit Ias. *in l. diuortia. § quod in anno. col.*3. *ver. nono facit. ff. solu. matrim.*
9 † Declara; quia si testator nominasset specifice aliquas cõiunctas,
quæ essent maritatæ tempore legati; quia poterit exequutor eis-
dem et viduis, & maritatis egenis erogare; quia ita præsumitur
mens testatoris. Bald. *in l. si ad fin. C. de sent. quæ sine cert. quant.* Se-
quitur Alex. *cons.*146. *col.*2. *lib.*5. Vide Conclusionem prox. sequent.
10 † Limita, vt non procedat, quando filii exequutoris essent sum-
mopere pauperes; quia tunc posset etiam illis exequutor pater
11 distribuere. Calderin. *cons.*368. alias 39. *de testam.* † Extende; quia
Abbatissa exequutrix potest suo monasterio pauperi distribuere,
quando post mortem testatoris deuenit ad magnam inopiam.
Petr. Anchar. *cons.*84. *Domina Azolina.* maxime de consensu ordi-
12 narii. † Limita, quando testator dedisset liberam facultatem et-
iam consanguineis dispensandi. Bald. *cons.*77. *Casus talis est. per tot.*
13 *lib.*4. † Limita, quando testator in secreto dixit exequutoribus
pau eres; quia possunt eligere filios vnius exequutoris consan-
guinei defuncti, quando reuera sunt pauperes; quia charitas hoc
suadet. Anchar. *cons.*436. *In iis dubiis. in princ.* Vide Conclusionem
prox. seq.

Exequutores ad pias causas qualiter, & quibus possint distribuere, vel non, & mentem testatoris declarare. Concl. 531.

1 EXEQVTORES † dati ad distribuendum inter Ecclesias,
ecclesiasticasq; personas, ac pauperes, prout eis melius vide-
bitur, non necessitantur personis nominatis distribuere, sed pos-
sunt pariter & dispariter secundũ bonam conscientiã dispensare,
propter illã clausulam. *prout eis, &c.* Bald. *cons.*500. *Illa verba.* quod
2 est vsum. *lib.*2. † Amplia; quia potest exequutor adiicere condi-
tionem in distributione, puta, quod vnus habeat ad certum tem-
pus, & alius post illud tempus; quia sicut potest diuidere in quan-
titate distributionem; ita etiam in tempore. Bald. *cons.*162. *n.*3. *ver.*
3 *tertio quæritur. lib.*5. † Amplia; quia exequutores dati ad declaran-
dum, vel distribuẽdum bona testatoris, prout testator asserit ipsis
iniunxisse, possunt medio iuramento declarare mentem testato-
ris, & illis standum est. Bald. *cons.*259. *Super primo puncto. in pr. lib.*4.
Vide, *Heredis institutio pendens ex alieno arbitrio non valet, & quando*
4 *secus. Conclus.*86. † Declara; quia imo quando testator legauit se-
cundum mentem suam secretam, quam dixit certis exequutori-
bus, non valet legatum, neque hæres tenetur illud soluere, nisi
exequutores, vt testes deponant de secreta mente, etiam si esset
legatum pro anima; quia esset voluntas captatoria. Bald. *cons.*482.
*Quia dictus Acciolus. lib.*4. *circa fin.* Vide, *Captatoria voluntas quædica-*
5 *tur. vel non. Concl.*62. † Amplia; quia exequutores ad eligendum,
& declarandum, non cadunt sub constitutione exequutorum,
qui post annum non possunt exequi; quia aliud est declarare, a-
liud exequi. plene Bart. *cons.*142. *Constitutione Camerin. per tot. lib.*1.
Anchar. *cons.*412. *Contra hæredes.* Abb. *cons.*59. *in fin. lib.*1. *& consil.*11.
6 *n.*4. *lib.*2. † Amplia; quia exequutor ad distribuendum in causam
piam potest vni soli distribuere, si non constat de contraria men-
te testatoris ex cõiecturis, vel alias. Alex. *cons.*109. *Super prima con-*
7 *sultatione. col.*3. *in princ. lib.*3. vbi declarat. † Extende; quia exequu-
tores ad distribuendum pro anima testatoris possunt vni soli dis-
tribuere, dummodo non sibi distribuant. Castr. *cons.*97. *Super pri-*
8 *mo n.*3. *ver. secunda inspectio. lib.*1. † Restringe; quia si testator man-
det distribui bona m pauperes, & sic in plurali, nõ potest fieri dis-
tributio vni soli; secus è contra, quia si iubeat distribui in vnum
pauperem, bene potest distribui in plures. Cast. *d. cons*97 *n.*3. *lib.*1.
† Amplia; quia exequutores ad piam causam secundum consci- 9
entiam suam non compelluntur reddere rationem, sed possunt
distribuere, prout sibi placet ex conscientia. Castr. *cons.*187. *Super*
*primo. in princ. lib.*1. † Amplia; quia fideicommissarius vniuersa- 10
lis, & exequutor ad piam causam vniuersalis, potest vnam rem ex
tota hæreditate petere, ergo vnam rem distribuere, licet totam
simul distributionem non faciat. Bart. *d. q.*11. *ver. contra. num.*7. *ver.*
quarto sic. vbi *nu.*8. *ver. quinto sic.* quod potest partem rei distribue-
re exequutor deputatus ad totam rem distribuendam, & plenius
in ver. solutio. ver. tertio sciendum. vbi tollit omnia contraria, & quia
agnoscit totum per distributionem in parte. † In contrarium at- 11
guit Bart. *d. quæst.*13. *in princ. num.*2. *in fin. vers. quarto quia.* & adducit
rationem; quia legatum est vnum & vniuersale; ergo non potest
scindi, & pro parte acceptari, & exequi, & pro alia parte non, vt
ibi *num.*3. *versicul. quinto quando legatum.* † Amplia; quia pauperes 12
nominati ab exequutoribus datis ad distribuendum, poterunt
conuenire hæredem, & compellere, vt soluat, licet hæres non
fuerit præsens, neque vocatus; quia factum ab exequutore dici-
tur factum à testatore. Bart. *d. quæst.*13. *ver. contra.* & maxime *in fin.*
ver. sexto sic. † Contrarium videtur velle Bart. *d. quæst.*13. *in fin. prin.* 13
vers. sexto quia. vbi, quod pauperes debent petere ab exequutori-
bus fideicommissariis vniuersalibus, non ab hæredibus. † De- 14
clarat Bart. *dicta quæst.*13. *in vers. solutio. versicul. quinto sciendum.* vbi,
quod est speciale fauore piæ causæ, quod ante factam restitutio-
nem possunt conuenire, & agere, & licet exequutores ipsi non
agant contra hæredes; tamen agere possunt nominati pauperes
ab ipsis executoribus, tanquam si à testatore essent nominati; sed
prædicta procedunt, quando hæredes facto non restituissent hę-
reditatem exequutoribus; si vero illam restituissent, tunc pau-
peres nominati non possent agere contra hæredes, sed contra exe-
quutores, vbi, quod est regula, quod hæres vniuersalis ante resti-
tutam hæreditatẽ potest conueniri à legatariis. *l. ita tamen. §. qui ex*
Trebelliano. ff. ad Trebell. † Limita; quia licet exequutor datus ad dis- 15
tribuendum pauperibus possit nedum distribuere, sed etiam in
testamento distributionem legare; tamen ita debet distributio
fieri, vt non relinquat vni immoderate; ideo vxor relicta hæres
cum onere distribuendi pauperibus non potest instituere hære-
des filios ex spurio filio testatoris, licet possit illis moderate vt
pauperibus relinquere. Bald. *cons.*162. *Quidam Franciscus, num.*2.
*ver. secundo quæritur. lib.*5. vbi, quod solum vsque ad veram indigen-
tiam potest, vt pauperibus, legare. † Limita; quia exequutor ad 16
distribuẽdum ex fideicommisso, quando locus pius est per fidei-
commissum substitutus, non potest vendere, vel distribuere, nisi
facta restitutione fideicommissi. Bald. *cons.*118. *in princip. ver. allegat*
*enim, li.*5. † Extende; quia exequutor ad piam causam ad distribu- 17
endum certo tempore, & certa conditione, non potest ante tem-
pus, & ante conditionem distribuere. Bald. *d. consil.*18. *num.*1. *ver.*
*Super primo. lib.*5. † Extende; quia exequutor datus ad eligendum, 18
& distribuendum post obitum hæredis non potest eligere in vi-
ta hæredis in præiudicium pauperum, qui erunt post obitum hæ-
redis; quia illud tempus est attendendum. Bart. in *l. cum pater*, §.
*à filia, in fin. ff. de leg.*2. *& in l. post mortem. num.*4. *C. de fideicomm.* Ale-
xan. *cons.*81. *num.*12. *& sequen. ver. quod si testator, lib.*6. vbi dicit magis
communem, * & apost. ll. dat concord. videl. cer Roman. *cons.*438. * 19
col. fin. & Alex. *cons.*2. *num.*16. *li.*1. † Contrarium tenet Anchar. ple-
ne ex mente Bald *cons.*202. *Circa primum, nu.*5. *& seq.* vbi dicit opi-
nionem Baldi veriorem; quia qui facit citius opus pium, magis re-
leuat animam defuncti, & respondet ad motiua Bart. vbi in fine,
quod pauperes electi tanquam de re sua possunt libere disponere,
& quod si moritur exequutor, perret forte mens pia. † Declara- 20
ra; quia si exequutores habent facultatem declarandi piam cau-
sam, vel eligendi pauperes; tunc si hæres consentit, potest fieri
distributio, & alienatio viuente hærede, vel legatario; quia illud
tempus adiectum post mortem legatarii censetur ad fauorem il-
lius; ideo potest illi renunciare. Abb. *consil.*11. *Tria sunt. in princip.*
Limita; † quia si Abbatissa certi Monasterii, cui testator reliquit 21
certum legatum, est deputata ad distribuendum residuum pau-
peribus Christi, non poterit distribuere suo monasterio, ratio-
ne voluntatis testatoris, & inhabilitatis exequutoris. Petr. An-
charan. *consil.*84. *Domina Azolina, in princip.* † Restringe, nisi 22
monasterium post legatum deuenisset ad maximam inopiam;
quia ex causa superuenienti, & necessaria posset distributio fieri
monasterio monialium. Petr. de Anchar. *d. cons*84. *n.*3. *vers. quibus*
non obstantibus. vsque in fin. vbi, quod bene est id de licentia, & con-
sensu ordinarii facere, maxime *n.*8. † Restringe; quia imo exequu- 23
tores

tores ad distribuendū pauperibus poterunt dispẽsare cõsanguineis pauperibus, sicut aliis. Anch. *cons.* 175. *in fi. & d. cons.* 84. *n.* 8. Vide conclusionem prox. præced. Vide conclusionem sequentem. † Limita; quia exequutor non potest cognoscere de negocio, sed exequi id, quod est clarum, vel habet exequutionem paratam. ‡ Supra; *Exequutorium iuduciũ quando dicatur. Concl.* 472. † Limita; quia exequutor in iis, quę facit inter viuos, debet facere partibus præsentibus, & ideo videtur, quod pauperes nominati debeant esse præsentes. Bart. *d. q.* 13. *Filium adultum, in pr. ver. secundo quia.* † Contrarium est verum, quia is, qui habet potestatem eligendi à lege, vel à testatore, potest eligere absentem. Bart. *d. q.* 13. *ver. contra, n.* 5. *ver. secundo fic*, vbi, quod neque hæredis præsentia est necessaria, & plenius in *ver. solutio, ver. quarto sciendum.* Vide, *Exequutori, in, & in quibus credatur. Concl.* 527.

Exequutores ad pias causas an pure debeant exequi, vel conditionem possint adicere. Concl. 532.

EXEQVTORES † ad pias causas, puta ad distribuendum inter pauperes, si non habent restrictam facultatem, possunt eligere, & distribuere sub conditione, puta tali puellæ viginti, *si nupserit, vel religionem ingrediatur.* Cald. *consil.* 358. alias 29. *de testam.* † Amplia; vt procedat, etiam si conditio excedat annum datum ad exequendum de iure communi exequutoribus; quia sufficit, quod intra annum fuerit facta, & sic durante officio, licet effectus conditionis duret post annũ. Cald. *d. cons.* 358. *in fi.* alias 29. *de testã.* † Limita; quia exequutores debent ad vnguem, & formaliter disposita in testamento exequi, vt per Bald. *in l. si pupillorum, & si prætor. in fi. ff. de reb. eorum, & in l. qui aliena, §. libertus ff. de neg. gest. & in l.* 1. *major circa fin. C. de ijs, quæ pœnæ nomi.* sequitur Dec. *consil.* 72. *Viso, col.* 2. † Extende; quia in tãtum est verum, quod neq; alius exequutionẽ admidare possint, de quo supra: *Executor an possit subdelegare. Concl.* 521. † Extende; quia si essent negligentes in exequendo volũtatem defuncti, posset eis imputari negligentia, & Episcopus posset apponere manum, & supplere negligentiam ipsorum, & est *ver. in l. nulli. C. de Episcop. & Cleric.* Bald. *cons.* 96. *Factum, lib.* 2. & vltra etiam possunt compelli ad exequendum, glos. *d. l. nulli*, & Cuman. *cons.* 12. *n.* 3. Vide Concl. prox. præced.

Exequutores ad pias causas dati si non volunt exequi, ad quos deuoluatur exequutio. Concl 533.

EXEQVTORES † dati ad pias causas, si nõ volunt exequi, puta eligere, vel distribuere, si quidem relictum est factum personis incertis, prout pauperibus, vel captiuis, deuoluitur exequutio ad legitimũ exequutorem; qui est Episcopus. Bar. *in tract. mun. lib.* 3. *dist.* 1. *c.* 5. *num.* 7. *& sequent.* † Si vero electio spectat ad exequutorem, vt eligat de certis, & sic exequutor habet arbitrium, tunc succedit legatarius, cui est legatum, si exequutor non vult arbitrari. Bart. *d. tract. minor. lib.* 3. *dist.* 1. *cap.* 5. *num.* 7. *ver. quandoque persona*, vbi apostill. *in ver. non declarat*, dat concord. † Si autem exequtor debet aliquid arbitrari, prout sibi videbitur; tunc succedit arbitrium boni viri, *l.* 1. *ff. de leg.* 3. Bart. vbi supra, *num.* 7. *ver. vno exequutor.* † Si vero tam personæ, quam res distribuendæ sunt incertæ; tunc lex distribuit omnibus æqualiter exequutore recusante. Bart. *dict. tr. minor. lib.* 3. *dist.* 1. *cap.* 5. *num.* 8. *ver. quandoque contingit.* † Et habent isti exequutores remedium *l. fin. C. de educt. tol. tollen.* vt petant mitti in possessionem ex testamento, & si non velint adire, neque acceptare, nõ compelluntur, sed facta interpellatione, si acceptant, postea compelluntur petere mitti in possessionem; si vero recusant officium exequtoris acceptare; tunc ius exequendi deuoluitur ad Episcopum, qui pariter poterit petere mitti in possessionem. Alexan. *cons.* 4. *num.* 16. *&* 17. vbi dat practicam, *lib.* 2. Vide, *Exequutores vltimarum voluntatum qualiter in negligentiam pruentur, vel cessat eorum officium. Conclusio.* 547. Vide, *Episcopus est exequutor legatorum, etiam incertorum pauperum. Concl.* 293.

Exequutores plures dati diuisim, vel coniunctim, aut simpliciter pro certa exequutione, qualiter procedant. Concl. 534.

PLVRES † exequutores si sunt dati simul ad aliquid faciendum simpliciter, si exequutio est diuisa per testatorem, potest solum quilibet suam partem exequi, & altero mortuo non accrescit portio exequutionis superstiti. Bald. *cons.* 77. *Casus talis est, qui-* 1 *dam lib.* 4. † Amplia; quia si testator reliquit duo mille scuta distribuenda per eius vxorem, & eius nepotem, videlicet pro dimidia quemlibet eorum, etiam prout eis placuerit respectu consanguineorum, altero mortuo, alter non habet distributionem, nisi suæ portionis. Bald. *d. cons.* 77. vbi est casus, *lib.* 4. † Amplia; quia quando plures exequutores dati æcceptarunt, per omnes debet fieri venditio, & distributio ordinata. Bald. *consil.* 287. *Punctus quæstionis, num.* 3 *lib.* 4. † Et ista est regula, quod omnes debent exequi. *cap. fi.* 4 *§. fi. de testam. in* 6. † Amplia; quia vnus exequutor non potest exequi, quando testator voluit, quod requireret consilium alterius, vel auxilium; quia si discordant, se impediunt. Bald. *cons.* 123. *nu.* 2. *lib.* 5. † Amplia; quia plures exequutores debent simul exequi, & 6 vnus non sufficit, quando verba exequutionis sunt pluralia, puta, *& exequutores faciant, vel exequantur*; quia tunc vnus non potest. Bald. *d. cons.* 123. *n.* 3. *ver. nunc venio ad ordinationem, lib.* 5. † Limita; quia pluribus fideicommissariis, seu exequutoribus datis à 7 testatore etiam cum clausula, *vt vna cum aliis exequantur*, si tamen vnus mortuus est, alter, seu alii superstites possunt exequi. Bartol. *cons.* 147. *Factum tale est. lib.* 1. vbi, quod illa dictio, *vna*, respicit factum testatoris, qui deputauit, puta, Titium fideicommissarium vna cum eius vxore, nam vno mortuo alter solus est fideicommissarius, vbi, quod idem est, ac si dixisset, *facio fideicommissarios Titium. & vxorem meam.* † Extende; quia procedit limitatio, etiam 8 si deputauit Titium exequutorem vna cum vxore, & dicto Titio dedit auctoritatem vendendi, vxori autem nihil dixit; quia adhuc mortuo Titio vxor sola poterit idem facere; quia dictio, *vna*, est repetitiua. Bartol. *dict. cons.* 147. *num.* 2. *ver. secundo posset dubitari, vsque in fin. lib.* 1. † Limita; quia si plures exequutores dati sunt; ta 9 men vnus solus potest exequi, quando alii sunt mortui. Bald. *dict. cons.* 287. *n.* 4. *lib.* 4. Abb. *cons.* 110. *In causa Hospitalis, n.* 2. *ver. ad secundum, lib.* 2. Bar. *d. cons.* 147. *Factum tale est lib.* 1. † Extende, etiam si ex 10 tribus exequutoribus essent mortui duo, & sic maior pars; quia poterit solus superstes exequi, ne voluntas defuncti impediatur, Abb. *d. cons.* 110. *n.* 2. *ver. ad secundum, lib.* 2. † Contrarium Cast. *cons.* 11 13. *Super primo, n.* 3. *in* 3. *dubio, lib.* 1. vbi si maior pars est mortua, non potest maior pars exequi. Declara, vt *in ver. Exequutores plures dati si sunt, vno impedito, vel discordante alii exequi debent. & quando secus. Concl. proxima sequent.* † Extende; vt idem sit, quando alii sunt impe- 12 diti longo impedimento; quia etiam si vellent exequi, non expectantur; secus, si modico tempore impedimentum duraret. Bald. *d. cons.* 287. *n.* 4. *ver. quintus lib.* 4. † Extende, vt idem sit, quan- 13 do alii exequutores sunt absentes in remotis partibus. Bald. *d. cons.* 287. *n.* 4. *lib.* 4. vt est text. *in d. cap. fin. §. fin. de testam. in* 6. † Declara; 14 quia si absentia esset modico tempore duratura, & executio non patitur, debent absentes expectari, vt per Io. Andr. *d. c. fin. in Nouell.* Bald. *in l. nulli, in fi. C. de Episcop. & Cleric.* † Extende; quando alii 15 exequutores nolunt exequi. Bald. *d. cons.* 287. *num.* 4 *lib.* 4. per *cap. fi. de testam. in* 6. † Extende. quando alii non acceptarunt, sed rectu- 16 larunt officium exequutoris; quia aliis restat exequutio. Bald. *d. cons.* 287. *n.* 4. *lib.* 4. † Idem, quãdo intra annum non acceptarunt; 17 quia censentur renunciasse. Bald. *d. consil.* 287 *n.* 4. *ver. quintus. lib.* 4. † Extende; quia generaliter, quando dati sunt plures exequuto- 18 res, & aliqui moriuntur, vel sunt absentes, vel exequi non volunt; sic ne voluntas testatoris impediatur, vel nimium retardetur, alii possunt exequi, vt dicit tex. *in d. c. fi. §. fi. de testam. in* 6. Ang. *in l. Imperatores, §. si magistratus. ff. de app.* sequitur Ias. *in l. vnica, ad fin. C. quando non pet. part.* † Declara, nisi obstaret dispositio testatoris, 19 qui ordinasset per omnes, & non pro parte eorum posse exequi. Ias. vbi supra. † Extende; quia imo, etiam si omnes sunt præsen- 20 tes, vnus solus potest exequi, quando distributio est certa, & limitata in testamento, ita quod non est facienda, nisi nuda exequutio; quia tunc non refert; quis exequatur. Iacob. Butr. *in l. nulli. C. de Episcop. & cleric.* & ibi Bald. *colum. fin. ver. extra quærit hic Iacob.* sequitur Ias. *cons.* 110. *in fin. lib.* 1. vbi dicit regulam procedere, quod omnes exequantur, quando exequutio est incerta. † Limita; quia 21 exequutores dati plures si sunt, nunquam censetur prohibitus facere vnus sine alio, nisi sit dictum. Bartol. *d. consil.* 147. *Factum tale est, numer.* 2. *ver. præterea nunquam, lib.* 2. & maxime vno mortuo, superuiuens remanet solus exequutor, *cap. religiosus, in fin. de testam. in* 6. † Limita, quando dati sunt exequutores plures simpliciter 22 ad piam causam, vel fauore animæ; quia alter sine altero potest exequi fauore animæ. Bald. *consil.* 220. *Quod de consensu lib.* 5. *in fin.* † Restringe, nisi essent dati coniunctim; quia formam tenentur 23 implere, nec possunt diuisim exequi etiam ad piam causam. Baldus *consil.* 123. *num.* 2. *in fi. ver. vnde quod committitur lib.* 5. † Extende; 24 quia quando dati sunt plures exequutores simpliciter, vnus potest sine aliis expedire sibi demandata; quia si vni ex eis fuit aliquid in specie demãdatum, licet in fine testamenti adsit clausula,

Quod dat facultatem maiori parti dictorum exequutorum; tamen nō refertur ad illa, quæ in specie sunt prouisa particulariter per vnum, Dec. in *cap. secundo requiris. de appell. in 3. limit.* post Abb. ibi, idem
25 Abb. in *cap. cum dilecti, de donat.* † Et quod vnus solus possit exequi, quando aliquid determinatum est commissum exequutoribus. Ias. *cons.* 110. *in fin. verbis, lib.* 1. Vide, *Exequutores plures dati. Conclus. proxima seq.*

Exequutores plures dati si sunt, vno impedito, vel discordante, alii exequi debent, & quando secus. Conclus. 535.

1 EXEQVVTORES † duo si dati sunt, vno impedito, vel absente, alter solus potest exequi damnata à testatore, *cap. 2. §. fi. de testamen. lib. 6* Abb. *consil. 65. Ad decisionem, col. 2. in fin. versic. quoad tertium, lib. 2.* † Amplia, vt idem sit, si tres essent dati, quia tertio impedito duo alii poterunt exequi. Feder. de Sen. *cons. 67. Pone*
3 *quod sunt in fin. ver. sed certe ista decretalis.* † Amplia; quia etiam quatuor, vel quinque, vel pluribus exequutoribus datis, si pars illorum est impedita, vel absens, vel non velit exequi, volentes exequi præferri debent, ita Franch. *d. cap. 2. § fi. n. 5. de testam. in 6.* Abb.
4 *d. cons. 65. col. 2. circa fi. ver. quoad tertium lib. 2.* † Amplia; vt illud *cap. 2. § fin. de testam. in 6.* disponens, quod quando duo exequutores dati sunt, vno recusante, alter solus exequi possit, procedat, etiam si quatuor, vel quinque essent dati, & aliqui mortui, ita quod reducerentur ad duo. Franch. *d. cap. 2. § fin. num. 5.* & ita expresse tenet Io. Calder. *cons. 374.* alias *45. de testam.* quia fraudaretur intentio testatoris, si hoc non posset superuiuens, ex quo alii sunt mortui, & ita etiam loquitur Abb. *d. cons. 65. col. 2. ver. quoad ter-*
5 *tiū, lib. 2.* †, Amplia; quia plures exequutores dati in solidum possunt etiam in solidum exequi, & sic vnus sine alio exequi. Bald. *d. cons. 473. in fi. lib. 2.* qui dicit, tunc esse materiam in *cap. si duo. in pr. de*
6 *procur. in 6.* † Extēde, etiam si discordent, & sint omnes præsentes; quia qui præuenit, præfertur, & seruanda est forma *cap. fi. de ordin. cognit.* Bald. *d. consil. 473. in fin. lib. 2.* Vide plenius Conclusionem proximam seq. Vide, *Procuratores duo in solidum, alter ab altero inuito*
7 *exigere potest. Conclus. 832.* † Amplia fauore piæ causæ, vel quando sunt dati pro anima plures exequutores; quia etiam si simpliciter sint dati, quilibet potest exequi solus. Baldus *consil. 220.*
8 *Quod de consensu. lib. 5. in fin.* † Declara; quia si dati sunt plures exequutores sub nomine collectiuo diuerso, prout si dictum sit, *Priores artis mercantiæ, & hæredes testatoris*, licet Priores sint decem, & hæredes duo, vnam vocem censentur habere omnes Priores artis, & vnam hæredes; ideo si discordant hæredes, & Priores, non obtinebunt Priores tanquam plures numero. Ias. in *l. fi. colum. 4. C. de*
9 *impuber. & aliis substit.* † Limita, quando exequutio esset distributa cuiliber pro parte; quia altero absente, vel impedito, imo etiam mortuo, non accrescit alteri. Bald. *consil. 77. Casus talis est,*
10 *ver. tertio casu. lib. 4.* Vide, *Procuratores plures dati quando dicantur diuisim, vel in solidum. Conclus. 831.* † Limita, vt non procedat, quando plures essent dati, puta quatuor, vel quinque exequutores; quia si omnes essent absentes, vel impediti, vnus solus non posset exequi, ita Feder. de Sen. in *d. cons. 64. in fi. ver. Graue est dicere*, qui loquitur, quando erant impediti, non autem, quando erant mortui,
11 † Contrarium ibi recitat Feder. *d. cons. 67. Ex mente domini Arnold.* licet ipse reprobet, vt supra proxime, qui Arnoldus tenet, quod vnus solus possit exequi, aliis etiam tribus, vel quatuor impeditis, vel nolentibus exequi, & hanc partem veriorē dicit Abb. *cons. 65. Ad decisionem, col. 2. num. 3. versic. quoad tertium, lib. 2.* quia expedit, quod voluntas testatoris exequatur, & hoc etiam procedit quoad spiritualia in pluribus procuratoribus, allegat text. in *d. cap. 2. § fane, de testam.* qui licet loquatur, quando duo tantum erant dati, vno impedito alter exequitur; tamen est facti contin-
12 gentia, & ideo idem est, si plures sunt dati. † Contrarium, quod imo superstites non possint exequi, quando alii sunt mortui pro maiori parte; secus si superstites sunt plures numero, quam mor-
13 tui. Castrens. *cons. 13. Super primo, n. 3. versic. circa tertium, lib. 1.* † Declarat Abb *d. cons. 65. col. fin. in princ. versic. potest etiam, lib. 2.* quia potest adiri officialis loci, vt compellat superstitem ad exequendum, quando vel alii sunt mortui, vel impediti, vel nō volunt exequi; quia compelluntur non volentes, vel datur facultas volenti; allegat simile de statuto disponente, aliquem non posse alienare sine consensu consanguineorum; quia compelluntur, si sine causa
14 non volunt consentire, & dicit communem * opinionem. † Limita in tutoribus; quia licet simpliciter dati non censeantur in solidum; tamen si omnes, vel alii sint impediti, vel nolint esse, res reducitur, & expediri potest per vnum, *l. decreto, in fin. ff. de ad-*
min. tutor. Feder. *d. cons. 67. in princip.* vbi, quod non valet argumentum de exequutore ad tutorem, sequitur Bald. *consil. 473. Reuerendiss. Domine, num. 2. lib. 2.* † Declara; quia attendenda est dispositio 15
dationis exequutorum, quia si adest clausula; *quod si non omnes, vel ambo, vnus, vel alter possit*; & tunc secundum clausulam procedunt. Baldus *dict. consil. 473 post med. versic. sed habemus, lib. 2.* vbi, quod tunc intrat *cap. prudentiam, de offic. deleg.* † Si vero dicitur, *quod* 16
omnes, vel quod duo, aut quod vnus exequatur, & tunc seruatur forma *cap. cum plures, de offic. deleg. in 6.* Bald. *dict. consil. 473. post med. ver. sed habemus, lib. 2.* † Si non adest aliqua clausula, & sint simpliciter dati exequutores plures; tunc omnes simul censentur dati, & 17
non valet, quod vnus, vel etiam maior pars faceret. Bald. *d. consil. 473. prope fin. versicul. si simpliciter, lib. 2.* † Restringe, nisi in casibus 18
expressis in *cap. religiosus. § fane, de testam. in 6.* Bald. *d. consil. 473. in fi. lib. 2.* † Limita in electoribus; quia non vocati agunt ad spretum; 19
secus in exequutoribus; quia non valet argumentum de exequutore ad electorem. Bald. *d. cons. 473. num. 2. versicu. & sic non procederet, lib. 2.*

Exequutores si plures dati sunt in solidum, præueniens solus procedit, & quando. Conclus. 536.

EXEQVVTORES † plures si dati sunt in solidum, vno præ- 1
ueniente, & præoccupante alii habent ligatas manus. Fed. *cons. 230. Venit ad me, in princip. ver. ego autem, & consil. 124. in fi.* Vide, *Præoccupatio in quibus inducat acquisitionem iuris. Conclusio. 517.* † Am- 2
plia in tantum, vt de stylo Curiæ, & in Curia præueniens inhibeat collegæ suo, qui non potest procedere vllo modo stante inhibitione, etiam adueniente impedimento illi, qui inhibuit, & præuenit. Feder. de Sen. *d. consil. 230. in fin. versicul. præterea collega.* † Amplia, vt idem sit in procuratoribus pluribus datis in solidum, 3
vel compromissariis; quia melior est conditio præuenientis. Calder. *consil. 52.* alias *6. de electio. in fi.* Vide, *Procuratores duo in solidum an*
vnus ab altero inuito exigat. Conclusio. 832. † Amplia in tantum præ- 4
uenientem in exequutione esse præferendum, vt si testator in certa parte mandauit quædam bona sua pauperibus distribui per suos exequutores in solidum deputatos, inter quos etiam sit hæres institutus, si hæres in suo testamento certos pauperes instituat, licet post mortem dicatur elegisse ipsos pauperes, vt exequutor tamen non refert, quia alii exequutores post eius obitum nō poterunt variare. Bald. *consil. 193. Dominus Nicolaus, per totum. lib. 1.* † Limita, vt non procedat, si ille, qui primo cœpit procedere, esset 5
impeditus, vel non vellet, aut non posset exequi; quia tunc alter præuentus potest perficere. Feder. de Sen. *d. consil. 230. in princip. & in secunda responsione Feder. incip. Vidi literas; in fin.* vbi, quod absentia idem operatur, quod impedimentum, & allegat *cap. si duo, in secundo respons. de procurator. in 6.* & quod absentia æquiparetur impedimento, allegat *cap. 2. & cap. si duo, de procur. in 6.* † Declara 6
hanc limitationem, vt præuentus possit perficere, vt supra, nisi præueniens, & impeditus substituisset alium loco sui, quod facere potest, per quam substitutionem conseruatur præuentio. *d. cap. si duo, cum glo. de procur. in 6.* Feder. de Sen. *dict. consil. 230. in tertia responsione. Abbatis, incip. Si supradicta ver. præterea aduertatis.* † Restringe 7
hanc declarationem, vt procedat; quod substitutus datus à præueniente exequutore excludat collegam præuentum, quando substitutus iam perfecisset negocium, alias secus; quia si negocium non est perfectum, & præueniens sit impeditus, potest præuentus cognoscere. Feder. de Sen. *d. cons. 230. in quarta responsione, incip. Quod autem, circa fin. ver. ad illud, quod dicitur, quod substitutus.* † Contrarium videtur tenere Lap. in *vlt. resp. in d. cons. 230. in fin.* vt 8
præuentus procedat solum, quando præuenies est impeditus, vel non vult perficere, & nullum dedit substitutum, vel si dedit, substitutio non se extendit ad omnia; quia quoad ea, ad quæ non extenditur substitutio, præuentus procedere potest, nō quoad alia.

Exequutores testamentarii quid possint, & an sint idonei testes in testamento. Conclus. 537.

EXEQVVTORES † testamentarii habentes facultatem no- 1
minandi, aut declarandi certos pauperes, si nominat, vel declarant, permde est, ac si à testatore essent nominati, & declarati. Bart. *cōs. 142. Constitutione Camerinen. n. 3. lib. 1.* Abb. *cons. 11. Tria sunt. n. 5. & per tot. lib. 2.* & plenius *cons. 65. col. fin. ver. venio ad quintum, eod. lib. 2. & cons. 110. In causa Hospitalis, in fin. lib. 2.* † Extende in tantum 2
esse verum, quod ex tali electione statim acquiritur dominiū ex testamento etiam absenti, & actio competit ex testamento, nō ex electione, & exequutor nō pōt variare, vel pœnitere, ex quo fun-

cius est officio, etiam si res sit integra. Abb. *d. cons.* 11. *col.* 2. *in fin. ver. primo ad tertium lib.* 2. Bartol. *in sua quæst.* 13. *filium adultum. verb. contra.* † Extende; quia exequutores exequentes, vel declarantes mentem testatoris sibi cõmissam, nihil de nouo faciũt, sed perinde est, ac si testator fecisset. Ancha. *cons.* 329. *Arnaldus. n.* 3. † Et exequutores testamentarii sunt melioris conditionis, quam datiui; ideo ipsi extantes, & volentes exequi, præferri debent datiuis. Cast. *cons.* 187. *Super primo. in princ. lib.* 1. † Extende; quia si pater dat exequutores ad maritandum filias suas, & extet statutum, quod consensus patris requiratur sub pœna, & si pater non extat, requiratur consensus duorum proximiorũ, sufficit consensus exequutoris; quia censetur consensus patris. Abb. *cons.* 65. *Ad decisionem. in vlt. dub. lib.* 2. † Extende; quia si testator legat centum distribuenda per suos exequutores, & exequutores elegerint fabricam Ecclesiæ, censetur testator legasse fabricæ Ecclesiæ, ita ꝙ non debetur quarta Episcopo, * cõmunem dicit Abb. *d. cons.* 65. *in vlt. dub. lib.* 2. Vide, *Faciens per alium, quando per seipsum facere dicatur. Concl.* 7. Amplia; † quia exequutores testamentarii, si eis est cõmissum à testatore, possunt satisfacere creditoribus iniunctis. † Restringe; quia nõ possunt adiudicare bona creditoribus iussis satisfieri, neq; illis satisfacere, nisi vocato hærede. Io. de Imol. *cons.* 122. *per tot.* Vide, *Exequutores quando teneantur citare, vel vocare hæredes. Concl.* 541. Amplia; † quia exequutores testamẽtarii possunt alienare bona commissa vendi per testatorem sine solemnitatibus, etiam si testator esset minor 25. annis. Alex. *cons.* 215. *in pr. lib.* 6. † Extende; quia non tenentur ponere bona ad hastam, si vendantur pro satisfaciendis creditoribus, vel legatariis, iuxta iussum testatoris, etiã si alias ad hastam deberent vendi; quia sufficit fides habita per testatorem de legalitate exequutoris. Bald. *cons.* 287. *Dicta mulier. lib.* 4. † Extende; quia licet debeat in venditione vocare hæredem; si tamen non vocat, valet alienatio quoad emptorem, licet ipse teneatur ad interesse hæredi. Alex. *d. cons.* 215. *n.* 10. *lib.* 6. † Extẽde; quia quãcumq; annullaretur venditio facta per exequutorem ob solemnitatem nõ seruatam; tamen hęres reuocans tenetur emptori refundere pretium in vtilitatem hæreditatis conuersum. Ias. *in l. si pretium. C. de procur.* † Extende; quia exequutores testamẽtarii cum facultate vendendi pro executione testamenti bona hæreditaria poterunt alienare stabilia, & si hæres sit minor sine solemnitatib. etiam stante statuto, ꝙ in alienatione bonorum minoris seruatur certa solemnitas, etiam si solemnitas iuris communis non interuenit. Alex. *cons.* 27. *Attẽtis narratis. in pr. lib.* 3. gl. *in l. prædiũ. C. quando decr. opus non est.* † Declara; quia procedit extensio, quãdo testator dedit licentiam vendendi in specie tale prędium; secus si in genere dedit licentiam vendendi bona, apost. ad Alex. *d. cons.* 27. *in ver. potestatem lib.* 3. allegat Luc. de Penn. *in l. fi. n* 3. *C. de princ. agen. in reb.* lib. 12. vbi reprobat gl. *in d. l. prædium. C. quando decr. opus non est.* † Restringe; quia si exequutores semel vendiderunt rem pupilli hæredis, cum pacto de retrouendendo ad fauorem hæredis, nõ poterunt secundo vendere actionem ex pacto ipsi hæredi competentem sine solemnitatibus requisitis; quia quod dicitur de solemnitate requisita ad rem immobilem vendendam minoris, idem est in actione competente ad rem immobilem. Alex. *d. cons.* 27. *n.* 6. *ver. plus videtur. vsque in fin. lib.* 3. vbi apost. *in ver. actionis.* † Restringe; quia exequutores, qui vendiderunt vigore facultatis sibi datę a testatore bona pro exequutione testamenti stabilia hæreditatis, cum pacto de retrouendendo ad fauorem hæredis, cui potuerũt acquirere, vigore statuti Cremonæ, si iterum vendant simpliciter eadem bona, non censentur præiudicasse quoad pactum de retrouendendo, si de eo non est facta mentio; quia licet recedatur à dictis in præfationibus per actum sequentem; non tamen receditur à dispositis in primo contractu, per quem ius alteri est quæsitum per contractum sequentem. Alex. *d. cons.* 27. *per tot. lib.* 3. † Amplia; quia exequutor vendendo per actualem traditionem rei venditæ transfert dominium in emptorem, *l. alio hærede.* vbi Bart. *col.* 6. *ver. quæro, vtrum isti exequutores. ff. de alim. & cib. lega.* Bald. *vel. ad quod pauperibus. col. antepen. in* 18. *quæst. C. de Episc. & cler.* † Amplia; quia exequutores ad piam causam possunt prorogare terminum hæredi ad implendum voluntatem testatoris ex causa, ne incursam moram. Castren. *consil.* 457. *in princ. lib.* 2. † Amplia; quia possunt commutare voluntatem testatoris, quod fiat Hospitale, vel aliud opus, quando non potest sufficere ad illud opus etiam sine dispensatione. Castr. *consil.* 303. *Visis, & consideratis, n.* 6. lib. 1. † Amplia; quia exequutores testamentarii dati possunt exequi omnia disposita à testatore, & soluere legata, in tantum, vt videatur interdictum hæredi, ita vt licet possit conueniri à legatariis, & creditoribus; tamen etiam monitus non perdit hæreditatem, si dati sunt exequutores. Bart. *cons.* 137. *Statuto Communis. n.* 2. *ver. super secundo. lib.* 1. † Limita; quia exequutores dati à testatore quando sunt ad incerta arbitrio suo faciendum, censentur ad vitam; quia dicitur electa industria personæ; ideo non possunt deputare alios post mortem suã, sed deuoluitur exequutio ad Episcopum, quando causa est pia. Castr. *cons.* 177. *in pr. lib.* 2. † Limita; quia exequutores testamentarii dati cum facultate faciendi omnia, quæ in eorum conscientia iudicauerint, & eis videbuntur, non possunt ea, quæ non posset testator, puta ea, quæ sunt contra bonos mores, neque in præiudicium tertii. Castr. *cons.* 436. *Ad primum, num.* 2. *ver. ad secundum, lib.* 2. Vide, *Conscientia quid sit, & qualiter regulanda. Concl.* 742 † Extende; quia in iis, quæ poterat testator, si constat, quod non voluit eos posse, non poterunt; & idem est, si est verisimile, quod non voluerit, puta si adhiberent dolum in distribuendo consanguineis, vel amicis, quia tunc nulla est facultas eorum; quia dolus in omni dispositione semper excluditur, & possent reuocari gesta ex dolo. Castrens. *dict. cons.* 436. *n.* 2. *ver. sed si esset certum, lib.* 2. † Restringe, quando esset res dubia, an voluerit testator cadere in facultate generali data secundum cõscientiam exequutorũ; quia censetur concessa facultas. Castr. *d. consil.* 436. *num.* 2. *lib.* 2. † Restringe; quia isti exequutores dati ad soluendum, vel restituendum secundum eorum conscientias, vsuras, & male ablata; possunt restituere, etiam quod plene non constet de vsuris, & male ablatis. Castr. *d. consil.* 436. *ver. ad tertium, lib.* 2. † Limita; quia exequutores regulariter non habent ius agẽdi ad legata. Alex. *cons.* 170. *in prin. ver. secundo præsuppono, lib.* 2. † Restringe in exequutoribus ad pias causas; quia habent ius agendi ad legata pia. Alex. *d. cons.* 170. *Circa primum; in pr. ver. secundo præsuppono. lib.* 2. † Et possunt exequutores esse testes idonei in testamento, in quo dati sunt exequutores. Vide Mascard. *concluſ.* 710. *Exequutor testamentarius.*

Exequutores vltimarum voluntatum esse non possunt multi, & quid possint, & qualiter probentur. Concl. 538.

FRATRES † ordinis Minorum, qui alias poterant esse exequutores vltimarum voluntatum secundum * communem opinionem, de qua per Feder. de Sen. *cons.* 293. *Factum tale est, ante constitutionem, in princ.* hodie tamen esse omnino prohibentur per constitutionem *clem exiui. § verum etiam, de verbor. significat.* Bart. *in cons.* 142. *Constitutione Camerinen. num.* 2. Zabarell. *consil.* 97. *colum.* 2. *verb. ad aliud*, vbi dicit rationem esse; quia officium exequutoris non potest fieri sine contrectatione pecuniæ. † Extende, vt nec possint esse exequutores ad eligendos pauperes, secũdum Cardin. Zabarell. *d. clem. exiui. § verum, de verb. significatio.* Bald. *in auth. ingressi. C. de sacros. Eccles.* † Contrarium tenet Bartol. *in tract. minor.* quem refert, & reprobat Cardin. vbi supr. & idem Bartol. *d. consil.* 142. *Constitutione Camerinen. n.* 2. *lib.* 1. vbi, quod possunt dare consilium, & votum; ergo eligere possunt, sequitur Anchar. *cons.* 412. *Contra hæredes.* plene Io. de Anan. *cons.* 30 *num.* 9. *vsque in fi.* & ibi Bologn. in apost. sequitur Bart. Rom. *cons.* 409. *Quoad primum, n.* 9. *ver. secundo, circa idem*, vbi, quod valet ad eligendum locum, & personas. Alex. *cons.* 57. *Perspectis, n.* 8. *verb. accedit distinctio*, vbi plures allegat, *lib.* 1. † Declara; quia sunt opiniones; tamen quando datus est ad eligendum alium exequutorem, bene eligit exequutorem. Anch. qui recitat opiniones, *cons.* 202 *in princip.* & nihil soluit; & hæc declaratio est vera; quia si ex forma statutorum laicus non possit dari exequutor ad legata pia, bene potest dari ad eligendum exequutorem habilem. Io. Andr. *In additio. ad Specul. tit. de instrumen. edit. § nunc vero aliqua. verb. insuper. in ver hoc dictum placet Nuol de Mattarell.* sequitur Ias. *in l.* 1. *§. Item acquirimus, col. antep. circa med. ff. de acquir. poss.* † Declara; quia siue possit, siue non dari, quando dantur plures in solidum, res est sine controuersia; quia non vitiatur datio aliorum per dationem inhabilis. Anch. *d. consil.* 202. *in pr.* † Restringe; quia possunt dare consilium ad exequendum. Zabarell. *d. consil.* 97. *col.* 2. *ver. ad aliud.* † Contrarium infra *nu.* 16. *ver. Amplia, quia exequutores.* † Restringe; quia imo si fratres Minores deputantur ad vtrumque; videlicet ad eligendum pauperes, & distribuendum; poterunt eligere pauperes, licet non distribuere. Alex. *d. cons.* 57. *in fin. num.* 10. *ver ad quod facit, lib.* 2. † Amplia; quia hodie nullus religiosus potest esse exequutor testamenti, nisi de licentia sui Prælati religiosi, *cap. religiosus, de testam. in* 6. quod procedit sine difficultate in simplici religioso. Castr. *cons.* 13. *Super primo dubio, in princip. lib.* 1. *cap.* 2. *de testamen. in* 6. *clemen.* 1. *cod. tit.* † Extende, vt procedat etiam in Priore clausturali, in quo est Abbas maior; quia neq; iste sine licentia potest esse exequutor. Castren. *d. cons.* 13. *in princip. verb secundus casus, lib.* 1 † Extendem Priore

missō per Abbatem extra monasterium, qui habet administrationem bonorum, puta in loco, vbi non est conuentus, licet habeat socium; tamen est simplex religiosus, & non potest esse executor
82 sine licentia. Castr. *d. cons.13. in pr. vers. tertius casus. lib.1.* † Restringe in religioso, qui esset perpetuo institutus ad curam animarum in aliqua parochiali Ecclesia; quia dicitur à monasterio translatus, & non remanet sub obedientia, & dicitur habere velle, & nolle.
83 Castr. *d. cons.13. in pr. ver. est & quartus casus. lib.1.* † Restringe in Priore conuentuali missō extra monasterium ad regendum aliquem conuentum fratrum, sicut est monasterium Montis Oliueti pro-
84 pe Senas. Castr. *d. cons.13. ver. restat quintus casus. lib.1.* † Restringe in omni superiore religioso habente administrationem personarum; quia sicuti potest dare licentiam aliis monachis; ita potest
85 ipse exequutor esse. Castr. *d. cons.13. in princ. ver praterea lib.1.* † Declara, quod hæc licentia debet dari à Prælato immediato, videlicet monachis, Prioratus debet dari à Priore, non ab Abbate superiore mediato. Castrens. *d. cons.13. vers. praterea si repelleretur. lib.1.*
86 † Amplia; quia exequutores dati ad exequendum cum consilio & consensu Guardiani Ordinis Minorum possunt exequi sine consilio & consensu Guardiani; quia ex quo ipse Guardianus est incapax exequutionis, non potest consistere, neque per indirectum esse exequutor. Alex. *d. cons.57. Perspectis n 9. ver. per prædicta. lib.2.* vbi apostill. *in ver. Guardiani*, dat concord. pro vtraque, supr.
87 *num.6. & seq.* † Contrarium tenent multi, quos citat idem Alex. *d. cons.57. n.9. vers. Item in casu quæstionis. lib.2.* & hanc partem tenet Zabar. *d. consil.97. col.2. vers. ad aliud.* & apostill. ad Alex. vbi supra
88 allegat Bald. *in auth. Ingressi. col. fin. C. de sacros. Eccles.* † Limita; quia possunt esse exequutores testamentorum confectorum, & eorum, qui decesserūt ante dictam Clem. *exiui*, ne mentes piæ fraudentur. Fed. de Sen. *cons.293. Factum tale est, ante constitutionem, per*
89 *tot.* † Limita; quia licet prohibeantur esse exequutores, tamen ex quo prohibitio non est propter culpam, neque delictum, si de facto admittantur, valebit exequutio ab eis facta. ita Fed. de Sen.
90 *d. consil.293. in fin. ver. item posset forsan.* † Declara, quia licet fratres Minores Ordinis S. Francisci non possint esse exequutores testamentarii, nisi licentia petita, & obtenta à suis superioribus, maxime, quando sunt professi, si tamen de facto fuerunt admissi, parte non opponente, valebit exequutio facta. ita Rom. *consil.409. Quoad primum n.6. & seq ver. quoad secundum.* allegat Feder. de Sen. qui hoc admittit, *d. cons.293. Factum tale est. in fin.* dat Roma. plura similia, quia clericus licet non possit fideiubere, tamen si fideiubet, obligatur; item prohibetur esse tabellio; tamen rogitus ab eo facti valent. Miles non potest esse procurator; tamen si non
91 opponitur, valent gesta. † Vide tamen apostil. magnam ad Rom. *d. consil.409. in ver.284.* vbi allegat multos contrarium tenentes, quod imo non valeant gesta & exequuta, quando sumus in voto
92 solemni, in quo non procedit regula, multa facta tenent. † Item circa illud, quod possint de licentia sui superioris; Vide eandem apost. ad Rom. *d. cons.409. in ver.284.* vbi multos citat pro vtraque
93 parte, adeo quod cōclusio est dubia. † Limita; quia monachus S. Francisci si fuit executor, & est executus vna cum aliis habilibus datis in solidum, valebit executio facta ab aliis, neq; vitiatur per inhabilitatem istius, plene Io. de Ana. *cōs.30. n.8. ver. circa quartum.*
94 vbi etiam Bolog. in apost † Limita in fratribus ordinis S. Augustini; quia possunt esse exequutores, & hæredes ad distribuendum pauperibus; quo casu nō acquirunt ordini aliquid. Bald. *cons.332.*
95 *Præmittendum est. in pr. lib.1.* † Extende; quia necordo, aut monasterium debet esse executor, sed ille monachus, licet debeat habere licentiam à suo superiore, vt tale officium exerceat. Bald. *d.*
96 *cons.332. n.2. ver. sequitur aliud. lib.1.* † Limita in muliere; quia de more potest deputari exequutrix in testamento, maxime ad piam causam, & alias, etiam si sit fœmina filiafamilias. Fulg. *cons.75. n.3.* & in muliere dicit Anch. *cons.202. Circa primum. in pr.* tenet, quod
97 sic, & allegat Specul. Bart. & Io. Andr. † Limita; quia licet laici ex forma statuti, vel constitutionis essent inhabiles exquutores ad legata pia; tamen erunt habiles ad eligendum exequutorem habilem. Vide supr. *n.4.* in prima declaratione. Vide, *Exequutores esse*
98 *qui possint, vel non. Concl.498. & concl. ibi prox. præced.* † Probantur exequutores esse per famam, & coniecturas. Vide Masc. *concl.710. Exequutor testamentarius. n.3. & seq.*

Exequutores testamētarii cum plena facultate possunt alienare sine hærede, & quando secus. Concluf. 539.

1 EXEQVVTORES † testamentarii dati cum plena facultate possunt pro exequutione mentis testatoris alienare bona testatoris nedum inuito, sed etiam irrequisito hærede, & valet alienatio. Bald. *cons.380. Super eo, quod quæritur. lib.4. in pr.* Vide, *Exequutores quando teneantur citare, vel vocare hæredes. Conclus prox. seq.* † Declara; quia licet exequutor possit sine hærede, vel illius monitione alienare; tamen tutius est, quod moneat hæredem, licet merus exequutor non teneatur illum monere. Bald. *d. cons.380. circa med. ver. nō tamen nego. lib.4.* † Restringe; quia valet alienatio, sed si vende- 3
deret exequutor minus iusto pretio rem hæreditariam, tenetur versus hæredem de suo proprio. Bald. *d. cons.380. in princ. versic tamen si venderet. lib.4.* † Restringe; quia si venderet rem meliorem, 4
cum potuerit vendere mediocrem, tenetur de suo ad damna versus hæredem. Bald. *d. cons.380. circa princ. ver. si tamen venderet. lib.4.* 5
† Limita; quia non valet alienatio facta per exequutorem non requisito hærede, quando fuit facta per dolum; quia non nocet hæredi, si velit, quod non noceat. Bald. *d. cons.380. circa med. ver. si venderet per dolum. lib.4.*

Exequutores quando teneantur citare, vel vocare hæredes, & quando non. Concl. 540.

1 EXEQVTOR † testamenti non potest aliquid exequi, vel præiudiciale facere non vocato hærede. Bart. *in l. alio ff. de alim. & cibar. legat. num.16. ver. quæro, an hæres.* Alex. *consil.62. num.3. ver. nec obstat lib.2.* vbi dicit, quod debet citari hæres, nisi sit infans; quia tunc citatur tutor, idem tenet Anchar. *in cap fin. de testam. in 6. num.10. & in cap. tua nobis. de testament.* Alexand. *cons.215. lib.6. nu.9. & seq.* Bart. *in sua quæst.13. Filium adultum. in princ. vers tertio quia videtur.* † Contrarium videtur tenere idem Alexand. *d. cons.62. n.4.* 2
ver. vnde faciunt notata. & n.5. ver. ad idem. lib.2. quod hæres non debet citari, nisi executores indigeant informatione ab eo. & quod possunt executores vendere inuito hærede, licet si possideat hæres, non possint illum amouere inuitum à possessione. † Exten- 3
de in tantum esse verum; quia si exequutor vendat aliquid non requisito hærede, licet quoad emptorem valeat alienatio; tamen versus hæredem tenetur exequutor ad damna, & interesse. Alex. *d. cons.215. lib.6. n.10.* Castr. *in l. fin. col. fin. ff. de solutio.* Socin. *cons.112. Multum abunde. n.10. ver. secundo principaliter. lib.1.* quod duplicatur *cons.172.* † Contrarium, quod si testator mandauit exequutoribus 4
venditionem bonorum suorum pro satisfaciendis creditoribus eiusdem, vel quod emerent bona, & inuestirent pecunias hæreditarias, possent exequi non vocato hærede; quia si constat de mandato testatoris, non requiritur vocatio hæredis, *l. pater ex pronuncia ff. mand. l. vnum ex familia. in pr ff de leg.2.* Ita Alex. *cons.215. lib. 6. n.10. & seq.* nam sicut potuisset testator emere, & vendere alio non requisito; ita exequutor habens mandatum à testatore, quia non requiritur aliqua solemnitas maior in exequutore, quam in testatore. Bald. *in l.1. in princ. ff. de reb. eorum.* & idem Bald. *cons.287. Berta. lib.4.* & facit; quia exequutores tenentur exequi voluntatem defuncti ex propria conscientia, non ex conscientia hæredis. 5
l. nulli. C. de Episc. & cler. vbi Bald. sequitur Dec. *consil.72. col.3.* † Imo exequutores nedum possunt exequi voluntatem defuncti absentibus, & non requisitis hæredibus, sed etiam ipsis inuitis, & contradicentibus. Bald. *in d l. nulli. col.3. vers. sed numquid hæres. C. de Episc. & cler.* sequitur Alex. *d. cons.215. col. fin. lib.6.* vbi respondet ad contraria, & idem est de mente Bald. *in l. id quod pauperibus. q.18. C. de Episc. & cler.* Salyc. *in l. creditor. C. de distract. pignor.* Bald. *cons.380. Super eo. lib.4.* vbi, quod si est data libera facultas exequutori vendendi, poterit vendere hærede inuito; ergo & ignorante; quia valet hoc argumentum, vt ibi Bald. † Declara; quia poterit exe- 6
quutor emere, & vendere bona iuxta mandatum testatoris non vocato hærede, dummodo palam, & bona fide vendat vel emat. Bart. *in l. si Imperator. §. final. ff. de contrahend emption.* Bald. *consil.123. Reuerendissimus. lib.5.* per textum *in l. pater Seuerinam. §. conditionem. ff. de condition. & demonstration.* † Declara, nisi alienatio esset dolo- 7
sa, quia non valet. Bald. *d. consil.380. circa med. vers. si venderet per dolum. lib.4.* † Extende; quia non potest exequutor ad satisfacien- 8
dum creditoribus adiudicare bona creditori, non vocato hærede. Io. de Imol. *consil.122. per totum.* † Restringe; quia potest exe- 9
quutor vendere non vocato hærede, quando esset data commissio specialis vendendi tale prædium pro tanto pretio, alias si facultas esset generalis, debet hæres vocari, & requiri. Alex. *consil. 27. lib.3.* † Restringe, quando hæres esset infans, qui non potest 10
citari, sed si habet tutorem, citabitur tutor. Alex. *d. consil. 27. lib.3.* 11
† Restringe, quando non ageretur de alienatione bonorum, sed solum de eligendis pauperibus, vel ageretur de aliquid exequendo, quod nō interesset hæredis, ita debet intelligi Bald. *in l. captatorias. C. de testam. milit.* & alii Doct. ibi, qui dicunt exequutorem

posse

posse officium suum exequi non vocato hærede, & ita etiam loquitur Dec. *cons.* 441. qui loquitur in exequutore nominante solum pupillo. † Restringe, quando exequutor haberet mandatum à testatore ad vendendum pleno iure, quia potest nō vocato hærede; imo si emptor velit, quod hæres compellatur cōsentire venditioni pro sui cautione, compellitur hæres ratificare vēditionem. Bald. *in authent. si captiui, ver. deinde nota. C. de Episcop. & Cler.* 11 † Declarat otam istam materiam; quia verū est, quod exequutor testamentarius debet vocare heredem in alienatione, quam vult facere etiam ex licentia testatoris, & potest hæres velle assistere venditioni, & aliter non transfertur dominium in emptorem, si hæres tenanet in possessione, licet coram iudice possit agere, vt tradatur possessio, & dominium; quia venditio valet; sed tamen exequutor tenetur ad interesse ex eo; quia hæredem non citauit, neque requisiuit, ita plene Alex. *cons.* 215. *Ponderatis, nu.* 9. *& seq. per* * *in l.* 6. vbi in fine dicit magis *communem, & ibi apost. in ver. requirit.* dat concord. & dicit distinctionem Alex. veram, nisi emptor participasset de fraude cum exequutore; quia tunc tenetur; subiungit tamen, quod esset nulla venditio facta per exequutorem, si omissa esset denunciatio, vel alia forma requisita à statuto, alle- (g) gat Negus. *de pignor. part.* 6. *memb.* 11. Vide conclusionem proximam præcedentem. Vide, *Exequutores ad pias causas ad vendendum qualiter procedant, & quid possint. Concluſ.* 528.

Exequutores testamentarii quando possint officiū exercere. Concluſ. 541.

1 EXEQVTORES † testamentarii non possunt officium eorum exercere, nisi adita hæreditate ex testamento. Oldrad. *cons.* 108. *ver. circa secundam, in princ.* ratio est; quia ante aditionem non est nata ciuilis obligatio. Bald. *cons.* 456. *Punctus inter alia, circa fin. ver. ō inclita iuris. lib.* 4. Fulg. *cons.* 75. *Ex facto proponitur, n.* 2. Bart. *in Lelio. ff. de alimen. & cibar. legat.* Bald. *in l. si in diem. ff. de cond. & demonstratio.* vbi Imol. & Soc. idem Bald. *in l. eam, quam. & in authent. hoc amplius. C. de fideicom.* † Extende; quia exequutores testamentarii ante natiuitatem posthumi nō possunt alienare bona etiam pro satisfaciendis debitis testatoris, & alienatio nō valet ita quod posthumus potest agere rei vendicatione ad bona alienata. Bald. 2 *cons.* 397. *Viso testamento, lib.* 2. † Et dicitur electa industria personæ exequutorum huiusmodi; ideo eorum officium non transit ad hæredes. Oldrad. *cons.* 316. *num.* 2. *ver. si vero,* vbi, quod neque alium (f) potest ponere loco sui. Vide, *Exequutor an possit subdelegare, & quando secus. Concluſ.* 521. † Amplia; quia exequutores ad pias causas testamentarii licet possint mittere in possessionem causam piam institutam, vel pauperes; tamen id intelligitur de bonis vacantibus; secus de occuparis à tertio. Castren. *cons.* 97. *Super primo, num.* 5. *ver. super octauo, lib.* 1. licet Anch. *cons.* 45. videatur velle contrarium, sed vide eum. † Bene possunt intentare remedium *l. fin. C. de edict. diu. Adrian. tollen.* imo facta acceptatione officii exequutoris compelluntur, & quæ via tenenda sit. Alex. *cons.* 4 *nu.* 16. & 6 *num.* 17. *lib.* 2. vbi late. † Amplia; quia exequutores testamentarii etiam ad pias causas dati sub conditione non possunt ante conditionis euentum assumere officium; imo si exequuntur ante, nulla (f) est exequutio, nec conuale scit, licet postea eueniat cōditio. Bald. 7 *cons.* 349. *Hermanutius Lelli, lib.* 4. Vide, *Facta de facto, de facto sunt reuocanda. Concluſ.* 11. † Amplia; quia exequutores fideicommissarii non possunt exequi, neque administrare ante confectum inuentarium. Signorol. *cons.* 147. *Item præsupponitur.* † Amplia; quia hæ- 8 res potest præuenire exequutores in exigendo, nec tenetur illos expectare, neque impedire possunt. Signorol. *d. cons.* 147. *per tot.* 9 † Extende; quia licet testator grauauerit exequutorem ad exequendum, non ideo minus censetur etiam grauasse hæredem; ideo poterit hæres præuenire ipsum exequutorem. Specul. *tit. de instrum. editio. § nunc vero aliqua, quæst.* 62. *ver. de vno quæritur.* Bald. *in l. fi-* (f) *lius. ff. de cond. ob caus. & in l. nulli. C. de Episc. & Cler. & cons.* 452. *Quia domina Catharina, lib.* 4. quia illud quod mandatur exequutori, 10 censetur mandatum hæredi. Alex. *cōs.* 105. *Perspectis, col. pen. ad med. lib.* † Limita, nisi sint dati ad pias causas; quia sicut legatum ad pias causas debetur etiam non adita hæreditate, prout seruari in practica asserit Lap. *alleg.* 92. *num.* 4. *in fin.* ita possunt exercere officium ante, idem tenet Bald. *consil.* 11. *ser A. Domitius, in fin. lib.* 1. *& cons.* 118. *Casus sub tali, in fin. lib.* 5. Fulgos. *cons.* 75. *num.* 4. *ver. nec iis* (f) *obstat.* Bartol. *in quæst.* 13. *Filium adultum. ver. contra.* Vide, *Fideicommissarius non capit hæreditatem propria auctoritate, & quando secus.* Con- 11 *clus.* 268. † Extende limitationem, quando extat statutum (prout Senis) quia exequutores quicunque possunt exequi eorum officium, etiam non adita hæreditate. Fulgos. *d. consil.* 75. *num.* 4. *ver. nec iis obstat.* † Extende Florentiæ, vbi est statutum, quod le- 12 gata debeantur etiam non adita hæreditate sub *rubr. de exequut. leg. lib.* 2. ita arguit Bald. *in l. id quod pauperibus. C. de Episcop. & Cleric.* Rom. *cons.* 71. *Visis dubiis, col.* 2. † Extende etiam cessante statuto, 13 quando testator id mandaret, quod facere potest argumento text. *in authent. de hæred. & Falcid. § si vero expressim.* & quod not. Ias. *in l. eam quam, colum.* 12. *C. de fideicommiss.* † Limita, quando libera 14 commissio esset data exequutoribus, vel vsufructuario soluendi, & fructandi; quia licet requiratur hæredis aditio, vt habeat effectum; si tamen hæres esset datus post mortem vsufructuarii, tanquam procurator percipiet, & retinebit ex commissa administratione. Bald. *d. cons.* 456. *circa fi. lib.* 4. *ver. ō inclita.* † Limita, nisi sit 15 eis datum mandatum in testamento ad exigendum, & exequendum; quia etiam ante aditam hęreditatem possunt exigere, & soluere. Lap. *alleg.* 92. *n.* 5. *ver. super secundo membro.* † Extende, quando 16 fuit dictum, quod hæres non possit adire, vel accipere hæreditatem, nisi solutis legatis, & debitis prius per exequutores infra duos menses; quia exequi possunt secundum voluntatem testatoris. Castren. *cons.* 436. *Ad primum, num.* 2. *ver. ad tertium, lib.* 2. Vide, *Aditio hæreditatis quando sit necessaria, vt legata debeantur. Concluſ.* 189. Vide, *Legata non valent, neque debentur, nisi adita hæreditate, & quando secus. Concluſ.* 52.

Exequutores testamentarii non possunt conueniri, & quando secus. Concluſ. 542.

1 EXEQVTORES † testamentarii si restituerunt hæreditatem pauperibus, iuxta mentem testatoris, non possunt cōueniri ab eo, qui prætendit restitutionem nō debuisse fieri, sed sunt conueniendi hæredes, vel pauperes; quia officium impleuit exequutor, quod sibi non debet esse damnosum. Petr. de Anch. *consil. 5. Pro parte nobilis in princip.* † Extende; quia si emit loca mon- 2 tium, iuxta ordinata per testatorem, qui ordinauit vendi bona sua, & emi tot loca montium, licet facto principis loca montium sint sublata de facto, non imputatur aliquid exequutori, qui non tenetur de casu fortuito *l. Lucius. ff. de euictio.* Bald. *in l quæ fortuitu. C. de pign. actio.* Alex. *cons.* 220. *lib.* 2. Afflict. *decis.* 54. † Amplia; 3 quia commissarii, & exequutores testamentorum non habent exercitium actionis actiue, vel passiue, nisi in relictis ad pias causas. Anchar. *cons.* 150. *In quæstione, num.* 10. † Amplia; quia etiam obli- 4 gatio fideicommissarii, seu exequutoris testamenti facta non obligat eum de suo, vt possit conueniri, sed hæres debet conueniri, pro quo fecit actum. Anchar. *d. cons.* 150. *num.* 10. *ver. Item etiam aduertendum.* † Limita; quia si distribuerunt male, puta ducenta, quę 5 sunt in hæreditate, sunt legata pluribus; & ideo ex quo debent dimidiari legata, & reduci ad portionem hæreditatis, si exequutores scientes soluerunt integra legata aliquibus, aliis nihil, non recepta cautione de restituendo, dicuntur esse in dolo, & possunt conueniri, tam ipsi, quam legatarii, quibus est satisfactum. Castrens. *cons.* 273. *Ad primum, num.* 2. *ver. ad secundum, lib.* 2. & plenius *num.* 3. *in fin. ver. Vnde vel non debuerunt.* † Declara; quia quatenus 6 exequutores compellerentur de suo soluere, possunt condictione indebiti repetere ab illis legatariis, quibus fuit solutum. Castr. *d. cons.* 273. *num.* 3. *in fin. lib.* 2. † Limita; quia exequutores testamen- 7 tarii, si sunt negligentes, possunt compelli ad exequendum legata testatoris, maxime ad pias causas. Cuman. *cons.* 12. *Ioannes ab armis. num.* 3. *ver. ad secundum.* † Extende; quia exequutores venden- 8 tes bona hæreditatis non vocato hærede, tenentur hæredi ad interesse. Alex. *cons.* 215. *nu.* 10 *lib.* 6. † Limita; quia exequutores da- 9 ti ab Episcopo ad soluendum legata ad pias causas possunt conueniri, si alienarunt loca præstatiæ, seu annuos redditus quæsitos à testatore nomine Ecclesiæ, quando fine alienatione dictorum locorum poterant aliunde ex pecunia existēti satisfacere legatariis. Castren. *cons.* 273. *Ad primum, nu.* 3. *ver. ad tertium, lib.* 2. † Exten- 10 de, etiam si per Venetos, & sic Principes seculares dominos præstantiarum fuisset procurata alienatio præstantiarum; quia non excusantur exequutores à restitutione. Castrens. *d. cons.* 273. *nu.* 3. *lib.* 2. † Limita; quia exequutores testamentarii ad pias causas nul- 11 lo alio hærede dato; quia sunt loco hæredis, possunt conueniri à legatario, & fideicommissario particulari actione personali ex testamento, prout hæres posset. Alex. *cons.* 98. *Viso, & considerato, in fin. ver. & per hoc patet, lib.* 2.

Exequutores testamentarii ad quid obligentur, vt possint officium exercere. Concluſ. 543.

1 CAVERE † debent exequutores testamentarii, antequam administrent, alias nō admittūtur. Bart. *cons.* 137. *Statuto Cōmu-*

2 nis,num.3.ver.super tertio,lib.1.† Amplia; quia obligantur exequutores testamentarii,& ad pias causas ad reddendum rationem de administratis; ideo licet filiusfamilias non possit obligari sine patre, neque adire; tamen poterit, si testator dedit facultatem sine patre exequendi; quia nomine testatoris id facit. Fulgos.*cons.*75.
3 *num.*4.† Extende, quia in tantum tenentur exequutores reddere rationem, vt non valeat remissio facta per testatorem, ne teneantur illam reddere. Capel. Tholos.*decis.*46. Guido Pap.*decis.*352. Quia talis remissio operatur solũ, quod sit remissa scrupulosa redditio rationis, sed non est remissus dolus.*l.quidam decedens. ff.de admin.tutor.l.Seruus vetitus*,& ibi Bart.*ff de leg.*1.*l. cum necessitate*, ibi Bart. Bald. Saly cet.& nouissime Ias. C.*de fideicommiss.* Bartol.*in l. Aurelius.*§.*Caius ff.de liber.legat.*& *in l.nec quicquam.*§.*de plano. ff. de*
4 *offic.procons.* † Et idem est in omnibus exequutoribus testamentariis ad aliquid explendum; quia tenentur reddere rationem, alias possent dolum committere, & fraudare, quod non est de mente testatoris. Castrens.*cons.*333.*Viso testamento.nu.2.ver.sequitur*
5 *responsio,lib.*1.† Imo si reperiuntur deliquisse, & in proprios vsus conuertisse, priuantur officio exequutoris; quia delinquẽs in officio priuari debet officio. Castr.*d.consil.*333.*num.3.ver.tertio dubitatur,lib.*1. vbi, quod si est cohæres, priuatur etiam commodo hæreditatis. licet non desinat esse hæres, sed per fideicommissum re-
6 stituit aliis, maxime quando testator ita iussit.† Restringe, quando data est facultas exequutoribus testamentariis distribuendi secundum eorum conscientiam; quia non possunt argui de mala
☞ distributione. Castrens.*cons.*187 *Super primo. in pr.lib.*1. Vide, *Liberatio relicta per testatorem tutori de administratis,& de inuentario, a quibus liberet,vel non. Concluſ.*328.

Exequutores testamentarii qui dicantur, & qui fideicommissarii, vel legatarii, aut hæredes, & in quo differant. Concl. 544.

1 EXEQVVTOR † testamentarius dicitur is, ad quem nõ transit aliquod ius ex dispositione testantis, alias non diceretur meri exequutores testamentarii,*l.si quis Titio,ff.de leg.*2. Feder.*cons.*
56.*Domine Francisce.ver secundo quæritur,in princ.* Angel.*cons.*129.*Bo-*
2 *na dicti testatoris,ver.quia igitur.*† Et vbicunque exequutores sunt ad non piam causam etiam vniuersaliter deputati, nũquam sunt hæredes, nisi expresse essent hæredes instituti, vel per verba importantia institutionem, quando alius non esset hæres. Bald.*consi.*136.*Viso testamento.per tot.lib.*3. vbi ponit multa verba, ex quibus potest induci hæredis institutio, quando alius hæres non esset datus, vt substineatur testamẽtum; & hæredes sint isti exequutores.
3 † Extende; quia possunt esse executores, & dicuntur exequutores meri, licet habeant aliquid non ex dispositione testatoris, sed ex dispositione legis, prout alimenta, & relictum ad pias causas.
4 Feder.*d.cons.*56.*num.*1.*ver.nam ille proprie dicitur.*† Amplia; quia dicuntur etiam fideicommissarii exequutores, vt ibidem Feder.*d. cons.*56.*in prin.ver.secundo quæritur.* Abb.*cons.*110 *num.*1.*ver.præterea,*
5 *lib.*2.† Amplia, quia quandoq; etiam appellantur legatarii, quã do testator legauit alicui, vt post certum tempus dispẽset in pauperes; quia interim fructus suos facit; quia iudicio testatoris illos percipit, & non est nudus minister. Bald.*consil.*482. *Quia dictus Acciolus.lib.*4. vbi, quod transmittit ad hæredes isto casu legatum cũ
6 onere exequendi.† Amplia; quia hæredes etiam quandoque appellat lex istos exequutores propter quandam similitudinem in casu, quando instituuntur pauperes; quia Episcopus, qui est exequutor, appellatur hæres propter similitudinem; quia in eum transeunt iura, & actiones.*l.si quis ad declinandam.C.de Episc. & Cleric.* Feder. de Sen.*d.consil.*56.*ver.circa tertium.* Bald.*consi.*11.*in fi.lib.*1.
7 † Contrarium, quod imo, quando nullus datus est exequutor Episcopus, qui est datus à lege exequutor, non sit hæres; & ideo non sit directa substitutio, quæ matrem excludat; quia cum non sit à testatore, sed à lege Episcopus deputatus, non subest verbum,
8 *accipiat directo*, ita Alex.*cons.*12.*n.*16.*ver.nec obstat, quod quando.lib.*3. vide infra *num.*24.25.*& seq.*† Declarat idem Alex.*d.cons.*12.*nu-*
*mer.*15.*ver.nec obstat,quod.lib.*3. vbi, quod refert, an testator solum mandauerit nullo dato exequutore; quia Episcopus non est hæres, & non subest verbum,*accipiat*, per quod substitutio in pupillari est directa, & excludit matrem; quia isto casu est Episcopus à lege, non à testatore; si vero testator dedit exequutores particulares, siue ipsi distribuant, siue abstineant, & succedat eis Episcopus; tunc Episcopus est loco hæredis, & subest verbum, *accipiat*, & substitutio in pupillari est directa, & excludit matrem. Vide in-
☞ fra *num.*24.25.*& seq.* Vide, *Exequutores vltimarum voluntatum qua-*
9 *liter ob negligentiam priuentur. Concluſ.*546.† Declara; quia vbicunque exequutor testamenti deputatur specialiter ad sibi commissa specialiter, dicitur hæres, vel loco hæredis. Specul.*titul. de instrum.edit.*§.*nunc vero aliqua.ver.quod exequutor est hæres.* Abb.*in c. Ioannes.n.*6.*de testam.* Alex.*cons.*4.*n.*16.*lib.*2.† Declara ad cognoscen. 10
dum, quando sit exequutor, & quando hæres; quia si habet nudam electionem pauperum, est exequutor; si vero est distributor bonorum, & electror pauperum, vel si dicatur, fideicommissarios dispensatores, & distributores esse voluit; tunc sunt loco hæredis. Calder.*cons.*348. alias 19.*de testam.* & Bald.*cons.*441.*D. reliquit. lib.*5. vbi, quod isto casu non requiritur aditio pauperum, & quod distributores, & exequutores sint loco hæredum & debeant habere bona penes se. Signor.*cons.*35.*nu.*3. vide Castrens.*cons.*13.*n.*4. *lib.*1. vbi, quod eo ipso, quod sint ad causam piam, non sunt meri exequutores; quia consequuntur meritum. † Contrarium tenet 11
Cald.*cons.*356. alias 27.*de testam.ver.nec videntur.* quia vbi pauperes instituti sunt exequutores dati ad eligendum, & distribuendum, non sunt hæredes, neque loco hæredum, vt infra *ver.intellige, nu.*
20.† Declara; quia hæres grauatus restituere etiam fauore piæ 12
causæ, & in casibus, in quibus non haberet, nisi nudum nomen hæredis, nihilominus non est exequutor, sed hæres. Federic.*consi.* 56.*num.*1.*vers.sed in casu nostro.* † Et idem, quando est institutus 13
quis hæres cum onere distribuendi fructus omni anno in pauperes. Bald.*cons.*420.*Viso testamento, in fin. ver.quarto etiam præmittendum.lib.*2. vbi, quod proprietas est hæredum. † Et quod exe- 14
quutores dati ad distribuendum pauperibus nullo alio hærede dato sint loco hæredis, plene Bartol.*cons.*3.*Titius condidit.nu.*2.*ver. sed pone.lib.*1. vbi dicit, quod si dixit, *volo bona mea per exequutores vendi,& distribui pretium pauperibus*; importat, ac si instituisset pauperes, & eis dedisset exequutores tutores, vt vendant, & distribuant; & ideo sunt loco hæredum Alex.*consil.*12.*Attentis verbis, n.*
12.*ver.præterea.lib.*3. licet ibi apostil. *in ver hæredum*, impugnet, & male. † Idem, si relinquat pro anima sua testator omnia bona; 15
quia nullo dato hærede exequutores sunt loco hæredis. Bartol. *consil.*25.*Viso testamento,in princ.lib.*1.† Idem, si datus esset alius hæ- 16
res, vel substitutus vniuersalis, qui non possit capere; quia si testator vltimo loco mandauit bona sua distribui per exequutores in pauperes, isti erunt loco hæredum, & succedent. Bart. *consil.*38.*Paulus,in fine.* † Idem, si testator voluit bona sua distribui 17
per suos exequutores nominatos in pauperes, & ad fauorẽ pauperum, & locorum piorum arbitrio suo; quia sunt loco hæredũ. Bartol.*consil.*67.*Nicolaus fecit, in fin.lib.* 2. vbi apostil. fin. dat concordan. † Adde, quod exequutores sunt hæredes, quando vel 18
sunt instituti pauperes, & dati exequutores ad distribuendum, vel quando ipsimet exequutores sunt instituti, aut si exequutores dati sunt ad distribuendum pauperibus, nullo alio dato hærede; si vero exequutores extra istos casus habentur loco hæredum, non tamen sunt hæredes, vt directa sit substitutio, sed ad effectum, vt agant, & conueniantur. Alexand *consil.*45.*Habita super iis.num.*10.*lib.*1. † Et quod imo exequutores dati ad distribuen- 19
dum bona pauperibus sint loco hæredis, tenet Gemin. *cons.*63.*numer.*4.*in fin.ver.item tacuit.* Ancharan.*cons.*436.*num.*3.*&* 4.† Intel- 20
lige hoc vltimum esse verum, quod exequutores dati ad distribuendum pauperibus censentur hæredes instituti, quando nullus est institutus hæres; secus si aliquis esset institutus hæres; quia tunc sunt nudi ministri. Bald.*cons.*125.*Ego superiſto,in pr.lib.*2. Alexand.*consil.*98.*Viso, in fin.lib.*2.*&* supra *verb.contrarium.num.*7.*& sequenti.* † Extende; quia procedit, quod exequutores dati ad dis- 21
tribuendum sunt loco hæredum, & dicuntur hæredes instituti, quando non est datus alius hæres, etiam si facta sint diuersa legata locis piis & non piis, & exequutores sunt dati ad omnia exequenda, quia ex coniecturis legatum pauperum, & deputatio exequutorum trahitur ad institutionem hæredis. Bald. plenissime *cons.*136.*Viso testamento per tot.lib.*3. vbi allegat multa pro vtraque parte; tamen hanc partem tenet propter verba dubia, quæ possunt, & debent trahi ad institutionem fauore piæ causæ, licet dicat esse magnam quæstionem; tamen quando legatum trahitur ad vniuersitatem bonorum, sunt loco hæredum, & idem dicit Bart. in sua *q.*3.*Filium adultum, in ver solutio in princ.* † Et quod sint 22
hæredes, vel loco hæredum, quando commissa est distributio omnium testatoris bonorum ipsis exequutoribus, & non est damnus aliquis hæres, quia tunc habent exequutores, tanquam directe instituti ad distribuendum. Bart.*in l.Centurio.nu.*21.*ff.de vulg.& pupill.* Ruin.*cons.*9.*lib.*4. Alex.*cons.*98.*in fin.lib.*2. Boer.*decis.*204.*nu.*
47. Paris.*cons.*74.*nu.*95.*cum seq.lib.*3.† Extende; quia siue testator 23
relinquat hæreditatem suam, vel bona sua vniuersaliter pauperibus, vel piæ causæ directe; siue per fideicommissum alio hærede vniuersali non instituto, vel alio fideicommissario vniuersali nõ dato,

dato, exequutores isto casu sunt hæredes, vel fideicommissarii. Bart. d.q.13. *in ver solutio in pr.* sequitur Alex. *cons.*12. *Attentis n.*12. *lib.* 1. 3. † Extende; quia in tantum sunt loco hæredum exequutores data ad piam causam, alio hærede non dato vniuersali, vt si sint pauperes substituti pupillo, qui decedat in pupillari, & substitutio erat, quod quandocunq; decederet, vel si in pupillari decederet, exequutores accipiant bona omnia, & pauperibus distribuant, erunt hæredes directi; quia verba sunt directa, & sic pupillaris erit substitutio directa. Alex. *d. cons.*12. *Attentis verbis n.*12. *ver. præterea* 3 *iam mortuo lib.*3. Bart. *cons.*3. *Titius condidit lib.*1. Ang. *cons.*97. † Cõtrarium tenet apost. ad Alex. *consil.*45. *Habita n.*8, *lib.*1. *in ver. iura, in fi.* & rerum ad *cons. Alex.*98. *in fin. lib.*2. *in ver. hæredum*, & tertio loco 4 *ad d. cons. Alex.*12. *Attentis n.*12. *lib.*3. *in ver. hæredum.* † Declarat Alex. quod extensio procedit, quando testator fecit substitutionem vniuersalem per verba directa in pupillari; secus si per verba communia, vel obliqua, vel si in bonis mobilibus, & immobilibus; quia non veniunt iura, & actiones, vel quando mater est in medio; quia dubia substitutio, & non clara, non excludit matrem. Alex. *d. cons.*45. *Habita n.*7. *& seq. ver. circa tertium lib.*1. vbi plenissime. † Declara; quia vbicunq; testator deputat exequutorem, vel committit suam voluntatem alteri, vt faciat, vel exequatur, semper dicitur hæres institutus exequutor, nullo alio hærede dato, etiam in casu prætentionis filiorum, quando testator dixit, quod volebat decedere intestatus; secus si nihil dixisset, & simpliciter prætentis filios dedisset exequutores; quia tunc filii erunt hæredes, & restituent pauperibus; quia eo casu non possunt esse hæredes, quando testamentum non valeret, nisi adsint verba, non volens decedere intestatus. Bald. *cons.*110. *Quidam sanus mente. lib.* 5 *per tot.* Vide, *Captatoria voluntas quæ dicatur, vel non. Concl.*62. † Declara; quia isti exequutores dati ad distribuendum sunt loco hæredum nomine, non autem effectu; ideo substitutio facta in pupillari ærate, quod bona per exequutores distribuantur pauperibus, est fideicommissaria; quia non sunt proprie hæredes. Bald. 6 *cons.*110. *per tot. lib.*2. † Contrarium tenet Bart. quod imo sunt loco hæredum vniuersalium, alio hærede vniuersali nõ dato, ita quod si decedat filius in pupillari, substitutio facta in pupillari, & quãcunque, quod voluit testator bona omnia vendi, & dari pauperibus, non erit fideicommissaria, sed directa; quia idem est, ac si quis pauperibus esset data facultas vendendi, ita Bartol. *cons.*3. *Titius condidit lib.*1. *per tot.* Alex. *cons.*12. *Attentis verbis. nu.*11. *ver. sed præ-* 7 *mitto. lib.*3. † Declara, vt per Alexand. *d. cons.*12. *num.*13. *in fin. cum sequent. ver. deniq; lib.*3. vbi dicit, quod si sunt loco hæredum, seu hæredes, res est clara, quod subintelligitur verbum accipiant, aut non sunt loco hæredum, neq; hæredes, & negari non potest, quin sint exequutores instituti contemplatione pauperum, & tunc potest sunt, relinquere pauperibus vel exequutoribus contemplatione pauperum; vnde sicuti si pauperibus esset relictum, possent accipere; ergo est idem de exequutoribus institutis contemplatione pauperum. † Declara; quia exequutor institutus etiam hæres dicitur exequutor mixtus, & potest exequi, etiam post mortem, & instituendo pauperes, quos debuit eligere in vita, dicitur exequi officium suum, & alii exequutores in solidum dati tali casu excluduntur. Bald. *cons.*193. *D. Nicolaus. per totum. lib.* 1. † Declara; quia exequutores testamentarii semper dicuntur hæredes, quando maior pars legatorum est ad pias causas, & non est data alius hæres. Castr. *consil.*273. *Ad primum. num.*2. *ver. ad secundum. lib.*1. † Declara; quia licet quis instituatur hæres ad distribuẽdum pauperibus, etiam si sit monachus; tamen nihil acquirit suo monasterio; quia licet sit hæres nomine; tamen hæredes effectu sunt pauperes. Bald. *cons.*332. *Præmittendum est, in princ. lib.* 1. † Valet autem dario exequutoris ad eligendum pauperes, qui succedant testatori, & sint hæredes; quia licet non debeat hæres pendere ex alieno arbitrio; tamen fauore piæ causæ valet. Anch. *cons.*202. *circa primum in princip. ver. sed restat.* † Restringe; quia exequutores ad piam causam dati non sunt loco hæredum, quando legatum facturn pauperibus non est vniuersale, videl. in toto, vel quota, sed est incerta summa, puta; quia testator reliquisset decem pauperibus distribuenda per tales; quia etiam alib hærede non dato, non sunt hæredes, secus si legatum esset vniuersale, Bal. *d. consil.*136. *in princ. lib.*3. Alexand plene *consil.*45. *Habita super iis. num.*9. *lib.*1. † Declarat Abb. *consil.*11. *Tria sunt. numer.*3. *& 4. ver. ad secundum dubium, lib.*2. quod merus exequutor dicitur is, qui habet meram exequutionem facti; & vero habet eligere, vel declarare, non est merus exequutor, & non continetur sub constitutione Episcopi monẽtes exequutores, & dicit, quod debent Episcopi aduertere, quod includant etiam debentes eligere, vel distribuere, alias non comprehenderentur, & idem repetit *consil.* 59. *in fin. lib.*1. & clarius *cons.* 110. *In causa Hospitalis. ver. quoad tertium. lib.*2. Vide, *Monitio, seu monitorium requiritur multis casibus. Conclus.*357. Differentia autem est, an sit merus exequutor, an vero loco hæredis; quia primo casu, si non eligit intra annum, deuoluitur electio ad Episcopum vigore constitutionis; secus si est loco hæredis. Calderin. *consil.*348. alias 19. *de testamen. circa med. ver. & inter istos*, & supra *num.*8. † Alia differentia est inter exequutores simplices, & exequutores, qui dicuntur hęredes; quia simplices no possunt habere fidem de pretio, neque vendunt sine subhastatione, & tenetur emptor procurare, quod pretium expendatur, & distribuatur iuxta mentem testatoris; sed secus est in hærede exequutore; quia libere vendit, nec ista solemnia sunt necessaria. Bald. *consi.*287. *Punctus quæstionis. num.*4. *ver. item oportet. lib.* 4. † Alia differentia est; quia meri exequutores non constituunt procuratorem, sed dant actorem ad lites decreto iudicis; alii vero exequutores non meri constituunt procuratorem nomine suo; quia habent actionem nomine suo ad commodum pauperum, alii non. Castrens. *cons.*13. *Super primo, na.*4. *ver. circa quartum. lib.*1. † Non compelluntur executores ad pias causas adire, & soluere legata, si non volunt, sed facta declaratione, quod non velint; deuoluitur ad Episcopum. Alex *cons.*4. *Videtur. num.*17. *ver. & erit modus. lib.*2. vbi, quod facta acceptatione compelluntur adire, & eis competit remedium *l. fin. C. de edict. D. Adria.*

Exequutores quando vt suspecti, vel negligentes amoueri possint, vel non, & quando currat illis tẽpus. Concl. 545.

EXEQVTORES † testamenti possunt remoueri per iudicem ordinarium, si sunt suspecti ex callida conuersatione, non alias. Oldrad. *consil.*196. *Factum tale est, in fi. ver. tertia quæstio est.* 1
† Annum habent exequutores testamentarii ad exequendũ, alias non possunt extra dictum tempus exequi. *c. nos quidem, de testam.* Calderi. *cons.*358. alias 29. *circa med. de testam.* Vide Conclus. prox. seq. † Declara; quia licet exequutores habeant annum ad exequendum; tamen si fiat exequutio conditionalis post annum, valet. Calder. *d. cons.*358. alias 29. *de testam.* † Sufficit verbalis exequutio in exequutore testamẽtario, vt non dicatur negligens, & perdat officium suum, quia verbaliter distribuendo dicitur exequi. Calderin. *consil.*357. alias 28. *de testamen.* vbi hanc partem tenet, licet contraria alleget, Vide, *Factum vbi requiritur, non sufficiunt verba. Concl.*22. † Declara; quia sufficit verbalis in electione pauperum, & in iis, quæ consistunt in verbis, sed in reali exequutione, prout est diuisio bonorum, debet realiter diuidere, nec verbalis sufficeret. Calder. *d. cons.*357. alias 28. *de testam. in fin.* † Tempus præfixum exequutoribus deputatis, puta ad vendendum bona sua intra quinquennium, in quibus bonis pauperes hæredes instituit, & vsufructuariam vxorem instituit, non currit, nisi post obitum vsufructuariæ; quia hoc modo menti testatoris succurritur, neque vsufructui contrauenitur. Bald. *cons.*11. *per tot. lib.*1. Vide, *Exequutores ad pias causas ad vendendum quid possint. Conclusio.*528. † Post mortem suam exequutor testamentarius non potest exequi, nisi simul sit hæres institutus; quia tunc instituendo certos pauperes, quos tanquam exequutor debuit eligere, censetur eosdem elegisse in suo testamento post mortem. Bald. *cons.*193. *D. Nicolaus, lib.*1. Vide, *Exequutoris officium finitur morte, & quando secus. Concl.*515. † Cõiunctim cẽsentur dati executores, ideo omnes conuenire debẽt concordes, nisi agatur de fauore animæ, quia vnus potest exequi etiam sine aliis; imo Episcopus datus exequutor ad restituendum vsuras illis, qui fide digni erunt iudicati secundum eorum sacramentum, potest solus stare sacramento fide digni, non obstante contradictione aliorum exequutorum, Bal. *cons.*229. *Verba dicunt. lib.* 2. *per tot.*

2 3 4 5 6 7 8

Exequutores vltimarum voluntatum qualiter ob negligentiam priuentur, vel cesset eorum officiũ. Concl. 546.

EXEQVTORES † vltimarum voluntatum, si sint negligentes in exequendis legatis piis, prout in celebrari faciẽdo anniuersaria relicta à testatore, possunt compelli, & etiam post annum negligentes possunt priuari officio exequutoris, Cuman. *cons.*12. *Ioannes ab armis. num.*3. *vers. ad secundum, vsque in fin.* vbi intelligit post monitionem & scientiam, quod fit exequutor. Per. de Anchar. *consil.*45. *Per constitutiones, in princ.* Castr. *consil.*97. *Super primo. num.*2. *lib.*1. vbi, quod requiritur monitio, nisi fuissent prætentes; vel nisi extaret constitutio Episcopalis, quæ vbiq; solet esse, quæ

1

quæ moneat. Vide, *Negligentia semper mala & quando. Conclus. 33. & Conclus. ibi prox. seq.* † Et ideo constitutio Patriarchalis, vel Episcopalis super hoc dicitur consona iuri communi. Bald. *cons. 301. Constitutio, in princ. lib. 2.* & idem in constitutione Episcopali. Baldus *cons. 207. Occurrit dubium. n. 2. ver. de dicta constitutione. lib. 3.* & de eadem constitutione Episcopali idem Bald *cons. 171. Præmittenda sunt. lib. 3.* & plene Rom. *cons. 428. In terminis. n. 3. ver. quoad secundum.* vbi ponit plura similia de procuratore, de tutore, iudice, & aliis, qui ob negligentiam priuati possunt, & ibi apostil. dat concor. vide ampliationem seq. Vide, *Episcopus est exequutor legatorum pauperum. & incertorum. Conclusio. 293.* † Amplia; quia exequutores dati ad pias causas, prout ad eligendum pauperes, in quibus testator hæredes illos instituit, si non eligit intra annum, electio deuoluitur ipso iure ad Episcopum, vbi extat synodalis constitutio. Calder. *cons. 348. alias 19. de testam. in princ.* Petr. de Anch. *cons. 45. in princ. & cons. 387. In themate per tot.* vbi in fin. quod consuetudo approbat hanc opinionem. Castrens. *cons. 97. num. 2. lib. 1.* † Declara; quia annus incipit à die monitionis de iure communi. Zab. *d. consil. 124. colum. 2. in princ. ver. item annus.* Abb. *consil 11. Tria sunt. num. 3. & sequent. lib. 2. & consil. 110. colum. 2. ver. quoad tertium, lib. 2.* † Si tamen extat synodalis constitutio, vel Episcopalis, quæ monet omnes exequutores intra annum, sufficit quoad meros exequutores, non autem, si sunt exequutores, qui debent eligere; vel declarare; ideo post annum isti exequi possunt, non obstante constitutione, si de eis non facit mentionem, & dicit cautos debere esse Episcopos in hoc. Abb. *consil. 11. num. 3. & sequent. lib. 2.* vbi late, & *cons 110 col. 2. ver. quoad tertium. lib. 2.* † Contrarium iupra proxime, & infra proxime *num. 7. & seq.* vbi pro vtraque parte. † Extende, vt imo id etiam sit de iure communi; quia intra annum debet exequutores exequi voluntates ad pias causas. *c. nos quidem, de testam.* Calder. *cons. 358. alias 29. de testam.* alias censentur renunciare officio exequutoris. Bald. *cons. 287. Punctus quæstionis. num. 4. ver. quartus casus. lib. 4. l. nulli & l. si quis ad declinandam. C. de Epis. & cler.* Iaſ. *in l. si fundum sub conditione. §. Stichum, ad fi. de leg. 1.* † Restringe, quãdo esset datus exequutor loco hæredis, vt si esset nedum elector pauperum; sed distributor bonorum; quia tunc non priuatur intra annum; etiam si ad sit constitutio synodalis, etiam si fuerit negligens. Calder. *d. cons. 348. alias 19. de testamen.* Barto. *cons. 142. Constitutione Camerinen. lib. 1.* Anchar. *cons. 412. Contra hæredes.* Abb. *cons. Constitutione Camerinen. lib. 1.* Anchar. *cons. 412. Contra hæredes.* Abb. *cons. 110. In causa. col. 2. ver. quoad tertium. lib. 2.* † Contrarium tenet Ang. de Peru. *cons. 64. Quoniam nihil, circa med. ver. huic autẽ.* vbi, quod siue sit ad eligendum, siue ad eligendum, & distribuendum, dicitur exequutor, & priuatur per negligentiam anni stante constitutione. Petr. de Anchar. *cons. 45. per tot. & in cons. 387.* Castren. *consil. 97. in fin. lib. 1.* vbi, quod hæc est verior, & apost. ad Bartol. *d. cons. 142. in ver. declarare.* citat plures, & reprobat Bart. & alia apostill. ad Roman. *cons. 228. num. 10. in fin. ver. eligendi*, dicit, quod hæc communiter seruatur. Vide, *Exequutores testamentarij qui dicantur & qui hæredes. Conclus. 544.* † Restringe, vt ampliatio non procedat, si fuisset exequutor impeditus intra annum, super quo impedimẽto debet pronunciari. Calderin. *d. cons. 348. alias 19. de testament. in fin. ver. sic. ad secundum.* Vide, *Impedimentum legitimum excusat. Concl. 29.* † Restringe in mandatario; quia officium non expirat intra annum. Zabar. *cons. 124. col. 2. in princip. ver. ad quod dico.* † Restringe; quia sufficit, quod fecerit verbalem exequutionem, vt si intra annum pauperes elegit, & distributionem fecit verbo, non priuatur tanquam negligens. Cald. *cons. 357. alias 28. de testam.* † Contrarium quod distributio verbalis nõ sufficiat, sed præsenti pecunia fieri debeat. Petr. de Anchar. *cons. 45. nu. 3.* † Restringe, vt sufficiat, quod intra annum sit facta distributio. etiam si sit sub conditione, & conditio post annum debeat verificari, & pendeat; quia attenditur tempus exequutionis, non autem tempus conditionis purificatæ. Cald. *cons. 358. alias 29. de testam.* Vide, *Exequutores ad pias causas an pure debeant exequi, vel conditionem ponere. Conclus. 532.* † Restringe; quia si testator dedit exequutores ad satisfaciendum legatariis, & omnibus, qui vsuras soluissent intra duos annos secundum eorum conscientiam, prohibendo, ne hæres posset prius adire, sed lapsis duobus mensibus adire possit, remanentibus exequutoribus in sua facultate circa legata, erunt etiam circa male ablata; quia largo modo sunt legatarii. Castrens. *cons. 436. ver. ad tertium. lib. 2.* † Restringe, quando testator dedisset facultatem exequutori distribuendi pauperibus, quando sibi placuerit, quia tunc cum non dicatur negligens vsque ad extremum vitæ, non potest Episcopus se intromittere; quia in iis, quæ sunt contra voluntatem testatoris, & non sunt de necessitate exequutionis, non fit deuolutio. Bald. *cons. 297. Testator in suo testamento. lib. 2. & cons. 301. Constitutio Patriarchalis, in pr. ver. sed ad euidentiam. lib. 2.* Vide infra *num. 58. & seq.* † Declara; quia quando concurrit dilatio constitutionis, puta in annum, & dilatio testatoris, puta in annum, vel aliud tempus, confunduntur. nõ autem intelliguntur ordine successiuo, vt vnus terminus incipiat post alium. Anch. *cons. 395. Oretenus mihi*, vbi pro vtraque parte, sed ita tenet, & idem, si dilationes diuersæ reperirentur à lege. Vide, *Dilationes, quando dantur plures eodem tempore, qualiter intelligantur. Conclus. 439.* † Et quod testator possit prorogare tempus datum ad exequendum, est sine dubio, late Bald. *cons. 302. colum. fin. lib. 2.* intelligendo tamen, vt infra *num. 22. & multis seqq.* vbi habes contrarias opiniones, & declarationes. † Et quid si prorogatio fiat ab Episcopo, idem Bald. *cons. 207. lib. 3.* † Et idem etiam, quando testator prouidisset de alio exequutore in casu negligentiæ; quia prouisio hominis facit cessare prouisionem legis. Iaſ. *d. l. si fundum sub cõditione. §. Stichum, ad fin. ff. de leg. 1.* † Declara; quia hæc restrictio non procedit, si testator exequutori se remisit, vt exeqeretur, cum arbitratus fuerit; quia tunc non dicitur esse in facultate exequutoris, sed tenetur exequi secũdum arbitrium boni viri. Bald. *d. cons. 301. in princ. ver. sed ibi fuit. lib. 2.* † Amplia; quia exequutores post annum possunt compelli ab Episcopo, & ad Episcopum deuoluitur exequutio, etiam si testator ordinasset, quod ad Episcopum non deuolueretur exequutio; quia in præiudicium iuris publici non potest testator hoc disponere, sed bene potest ordinare, quod exequutores, quando voluerint, distribuant: quia donec velint, non erunt contumaces. Bald. *cõs. 297. per tot. lib. 2. & cons. 301. in fin. ver. præterea, vt dixi. lib. 2.* vbi de hoc vltimo concordat. † Contrarium tenet Bald. *d. cons. 301. Constitutio patriarchalis. n. 4. ver. sed illud, quod est magis. lib. 2. per tot.* vbi quod quando sunt instituti pauperes hæredes pro quarta parte, & testator dedit potestatem hæredi, & exequutori commutandi dictam institutionem, & legata in aliam piam causam, prout voluerit ad libitum suum, exequutio post annũ non deuoluitur ad Episcopũ. † Idem, quando sunt dati exequutores, & testator prohibuit, quod ad Episcopum, vel alium non deuoluatur exequutio; quia nõ deuoluitur. Alexand. *cons. 206. Ponderatis verbis, in fi. num. 9. vers. ad præmissorum confirmationẽ. lib. 6.* vbi plures citat, & dicit, quod ita fuit iudicatum. † Extende hoc contrarium, vt procedat, etiam si testator iussisset, quod exequutio dictorum legatorum, seu dictæ suæ hæreditatis dispensatio non deuoluatur ad aliquam aliam personã ex aliquo cursu temporis; quia non fiet deuolutio ad Episcopum, etiam stante constitutione synodali, quod omnes exequutiones post annum circa legata pia deuoluantur ad Episcopũ etiam sine monitione. Bald. *d. consil. 301. num. 8. in fin. & nu. 9. ver. & iussit, quod exequutio. lib. 2.* vbi, quod sicut potest substituere vnum exequutorem alteri negligenti, & valet; ita potest excludere Episcopum; quia censetur eundemmet exequutorem substituisse de anno in annum & sequitur apostill. ad Alexand. *cons. 206. in fi. in ver. dispositа. lib. 6.* vbi pro hoc allegat etiam Bald. *cons. 298. eodem lib. 2.* † Declara ista contraria ex mente Bald. *d. consil. 301. in fi.* vbi, post quam multas opiniones recitauit, in fine concludit, quod licet nõ possint amoueri exequutores in totum; potest tamen Episcopus assistere, cui tenentur reddere rationem omni anno. Alex. *d. cõs. 206. in fin. lib. 6.* tenet quod Episcopus non possit supplere, quando est prohibitus, sed apostill. ibi admittit *in ver. distributio.* & pro veritate videndus Feder. de Sen. *consil. 293. per tot.* Vide plene, *Episcopus est exequutor legatorum etiam incertorum pauperum. Conclus. 293. nu. 11. & seq.* & plenius *num. 37. & 38.* † Imo quando exequutores sunt negligentes, tria remedia contra eos sunt prodita; primum; quia eis non imputatur, & tenentur ad interesse, secundum, quod nihilominus possunt compelli exequi, tertiũ, quod possunt priuati officio, si negligentia est per annum. Vide, *Exequutores ad pias causas an pure debeant exequi Conclus 532. n. 3. & seq.* † Amplia; quia ad Episcopum deuoluitur nedum distributio, & electio pauperum, sed etiam electio exequutorum, quando testator reliquit tres exequutores, & quod loco morientium alii superstites eligant intra certum tempus; quia lapso tempore, si non est facta electio, poterit Episcopus eligere. Bald. *consil. 420. numer. 2. ver. secundo præmitto. lib. 2.* † Amplia in tantum, vt electio, vel distributio facta post annum per exequutorem ad pias causas non valeat tanquam deuoluta Episcopo. Bald. *cons. 77. Casus talis est, quidam, circa fin. lib. 4.* † Amplia; quia Episcopus potest supplere semper negligentiam exequutorum Hospitalis, vel ad piam causam datorum. Castrens. *cons. 437. Super dictis quæritis. num. 5. ver. ad quintum lib. 2.* † Amplia; quia exequutoribus datis ad pias causas mortuis, exequutio deuoluitur ad Episcopum, non autem ad hæredem, maxime, quando fuit hæres prohibitus. Ioann. de Anan. *cons. 86. in princip.* † Extende, quia si dati sunt duo exequutores, & alter

17 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30 31 32

alter si mortuus, exequutio tota remanet in superstite. *c.fi.* § *fane, de testament. in 6.* † Contrarium, quando essent relicti tres, & duo essent mortui; quia expirat quoad omnes exequutoris officium, & deuoluitur ad Ecclesiasticum, si sunt ad piam causam, si ad causam non piam, ad iudicem secularem. Bald. *in l. cum magistratus. C. quando prouoc. non est necesse.* † Declara, vt per Castr. *consil. 218. Ad primum in fi. lib. 2.* & verius, & æquius sit, quod mens testatoris seruetur eo modo, quo potest, vt non alias remoto superstite illi adiungantur per iudicem tot alij exequutores, quot sunt mortui, & sic exequantur. † Amplia; quia officium exequutoris, etiam si sit Episcopus, cessat facta exequutione, & data immissione in possessionem bonorum vacantium; ideo non poterit exequi contra tertios possessores, sed coram iudice ordinario est agendum. Castrens. *consil. 97. num. 5. ver. super octauo. lib. 1.* † Amplia in exequutore ad constituendam Ecclesiam; quia habet duo tempora; vnum ad inchoandum, & est annus à die monitionis; & quinquennium à die cœpti ædificij, lapso anno ad incipiendum, & lapso quinquennio ad perficiendum deuoluitur ad Episcopum officium exequutoris. Roman. *consil. 235. Quoad primum, colum. 3. num. 4. ver. quartodubium*, vbi dicit communem, vbi etiam apost. dat concord. † Amplia; quia si extat statutum, prout Gualdi, quod lapso anno hæres sit nullus, & monitus ad implendum omnia disposita à testatore, & non requiratur alia monitio; tamen non priuatur hæreditate hæres; quia talis prouisio non operatur, nisi monitionem quoad heredem, vt habeat alium annum, sed quoad exequutorem bene priuatur, ita Roman. *consil. 228. n. 10.* Soc. *consil. 217. lib. 2.* sequitur apost. ad Bart. *consil. 137 in princ. lib. 1. ver. statuto. & ver. priuari.* † Limita, quando testator apposuit certum tempus, puta biennium, vel triennium, & executor non est nudus minister, sed legatarius cum onere distribuendi post biennium; quia ante non tenetur distribuere. Bald. *cons.* 482. *Quia dictus. lib. 4.* † Limita in exequutore fideicommissario vel hærede; quia licet expiret exequutio, quam habet à lege post annum; non tamen expirat, quin possit soluere, vt heres, & liberetur. Bart. *d. consil. 142. nu. 2. in fin. ver. & si sine lib. 1.* † Limita, vt quod dicitur, officium exequutoris post annum deuolui ad Episcopum, si non fecit exequutionem voluntatis per sibi commissam, procedat in legato puro; si vero legatum est in diem, vel sub conditione, tunc annus incipit solum à die purificati legati, & non ante, etiam si ex tet constitutio, quod post annum statim executio deuoluatur Episcopo. Bald. *d. consil. 301. Constitutio patriarchalis. lib. 2. in pr.* vbi, quod si legauit intra tres annos aliquid fieri, nisi eueniente die non esset negligens. Anchar. *consil. 412. Contra haredes, in fin.* † Declarat Bartol. quia multum refert, an persona, cui legatur, sit declaranda, sed legatum est certum; quia hoc casu durat declaratio, donec hæres conuenitur; an è couerso persona est certa, cui legatur, sed res legata stat in electione, & tunc procedit text. *in l. 3. §. sed, & si quis. C. commun. de legat.* ita Bartol. *consil. 142. Constitutione, in fi. lib. 1.* † Extende, vt idem sit quando exequutio non erat liquida, vt quia testator voluit sub certa forma exequi, quæ data erat in apocha, quæ non reperitur; quia quando facta non constat, excusantur à negligentia. Bald. *consil. 171. in prin. lib. 3.* † Declara, quod dicitur exequutionem non deuolui ad Episcopum ex constitutione Episcopali ob negligentiam exequutorum intra annum, quando impedimentum facti interuenit, procedere de iure; secus de consuetudine, vt Bald. dicit *d. consil. 171. n. 2.* sic sibi respondisse Thomam de Corsinis. *lib. 3.* & ideo Bald. sic distinguit, quod si constitutio disponit in casu negligentiæ, non deuoluitur, quia non est negligens, qui impedimentum habuit legitimum; si vero constitutio loquitur absolute, & loquitur apponendo tempus exequutioni, & idem; quia sic de ignorante non loquitur; si vero loquitur apponendo tempus exequutioni, veluti si dicatur, quod si exequutio non fit facta intra annum, & habet locum contra omnes. Vide, *Dispositio omnis intelligitur secundum ius commune. Conclus. 501.* † Extende; quia procedit limitatio, etiam si conditio sit dubia, veluti si testator instituit matrem in vsufructu, & ea mortua quoad proprietatem pauperes eligendo per exequutorem: nam licet possit intelligi statutu, & etiam mortua vsufructuaria fieri electionem; tamen valet electio post annum, & exequutio; quia est conditionalis Anch. *consil. 412. Contra haredes.* vbi mouetur; quia aliud est eligere, aliud exequi, & idem tenet Bartol. *consil. 142. lib. 1.* † Contrarium verius supra *num. 23. & sequen. ver. contrarium.* † Limita; quia non deuoluitur ad Episcopum proprietas hæreditatis, in qua sunt instituti hæredes certi cum onere singulo anno distribuendi fructus in pauperes; quia licet quoad distributionem fructuum fiat deuolutio in casu negligentiæ; non tamen quoad proprietatem; ideo Episcopus non potest donare proprietatem; quia non est deuoluta. Bald. *consil. 420. Viso testamento, per totum. & consil. 421. lib. 2.* & sunt consilia Pet. Vbaldi, & Honufrii de Perusio. † Contrarium tenet Baldus *consil. 96. per totum. lib. 2.* † Limita; quia constitutio, & ius commune priuans exequutorem post annum exequutione retardata, non procedit, si exequutor debet nominare; quia potest post annum, & exequutio potest intra alium annum fieri à die electionis. Bartol. *d. consil. 142. Constitutione Camerinen. lib. 1.* & Anch. *d. consil. 412. Contra haredes.* † Limita, quando Episcopus prorogasset annum exequutori etiam contra suam constitutionem; quia valebit exequutio facta per exequutorem, cui facta est prorogatio in vim prorogationis, & commissionis, ita quod si exequutor distribuit post annum ante Episcopum, præualet executio exequutoris. Bald. *consil. 207. Occurrit dubium, per totum. lib. 3.* Vide, *Episcopus an possit venire contra suam constitutionem. Conclus. 284.* † Limita, quando testator dedit in casu deuolutionis exequutores speciales, & particulares. Angel. Areti. *consil. 80. Quantum ad primum, nu. 10. & seq. ver. sed tamen iis non obstantibus.* † Limita; quia annus non currit exequutoribus ignorantibus, nisi ignorantia esset supina, & affectata, quia qui ignorat, non dicitur negligens. Bald. *consil. 171. Præmittenda sunt. lib. 3.* qui loquitur in terminis iuris communis. Castrens. *consil. 97. num. 2. lib. 1.* vbi, quod requiritur monitio, nisi adsit constitutio Episcopalis. Angel. Areti. *d. consil. 80. n. 12. & seq. ver. quarto.* † Declara, nisi constitutio Episcopalis disponat absolute, quod executio fiat intra annum, alias deuoluatur Episcopo. Baldus. *d. consil. 171. in fi. lib. 3.* Castr. *d. consil. 97. nu. 2. lib. 1* † Limita, seu declara, quod dicitur exequutores negligentes exequi pia legata post annum, & priuari, & exequutionem deuolui ad episcopum, procedere, si fuerunt moniti à iudice, vt exequantur. Cuman. *consil. 12. circa fin. ver. ad tertium.* Pet. de Anch. *consil. 45. in princip.* late Signorol. *consil. 204. In quæstione vertente. num. 2. & seq. ver. in oppositum. per tot.* Castrens. *d consil. 97. num. 2. lib. 1.* Angel. Aret. *d. consil. 80. n. 15. ver. quinto.* Vide, *Termino assignato si expirauit, quando duplicetur. Conclusio. 72.* † Extende; quia sufficit monitio generalis ex constitutione synodali, prout communiter Episcopi faciunt, dummodo exequutores habeant notitiam suæ deputationis. Cuman. *d. consil. 12. in fin.* Angel. *consil. 64. in princip.* Petr. de Anchar. *consil. 45. in prin.* Castrens. *d. consil. 97. num. 2. lib. 1.* † Declara, quod dicitur exequutionem deuolui ad Episcopum ob negligentiam exequutorum, quia requiritur declaratio negligentiæ, si negent exequutores fuisse negligentes. Bald. *d consil. 171. circa med. ver. quantum vero lib. 3.* † Limita, quando non erat in facultate exequutorum, vt quia bona erant in manu tertii, vel obligata per defunctum. Ang. Aretin. *d. consil. 80. num. 11. ver. secundo. & ver. & tertio.* † Vel à testatore erant obligata pro alimentis, vel alio onere; quia donec non stat per exequutorem, non deuoluitur. Angel. Aretin. *consil. 141.* quod est vltimum, *in fine, vers. venio ad quintum.* † Limita; quia non deuolui tur exequutio ad Episcopum, licet exequutor intra annum non fit exequutus, quando testator legatum posuit in voluntate exequutoris, sed etiam si testator mandauit per exequutorem distribui pauperibus, prout maluerit executor; quia dictio, *prout*, tempus, & qualitatem significat. Bald. *d. consil. 301. n. 2. lib. 2.* & vide supra *nu. 16.* † Declara hanc limitationem, & totam materiam, quod si tempus, vel conditio respicit legatum, procedit limitatio, vt Episcopus post annum non possit priuare exequutorem, si vero tempus, vel conditio respiciat exequutionem, tunc non valet, quod fit in præiudicium Episcopi, & legis deuoluentis exequutionem ad Episcopum. Bald. *dict. consil. 301. num. 2. ver. & iis præmissis. lib. 2.* vbi, quod quatenus testator disponit de bonis suis, potest, quatenus vero disponit de potestate exequutoris contra legem, & non potest, & hoc, siue sint dispositæ respicientia Deum, vel Principem, vel priuatum, vbi *num. 4. vsque in fin.* dat diuersas limitationes, in quibus testator potest prohibere, ne deuoluatur ad Episcopum exequutio, etiam ordinando directe circa exequutionem. † Cognoscitur autem, an dispositio respiciat res, vel executionem, duobus modis; Primus est; quia si verba diriguntur grauato, præsumitur respicere rem; si vero diriguntur exequutori, præsumitur respicere exequutionem; Secundus modus est; quia quatenus dispositio dirigitur in voluntatem testatoris circa ipsas res, & est valida; quatenus vero dispositio dirigitur in modum, vel formam exequendi, secus est, ita Bald. *d. consil. 301. n. 2. ver. ortis præmissis. lib. 2. & ver. videndum est igitur.* † Limita; quia exequutor datus ad eligendum pauperes non proprie est exequutor, sed iudex; ideo negligens non priuatur Bartol. *in l. exequutorem. C. de exequut. reiud. in fin.* † Contrarium tenet Angel. *consil. 64. ver. huic autem dicto.* vbi, quod siue sit ad eligendum solum, siue ad eligendū, & distribuendum, priuatur ob negligentiam; quia diuersa materia est illa, de qua loquitur *dict. l. exequutorem*, super qua Bartol. se

fundat

fundat. Vide, *Exequutores ad pias causas dati si non volunt exequi, ad quos deuoluatur. Concl.534.* Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Exempla non restringunt regulam, & quando secus. Concl.547.

1 EXEMPLA † non restringunt regulam. *l. scire oportet. §. oportet. ff. de excus. tut.* & ista est regula iuris notissima, inquit Roman. 2 *cons.295. Donatio patris. num.6. ver. est enim notissima.* † Et licet lex etiam exorbitans loquatur in reo, habet locum in actore, si in masculo, procedit in fœmina, si in rustico, procedit etiam in aliis; quia ratione frequentioris vsus lex, vel glossæ, vel Doctores loquentes in vno, non excludunt alium. Alex. *consil.54. Viso puncto.* 3 *n.6. ver. & pro illa gloss. lib.4.* quod est Vincentii Palæotti. † Amplia, etiam si per modum formę exemplum tradatur, quia licet in purgatione, quam facit diffamatus de crimine, inter se non commisisse delictum, vel crimen, & purgatores iurent se credere illum innocentem, iuxta formam *cap. accedens. de purgat. canon.* tamen si purgatio fiat super defectu natalium, iurabunt se credere fore legitimum mutata forma data per modum exempli. Lap. *alleg. 83.* 4 *num.4. circa fin. versic. & est simile.* † Idem est in iuramento, quod præstatur super quarta dilationn obtinenda, cuius forma ponitur *in cap. In causis. & in cap. vltra tertiam. de testib.* quod petens iuret se non percunctatum esse dicta testium examinatorum; quia si nullos examinauit; quia non potuit, non seruatur illa forma, sed mutatur. Lap. *d. allegat. 83. num.4. vers. ad primum.* vbi, quod illa forma exemplaris non restringit, quod nō detur, nisi quod alii sunt exa- 5 minati. † Amplia in modo eligendi per scrutinium; quia debent eligi tres Canonici, qui vota omnium inquirant; quia si tot non extant, sufficiunt duo etiam in formalibus, quando materia non adest, iuxta notat. *in cap. quia propter. de elect.* Lap. *d. allegat. 83. num.5. vers. idem in similibus.* vbi idem de suspenso à beneficiis, si desistat ab obiectu; quia si nō habet beneficia, debet intelligi, secundum 6 quod potest applicari. † Amplia in exemplis de Episcopo loquentibus; quia etiam in inferiore habent locum, vbi alius inferior est loco Episcopi, maxime in iurisdictionalibus contentiosis prophanis; quia licet per modum exempli lex loquatur de Episcopo; tamen non debet fieri restrictio. Lap. *alleg. 79. num.10.* Vide, *Episcopo quæ competunt tanquam ordinario, possunt etiam competere* 7 *inferioribus & quando secus. Concl.303.* † Amplia; quia Doctores loquentes de casu fortuito in se suscepto, quod non comprehendat insolitum, qui raro, vel puta semel in mille annis soler euenire; non tamen restringunt regulam, dando exemplum in mille annis; quia etiam si eueniat in minori tempore; dummodo sit omnino insolitus, sufficit; quia exempla non restringunt. Alex. 8 *consil.107. Perspectis. num.16. ver. & licet quidam. lib.3.* † Limita; quia dispositio generalis restringitur, etiam si dicatur per modum exempli, quando subiicitur species post genus per dictionem restrictiuam, prout dictio, *scilicet.* Bald. *consil.200. Quicunque in solidum. per tot. lib.4.*

Exempla declarant regulam, & multa operantur. Concl. 548.

1 EXEMPLA † declarant regulam, & aperiunt, *l. prætor.* alias §. *Iultanus quoties ff. de collat. bon.* ibi, *quod dico exemplo, vt manifestius* 2 *fiat.* Oldrad. *cons.244. num.14. vers. quinto. & vltimo.* † Et hoc argumento vtitur Clar. *in §. fin. q.76. in pr.* dum dicit *c. quanquam. de cens. in 6.* non habere locum de consuetudine; quia in ciuitate Romana, & in aliis locis statuta Ecclesiæ non seruatur, & circa obseruantiam Iuris Canonici alia pars mundi recipit exemplum, & regu- 3 lam. † Declara; quia non est bona ratio Clari; quia debet sumi exemplum in bono, non in malum, vltra quod Papa bene potest ex causa aliquid licite tolerare, quod in omnibus permissum non est, quandoque enim dispensat, quod immunitas Ecclesiæ in casu non permisso non obstet; & tamen seculares non excusaren- 4 tur. † Exempla, sicut digitus, rem ostendunt, & tactui quodammodo subiiciunt. Bald. *cons.358. Nulla mulier. num.4. vers. sed quid est.* 5 *lib.1.* † Exempla magis mouent, quam verba; ideo Dominus noster Iesus Christus cœpit prius facere, postea docere, vt *in Actis A-* 6 *postolor. c.1.* † Et alibi in Euangelio: *Exemplum dedi vobis, vt quemad-* 7 *modum ego feci, ita & vos faciatis.* † Et cauendum est à malo exemplo, vt *in lib. Machabeor. 2. cap.6.* vbi Eleazarus maluit mori, quam malum exemplum iuuenibus præbere, ibi, *non enim dignum est fingere, vt multi adolescentes arbitrantes Eleazarum nonaginta annorum transisse ad vitam alienigenarum, & ipsi propter meam simulationem decipiantur. Quamobrem senectute dignus apparebo, adolescentibus autem forte exemplum relinquam, si prompto animo, ac fortiter pro grauissimis, & sanctissimis legibus honesta morte perfungar.* † Et sic: *Ab operibus enim eo-* 8 *rum cognoscetis eos*, inquit Saluator noster Dominus Iesus Christus. † Et B. Paulus *ad Tit. c.1. In omnibus te ipsum præbe exemplum bonorum* 9 *operum, in doctrina, in integritate, in grauitate, verbum sanum irreprehensibile, vt is, qui ex aduerso est, vereatur nihil habens malum dicere de nobis.* † Exempla namque, & obseruantia in terris Ecclesiæ super vsuris 10 permissis Hebræis operantur, quod Principes seculares, & Communitates sequantur eadem exempla, & permittant Iudæis mutuari ad vsuras, & dicunt fieri sine peccato, postquam Papa facit. Castrens. *cons.397. Non videtur expediens. per tot.* maxime *col.2. in fine. vers. nec peccant. lib.2.* † Exempla bona ex gestis à Principe religio- 11 so, etiam quod sonent in malum, interpretantur in bonum. Vide plura *in ver. Vsus & solitum patris familias seruit pro interpretatione actus dubij. Concl.364.*

Exemplis non est iudicandum, & quando secus. Concl. 549.

IVDICANDVM † non est exemplis, vt quia alius ita iudicauit, 1 sed legibus iudicari debet. *l. nemo. C. de sentent. & interloquut. om. iudic. l. sed licet. ff. de offic. præsid.* Alexand. *cons.150. In causa. num.7. ver. præterea non exemplis. lib.6.* † In contrarium facit text. *in cap.1. de re* 2 *iudic. in 6.* vbi Gemin. & Franc. & quod imo exemplis sit iudicandum. Cæpol. *cons.18. Statutum. col.1.* vbi respōdet ad *d. l. nemo.* quod procedit, quando res in contrarium est certa; quia tunc non licet propter veritatem exempli à veritate recedere; sed vbi res est dubia, tunc licet sequi authoritatem iudicum, & Doctorum, vt dicitur *in l. an apud. ff. de manumiss. vind.* de Labeone, & Trebatio, & *Inst. de codicill. in princ.* Bald. & Salycet. *in d. l. nemo.* † Declarat Alexand. 3 *d. cons.150. n.7. lib.6.* quod exemplis non est iudicandum, quando legibus constat, quod veritas est contra exemplum; quia etiam exemplum Princi, is non esset attendendum, nisi Princeps cum causæ cognitione, & diffinitiue ita statuisset. † Limita; quia quan- 4 do iudicatum ita fuit per Rotam, vel magnos iudices, præsumptio est, quod iudicium fuerit bonum, & iudicando exemplo eius, quod seruatur, habet pro se magnam præsumptionem. Ægi. *cons.2. num 10. ver. per prædicta.* † Limita, quando sumus in casu du- 5 bio, vt supra in contrario, Cæpol. *d. cons.18. col.3.* † Limita, quan- 6 do fuit ex certa scientia iudicatum contra legem ad inducendam consuetudinem. gl. *in l. sed licet. ff. de offic. præsid.* allegat text. *in §. fin. Instit. de satisdat.* † Limita, nisi latæ sint tot sententiæ, quæ consue- 7 tudinem inducunt contra legem, gl. & Dd. *in l. de quibus ff. de legib.* Vide Soci. *reg.8. Legibus, non exemplis iudicandum est*, vbi limitat tribus modis.

Exemplum, & copia non probat, & quando secus. Concl. 550.

EXEMPLVM † & copia instrumenti sumptum ex alia copia 1 in quodam processu non probat. Alexand. *consil.108. Viso, n.4. ver quia ad hoc respondetur. lib.5.* vbi apostil. *in ver. alia.* † Imo ex- 2 emplum & copia regulariter non probat, etiam si producatur originale, à quo fuit sumptum exemplum, puta à processu facto inter alios; quia sicuti non probat processus, minus probat sumptum ab eo. Alex. *d. consil.108. num.4. ver. quinimo. lib.5.* † Extende, 3 vt procedat, etiam si quis producat talem copiam, & scripturam, seu processum non authenticum, neque solemnem; quia non propterea efficitur authentica contra producentem. Alex. *d. cons.* 108. *n.5. ver. nec obstat. lib.5.* Vide, *Producens scripturam censetur fateri contenta in scriptura, & quando secus. Concl.872.* † Extende, vt procedat, etiam si exemplum sit antiquum; quia licet præsumatur solemne; si tamen cōstat, quod scriptura, à qua fuit sumptum exemplum, est priuata, & non probabat tempore exempli, non probat exemplum. Alex. *consil.150. In causa. nu.5 & seq. vers. & fortius posset. lib.6.* † Amplia, etiam si sit authentica, quando est leuata ab alie. 5 no protocollo parte non citata. Cravet. *cons.197. num.11.* † Exten- 6 de idem, si parte citata, quando non interuenit licentia iudicis. Deci. *consil.467. num.8.* Alexand. *cons.187. Viso num.4. ver. est etiam aduertendum. lib.6.* † Extende; quia licentia exemplandi, seu au- 7 thenticandi aliena instrumenta debet constare aliunde, quam ex assertione Notarii, qui exemplauit; quia ei non creditur. Alexand. *d. cons.187. n.4. in fin. lib.6.* † Restringe, quando esset ab eo- 8 dem, qui fecit originale cum solemnitatibus requisitis; quia dicitur originale, & probat Card. Zabarell. *consil.72.* Bart. *in l. si quis ex argentariis. §. fin. ff. de eden.* Deci. *in authent. si quis in aliquo. C. de edend.*

† Idem

9 † Idem, quando à Notario, cui imbreuiaturæ defuncti Notarii sunt commissæ *cap. cum P. Tabellio. de fide instrum.* Bartol. Dec. & alii
10 *d. authent. si quis in aliquo.* quia reputant originale, vt ibi. † Idem, quando fieret transumptatio authoritate iudicis citata parte. *c. si.*
11 *de fide instrum.* † Declara, quia recurretur ad originale, si transumptata plura essent diuersa. Abb. *in c. pen. de probat.* Vide, *in ver. Originale, & protocollum Notarij si discordat ab exemplato. statur originali, &*
12 *quando non. Concluſ. 202.* † Declara; quia non valet instrumentum transumptatum ab alio Notario, quam ab eo, qui fuit rogatus, nisi
13 *iusticiat de authoritate, & licentia iudicis competentis*, alias nullam fidem facit, *cap. cum P. Tabellio. de fide instrum.* de qua licentia debet constare aliter, quam per assertionem Notarii, qui transumptauit. *l. 2. de fide instrument. cap. 1. eod. tit.* Alex. *conſ.* 187. *lib.* 6. Vide,
14 *Notario quando, & in quibus non credatur, vel è contra. Concluſ.* 83. † Refringe Florentiæ in patre, qui potest leuare instrumenta filii defuncti, & è contra fine alia licentia iudicis competentis, & probat, dummodo is, qui leuauit, sit bonæ famæ, quæ præsumitur in
15 *dubio gl. in c. 1. extra. de testib.* Amplia; quia non plus creditur copiæ, quam originali. Crauet. *conſ.* 41. *n.* 2. † Et plus non potest probare testis de auditu à tertio, quam probet ille tertius, à quo audi-
16 tur, quia testis non admittitur, cuius author repelleretur. Crauet. *conſ.* 6. *n.* 67. *& conſ.* 112. *n.* 13. Vide plene, *Testis de auditu non probat, &*
17 *quando secus. Concl.* 180. † Amplia; quia quod dicitur de primo exemplo, quod non probet, multo magis in exemplo exempli. Vide
18 Mascard. *concl.* 712. *Exemplum exempli regulariter non probat*, vbi amplias, & limitat multis modis. † Limita, quando exemplum mandatum est in actis, & in sententia dicitur, quod fuit productum instrumentum, vel Notarius attestatur hoc; quia tunc probat iuncta iu-
19 dicis declaratione super legitimo mandato. Petr. de Anch. *conſ.* 41. *Prima facie, per tot.* † Limita in parte citata, & nihil opponetur; quia
20 tunc simplex copia probat. Crau. *cõſ.* 150. *n.* 2. vbi ponit alia exemplia. † Limita, quando copia habet obseruantiam; quia tunc probat. Crau. *conſ.* 65. *n.* 11. *& conſ.* 101. *n.* 4. *& conſ.* 358. *in princ.* plenius de
21 *antiq. tempor. par.* 1. §. 4. Limitatur *n.* 14. *& seq.* † Limita, nisi sit exemplari parte citata, vel simus in antiquis, vltra centũ annos. † Declara; quia tempus antiquum computatur vsque ad litem, subdu-
22 cto toto tempore litis. Put. *decis.* 358. *& decis.* 440. *lib.* 2. Ant. Aug. *conſ.* 131. *lib.* 3. Vide, *Instrumentum probat quoad multa, & quando secus. Concl.* 242. Vide, *Instrum non probat, & quando secus. Concl.* 193. Vide,
23 *Transumptum scriptura quando probet, vel non. Concl.* 374. Vide, *Fides nõ facit fidem, & quando secus. Concl.* 337. Vide plenissime per Masc. *Concl.* 711. *Exemplum an probet non exhibito originali.* vbi ponit regulam negatiuam, adducit multas rationes, postea ampliat, & limitat multis modis.

Exemptorum multæ sunt species. Concl. 551.

1 EXEMPTORVM † multæ sunt species, nam quidam habẽt ex pacto, quidam ex priuilegio mere gratuito, quidam ex priuilegio non mere gratuito, sed remuneratorio, quidam ex priuilegio mere oneroſo, interuẽtu pecuniæ commensurato pretio priuilegii. Castr. *conſ.* 318. *Viſo, & examinato col.* 3. *n.* 5. *ver. nam quidam.*
2 *lib.* 1. † Exempti etiam sunt iure communi omnes à quibuscunque gabellis, & pedagiis ratione personæ, & rerum, quę portantur pro
3 vsu *suo. l. vniuerſis. C. de vectig. & commiſſ.* plene Ruin. *conſ.* 112. *n.* 5. *& seq. ver. & per practicã. lib.* 5. maxime *n.* 8. *ver. nec obstat.* vbi dicit, quod
4 ista immunitas concessa de iure communi sublata est de consuetudine, vel statuto locorum, & ideo immunitas concessa operatur hoc, quod reducitur ad immunitatem iuris cõmunis. † Item
5 Senatores sunt exempti ab omnibus oneribus etiam nõ foridiis, quorum etiam Cardinales, qui æquiparantur Senatoribus. Rom. *conſ.* 598. *In caſu. n.* 14. *ver. præterea, quia Cardinales, num.* 15. quod est in
6 Corpore iuris clausum, & cui non censetur derogatum per quascunque clausulas generales. † Priuilegiũ igitur concessum scholaribus reducitur solum quoad personam, & res pro vsu suo, non autem exenditur ad merces. Ruin. *d. conſ.* 112. *nu.* 5. *in fi. lib.* 5. vbi *n.*
7 8. quod tenentur denunciare, alias cadunt in commissum. † Idem est in exemptione cõcessa clericis, & personis religiosis, quia intelligitur quoad personas, res, & bona pro vsu suo, non autem
8 pro mercimoniis. Ruin. *d. conſ.* 112. *n.* 6. *lib.* 5. † Item quacunque exemptione ex priuilegio concessa pro se, & rebus, intelligitur pro rebus ad vsum suum, non autem pro mercimoniis. Ruin. *d. conſ.*
112. *n.* 7. & 8. *lib.* 5. vbi, quod non est frustratoria, quamuis de iure communi comperat; quia priuilegium tollit consuetudines, & statuta contraria; item operatur; quia non
teneantur denunciare.

* *

Exemptio qualiter probetur per non solutionem, vel aliter. Concl. 552.

EXEMPTIO † probatur eo ipso, quod quis non soluit onera per 40. annos, quando bona fide crediderunt nõ teneri. Bar. *conſ.* 59. *Commune Spoleti, circa fi. n.* 7. *lib.* 1. vbi, quod si 40. annis nõ soluerunt cum titulo etiam non solemni, non possunt in posterum collectari; quia præscriptio pro præterito releuat pro futuro, & allegat tex. *in l. fi. C. de fund. patrimonial. lib.* 10. † Extende; quia is, qui allegat exemptionẽ de collecta non soluenda, & per quadraginta annos non soluit, nõ potest amplius collectari de nouo etiam in futurum. Rom. *conſ.* 198. *Nõ est dubium. col.* 1. *in fi. ver. vltimo ad idẽ*, vbi apost. *in ver. causam*, citat plurimos, & *conſ.* 252. *Pro decisione. n.* 4. vbi apostill. citat plurimos *in ver. temporis.* † Contrarium dicit Rom. de iure Canonico; quia si est malæ fidei, non præscribit vnquam, & quod prædicta de iure Ciuili procedunt, & quod ius Canonicũ seruari debet etiam in terris Imperii. Rom. *conſ.* 275. *Quoad primum. n.* 8. *ver. nunc igitur*, vbi apost. *in ver. ſingularis.* † Declara, vt per Rom. quia non molestatur ratione decursi temporis 40. annorum; ita declarat illum text. Rom. *d. conſ.* 252. *nu.* 4. *ver. ſecundo de hoc*, vbi ponit apostill. concord. *in ver. temporis.* † Declara etiam, vt per Franc. Balb. *in tract. de præſcript. in* 1. *par.* 5. *partis principal. q.* 7. quem citat d. apostill. ad Rom. *conſ.* 252. *num.* 4. *in ver. temporis, in fi.* † Amplia; quia eo ipso, quod quis nõ soluit onera per 40. annos, probatur exemptio. Corn. *conſ.* 196. *n.* 10. *lib.* 1. *& conſ.* 43. *nu.* 4. *lib.* 2. *& conſil.* 142. *num.* 11. *lib.* 3. late Paris. *conſ.* 25. *nu.* 27. *& ſeq. lib.* 1. Crauett. *conſil.* 17. *num.* 8. *&* 9. vbi, quod allegans præscriptionem contra onera non tenetur probare negatiuam. † Contrarium Alex. *conſ.* 136. *col. pen. lib.* 2. *nu.* 19. vbi, quod requiritur contradictio, alias non inducitur consuetudo per non vsum, nisi adsit contemptus legis, & *conſ.* 196. *num.* 15. *lib.* 2. quod saltem requiritur actus implicitus affirmatiuus, & istam dicit * communem *conſ.* 6. *Viſo themate.* * *ver. ergo ex prædictis. lib.* 1. † Declara, vt per Nat. *conſil.* 406. *n.* 20. vbi, quod si venit casus, quod alii soluerunt, sufficit absque alia contradictione. † Declara multis modis, de quibus plene Cur. Iun. *conſ.* 61. *num.* 7. *& per tot.* vbi, quod etiam si quis allegat tempus immemorabile, debet probare famam, & opinionem * communem * esse, quod nunquam soluit, & si extarent contrarii testes super communi * opinione, quod soluit, præferendi sunt, & dicit, quod * nihilominus potest ex decreto principis, quod omnes soluant, collectari; item potest ex causa necessitatis, vel belli, aut publicæ vtilitatis compelli ad soluendum. † Declarat Alexan. plenissime *d. conſ.* 136. *num.* 19. *& ſeq. lib.* 2. quod multa requiruntur ad præscribendã exemptionem, & libertatem; primo, quod fuerit requisitus soluere, & non soluerit contradicendo; secundo requiritur aliquod factum; tertio bona fides; quarto, quod in contradictorio sit obtentum; quinto, allegatio tituli; sexto, requiritur scientia, & patientia eorum; contra quos præscribitur. † Amplia; quia exemptio probatur multis modis ab ordinariis, de quibus *in cap. ſi Papa. de priuil. in* 6. veluti si Papa dicat talem Ecclesiam mediate subiectam Ecclesiæ Romanæ, vel quod gaudeat libertate Romanæ Ecclesiæ, vel quod Episcopus non audeat collocare cathedram, vel quid simile; secus si Papa suscipiat protectionem. Vide Mascard. *Cõcl.* 713. *Exemptio variis modis probatur.* † Limita; quia licet Gabellarius Ferrariæ, vel etiam Marchio Estensis non exegerit datia pro tanitu salis Venetorum ad terras Venetorum in Lombardia; tamen illi non acquisiuerunt exemptionem; quia datiarius nõ potest inducere exemptionem, sed nec Marchio in præiudicium. Papæ supremi Principis. Flor. de S. Petro, *conſ.* 10. *n.* 19. *& ſeq. per tot.* Vide, *Exemptio, & ſubiectio ex quibus verbis probetur. Concl.* 570. Vide, *Præſcriptio immunitatis collectarum qua requirat. Concl.* 538. Vide, *Tempus immemorabile operatur multa, & habet multa priuilegia, & quando ſecus. Concl.* 40. *n.* 169.

Exemptionem potest Princeps cõcedere in præiudicium aliorum soluentium, & quando secus. Concluſ. 553.

PAPA † si imposuit subsidium certæ vniuersitati clericorum, potest aliquos eximere à solutione, & nihilominus alii soluẽt totum subsidium. Gemin. *conſil.* 74. *Attentis punctis & litteris per tot.* † Contrarium tenet in Papa Anchar. *conſ.* 260. *In quæſtione, quæ vertitur per tot.* vbi, quod non valet priuilegium, per quod eximitur vnus ab oneribus, vt alii soluãt. † Declara; quia requiritur derogatio iuribus contrariis, vt constet de mente Papæ, alias nõ valet priuilegium contra publicam vtilitatem; quæ respicit, vt omnes subeãt onera æqualiter, Anch. *d. cõſ.* 260 *per tot. & n.* 4. *ver. ex iſtis.* † Declara;

clara, quia si agatur de exemptione concessa à supremo Principe, præiudicat aliis non exemptis, vt soluât integre, ita Castr. cõs. 187.
5 *Notandũ est, in fi. ver. sed & tertio. lib. 2.* † Amplia in Imperatore. Nat. *cons. 160. n. 37.* Ruin. *cons. 125. nu. 6. lib. 4.* Syluan. *cons. 66. nu. 10. lib. 2.* vbi, quod valet concessio exemptionis in præiudicium aliorum.
6 † Extende in quocunque Principe, Duce, & Marchione, non recognoscente de facto superiorem. Rim. Iun. *cons. 23. num. 47. lib. 1.*
7 Guido Pap. *dec. 354.* † Contrarium tenent Brun. *tract. de diminutio. conclu. 12. n. 16.* Ruin. *cons. 125. in princ lib. 4.* Bertrand. *cons. 181. nu. 22. & seq.* vbi quod excepto Papa & Imperatore nullus concedit immunitatem, si nõ diminuat de suo, ne alii grauentur, maxime circa ea, quæ Principi sunt soluenda. † Declara, vt per Ias. *cõs 101. lib. 4.* vbi, an perpetuo, vel ad tempus, & an ex causa remunerationis,
9 & propter benemerita sit concessa, spectandum est. † Limita in Rege Franciæ; quia si imposuit gabellam vnius marchæ aduersus Ianuenses soluendam per omnes portãtes mercantias, & eximat aliquos, alii non tenentur soluere, etiam si fecit ex certa scientia, & habeat iura Imperii in suo Regno. Signorol. Homod. *consil. 215. Factum sic se habet, per tot.* vbi; quod Rex compensabit remissum.
10 † Extende, vt procedat, maxime si debeatur gabella ex conuentione; quia liberando vnum, aliis soluere nõ debent, licet liberatus non possit molestari. Sign. *d. cons. 215. per tot.* licet secus sit in inferiore recognoscẽte superiorem, vbi, quod eximens tenetur fa-
11 cere bonum. † Extende, etiam si rex concessisset exemptionem post locatas gabellas aliis; quia nõ potuerit conductor exigere ab exemptis, nisi ante fuisset intimata venditio vel locatio illi, qui
12 postea exemptionem obtinuit. Signor. *d. cons. 215. insi.* † Limita in Episcopo habente ius collectandi villam; quia si facit exemptum particularem, non potest grauare villam pro rata illius particularis; qui est factus exemptus. Angel. *cons. 227. Punctus talis est, in fi. &*
13 *per tot.* † Limita in iis, qui nõ habet iura absoluti dominii, sic videtur velle Signor. *d. cons. 215. nu. 3.* vbi indistincte; quod non possint
14 eximere in præiudicium aliorum. † Contrarium tenet Guido Pap. *dec. 354.* vbi, quod potest quilibet Princeps inter suos subditos
15 cõcedere immunitates, etiam in præiudicium aliorum. † Limita; quia exemptio non valet cõcessa ad instantiam petentis; quia est ambitiosa; ideo debet esse concessa motu proprio, vt valeat. Io. Andr. & alii *in c. 2. de immunit. Eccl.* per text. *in l. vacuatis. C. de decurio.*
16 *lib. 10.* † Declara, vt sit vera limitatio, nisi adsint aliæ clausulæ derogatoriæ; prout clausula; *non obstante*, vel aliæ idem importantes; prout clausula, *ex certa scientia*, vel *de plenitudine potestatis*, aut saltem ambæ simul; quæ idem operantur. Alexand. *cons. 33. Ponderatis. in fin. lib. 5.* Vide Clausula, *ex certa scientia Principis*, quid operetur. *Concluſ. 340.*

Exemptio ab ordinarii iurisdictione potest concedi, & præscribitur. Concluſ 554.

1 EXEMPTIO † potest concedi per Papam alicui, ne subsit Episcopo, vel Prælato suo, sed immediate subsit Sedi Apostolicę, & consequenter etiam potest ista exemptio præscribi. Oldr. *cons. 172. Quia omnes, in princ.* vbi, quod quicquid potest concedi ex pri-
2 uilegio, potest consuetudine præscribi. Vide, *Cõsuetudo potest, quicquid potest priuilegium. Concl. 808.* † Et probatur exemptio etiam ex verbis narratiuis Papæ asserentis aliquem esse suppositum immediate sedi Apostolicæ, quia per ista verba eximitur ab ordinario.
3 Cald. *cons. 456.* alias 14. *de cens. in fi.* Vide, *Exemptio. & subiectio ex quibus verbis probetur. Concl. 569.* † Declara, quod exemptiones detrahentes iurisdictioni ordinariorum sunt contra Concilium Constantiense, in quo Papa Martinus V. reuocauit sacro approbante Concilio omnes exemptiones concessas per Gregorium XI. & nonnullos Romanos Pontifices locis ptius non exemptis, & promisit, seu declarauit non concessurum de cætero, nisi causa cognita, &
4 vocatis, quorũ interest; vt per Gemi. in casu *cons. 35.* vbi ponit verba Concilii, quod nota aduersus multas exemptiones. † Amplia; quia potest Papa eximere Capitulum à iurisdictione Episcopi, & talis exemptio præiudicat nedũ Episcopo, sed Archiepiscopo, & aliis habentibus iurisdictionem ex consuetudine, vel priuilegio; sed tamen stricte interpretanda est, vt minus præiudicet, quam fieri possit. Ægid. Bellam. *cons. 20 in pr. & per tot.* vbi, quod Capitulum Ecclesiæ Cenomanen. sub Archiepiscopo Turonen. exemptum ab Episcopo debet intelligi exemptũ durãte vita Episcopi,
5 tunc viuentis tẽpore concessionis. † Declara; quia monstruosum est, quod Capitulum eximatur ab Episcopo; quia nihil aliud est, nisi separare caput à membris, & multa inconuenientia sequerentur, de quibus plene Ægid. *d. cons. 20. n. 6. & sequent. vers. secundo vi-*
6 *dere occurrit.* † Amplia; quia Princeps supremus potest ex iusta causa facere subditos exemptos à iurisdictione sui superioris, & ordinarii. *l. officium Hellesponti. C. de offic. proconsul.* Rom. *cons. 37. Visis puncto, in princ.* † Extende; quia ob nimiam sæuitiam eximitur sub-7 ditus à patre, & domino sæuientibus. *l. 1. §. dispiciamus. ff. de ijs, qui sunt sui, vel alien. iur. & Inst. eod. tit. §. sed hoc tempore.* ita Rom. *d. consil. 37. in pr.* † Restringe, quando exemptio ex iniustis causis petitur, 8 quia debet reiici petitio; imo si esset concessa exemptio, debet annullari, plene Roman. *d. cons. 37. in prin. ver. aut exemptionis petitio*, vbi apost. *in ver. reiiciet.* † Limita; quia exemptio concessa Capitu-9 lo aduersus Episcopum pro se, & familiaribus Capituli, debet intelligi, & restringi ad veros Canonicos, & veros familiares, & continuos commensales. Ægid. *dict. consil. 20. num. 9. & per tot. ver. de familiaribus.*

Exemptionem potest Vniuersitas concedere, & quando secus. Concl. 555.

VNIVERSITAS † potest concedere exemptionem ab oneri- 1 bus realibus & personalibus alicui in præiudicium propriũ Communitatis; secus in præiudiciũ Principis, dummodo fiat cõcessio ab Vniuersitate integra, vel à Consilio generali. Bald. *cons. 483. Visa immunitate. in pr. lib. 2.* dummodo ob merita & non ad instantiam partis. Alex. *cons. 30. Ponderatis. n. 11. ver praterea. lib. 5.* licet non firmet pro absoluto. † Maxime, quando exemptio est cõces- 2 sa per Consilium generale. Alex. *cons. 101. Visis instrumentis, in pr lib. 1.* † Amplia; quia valet exemptio concessa ab vniuersitate, etiã in 3 præiudicium Principis, quando Princeps illam confirmauit, maxime ex certa scientia. Ias. *cõs. 101. Immunitas col. 2. ver. tertio respondetur. lib. 4.* vel quando de plenitudine. † Extende maxime, quãdo 4 exemptio fuit concessa per Vniuersitatem cum clausula, *dummodo per Principem confirmetur*; quia sequuta confirmatione valida est. Alex. *d. cons. 30. Ponderatis. num. 8. ver. veruntamen contrarium, lib. 5.* vbi, quod sufficit, quod princeps apposuerit clausulam, *ex certa scientia*, vel *de plenitudine potestatis*, vel *non obstante*; quia æquipollent. † Am- 5 plia; quia Vniuersitas potest concedere exemptionem ab oneribus in sui præiudicium aliquibus nobilibus, vt se facerent ciues, & talis exemptio est valida, & ex contractu, nec potest reuocari, prout est exemptio concessa ab Vrbeuetanis Comitibus de Martiano, de qua Angel. *cons. 138. Visis omnibus. per tot.* maxime in fin. vbi secus dicit, quoad præiudicium superioris, & phac parte plura allegat Alex. *d. cons. 101. Visis instrumentis, in pr. lib. 1.* plene Angel. Aret. *cons. 125. In casu prædicto n. 10. & seq. ver. ad istud probandũ.* † Con- 6 trarium tenet Anch. *cons 389. Visis diligenter. n. 3. & seq.* vbi est contra ius commune exemptio; quia omnes æqua lance tenẽtur soluere; ideo Communitas non potest contra ius concedere, & est nulla, sed loquitur in exemptione ab Vniuersitate villæ, & de Vniuersitate simpliciter, quod non possit concedere immunitatem subditis. Rom. *cons. 252. Pro decisione, in pr.* vbi apost. *in ver. possit.* † Extende contrarium, etiam si superior diminutionem fecit 7 Communitati de quibusdam oneribus; quia adhuc non poterit Communitas villæ concedere illam remissionem particulari, nisi ipse hoc procurauerit. Anch. *d. cons. 389. in fi.* † Declara, quia Vni- 8 uersitas non potest concedere exemptionem subditis *l. euacuatis. C. de decurio. lib. 10.* sed non subdito venienti ad habitandum, vel volenti effici ciuem, potest Communitas concedere immunitatem, quæ nõ præiudicet domino, ita Rom *d. cons. 252. Pro decisione, in pr.* vbi apostill. *in ver. possit.* dat concordan. & primo alia apost. *in ver. tribuunt*, dat concord. de secundo dicto, & Aret. *cons. 101. Visis instrumentis*, vbi pro vtraque parte allegat, *& nu. 3 ver. sed præmissis, cum seq.* ita declarat. *lib. 1.* vbi apostilla *in verb priuilegium*, dat plures concord. † Declarat Angel, Aret. *d. cons. 125. In casu prædicto n. 6. & 9 seq. ver secundo hoc demonstratur.* quod non possunt decuriones concedere exemptionem, nisi medicis, & supraftantibus artium liberalium. *l. 1. C. de decret decur.* sed Communitas tota, & sic consilium generale, quatenus sit libera, concedit exemptiones, quatenus subiecta, cum consensu Principis, sed libere quælibet Communitas etiam villæ potest cõcedere immunitatem venientibus forensibus ad habitandum, ita Ang. Aret. *d. cons 125. n. 10. & seq. per tot ver. & ad istud probandum.* † Et procedit contrarium, etiam si su- 10 perior cõfirmaret in forma communi; quia nihil dat, & si est nulla, non cõualidatur ex tali confirmatione, Anch. *d. cons. 389. n. 6. & seq.* † Contrarium; quia imo si fuit confirmata à Principe, valet, 11 maxime, si ex certa scientia, & de nouo cõcessa, plene Ias. *cons. 101. Immunitas, in pr. & col. 2. in fi. ver. tertio respõdetur. lib. 4.* † Amplia; quia 12 valet statutum, quod ciues, qui cum familia steterint per triennium continuum absentes à Ciuitate, si reuertantur, gaudeant eadem immunitate, qua gaudẽt noui Ciues, & habet locũ in eo, qui per

per triennium stetit cum familia semper absens, licet ipse quãdoque iuerit ad Ciuitatem animo recedendi. Ang. *cons.* 270. *Statuto* 13 *Ciuitatis.* † Amplia; quia potest concedere exemptionem venientibus ad habitandum. Alexand. *consil.* 30. *Ponderatis. n.* 7 *in fine. ver.* 14 *quod tertium. lib.* 5. † Et talis exemptio concessa venientibus ad habitandum dicitur ex causa onerosa, & non potest reuocari. Ang. Aret. *d. cons.* 125. *In casu prædicto. n.* 13. *& seq. ver. cum ergo.* Vide, *Statuta* 15 *circa exemptiones concessas venientibus ad habitandũ qualiter intelligatur. Conclus.* 537. † Extende, siue concessio facta venientibus ad habitandum sit ex dispositione statuti, vel banni, aut alias. Vide plenius in *ver. Priuilegium an possit reuocari, & quando. Conclus.* 751. *nu.* 29. *ver. Amplia.* vbi etiam declaratur, vt procedat, quando adsunt alii habitantes; secus si nulli extarent habitãtes, cum multis sequentibus. Alexand. *cons.* 216. *Nec arguendi. num.* 9. *vers. idem voluit, lib.* 2. 16 † Extende; quia statutum, seu bannimentum Bononiæ concedens immunitatem forensibus laboratoribus venientibus ad habitandum in certa villa, non potest reuocari, & habet locum, etiam si ille, qui venit ad habitandum, paulo ante fecisset se subditum, cum esset forensis; quia habebit locum in eo. Ias. *cons.* 1. *nu.* 4. *lib.* 1. Crauet. *consil.* 463. *num.* 13. *& seq.* Osasch. *decis. Pedemont.* 139. *nu.* 17 22. † Imo habebit locum in forense, qui primo venerat ad habitandum, postea recessit, si iterum reuertatur; quãdo facit in fraudem, vt quia recesserat ex causa, & stetit post recessum per plures annos, & tempore recessus non vigebat bannum, vel statutum; quia reuera cessat fraus, & ipse vere est forensis, qui venit ad habitandum. Alexand. *cons.* 34. *Visis, & ponderatis. per tot. lib.* 5. vbi plura similia; quia Nouitius dicitur is, qui fuit in monasterio, & recessit, 18 si iterum reuertitur. † Declara, vt nõ procedat in ciue originario, qui recessisset à loco originis, quantumcunque stetisset absens; quia si reuertitur, non potest gaudere beneficio statuti concessi venientibus ad habitandum; quia nunquam desiit esse Ciuis originarius, cui non potest renunciari; secus si fuisset incola. Alexan. 19 *dict. cons.* 34. *nu.* 2. *& sequen. lib.* 5. † Amplia; quia vniuersitas non potest concedere exemptionem in præiudicium Principis. *l. vacuatis. C. de decurio. lib.* 10. bene potest in præiudicium suum. Alexand. 20 *cons.* 30. *Ponderatis. num.* 11. *lib.* 5. † Extende; quia non potest facere statutum contra exemptos factos à Principe, vt non possint habere officia, neque honores in Communi; quia esset imponere legem superiori. Alexand. *consil.* 33. *num.* 12. *in fi. cum seq. ver. non obstat* 21 *quod* 4. *lib.* 5. † Amplia; quia Vniuersitas potest ex causa concedere exemptionem Doctoribus, & medicis. *l.* 1. *C. de decurio. lib.* 10. ita Alexand. *d. cons.* 101. *Visis. nu.* 5. *ver. nec obstat. lib.* 1. *& cons.* 30. *Ponderatis.* 22 *num.* 8 *lib.* 5. Vide, *Priores, & consiliarii Ciuitatum quæ possint, vel non. Concl.* 713. † Extende; quia id, quod dicitur de Vniuersitate quoad immunitatem; idem est de prioribus, qui possunt cõcedere; quia 23 Consilium repræsentant. Ias. *cons.* 101. *immunitas lib.* 4. † Amplia; quia ex causa, puta propter merita, & seruitia præstita potest Vniuersitas concedere exemptionem. Alex. *d. cõs.* 101. *n.* 6. *ver. præterea* 24 *dato. lib.* 1. † Declara; quia procedit, quando vere constat de causa, videlicet de meritis, alias nõ statur assertioni Vniuersitatis, & gerentis actum prohibitum ex causa permissum. Alex *d. cons.* 101. *n.* 25 6. *ver. & per hoc concludit. lib.* 1. † Limita; quia nõ valet exemptio cõcessa ab Vniuersitate in præiudicium superioris, neq; sine causa, neque ad instantiam partis. Bald. *cons.* 483 *in princ. lib.* 2. Roman. *d.* 26 *cons.* 252. *in pr. ver. cæterum*, vbi, quod non præiudicat domino, neque Fisco, vbi apostil. *in ver. licet dominum*, quæ dat concord. plene 27 Alexand. *d. cons.* 101. *Visis, n.* 3. *& per tot. lib.* 1. † Extende vt procedat, etiam si Vniuersitas, dum esset libera, prout Ciuitates Perusii & Senarum, concessisset exemptionem à gabellis; quia postquam deuenit subdita, non valet concessio in præiudicium Principis. 28 Abb. *cons.* 61. *Videtur primo. per tot. lib.* 2. vbi pro vtraq; parte, & hanc tenet. † Declara; quia licet non valeat in præiudicium superioris, 29 quia superior potest compellere exemptum ad soluendũ; tamen solues debebit releuari indemnis à Communitate inferiori, quæ exemptionem concessit. Bald. *cons.* 240. *Quod dicta franchia. per tot.* 30 maxime *in fin. lib.* 4. † Declara; quia immunitas concessa per Communitatem etiam per statutum, vel venientibus ad habitandum, non potest præiudicare Principi; quia Vniuersitas non habet facultatem derogãdi iuri superioris, & Princeps potest tales exemptiones ex causa publicæ vtilitatis tollere, & reuocare. Alex. *d. cõs.* 31 101. *Visis instrumentis, n.* 6. *in fin. cum seq. ver. secundo pr. lib.* 1. vbi loquitur in exemptione concessa per Vniuersitatem Rodigii ex causa veniendi ad habitandum; quia potest reuocari, prout fuit reuocata per Ducem Ferrariæ Borsium dominum Rodigii, & apost. ad 32 Alex. *in ver. reuocari*, citat plurimos concord. † Et quando Communitas possit, vel non concedere exemptionem contra publicam vtilitatem, propter bene merita, & an standum sit assertioni, & an possit reuocari, Vide plene Alex. *d. cons.* 101. *Visis instrumentis. lib.* 1. † Vide Ias. *cons.* 101. *Immunitas, col.* 4. *n.* 3. *ver. tertio adhuc notabilius, lib.* 4. vbi, quod standum assertioni Principis, & Vniuersitatis, & Iudicis, qui sunt personæ publicæ; secus in priuatis personis. Vide, *Princeps tenetur ad obseruantiam contractus. Concl.* 690. *& Concl. ibi proxima seq.*

Exemptio non valet quoad multa. Concl. 556.

EXEMPTIO † concessa à datiis, & gabellis non valet, *l. omnia. C. de vectigal. l. vacuatis. C. de decurio. lib.* 10. † Declara, nisi adsit clausula, *non obstante.* Alex. *cons.* 216. *Nec arguendi, n.* 12. *in fi. lib.* 2.

Exemptio Ecclesiæ, & Clericorum ad quos se extendat, vel non. Conclus. 557.

6 30. *Ponderatis. nu.* 4. & 5. *ver. quinimo. lib.* 5. † Amplia; quia reuocari non potest exemptio ex causa onerosa, seu remunerationis, etiam ex causa ingratitudinis. Capic. *decis.* 121. *nu.* 16. *& decis.* 176. *in princ.* Afflict. *decis.* 128. *nu.* 10. Franch. *decis.* 125. *nu.* 6. plura Surd. *cons.* 140.
7 *n.* 38. & *seq.* Dec. *cons.* 291. *Pro tenui. n* 7. & 8. † Amplia; quia exemptio ex causa onerosa dicitur potius beneficium, quam priuilegium. Alex. *consil.* 160 *per tot.* maxime *in fin. lib.* 2. vbi, quod non dicitur contra ius commune, quando ex causa remunerationis. Socin *cons.* 84. *n.* 12. *lib.* 3. Socin. Iun. *cons.* 37. *n.* 18. *lib.* 1. *& consil.* 102.
8 *num* 20. *lib.* 2. † Et non dicitur priuilegium contra ius, sed beneficium secundum ius; quia reducit nos ad ius primæuum commune. BVTR. *in cap. cum olim tibi. de verbor. significat.* Ias. *in l. fin. nu.* 33. *ff. de*
9 *consti. princip.* † Amplia; quia exemptio concessa venientibus ad habitandum dicitur ex causa onerosa, & ex contractu, ideo non potest reuocari. Angel. Aret. *consil.* 125. *In casu prædicto. nu.* 13. *& seq. ver. cum ergo.* Vide, *Exemptionem potest Vniuersitas concedere. Concl.* 555. ☞
num. 13. *& seq.*

Exempti non comprehenduntur sub banno generali. Concl. 568.

EXEMPTI † à contributione impræstantiarum non compre- 1
henduntur sub bannimento, quod omnes teneantur denunciare bona, vt soluant impræstantias: ideo si non denuntiant, non incurrunt pœnã banni; quia iusta causa excusat, nisi esset dictum in specie de exemptis. Cast. *cons.* 318. *Viso, & examinato in prin. lib.* 1. † Extende; quia etiam si bannum dicat, quod omnes etiam ex- 2
empti debeãt denunciare bona pro præstantiis imponendis, non comprehendet exemptos non subditos, & ex causa onerosa, sed erit intelligendum de exemptis ex causa gratuita, & quæ possit reuocari. Castr. *d. cons.* 318. *n.* 3. *col.* 3. *ver. secundo principaliter videndum. lib.* 1. Vide, *Exemptio non censetur reuocata propter iussum, vel præceptum,* ☞
&c. Concluſ. 571. Vide, *Priuilegij reuocatio generalis non comprehendit loca pia, neque Ecclesias. Concluſ.* 750.

Exemptio, vel subiectio ex quibus verbis probetur. Concl. 569.

EXEMPTIO † probatur ex verbis narratiuis Papæ, quando se 1
fundat super illis, vt si confirmat electionem alicuius Prælati; quia dicit eos suppositos Sedi Apostolicæ immediate. Cald. *cons.* 456. alias 14. *de cens lib.* † Contrarium tenet Io. Cald. *cons.* 517. alias 2
2. *de priuil. in fi.* vbi, quod exemptio non probatur ex verbis narratiuis Papæ, neque ex verbis assertiuis, nisi duo concurrant, videl. & quod Papæ narret factum proprium, & super narratis se fundet. † Vel saltẽ quod procedat, si agebatur de exemptione tem- 3
pore assertionis, alias non. Cald. *d. cons.* 517. *in pr. ver. in secundo casu,* alias 2. *de priuil.* † Amplia; quia exemptio probatur ab ordinario, 4
si Papa concedit in priuilegio, quod Clerici Ecclesiæ nulli alii, quam magistro ordinis sui præstare obedientiam compellantur. Cald. *cons.* 518. alias 3. *de priuil.* † Restringe secus esse, si disponeret, 5
quod tenerentur præstare iuramentum de obedientia seruanda suo magistro; quia per hoc non eximuntur ab ordinario; quia qui non præstat iuramentum, non propterea dicitur exemptus. Cald. *d. cons.* 518. alias 3. *de priuil. circa med. ver. solut.* † Amplia; quia priuile- 6
gium concedens potestatem petendi Chrisma, oleum sanctum, & consecrationem altarium à quocunque Episcopo, inducit exemptionem à proprio Episcopo; quia ista debent per subditos peti à suo superiore. Cald. *cons.* 519. alias 4. *de priuil.* † Amplia; quia 7
priuilegium concedens exemptionem ab Episcopo, licet contineat aliqua, quæ videntur contraria, vt est solutio census; tamen interpretatio debet fieri, vt non vitietur exemptio cõcessa. Cald. *cons.* 520. alias 5. *de priuil.* † Amplia, quia confœderatio, & suppo- 8
sitio loci exempti facta alteri probat suppositionem quoad conuenta, & exemptionem quoad nõ expressa. Bart. *cons.* 59. *Commune Spoleti. lib.* 1. *num.* 4. Socin. *consil.* 74. *lib.* 1. *vers. iis non obstantibus.* allegat concord. & dicit hæreticum esse recedere ab hac opinione.
† Extende, etiam si recommendati in Capitulis Communis Flo- 9
rentiæ, prout est terra Castilioni, dicãt, quod de cætero recognoscent populum Florentinum in dominum, fautorem, & protectorem, quia illa verba, *in dominum*, important gratia honoris dominum, prout de communi vsu loquendi consueuit, non autem subiectionem. Castr. *cons.* 314. *Postremo. num.* 3. *versicul. dico ergo. lib.* 1. ☞
Vide, *Exemptio qualiter probetur per non solutionem, vel aliter. Concluſ.* 552. † Amplia multis modis, de quibus Mascard. *Concl.* 713. *Exem-* 10
ptio & subiectio variis modis probatur, vbi in fine, quod non probatur exemptio, licet suscipiat Princeps in suam protectionem.

Exemptionis priuilegium potest reuocari per concedentem, & quando secus. Concl. 570.

VNIVERSITAS, † quæ concessit immunitatem alicui sub- 1
dito ob benemerita, potest reuocare priuilegium, si habens exemptionẽ ingratitudinem cõmittat. Bald. *cons.* 483. *Visa immu-* 2
nitate. in fi. ver. & ideo. lib. 2. † Extende idem in quocunque concedente priuilegiũ, vel exemptionem, quia cum sit donatio, reuocari potest ex causa ingratitudinis, plura ad hoc cumulat Curt. Iun. *cons.* 61. *n.* 14. *circa fin.* Fel. *in c. nouit. de iudic. n.* 9. *ver. quarto limita.* *cons.* 61. *n.* 14. *circa fin.* Fel. *in c. nouit. de iudic. n.* 9. *ver. quarto limita.*
† Amplia, quia potest Princeps ad libitum, & sine causa reuocare; 3
exem-

exemptionem gratuito concessam. Castrens. *cons.* 318. *col.* 3. *in fin. n.* 4. 2. *vers. sed illa, quæ habentur, lib.* 1. † Amplia; quia licet vniuersitas inferior possit concedere immunitatem particulari, & teneatur ad obseruantiam; tamen superior potest compellere talem exemptum, q̃ nihilominus debet releuari indemnis à Communitate, quę concessit exemptionem. Bald. *cons.* 240. *per tot. maxime in fi. lib.* 4. † Amplia; quia maxime potest immunitas reuocari, quãdo imminet necessitas, vel vtilitas publica; quia tũc licita est reuocatio, maxime in gratuita exemptione; secus si esset ex titulo oneroso; quia vix supremus Princeps reuocat exemptionẽ talem, etiam ex causa publicæ necessitatis, Bald. *consil.* 499. *Sequitur constitutio, n.* 6. *vers. in fi. lib.* 4. † Extende, vt plene per Alex. *consil.* 216. *Nec arguendi. per tot.* maxime *n.* 18. *& seq. lib.* 2. vbi multa propter publicã vtilitatẽ sunt permissa, & maxime *n.* 21. quod causa paupertatis, & quod non soluantur onera publica, est sufficiens causa ad reuocandũ. † Extende; quia emptio quantumcũq; lata non cõprehendit casum belli superuenientis tanquam incogitatum, & ideo compellantur exempti soluere, & licet sit opinio cõtrouersa; quia exemptio extenditur etiam ad futura onera; tamen magis communis opinio est in contrarium vt per Iason. *in l. ex facto ff. de leg. 1. n.* 7. *ver. vltimo inducitur*, vbi recitat quatuor opiniones, & dicit hanc magis* communem per plura fundamenta, quam etiam communẽ dicunt ibi Rip. *n.* 17. & plene Curt. Iun. *cons.* 61. *n.* 14. qui dicit cõmunem*. Nicolaus Festasius *de æstimo & collectis. parte* 4. *c.* 7. maxim. *nu.* 54. *& seq.* vbi dicit communem, *allegat Rub. Alex *cons.* 32. Italan. *l. si stipulatus fuero. §. cum stipulamur, n.* 9 *ff. de verb. oblig.* † Et licet communis* opinio etiam sit, quod exemptio ab omnibus oneribus includat etiam onera tempore belli, maxime, quando in genere fuit cogitatum. Alex. *cons.* 30. *n.* 4. *lib.* 5. qui dicit veriorem. Paris. *consil.* 58. *lib.* 1. vbi *nu.* 10. dicit veriorem, & magis* communem; quando in genere cogitauit, & *cons.* 69. *num.* 4. Alexand. *consil.* 194. *num.* 8. *lib.* 2. *& cons.* 178 *per tot. lib.* 2. † Declarat Petr. Antibol. *tract. immun. n.* 140. quia si est gratiosa, non extenditur, sed si est onerosa, secus est, dummodo pretium correspondeat. † Declarat Nicol. Festasius *d. tract de æstimo & collectis part.* 4. *cap.* 7. *n.* 54. si necessitas belli ex aliis non potest suppleri, non extenditur, alias secus. Soc. *l. si ex toto n.* 5. *ver.* 2. *concl. ff. de leg.* 1. † Declara melius; quia si inducit læsio, potest reuocari, & datur remedium reuocatorium secundum communem* opinionem, de qua idem Nicol. Festas. vbi *supr. n.* 64. *& 65.* † Declara, vt plenius per Soc. *d. l. si ex toto. n.* 4. *& seq.* vbi ponit septem conclusiones, quibus potest reuocari, & quibus non. † Amplia, quia semper quod agitur de modico præiudicio, potest Princeps sine causa lædere, & ideo potest exemptionẽ etiam onerosam, & in vim contractus suspendere, vel differre. Alex. *cons.* 216. *Nec arguendi, n.* 14. *& seq. ver. sed eis nõ obstantibus, lib.* 2. † Limita; quia Communitas nunquam potest reuocare exemptionem causatam à iure communi, vel a bono fonte, prout exemptio 12. filiorum. Bologn. ad *cons. Io. de Ana.* 105. *n.* 6. *ver. sed pone.* † Extende, etiam si fiat reuocatio per viam legis, vel statuti generalis. Bologn. in *additio. ad d. cons. Ioan. de Anan.* 105. *num.* 6. *& 7. ver. sed ponendo.* † Extende; quia imo, neque potest reuocare exemptionem cõcessam absolute ab ipsa communitate, nisi subsit iusta causa. Bologn. d. apostil. ad *cons. Io. de Anan.* 105. *num.* 5. † Limita; quia exemptio confirmata per sententiam non potest reuocari. Alex. *cons.* 30. *in fi. ver. accedat. lib.* 5. † Extende; quia exemptio concessa per Vniuersitatem, & confirmata per Principem, non potest reuocari per ipsam Vniuersitatem. Alex. *d. cons.* 30. *in fin. lib.* 5. † Limita; quia exemptio concessa Communitati, & Vniuersitati per pactum non potest reuocari. Pari. *cons.* 68. *lib.* 1. Alex. *d. cons.* 30. *Pontaratus narratis. prope fi. in vlt. dubio. lib.* 5. plene Dec. *consil.* 286. *in causa Communitatis.* Bartol. post Dyn. in *l. quod semel ff. de decret. ab ordin. fac.* cons. est text. in *l.* 2. *ff. de iur. immunit.* † Limita; quia Princeps non potest reuocare exemptionem concessam subdito in forma contractus. Castren. *cons.* 318. *Viso, & examinato, n.* 3. *col.* 3. *in fin. ver. constat autem, lib.* 1. vbi apostill. citat Corn. *cons.* 79. *In hac, n.* 12. *lib.* 2. Alex. *d. cons.* 30. *Ponderatis, in fi. n.* 17. *ver. postremo, lib.* 5. † Extende multo magis quando est facta concessio per pactum, vel contractum non subdito, qui se fecit subditum ex illa causa. Castr. *d. cons.* 318. *col.* 3. *in fin. ver. constat autem, lib.* 1. quia transit in contractum, & conuentionem, quæ non potest reuocari. Roma. *cons.* 252. *Pro decisione. n.* 3. *ver.* 2. *per id, quod*, vbi apostill. in *ver. transierit*, dat conc. idem Roman. *cons.* 32. *n.* 16. *& inst.* † Extende; quia vterque Princeps, puta Papa, & Imperator tenentur ad obseruantiam contractus, & conuentionis, ergo & immunitatis non subdito concessæ, & multo magis Communitas, & inferior. Roman. *d. consil.* 252. *n.* 2. *& 3. ver. quoad* 2. vbi apostill. *in ver. transierit*, quæ dat concordantes. Vide, *Princeps* 13 *tenetur ad obseruantiam contractus. Concluſ.* 483. † Limita; quia Castrũ concedens immunitatẽ tenetur illam seruare, nisi sit in tanta necessitate concedens, quod vergat periculum. Bald. *cõs.* 240. *Quod dicta Franchia. lib.* 4. vbi maxime hoc dicit, quando fuit præscripta exemptio. † Limita; quia immunitas concessa per Ciuitatem venientibus ad habitandum Castrum non potest reuocari, nisi per supremum superiorem. Bald. *consil.* 400. *Super primo in pr. & in fin.* quod est Bar. & Cyn. *lib.* 4. † Contrarium, si ex causa belli, vel necessitatis fiat reuocatio ẽt ab inferiore. Soc. *d. l. si ex toto, n.* 8 *in* 5. *concluſ. ff. de leg.* 1. † Extende, vt idem, si concedatur aliquibus nobilibus, vt se facerent Ciues, prout Comites de Marsiano in Vrbeue. teri; quia non potest reuocari; quia est ex contractu. Ang. *cõs.* 138. *Visis omnibus. in fin.* † Limita, vt idem sit in exemptione concessa, & præscripta; quia non potest reuocari per concedentem. Bald. *d. cons.* 400. *per tot. lib.* 4. quod est Bartol. & Cyni. † Limita; quia non potest Ciuitas aliis concedens exemptionem illam reuocare, quando per pactum fuit concessa exemptio, dummodo non sit supremus Princeps, de quo etiam dubium est; an possit reuocare. Bal. *cons.* 406. *Super eo, quod. n.* 2. *ver. imo hoc ius. lib.* 4. † Extende; quia Ciuitas Spoleti non potest reuocare exemptionẽ conuentã cũ Castris cõfœderatis, & qui supposuerunt se ex conuentione d. Ciuitati; quia vltra conuenta nõ debent Castra grauari. Bald. *cõs.* 499. *Sequitur constitutio. nu.* 6. *ver. Quæritur, vtrum lib.* 4. † Extende; quia non potest Ciuitas Florentiæ reuocare exemptionẽ concessam d. Luchino de Vicecomitibus, vt posset tãquam Ciuis acquirere, & alia facere; quia non compellitur vendere loca montium viliori pretio, quæ emit vigore contractus suæ ciuilitatis. Ang. de Perus. *consil.* 351. *Generosus miles per tot.* maxime *n.* 2. *supra n.* 21. *& seq.* † Extende, vt procedat, etiam si cõcessio sit post capitula submissionis, dummodo incõrinenti; quia pariter dicitur priuilegiũ per modum conuentionis, & contractus, & nõ potest reuocari, sicut nec concessa in actu submissionis. Castr. *cons.* 314. *Postremo. n.* 3. *ver. præterea dico. lib.* 1. † Extende, etiam si esset concessum priuilegium longe post submissionem factam, dummodo sit cõuentũ in submissione, q̃ illud fieri deberet; quia dicitur ex causa subiectionis, & valet, vt contractus, qui non potest reuocari. Castr. ens. *cons.* 314. *n.* 3. *in fi. ver. nam si à principio, lib.* 1. † Restringe, quando priuilegium esset concessum, vel immunitas post subiectionem factam per tempus; quia tunc dicitur merum priuilegium, & potest reuocari. Castr. *d. cons.* 314. *n.* 3. *vsque in fi. lib.* 1. † Limita; quia non potest reuocari exemptio concessa per modum contractus venientibus ad habitandum; quia est concessio non gratuita, & si posset reuocare superior, nemo cum eo contraheret. Bald. *cons.* 401. *Super eo, circa princ. vers. In casu autem nostro, lib.* 4. Anton de Butr. *cons.* 59. *Primo aspectu. per tot.* vbi apost. in *ver. Contractus*, citat plures concord. plene Rom. *consil.* 252. *Pro decisione, nu.* 2. *ver. quoad secundum*, vbi plenissima apostill. in *ver. quod non*, dat plurimos concord. Ang. Aretin. *cons.* 125. *n.* 14. *& seq.* Alex. *cons.* 54. *Viso dubio, n* 11. *& seq. lib.* 4. quod est Vincentii Palæotti, & *cons. vlt. n.* 18. *ver. præterea, lib.* 4. quod est Andr. Barbatiæ, vbi apostill. citat Alex. *consil.* 216. *lib.* 2. † Extende; quia non potest reuocari tacite, neq; expresse immunitas cõcessa venientibus ad habitandum. Alex. *d. cons.* 54. *n.* 11. *& seq. lib.* 4. † Extende; quia neq; potest reuocari per statutum, vel edictum cõcedentis; quia imo non se extendit ad tales exemptiones in vim cõtractus cõcessas per verba quantũcunq; generalia, quod reuocat omnes exemptiones ex quacunque causa factas, etiam si excipiat aliquas tantum; quia ista non comprehendit. Alex. *d. cons.* 54. *n.* 11. *& seq per tot.* vbi plura allegat, *lib.* 4. & est Vincentii Palęotti. † Extende; quia multo minus potest reuocari ciuilitas, & exemptio concessa submittentibus se iurisdictioni alienæ, prout de Paduanis, qui se dederunt Venetis, consuluit Castr. *cons.* 318. *Viso, & examinato, n.* 5. *ver. tertio, & vlt. per tot. lib.* 1. † Limita; quia exemptio acquisita per consuetudinem, vel præscriptionem non potest reuocari, nisi per supremum superiorem. Bald. *cons.* 400. *Super primo, in princ.* quod est Bart. & *cons.* 401. *n.* 2. *ver. imo hoc ius, lib.* 4. † Declara, quod dicitur exemptionem non posse reuocari, non habere locum, quando ex vtilitate, vel necessitate patriæ esset facienda reuocatio. Bald. *d. cons* 401. *n.* 3. *lib.* 4. quia propter casus inopinatos reuocatur exemptio, quod intellige, quando est gratuito concessa; secus si onerosa; quia non potest reuocari etiam in casu necessitatis. Bald. *cons.* 499. *n* 6. *ver. Quæritur vtrum*, maxime circa finem, *ver. sed certe multum refert, lib.* 4. † Limita, quando conceditur non subdito, vel Ecclesiæ; quia non potest reuocari Roman. *cons.* 252. *n.* 3. vbi apost. dicit* communem. † Et de exemptione Ecclesiæ, quod non possit reuocari à Communitate. Abb. *consil.* 9. *ver. Venio ad tertium, lib.* 1. Vide, *Princeps potest tollere ex causa ius tertij, &* 41 *quando secus. Concl.* 680. Vide, *Priuilegium principis non potest reuocari, & quando secus. Concl.* 751.

Exem-

Exemptio non censetur reuocata propter iussum, quod omnes soluant tributa. Concl. 571.

EXEMPTIO † concessa à tributis non censetur reuocata, licet fiat edictum, vel lex, quod omnes soluant tributa; quia non intelligitur de exemptis. Oldr. *cons.* 266. *In Christi nom. n. 5. ver.* 1
quinto quia. † Amplia; quia reuocatio non præsumitur; quia est odiosa, de quo vide in *ver. Reuocatio priuilegiorum stricte interpretanda.* 2
Concl. 318. *cum concl. ibi prox. seq.* † Amplia; quia exemptio concessa non censetur reuocata per generalem iussum eiusdem Principis, nisi exprimat etiã quoad exemptos; quia licet exemptio possit p concedẽtem reuocari; non tamen censetur reuocata, nisi expresse dicatur. Castr. *cons.* 187. *Notandum est. nu. 5. ver. quantum vero, lib.* 2. 3
† Amplia; quia imo exemptio concessa si fuit per sententiam cõfirmata, non potest reuocari, & reuocatio eam non comprehendit. Alex. *cons.* 30. *Ponderatis, n. 5. & seq. ver. circa secundum, lib.* 5. † Extende; quia neque datur restitutio aduersus sententiam confirmantem lapso quadriennio, etiam si de læsione constaret. Alex. 4
d. cons. 30. *n.* 6. *lib.* 5. Vide, *Exempti non comprehenduntur sub banno generali. Concl.* 568. 5

Exempti ex quibus perdant exemptionẽ. Cõcl. 572.

EXEMPTIO † perditur, si contra eam feruntur sententiæ, quod teneatur soluere, non obstante exemptione; quia si transit in iudicatum, præiudicat. Anch. *cons.* 389. *Vijs diligenter. n.* 8. 1
† Amplia; quia perditur exemptio concessa à gabellis per Ciuitatem Perusii Senensibus, postquam ciuitas Perusii deuenit sub iurisdictione Principis; quia in præiudicium Principis non valet talis concessio. Abb. *cons.* 61. *Videtur primo. per tot. lib* 2. vbi pro vtraque, & hanc tuetur. † Amplia, quia perditur, quando cessat causa exemptionis; nam si concessa sit exemptio per Senenses Perusinis; quia Perusini concesserant similem Senensibus, cessante priuilegio Perusinorum cessat etiam exemptio Senensium. Abb. *d.* 2
cons. 61. *colum.* 1. *& per tot lib.* 2. vbi multa similia adducit. † Amplia, quando quis facit contrarium actum suo priuilegio; quia exemptio perditur. Vide, *Exempti soluentes onera quando perdant exemptionem. Concl.* 575. Vide, *Priuilegium quando perdatur per abusum, vel non vsum, aut delictum. Concl.* 754. Vide, *Priuilegium quando perdatur per actum contrarium. Concl.* 756. 3

Exempti quibus casibus soluere compellantur, sicut alii, vel non. Concl. 573.

EXEMPTI † compelluntur soluere onera tempore vrgentis necessitatis *l. vnica, cum gloss. fina. C. vt nemini liceat se in empt spec.* 1
excu. lib. 10. † Et ideo occasione annonæ, & tempore caristiæ nullus excusatur, per d. tex. vt dicit Ang, Aret. *cons.* 125. *In casu predicto. in pr.* vbi, quod omnes tenentur conferre pro frumento emendo. 2
† Restringe, quando exemptio est concessa ex causa onerosa, & verba sunt generalia. Decia. *cons.* 51. *lib.* 3. *n.* 24. *& seq.* qui alios citat, & idem ante eum tenuit Ang. Aret. *d. cons.* 125 *per tot.* vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur, quod si forensibus, qui venerunt ad habitandum, est cõcessa generalis exemptio, à realibus, personalib. & mixtis, non poterunt grauari. † Restringe, quando exemptio venientibus ad habitandum fuit concessa, prout Ciuibus Ciuitatis; quia in casu famis nõ compelluntur, nisi etiam Ciues eodem modo compellantur. Ang. Aret. *d. cons.* 125. *per tot.* maxime *n.* 19. *& seq.* 3
ver. secundo quia. † Declara, vt per Bald. *cons.* 452. *Lata fuit sententia per tot. lib.* 3. vt non intelligatur de omni necessitate belli, vel stipendiorum militum, sed dumtaxat de vrgenti necessitate victualium ex publico comparandorum, siue tempore belli, siue tempore famis. † Amplia, vt idem sit tempore belli. Alex. *cons.* 216. *Nec arguendi. n.* 27. *ver. nono lib.* 2. vbi late, quod neq; ratione personæ, neq; di- 4
gnitatis aliquis excusatur. † Extende in tantum, quod onera superuenientia tempore belli nõ cadunt in exemptione, prout neque euenientia propter aliam necessitatem publicam. Alex. *d. cõs.* 5
216. *nu.* 28. *lib.* 2. † Declara, nisi esset concessa ex causa onerosa, vel- 6
uti si esset deducta in pactum inuestituræ feudalis; quia non potest reuocari. Alexan. *cons.* 30. *Ponderatis. n.* 4. *in fin. ver. quinimo. lib.* 5. 7
† Amplia, vt exemptio non habeat locum tempore penuriæ, im- 8
* minentisq; necessitatis secundum * communem in *l. si ex toto, in* 9
pr. ff. de leg. 1. vbi Alex. dicit * communem. † Extende; quia conductores lacus Perusii, qui non tenentur portare ad plateam, nisi certam quantitatem piscium, possunt compelli ad maiorem quãtitatem portandi, si necessitas suadet propter aduentum maioris numeri gentium in Ciuitate. Alex. *d. consil.* 216. *n.* 29. *ver. & per illam* *10
legem. lib. 2. † Restringe, nisi verba sint adeo vniuersalia, vt necessario includantur etiam omnia necessitatis. Decia. *d. cons.* 51. *per tot.* 11
maxime *nu.* 22, *lib.* 3. qui loquitur pro religione Hierosolymitana. Vide, *Exemptio generaliter concessa quando ad futura extendatur, vel non. Concl.* 560. *n.* 31. *& seq.* † Limita; quia quod dicitur exemptos teneri tempore vrgentis necessitatis belli, non procedere in bello pa- 12
tuo, vel ad offensam; secus si ad necessariam defensionem fiat, & sit bellum vrgens: quia aliud est vrgere, aliud vrgeri. Bald. *d. consil.* 452. *n.* 3. *ver. venio ad tertium. lib.* 3. † Declara semper, & intelligas, vt 13
in casibus, in quibus sunt exempti compellendi, compulsus fiat à suis superioribus, non autem licitum est secularibus compellere Ecclesiasticos, ex quo deficit omnis iurisdictio, & imo Episcopus non posset compellere, nisi habito consensu Papæ, vt est tex. in *c. aduersus, de immunit. Eccl.* Vide, *Publica vtilitas qua dicatur, & eius specialia. Concl.* 959. *cum Conclus. ibi prox. seq.* Vide, *Famis tempore multa sunt inducta. Concl.* 79.

Exemptio concessa certis exequutoribus, quæ requirat, vt habeat locum. Concl. 574.

EXEMPTIO † concessa exercenti artem nauicularian, vt habeat locum, necesse est, vt talis prætendens exercitium huiusmodi habeat in eo maiorem partem fortunarum suarum, alias non gaudet beneficio exemptionis. *l. semper. §. Diuus Adrianus, cum l. seq. ff. de iur. immu.* Alex. *cons.* 108. *Viso themate. lib.* 4. quod est collegii Papiæ, Mediolani, & Alex. † Sic exemptio concessa mercatori, 2
vel negociatori, puta conducentibus bona ciuium, debet intelligi, dummodo in mercantia, vel colonia bonorum habeat maiorem partem bonorum suorum, alias non est immunis. Alex. *d. consil.* 108 *per tot.* vbi est casus. *lib.* 4.

Exempti soluentes onera quando perdant exemptionem. Concl. 575.

EXEMPTVS † Ciuis ab oneribus comitatus si soluat post 1
mortem patris, qui non erat Ciuis, non sibi præiudicat, nisi in eo, quod soluit; ideo quoad futuras solutiones erit liberatus. Castr. *cons.* 8. *Ista bona. per tot.* maxime *circa fi. ver. ad m. non obstat. lib.* 1.
† Extende; quia exemptus soluens coacte metu mandati sibi 2
non præiudicat in exemptione. Rom. *cons.* 252. *Pro decisione. nu.* 4. *& seq. ver. quoad vltimum,* vbi apost. in *ver. violenta.* † Extende, quando 3
solutio fuit facta ab exempto cum pacto, vel protestatione, quod exemptio salua maneat, Rom. *d. cons.* 252. *in fin. ver. secundo quia,* vbi apost. in *ver. præiudicat.* dat conc. † Limita; quia is, qui soluit onera 4
post sententiam condemnatoriam, dicitur renunciare priuilegio exemptionis. Anch. *cons* 389. *in fin.* † Restringe, quando sententia 5
esset nulla defectu iurisdictionis, vel alio defectu. Ang. Aret. *cons.* 6. *In casu predicto, in fin. n.* 25. *ver. quinimo,* vbi, quod imo repetit solutum, & magis clare *cons.* 7. *Quoad hoc, in fi. n.* 12. *ver. secundo dictus. vsq; in fi.* † Extende; quia nedum soluendo, sed paciscendo contra pri- 6
uilegium exemptionis quis perdit suam exemptionem. Anchar. *cõs.* 260. *In quæstione, in fi.* † Limita; quia is, qui vocatur ad munera, 7
& describitur ad librum soluentium, non sufficit, quod alleget immunitatem, sed debet appellare, alias sibi præiudicat non appellando intra tempus datum ad appellãdum. Ang. in *l. 1. §. siquis tutor. ff. quando appellandum sit,* vbi dicit not. quia nascitur in practica, sequitur Alex. *cons.* 101. *Visis instrumentis. n.* 10. *ver. tertio prime. lib.* 1. Ias. in *l. falso. C. de diuers. rescript. in fi.* Gozad. *cons.* 23. *n.* 4. Alex. plene *cons.* 136. *In causa & lite. n.* 10. *& seq. ver. præterea etiam posito. li.* 2. vbi dicit esse singulare dictum. † Contrarium tenet Alex. *cons.* 33. *lib.* 5. 8
per tot. plene Ias. *d. l. falso. C. de diuers. rescrip. n.* 3. *in fi. ver. sed contrarium.* allegat Bar. in *l. forma. §. fi. ff. de cenſib.* Ias. in *l. fin. ff. de consti. pr.* & ita ego consului pro Illustrissimo D. Marchione Philippo Estense, adduxi Bar. in *l. 1. C. de iis, qui sponte mun. publi. lib.* 10. vbi Bar. non appellauit, & conseruauit suam exemptionem per protestationem; & quia tex. super quo Ang. se fundat, loquitur in munere personali, & argumentum de re ad personas, vel è contra non valet, vbi agitur de priuatione, vel pœna, plene Ias. in *l. si dominus. §. in pecunia. n.* 15. *ff. de legat.* 1. Alex. *cons.* 136. *In causa, & lite. n.* 10. *ver. vt sui dico. lib.* 2. Vide, *Appellatio quando, & in quibus necessaria. Concl.* 391. Vide, *Exempti ex quibus perdant exemptionem. Concl* 572. Vide Ant. Gabr. *lib.* 6. *tit. de iure immunitatis conclus.* 1. *Immunis si describatur.* Vide, *Priuilegium quando perdatur per actum contrarium, vel non. Concl.* 756.

Exempta loca habent multa specialia. Concl. 576.

EPISCOPVS † non potest sedere pro tribunali, nec cõuen- 1
tionem aliquam exercere in loco exempto, etiam si sit in sua diœcesi

Diœcesi talis locus exemptus. Fed. de Sen. *conſ.* 2. *in prin. Statuto Epiſcopi.* Vide, *Diœcesis appellatione quid veniat, & quid contineat in ſe. Concl.* 1. 450. † Non poteſt arctare beneficiatũ in ſua diœceſi ad reſidentiam, quãdo Eccleſiæ ſuæ diœceſis ſpectat de priuilegio, vel conſuetudine ad inſtitutionem, vel deſtitutionem Epiſcopi conuicini, etiam ſi quoad ſacramenta recipienda ſubſint Epiſcopo diœceſano. Fed. de Sen. *conſ.* 99. *Caſus talis eſt*, vbi loquitur de Eccleſia in diœceſi Peruſina ſpectante ad collationẽ Epiſcopi Tudertini; quia Rector ſubeſt Epiſcopo Tudertino tantum, & ita ſeruari aſſerit. Vide, *Epiſcopus non poteſt multa circa beneficia ſuæ diœceſis. Concluſ.* 266. † Extende proxime dicta ad Rectores beneficiorum exemptorum; quia Epiſcopalis cõſtitutio illos non ligat. Fed. *d. conſ.* 99. *Iterum*, vbi, quod ita vidit ſeruari. † Amplia; quia loca, & Eccleſiæ exemptæ retinẽt ſuam exemptionem, licet deueniantur ad perſonis non exemptas; quia exemptio realis ſemper durat. Cald. *conſ.* 416. alias 14. *de cenſib.* † Amplia in caſu conuerſo; quia exemptio conceſſa fratribus Seruorum pro Eccleſiis ſuis, quas habent, & conſequentur, ſe extendit etiam ad Eccleſias non exemptas, quas cõſequuntur. Cald. *conſ.* 403. alias 18. *de regul.* quod duplicatur 451. alias 9. *de cenſ.* † Amplia; quia Eccleſiæ exemptæ non recipiunt ab ordinario cõfirmationem electi, ſed à Papa. Zabar. *conſ.* 112. *ver. ad quintum.* † Extende; quia etiã ſi in priuilegio ponitur facultas conſequendi ab ordinario facultatem; non tamen poteſt ordinarius deſtruere inuitum, & ſic refutare confirmationem. Zabar. *d. conſ.* 112. *ver. ad quintũ.* † Amplia; quia exempti recipiũt cõſecrationem Eccleſiæ, vel altaris à Papa, vel Legato, non ab ordinario, niſi velim. Zabar. *d. conſ.* 112. *ver. ad tertium.* † Amplia; quia nõ poſſunt inuiſitari exempti. Zab. *d. conſ.* 112. *in fi.* Ant. de But. *conſ.* 19 *n.* 20. *ver. hoc patet.* † Et non poſſunt renunciare tali exemptioni; quia tiunt ſub aliena diœceſi cõſtituti. Caſtr. *conſ.* 187. in finali. verſ. bis, plenius *conſ.* 432. *Videtur dicendum n.* 3. *lib.* 1. † Amplia; quia non puniuntur, niſi per Papam. Zabar. *d. conſ.* 112 *in fin.* † Reſtringe, niſi delinquant in loco Epiſcopi; quia ratione loci puniri poſſunt ab Epiſcopo. Zab. *d. conſ.* 112. *in fi.* † Amplia; quia ſtatuta laicorum non extenduntur ad loca exempta intra territorium exiſtentia. Rol. à Vall. *conſ.* 33. *n.* 30. *lib.* 3. vbi loquitur de ſtatuto Florẽtiæ. † Amplia; etiam teſtamentum celebratum in loco exempto, prout in Eccleſia, vel monaſterio exempto, nõ ſubiacet ſolemnitati ſtatutorum locorum, ſed iuris communis, plene Rol. à Vall. *d. conſ.* 33. *per tot. lib.* 3. vbi ponit plures caſus, plene Fel. *in c. graue. n.* 2. *in fi. de off. ordin.* † Amplia; quia paria ſunt locum eſſe extra territorium, vel eſſe exemptum, hanc materiã plene examinat Fel. *in d. c. graue. n.* 1. vbi recitat contrarium, & *n.* 2. concludit multa exempla, quod paria ſunt, & diſtinguit inter materiã fauorabilem, vel odioſam, *de offic. ord.* † Extende; quia caſtra allodialia intra Regnum non ſunt de Regno. Fel. *d. c. graue. n.* 2. *ver. ad idem. de offic. ord.* vbi ponit plurima exempla de hoc. † Extende; quia caſtra ſeparata non ſunt de Ciuitate, vel diſtrictu, & declara, vt *in verſ. Caſtra ſeparata non ſunt de Ciuitate, vel diſtrictu, & quando ſecus. Concluſ.* 118. † Limita; quia imo loca exempta ſunt de territorio, prout in Eccleſiis, q̃ ſunt de Vniuerſitate territorii, licet ſint exemptæ à territorio, & Clerici ſunt de populo, licet exempti. Caſtr. *conſ.* 187. *Notandum eſt. lib.* 2. *n.* 5. *ver. conuerge.* † Extende; quia imo ouis nõ mea, quæ eſt in grege meo, dicitur de meo grege. Item tigna aliena iniuncta domui meę ſunt de vniuerſitate domus meæ. Caſtr. *d. conſ.* 187. *n.* 5. *ver. & ſicut. lib.* 2. † Declara; quia præmiſſa procedunt in iis, quæ ſunt ad fauorem Eccleſiarum, & Eccleſiaſticorum; ſecus ſi in odium. Caſtr. *d. conſ.* 187. *col. pen. ver. ſecunda ratio. lib.* 2. Vide, *Epiſcopus habet iuriſdictionem in loco exempto ſuæ diœceſis, & quando. Concl.* 242. Vide, *Exempti in quibuſdam locorum ordinariis. Concl.* 561.

Exhæredatio filiorum ex quibus cauſis fieri poſſit. Concluſ. 577.

QVATVORDECIM † ſunt cauſæ, ex quibus licitum eſt patentibus exhæredare filios, *auth. vt cum de appell. cognoſ. §. aliud quoque capitulum. collat.* 8. vbi gl. *in ver. eſſe decernimus.* vbi, quod ſedecim cauſæ ſunt, ex quibus filius poteſt exhæredare patrem, ſeu parentes, vide plene Iaſ. *in auth. non licet. C. de lib. præter.* † Amplia, quia in tantum vna ex 14. cauſis debet adeſſe, vt non ſufficiat alia cauſa, quæ non ſit de 14. expreſſis. Bart. *conſ.* 20. *Factum ſic ſe habet. col. fin. n.* 7. *lib.* 1. Rom. *conſ.* 185. *n.* 7. vbi, quod mater nõ priuatur ſucceſſione filii, licet eiuſdem filii cadauer ſpoliauerit, quia licet ſit atrox cauſa, tamen non eſt de expreſſis, & extra cauſas expreſſas non reuocatur licita donatio, neque fit exhæredatio. † Extende, quia imo etiam debet exprimi, quia non ſufficit cauſam adeſſe, niſi exprimatur. Bart. *d. conſ.* 20. *n.* 7. *lib.* 1. † Imo neque expreſſio in genere releuat, vide, vt infra *n.* 33. *in ver. Limita.* † Declara hoc vltimum, vt per Alex. *d. auth non licet. C. de liber. præter.* vbi ponit multos caſus, in quibus bona eſt exhæredatio non expreſſa cauſa, & dicit * communem ibi Iaſon. † Declara; quia licet mater hæres, * quæ ſpoliauit cadauer defuncti filii exhumando, non priuetur hæreditate, & ſucceſſione; tamen punitur, ſi cum armis, pœna capitali, ſi ſine armis, in metallum damnatur. Roman. *conſil.* 185. *n.* 8. *ver. dum autem.* † Et exhæredatio valet ex alia cauſa, quam ex quatuordecim, quando illa cauſa diuerſa eſt maior. Alexan. *conſ.* 203. *Super. n* 6. *lib.* 2. Marſil. *ſing.* 78. *Plures ſunt cauſæ.* Iaſ. *in d. authent. non licet. C. de lib. præter. n.* 6. *& ſeq.* vbi de * communi Felin. *in c. paſtoralis. nu.* 2. *de reſcript.* plenius Clarus *in teſtamentum. q.* 41. *n.* 2. † Et quod filius poſſit exhæredari, ſi contra patriam venit, vel ſit homicida, vel in caſu homicidii committendi. Boſſ. *de bonor publicat. n.* 30. vbi, quod iſtæ cauſæ tanquam maiores ſufficiunt. † Imo ex ſimili cauſa valet exhæredatio. Alex. *conſil.* 203. *n.* 6. vbi poſtill. in *ver. ſimiles*, dat concord. *lib.* 2. Iaſ. *in d. authent. non licet. nu.* 6. *& ſeq. C. de liber. præter.* vbi de * communi. Felin. *in d. c. paſtoralis. n.* 2. *de reſcript.* & * communem dicit Alex. *d. authent. non licet. n.* 4. † Extende; quia æquiparantur iſta duo, ex quibus cauſis poteſt feudatarius priuari feudo, ex eiſdem cauſis poſſunt filii à patre exhæredari, & è conuerſo; & ideo ſicuti cauſæ priuationis feudatarii extenduntur ad ſimiles; ita etiam cauſæ exhæredationis. Alexan. *d. conſ.* 203. *Super themate n.* 6. *ver. quinimo. lib.* 2. vbi etiam ponit aliud ſimile de reuocatione donationis ex *l. fin C. de reuoc. don.* vt extendatur etiam ad cauſas ſimiles in dicta lege non contentas. † Luxurioſa vita filiæ eſt legitima cauſa, vt pater illam poſſit exhæredare. Bald. *conſ.* 253 *Filiafamiliæ. lib* 2. vbi dicit probari debere per hæredes, & quod fama publica ſufficit, & probatio, quod paſſim iuuenes ad iuuenculam accedebant. † Secus in parentibus; quia mater vidua ſi committat ſtuprum, non poteſt exhæredari a filio, ſicut poſſet pater exhæredare filiam. Caſtr. *conſ.* 417. *Iſta domina. in princ. ver. nec etiam excluditur. lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam ſi non fuiſſet corrupta; quia ſit nimis arcta; quia ſufficit turpis conuerſatio. Bald. *d. conſ.* 253. *circa princ. ver. nec excuſatur. lib.* 2. † Extende; quia à pari procedunt, in honeſta vita, vel ſi vili perſonæ nobilis matrimonio ſe copulauit; quia licet matrimoniũ valeat; quia pendet à conſenſu; tamen ſi viuente patre poteſt exhæredari, quando hoc cõmiſit ante 25. annum; quia ſufficit iuſta prouocatio patris ad iracundiam, & ſic poſt mortem patris redditur indigna legato, vel magna dote, ita vt conſequi debeat dotem condignam viro vili, quem elegit. Ang. Aret. *conſ.* 74. *In caſu prædicto. nu.* 11. *& ſeq. per tot.* † Verberatio facta per filium in patrem eſt ſufficiens cauſa exhæredandi filium. Bald. *conſ.* 112. *Punctus. quæritur. lib.* 5. Alex. *d. conſ.* 203. *Super themate. in pr. lib.* 2. † Cõuerſatio filii cum inimicis patris eſt ſufficiens cauſa exhæredandi filium, ideo ſi filius fecit amicitiam cum illis, qui verberarunt patrem, poteſt exhæredari. Bald. *conſ.* 112. *n.* 2. *ver. ſuper ſecundo. lib.* 5. *& n.* 7. *ver. ſuper octauo.* vbi idem, ſi conuerſatus eſt cum inimicis aſſociando, vel cohabitando. † Declara; quia ad hoc, vt conuerſatio filii cum inimicis patris ſit ſufficiens cauſa exhæredandi, debent eſſe inimicitiæ graues, & quaſi capitales. Bald. *d. conſ.* 112. *n.* 6. *verſ. ſuper ſeptimo. lib.* 5. † Amplia; quia filius, & filia non poſſunt exhæredari, ſi nubant ſine patre, quando nubunt perſonis honeſtis. Riminal. Iun. *conſ.* 133. *per tot.* vbi videatur. † Et æquiparatur inhoneſta vita filiæ ante 25. annum, & ſi nubat vili perſonæ ſine patre, vel ſpurio, ſi ipſa eſt nobilis, ideo viuente patre poteſt exhæredari, & mortuo patre deber habere ſolum illam dotem, quæ ſit cõdigna viro vili electo. Ang. Aret. *conſ.* 74. *n.* 11. *& ſeq per tot.* vbi ampliat etiam ſtante ſtatuto, quod dos data vni ſorori debeatur alteri; quia recipit paſſiuam interpretationem. † Contrarium, quod ſimplex inobedientia in contrahendo ſine licentia patris non ſufficiat pro exhæredatione. Rim. *d. conſil.* 133. vbi hanc tuetur. † Amplia; quia neq; filius poteſt exhæredari, licet pater inſtituat piam cauſam, vel Eccleſiam, *c. quicunque.* 17. *quæſt. fin.* late Roman. *conſ.* 364. *Dum ſecundo. num.* 2. Vide, *Legitima filiorum non recipit grauamen, & quando ſecus. Concluſ.* 187. *num.* 3. 4. *& ſequent.* † Declara; quia procedit quoad legitimam tantum. Vide, *Legitima filiorum non recipit grauamen. d. concluſ.* 187. *n.* 24 *ver. amplia in tantum.* † Extende; quia ſi quis vult eleemoſynam facere, ſic faciat, vt ſecundum numerum filiorum Chriſtus, & Eccleſia pro vno filio inter alios computetur. *cap. ſi quis iraſcitur.* 13. *quæſt.* 2. Roman. *dict. conſil.* 364. *num.* 3. *ver. Quamobrem.* † Amplia; quia atrox iniuria verbalis eſt ſufficiens cauſa exhæredationis, prout ſi publice dixit filius patri, quod erat proditor. Alexand. *conſ.* 203. *Super themate lib* 2. *in princ.* † Idem, ſi publice appellauit patrem ſuum ſtultum. Curtius Iun. *conſil.* 48. † Et quæ dicatur atrox, ſeu grauis iniuria, Alexand.

*d.cons.*203. *Super themate.* §. *& seq lib.*2. vbi *n.*1. loquitur relatiue allegans plures, postea dicit, quod præter homicidium, & membri mutilationem committitur arbitrio iudicantis, & consideratur qualitas pœnę. Item mos regionis. Item an in foro, vel in theatro,
27 aut loco publico, vel priuato. † Amplia; quia filius potest exhæredari, si non redimat patrem captiuum. *Auth. si captiui. C. de Episc. &*
28 *cler.* † Extende, vt procedat etiam in excarceratione pro debito ciuili, & tali casu filius etiam minor 25. annis, dummodo maior 17. non indiget alia solemnitate, neque restituitur in integrum.
29 Castr. *cons.*52. *an fin. ver. tertium. lib.*2. † Amplia; quia filius per conuersationem cum veneficis, videlic. fabricantibus venena mala, potest exhæredari; quia est quid flagitiosum. Alex. *d.cons.*203. *n.*4. *ver. nam venena. lib.*2. vbi, quod debet in ꝓbatione addi venenum
30 malum ad exclusionem boni, quod fit pro medicamẽtis. † Limita, seu declara; quia sola expressio patris facta de causa exhæredationis non sufficit, nisi probetur per hæredem. Ang. Aret. *cons.*79.
31 *n.*12. *& seq. ver. nec obstant allegata.* † Limita, quando filius pœnituit, & petiit veniam; quia non potest exhæredari. Rim. Iun. *cons.*133.
32 *n.*24 *lib.*2. † Limita; quia causa, vel turpitudo generalis, & non expressa in specie non releuat, puta, si pater dicat, *Titio filio meo viro baldo non lego, nisi decem, & plus petere non possit*; quia non est sufficiens causa exhæredationis. Ang. Aret. *d.cons.*79 *n.*12. *& seq ver. nec obstant.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Exhæredatio facta non expressa causa annullat testamentum Concl.578.

1 TESTAMENTVM † ipso iure redditur nullum, si pater exhęredauit filios aliquos nulla expressa causa exhęredationis, licet alios filios hæredes instituerit; & ideo omnes succedent æqualiter ab intestato. Bald. *cons.*395. *Nobilis & sapiens in princ. lib.*1. *auth. vt cum de appell. cognos.* §. *aliud quoq;*. Castr. *cons.*171. *Visa, & pen-*
2 *derata col.*3. *ver. Item non obstat. lib.*1. † Nominatim debet fieri exhæredatio, alias in dubio est pro non exhæredatione pronuncian-
3 dum. Menoch. *cons.*3. *n.*8. qui multos citat, *lib* 1. † Restringe tamẽ; quia licet causa debeat exprimi, non tamen qualitas causæ; ideo si pater exhæredat filium; quia conuersatus est cum inimicis patris, non requiritur expressio inimicorum; & si exhæredauit; quia patrem verberauit, non requiritur expressio verberum; quia ista poterunt probari. Bald. *cons.*112. *Punctus. quæritur. per tot.* maxime *n.*5. *ver. super sexto lib.*5. imo non requiritur specificatio loci, vel temporis in expressione causæ, licet hæres teneatur probare, ad hoc, vt habeat locum exhæredatio. Bald. *cons.*89. *Proponitur, quod. lib.*5.
4 † Idem est de persona; quia licet nomen proprium non exprimatur; tamen sufficit expressio per qualitates, vel nomina appellatiua. Menoch. *cons.*3. *n.*27. *& seq. lib.*1. & quando pater habet vnicum filium, & dicit, filium meum exhæredo, dicitur facta nomi-
5 natim; secus si plures haberet. Menoch. *cons.*206. *n.*18 *lib.*2. † Declara; quia si est dictum, *filios meos exhæredo*, valet, licet nomina non exprimat; secus, si diceret, *liberos meos*; quia est generalis loquu-
6 tio. Bart. *cons.*21. *n.*1. *lib.*1. † Non tamẽ refertur exhæredatio ad eũ, quem testator viuere ignorabat. Rom. *cons.*438. *n.*8. vbi late, quos comprehendat clausula generalis, an primi, & secundi gradus fi-
7 lios. † Amplia; quia non sufficit, quod pater relinquat certũ quid filio iure institutionis, & mandet illũ plus petere non posse; quia si non exhæredauit expressa causa, non potest valere exhæredatio; igitur habebit supplementum legitimæ. gl. *in l.*3. §. *ante hæredis. ff. de lib. & posth.* rex. *in auth. non licet.* vbi omnes, *C. de lib. præter.* maxime Ias. *col.*1. Bart. *in l. liberi. C. de inoff. testam. Instit. de exhæred. liber.* §.2.
8 † Limita; quia si testamentum, in quo est facta exhæredatio, non expressa causa, habet clausulam codicillarem, filius exhæredatus succedens ab intestato, retenta legitima, tenetur restituere aliis institutis ex fideicommisso. Bald. *d.cons.*395. vbi dicit in fin. hanc
* esse * veriorem opinionem, *lib.*1. Vide, *Clausula codicillaris operatur*
☞ *multa. & quando secus. Concl.*292. † Contrarium tamen dicit tenere
9 gl. *in auth. ex causa. C. de lib. præt.* & quod quasi omnes Doct. antiqui ita tenuerunt, & ex modernis Oldra. Riccard. Malumb. & Guil. de Cun. quos refert Bald. *d.cons.*395. vbi recitat rationes ita tenen-
10 tium, licet Bald contrariam dicat veriorem, *lib.*1. † Limita; quia valet exhæredatio post institutionem, quando non pendet à voluntate alterius, veluti si quis instituat filium ex primo matrimonio, & secundum ex secundo, cum onere iuncto, quod soluat filius ex secũdo omnia debita testatoris versus matrem ipsius instituti. Bald. *cons.*208. *Punctus. pater. lib.*5. vbi, quod saltem valet onus in vim clausulæ codicillaris, in eo, quod est supra legitimam
11 ex restitutione fideicommissi. † Limita; quia testamentũ est nullum, in quo pater exhæredauit filium sine causa, quando filius dicit de nullitate; secus si filius approbet testamentum. Menoch. *cons.*78. *in fin.* vbi dicit veriorem. *lib.*1. † Limita, quando filio non
12 debetur legitima, vt quia statutum tollit legitimam. Menoch. *d. cons.*78. *n.*28. *lib.*1. † Limita in testamento militis; quia si scit se ha-
13 bere filium, vel alium extraneum instituit, censetur exhæredasse filium, & valet exhæredatio. *l. fi. de her. inst.* secus, si miles ignorasset se habere filium. Rom. de vtroq; *cons.*370. *In proposita. circa fi. n.*
4. *ver. nam si contrarium.* Vide Concl. prox. præced. & prox. seq.

Exhęredatio filiorum debet fieri nominatim, & qualiter, vt valeat. Concl.579.

EXHÆREDATIO † filiorum debet fieri nominatim, *l.*1. *ff. de*
1 *lib. & post.* & ratio est, vt sit certa; ideo si testator habet vnicum filium, sufficit, si sic fiat; *filium meum exhæredo*; quia necessario est certa; quia ad vnicum potest referri. Bart. *cons.*83. *Vt dixit. in fi. lib.*2.
2 *versic. sicut in simili.* † Contrarium, quando vnicus esset filius, cum exhæredatio facta de filiis semper sit specialis; quia ad vnum solum referri potest. Bart. *cons.*21. *Vt dixit. in fi. lib.*1. vbi addidi. †De-
3 clara; quia nominatim dicitur, dummodo fiat specialis mentio; vnde non sufficit generalis mentio, veluti si dicat; *liberos meos exhæredo*; quia redditur incerta, ex quo potest referri ad nepotes, & alios descendentes; sed si dicat; *filios meos exhæredo*; sufficit; quia est specialis, & certa, & non requiritur individua mentio; prout, *Titium & Seium filios exhæredo.* Bart. *cons.*21. *Vt dixit. num.*2. *ver. nam filij.*
*lib.*1. Menoch. *cons.*106. *n.*18. Vide, *Derogatio legibus, & aliis in genere*
*facta non sufficit, & quando secus. Concl.*216. † Amplia in tantum, ex-
4 hæredationem, & institutionem filiorum debere fieri nominatim, vt si pater instituat, vel exhæredet filiam, quæ nascetur, & intrauerit monasterium, si nascatur posthuma, quæ non intrat monasterium, non dicitur esse ista, quæ est instituta, vel exhæredata; quia non habet qualitates requisitas. Bart. *in l. si pater. C. de instit. & substit. sub cond. facit.* plene in simili Angel. Aret. *cons.*31. *Viso supradicto. n.*13. *ver. sed in casu nostro.* Vide, *Qualitas diuersa quando actum di-*
*uersum reddat. Concl.*401.

Exhæredationis causa debet probari, & qualiter, & an ex bona, vel mala mente præsumatur facta. Concluſ.580.

CAVSA † exhæredationis legitima expressa debet probari
1 vera, ad hoc, vt valeat exhæredatio, alias potest filius exhæredatus agere querela inofficiosi, & obtinebit, si causa nõ probetur. Bald. *cons.*112. *Punctus, quæritur. n.*1. *lib.*5. Menoch. *cons.*207. *n.*34.
* *lib.*3. infinitos citat, & de * communi Masc. *Concl.*714. *Exhæredatio.*
*n.*9. *& seq.* vbi pro vtraq; parte & hanc tuetur. † Declara; quia licet
2 pater plures causas exhæredationis exprimat; tamẽ sufficit, quod
* vna probetur. Bal. *d. cons.*112. *n.*2. *ver. super secundo. lib.*5. & * communem dicit Masc. *d. concl.*714. *Exhæredatio. n.*19. vbi plures citat. Amplia; † quia licet pater exhæredans non teneatur specificare lo-
3 cum, & tempus causæ, tamen hæres tenetur specifice probare locum, & tẽpus, & alias circũstantias. Bald. *cons* 89. *Proponitur, quod.*
*lib.*5. *per tot.* maxime *in fi.* † Amplia in tantum probandam esse ex-
4 hæredationem præcilam, & causam illius, vt etiam testes pauci, quãdo plures haberi possunt, vel testes de auditu auditus, quando de veritate haberi possint, non sufficiãt. Menoch. *d. cons.*207.
*n.*35. *& seq lib.*3. † Et an exhæredatio præsumatur bona mente, vel
5 mala mente facta, & si plures causæ sunt expressæ, sufficiat vnam probare, & multa alia ponit Masc. *d. concl.*714. quem videas. Vide, ☞
*Causæ plures quando requirantur, vel vna sufficiat. Concl.*143.

Exhæredatio in institutione an se extendat ad substitutionem. Concl.581.

EXHÆREDATIO † facta in testamento, & gradu institutio-
1 nis se extẽdit etiam ad gradum substitutionis; quia qui arguit primum testamentum principale, etiam à secundis tabulis in eo contentis repellitur. Oldr. *cons.*16. *ver. ad secundum.* † Extende; quia
2 exhæredatio filii inter plures gradus posita, tam ad præcedentes, quam ad sequentes refertur; ideo exhæredatus inter institutos, & substitutos, dicitur quoad institutionem, & substitutiones exhæredatus. Rom. *cons.*438. *In casu. in prin.* vbi plena apost. dat concor.
3 † Amplia in impugnante primum testamentum principale; quia excluditur etiam à substitutione in eo facta, *l. post legatum. §. qui*
principale ff. de iis quib. vt indig. Oldr. *d. cons.*16. *In secunda quæst.* † Am-
4 plia; quia filius exhæredatus non continetur in substitutione facta; *& si omnes filij mei decesserint sine filiis. substituo tale*, quia subsisten-

tia filii exhæredati non includit etiã, ne testator videatur inconsiderantiã secũ corrigere. Rom. *d.cons.438.n.5.in fi.cum seq. vers. quoad tertium*, vbi etiam adducit; quia non est verisimile; & quia verba generalia restringuntur ex multis. † Limita; quia exhæredatio facta de filio non extenditur ad nepotem. Menoch. *cons.95.n.45.& seq.* 4 *lib.2.* † Limita; quia licet impugnans primum testamentum principale excludatur à secundo dependente; tamen secus est in eo, qui non impugnat, sed non obseruauit in aliquo dispositionem testatoris; quia pœna nõ extenditur ad omnes gradus, sed restringitur ad rem, in qua non obediuit. Oldr. *d.cons.16.qu.2.circa fi.vers. solum meo.* maxime, quando subest fauor, & verisimilitudo ex mẽte, vel verbis testatoris. † Limita, quando substituti sunt extranei, quia licet exhæredatio censeatur quoad institutiones; non tamẽ quoad substitutiones extraneorum, ne videatur testator velle extraneos propriis filiis præferre in substitutione. Rom. *consil.438.in prin. ver. huic autem conclusioni.* † Declara; quia limitatio non procedit, quando constat, quod testator in aliquibus etiam prætulit extraneos suæ posteritati. Roman *d.cons.438 num.2. ver. sed ad hoc.* 6 *Vide, Exclusus semel quando semper excludatur, vel non. Conclus.433. cum Concl. sbi proxima seq.*

Exhæredatio filii non nocet nepotibus ex eo. Conclus. 582.

PAter † si iuste exhæredauit filium, licet filius nihil petere possit, & testamentum sit validum, etiam si nihil filio exhæredato, neq; nepotibus ex eo sit relictum iure institutionis; tamen, quia exhæredatio filii facit illum perinde, ac si non esset legitima, transfertur in nepotes ex eo; ideo si nepotibus nihil est relictum iure institutionis, possint ex isto capite annullare ex successorio edicto testamentum, secũdum communem * opinionem, de qua 7 Castr. *cons.171. Visa, & ponderata.n.3.ver. illud etiam.li.1.* Vide, *Legitima quibus debeatur. Concl.182.* Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Exhæredatio ex quibus censeatur remissa, vel non. Concl. 583.

PAter † exhæredans filiam ob luxuriosam vitam expresse non censetur remittere exhæredationem, licet in eodem testamento relinquat eidem filiæ iure institutionis. Bald. *cons.253. Filia familias, in fi. ver. nec obstat, quod pater. lib.2.* † Amplia; quia non censetur remissa causa exhæredationis, licet filius pluries voluerit visitare patrem sanum, vel infirmum. Bald. *cõs.112. Punctus, quæritur, in 3. ver. super nono. lib.5.* † Limita; quia ex cohabitatione, & conuersatione mutua præsumitur causa remissa per patrem filio; quia reconciliatio tollit causam præcedentem, non autem sequentem. *Bald. d.cons.112.n.4.ver. quinto dico. lib.5.* Alex. *cons.159. Viso testamento.n.11.ver. sed plus dico. lib.7.* allegat Bart. *in l.3.§ si. & l. seq. ff. de adi. leg.* & allegat multa iura ad hoc, quæ videas. † Contrarium tenet Iaſ. post alios in *l. filio, quem pater ff. de liber. & posthum. nu.5. & seq.* per illũ text. vbi clare probatur, quod p reconciliationem factã non remittitur exhæredatio facta de eo, & ita Petr. Gerard. *singul.3.* vide, quod not. Bar. maxime *n.12. & seq. ver. quid dicẽdum*, vbi dicit, quod Bart. non tenet limitationem; quia non decidit in loco allegato. † Declarat igitur Iaſ. *d. l. filio. ff. de liber. & posthum.* quod limitatio procedit, qñ pater non fecit exhæredationem solemnẽ, neq; in scriptis; quia tunc remissa censetur per reconciliationem; secus si semel exhæredauit solemniter, quia requiritur solemnis reconciliatio, & in scriptis, quæ tollat exhæredationem solemnem, & sic requiritur expressa reuocatio exhæredationis; secus, quando fuit tacita exhæredatio; quia tollitur magis de facili, & hanc declarationem expresse tenet, & tuetur Gerar. *d sing.3. per tot.* vbi latissime. † Contra istam declarationem facit; quia non potest dari distinctio de exhæredatione tacita, vel expressa; quia imo semper debet esse causa expressa in testamento, vt dicit text. in *authen. non licet. C. de liber. præt.* si igitur necessario, vt valeat, debet esse expressa in testamento, frustra distinguimus in tacita, quæ non operatur exhæredationem. † Declara igitur iudicio meo bene, secundum quod declarat apostill. ad Alex. *d.cons.159.n.11. in ver. reuocata. lib.7.* quod opinio Bar. sit verissima; quia tex. qui allegatur contra Bar. in *l. filio, quem pater. ff. de liber. & posthum.* vbi reconciliatio facta de filio cum patre non tollit exhæredationem, non facit ad casum nostrum; quia ille textus procedit de iure ff. antiquo, quo permittebatur patri exhæredare filium, etiam sine offensa, vnde dicit ille text. quod filius eo iure exhæredatus, si adoptetur, vel reconcilietur, non tollit exhæredationem; quia non constat ibi, q

ex causa offensæ esset exhæredatus, sed iure nouissimo offensa requiritur: & Bar. loquitur de iure nouissimo, quando filius ex causa iniurię, vel offensæ erat exhæredatus, non mirum, si isto casu per reconciliationem inducitur remissio offensæ, sublata offensa cessat causa exhæredationis; ergo cessat exhæredatio, ita apostilla, & iudicio meo bene. † Intelligas tamen semper declarationem 8 quoad offensam de præterito; quia offensa de futuro non põt remitti; quia aperiret viam ad delinquendum. Vide incertum authorem post regulas Soci. *reg.3. Pactum factum per patrem.* in prima limitatione. † Declarat Alexand. *d.cons.159.n.12. ver. nec obstat. lib.7.* 9 duobus aliis modis ex mente Castr. *in d. l. filio. ff. de liber. & posthum.* quos videas, & vnus modus videtur cõmuniter * approbari, quando testamentum redderetur nullum, si filius esset restitutus per amicitiam, & reintegrationem cum patre. *

Exercitoria, & exercitor quid sint. Concl. 584.

EXercitor † dicitur præpositus negociationi in nauibus, & 1 in mari, institor vero in terra. Iaſ. *in l. si institorem. ff. si cert. petat.* † Exercitor q; præpositus negociationi nauis dicitur habere mãdatũ generale ab ipso Domino præponente, & ipsum obligat solum quoad negocia exercitoria nauis; extra vero illam non obligatur Dominus pręponens. Rom. *cons.74. Miror, cur tanta, in pr.* vbi 2 apost. citat eundem Rom. *consil.338. In casu propositæ, in 3. dub.* vbi idem in officiali ad iustitiam faciendam; quia si nõ facit iustitiam, obligat præponentem ciuitatem, extra negocium iustitiæ non tenetur ciuitas. † Extende; quia non tenetur præponens magistrum 3 nauis, si ipse efficiatur pyrata, deprædator; quia mandatum generale non comprehendit delictum, neq; dolum, ex quo procurator faceret incidere Dominum in pœnam. Rom. *d.cons.74. in prin.* vbi plena apost. *in ver. non includantur.* dat concordant. † Contra- 4 rium teneri potest, quod imo præponẽs aliquem magistrum nauis teneatur de delicto commisso per eundem magistrum, *toto tit. ff. & C. de institor. § ead. ratione. in Instit. quod cum eo.* & vtrobique Dd. † Declara; quia an teneatur præponens magistrum nauis pro facto magistri, quando cum naui delinquit deprædando, distinguitur; quia si plures sunt Domini eiusdem nauis, & omnes præposuerunt magistrum nauis, omnes tenentur, si autem vnus ex Dominis præposuit; tunc ipse solus tenetur, prout in simili de seruo communi per vnum ex Dominis præposito negociationi, si delinquat, ille solus tenetur, qui pręposuit, & ita per plura Rom. *d.* 5 *cons.74. per tot.* vbi late. Vide, *Institor quis dicatur, & quando Dominum obliget, vel non. Concl.224.* Vide, *Nautæ, caupones, stabularij, tenentur pro famulis, & quãdo non. Concl.16.* † Amplia; qa ad hoc, vt exercitor nauis obliget Dominum ex mutuo recepto, necesse est, quod mul- 6 ta concurrant, alias non obligatur: primo, quod mutuans sciret pecuniam necessariam negociationi; secundo, quod illa causa fuerit mutuata; tertio, quod mutuans sciret recipientẽ mutuum esse prępositum: quarto, quod sciebat illam pecuniam esse necessariam: quinto, quod in illo loco, in quo mutuabatur, poterat prouidere necessitati negociationis, ita Alex. *cons.217. Viso quod ã, n.14. ver. confirmantur proxime dicta, lib.7.* vbi dicit de prædictis esse tex. sing. *in l. si. ff. de exercit.*

Exhibere rem, de qua agitur, qui teneantur vel non. Concl. 585.

HÆres † tenetur exhibere legatario librorũ libros ligatos, 1 ne barattẽtur interim, donec fideiubeat legatarius, si ad vitam tantum est factum legatum; imo compellitur hæres facere inuentarium de libris legatis, ita Afflict. *decis.342.* † Amplia; quia 2 obligatus exhibere non excusatur, si definit culpa sua possidere rem exhibendam, *l. vbi exigitur, in pr. ff. de edend. l. si culpa. ff. de rei vendic.* † Limita; quia licet quis teneatur exhibere libros, & alia; ta- 3 men intelligitur, si habet penes se; si vero negat habere, & offerat se paratum aperire domum suam, vt inuestigetur, sufficit. Aretin. *cons.120. Procedendo.* † Extende; quia non probatur, quod quis ha- 4 beat libros, licet testis deponat scire; quia ipse testis illos habuit, & restituit Domino; quia tractat de se exonerando. Bart. *in l. deferre. § item. ff. de iur. Fisc.* Iaſ. *in l. dictantibus, n.6. C de testam.* † Et pariter 5 non crederetur testi procuratori partis petentis exhiberi propter affectionem ad causam, *cap. fin. de testib. in 6.* vbi Anchar. & Gemin.

Vide, *Editio de quibus debeat fieri, vel non. Concl.41.* Vide, *Interdictum de tabulis exhibendis quas exceptiones admittat, vel non. Conclus.282.*

* * *

Exigere quid importet. Concl. 586.

EXIGERE † importat ab inuito extorquere, *l. fideicommissa. §. serem. ff. de leg. 1.* Cuman. *cons. 24. Testator filio n. 3. ver proparte.*

Eximens captum qua pœna puniatur. Concl. 587.

1 EXIMENS † captum de manibus birruariorum puniri debet eadem pœna, qua puniri criminaliter potuit, & debuit exemptus. Anchar. *cons. 340. Viso themate. in fin.* qui loquitur in carcerato, vel carcerando, quem quis procurat, vt fugiat. Alex. *cōs. 35. lib. 2. incip. Viso themate, n. 4.* vbi latissime de multiplici pœna eximētium captos, & Ias. *in l. 3. §. quod Prætor, n. 12. ff. ne quis eum, qui in ius vocat.* Marsil. *in prax. in ver. attingam, n. 49.* vbi plures citat. Vide plene Guid. Pap. *decis. 579 per tot.* vbi, quod tenet ad interesse patri, qñ causa est ciuilis, & Fisco in pœna corporali arbitrio iudicis, & si ex carcere, lege Iulia maiestatis. vide Bartol. *in l. 4 ff. ad leg. Iul. maiest.* Guido Pap. *cons. 211. in fin.* incip. *Iuxta materiam processus.* pleniusIas. *in §. pœnales, Instit. de act.* maxime *nu. 92. & seq.* latius Farinac. *qu. 30.*

2 *num. 92. & seq.* vbi plenissime, latius *quæst. 32. in princip.* † Amplia; quia puniri potest tanquam turbans iurisdictionem iudicis vltra pœnam ordinariam, vt teneatur ad tantundem, quantum exemptus, possit etiam secundum casum puniri pœna vltimi supplicii, quādoq; vel pœna corporali, aut pecuniaria, de quo plene Alex.

3 *cons. 35. n. 4. lib 2.* Bald. *in l. addictos, in fin. C. de Episc. audien.* † Amplia; quia eadem pœna punitur præstans auxilium ad euadendum delinquenti, ne capiatur, quia puniretur præstans opē ad maleficiū.

4 Ang. de Perus. *in l. quicunq; n. 6. de seru. fugit.* † Amplia; quia etiam eximens seipsum de manibus familiæ incidit in pœnam mortis; quia puniri debet, prout fugiens de carcere fracto, vel rupto. Iul. Clar. *in §. fi. q. 29. num. 5. ver. Quæro etiam.* vbi, quod mitius punitur; quia nō violauit carceres, maxime, quando id fecit sine armis; sed si cum armis, puniri debet, prout resistens capturæ, & quod puni-

5 ri debeat Farinac. *q. 32. n. 23. & seq.* † Declara; quia quædam mulier eximens virum non fuit condemnata, neque absoluta, sed dimissa, vt non molestetur, donec per Senatum aliud determinare-

6 tur, ita Iulius Clar. *d. §. fin. quæst. 29 num. 5.* † Contrarium, & plenius examinat Boss. *tit. de captura. nu. 19. & seq.* vbi quod punitur pro-

7 ut alius, & pluta adducit. † Amplia; quia etiam si detentus pro debito ciuili, vel captus eximatur, tenetur eximēs ad debita, ad quæ

8 tenetur exemptus. *l. 2. C. de exacto. trib. lib. 10.* † Vide; quia eximens captum de manu Iustitiæ, etiam si sit pro debito ciuili captus, laqueo suspēdi potest, imo in frusta scissum fuisse in Ciuitate Neapoli, dicit Clar. *§. fin. q. 68. nu. 10.* vbi alia exempla ponit, quia Me-

9 diolani fuerunt suspensi eximentes. † Extende; quia ille text. in *leg. 3.* est singularis ad hoc, quod licet exemptus iterum capiatur; non tamen liberatur ille, qui semel aufugere fecit. Iaso. in *repet. l.*

10 *admonendi. nu. 165. ver. sed tu aduerte. ff. de iureiuran.* † Extende; quia non solum habent locum in eximente detētum, vel captum, sed etiam in eo, qui occultauit debitorem, ne caperetur; quia tenetur ad omnia damna, & interesse & debita occultati. Salyc. *in l. fi. C. de oper. liber.* & ibi Rain. quem citat Salycet. & partificat idem, si de-

* nunciat, vt fugiat, & veriorem * dicit Ias. *in l. 1. §. is videtur. n. 18. ff. si*

11 *quis ius dic. non obtemp.* † Contrarium tenet Bald. *d. l. fi. C. de oper. libert.* vbi, quod non procedit, nisi quando vi eximitur; quia est speciale in illis casibus, & eum sequitur referendo Alexand. ad Bartol. *in d. l. 3. C. de exact. tribut.* & ita videtur etiam tenere Boer. *decis. 215. nu.* 4. quod sit differentia, an sit custos delinquens consulendo ca-

12 ptum, vel detentum, an vero secus sit in non detento. † Declara; quia imo non est speciale; quia saltem tenebitur per edictum, *de eo, per quem factum fuit.* quod edictum non requirit exemptionem, neque violentiam. Ias. *in l. 1. §. quod prætor, num. 7. & 8.* vbi allegat Salycet. Castrens. Fulgos. & alios. *ff. ne quis eum.* & ita etiam tenet Boer. *decis. 255. num. 13.* dum allegat illa iura in argumentum in quocunque & veriorem Salyceti opin. dicit Iason *d. l. 1. §. is vide-*

13 *tur. n. 18. ff. si quis ius dic. non obtemper.* † Extende; quia is, qui est causa, quod debitor meus aufugiat, tenetur mihi ad totale interesse. Io. de Anan. *cons. 53. in fin.* Ias. *in d. l. 1. §. quod prætor. n. 8. ff. ne quis eum.*

14 Anchar. *cons. 340. Viso themate, in fin.* † Extende, quia fuga Notarii, qui fabricauit falsum Instrumentum, non probat cōtra eum, qui produxit, vel vtitur instrumento falso præsenso, nisi vtens procu-

15 rasset fugam Notarii. Boer. *d. decis. 255. n. 13.* † Extende; quia licet consulens non obligetur ex consilio; si tamen consilium est ad delictum, & sequatur delictum, tenetur in subsidium ad omnia damna, si non est soluendo is, qui deliquit, singulare dicit Ias. *in l.*

16 *ex hoc edicto. ff. si quis ius dic. non obtemper. num. 2.* † Amplia; quia eximentes detentos per potestatem, etiam pro causa Ciuili dicentes, *Venite connoi, se douerete pagare niente, pagaremo noi,* id est: *Venite nobiscum, si quicquam soluere debebitis, nos soluemus.* possunt puniri pœna eximentium per officialem pro defensione suæ iurisdictionis. Alex. *cons. 35. Viso themate. n. 4. ver. circa secundum, lib. 2.* sequitur Alex. Ias. *in l. 3. §. quod prætor, n. 12. ff. ne quis eum qui in ius,* vbi plura. † Am- 17
plia; quia offendens captum bannitum, qui alias offendi poterat impune, puniri debet pœna l. Iuliæ maiest. Bartol. *in l. 3. transfugas. ff. ad leg. Cornel. de sicar.* vbi arguit de capto ad carceratum. Feli. *in c. cum iuramento. de homicid.* † Contrarium, quod imo possit impune 18
offendi, tenet Dyn. *in l. in laqueum. ff. de acquir. rerum dom.* quem refert Bart. *in d. l. 3. §. transfugas. ff. ad l. Cornel. de sicar.* quod non puniatur pœna ordinaria; qui interfecit bannitum. † Declara; quia ca- 19
ptus à priuato potest impune offendi; captus vero à iudice nequam. ita Alex. in apost. ad Bart. *d. l. 3. §. transfugas. ff. de sicar.* vbi dicit ita tenere Bald. *in l. addictos. C. de Episcop. audien.* † Declarat aliter la- 20
son ex mente Ioan. Fabri, *in §. pœnales. Instit. de actio. n. 107.* vt procedat in captis ab Imperatore; secus, si ab aliis inferioribus capti sint; quia non incurrunt pœnam læsæ maiestatis offendentes capros. † Declara etiam, vt per Apostil. ad Iason. *d. §. pœnales. nu. 107.* 21
vt procedat pœna legis læsæ maiestatis solum, quando esset captus reus læsæ maiestatis, & interficitur, alias secus, & quod ita debet intelligi text. quem allegat Bart. contrarium Prosper. Farinac. *q. 32. in pr.* vbi, quod est pœna læsæ maiestatis contra eximentes. † Videas omnino Farinac. *q. 29. n. 12. & seq.* vbi loquitur in of- 22
fendente habentem saluum cōductum, vt si offenditur ad mortem, sit pœna læsæ maiestatis, si non moritur; secus est; quia pœna est arbitraria; & hoc, quando non habet à principe saluum conductum; si vero habet à Principe, distinguitur; quia si offenditur ob iniuriam Principis, incurrit læsam maiestatem; si vero ob odium priuatum, arbitraria pœna est, & quid in eximente captum *q. 32. per tot.* † Et an possint exequutores interficere capiendum, 23
qui non patitur se capi, vide Fel. *in c. cum iuramento. de homicid.* qui ad hoc alleg. Ang. quod sic, & plene Iul. Clar. *in praxi. §. fi. q. 29. in pr.* † Non tamen possunt interficere eum, quem ducunt ad mor- 24
tem, si fiat eis violentia, vt eximatur, vt dicit idem Fel. vbi supra, nisi habeant ad hoc licētiam expressam, licet ipse dubiter de hoc. † Imo; quod pœna mortis puniri debeat eximens captum de ma- 25
nibus iustitiæ, & executorum, Iul. Clar. *d. §. fi. q. 29. n. 3. ver. eximens.* vbi se refert ad plenius *q. 68. ver. eximens.* † Amplia; quia potest iu- 26
dex ponere edictum cum præmio capientibus eum, vt ipse eximit, & non potest capi, quando delictū est atrox. Iul. Clar. *in d. §. fi. q. 29. n. 6. ver. sed quid si.* † Amplia; quia imo eximens reum confes- 27
sum, vel cōuictum punitur pœna criminis læsæ maiestatis. *l. 4.* vbi Bar. *ff. ad leg. Iul. maiest.* Ias. *in §. pœnales, n. 104. Instit. de act.* plene Gigas *tract. de crimin. læsæ maiest. lib. 1. q. 58.* Marsil. *singul. 273. n. 15.* Ang. * *de malefic. ver. quod fama, n. 55.* & hanc magis communem * opinio- 28
nem dicit Clar. *§. fin. d. q. 68. n. 10.* vbi plures citat. † Contrarium, quod ille tex. *in l. 4. ad l. Iul. maiest.* habeat locum, & debeat intelligi, quando reus erat confessus, & captus ex causa læsæ maiestatis; quia tunc eximens illum eadem pœna tenetur, ita glo. *in d. l. 4. in ver. reum.* plene prosequitur Apost. ad Ias. *d. §. pœnales. n. 107. ver. adde. quad, insti. de actio.* vbi, quod hæc est opinio benignior, & secundum præmissa, vt lex cēseatur loqui semper de materia, quæ congruat titulo. † Restringe per Ias. *in d. §. pœnales. n. 107.* quādo est Cu- 29
ria Principis; secus, si est curia inferioris, & dicit esse auteam limitationem, si est vera. † Amplia, quia faciens resistentiam Curiæ, & 30
exequutoribus habentibus mandatum iudicis de capiendo pōt interfici, si resistat acriter, & de facto. & aliter nō possit capi, quod declara, vt plene *in ver. Capitra qualiter cōmittenda. & de pœna resistentis. Concl. 68.* † Limita; quia eximētes captum à priuato homine, li- 31
cet esset bannitus captus, vel homicida, & delinquens; nō tamen puniri debent eadem pœna, qua exemptus puniri debuisset, sed pœna arbitraria, nisi probaretur, quod sciuerint eximentes captū esse homicidam, vel bannitum; quia ignorantia præsumitur. Signo. *cons. 134. In quæstione. per tot.* † Extende, etiam si extet decretū 32
principis, quod delinquentes possint capi à priuatis, & q̄ dantes auxilium delinquenti puniantur eadem pœna, prout Mediolani; quia illa verba intelliguntur de auxilio in actu delicti, & à scientibus, secus si ignorent, prout præsumitur. Signor. *cons. 134. per tot.* † Limita; quia eximens captum iniuste etiam dē carcere, quando 33
male tractabatur ab officiali, vt quia senex, vel infirmus, & pro paruo debito ciuili, & tenebatur in cippis, & ad frigus tempore hyemis, non punitur; quia is pōt eximi etiam fracto carcere, etiam conuocatis hominib. ad hoc, vide Ias. *cons. 20. col. pen. ver. circa secundum lib. 3.* † Extende; quia eximens captum iniuste nō mere- 34
tur pœnā Iul. Clar. *in prax. §. fi. q. 29. n. 4.* vbi dicit cōem * opinio- *
nem, late Rom. *cons. 320. Nec illorum. in fin.* allegat *l. 1. §. Offilius, cum seq. vsque ad §. fi.* & ibi apost. *in ver. eximere,* dat multos conc. & hoc, vt libertati faueat. † Extēde; quia eximens captū per iudicē, post- 35
quam

quam appellauit in causa ciuili, non meretur pœnam. Iaſ. *in d.* §. *penales. n.* 108. *Inſtit. de actio.* † Extende, quia omnibus caſibus, in quibus iudici poteſt de facto reſiſti, poteſt etiam captus eximi. Vide, *Iudici inuliter procedenti, &c. Concl.* 413. † Declara, ſeu limita; quia non habet locum hęc pœna, ſi eximatur ille, qui captus erat de mandato iudicis pedanei, vel quãdo nulliter captus erat, puta de mandato iudicis delegati, vel alterius. *l.* 3. §. *ſi quis ad pedaneum. ſine quo eum, qui in ius voc. vi eximat*, quem ita declarat procedere Alex. *d. conſ.* 35. *n.* 5. *ver. nec prædictis obſtat. lib.* 2. Vide, *Carcerati auſugientes, &c. Concluſ.* 88. † Pœna eximentis captum quandoque eſt 10. librarum auri, ſi eximitur raptor; quandoq; eſt criminis læſæ maieſtatis, ſi eximitur cõfeſſus, & condemnatus de crimine; quãdoq; vero eſt pœna vltimi ſupplicii, quando eximitur reus maleficæ, ſeu magicæ artis. Alex. *d. conſ.* 35. *nu.* 4. *ver. interdum lex. lib.* 4. † Extra iſtos caſus eximens reum criminis punitur eadem pœna, qua exemptus teneretur; ſi vero non eſt reus criminis, eximens: tenetur de turbata iuriſdictione, ſicuti etiam tenentur fautores, conſultores, & inſtigatores. Alex. *d. conſ.* 35. *nu.* 4. *ver. in aliis autem. lib.* 2.

Exina Ciuitas, ſtatuta que, conſuetudines, & priuilegia eius. Concluſ. 588.

EXINA † Ciuitas habuit litem cum Caſtro Beluederis, & obtinuit declarari eſſe de comitatu Exino, & fuiſſe occupatum per nobiles de Buſtareto, & ſententia tranſiuit in iudicatum, ſuper quo facto Abb. *conſ.* 89. *In quæſtione. lib.* 1. conſuluit pro nobilibus, & caſtro, quod licet ſententia tranſierit in iudicatum; tamẽ poteſt reuocari, ex quo factæ ſunt probationes contrariæ; & quia ſententia cõtra ſubditos lata non nocet, neq; debet exequi contra dominum, etiam ſi ſciuit cauſam agitari.

Exorbitans quando dicatur ſtatutum, vel conſtitutio, & quando correctorium. Concluſ. 589.

CORRECTORIVM † dicitur ſtatutum, vel conſtitutio, quando corrigit ius commune diſponens contrarium directe. Cran. *conſ.* 291. *n.* 4. † Exorbitans vero dicitur ſtatutum, vel cõſtitutio, quando nõ præciſe corrigit ius commune diſponendo cõtrarium directe, ſed quando ius commune nõ diſponit aliquid, quod poſſit dici præciſe prohibitum, vel præciſe conceſſum; ſtatutum autem, vel conſtitutio præciſe diſponit ſuper hoc, & propterea dicitur exorbitans ius; quia per indirectum eſt contrariũ iuri communi, prout ſi ageretur de limitatione iuris communis; quia limitatio non eſt contraria iuri communi, ſed præter ius cõmune, & ſic ius exorbitans; ideo tale ius limitatorium tanquam exorbitans nõ extenditur. Io. de Im. *in l. ſi vero.* quam legit ſub *leg. eadem. §. de viro. n.* 11. *ver. circa ſecundum articulum ff. ſol. matr.* eſt text. *in. qua à iure cõmuni, de reg. iur. in* 6. & ibi gl. & * omnes. † Amplia; quia ſtatutum excludens aliquẽ ab agendo, ſi non ſoluerit taleas Communi, dicitur exorbitans; quia de iure communi nullus repellitur ab agendo in tali caſu. Gem. *conſ.* 62. *n.* 9. *ver. exorbitantia.* † Et multum refert, an ſtatutum dicatur cõtra ius cõmune; quia ius commune diſponit contrarium; an vero non habeat aſſiſtentiam iuris communis. Rom. *conſ.* 448. *n.* 4. *in ſi. ver. præterea ſtatutũ.* Vide, *Aſſiſtentia iuris communis licet non adſit, non tamen dicitur inducta contrarietas. Concluſ.* 540. † Exorbitantia à iure communi ſtricte tanquam interpretanda, & caſus omiſſus habetur pro omiſſo. Ioan. de Imol. *conſ.* 145. *Viſis, & diligenter, in princ.* † Pactum contrahentium exorbitans ſtricte intelligitur. Ioan. de Imol. *conſ.* 41. *per tot. & conſ.* 35. *n.* 4. † Statutum exorbitans ſtricte intelligitur. Ioan. de Imol. *conſ.* 16. *n.* 4. vbi loquitur in ſtatuto, quod poſſeſſio defuncti cõtinetur in hæredem ſine apprehenſione, idem *d. conſ.* 145. *in prin.* vbi de ſtatuto prohibente appellari, vel ſupplicari, & *conſ.* 122. *nu.* 7. *ver. pro hoc*, vbi, quid in ſtatuto, quod 10. annis præſcribatur. † Conuentio de remittendis reis eſt exorbitans; ideo ſtricte eſt intelligenda. Ioan. de Imol. *d. conſ.* 35. *nu.* 3. *ver. in contrarium.* † Declara, niſi verba ſint prægnantia, & conſtet de mente veriſimili conuentientium; quia tunc etiam exorbitantia extenduntur, vt eius mixtus contineatur ſub ſimplici. Ioan. de Imol. *d. conſil.* 35. num. 12.

Expectantium diuerſæ formulæ, & ſpecies, & quæ. Concl. 590.

EXPECTATIVA † quandoque conſueuit concedi ad primum beneficium vacaturum, & hæc forma; quia non includebat, niſi vnicum beneficium primo vacaturum, conſumebatur, ſiue expectans obtinuiſſet, ſiue non ex negligentia ſua. *c. ſi clericus, primo reſponſ. de præb. lib.* 6. Gem. *conſ.* 108. *in princ. ver. ſed antequã.* † Alia eſt expectatiua ſecundum ſtylum hodiernum Curiæ, quæ datur ſuper vacaturis beneficiis in plurali pro vno, quod expectãs duxerit acceptandum, & hæc eſt vberior gratia; quia includit nedũ primum, ſed centeſimum vacaturum, quod duxerit acceptandum. Gem. *conſ.* 108. *in princ. ver. quandoque Papa.* † Alia eſt forma, per quam quis creatur Canonicus ſub expectatione præbendæ, & ſi primam præbendam negligebat acceptare, perdebat reſcriptum, ſed tamen poterat acceptare aliam præbendam nemini debitam, non vigore reſcripti, ſed ex diſpenſatione iuris cõmunis, quæ habet, quod Canonicus non ſit ſine præbenda. *d. c. ſi Clericus. 2. reſponſ. de præb. in* 6. Gem. *d. conſ.* 108. *in princ. ver. ſi tamen Papa.* † Alia eſt, quæ confert vnum, duo, tria, aut plura beneficia vſque ad ſummam certam, & hæc forma non comprehendit infinitatẽ beneficiorum, ſed numerum expreſſum, & duo alia, quæ veniũt ſub illo verbo, & plura, Bald. *conſ.* 342. *Caſus talis. lib.* 5. Vide, *Plures numerus vno non contentatur. Concluſ.* 367. † Forma erat tempore Eugenii IV. quod deberet expectans intra menſem à die vacationis acceptare, & poſtea intra 3. menſes ſuam acceptationẽ, & proviſionem publicare. Abb. plene *conſ.* 99. *Illud in præſentiarũ, per tot. lib.* 1. vbi, qualiter debeat fieri iſta publicatio; quia ſi nõ fiat gratia, & acceptatio eſt nulla. † Expectatiua ſolet concedi ad incerta beneficia, non de certo beneficio; quia daret votũ captandæ mortis, ſed bene Papa, ſi vult, poteſt concedere. Affl. *dec.* 292. *circa fin.* † Amplia; quia Rex poteſt dare expectatiuam ad feudũ certum vacaturũ per mortem feudatarii; quia licet adeſſe poſſit votum captandæ mortis; tamen iſtud eſt præter intentionem regis. Affl. *d. dec.* 292. vbi, quod talis expectatiua eſt irreuocabilis ſine cauſa, ſed cum cauſa poſſet reuocari. Alia eſt in forma pauperum, & quæ beneficia capiat infra, *Concluſ. prox. ſeq.* Alia eſt in ſpecie, & multiplex, de qua Expectatiua in ſpecie, quę dicatur, *Concl.* 596. Alia eſt in genere ad primum vacaturum, vt infra, *Expectatiua ad primum, &c. Concluſ.* 599.

Expectans in forma pauperum quæ beneficia capiat, vel non. Concl 591.

EXPECTATIVA † in forma pauperum habens clauſulam, *etiãſi animarum curã ſit annexa*, operatur, quod expectãs capit curatum, etiam ſi nõ ſit in ordinibus ſacris, nec defectus ordinum ſit expreſſus. *c. ſi pro Clericis, de præb. in* 6. Lap. *alleg.* 80. *Innocentius Papa. n.* 1. *ver. pro declaratione.* † Amplia, vt idem ſit in beneficio Sacerdotali, quãdo ſtatutum non diſponit, quod debeat eſſe actu Sacerdos, ſed quod intra tantum tempus debeat promoueri; ſecus, ſi ſtatutum requirit Sacerdotium actu; quia non caperet, niſi ſit expreſſe derogatum. Lap. *d. alleg.* 80. *n.* 1. *ver. item ſi habeat annexum.* † Limita; quia gratia in forma pauperum non capit Hoſpitale. Lap. *d. alleg.* 80. *n.* 1. *in fi. ver. item in hac forma*, & idem dicit Gemin. *conſ.* 107. *in fi. ver. circa ſecundum*, vbi generaliter loquitur, quod in gratiis expectatiuis nõ includuntur Hoſpitalia, etiam ſolita dari in beneficium, ſi de eis non eſt facta mẽtio. † Expectatiua in forma pauperum communiter in Italia reſtringitur ad certam ſummam taxatam, puta 30. ducatos in non curatis, & 50. in curatis. Lap. *d. alleg.* 80. *n.* 2. *ver. item ſcias*, & datur de facto 1. menſis ad acceptandum, vt ibi dicitur. Vide Concluſ. prox. ſeq.

Expectans in forma pauperum capit vacantia beneficia de iure tantum, non autem de facto. Concl. 592.

EXPECTANS † in forma pauperum tenetur acceptare, & capit beneficia vacantia de iure tantum, & non de facto. Oldrad. *conſ.* 282. *in princ. ver. primum.* † Amplia in tantum, vt ſi vacatio iuris erat notoria, poſt menſem non poſſit beneficium huiuſmodi acceptare, quod poſtea de facto vacauit. Oldr. *d. conſ.* 282. *in fin. ver. quartum.* † Amplia idem in expectante, ſeu habente mandatum de prouidendo in genere ad primum vacaturum; ſecus, ſi ſit in ſpecie, quia & poteſt capere vacantia de iure tantum, & ſibi currit menſis à die notæ priuationis, ſeu vacationis de iure. Lap. *alleg.* 85. *n.* 9. *ver. ſed quæro.* Vide, *Executor ad prouidendum de beneficio vacante de iure. Concl.* 516. Vide, *Expectans ad primum in genere vacaturum capit vacantia etiam de iure tantum. Concluſ.* 599. Vide, *Vacatio beneficij narrata debet probari vera de iure, & de facto. Concl.* 7.

Expectans in forma pauperum quas qualitates habere debeat. Concl. 593.

1 EXPECTANS † in forma pauperum, antequam admittatur ad obtinendam expectatiuam, de tribus examinatur; quia debet bene legere, bene construere, & bene cantare; sufficit tamen, quod duo concurrant ex tribus, licet in Gallia præponderet cantus constructioni. Lap. *alleg.* 80. *Innocentius, n.* 4. *ver. item antequam*, vbi, quod postea detur expectatiua in forma commissionis, si est vitæ laudabilis, & conuersationis honestæ, iuxta *clem. vnic. de conces. præben.*

Expectans in forma pauperum habet priuilegia plura. Concl. 594.

1 EXPECTATIVA † in forma pauperum habet derogatoriam tacitam respectu sequentium, & posteriorum expectatium. 2 *c. 1. de rescript. cum ibi not.* Ægid. Bellam. *cons.* 33. *n.* 9. † Item sola vacatio habet effectum eundem, quem habet vacatio, & acceptatio pro expectante non in forma dignum. Ægid. Bell. *d. cons.* 33. *n.* 14. *in fin. ver. nec obstat*, vbi tamen videtur velle, quod concurrat agnitio etiam in expectante in forma pauperum, vt habeat eundem effectum.

Expectatiua in forma pauperum qualiter extinguatur. Concl. 595.

1 EXPECTATIVA † in forma pauperum extinguitur, si expectanti ante effectum gratiæ prouideatur, & aliud beneficiũ adipiscatur. Lap. *alleg.* 80. *Innocentius Papa n.* 1. *in fin. ver. item si impe-* 2 *trans.* † Amplia, vt extinguatur per renunciationem expectantis ipsi expectatiuæ in genere. Bald. *cons.* 228. *Per Sanctissimum, per tot.* maxime *in fi. lib.* 4. Vide, *Expectans post acceptationem non consumit gratiam. si beneficium accept. atum alteri deb. tur. Concl.* 620. vbi, quando extinguatur per acceptationem beneficii non debiti.

Expectatiua in specie quæ dicatur. Concl. 596.

1 TRIPLICES † esse litteras speciales expectatiuarum, dicit 2 Ægid. Bellam. *cons.* 33. *n.* 10. † Aliquæ sunt statim afficientes certum beneficium vacans, vel vacaturum pro certa persona, vt si Papa de certo beneficio vacante, vel vacaturo mandat prouideri Titio, & istis non præiudicatur per prouisionem, etiã si mo- 3 tu proprio fieret. Ægid. Bellam. *d. cons.* 33. *n.* 10. † Aliquæ sunt litteræ speciales, quæ non afficiunt pro certa persona certum, & determinatum beneficium, vt si Papa mãdat mihi prouideri de primo beneficio, quod acceptare duxero intra mensem; istæ enim sunt speciales, & diuiduntur in duas species; quia quædam sunt, per quas non est descensum ad certam speciem; quædam vero, per quas factus est descensus ad certam speciem determinatam. 4 Ægid. Bell. *cons.* 33. *n.* 10 *ver. sunt & aliæ litteræ.* † Illæ vero, per quas est factus descensus ad certam speciem, vt quia iam vacauit beneficium cadens sub gratia, quod intra mensem acceptauit impetrans, idem operantur, ac si essent, prout speciales à principio; quia æquiparantur litteræ speciales, & litteræ generales, quando 5 ad speciem est deuentum. Ægid. *d. cons.* 33. *n.* 10. *ver. in iis.* † Illæ autẽ, per quas non est descensum ad certam speciem, vt puta si iam vacasset beneficium cadens sub gratia, quod nondum sit acceptatum, non operatur, quod si conferatur per ordinarium, non valeat collatio ante acceptationem; si vero conferatur per ordinarium, vel executorem gratiæ posterioris in data intra mensem, collatio non valet propter decretum, & inhibitionem Papæ. Æ- 6 gid. Bell. *d. cons.* 33. *n.* 10 *circa med. ver. in illis autem.* † Operantur litteræ speciales ad certum corpus & certam personam, & generales deductæ ad speciem post acceptationem, quod non tollũtur propter derogationem, & clausulam præseruatiuam; *aut si aliqui, &c.* quia non tollitur inhibitio, neque decretum; secus vero est, si non est facta acceptatio; quia ius quæsitum certæ personæ ad certam rem fortius est, quam sit ius in confuso, & conditionale; quia cõditio detrahit de essentia obligationis. Ægid. Bell. *d. cons.* 33. *n.* 10. *& seq. ver. iis suppositis*, vbi adducit plura similia; quia facilius impeditur ius quærendum, quam tollatur quæsitum; & facilius tollitur modicum impedimentum, quam maximum; & quia gratiæ derogatoriæ interpretantur, vt aliquid prosint, & parum 7 lædant. † Alia est expectatiua specialis, quando conceditur in forma pauperum; quia ex quo primum vacaturum cõplectitur, dicitur in forma speciali. Ægid. Bell. *d. cons.* 33. *n.* 14. *in fin. ver. nec obstat.* Vide Concl. prox. seq.

Expectans in specie quando præferatur expectanti in genere, vel non. Concl 597.

HABENS † expectatiuam in specie ad certum beneficium; & 1 concurrens cum expectante in genere ad primum vacaturũ, præfertur in illo beneficio speciali, etiãsi habẽs in genere primo possessionem ceperit. Bald. *cons.* 491. *Petr. de Sessa. lib.* 1. † Amplia, vt 2 procedat, etiã si habens expectatiuam in genere effectus fuerit post datã gratiæ familiaris Papæ; quia ista familiaritas posterior non attenditur. Bald. *d. cons.* 491. *lib.* 1. *n.* 3. *ver. secundo nota.* † Am- 3 plia; quia expectans in specie præfertur expectanti in genere, antequã acceptet, licet sit posterior in specie, & nullam fecerit mẽtionem de expectante in genere. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *n.* 9. *ver. secundo hoc deduco.* † Ratio est; quia expectans in specie dicitur habere ius fortius; quia est certum, & non conditionale. Ægid. *d. consil.* 4 33. *n.* 10. *& seq. ver. iis suppositis.* † Limita, nisi habens expectatiuam 5 in genere habeat clausulam, *anteferri*, & alius non. Zabar. *cons.* 28. *Diebus elapsis, circa prine.* † Contrarium tenet Ægid. Bell. *d. cons.* 33. *n.* 6 10. vbi, nisi habens generales litteras deuenerit ad speciẽ per acceptationem, & vacationem, non præfertur. Vide Clausula, *aut si aliqui super prouisionibus, &c.* Concl. 315. Vide, *Gratia specialis præfertur generali, etiam priori. Concl.* 61.

Expectatiua est gratia odiosa, & restringenda. Concluſ. 598.

EXPECTATIVA † ad beneficia cum cura, & sine cura tanquã 1 restringenda, & odiosa, non capit præstimoniũ, quando maxime in loco est consuetudo, quod nõ venit appellatione beneficii. Abb. *cons.* 47. *Illud de iure, per tot.* maxime *in fi.* † Extende; quia 2 expectatiua ad beneficium curatum, vel ad parochialem, nõ capit curatum, seu parochialem cum Capitulo; quia est dignitas. Abb. *d. cons.* 47. maxime *in fin. lib.* 2.

Expectans primum in genere vacaturum capit vacantia etiam de iure tantum. Concl. 599.

EXPECTANS, † seu habens mandatum de prouidendo in ge- 1 nere de primo vacaturo, potest capere beneficium vacans ẽt de iure tantum; secus, si esset specialis expectatiua, vel mãdatum de certo beneficio. Lap. *alleg.* 85. *nu.* 9. *ver. quæro, tempore*, vbi reddit rationem diuersitatis propter votum captandæ mortis, quando 2 est ad certum beneficium. † Acceptare tenetur talis expectãs in genere beneficium vacans de iure intra mẽsem à die notæ vacationis, alias lapso mense non poterit acceptare. Lap. *d. alleg.* 85. 3 *n.* 9. *ver. sed quæro.* † Amplia; quia idem est in expectatiua generali 4 in forma pauperũ. Oldr. *cons.* 282. *in pr.* † Declara; quia imo expectans in forma pauperũ capit vacantia de iure tantũ, non autẽ de facto. Vide, *Expectans in forma pauperũ capit vacãtia de iure. Conc.* 592.

Expectans primum vacaturum quæ beneficia non capiat. Concl. 600.

PAPA † concedens alicui gratiam de prouidendo de primo 1 vacaturo ad collationem certi Prælati non capit beneficia eiusdem collatoris, quando vnicum beneficium potest talis collator conferre. † Amplia, vt idem sit in gratia de prouidendo de 2 aliqua dignitate in tali Ecclesia; quia si in dicta Ecclesia est vnica dignitas; tunc non venit sub tali gratia; quia non præsumitur Papa voluisse priuare Ecclesiam vnica dignitate collatiua; & quia aliud est conferre dignitatem in Ecclesia, aliud Ecclesiam ipsam sub dignitate comprehensam. Gem. *cons.* 36. *quod collat.* † Amplia; 3 quia non capit Hospitalia, si de Hospitali non est facta mentio, etiam quod illud consueuerit in beneficium assignari. Gem. *cons.* 107. *in fin. ver. circa secundum.* Vide, *Hospitalia an veniant appellatione Ecclesiarum in reseruationibus. & aliis dispositionibus. Concl.* 166. † Am- 4 plia; quia non capit reseruata. Vide, *Expectans beneficium acceptandum non capit reseruata. Concl.* 615. † Amplia; quia non capit digni- 5 tatem. Vide, *Expectans dignitatem non capit in cathedrali. Conclus.* 611. † Amplia; quia habens gratiam ad primum ad collationẽ, non 6 capit beneficia ad electionem. Vide, *Expectans beneficia ad collationem. Conclus.* 608. † Amplia; quia expectans non capit beneficia 7 deuoluta ad Sedẽ Apostol. si nõ est dictũ. Bald. *cons.* 387. *Archidiaconus, in fi. li.* 1. licet nõ firmet, p absoluto, sed mouet difficultatẽ.

Expectans non capit beneficia iuris patronatus. Concluſ. 601.

EXPECTANS † beneficia vacatura nõ capit beneficia iuris- 1 patronatus. Abb. *cons.* 28. *In causa Communis, in pr. li.* 2. † Extẽde, 2 vt pro-

vr procedat, etiam si patronus laicus nondum præsentasset, dummodo duret tempus 4. mensium laicis concessum ad præsentandum, quia non dicitur negligens. Abb. *d. cons.* 28. *in pr. ver. cum ergo. lib.* 2. † Extende, vt idem sit, si lapsum est tempus, quando præsentauit in tempore; quia licet non sit facta institutio; tamen non refert, quia Episcopo non est limitatum tempus ad instituendum. Abb. *d. cons.* 28. *in fin. ver. cum ergo. lib.* 2.

Expectans primum officium, vel Canonicatum de numero, capit etiam supra numerum, & quando secus. Concl. 602.

1 HABENS † gratiam expectatiuam ad primum vacans, vel vacaturum officium officialium descriptorum pœnitentiarię, capit officium vacans per obitum officialis supra numerum de-
2 scriptorum, alias deputati. Oldra. *cons.* 265. *Ioannes Episcopus.* † Amplia, vt idem sit in expectante Canonicatum, & præbendã. Old. *d. cons.* 265. *in fi. ver. insuper quæst.* vbi dicit ita iudicatum per tres sententias Lap. *alleg.* 14. *nu.* 6. *ver septima conclusio*, vbi; quod expectans Canonicatum, & præbendam potest acceptare solum Canonicatum supra numerum sine præbenda. † Limita; quando numerus certus esset redactꝰ post excessum deputatorum; quia tunc expectans non potest capere, donec ad redactum numerum sint redacti, ita loquitur *l. non plures. C. de Sacrosanct. Eccl. & l. comperimus*, vbi Bart. *C. de prox. sacror. scr. lib.* 12. Oldr. *d. cons.* 265. *n.* 4. *ver. aut è contra.*

Expectans certam determinatam præbendam non capit aliam, & quando secus. Concl. 603.

1 HABENS † expectatiuam ad certam determinatam præbendam non potest capere aliam, vt si expectatiua dicat, ad primam vacaturam, non capiet secundam. *c. si Clericus, de præben. in* 6.
2 Gemin. *cons.* 108. *in pr. ver. si tamen Papa.* † Limita, quando prima esset alteri debita, quia tũc ordine succẽssiuo aliam capiet. Gemin. *cons.* 30. *nu.* 12. *ver. non obstat. si dicatur.* † Extende limitationem, vt procedat, etiam si non capiat primam præbendam ex quacunq; causa, quando esset iam Canonicus creatus cum expectatione primæ præbendæ; quia licet gratia consumatur; tamen capiet aliam præbendam nulli debitam; non ex rescripto consumpto, sed ex dispensatione iuris communis, quæ est; vt Canonicus non sit sine præbenda. Gemin. *d. cons.* 108. *in princ. ver. si tamen Papa.*

Expectans Canonicus sine præbenda præbendam præfertur alteri expectanti in præbenda, & quando secus. Concl. 604.

1 CANONICVS † creatus cum expectatione primæ præbendæ per Papam si habet gratiam puram, & concurrat cũ habente expectatiuam conditionalẽ in forma pauperum sub eadem data, præferri debet, etiã si alius habeat clausulã, *anteferri*; etiam si putauit gratiam suam ante vacationem, etiam si fuerit diligentior in præsentando litteras suo exequutori; quia cum præbẽda sit affecta pro Canonico, & habeat ius ad rem in ea, & habeat datã puram, præfertur. Gem. *late cons.* 138. *Reuerendissime Pater*, vbi p vtraq;
3 parte allegat; & ita concludit. † Extẽde, quod Canonicus habens gratiam specialem ad præbendam præfertur habenti generalem gratiam, etiam cum clausula; *anteferri*, quando est conditionalis,
4 & non est purificata conditio. Card. *cons.* 18. † Amplia in casu contrario, vt Canonicus habens gratiam conditionalem cum clausula *anteferri*, & decreto irritanti ad primam præbendam, si ante vacationem purificauit suam gratiam, præfertur habenti gratiã puram sibi eadem data ad quodcunq; beneficium etiam curatum; etiam si ille habens gratiam puram fuerit diligentior. Rota *in nouis. dec.* 12. *de concess. preb. si Papa facit gratiã*, alias 382. † Amplia; quia Canonicus receptus habens gratiam ad primam præbendam, vel etiam ꝗ habens ad Canonicatum, & præbendam iam acceptauit Canonicatum, præferi debet posteriori expectanti in genere habenti clausulã *anteferri*, nisi in clausula, *anteferri*, fiat mentio specialis, etiam si sint priores in data, & recepti in Canonicum, nec sufficit generalis expressio. Zabar. *cons.* 136. *n.* 3. *& seq.* vbi late. † Extende multo magis, quando Canonicus receptus, vel habens specialem ad Canonicarum habet datam anteriorem cum eadẽ clausula; *anteferri*; quia præfertur posteriori habenti generalem cum clausula etiam, *motu proprio*, *& ex certa scientia*. Zabar. *d. cons.* 136. *nu.* 3. *& seq.* maxime *nu.* 5. † Limita; quia quando Canonicus habens gratiam specialem ad præbendam sine clausula, *anteferri*, & alter habens gratiam generalem cum clausula, *anteferri*, concurrunt, præfertur habens generalem gratiam. Card. Zab. *cons.* 18. *Diebus elapsis, per tot.* † Declara; quia clausula, *anteferri*, ad decretum irritans nihil operatur in gratia conditionali ante purificatam conditionem, nisi sit appositio mensis ad acceptãdum; quia licet sit conditio; tamen non suspendit effectum clausulæ, & decreti. Card. Zabar. *d. cons.* 18. *per tot.* maxime circa *princ.* Vide clausula, *anteferri*, qualis sit, & quid operetur. *Concluſ.* 314. 7

Expectãtes inter plures, si sunt eiusdem datæ, & gratiæ, quis præferatur. Concl. 605.

EXPECTANS † sub eadem data præfertur habẽti similem gratiam, etiã si primo acceptasset, vel primo sibi prouideri fecisset. Lap. *alleg.* 85. *Dominus Papa. n.* 6. *ver. quæro, quidã Clericus*, vbi de quatuor nominatis vigore eiusdem gratiæ, qui omnes acceptarũt idẽ beneficium, vt attendatur primo nominatus, vel attendãtur alia, de quibus *in c. duobus, de rescript. in* 6. Bald. *cons.* 182. *Ad euidentiam est sciendum*, vt quod primus in data, & qui primo acceptauit, præfertur. *lib.* 2. † Extende, vt procedat, etiam si litteras primo exequuto
2 ri suo præsentasset. Gemi. *cons.* 143. *n.* 2. *ver. quoad Iacobum*, & idem si primo præsentauit litteras ordinario collatori. *c. duobus, de rescript. in* 6. & Gem. *d. cons.* 143. vbi supra. † Declara, vt non procedat con-
3 tra expectantem auditorem Rotæ, qui habet priuilegium, vt præferatur habenti parem datam, etiam si alius fuerit diligentior, dummodo sit inferioris dignitatis, quam auditor. Gemi. *cons.* 113. *per tot.* vbi est insertum priuilegiũ. † Amplia, vt præferatur is, qui
4 habet clausulam, *anteferri*, in pari data, & gratia. Vide, Clausula, *anteferri, &c.* Concluſio. 314. † Amplia; quia plures cõcurrentes ad
5 eandem rem multiplicabilem ordine successiuo, si vtraq; dispositio valet, effectum successiuum habere debent. Gemin. *cons.* 30. *num.* 9. *versic. hoc fundamento.* Vide, *Concursus plurium dispositionum ad eandem rem. Concl.* 569. † Si vero sunt eiusdem datæ, sed gratiæ sunt
6 dispares, vt quia vnus habet gratiã puram collationis Canonicatus, & præbendæ primo vacaturæ; alter vero habet gratiam in forma pauperum, & sic conditionalem, præferri debet habens gratiam puram, etiam si habens gratiam conditionalem purificasset eam ante vacationem. † Extende, etiam si habens gratiam in-
7 forma pauperum haberet clausulam retrotractiuam, *anteferri*, & etiam fuisset diligentior in faciendo sibi prouideri; quia nihilominus præfertur habens gratiam puram de Canonicatu, & præbenda; quia clausula retrotractiua non aufert ius quæsitum alteri ad rem; & quia inducit concursum per fictionem, quæ cum data vera non debet concurrere. Gem. *cons.* 138. *Reuerendissime Pater. per tot.* qui loquitur in gratia in forma pauperum cõditionali, quatenus idoneus sit, etiam quod ante vacationem Canonicatus fuerit purificata: & mouetur; quia habens collationem Canonicatus, habet ius ad rem in præbenda, quod non tollitur per clausulam, *anteferri*. † Amplia; quia habens gratiam specialem ad certum bene-
8 ficium præfertur habenti generalem sub eadem data ad primum vacaturũ. Bald. *cons.* 491. *Petrus de Sessa. lib.* 1. Vide, *Expectans in specie, quando, &c. Concl.* 197. † Amplia; quia habens datam anteriorem
9 præfertur habenti posteriorem, etiam si in vtraq; gratia sint clausulæ præuentiæ, & præseruatiuæ, quia quando sunt pares in gratia, semper primus in data præfertur. Ægid. Bellam. *dec.* 33. *n.* 16. *& seq. ver. septima concl.* vbi plene hoc probat. † Limita; quia non p
10 cedit diligentia anterior in diuersis beneficiis, sed ad idem beneficium; & ideo si duo expectant sub eadem data, & vacãt duo beneficia, quorum vnũ tantum potest cadere sub gratia expectantium, is præfertur, qui acceptauit, & fecit sibi prouideri de beneficio, quod cadit sub gratia, etiam si alius fuerit diligentior in acceptando beneficio, quod non potest consequi; quia hæc diligentia non nocet alteri expectanti quoad aliud beneficium. Gem. *d. cons.* 143. *n.* 3. *ver. nec obstat si dicatur.* Vide, *Data tempus attenditur. Concl.* 19. Vide, *Data in concursu quis, &c. Concluſ.* 21.

Expectans prior in data præfertur posteriori, & quãdo secus. Concluſ. 606.

EXPECTANS † prior in data præfertur posteriori, maxime cũ
1 fuerit etiã primo receptus ad dignitatẽ postea vacaturem, ad quam expectabatur. Old. *cons.* 150. *In Ecclesia Valentina per tot. maxime in fin. ver. quartum est.* † Amplia, vt imo præferatur is, qui habet
2 datã anteriorem, etiã si habens posteriorem primo esset prouisus, vel primo acceptasset. Lap. *alleg* 85. *nu.* 6. *ver. quæro, quidam Clericus*, concord. Zab. *cons.* 76. *in fin.* qui loquitur, quando secundus acceptauit, & fecit sibi prouideri intra mẽsem primi, vt nõ valeat prouisio, etiã si primus nõ acceptauit. † Extende in tantũ, quod si se-
3 cundus in data acceptauit intra mẽsem datum primo expectanti,

quatenus primus postea acceptet, annullatur acceptatio secũda, ita vt non possit ei prouisio fieri. Ægid. Bellam. *cons.* 55. *nu.* 8. *ver. secundo quia.* † Limita in habeante mandatum da prouidendo; quia prioritas attenditur in præsentatione gratiæ ipsi collatori, non in data mandati. Innoc. in *c. mandatum, de rescript. in princ.* † Limita in gratia speciali de certo beneficio, quæ præfertur gratiæ generali etiam primo loco concessæ. Oldr. *cons.* 198. *Circa primum, n.* 3. *ver. illud etiam non videtur.* vbi dicit hunc esse stylum Rom. Pontificis, Feder. de Sen. *cõs.* 69. *Casus talis est, per tot.* vbi idem tenet, quod habens gratiam posteriorem specialem ad certum Canonicatum præfertur habenti generalem in forma pauperum anteriorem cũ mensis appositione, & latius Feder. *consil.* 196. *Casus talis est, quidam nomine & cons.* 197. *Quamuis supradicti Patres, per tot.* vbi, quod habens gratiam generalem anteriorem cum mensis appositione, cum clausula, *quod duxeris acceptandum*, nõ præfertur habenti gratiam in specie posteriorem. † Contrarium tenet Rota, vt refert Oldrad. *cons.* 283. vbi, quod ita iudicauit palatium, pro qua Lap. in *addit. ad cons. Feder.* 196. Rota *decis.* 40. *de concess. præb. in antiq. & decis.* 13. *de rescript. in nou.* & Ægid. Bellam. *decis.* 77. & Cassad. *decis.* 8. *in fin. de concess. præben.* † Declara, vt per Feder. de Sen. *cons.* 197. *Quamuis supradicti, in pr. ver. non fuisset*, vt prima opinio procedat, quod specialis gratia posterior præferatur generali priori, quando generalis habet clausulam, *quod duxeris acceptandum*; secus, si sit ad primum vacaturũ; quia tunc habet vim specialis gratiæ. † Limita, quando habens prærogatiuam passus est labi mensem; quia licet dederit procuratores nõ in solidũ, & vnus acceptauerit, acceptatio est nulla, & lapso mense acceptatione secundi facta intra mẽsem eundẽ remanet firma. Cast. *cõs.* 282. *In causa ista, col. antepenul. n.* 8. *ver. Venio ad quartũ, li.* 1. † Limita, quando habens datã anteriorẽ habet etiam clausulã præseruantem graduatos in licita facultate; quia tunc necessario concludit posteriorem indata; quia si haberet datam anteriorẽ, præferri deberet; si vero habet parẽ propter gradum, præfertur ex regula. Rom *cõs.* 372. *Non video per tot.* vbi dicit non considerari quod graduatus non habebat gratiam; ergo præseruari non potuit; quia præseruatio non loquitur de gratia, sed de persona graduati, & apostill. ibi in *ver. in rerum natura.* † Limita, quãdo primus nõ seruasset formam; quia tunc posterior habens gratiam puram præfertur. Gemin. *cons.* 108. *in pr.* allegat *cap. quamuis, cum ibi not. lib.* 6. *de præb.* † Declara limitationem, nisi primus haberet gratiam præseruatiuam; quia omni casu præferri debet secundo. Gemin. *d. cons.* 108. *in pr. ver. si autem.* Vide *Data tempus attenditur. Conclus.* 20. Vide, *Data tempus non attenditur. Conclus.* 20. Vide, *Gratia specialis præfertur generali etiam anteriori. Conclusio.* 61.

Expectans ad collationem quorumcumque capit ad collationem vnius, nõ è conuerso. Cõcl. 607.

HABENS † gratiam expectatiuam ad primum vacaturum ad collationem quorumcunq; collatorum, capit beneficium vacans, etiam si spectet ad collationem vnius collatoris tantum; quia in plurali inest singulare. *l pluralis ff. de reg. iur.* Bald. *cons.* 242. *Factum tale est, lib.* 3. † Contrarium infra, *Expectans ad certam summã quando capiat minorem, vel non. Concl.* 609. † Amplia; quia expectatiua ad collationem quorumcunque collatorum, & collatricum, puta in Regiensi ciuitate, vel diœcesi, capit beneficia ad collationem eorum, qui sunt extra ciuitatem, & diœcesim Regii, dummodo beneficia sint in ciuitate, vel diœcesi, quando est expectatiua motu proprio fauorabilis, plene Rom. *cons.* 376. *Quæstio est per tot.* quia attenditur locus beneficii, & late interpretatur. † Limita; quia si expectatiua esset de beneficio ad collationẽ cuiuscunque, non tamen caperet beneficium ad collationem plurium simul. Bald. *d. cons.* 242. *in pr. lib.* 3. † Limita; quia si mandatur conferri beneficium spectans ad collationem Capituli, etiam si dicatur communiter, vel diuisim, non venit beneficium ad collationem solius Prælati maioris, vel etiam inferioris, licet sit de Capitulo. Bald. *d. cons.* 242. *n.* 2. *ver. Item quæritur, Doctor. lib.* 3. † Limita; quia expectatiua concessa ad collationem certæ Ecclesiæ, si illa Ecclesia est vnita alteri Ecclesiæ accessorie, non valet expectatiua; quia Ecclesia vnita nihil retinet. Anch. *cons.* 114. *cir. fi.* † Extende, vt idem sit in duabus Ecclesiis æqualiter vnitis; quia expectans ad vnam non capit beneficia alterius Ecclesiæ principaliter vnitæ, licet sit eiusdem Rectoris. Petr. de Anchar. *d. cons.* 114. *circa fi.* † Limita, quia expectans ad collationem Patriarchæ, & Capituli Aquilegien. non capit beneficium ad electionem Capituli inferioris Ecclesiæ collegiatæ Aquilegien. quia non nominatus in expectatiua non includitur. Zabar. *cons.* 61. *Ad dubia præmissa, in princip.* † Limita; quia mandatum Papæ de prouidendo de beneficio spectante ad viciissitudinariam collationẽm, semper censetur grauare eũm, cui scribitur pro sua vice, non pro vice socii. Io. de Anan. *cõs.* 43. *Stante vicissitudine, in pr.* † Extẽde; quia licet quis priuetur sua collatione vicissitudinaria; non tamen mandatum grauare censetur alium, ad quem similiter collatio vicissim spectaret. Io. de Anan. *d. cons.* 43. *per tot.* vbi Bologn. in apost. † Extende, vt idem sit in mandato de prouidendo de beneficio ad præsentationem plurium patronorum per viciissitudinariam præsentationem; quia non grauabit alium, cui non scribitur. Bologn. *in addit. ad d. cons. Io. de Anan.* 43. vbi in fin. dicit * communem.

Expectans beneficia ad collationem non capit ad electionem. Concl. 608.

EXPECTANS † habens mandatum à Papa, quod sibi prouideatur de beneficio spectante ad collationem Episcopi, & Capituli, non debet consequi beneficium spectans ad eorum electionem; nisi sit dictum. Oldrad. *cons.* 146. *Factum tale est.* Vide, *Prouisio quid importet, &c. Cõcl.* 950. † Amplia, etiam si tale beneficium spectans ad electionem Capituli, & Decani de consuetudine, & non de iure sit electiuum, & confirmationem non expectet ad præsentationem eligentium, sed statim electione facta installetur electus per Decanum, vel caput Capituli. Old. *d. cons.* 146. *Factum est tale, per tot.* † Amplia; quia habens mandatum ad collationẽ, prouisionem, præsentationem, seu quamuis aliam dispositionẽ Abbatis, & Conuentus certi loci, coniunctim, vel diuisim, non capit beneficium ad electionem monasterii, & confirmationem Abbatis, Cald. *cons.* 236. alias 15. *de præb.* † Amplia; quia habens expectatiuam simpliciter ad dignitatem, non capit electiuam. Bald. *cons.* 387. *Archidiaconus, in fi. ver. amplius, lib.* 1. † Amplia; quia habens expectatiuam ad collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem Episcopi, non capit beneficia electiua, in quibus Episcopus habet solam confirmationem. Bald. *cons.* 486. *Verba Papæ, lib.* 5. vbi, quod tales gratiæ, nedum sunt ambitiosæ, sed enormes. † Amplia; quia expectatiua ad beneficia, & Canonicatus ad prouisionem, & collationem Episcopi non capit Canonicatum ad electionem Capituli. Abb. *cons.* 38. *In quæst. col.* 2. *ver. quarto posset attentari, lib.* 2. † Extende; quia præcedit nedum in dignitatibus, & prælaturis, sed etiam in aliis minoribus beneficiis; quia eadem est ratio. Abb. *d. cons.* 38. *col.* 2. *ver. quarto posset, lib.* 2. Vide, Clausula; *ad collationem, &c.* Concl. 316.

Expectans ad certam summam quando capiat minorem, vel non. Concl. 609.

EXPECTANS † ad beneficium, vel præbendam certi valoris nõ potest acceptare beneficium minoris valoris, *cap. cui, de cõcess. præben. in* 6 vbi Io. Andr. & Franch. post alios. Lap. *alleg.* 79. *n.* 3. *ver. sed quare* Zab. *cons.* 136. *n.* 4. vbi allegat *c. quamuis. il* 1. *de præben. in* 6. & dicit esse mirabile; quia in maiori summa minor inest; secus in litteris ad vacatura propter illarum restrictionem. Contrariũ tenet Bald. *cõs.* 142. *Factum tale. lib.* 3. † Adde; quia ista qualitas quod quis habeat expectatiuam ad maiorem summam, non inducit aliquam prærogatiuam prælationis ad beneficium, quod cadit super gratia duorum expectantium sub eadem data. Gemi. *cons.* 143. *n.* 2. *ver. nec obstant.* † Limita; nisi adsit clausula, *vel minoris*, quatenus declararet, vt in casu *alleg. Lap.* 80. etiam *n.* 3. *in princ.* † Limita, nisi expectatiua esset vsque ad certam summam; quia tunc intra dictam summam potest acceptare; & idem, si dicitur, dummodo non excedat summam certam. Lap. *d. alleg.* 80. *n.* 3. *in fi. ver. nam dicit.* Gemin. *cons.* 143. *n.* 2. *ver. quoad Iacobum.* † Limita, nisi adsit clausula, *nostræ intentionis tamen est, quod de beneficio minoris valoris, quod intra mensem duxerit acceptandum, possit prouideri*; quia tunc potest acceptare intra mensem, non post, vigore huius clausulæ, quod est de stylo. Calder. *cons.* 233. alias 19. *de præbend.* Vide conclusionem proximam sequentem.

Expectans plura beneficia vsq; ad certam summam non capit vltra duo, etiam si ad summam non ascendant. Concl. 610.

EXPECTANS † habens gratiam ad vnum, duo, tria, & plura beneficia, vsque ad summam ducentorum, quæ beneficia capiat, vide Bald. *cons.* 342. *Casus talis est, lib.* 5. vbi, quod non capit vltra quinque beneficia, etiam si non ascendatur ad summam expressam; quia illa verba, *& plura*, verificantur in duobus tantum. Vide conclusionem proximam præcedentem.

Expe-

Expectans dignitatem non capiet in Cathedrali, & quando secus. Concl. 611.

EXPECTANS † habens gratiam ad personatum, dignitatem, vel officium pertinentes ad collationem Episcopi, & capitulo communiter, vel diuisim, non capit dignitatem in Cathedrali vacantem postea, licet collatio spectet ad Episcopum, & Capitulum; quia cum sit gratia ambitiosa, non potest extendi ad Cathedralem, nisi sit expressum. Oldr. *cons.* 185. *Thema tale est, Titius, in pr.* † Amplia, vt procedat, etiam si expectans alias sit Canonicus in Cathedrali; quia hoc non refert, vt gratia amplietur. Oldr. *d. cons.* 185. *n.* 5. *ver. non obstat, quod impetrans.* † Amplia, vt procedat etiam in expectatiua concessa alicui ad primum vacaturum in ciuitate, vel dioecesi; quia non venit beneficium in Cathedrali Ecclesia. Oldr. *d. cons.* 185. *ver. quarto certum est.* † Amplia, vt habens expectatiuam ad dignitatem in genere, puta Decanatum, vel Præposituram nō capiat talē dignitatem, si esset principalis; quia gratia est ambitiosa. Oldr. *consil.* 281. *in princip. ver. cum igitur.* † Amplia, vt expectatiua ad dignitatem, videlicet ad præposituram, vel decanatum, quæ sunt dignitates, non capiat dignitatem collegiatam, id est, Ecclesiam habentem dignitatem collegiatam. Oldr. *d. consil.* 281. *n.* 3. *ver. præterea.* † Amplia; quia habēs expectatiuam ad dignitatem in cathedrali, vel collegiata non capit electiuā. Bald. *cons.* 387. *Archidiaconus, circa fin. ver. amplius licet, lib.* 1. Vide, *Dignitatem an capiat habens gratiam ad beneficium, vel dignitatem. Concl.* 433. † Limita, si expectatiua esset concessa in aliqua Ecclesiarum Prouinciæ; tunc enim propter intentionem concedentis venit beneficium in Ecclesia Cathedrali. Oldr. *d. cons.* 185. *ver. quinto certa forma, n.* 4. *& cons.* 321. *in fi. n.* 4. *ver. non obstat.*

Expectans cum clausula, *si repereris idoneum*, ante purificationem non impedit ordinarium. Concl. 612.

EXPECTANS † habens gratiam conditionalem directam certis exequutoribus, cū clausula, *si eum vitæ laudabilis esse repereritis, &c.* cum decreto irritanti ad primum vacaturum non consequitur primum vacaturum, antequam purificauerit gratiā suā, sed collator ordinarius potest conferre, non obstante inhibitione facta; quia non impeditur cōferre ante purificationem, nisi adsit appositio mensis, intra quē non posset conferre. Old. *cons.* 175. *Thema tale est, Titius.* Zabar. *cons.* 161. *per tot.* maxime *in fi.* † Extende; quia si non acceptet intra mensem expectans à die notę vacationis non impedit ordinarium, & mensis non habet ordinem successiuum, etiam si sint plures expectantes. Zab. *cons.* 76. *per tot.* vbi declarat; vide tamen eundem *consil.* 61. *circa fi.* vbi videtur tenere, quod valet collatio ordinarii ante collationem exequutoris, etiā si expectans acceptauit ante collationem ordinarii, quod non credo verum. † Amplia; quia expectans beneficium certi valoris, cum clausula, *quod possit intra mensem acceptare beneficium minoris valoris*, non impedit ordinarium, antequam declaret expectans velle acceptare beneficium minoris valoris. Cald. *cons.* 237. *circa med. ver. præterea, quod solum.* alias 16. *de præb.* † Amplia; quia litteræ dependentes ex generali facultate acceptandi, seu eligendi etiam habentes inhibitionem, vel decretum irritans, non impediunt ordinarium collatorem, nisi sit deuentum ad acceptationem, vel electionem. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *nu.* 8. *ver. quarta conclusio. per cap. quia in cunctis, de concess. præb. lib.* 6. † Extende, vt procedat tam in prima, quam secunda gratia conditionali; quia incertitudo acceptā. di, vel eligendi hoc semper operatur. Ægid. *d. cons.* 33. *n.* 8. *in fi. &* 9. † Ratio potest esse; quia habens rescriptum conditionale ad beneficium non acquirit ius in re, neque ad rem, sed solum habet quoddam ius stabile ad implorandum officium iudicis. Gem. *consil.* 107. *in fi. n.* 4. *ver. non obstat. si dicatur.* Vide, *Collatio facta per ordinarium quando valeat tempore expectantium. Concl.* 435. Vide, *Expectantes non capiunt beneficia in turno ordinario. Concl.* 616. † Amplia; quia gratia expectatiua conditionalis ante purificatam conditionem nō ligat ordinarios. Vide, *Gratia expectatiua conditionalis non ligat ordinarium. Concl.* 60.

Expectans cum clausula, *dummodo pro alio nō scripserimus*, quando consequatur beneficium vacans, etiam si fuerit scriptum pro alio. Concl. 613.

EXPECTANS † in forma pauperum, cum clausula, *dummodo non nisi pro quatuor aliis in simili forma scripserimus*, debet cōsequi collationem, non attento, quod Papa fecisset vltra quatuor gratias similes, si modo consumptæ erant tempore datę huius, vel postea euanuerant tempore collationis huius. Oldr. *cons.* 201. *Cæsus talis est, quidā*, vbi dicit sufficere, quod grauamen, & scripsæ litteræ vltra quatuor quomodocumque cessauerint, & consumptæ fuerint; non tamen in Ecclesia prędicta, sed alibi, vel per mortem habentium tales gratias. † Amplia, vt licet Papa non censeatur velle grauare eandem Ecclesiam pluribus mandatis; quia inest clausula, *dummodo pro alio non scripserimus, cap. mandatum, de rescript.* tamen si non est idem Papa, vt quia vnus Papa concessit vnam expectatiuam, postea mortuus est, alius scribit de nouo, eo casu vtraq; habebit locum. Gem. *cons.* 30. *in fi.* Vide, Clausula in mandato de prouidendo, *dummodo non nisi pro quatuor, &c.* Concl. 327.

Expectantes non capiunt beneficia permutata, & quando secus. Concl. 614.

EXPECTANTES † non capiunt beneficia permutata, *ca.* 1. *de rer. permutat. in* 6. † Limita, nisi permutatio fieret in fraudem expectantium; quia tunc expectantes capiunt beneficia fraudulenter permutata. Anch. *consil.* 388. *n.* 1. *ver. in contrarium*, per *d. c.* 1. *de rer. permut. in* 6. *in fi.* † Quando dicatur fraudulenta, vel non permutatio, Vide, *Permutatio fraudulenta quādo dicatur, vel nō. Cōcl.* 310.

Expectans beneficium, quod duxerit acceptandum, non capit reseruata, & quæ capiat. Concl. 615.

EXPECTANS † primum beneficiū, quod duxerit acceptandum, nō capit reseruatum etiam generaliter, vt quia reseruatio est de pluribus, si in expectatiua non est facta mentio reseruationis; quia ita seruat stylus. Cald. *cons.* 230. alias 9. *de præb. in fi.* text. in *c.* 2. *de præb. in* 6. per quem ita Rom. *cons.* 260. *In proposito casu, in pr.* vbi apostill. in *ver. expectatiuis*, quæ dat concord. & adesse ait particularem regulam Cancellariæ; quam inserit cum decreto irritanti. † Declara, quod expectatiua ad primum, quod duxerit acceptandum, non includit vnum beneficium determinatum, sed omnia, quæ venire possunt, ita tamen, quod acceptatio restringatur ad vnum tantum. Cald. *d. consil.* 230. *circa fi. ver. Item litteræ istius*, † Restringe, quando beneficia essent nulliter reseruata; quia tūc possunt acceptari per expectantem. Rom. *consil.* 335. *Circa primum, n.* 11. *vsq; in fi.* & ibi apost. † Restringe; quia non habet locum in beneficiis specialiter reseruatis; quia ista possunt acceptari per expectantes; quia regula Cancellariæ loquitur solum de generaliter reseruatis, ita apost. ad Rom. *d. cons.* 260. *in prin. in ver. expectatiuis, in ver. rursus limita.* † Cōtrarium tenēt Rebuff. & alii, quos allegat d. apostill. ad Rom. *dict. cons.* 260. *in ver. expectatiuis, ver. videatur tamen.* † Declara; quia de iure communi non potest expectans acceptare beneficia reseruata; siue in genere, siue in specie, & regula, licet loquatur de reseruatis in genere; non tamen procedit à contrario sensu, contra ius commune, & ad correctionem iuris communis, & ita declarat dicta apost. ad Rom. *d. cons.* 260. *in ver. expectatiuis circa fin. ver. sed quicquid.* † Amplia; quia expectantes nullo modo capiunt beneficia reseruata, *c.* 2. *de præb. in* 6. & ideo si infirmus resignat beneficium in manibus Papæ, & fiat collatio Titio, & intra 20. dies resignans moriatur, beneficium vacat in Curia per resignationem, & non potest per expectantes acceptari. Rom. *cons.* 342. *Quoad primum, n.* 2. *ver. stat ergo*, vbi apost. in *ver. reseruata.*

Expectantes nō capiunt beneficia in turno ordinarii. Concl. 616.

EXPECTANTES † non capiunt beneficia in turno ordinarii. Gem. *cons.* 143. *in pr. ver. ex quibus infertur*, allegat *consti, ad regim.* † Amplia in tantum, vt ordinarius possit libere conferre beneficia vacantia in suo turno, nō obstante decreto irritanti in expectatiuis inserto; quia modificatur secundum naturam gratiæ. Gem. *d. consil.* 143. *in pr. ver. Item ex isto infertur.* Vide, *Collatio facta per ordinarium quando valeat tempore expectantium. Concluſ.* 435. Vide, *Expectantes cum clausula, si reperteris idoneum, ante purificatam, &c. Cōcluſ.* 612.

Expectantes habent mensem ad acceptandum, & quare. Concl. 617.

MENSIS † datur de facto expectantibus in forma pauperū ad acceptādum, Io. And. in *c. si pauper. de præb. in* 6. *in nou.* quē refert, & sequitur Lap. *alleg.* 80. *Innocentius Papa, num.* 2. *in fin.* † Et hodie de stylo Curiæ mensis apponitur in omnibus expectatiuis.

Gemin.*cons.*34.*n.*7.*ver.non obstat, & n.*8.*ver.nam hodie de stylo & cons.* 3 78.*in fin.* † Ratio, quare mensis apponatur, est, ne diuturnæ vacationes Ecclesiarum periculosæ admittantur. Lap.*alleg.*85.*n.*7.*circa fin.ver.sed hic quæro & alleg.*121.*Fulcinius, col.*3.*ver.considerauit.* Zab. 4 *in clem.vnica, de conc.præb.* § *fi.* vbi tex. hoc dicit. † Et ideo acceptare debent intra mensem datum à die vacationis, alias non possunt acceptare post mensem, nec executor potest eis prouidere post mensem. Lap.*alleg.*122.*circa fin.ver.veritas videtur*, vbi, quod expectans primus, qui acceptauit, non excludit secundum, qui aliud beneficium acceptauit, licet primus priuetur suo; quia sibi non erat debitum, quando non est intra mensem ad acceptandum beneficium acceptatum per secundum expectantem. Zab.*cons.*99. 5 *per tot.* † Currit autem mensis à die notæ vacationis in Ecclesia, etiam si expectans ignorauerit, etiam si per rerum naturam scire non potuerit; quia nihilominus in hoc præsumitur scire, & sibi currit mensis, *d.clem.vnica, in fi.* vbi Zab. ponit multa, & late etiam Lap.*d.alleg.*121.*Fulcinius, in pr.ver.nam dicta gratiæ.* Anch.*cons.*385.*in* 6 *pr.* † Imo, quod non currat mensis, nisi à die scientiæ vacationis, id est, quod potuerit scire collator; quia alias collatio non esset valida. Zabar.*cons.*99. vbi requirit vacationem, & verisimilem scientiam. 7 † Declarat tamen Lap.*d.alleg.*121.*ver.in contrarium*, quod nō loquatur clem. in casu, quando quis acceptauit beneficium sibi collatum, quod postea compulsus est alteri dimittere; quia sibi non erat debitum; quia mensis sibi non currat, *& col.pen.ver.Item* 8 *licet aliqui.* † Amplia, vt in tantum mēsis præiudiceat acceptare debenti, vt habens expectatiuam ad beneficium certi valoris intra mēsem acceptandum, cum clausula, *quod possit acceptare beneficium minoris valoris*, si est negligens intra mēsem acceptare beneficiū valoris sibi debitū, non poterit post mensem quandocunque conferre, 9 si acceptatio intra mensem fuit facta. Cald.*cons.*253. alias 32.*de præ-* 10 *ben.* † Contrarium, quod si acceptatio non est intra mensem, & collationem executoris non impediat ordinarius, & nō valeat. Zabar.*cons.*61.*Ad dubia præmissa, ver.ad secundum*, vbi pro vtraq; par- 11 te, & hanc partem tuetur; quia odiosæ expectatiuæ sunt. † Declara, dummodo etiam in executore post acceptationem non caderet notabilis negligentia; quia tunc eius facultas expirat, puta si staret vltra sex menses, ne diuturnæ vacationes beneficiorum inducantur. Cald.*cons.*254. alias 33.*de præb.* vbi, quod est arbitra- 12 rium iudici. † Regula est facta super acceptatione facienda intra mensem, quæ sic debet intelligi à die vacationis beneficii, & scientiæ. Zab.*cons.*99.*in fin.* qui etiam dicit, quod regula non ligat extra Curiam, nisi sit publicata, & intimata, sed in hoc reprobatur; quia sufficit publicatio in Cancellaria, vt afficiat omnes Cassad.*dec.*31. ☞ *super regul.n.*2.*&* 3. Vide, *Acceptandi tempus quando incipiat currere ex-* 13 *pectantibus. Concl.*72. † Operatur mensis appositio, quod non potest conferri beneficium expectanti habenti intra mēsem; etiam si vacaret longe post mensem, & alteri non sit collatum; secus, si esset in forma litterarū, de qua *mc si Cicricus, de præb.in* 6. ita Anch. *cons.*388. *Titius permutauit, in pr.*

Expectanti primo currit mensis in primo mense secundo expectanti, & aliis ordine successiuo. Concluſ.618.

1 EXPECTANTES † plures habentes mensem ad acceptandum, tenētur acceptare intra mensem, videlicet ordine successiuo, vt primus expectans habeat mensem, quo elapso, si non acceptauit, poterit secundus intra alium mensem acceptare, & sic deinceps, quando est data successiuitas. Oldr.*cons.*137. *Plures sunt.* vbi multa hinc inde adducit, & tādem distinguit, quod in iis, qui habent ordinem successiuum, non est idem mensis, vel tempus, idem Oldr.*cons.*306.*n.*3.*& seq.* vbi late. Gemin.*consil.*143.*n.*3.*ver.sed* 2 *quando*, vbi hoc tenet in habentibus diuersas datas. † Amplia, vt mensis appositio, in ra quem expectans debet acceptare, operetur, quod manus ordinarii sint ligatæ; secus si nullum tempus præfixum est. Oldr.*consil.*304.*n.*10.*ver illud etiam mirabiliter*, vbi idem de 20. diebus datis ad optandum, & de aliis casibus simili- ☞ bus. Vide, *Ordo successiuus quando attendatur inter vocatos copulatiue. Concluſ.*199. Vide, *Tempus datum pluribus an omnibus expiret æqualiter,* 3 *vel ordine successiuo. Concl.*42. † Limita; quia mensis appositio habet ordinem successiuum inter plures expectantes diuersarum datarum; secus si sunt eiusdem datæ; quia vterq; in primo mense po- 4 test acceptare; Gem.*cons.*143.*n.*3.*ver.sed quando.* † Contrariū, quod imo idem, & vnicus sit mensis omnium expectantium, siue sint eiusdem datæ, siue non; quia potest fieri acceptatio sub conditione, si sibi debeatur. Zab.*cons.*103.*n.*8.*ver.ad secundum, & consil.*104. *n.*4.*& cons.*105.*n.*2.& plenius *n.*17. quod est Collegii Paduæ, vbi, quod in acceptatione est vnus mensis, secus in collatione, & prouisione, & sic se declarat, & *n.*4.*ver.sexto pro hoc.* Vide, *Collatio facta intra mensem primi expectantis est nulla. Concl.*436. ☞

Expectans cum mense si quis est, quid operetur appositio mensis Concl.619.

EXPECTANS † habens mensem in sua gratia, licet non acceptet; tamen impedit alium, qui acceptare, & sibi conferri, 1 obtinere non potest valide intra eundem mēsem. Oldr.*cons.*136. *Quod ex productis, in prin.n.*3.*ver.collatio itaq; facta*, idem tenet Oldr. *cons.*175. *Thema tale est, Titius.ver.præterea.* † Contrarium tenet Za- 2 bar.*cons.*103.*n.*8.*ver.ad secundum.* vbi, quod valet acceptatio posterioris, quando primus non acceptauit, licet sit facta intra mēsem primi, & idem tenet *cons.*104.*in pr.* vbi late. † Declara, quia respectu acceptationis illa potest fieri etiam intra mensem aliorum ex- 3 pectantium, & valebit, si ipsi non acceptauerint; quo vero ad collationem ordinarii, vel executoris est verum, quod non valet intra mensem aliorum expectantium. Zab.*consil.*104.*in princ.& per tot.* maxime *n.*4. vbi constituit differentiam, plenius *consil.*105.*per tot.* maxime *nu.*17. quod est collegii Paduæ. † Et hodie de stylo in 4 omnibus expectatiuis apponitur mensis, secundum Gemi.*consil.* 34.*n.*7.*ver.non obstat, si dicatur, & n.*8.*ver.nam hodie de stylo.* † Amplia, 5 vt mensis appositio cum decreto operetur, vt Ordinarius, & alii inferiores collatores habeāt ligatas manus. Lap.*alleg.*85.*nu.*8.*ver. sed quid si Episcopus.* Gem.*cons.*78.*in fi.* † Et non facit gratiam condi- 6 tionalem, ita vt decretum non liget ante acceptationem; quia imo ligat, & clausula, *anteferri*, operatur, quæ alias in alia cōditione nihil operaretur. Zab.*cōs.*18.*n.*1. † Contrariū, & credo male, tenet 7 Zab.*consil.*61.*Ad dubia præmissa.n.*3.*ver.ad tertium.* vbi, quod præfertur prouisus ab ordinario, quādo est facta prouisio ante acceptationem expectantis, maxime, quādo collatio ex executoris expectantis nō fuit intra mensem. † Declarat idem met Zab.*cons.*104. 8 vbi, quod non valet collatio; quia aut ab initio est valida, aut nulla, & non potest esse valida obstante decreto, nec conualidatur lapsu temporis, etiā si primus non accepter, maxime *n.*2.*& seq.* & plenius *cons.*105. quod est Collegii Patauini, præsertim *nu.*8.*& seq.* † Amplia, vt idē sit, si alius terminus certus sit appositus; secus si 9 nullus terminus certus esset appositus. Oldr *cons.*304.*n.*10.*ver illud etiam.* † Amplia, quod appositio mensis operatur, quod sic- 10 ceptatio non est facta intra mensem, non potest amplius acceptare Lap.*alleg.*121.*circa fi.ver.veritas videtur*, latissime Zab.*in clem.*1.*de concess.præb.* § *fecus, in* 8.*q.n.*5. Cald.*cons.*237.*in pr.* alias 16.*de præb.* Anchar.*cons.*388.*in prin.* † Extende, etiam si illud beneficium non ac- 11 ceptatum intra mensem à die notæ vacationis adhuc vacet, & alteri non sit collatum. Anch.*d.cons.*388.*Titius permutauit, in princip.* † Amplia; quia appositio mēsis in gratia expectatiua operatur, vt 12 decretum afficiat etiam ignorantes, etiam si is, pro quo gratia est facta, gratia non vteretur. Oldr.*cons.*306.*n.*4.*&* 5.*&* 6. Vide, *Decre-* ☞ *tum irritans ligat, &c. Concl.*117. † Limita quoad acceptationē, quæ 13 non est prohibita intra mēsem appositum in gratiis priorum expectantium, sed solum est prohibita collatio Oldr.*cons.*198.*Circa primum, in fi.ver.ad quintum*, vbi, quod licet collatio intra mensem expectantium non valeat, etiam si non acceptauerint intra mensem; tamen valet acceptatio intra mensem facta, & prouisio subsequuta post mensem. Oldr.*cons.*98.*in fi.ver.ad quintum.* † Limita; 14 quia habens priorem datam cum mense non impedit secundum acceptantem, quando primus acceptauit, & obtinuit sibi prouideri, & secundus pariter de alio obtinuit prouideri intra mēsem; quia si beneficium per primum expectantem acceptatum illi nō erat debitum, & euincatur ab eo, non poterit post mensem velle acceptare secundum beneficium datū secundo expectanti; quia præfertur secundus hoc casu, secundum Lap.*alleg.*121.*Fulcinius, per* 15 *tot.* vbi late de hoc, & sequitur idem tenendo Gemin.*cons.*143.*per tot.* † Limita; quia mēsis appositio in gratia generali in forma pauperum, vt non possit ordinarius conferre, licet liget ordinarii, nō tamē ligat executorem alterius gratiæ specialis de certa præbenda, vel certo beneficio. Fed.*consil.*69.*Casus talis est, in fi.ver.item non* 16 *obstat clausula mensis*, maxime si non habet prima gratia decretum irritans, & idem tenet *cons.*197.*n.*2.*ver.nec obstat, quod intra mensem.* † Extende hāc limitationem, vt procedat, etiam si in expectatiua secundi habentis specialem adsit clausula *aut si aliquo, &c.* per quā reseruatur ius aliorum; quia intelligitur quoad habentes speciales, alias nūquam gratia specialis haberet effectum, quia de stylo semper apponitur hæc clausula. Fed de Sen.*d.cōs.*197.*ver.nō obstat,*

quod

quod dicitur, vsq; in fin. † Limita; quia si ordinarius haberet indultū conferendi etiam reseruata, sicut expectatiua cum mense, non impediret Papam conferentem ante acceptationem expectantis: sic etiam non impediret ordinarium habentem indultum ad conferendum reseruata. † Extende; quia imo si acceptatio expectantis præcessisset collationem ordinarii habentis indultum conferendi reseruata, dummodo alteri non sit ius quæsitum, si collatio ordinarii præcessit collationem executoris, is præferri debet. Zabar. *d. consil. 61. in fi.* † Limita; quia neque expectatiua impedit collationem ordinarii, quando non est facta purificatio gratiæ, quæ debet fieri intra mensem, etiam si plures sint expectantes. Zabar. *consil. 76. per tot.* Vide, *Collatio facta intra mensem primi expectantis est nulla. Conclus. 436.*

Expectans post acceptationem nō consumit gratiam, si beneficium acceptatum alteri debetur, & quando secus. Concl. 620.

EXpectans † non consumit gratiam suam per acceptationē, si beneficium alteri debeatur, & non sibi; quia hæc conditio tacite inest, si sibi debeatur. Oldr. *consil. 307. Quod quando dies. n. 3. ver. ad id, quod dicitur.* † Declara, nisi scienter acceptauerit beneficium alteri debitum. Bald. *consil. 228. circa med. ver. interdum de iure lib. 4.* Card. Zabar. *consil. 18. col. 1. in fi. ver. si autem quæritur.* † Amplia in tantum, vt non teneatur expectare sententiā super hoc, quod alteri debeatur, quando erat notorium. Oldr. *consil. 304. n. 8. ver. nec obstat, & consil. 307. n. 4 circa fin.* Lap. *alleg. 121. Fulcin. col. pen. n. 2. ver. nec est vera.* † Amplia; quia acceptatio non consumit gratiam, quando acceptatio non valuit; quia acceptans fuit probabiliter deceptus; sed tamen incumbit onus probandi ei, qui dicit non valuisse acceptationem. Gemin. *consil. 103. n. 6 ver. si ergo, vsq; ad ver. quod secundum.* † Amplia; quia gratia non consumitur, quando acceptatio non valuit; quia forma non est seruata; nam tunc ordinarius liberè conferre potest beneficium acceptatum nulliter, & expectans aliud poterit acceptare. Gemin. *consil. 108. n. 3. & seq. ver. quæritur ergo.* & hoc procedit in expectatiua exuberanti cū clausula, *quod duxerit acceptandum.* † Amplia in expectante ad primum vacaturum in forma pauperum; quia si non valet de iure acceptatio, poterit aliud beneficium acceptare, & non consumitur gratia. Bald. *consil. 228. Per Sanctissimum in Christo, in pr. lib. 4.* † Extende, vt idem sit, quando acceptatio pauperis valet de iure, sed de facto executio est impossibilis. † Contrarium, quod imo non valeat secunda acceptatio; quia cōsumitur gratia ex acceptatione primi valida, etiam si executio sit impossibilis. † Declara; quia prima opinio est æquior, secunda est verior. Io. And. *in c. in litteris, de rescr. deleg.* † Declara; quia prima opinio procedit, quando pauper acceptauit ignorans, quod de facto executio esset impossibilis: secunda vero procedit, quando sciebat, & nihilominus acceptauit. Bald. *d. consil. 228. circa med. ver. interdum de iure. lib. 4.* vbi, quod præsumitur ignorantia, & ita videtur tenere Card. Zabar. *consil. 18. Diebus elapsis, post col. 1. in fin. ver. si autem quæritur.* † Extende, vt valeat secunda acceptatio non obstante prima, quando expectans primę renunciauit; quia dubia erat in iure; nam non perdit tunc expectatiuam, neque illam consumit. Bald. *d. consil. 228. per tot.* vbi est casus, maxime *in fi. ver. interdum acceptatio lib. 4.* † Amplia; quia acceptans ignoranter beneficium debitum alteri habenti gratiam expectatiuam cum clausula, *anteferri*, poterit secūdo loco acceptare, si expectans, cui debetur, acceptauit, & ante prolationem mortuus est; sed tamen prima acceptatio nō suffragatur. Zabarell. *d. consil. 18. per tot.* maxime *circa fin.* † Limita, quod expectans acceptando beneficium, quod postea apparet reseruatum, & sibi non deberi, consumit gratiam, nisi protestetur secūdum formam *c. cum in multis, de rescript.* Lap. *alleg. 85. nu. 8. ver. quid igitur, & alleg. 121. Fulcinius. col. 3. ver. in contrarium.* vbi, quod à iure, & à practica approbatur hæc protestatio, & allegat multos Dd. de ea mentionem facientes. † Limita; quia expectans per solam acceptationem factam de vacāti, etiam si non sit facta prolusio, consumit gratiam suam; quia aliud non poterit acceptare. Gem. *consil. 103. Pro responsione, in pr.* vbi dicit hoc procedere, donec probetur, quod acceptatio fuit inualida; quia interim, qui dicit gratiam consumptam ex acceptatione, habet fundatam intētionem, & multa allegat per totum consilium, vbi est casus, & ponit hoc esse regulare. † Declara hanc materiam consumptionis expectatiuæ per acceptationem, vt si gratia est ad primum vacaturum, tunc quælibet negligentia acceptantis, vel dolus consumit gratiam; quia gratia non est, nisi ad vnū; si vero gratia est ad plures, sed restringitur ad id, quod expectans duxerit acceptandum, tunc negligentia, & dolus non ita de facili consumit; quia gratia non est restricta ad vnum, sed exuberans. Gemin. *consil. 108. Difficultas dubii. n. 4. ver. nam ille text. vsque in fin.* vbi allegat Io. Monach. & Io. And. *in c. ne captandæ, de concess. præb. in 6.* & idem dicit Franc. *d. c. ne captandæ. n. 7. & seq. ver. in ea gloss.* † Declara, vt plenissime per Roman. *consil. 329. Præsens consultatio. in princ.* vbi allegat in confuso plurimos in hac materia diuersimode sentientes, videl. quia aliqui tenent, quod non consumit gratiam acceptans beneficiū sibi non debitum, etiam si sciat; quia sufficit, quod dimittat beneficium acceptatum lata sententia, & non consumitur gratia. Alii tenent, quod imo sufficit, quod sciat, vel scire debeat sibi nō deberi, & si dolose litigat, non dimittens, nisi post sententiam; quia consumitur gratia. † Et Rom. dicit, quod si acceptat expectans beneficium, quod à principio scit acceptare non posse, vel quia sub eius gratia non sit inclusum, vel quia alias sibi nō sit debitum, consumit gratiam, vt non possit aliud acceptare, & probat iuribus, & authoritatibus, & eiusdem Rom. consilium esse celeberrimum dicit prima post. ibi allegans Ferret. *consil. 96. Quia vt audio, in fin.* & post. 2. *in ver. gratia*, dat concord. allegat multa iura; quia eligens scienter indignum, vel nulliter, priuatur iure eligendi. † Si vero iusto, vel probabili errore acceptauit beneficium non cadens sub sua gratia; tunc non priuatur iure acceptādi aliud. Rom. *d. consil. 329. col. 2. nu. 2. ver. aut errore probabili*, vbi a post. *in ver. non consumitur*, citat plurimos concord. sed intelligit Rom. ibi. *n. 5. & seq. ver. secundum autem membrum*, dummodo statim, quod scit sibi non deberi, relaxet possessionem; quia si contrarium faceret; gratia consumitur, & non debet expectare sententiam, & ita post. ibi *in ver. consumpta.* & latius *in ver. expectatiuæ*, vbi citat plurimos, & dicit, quod Rota Romana approbat hoc consilium, quod non debet expectare sententiam, quando notorie scit sibi non deberi, alias secus, & multas decisiones antiquas, & modernas citat. † Secus, si acceptat beneficium sibi debitum; quia tunc sine difficultate gratia consumitur, & non potest pœnitere, neque variare. Rom. *d. consil. 329. n. 3. in fin. cum seq. ver. aut acceptat sibi debitum*, vbi post. *in verb. acceptatio.* dat multos concord. † Imo etiam si concordaret, vel transigeret, aut cederet litiganti, consumitur gratia propter negligentiam. Rom. *d. consil. 329. num. 8. & seq. ver. caterum*, vbi apostill. *in ver. concessione*, dat plurimos concord.

Expectans reuertitur ad beneficia dimissa, si expectatum ab eo euincatur, & quando secus. Concl. 621.

EXpectans, † qui dimisit beneficium primum, quod obtinebat, vt vigore expectatiuæ pinguius cōsequeretur, reuertitur ad primum, si secundum ab eo euinceretur. *cap. si beneficia, de præb. in 6.* † Limita in eo, qui vt assequeretur secundum curatum, promisit dimittere primum; quia si litigando in solo possessorio reportauit duas conformes contrarias, & cessit liti, iuri, & causæ, adhuc primum dimittere tenetur; quia sententiæ in possessorio non sibi præiudicabant respectu tituli. Cald. *consil. 226.* alias *5. de præb. per tot.* vbi pro vtraque parte ponit notiua, sed tenet hanc partem. Vide, *Beneficia incompatibilia, &c. Concl. 70.*

Expectans tenetur ad multa, & quæ. Concl. 622.

EXpectans † tenetur publicare suam prouisionem intra tres menses, alias prouisio est nulla. Gem. *consil. 75. n. 2. in fi. ver. secundo dicitur*, vbi, quæ requirantur pro publicatione. Vide, *Regula de publicandis, &c. Conclus. 101.* † Acceptare tenetur beneficium vacans & post acceptationem intra mensis debet sibi prouideri facere; quia mensis currit à die acceptationis specificæ, nō autem incertæ. Anch. *consil. 413. Vltra rationes, per tot.* vbi, quod acceptatio generalis, & incerta non præiudicat. Vide, *Acceptatio quale ius conferat acceptanti. Concl. 71.*

Expediunt multa, de quibus infra. Concl. 623.

EXpedit † magis nō admittere à principio, quam admissum expellere; qa *turpius ejicitur, quā non admittitur hospes.* Vide, *Turpius ejicitur. Concl. 403.* † Melius est nocentem absoluere; quā innocentē condemnare. Vide, *Absoluere, &c. Concl. 41.* † Melius est non soluere, quam male soluere, & solutū repetere. *l. 2. & seq. ff. de compens.* † Et melius est se illæsum, & intactum conseruare, quam post illatum vulnus medelam quærere. *l. 1. C. quand. lic. vnicuique se vindic. sine iud.* † Melius est pauca agere caute, quam multis interesse periculose. *auth. de Tabellio. §. 1.* vbi gl. *in ver. caute*, dat similia ex Salomone. *Melior est buccella panis sicca cum gaudio, quam tota domus plena victimis cum jurgio*; item, *melius est parum cum iustitia, quam*

multi

multi fructus cum iniquitate. quod Psalmista per alia dicit, *melius modicum iusto super diuitias peccatorum multas.* † Et melius est habere rẽ,
6 q̃ actionẽ, vt *in l. minus est. ff. de reg. iur.* † Et litib. non vexari melius
7 est, q̃ vexari, licet non succũbat. Cora. *cons.* 184. *lib.* 1. † Et de duo-
8 bus malis melius est eligere, q̃ minus est malum. Vide, *Malũ mi-*
9 *nus eligendũ. Concl.* 26. † Et melius est incũbere pignori, q̃ actioni.

Expensas fecisse asserens probare debet, & qualiter probentur expensę, vel præsumantur, & à quo. Concl. 624.

1 PROBARE † debet ille, qui dicit fecisse expensas, & requiritur plena probatio, vel per coniecturas secundũ qualitatem expensarum; quia modicæ probantur facilius, & per cõiecturas, magnæ debent plene probari, & secundũ qualitatem operis probantur per æstimationẽ, & in dubio præsumuntur factæ à possessore, & ab eo, qui erat obligatus facere. Vide plene Masc. *Concl.*
2 715. *Communia expensarũ.* † Amplia; quia expensæ præsumuntur, & probantur ex natura rei; ideo quia nullus põt viuere de vẽto, & sine alimentis præsumitur quis alimentatus ab eo, penes quẽ reperitur alitus, veluti à tutore, à patre, & expensæ factæ in agro præsumuntur à possessore; & idem in exercitu cõducto, & similibus. Vide Masc. *Concl.* 716. *Expensæ an probentur ex natura ipsa.* vbi
3 limitat, nisi quis haberet administrationem bonorum alimẽtari, vel quid simile. † Amplia, quia expẽsæ liuis, & aliæ expensæ factæ per tutores, & administratores probantur solo iuramento, quãdo modicæ, & verisimiles, alias præuia taxatione iudicis, & qualiter fiat, Vide Masc. *Concl.* 717. *Expensæ litis an probẽtur per iuramen-*
4 *tum.* † Extende in expensis funerum; quia iuramento probantur.
5 Masc. *Concl.* 719. *Expensæ funeris.* † Extende in expensis factis per executores testamẽtarios; quia solo iuramento probantur, si verisimiles sunt. Vide Masc. *Concl.* 72. *Expensæ factæ per executores.* Am-
6 plia; † quia expensæ probantur per rei euidentiam; quia probato facto expensa præsumitur facta per faciẽtẽ. Vide Masc. *Concl.*
7 718. *Expensæ an probentur per rei euidentiam.* † Amplia, quia expensæ modicæ probãtur per leuiores probationes; magnæ vero requirunt plenam probationem; & ideo modicæ probantur per cõiecturas solas, & verisimilitudines, aliæ magnæ non. Vide Masc.
8 *Concl.* 720. *Expensæ an probentur per coniecturas.* † Amplia, quia expensæ tutoris, & administratoris probantur per libros, quando sunt modicæ, & verisimiles. Vide Masc. *Concl.* 723. *Expensæ an pro-*
9 *bentur per libros.* † Amplia; quia expensæ probantur per testes, etiã domesticos, tanquam informatos, & quando secus. Vide Masc. *Concl.* 721. *Expensæ an probentur per testes.*

Expensarum refectio quãdo impediat litis ingressum, vel non. Concl. 625.

1 EXCEPTIO † refectionis expensarum factarum impedit litis ingressum, quando sunt liquidę, & debentur ob mutationem libelli. Bald. *cons.* 3. *Per statutum, in fin. lib.* 2. Curt. Iun. *cons.* 163.
2 *n.* 4. † Et ideo si fiat mutatio libelli intellligitur refectis expensis,
3 alias processus esset nullus. Curt. Iun. *d. cons.* 163. *n.* 4. † Amplia; quia etsi non sunt liquidæ, impediunt litis ingressum, nisi præstetur
4 cautio de illis reficiẽdis. Bald. *d. cons.* 3. *in fi. li.* 2. † Et tunc sufficit depositum muscale cum fideiussore de soluendo residuo factæ liquidatione. *l. statu liber. rationem, & l. seruus si hæredi. § fin. ff. de stat. liber.* & ita Ang. & alii post eum *in l.* 4. §. *ait prætor. ff. de re iud.* Ang. & Moder. *in l. prætor. § si quis paratus. ff. de nou. oper. nunc. in l. si mora. ff. sol.*
5 *matr. & in l. si insulam. ff. de verb. obl.* Vide, *Depositum muscale, & non integrum, quando releuet, vel non. Concluſ.* 211. † Amplia, quia si actor deserit vnam instantiam, & vult incipere nouam litem super eisdẽ, debet reficere expensas litis desertæ, & ante refectionem non auditur. arg. *l. sancimus, C. de iud. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expens. & in auth. qui semel. C. quomod. & quand. iudex*, & q̃ debeat omnes
6 expẽsas reficere factas in prima causa. Affl. *dec.* 70. † Extende idẽ, si actor succubuit, vel quia male egit; quia si est condemnatus in expensis, & velit iterum agere, exceptio refectionis expensarum impedit litis ingressum. *auth. & qui iura. C. de bon. auth. iud. possid.* & Florentiæ cauetur *in statuto. 1. lib. 2. ad fin. ver. & nisi refectis dd. expẽsis.*
7 † Declara; quia debet præcedere taxatio dictarum expensarum.
8 *c. 1. ver. quid si non probauerit, de except. in 6. c. 1. ver. sed si, de vest. spol. eod. lib.* † Restringe, quãdo expensæ essent factæ coram iudice Ecclesiastico in primo iudicio, & actor vellet experiri corã iudice laico; quia tunc non impediretur iudicium per non refectionẽ expensarum, cum de eis iudex laicus cognoscere non possit. Deci-
9 post alios, quos refert *cons.* 241. *Scripsi. col.* 1. † Amplia etiam, quãdo prima sententia lata fuit nulla; quia sine citatione partis, vel alio defectu fuit annullata; quia si velit iterum agere, tenetur re-

ficere omnes expensas, alias non auditur. Affl. *decis.* 70. Vide, *Exceptiones quæ impediant litis contestationem. Concl.* 394.

Expensarum condẽnatio fieri debet regulariter, quando non subest iusta causa litigandi, & quando secus. Concl. 626.

REGVLA † est de iure communi, quod victus victori in ex- 1
pensis condemnari debet. *l. eum quem temere. ff. de iud. c. finem litibus, de dol. & contum. c. calumniam, de pœn. cap. fin. de maior. & obed. l. properandum. § fin autem alterutra.* vbi Ias. *in* 1. *not. ab. C. de iud.* Marsil.
sing. 237. *& sing.* 485. Rebuff. *tom.* 3. *tit. de expens. glos. vnica. n.* 6. † Ex- 2
pensarum condemnatio venit quandoq; ratione retardati processus, quandoque ratione contumaciæ, quandoque ratione victoriæ. Signor. Homod. *consil.* 36. *In quæstione vertente, num.* 7. *ver. octauo præmitto.* quandoque ratione temeritatis, quandoque ratione calumniæ; & licet iuramentum calumniæ excusset à calumnia; non tamen excusat ab expensis, quæ possunt deberi ex temeritate. Fulgos. *cons.* 158. *Graccolina, col.* 2. *ver. sed & constantius.* † Et 3
valet sententia incerta ratione expensarum; quia possunt taxari in liquidatione. Fulg. *cons.* 139. *n.* 1. † Et ideo iudices solent in sen- 4
tentia condemnatoria expẽsarum sibi reseruare taxationem expensarum, & valet talis sententia; quia est pura, non conditionalis. Bart. *cons.* 95. *Ex themate, in pr. ver. tertio, an valeat. lib.* 1. Vide, *Sententia incerta, vel conditionalis valet multis casib. Concl.* 108. † Victus- 5
igitur victori in expensis cõdemnari debet sine distinctione personarum. *d. l. properandum. § fin autem alterutra. C. de iudic.* vbi imponi pœnam iudici, & iuber, quod iudex non vtatur maiori clementia, quã lex. Fulg. *d. cons.* 158. *n.* 2. *ver porro, & ea pars.* † Restringe, 6
nisi subsit iusta causa absoluẽdi ab expensis; quo casu licitum est absoluere expressa causa in sententia. Alex. *consil.* 183. *In causa, & lite. n.* 2. *ver. & debet iudex. lib.* 6. † Restringe regulam, quãdo sub- 7
est iusta causa litigandi; quia tunc absolui potest ab expensis, qui condemnatur in causa, & negocio principali *l. quod solidum §. etiam. ff. de leg.* 2. §. *oportet, in auth. de iudic.* Ias. *d. § fin autem.* Rebuff. vbi supra *n.* 29. Alex. *cons.* 135. *n.* 14. *lib.* 6. Menoch. *de arbitr. casu* 177.
Cautæ autem præbentes iustam causam litigandi plures enarrãtur in locis prædictis, & in summa est arbitrium iudici, quæ sit iusta causa, vel non, considerata qualitate personarum, & facti. Bald. *in l. generaliter. §. 1. C. de reb. cred.* Ias. *d. l. properandum. §. fin autem alterutra. n.* 16. *C. de iud.* Ruin. *cons.* 1. *n.* 24. *lib.* 3. Men. *de arbitr. d. cas.* 177. *n.* 2. † An si actor, qui partem habere debet, & reus negat to- 8
tum, sit facienda condemnatio, vel non. Vide plene Ant. Gabr. *lib.* 2. *tit. de expensis, conclus.* 2. *Actor, qui partem tantum.* † Amplia: quia 9
condemnatio expensarum ob calumniam actoris fieri potest etiam officio iudicis, & nunquam fieri debet ante sententiam in negotio, de quo agitur; q. a esset propalatio animi iudicis, quod reus veniat absoluendus, quod esse non debet. Fed. de Sen. *consil.* 93. *Factum, quod proponitur, n.* 2. *ver. & cauti iudices.* & concord. idem Feder. *cons.* 139. *ver. si vero sunt expensæ.* † Contrarium tenent Cano- 10
nistæ, quod condemnatio expensarum non fit, nisi sint petitæ in libello, licet contrarium teneant Legistæ, vt per Feder. de Sen. *d. cons.* 139. *Quæstio nostra per tot.* vbi distinguit, vt infra. Vide, *Expensæ* 11
debent peti, vt sequi possit condemnatio. Conclus. 629. † Amplia; quia omnis fraustrator calumniosus, vel temerarius, seu dolosus in impetrãdo, agendo, vel excipiendo in iudicio, vel extra, punitur saltem in expensis. Fed. de Sen. *cons.* 133. *Casus talis est, quidam à sententia, in pr.* maxime *num.* 2. *ver. primum est*, etiã si non sint petitæ; quia iudex potest ex officio cõdemnare. Fed. *d. cons.* 139. *ver. si vero.* † Ex- 12
tende in tantum, quod licet hæres cum beneficio legis & inuentarii non teneatur de suo vltra vires hæreditarias; tamen si temere litigauit, & sit condemnatus etiam tanquam hæres cum beneficio, de suo soluere debet. Bald. *consil.* 73. *Loysius. lib.* 3. quod est
Franc. de Rampo, & Baldi. † Extende; quia is, qui appellauit 13
coram honesta persona, & citatus ad docendum de appellatione, alias videndum dari exequutionem, distulit producere appellationem vsque ad finem iudicii; quia debet in expensis condemnari, vsque ad diem productionis. Cassad. *decis.* 3. *de appellat.* & plenius *decis.* 8. *eod. tit.* vbi, quod non est sine calumnia, ex quo
distulit. Grammat. *vot.* 18. *num.* 15. *& per tot.* Dec. *consil.* 241. † Ex- 14
tende; quia appellans pro alio si non docet de mandato, debet condemnari in expensis factis vsque ad exhibitionem mandati. Cassad. *dict. decis.* 3. *de appellat.* † Extende in Clerico conuento 15
simpliciter coram seculari, qui differt allegare Clericatum; quia debet condemnari in expensis factis vsque ad oppositam exceptionem. Ægid. *decis. ducentesima vigesima sexta.* & ita attestatur
fuisse tentum in vna Saonen. Cassad. *d. decis.* 3. *de appell. in fi.* Gram-
matic.

matic. d. tit. 18. n. 15. † Contrarium in Clerico tenet Deci. *cons.* 240. *Burgis alias. per tot.* vbi dicit, quod nulla est iurisdictio laici in multa, seu in expensis contra Clericum. † Declara; quia potest cõdemnari in expensis coram Ecclesiastico pro lite calumniosa facta coram seculari non opponendo de Clericatu, quando laicus desistit, statim facta sibi oppositione; secus si nõ desistit, qui eodem modo feciſſet, si à principio oppoſuiſſet, ita pulchre Deci. *d. conſil.* 220. *col. 2. ver. ſed videndum.* † Extende in eo, qui habet saluum conductum, seu bollettinum, ne possit conueniri à suis creditoribus; quia si differt exhibere, in fine causæ condemnari debet in expensis factis vsque ad diem exhibitionis, ita Blanch. *de compromiſſ. in* 5. *q. per. n.* 3. & 4. † Amplia in appellãte, non prosequente, vel deficiente, vel succumbẽte in causa appellationis; quia omnino debet in expensis condemnari per iudicem ad quem, Fed. de Sen. *d. conſil.* 155. *portot.* vbi est casus. Alex. *conſ.* 135. *Ponderatis iis, circa ſi. ver. quo ſit reſtituenda lib.* 2. Vide Concl. prox seq. † Amplia in eo, qui petit plus debito in iudicio exequutiuo; quia debet condemnari in omnibus expensis, § *ſi quis agens. ver. ſed hoc quidem, iuncto* § *tripli. Inſtit. de actio.* Doctor *in l.* 1. *C. de plus petit.* quia in iudicio exequutiuo magis proximus est actus ad extorquendum indebitum petitum, quam in iudicio ordinario; nam qui petit exequutionem pro centum, dicitur petere centum. Corn. *conſ.* 33. *Viſa copia, in fi. lib.* 2. † Extende, siue petierit dolo, siue temeritate; quia non refert. Bart. *d. l.* 1. *C. de plus petit.* quia non excusatur prætextu ignorantiæ, ex quo actor debet venire instructus. *l. qui in alterius.* § *ſin. in fi. ff. de regul. iur.* † Extende idem in iudicio ordinario. Castrens. *in l. pen.* § *fi. de iuriſd. om. iud.* Abb. *c. 1. de plus petit.* Aretin. § *ſi quis agens. nu.* 8. *Inſt. de actio.* Guido Pap. *conſ.* 8. & nõ potest renunciare illi iudicio, nisi reficiat expensas. Abb. vbi supra. Doctor. * *in l. poſt quam luti. C. de pact.* † Amplia, vt expensæ rei petitæ post litem contestatam vltra expensas iuris veniant in condemnatione, etiam si non sunt petitæ, puta si pro bouem, vel aliud animal; tunc expensæ veniunt in condemnatione cum fructibus. ita Fed. de Sen. *conſ.* 139. *in pr.* allegat *l. adilitium.* § *item ſciendum. ff. de adil. edict.* Vide, *Expenſæ debent peti, vt ſequi poſſit condemnatio. Concl.* 629. † Intellige, quod veniunt in compensatione expensæ, non in conditione; quia reus illas fecit, & sic credo, quod debeat intelligi; quia fructus intelliguntur, deductis expensis. *fructus. ff. ſoluto matrim.* vbi gl. † Amplia; quia procurator, qui male fabricauit processum, debet condemnari in expensis, vt de bono soluat, & non principalis. Castr. *cõſ. deciſiuo* 67. *Viſo quodam proceſſu. in pr. lib.* 1. † Amplia; quia in causa spolii semper spoliator condemnatur in expensis, ex quo præsumitur dolus. Bald. *conſil.* 217. *Viſa libelli. n.* 7. *ver. ſed tamen hoc nõ habet. lib.* 2. † Restringe, quando causa spolii esset contra eum, qui successor est spoliatoris; quia ex quo ipse spolium non commisit, iusta ignorantia potest eum excusare. Bald. *d. conſ.* 217. *n* 7. *ver. ſed ſi quis. lib.* 2. † Amplia; quia hæredes mariti obligati ad restitutionem doris cũ expensis, damnis, & interesse, tenentur ad expensas litis factæ contra tertios bonorum possessores, licet ex iusta causa fuerint tertii posse ſſores absoluti ab expensis; quia vigore contractus debetur mulieri, & post sententiam peti possunt. glos. *in* §. *oportet in ver. illo ſolo, in auth. de iudic.* col. 6. vbi Angel. & tenent Bald. Salyc. & Iaſ. *in l. properandum. ꝯ ſin autem alterutra. C. de iud.* Bald. *in l. terminato. col. penult. C. de fruct. & lit. expenſ.* Alex. *cõſ.* 34. *Conſultus alias. in fi. lib.* 4. † Amplia; quia in causa appellationis probabilis error nunquã excusat ab expensis. Bald. *conſil.* 217. *n.* 7 *in fi. & n.* 8. *ver. & iſta reſectione. lib.* 2. † Amplia; quia appellans ab interloquutoria, & succumbens semper cõdemnatur in expensis Affl. *dec.* 42. † Si tamen iudex omittat cõdemnare, vel absoluere. Bald *in l generali. C. de Epiſc. & Cler.* † Amplia; quia vtcumque quis succumbit in negocio principali, & non habuit bonam causam litigandi, debet condemnari etiam in expensis, in tantum, quod datur appellatio ab omissa condemnatione expẽsarum. Ang. *conſ.* 291. *Viſa pet. in pr.* † Declara, quia in expensis litis, quæ non veniunt iure actionis, sed officio iudicis, potest iudex ob bonam causam litigandi omittere cõdemnationem expressa cauſa. Fed. de Sen. *d. conſil.* 139. *circa fin. verſ. ſi vero ſint expenſæ.* † Amplia; quia condemnatus in expensis primæ & secundæ instantiæ, si in tertia iudex confirmat sententias, sed absoluit ab expensis, intelligitur de expensis tertiæ instantiæ, non de expensis præcedentiũ instantium. Fulg. *conſ.* 158. D. *Gracc.* † Extende in casu contrario; quia si primus iudex condemnauit reum, & absoluit partes ab expensis, licet iudex dicit bene iudicatum, & male appellatum, & simpliciter condemnat reum in expensis, intelligitur de expensis tantum secundæ instantiæ; tum quia sententia est stricti iuris, tum quia repugnantia inducere tur, quod iudex bene iudicauerit, si corrigeret condemnatio sententiam primi. † Declara, vt per Felin. *in cap. ſignificauerunt, de exceptio.* quia si ex actibus constat, quod debuit fieri absolutio in prima instantia, prout fuit absolutus per primum iudicem; & tunc verba indefinite prolata non extenduntur extra illam instantiam, alias secus, ita Bart. *in l. ſi pluribus. ff. de leg.* 2. quia verba illa ita sunt intelligenda, vt non contineant iniustitiam. † Extende; quia si iudex appellationis confirmat sententiam primi iudicis, & condemnat reum in expensis præsentis instantiæ tantum, intelligitur absoluere ab expensis primæ instãtiæ propter illam taxatiuam, *tantum*, & tali casu non dicitur omisisse expensas primæ instantiæ, imo de eis absolutionem fecisse. Salyc. *in l.* 1. *C. ſi aduerſ. rem iud. col.* 3. Felin. *in cap. cum inter. de re iud.* † Si vero iudex appellationis reuocat sententiam primi iudicis; non tamen debet appellatum in expensis condemnare. Doctor. *in d. l. properandũ.* § *ſin autem alterutra. C. de iud.* vbi Iaſ. *n.* 24. declarat, nisi ex primis actis reuocaretur prima sententia, per *deciſ. Rotæ in Nou.* 251. Abb. *in cap. ſinem litibus, de dol. & contumac.* † Et regula est, q. is, qui obtinuit sententiam fauorabilem in negocio principali, non appellat ab omissa condemnatione expensarum, neque ab absolutione expensarum, quando victus appellat propter honorem iudicis. *c. vt debitus. de appell. l. ſi. C. quando prouo. non eſt neceſſ.* quia potest adhærere appellationi aduersarii; secus est, si condemnatus non appellat, vel limitare appellat; quia potest appellare. gl. & Castr. *in l. ſi. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.* Abb. Felin. & alii *in c. ſignificauerunt, de exceptio.* & ita practicatur. † Declara; quia si iudex in secunda instantia condemnat in expensis ex antiquis actis, & probationibus, censetur tã in prima instantia, quam in secunda condemnare. Alex. *conſ.* 179. *Viſis. in fi. ver. ex quib. lib.* 7. vbi apost. ibi in *ver. expenſis*, ita declarat. † Amplia; quia tutor, qui finita tutela non reddit rationẽ administrationis tutelæ per quatuor annos interpellatus, licet postea vocatus in iudicium offerat reddere verbo, potest condemnari ad reddendum, & in expensis; secus, si ante motum iudicium obtulisset, & fuisset paratus reddere, vel per eũ non stetisset. Io. de Imol. *conſ.* 75. *Circa primum. n.* 6. *vſq. in fin.* vbi ponit longã distinctionem plurium casuum. † Amplia in eo, qui error suo defatigauit partẽ, puta cõfitens aliquid, quod vult reuocare, & docere de errore; quia tenetur ad expensas medio tempore factas, dum confessio stabat. Iaſ. *in l. error. C. de iur. & fact. igno.* Bar. *in l. rura. C. de omni agro deſer. lib.* 11. *inſi.* † Amplia in eo, q. instituit litem, postea deseruit. Alex. *conſ.* 114. *In cauſa, & lite, in fin. lib.* 4. † Extende, vt procedat, etiam si procurator eius, qui perit expensas, & in causa comparuit, non erat procurator; quia sufficit, quod iudex pronunciauit mandatum legitimum, vt amplius de eo nõ possit opponere is, contra quem fuit pronunciatum secundum communem, * de qua Alex. *cõſ.* 114. *in fi. lib.* 4. † Amplia multo magis, quando per calumniam quis distulit producere iura vsque ad tempus sententiæ; quia debet condemnari in expensis. Deci. *conſ.* 241. *in pr.* Caſſad. *dec.* 3. *de appell.* Gram. *vot.* 18 *n.* 15 *per tot.* † Amplia; quia is, qui fuit condemnatus in prima instantia, si cõdemnatur in secunda, debet omnino condemnari in expensis. Lanfran. de Oriano *in repet. c. quoniam contra, in vlt. chart. col.* 2. *ver vlterius facio talem concluſionem, de probatio.* late Matteſil. *ſing.* 81. Matſil. *in l. patre, vel marito. n.* 31. *ff. de quæſtio.* † Extende multo magis, quando ex eisdem actis reportauit etiam secundam sententiam contra se. Bart. *in l. tutores.* § *Curatores. ff. de admini. tutor.* late Iaſ. *in l. properandũ.* § *ſin autem. n.* 23. *q.* 9. *C. de iud.* † Amplia, quia expensę possunt peti, & se. qui potest condemnatio etiam post concordiam, & transactionẽ factam, in qua de expensis non est facta mentio. Io And. *in rubr. de eo, qui mitt. in poſſeſſ. cauſa rei ſeruãd. lib.* 6. *in nou.* pro quo facit *c. in noſtra, de iniur.* & ita seruari in Parlamẽto Delphinali attestatur Guid. Pap. *dec.* 55. † Contrarium tenet ipse Guid. Pap. *d. deciſ.* 55. quia recipiendo sortem, & transigendo videtur expensas remittere. † Declara, vt per apost. *in d. deciſ. Guid. Pap.* 55 quia expensæ ratione contumaciæ peti possunt; item expensæ debitæ iure actionis; secus, si officio iudicis. † Extende; quia peti possunt expensæ ab actore, licet post litem reus eidem actori satisfecerit, Capel. Tholoſ. *q. ſeu deciſ.* 5. *cum ibi apoſtillatis.* † Limita; quia vocatus ad iudicium, qui statim confessus est, & consentit petitioni, non potest condemnari in expensis. Rom. *ſingul.* 401. Cagnol. post Dec. *in l. qui in alterius, n.* 21. *ff. de regul. iur.* † Limita in eo, qui succubuit in causa, in qua dubium probabile iuris controuertebatur; quia præstat instam causam litigandi dubium iuris. Iaſon post Bald. Salyc. *in d. l. properandum.* § *ſin autem alterutra. C. de iud. vol.* 3. *in fin. conſ.* 3. Anton. de Butr. *conſ.* 67. *in fi.* vbi, quod vtraq; pars absoluitur, quando dubium est inter opiniones inuolutum. † Limita in emptore, qui non potest, etiam si malum ius foueat, relinquere causam suam indiscussam; quia alias non posset agere de euictione; quia in prima instantia debet absolui ab expensis, quantumcunq; malum ius foueat; qa non per calumniam, sed ex necessitate litigauit; secus in secunda

instan-

instantia. Dd. *in d. l. properandū. § sin autem alterutra. C. de iud.* vbi Iaſ.
55 *ver. decimo limita.* † Limita; quia ſi vnus ex litigantibus relicto procuratore ſe abſentauit, & pars aduerſa velit ab ipſo abſente principali, tanquã melius informato, reſponſionẽ, id debet eſſe expẽſis abſentis, nec poteſt condemnari in eis pars, quę voluit reſpon-
56 deri per principalẽ, licet ſuccumbat in cauſa. Afflict. *dec.* 177. † Limita, etiam ſi extet ſtatutũ, q victus victori condemnetur in expenſis, etiam ſi habuit iuſtam cauſam litigandi; quia intelligitur tale ſtatutũ conforme iuri communi, vt condemnetur, ſi de iure venit condemnandus, ſi nõ de iure, neq; vigore ſtatuti. Bald. *conſ.* 102. *ver iſtud ergo ſtatutum. lib.* 1. & quod tale ſtatutum intelligatur, niſi habeat inſtam cauſam litigandi, plene Caſtr. *conſ.* 16. *Si ponderarentur. n.* 9. *lib.* 1. *ver. item opponitur.* Fulg. *conſ.* 139. *per tot.* maxime *col.*
57 3. *ver. ad ter. de ſtatuto.* qui idẽ dicit in ſtatuto † Veronæ, qui loquitur, quando diſponit, quod victus habeatur pro cõdemnato, vbi, quod eſſet abſurdum, ſi iuſta cauſa non attenderetur. Anch. *conſ.* 182. *n.* 7. Alex. *conſ.* 34. *in fi. lib.* 3. & *conſ.* 183. *in fi. lib.* 5. Bald. *in l. terminato. col. fi. ver. pono. C. de fruct. & lit. expenſ.* vbi, quod ſtatutum debet ſecundũ ius cõmune intelligi, ſequitur Alex. *in d. l properandũ. §. ſin*
* *autem alterutra. n.* 7. *C. de iud.* vbi dicit hanc eſſe veriorẽ & * æquiorem, prout etiam dicit Couar. *pract. q. c.* 27. *n.* 4. apoſt. ad Alex. *conſ.*
58 183. † Reſtringe quoad iudicem; quia licet reus, qui habebat primam ſententiã pro ſe, fuerit condemnatus in expenſis in ſecunda inſtantia, & poſtea obtinuerit alias ſententias pro ſe; non tamen poteſt agere cõtra iudicem, vt teneatur, quaſi fecerit litem ſuam; quia ad hoc, vt iudex teneatur, requiritur, q ex actis fecerit iniuſtitiam, non ex ſententiis ſubſecutis; quia dicuntur res inter alios
59 actæ. Bald. *d. conſ.* 102. *n.* 2. *ver. ſed videamus. lib.* 1. † Contra limitationem, quod imo tale ſtatutũ, quod victus victori in expenſis condemnetur, prout Florẽtiæ *in ſtat.* 1. *lib.* 2. operatur, quod iuſta cauſa non excuſat ab expenſis, ne lis fruſtratorium. Aug. poſt gl. *in auth. de exhib. reis. in pr.* in gl. *in ver. cauſam. & in l. non ſolũ. in fi. ff. de rei vendic.*
* & plures citat Couar. *pract. q. c.* 27. *n.* 4. Marſil. *ſing.* 207. *& in d. l. patre vel marito. n.* 26 *ff. de queſt.* vbi dicit * communem, & quod ſi iudex abſolueret, ſententia eſſet nulla, & refert Salyc. atteſtari ita fuiſſe cõcluſum, & iudicatum Ferrariæ. Alex. *conſ.* 183. *Viſo puncto.*
60 *ff. lib.* 5. † Reſtringe; quia vbi articulus eſt iuris, ſuccũbens ſemper debet condemnari in expenſis, nec excuſatur propter diuerſitatem opinionũ Doctorum, neq; ex iuramento calumniæ, neq; ex alia cauſa colorata. Bald. *conſ.* 472. *Statuto Communis Papiæ, in fi.*
61 *lib.* 1. † Reſtringe, quando iam eſt facta condemnatio per rem iudicatam; quia non quæritur amplius, an habuerit iuſtam cauſam litigandi, vel non, ſed ante ſentẽtiam hoc quæritur. Fulg. *conſ.* 139.
62 *Suppoſitis duobus ſtatutis. n.* 1. † Limita, quando vtraq; pars vincit. & ſuccumbit; quia tunc iuſta eſt cauſa abſoluendi ambas partes ab expenſis propter mutuam victoriam. Innoc. *in c. ſinem litibus. de dol. & contum.* Alex. *conſ.* 212. *In cauſa. lib.* 7. & eſt ratio; quia cum vtraq; pars obtineat, vtraque bonam fidem habere dicitur. gl. *in l. genera-*
63 *liter. § ſin autem non rite. in ver. ſtipendij. C. de reb. cred.* † Extende; quia imo iſto caſu ſi fiat condemnatio, *victum victori, &c.* fit compenſatio. Alex. *d. conſ.* 212. *In cauſa. n.* 5. *& ſeq. lib.* 7. vbi loquitur in eo, qui petiit totum, & reus negauit totum, & res erat communis, iudex
64 condemnauit in medietate tantum victum victori, &c. † Limita in eo, qui non habuit plenam probationem, ſed ſemiplenã; quia licet iudex non voluerit deferre iuramentum in ſupplementum; tamen debet abſoluere ab expenſis. Anch. *conſ.* 248. *Ad prædicta dubia. n.* 13. † Limita; quia paupertas eſt iuſta cauſa abſoluendi ab ex-
65 penſis; quia habet multa priuilegia paupertas. Rom. *in l. ſi vero. §. de viro. in* 25. *fall ff. ſol. matrim.* Vide, *Paupertas habet multa priuilegia.*
66 *Conſ.* 165. *& Conſ. ibi prox. ſeq.* † Limita, quando cauſa erat dubia in iure, vel in facto, & cõdemnatus erat in bona fide; quia ex quo nõ debuit ius ſuum indiſcuſſum relinquere, excuſatur ab expen-
67 ſis. Bald. *conſ.* 217. *n.* 7. *ver. tangitur alius. lib.* 2. † Declara pulchre per Bald. *conſ.* 24. *Titulus poſſeſſionis. lib* 3. vbi, quod reus non debet condemnari in prima inſtantia, niſi poſtquam ius actoris fuit liquidatum, & iuſtificatum; quia nõ debet ius ſuum reus indiſcuſſum relinquere: in cauſa vero appellationis, quando habuit primam ſententiam contra, debet ſemper condemnari, & confirmari ſententia condemnatoria etiam expenſarum, à die, quo ius actoris
68 fuit clarum, non ante, & videtur velle, quod ſit clarum ab apertura proceſſus, non ante. † Limita; quia habens ſententiam pro ſe,
69 à qua non fuit appellatum, licet ſit nulla: tamen excuſatur ab expenſis litis. Bald. *conſ.* 363. *Punctus facti. in fi. li.* 4. † Extende; quia etiam ſi fuit appellatum; tamen ex quo habuit primam ſententiam pro ſe, excuſatur. gl. & Dd. *in d. l. generaliter. § ſin autem. C. de reb. cred.* quod procedit, quando non ex eiſdem actis, ſed ex nouis probationibus reuocaretur prima; ſecus ſi ex eiſdem. Bart. Salyc. & alii vbi ſupra, & eſt * communis opinio. Anchar. *conſ.* 415. *Primum du-* *
bium. in fin. Alex. *conſ.* 183. *In cauſa & lite. n.* 16. *verſ. & alio etiam. lib.* 6. vbi apoſt. *in ver. propter.* dat concord. vide ſupra *n.* 39. † Declara, vt 70
procedat, niſi ex facto proprio nouiter producta procederent: quia ex quo ſuccumbens debuit ſcire, non excuſatur etiam ex nouis. Lanfranc. *deciſ.* 8. † Limita, quando reus pro parte abſoluitur, & pro parte condemnatur; quia ex quo vtraque pars vincit, 71
& vtraq; perdit, hinc inde fieri debet compenſatio expenſarum. Ang. *conſ.* 116. *Dicimus, quod, in fin.* † Extende, quando actor petiit 72
plus debito; quia licet in ſumma vera fiat condemnatio: tamen fit collatio ab expenſis; quia vtraque pars obtinet in parte. gl. & Dd. *in d. l. generaliter. § ſin autem non rite. in ver. diſpendij. C. ſi cert. petat.* quæ gl. licet reprobetur per Moder. *in d. l. properandum. § ſin autem alterutra. C. de iud.* Guid. Pap. *deciſ.* 137. Alex. *conſ.* 212. *In cauſa. vol.* 7. tamen in practica ſeruatur gl. † Limita; quia tutor, qui litigauit 73
pro pupillo, non tenetur ad expenſas, niſi euidenter appareat, quod per calumniam tutor litigauit, quod nõ præſumitur in dubio. Sign. Homod. *conſ.* 36. *In quæſtione vertente. per tot.* maxime *circa fin. ver. venio ad ſecundum.* † Limita; quia partes non poſſunt con- 74
demnari in expenſis, quando deſeritur inſtantia, & non fuerunt negligentes in expeditione cauſæ. Ioann. de Anan. *conſ.* 93. *num.* 5. *ver. circa vero quintum.* † Limita, quando ſententia fertur ex proba- 75
tione priuilegiata, prout ex iuramento ſuppletorio, Alex. *d. conſil.* 183. *In cauſa & lite. n.* 15. *ver. & etiam ſuppoſito. lib.* 6. maxime, quando condemnatus habebat præſumptionem pro ſe. † Limita in ex- 76
penſis ante litem cõteſtatam in re petita factis, vel fructibus; quia niſi petantur, non veniunt in condemnatione. Feder. *d. conſ.* 139. *in princ. ver ſed ante litem. & ver. aliæ vero expenſæ.* vbi, quod tunc condemnatio eſſet nulla, niſi eſſent petitæ. † Declara, quod quando 77
expenſæ ſunt petitæ, ſi omittatur condemnatio, poteſt appellari, alias ſibi præiudicaret ſententia. Fed. de Sen. *d. conſ.* 139. *circa fin.* & quando omiſſio condemnationis præiudicet, vel non. Vide, *Expenſarum condemnatio omiſſa quando præiudicet, vel non. Concluſ.* 628.
† Limita; quia archiſſima conſanguinitas eſt iuſta cauſa abſol- 78
uendi ab expenſis. Hoſt. *in c. finem litibus. de dol. & contum.* vbi Imol. & refert Bertach *in repert. verſ. expenſarum condemnatio. ver.* 19. & ita pluries ſeruatum eſt. † Et quod coniunctio ſanguinis faciat ceſ- 79
ſare præſumptionem calumniæ, & poſſit dari abſolutoria ab expenſis. Aret. *conſ.* 80. per tex. & gl. *in l. is, cuius. in fi. ff. de adult. & in l. in Senatuſconſulto. §. an ad eos.* vbi Bart. *ff. ad Turpill.* † Limita; quia vi- 80
ctus victori regulariter non condemnatur in expenſis, quando habet iuſtam cauſam litigandi. Bald. *conſ.* 102. *Statutum. lib.* 1. vbi, quod etiam condemnatur quandoque, licet habeat iuſtam cauſam litigandi, non ſequitur; ſuccubuit in cauſa; ergo debet condemnari in expenſis; quia potuit habere iuſtam cauſam litigandi. Fulgoſ. *conſ.* 139. *n.* 3. † Extende, vt procedat, quod actor habebat 81
ſcripturam pro ſua intentione apparẽtem, quia licet ſuccumbat; tamen excuſatur ab expenſis. Bald. *conſ.* 166. *A libello incipiendum. in fin. lib.* 4. † Extende; quia habens iuſtam cauſam litigandi propter 82
contrarias probationes in concurſu factas debet abſolui ab expenſis, licet ſuccumbat in negotio principali. Bald. *conſil.* 69. *Factum tale eſt. in fin. lib.* 5. † Extende, etiam ſi extet ſtatutum, quod vi- 83
ctus victori in expenſis condemnetur, etiam ſi dicat ſtatutum, quod ſi iudex omittat condemnationem, habeatur pro condemnato; quia adhuc ex iuſta cauſa poteſt abſolui, & valet abſolutio; quia ſtatutum intelligitur ſecundum ius commune, quod diſponit idem, quod ſtatutum. Anchar. *conſ.* 182. *per tot. n.* 7. *& ſeq.* vbi multa. † Declara illud, quod dicitur, iuſtam cauſam excuſa- 84
re ab expenſis, intelligi; quia iudex poteſt abſoluere, vel condemnare, non autem, quod ſi condemnet, non debeantur. Ioan. de Imol. *conſil.* 148. alias *fin. n.* 4. † Reſtringe, quando in inſtrumento 85
obligationis debitor ſe obligauit etiam ad omnia damna, expenſas, & intereſſe; quia non debet abſolui, ẽt ſi habuit iuſtã cauſam litigandi. Alex. *conſ.* 34. *Conſultus. in fin. lib.* 4. licet ibi apoſtil. impugnet. † Et quod iuſta cauſa litigandi excuſet ab expenſis, com- 86
munem * dicit Anchar. *d. conſ.* 182. *n.* 8. vbi, quod abſurdum eſſet *
cõdemnare illum, qui habuit iuſtam cauſam. † Reſtringe, quan- 87
do expenſæ fuerunt promiſſæ, ſeu in obligatione; quia tunc iuſta cauſa litigandi non excuſat. Alex. *conſ.* 37. *Viſo, & oper. in fin. verſ. ad prædictorum confirmationem. lib.* 2. vbi plena apoſt. *in ver. promiſſa*, ci- 88
tat plurimos concord. † Limita; quia is, qui habet retentionem pro melioramentis, debet abſolui ab expenſis litis. Alber. & Bart. 89
in l. item ſi verberatum. ff. de rei vendic. † Extende; quia hæres alicuius ſi petat debitũ ſui auctoris ſolutum, ſi ſtatim deſiſtat, quod producitur inſtrumentum ſatisfactionis, debet abſolui ab expenſis; ſecus ſi perſeuerauit. Dec. *conſil.* 241. *& in l. qui in alterius. num.* 7. 90
ff. de regul. iur. † Et filius, & hæres conuentus, & condemnatus pro
debito

debito patris defuncti excusatur ab expēsis propter iustam ignorantiam. Alex. *consil.* 183. *nu.* 16. *ver. & hoc maxime, lib.* 6. Vide Soc. *Reg.* 30. *Expensarum condemnatio contra succumbentem in causibus fieri debet, etiam si de alimnia iurauerit*, vbi limitat quinque modis.

Expensarum condemnatio debet fieri à Iudice appellationis, & quando secus. Concl. 627.

1 CONDEMNATIO † expensarum debet fieri per iudicem appellationis, alias potest ab eo appellari. Rebuff. in *constit. reg. tit. de appellatio. art.* 9 *glos. vna, n.* 27. *& seq.* † Extende; quia iudex appellationis censetur condemnare, nedum ad expensas coram eo factas, sed etiam in prima instantia, *l. fi. C. quand. prouoc. non est necess.* Rebuff. vbi supra *num.* 29. & hoc, quando confirmauit sententiam, & in ea erat facta condemnatio, vel omissio. Dec. in *c. reprehibitis num.* 9. *de appell.* melius in *c. sæpe, ver. & circa hoc, num.* 34. *eod. tit.* Ioan. Marsil. *sing.* 684. plene Granutius in suis *theorema theor.* 6. 2 *super* vbi alios allegat. † Extende in absolutione; quia sicuti censetur condemnare in omnibus expensis etiam ante sententiam, ita absoluere. Cuman. *consil.* 158. *Domina Graccolina*, quem sequitur Rebuff. vbi sup. *num.* 31. Marsil. *singul.* 684. *Circa materiam, in fi.* quod intelligo, quando est conformis cum prima absoluto. ita, alias secus, 4 vt dicit Fulgos. *d. consil.* 158. † Extende, quando prima sententia esset absolutoria in totum, & iudex appellationis illam reuocat, & victum victori in expensis condemnat; quia censetur cõdemnare etiam in expensis primæ instantiæ. Granut. *d. theorema* 6. *n.* 6. *ver.* 5 *item.* † Extende, quando primus iudex omisisset absoluere, vel condemnare; quia tunc siue iudex appellationis absoluat, vel cõdemnet, semper censetur in omnibus expensis etiam primæ instantiæ condemnare, vel absoluere, quod semper procedit, quãdo sententia est conformis primæ, puta quia dicitur bene iudicatum, ita Granut. *d. theorem.* 6. *num.* 6. *ver. aut tertio.* † Declarat tamen idem Granutius ibi *n.* 10. hanc vltimam extensionem procedere dumtaxat in expensis, quæ officio iudicis veniunt; secus si iure actionis. Rolan. à Vall. *consil.* 62. *num.* 12. *& seq lib.* 4. † Extende, etiam si esset omissum verbum, *condemnamus.* Granut. *d. theorem.* 6. *nu.* 11. 8 † Restringe, quando iudex exprimeret, *coram nobis facta.* Granut. 9 *d. theorem. nu.* 13. *ver. limita* 2. † Restringe, quando victus habuisset iustam causam litigandi in prima instantia. Granut. *d. theor.* 6. *n.* 13. 10 *ver. limita primo.* † Restringe, quando iudex confirmat sententiam, in qua est condemnatus etiam in expensis, sed absoluit ab expensis quia intelligitur de expensis illius instantiæ, ita proc. dit *consil.* 11 *Fulgos.* 158. *D. Graccolina*, quia implicaret contradictionem. † Restringe, nisi iudex primus absoluisset; quia condemnatio iudicis appellationis non censetur facta de expēsis primæ instantiæ. Rebuff. vbi supra, *num.* 32. ita Granut. *d. theorem.* 6. *num.* 6. *versic. aut secundo.*

Expensæ possunt taxari post appellationem, & qualiter fiat taxatio. Concl 628.

1 EXPENSÆ † possunt taxari per iudicem, à quo, pendente, & interposita appellatione; quia taxatio est facti præcedentis declaratio condemnationis, Lap. *alleg.* 83. *In causa matrimonij nu.* 8. *ver. unde lic. ex.*, & idem tenet Pet. de Anch. *consil.* 7. *n.* 4. *ver. & patet in sententia*, vbi, quod trahitur retro ad tempus sententiæ; quia est me- 2 ra declaratio. † Contrarium in *limitat.* 1. *n.* 16. † Imo in exequtione 3 ne sententiæ petitur taxatio regulariter, Fulgos. *consil.* 139. *in princip.* 4 *ver. super eo.* † Et est ratio; quia, vt dicit Batt. *consil.* 95. *in fi. lib.* 1. taxatio 5 est quædam exequutio sententiæ. † Declara; quia non procedit in iudice delegato, sed in solo iudice ordinario; quia licet delegatus, qui condemnauit ad expensas, sibi reseruauerit taxationem; tamen non poterit taxare, sed superior iudex. Calder. *consil.* 215. *in* 6 *fin. ver. constat enim*, alias 9. *de appellatio.* † Idem est in arbitro, qui sibi reseruat in laudo taxationem expensarum; quia non potest taxare lapso tempore compromissi. Bald. in *l. terminato. C. de fruct. &* 7 *lit. expen. colum. penult.* vbi Salyc. Alex. *consil.* 18. *colum.* 1. *lib.* 7. † Imo, quod iudex appellationis non possit taxare, nisi expensas coram se factas, tenet Paul. Granut. in suis *theorem. in* 6. *circa fi.* vbi ad hoc 8 allegat Rotam *decis.* 44. *vt lit. pend. in antiq.* † Regula, & communis practica est, quod iudex, qui condemnat in expensis, solet reservare sibi illarum taxationem. Bar. in *l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.* Iafon. § *curare. Instit. de actio* Bartol. plene *consil.* 95. *Ex themate, n.* 3. *& 4. lib.* 1. vbi, quod propterea talis sententia non dicitur incerta, 9 nec; conditionalis. † Simile videtur in damnis, & interesse accessorie petitis; quia iudex in eis condemnat, & reseruat taxationem. ☞ Vide, *Sententia incerta, vel conditionalis valet multis casibus. Concl.* 108.

† Et licet non facta reseruatione possit iudex illas taxare quandocunq; post sententiam, Bart. *dict. l. terminato. C. de fruct. & lit. expens.* 10 tamen tutius est non discedere à practica, vt etiam dicit idem Bartol. in *l ab exequutore, in princ. ff. de appell. col. fin.* vbi dicit, quod iudex ordinarius reseruat sibi, vel successori taxationem, iudex delegatus reseruat sibi, vel deleganti. † Et licet sententia debeat esse certa; tamen quoad expensas, & interesse accessorium, potest ferri 11 generalis, & incerta, puta in expensis; item in damnis, & interesse liquidandis condemnamus, & reseruare sibi taxationem, seu liquidationem. Alex. *consil.* 37. *Viso. num.* 30. *vers. debet super talibus. lib.* 2. & limitat, nisi certa petitio sit facta de expensis, & interesse; quia debet esse certa sententia. † Amplia; quia iudex potest taxare, 12 & æstimare de per se, & arbitrio suo quantitatem expensarum, puta viaticorum, & super hospitio factarum absque vlla probatione. Bartol. in *l. vnica. §. fin. ff. si quis ius dicenti non obtemper.* quem ibi *communiter sequuntur Doctor. vbi alij, & plenius Alexand. * *d. consil.* 37. *Viso, circa fin. num.* 33. *vers. Item potest, lib.* 2. vbi, quod iudex potest sine alia probatione taxare arbitrio suo exacto, & recepto iuramento à parte, quod tantum expenderit, vbi, quod hæc est practica iuridica. † Practica tamen seruat, quod quoad expensas 13 iudicij datur lista, & Notarius causæ regulat, & moderatur, & secũdum moderationem iudex taxat, quoad alias extra processum datur aliqualis sumus cum iuramento, & iudex potest ex arbitrio taxare, prout sunt verisimiles. † Taxatio autem expensarum litis 14 fit considerata facundia Aduocatorum. Fed. de Sen. *consil.* 119. *Nulli dubium, in princip. versic. nam prædictis actis.* † Item de consuetudine 15 taxantur consideratis personis, & facultatibus litigantium, & diuturnitate litium. Feder. *dict. consil.* 119. *num.* 2. *ver. nam de iure.* † Li- 16 mita; quia licet taxatio expensarum reseruata per iudicem in sententia condemnatoria possit fieri quandocunque; tamen si pendet appellatio præcise super appellatione expensarum, non potest fieri taxatio, donec causa appellationis sit terminata; quia taxatio est quædam exequutio, quæ non potest fieri durante appellatione. Bart. *consil.* 95. *Ex themate, in fin. lib.* 1. † Limita; quia taxatio ex- 17 pensarum dicitur causa, & instantia separata, ideo debet produci mandatum, & omnia acta coram iudice taxante, quando est iudex diuersus à condemnante. Castrens. *consil.* 12. *per tot. lib.* 1. *& consil.* 16. *in princ. eod. lib.* † Limita; quia taxatio expensarum fieri non 18 potest, quando non sunt debitæ, puta quia lata fuit prima sententia condemnatoria, postea secunda absolutoria, à qua non fuerit appellatum, nam frustra quæritur de taxatione expensarum. Castrens. *consil.* 16. *num.* 3. *vers. videtur dicendum. lib.* 1. † Appellari tamen 19 potest ab excessiua taxatione expensarum. Doctor. in *l. terminato. C. de fruct. & lit. expen.* & debet fieri in scriptis cum insertione causæ. Vide, *Appellatio ab interloquutoria. Concluſ.* 359. Vide, *Sententia quæ dicatur mera declaratio, vel non. Concl.* 121. Vide, *Expensarum taxatio, & condemnatio quando requirat, quod iuramentum partis præcedat. Concluſ.* 635.

Expensarum condemnatio omissa quando præiudicet vel non. Concl. 629.

EXPENSÆ † quãdo fuerunt petitæ in libello, vel iure actionis, vel officio iudicis, si iudex omittit illarum condemnatio- 1 nem in sentẽtia, debet appellari, alias sententia præiudicaret, nec possent vlterius peti. Feder. de Sen. *consil.* 139. *in fin.* vbi refert se ad Specul. in *tit. de expens §. si autem, in pr. & in vers. hoc autem.* † Et quod 2 omissio condemnationis expensarum habeatur pro absolutoria ab expensis. Bald. in *l generali. C. de Episcop. & Cleric.* † Declara; quia 3 iudex licet non possit sententiam promulgatam mutare; tamen potest quoad expensas omissas condemnare illico post sententiam, vel per totam illam diem; quia sunt accessoriæ. Rom. *consil.* 362. *Quoad primum, in princip.* † Extende; quia quoad substantialia 4 iudicis lata sententia non potest in aliquo illam immutare vel reuocare. Vide, *Index ordinarius, vel del. & c. Concluſ.* 432. † Restringe; quia iudex quoad expensas, & accessoria potest sententiam corrigere, addendo condemnationem expensarum omissam, vel factam immutando, quando eadem die hoc facit. Rom. *consil.* 362. *in princ.* & ista est * communis opinio, quam tenet Alex. *consil.* 90. *Firma- * nus, n.* 3. *ver. accedat. lib.* 1. † Imo vult Roman. *d. consil* 362. *in pr.* quod 6 si iudex per pronunciam non definit esse iudex, quod potest quãdocunq; ante quam definat esse iudex, super expensis, & accessoriis pronunciare vsq; ad finem litis. † Declara restrictionem; quia 7 licet condemnatio expensarum sit interloquutoria, quæ potest reuocari; tamen quando fertur simul cum diffinitiua in negotio principali, non potest reuocari. Ancharan. *consil.* 182. *Thema tale est, num.* 6. Vide, *Sententia interloquutoria potest reuocari ab eodem iudice. &* ☞

8 *quando secus. Concl.115.*† Amplia, etiam si expensæ non sunt petitæ, & iudex omittit illarum condemnationem in sententia; quia præiudicat sententia, quatenus debeantur solum officio iudicis, & non iure actionis. Fed. de Sen. *d. conſ.139. circa ſi. ver ſi vero ſint expenſæ.* & ideo datur appellatio ab omissa condemnatione expensarum. Ang. *conſil.291 Viſa petitione, in pr.* plene Ang. Aret. *conſ.140. In*
9 *caſu præmiſſo. n.9. verſ ſicut dicimus in ſimili.*† Declarat Ang. Aret. *dict. conſ.140. n.9. & ſeq. ver ſicut dicimus*, quod in expensis debitis officio iudicis iudex non potest condemnare, nisi eadem die, alias censentur remissæ; illæ vero, quæ debentur iure actionis, possunt peti, & fieri potest condemnatio omissa quandocunque, vbi per totum consilium deducit simile de alimentis debitis officio iudi-
10 cis, vt pro præterito non debeantur; secus si iure actionis.† Declara tamen; quia expensæ omissæ in condemnatione negotii principalis possunt peti coram iudice appellationis, quando aduersarius condemnatus simpliciter appellauit. Ang. *d. conſ.291. n.*
2. vbi etiam, quod habeat regressum contra iudicem in syndicatu.
11 †Amplia, quia si iudex omittit expensas, quæ non debentur iure
12 actionis, non quæritur aliud. Fulg. *conſil.139.*† Declara; quia non potest is, qui obtinet sententiam fauorabilem, appellare ab absolutione expensarum, *l omnem. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ.*† Contrarium, quod imo is, qui obtinuit sententiam fauorabilem, appellare possit ab absolutione expensarum facta ad fauorem aduer-
13 sarii, quando duo concurrunt, quod absolutio est expressa, & aduersarius appellat in parte, & partibus; secus si condemnatio esset omissa, vel si aduersarius non appellaret, vel appellaret simpliciter; quia iudex poterit absque appellatione actoris reformare etiam quoad expensas. & ita tenet Alex. *conſ.138. Lancellott. in ſi. lib.2.*
14 quod est Ang. Aret.† Et hanc partem tuetur Alex. *conſ.183. In cau-*
15 *ſa & lite. in prin. ver. bene dico. lib.6.*† Declarat plene incertus author post regulas Soci. *reg.2.* victor non appellat ab expensis, sed obtinet de iis coram eo, ad quem victus appellauit. *l. ſi. C quan. prouo. non eſt neceſſe.* limitat tribus modis; primo, quando iudex expresse absoluit ab expensis condemnatum; secundo, quando victus appellat; secus si acquieſcit; tertio, quando fuerunt petitæ in actis; tunc appellat etiam ab omissa condemnatione, etiam victo non
16 appellante, vbi plures allegat.† Declarat Alex. *d. conſ.183. in pr. verb. benedico, cum ſequen. lib.6.* quia si ex defectu actoris ipse actor succumbat, vt quia conuenit filium pro debito patris, non probato, quod sit hæres, debet in expensis condemnari, & reus absolui, & si iudex absoluat reum, & non condemnet actorem in expensis, potest, & debet iudex appellationis, vel arbiter, qui successit loco iudicis appellationis, ipsum actorem in expensis condemnare.
17 †Extende; quia neq; potest adhærere appellationi partis aduer-
18 sæ in partibus tantum interpositæ, vt tenent multi.† Contrarium tenet Felin. in *c. ſignificauerunt. nu.5. ver. aduerte etiam. de exceptio.* vbi, quod etiamsi sit appellatum per vnam partem in præiudicialibus; tamen potest ferri condemnatio expensarum tanquam accesso-
19 ria, & connexa negotio principali.† Declara; quia quis non potest impugnare sententiam totam ad sui fauorem latam; secus si in parte sit fauorabilis, & in parte contraria. Item, quando appellat quis ad damnum euitandum; non ad lucrum captandum. Item, quando diceret sententiam ad sui fauorem latam iniustam; secus si hoc non dicat, sed iniustam solum in parte contra seipsum, ita videtur concordare opiniones Alex. *conſ.69. n.8. lib.3. & conſil.63.*
20 *Stantibus, nu.22. & ſeq. ver. non obſtat inſuper. lib.4.*† Limita, quando expensæ debentur iure actionis, puta ex stipulatu, vel alias; quia tunc si non sunt petitæ, possunt peti post sententiam super negocio principali, quando nec condemnatio, nec absolutio continetur in sententia. Feder. de Sen. *conſ.139. circa ſi. ver ſi vero ſint expenſæ.*
21 † Limita; quia licet expensæ iudiciales peti non possint sopita lite; tamen damna & interesse ex dolo, vel culpa prouenientia peti possunt. Bald. *conſ.106. Quidam d. Iacobus*, vbi loquitur in eo, qui indebite fecit sequestrari merces; quia reuocato sequestro possunt peti damna ex deteriorione, & idem confirmat *conſil.249.*
☞ *Quidam mercator lib.3.* Vide Soc. *reg.29. expenſe termino tranſacto peti non poſſunt*, vbi limitat sex modis.

Expensæ debent peti, vt sequi possit condemnatio, & sufficit petitio ante sententiam. Concl. 630.

1 IVDEX † potest condemnare in expensis factis post litem contestatam, etiamsi non sint petitæ. Bart. in *l. properandum. § ſin autem alterutra in fin. C. de iud.* quem sequitur ibi Castr. & Alex. idem Bart. in *l. non quicquid. ff. de iud.* Canon. in *c finem litibus, de dol. & contum.* ita declarat Ias. in *d. lex properandum. § ſin autem alterutra. C de iudic.* vbi, quod factæ ante litem contestatam non debentur, nisi petantur, allegat Baldum ibi.† Contrarium, quod non debean-
2 tur, nisi petantur, tenent plures, quos allegat Bal. *d. l. properandum. § ſin autem alterutra. C. de iud.* Guid. Pap. *deciſ.405. ad fin.*† Declara;
3 quia sufficit quælibet petitio generalis, & non explicita, vt possit fieri condemnatio; vnde si actor petit sententiam ferri ad suum fauorem, dicuntur petitæ. Bald. *d. l. properandum. § ſin autem alterutra. C. de iud.* sequuntur ibi Castr. qui dicit menti tenendum, Alex. & Ias. imo si petitur ius, & iustitiam ministrari, implicite dicuntur petitæ expensæ. Guid. Pap. *d. deciſ.405. in fi. gl. in l. fin. C. quando prouoc. non eſt neceſſ.* Imol. in *l. Paulus la 2. ff de re iudic.*† Declara; quia et-
4 iamsi non essent petitę explicite, neque implicite, possunt peti per totam diem, qua fertur sententia etiam post latam sententiam; quia in accessoriis supplet iudex per totam illam diem. *leg. Paulus la. 1. in fi. de re iudic.* Bald. in *additio. ad Specul. tit. de exceptio. ver. poſſunt expenſæ non petitæ*, & est gl. in *l. terminato. in ver. dominus*, & ibi Bart. *C. de fruct. & lit. expenſ.* quod multum notandum dicit Ias. vbi supra. Alex. *conſ.90. Fere omnis, lib.1.* & Canonist. in *ca. fin. de reſcript.* Vide, *Expenſarum condemnatio fieri debet regulariter, quando non ſubeſt iuſta cauſa litigandi Concl. 625 n.9. & ſeq. & n.23.*† Et quod iudex per 5
totam illam diem latæ sententiæ possit condemnare in expensis etiam officio iudicis debitis, non vltra, debitæ vero iure actionis possint peti quandocumque, Angel. Aret. *conſ.140. In caſu præmiſſo. n.9. & ſeq. verſ ſicut dicimus.*† Limita; quia licet iudex possit con- 6
demnare in expensis non petitis post litem contestatam; si tamen non condemnat, non facit litem suã, nec tenetur ad aliquid. Bart. *d. § ſin autem alterutra*, & sequuntur Docto. vbi instruunt procuratores, vt semper petant expensas, sequitur Ias. in *l. vniuerſa. col. 1 in fi. ver. quinto facit. C. de preci. Imper. offer.* & ita seruatur in practica, & Salyc. in *l. properandum. § ſin autem alterutra. C. de iudic.* qui dicit forte contrariam veriorem de iure, sed hanc in praxi seruari, & itidem etiam dicit ibi Ias. Vide Soc. *reg.31. expenſe tam ante litem conteſtatam, quam poſt, officio iudicis petuntur*, vbi limitat duobus modis, quando petuntur iure actionis, quando sunt promissæ, vel debitæ per statutum.

Expensæ non debentur pendente appellatione ab appellato, & quando debeantur. Concl. 631.

EXPENSÆ † in quibus quis condemnatus fuit in prima sen- 1
tentia, non debentur, si ab ea est appellatum. Fed. de Sen. *conſ. 51. Dixi duabus rationibus.*† Amplia, vt non debeantur, si iudex con- 2
demnauit in expensis sequendo consilium consultoris, in quo dabatur absolutio; quia sententia est ipso iure nulla lata contra mentem Fed. *d. conſ.51.*

Expensarum condemnatio quas expensas comprehendat. Concl. 632.

CONDEMNATVS † in expensis tenetur ad expensas victus, 1
quas fecit actor, vel reus, qui obtinuit in causa, ita Barto. in *l. eum qui temere. ff. de iudic.*† Declara; quia deducitur expensa, quam 2
fecisset in domo sua. Guido Pap. *dec.625.* licet ipse dicat, quod de stylo illius Curiæ non seruatur ista deductio. Vide, *Expenſarum ap- pellatione quid veniat. Concl. 637.*† Extende; quia potest iudex istas 3
expensas ex suo arbitrio absque alia liquidatione taxare, & liquidare. Bart. in *l vnica. § fin ff. ſi quis ius dicen. non obtemper. in 2. Conſtitu.* per *l. non ignorat. in fin. C. de fruct. & lit. expenſ.* cuius* opinio communiter approbatur.† Amplia; quia in criminali debentur expensæ 4
tam litis, & contumaciæ. Item expensæ tam medici, & medicinarum, quam operarum omissarum, & admittendarum, Boer. *deciſ. 324. num.50.*† Limita, quia succumbens in causa, si condemnatur 5
in expensis, non tamen debet reficere expensas factas per victorem, qui se absentauerat dimisso procuratore in responsione ad interrogatoria, vel positiones; quia istas debet ipse absens soluere, etiam si obtinuerit victoriam in causa. Afflict. *deciſ.177.*† Ex- 6
tende in eo, qui procurauit vel aduocauit in causa propria; quia non debent reficitales expensæ, iuxta* communem DD. sententiam, de qua Andr. Gail. *lib.1. obſerv.151. num.16.* vbi ait ita fuisse obseruatum in Camera Imperiali, quem vide; quia ibi *num.17.* hanc sententiam limitat, & eum sequitur Tessaur. *deciſ. Pedemont.* 67.† Limita; quia si debentur expensæ factæ in hospitio, deben- 7
tur solum pro illa quantitate, quam expendit supra illud, quod expendisset in domo sua; quia expensę victus necessariæ, quæ debuerunt fieri, deducuntur. Alex. *conſ.37. Viſo. col. pen. nu.32. verſ. nam de expenſis, lib.2.*

Expen-

Expensæ factæ pro maleficio puniendo à quo debeantur. Concl. 633.

1 EXPENSÆ † factæ in accusando, & inquirendo homicidam ac in faciendo processum debent refici ab hæredibus delin-
2 quentis instituti, seu codemnati. Capell. Tholos. *dec.* 41. † Extende; quia imo pauper offensus debet obtinere prouisionem in bonis offendentis, ad effectum, vt possit litem prosequi, & talis pro-
3 uisio dicitur rimatio, & anteuisio. Boer. *decis.* 324. *n.* 2. † Restringe; quia Fiscus, sicuti non reperit expensas; ita non condemnatur ad eas parti, nisi fuisset in euidẽti calumnia. Boer. *d. dec.* 324. *Et præsup-*
4 *pono, in princ.* † Amplia, quia expensæ factę à Commissario ad inquirendum de maleficio, videlicet viatica, salaria, & alia, quæ debentur, debent de communi consuetudine refici ab inditiatis, maxime, quando hoc exprimitur in litteris commissionis, & ita
5 seruatur vbique; quia Fiscus nõ vult aliquid soluere de suo, ad quem spectaret, si reus non esset soluendo. † Et de iure communi
6 est, quod reus delinquens condemnatus illas soluit; postquam est condemnatus, si habet modum soluendi, alias soluit accusator, vel instigator, si habet modum, sin minus, soluit fiscus, ita Boer. *in consuet. Bituricen. tit. de iurisd. omn. iudic.* § 29 *per tot.* † Extende; quia si Abbas, vel Prior Monasterij ex debito inquiritur, teneatur monasterium ad necessarias expẽsas, cum ipse nihil de suo habeat. Præposit. in *cap. cum pastoris, num.* 2. *in fin.* 2. *q.* 7. & idem videtur velle glos. fin. in fin. in *cap cupientes* § *fi. de electio. in* 6. quia ali-
7 ter periret ius suum, cum nihil habeat. † Amplia; quia pauperi offensę debentur alimenta, expensæ, & interesse ab offendente per modum prouisionis in causa criminali. Boer. *d. dec.* 324. *num.* 2.
8 † Extende; quia ita debentur per modum prouisionis, vt non teneatur restituere, licet succumbat. Boer *d. dec.* 324. *n.* 4. † Extende; quia etiam si obtineat in causa; debet consequi offensus omnia damna, tam expensarum factarum in curatione, in medicis & me-
9 dicinis, & in operibus perditis, præteritis, & futuris, nec tenetur compensare expensas prouisionales habitas. Boer. *d. decis.* 324. *n.* 5.
10 † Amplia; quia etiam Rex Franciæ subministrat expensas paupertagenti contra Regem. Boer *d. decis.* 324. *nu.* 6. *& decis.* 325. *col.* 2. *ver.*
11 *& facit singularis textus.* † Limita; quia alię expensæ factæ in capiendo homicidam, in erigendo furcas, & in ministris iustitiæ debentur ab eo, qui præest iurisdictioni. Capell. Tholos. *dict. decis.* 41. Bald. in *cap.* 1. *hic finitur lex. in vsib. feud.* vbi, quod possunt repeti à Fisco.

Expensarum condemnatio quãdo possit fieri ab eo, qui caret iurisdictione. Concl. 634.

1 IUDEX † appellationis desertæ appellatione potest cõdemnare appellantem in expensis. Fed. de Sen. *consil.* 133. *Casus talis est,*
quidam à sententia per tot. vbi est casus, maxime *in fi. n.* 3. *ver. igitur re-*
spondendo. Alex. *cons.* 135. *Ponderatis ijs, circa fi. ver. quo sit, vt deserta lib.* 2.
2 † Extende etiam si appellatus non fuerit prosequutus. Bald. in *l.*
un. § *fi. C. de appell.* Franch. *in cap. cum appellationibus, in vlt. not. de appel.*
3 *in* 6. † Declara prædicta procedere, quando iudex appellationis fuisset aditus per appellantem, alias potest solum pronunciare appellationem desertam, *c. oblatæ. de appell.* non tamen condemnat in expensis, sed iudex à quo, si erat ordinarius, poterit condemna-
re, *reprehensibilis, de appellat.* Franch. *d. c. cum appellationibus, in vlt. no-*
4 *tab. de appell. in* 6. † Amplia, vt idem sit in iudice cognoscente, an sua sit iurisdictio; quia licet declaret, se non habere iurisdictionem, & litteras subreptitias, tamen condemnat agentem in expensis, *c. fin.* vbi glos. *de rescript. & in clem.* 1. *eod. tit.* Fed. de Sen. *d. consil.*
133. *n.* 2. *ver. secundum est*, vbi dicit, quod iguari mirarentur de hoc.
5 † Declara; quia licet iudex, qui cognoscit, an sua sit iurisdictio, possit condemnare in expensis actorem, non obstante, quod pronuncier se iudicem incompetentem; tamen hoc intelligitur, dũmodo faciat ante pronunciam, quod sit incompetens, vt per Petr.
6 Sanson. Doct. antiq. quem citat Io. Andr. *in cap. fi. de rescript.* † Amplia, vt idem sit, si iudex appellationis pronunciet, vel reperiat appellatum nõ esse intra decem dies, vel quod non sit bona appella-
tio; quia nihilominus condemnat in expensis. Fed. de Sen. *d. consil.*
7 133. *nu.* 2. *in fin. ver. item sciendum est* † Amplia; quia iudex appellationis, qui pronunciat iurisdictionem ad eum non deuolutam, vel appellationem frivolam, vel frustratorie appellatum; potest tamen, & debet partem in expensis condemnare; quia in hoc habet cognitionem, & iurisdictionem. *dict. c. cum appellationibus. de ap-*
8 *pel. in* 6. vbi Franch. in *vlt. not.* qui multa allegat. † Extende, etiam si appellatio fuisset notorie iniusta, puta quia non erat appellatum in scriptis, vel non appellatum intra decem dies, vel appellationi renunciatum. Franch. vbi supr. Vide, *Iudex suæ iurisdictione quando ferat sententiam validam. Concl.* 472.

Expensarum condemnatio in causa criminali quãndo fiat, vel non. Concl. 635.

ACCVSATOR † in causa criminali si succũbat in probatione, ita quod accusatus absoluatur, debet in expensis condem-1
nari, etiam si aliquam iustam causam habuit: quia licet excusetur à pœna talionis; non tamen excusatur à pœna refectionis expensarum. Abb. *cons.* 78. *Viso toto processu, circa fi. lib.* 1. quod est consilium decisiuum, plene Rimin. Iun. *consil.* 303. *nu.* 5. *& seq.* vbi *num.*
25. dicit magis *communem, & tollit contraria, plene Marsil. *cons.* *
44. *num.* 23. *& seq. ver. restat nunc.* vbi dicit *communem, *num.* 23. & *
plures de communi * attestantes allegat Iul. Clar. in § *fin. q.* 62. *n.* *
4. *ver. sed nunquid, & num.* 6. *ver. dixi supra.* † Et quod pars, quæ obti-2
nuit in causa criminali, debeat consequi expensas ratione victoriæ, vel contumaciæ. Boer. *decis.* 324. *in princ.* † Imo quod possit cõ-3
demnari nedum in expensis, sed etiam tanquam calumniator, est communis *opinio, de qua Fel. in *cap.* 2. *de calumn. num.* 4. *& seq.* *
vbi ponit plures fallent. plene Farinac. *q.* 16. *n.* 8. vbi infinitos citat, & *communem attestatur, vbi *num.* 10. constituit hanc regulam, *
quod calumniator punitur pœna arbitraria, & ad damna, expensas, & interesse absoluto. † Contrarium, quod imo accusatores 4
criminum nunquam soleant condemnari; quia iure cautum non est. Alberic. in *l. athletas.* § *calumniator ff. de ijs. qui not. infam.* vbi dicit *communem Bald. in *l. qui crimen, col. penul. C. qui accus.* vbi, quod *
non condemnantur accusatores, ne deterreantur ab accusando, & ne delicta remaneant impunita, & sequitur 1. apost. ad Bertazzol. *consil.* 212. qui dicit *communem. † Declara multis modis per 5
Felin. in *c. 2. de calumn.* an fama, vel imperfecta probatio excuset, & dicit, quod sic, si sumus in fama antiqua; secus si recens. Item excusatur, si sumus in personis, quæ ex sola suspectione possunt accusare; secus regulariter: item, quando factum esset alienum; secus si in seipsum: item excusatur, si accusat de iniuria sibi, vel suis illata; secus si de publica: Vide eum *ver. considera.* sed ibi loquitur de excusatione à pœna calumniæ, non ab expensis; ideo hæc magis conueniunt in *ver. Calumnia quid sit, & quid calumniator. Conclusio.* 9. † Declara; quia si sumus in accusatore, vel instigatore, is 6
condemnatur in expensis, si reus absoluitur, sed si sumus in denunciatore, qui tenetur ex officio accusari, secus est; ita Bertazzol. *dict. consil.* 212. *per totum.* maxime *num.* 7. & 8. vbi de communi *attestatur, & ibi apostil. fin. quæ dicit non habere aliquam difficultatem in denunciatore. Menoch. *de arbitrar. cas.* 321. *num.* 21. vbi *
extendit ad obligatum vindicare necem defuncti, sed in fine tenet non excusari ab expensis. Clar. *d.* § *fin. q.* 62. *nu.* 6. *ver. dixi supra.*
† Declara; quia accusator excusatur à calumnia vera, vt non te-7
neatur ad pœnam calumniatoris, licet reus absoluatur, sed non excusatur à refectione expensarum. Menoch. *de arbitrar. cas.* 321. *n.*
33 *& sequen.* vbi, quod tenetur actione iniuriarum, & ad expensas, quando reus absoluitur. † Amplia; quia accusator tenetur ad ex-8
pensas, etiam si habuit probationem imperfectam; quia sibi debet imputare, si inconsulto, & cum temeritate accusauit, nec excusatur ab expensis propter imperfectam probationem, sed bene à pœna calumniatoris. Menoch. *de arbitrar. cas.* 321. *num.* 9. *& n.*
33. *& 34.* vbi, quod in casibus extensionum seq. excusatur à pœna calumniatoris; non tamen ab expensis, & hanc partem, quod semiplena probatio non releuet: quia non potest deferri iuramentum in supplementum, tenent Alex. & alij, quos citat Farin. *d. q.*
16. *n.* 42. *& seq.* imo, quod possit agere de falso, & ad pœnam iniuriarum, expensas, & interesse is, qui habebat inditia contra ad torturam, & purgauit ea, & fuit absolutus. Alex. *cons.* 11. *lib.* 1. sequitur Alciat. *reg.* 3. *præsumpt.* 44. *nu.* 11. & 12. † Contrarium tenet Farinac. 9
d. q. 16. *num.* 41. vbi de *communi, & plerius *num.* 45. vbi dicit non *
releuare, quod nõ possit deferri iuramentum; quia sufficit, quod potest deueniri ad torturam, & ideo excusatur accusator ab expensis. † Declarat tamen ibi Farinac. vt ampliatio procedat, quã- 10
do semiplena probatio debilitatur, vel ex eo; quia est accusator solitus calumniari, vel quia est facta probatio, quæ diminuit semiplenam probationem, ita Farinac. *dict. quæst.* 16. *num.* 47. *& 48.*
† Declara alio modo; quia prima opinio est vetior, & *communis; 11 *
quia non attenditur, quod ex semiplena probatione possit torqueri, sed debet attendi, an sit probatum delictum, & effectus, an sit absolutus; quia tortura non infert probationem, cum ita possit negare, sicut confiteri, & ita posset iniuste torqueri, sicut iuste, vt supra in principio; & opinio, quod teneatur ad ex-

penſas propter temeritatem, eſt communis, & magis communis opinio, non attento, quod poſſet, vel non poſſet torqueri. gloſſ. & communiter Doctor. in *cap. 2. de calumniat.* quia non tollitur calumnia accuſantis, & ita præſupponit Alex. *d. conſil. 11. lib. 1.*

12 † Vel dic melius, quod ſemiplena probatio, & ſic indicia ad torturam non excuſant accuſatorem; quia debuit venire paratus magis, ſed bene excuſat iudicem, ne teneatur in ſyndicatu, ita Alcia. *reg. 3. præſumpt. 44. nu. 12.* vbi reddit rationem diuerſitatis; quia iudex facit ex neceſſitate officii, accuſator ex voluntate; & hinc eſt, quod etiam denũciator, qui ex officio tenetur, excuſatur magis de facili, quam denunciator voluntarius, & hanc tenet ipſe

13 Farin. *d. q. 16. n. 17.* dum facit hanc differentiam. † Declarat etiam Menoch. *d. caſ. 321. de arbitr. in fi. n. 34. iuncto pr.* vt procedat amplatio quoad expenſas; ſecus quoad alias pœnas calumniãtium; quia excuſatur propter ſemiplenam probationem, vt eum etiam refert d. Farinac. *d. q. 16. nu. 44.* licet reprobet hanc declarationem, quod

14 imo ſemiplena liberet etiam ab expenſis. † Extende etiam, quando accuſatus reprobauit, vel debilitauit probationem accuſatoris. *Menoc. d. caſ. 321. num. 18.* † Extende maxime, quando accuſator eſt ſolitus calumniari. Menoch. *dict. caſ. 321. num. 17. iuncto num. 34.*

16 † Extende, etiam ſi ſit denunciator, vel teneatur vendicare necem defuncti. Menoch. *d. caſ. 321. num. 21. & ſeq. iuncto nu. 34.* † Extende, etiam ſi dolor immẽſus fuit cauſa accuſandi, prout in marito accuſante adulterum. Menoc. *d. caſ. 321. n. 24. & ſeq. iuncto n. 34.*

18 † Extende etiã in atrocioribus delictis. Men. *d. caſ. 321. n. 26. & ſeq.*

19 *iuncto n. 34.* † Contrarium tenet Clar. in §. *fi. q. 62. n. 6. ver dixi ſupra*, vbi, quod nõ præſumitur calumniari tutor, vel defenſor, qui pro alio accuſat, neq; is, qui ob immenſum dolorẽ, vt pater vel mater accuſans necem filii, neque is qui accuſat de delicto atrocíori.

20 † Extende, etiam ſi accuſatus eſſet diffamatus. Menoch. *dict. caſ.*

21 *321. num. 29. iuncto num. 34.* † Extende, etiam ſi cauſatur accuſatio

22 ab anteceſſore. Menoch. *dict. caſ. 321. num. 30. iuncto num. 34.* † Extende, etiam ſi probauit accuſationem, ſed teſtes ex proprio eorum defectu non probant. Menoch. *d. caſ. 321. num. 31. iuncto n. 34.*

23 † Extende, etiam ſi accuſatrix ſit mulier, Menoch. *d. caſ. 321. num.*

24 *32. & ſeq.* † Amplia, vt procedat nedum in calumniatore vero ſecundum communem, ſed etiam in præſumpto ſecundum communem, de qua Farinac. *d. q. 16. num. 10. ver. amplia. & nu. 11.* † Amplia, etiam ſi ſumus in iis, quæ ſunt difficilis probationis. Marſil. *d.*

26 *conſil. 44. per totum.* maxime *num. 22. vſque in fi.* † Amplia, etiam ſi accuſator iuraſſet de calumnia à principio, prout tenetur, communem dicit Farinac. *dict. q. 16. num. 28. & ſeq.* † Amplia, vt procedat

28 etiam ſi accuſator eſſet bono genere natus, accuſatus vero obſcuris parentibus natus. Farinac. *d. quæſt. 16. num. 11. circa fin.* † Amplia, vt procedat, ſiue per modum agendi, ſiue per modum excipiendi. Farin. *d. q. 16. nu. 11. in fin.* † Extende; quia ſiue in eadem ſententia in qua reus abſoluitur, poteſt condemnari accuſator in expenſis, ſiue etiam in alia ſententia per modum agendi, communem idem Farinac. *dict. q. 16. num 30.* † Imo ſi extant indicia, poteſt accuſator & ipſe carcerari, & torqueri. Farin. *d. quæſt 16. num. 31. & ſequ.*

31 † Amplia, etiã ſi ſit proceſſum per inquiſitionem, quia ad hucinſtigator debet condemnari in expenſis, ſi reus abſoluitur. Marſil. *d. conſ. 44. num. 23. & ſeq. ver. & non obſtat.* & in denunciatore, licet agatur per inquiſitionem, vel denunciationem, Fari. *d. q. 16. nu. 15.* vbi dicit communem, licet *n. 16.* intelligat de denunciatore priuato, & voluntario. † Extende; quia imo inſtigator, ſollicitator, & adhærens fiſco debent condemnari, ſi non probarunt. Farina.

33 *d. q. 16. num. 14.* vbi in fi. de communi. † Extende, vt imo procedat in quolibet ſubminiſtrante teſtes contra inquiſitum, etiam ſi fuit proteſtatus. Farinac. *d. q. 16. nu. 14. circa fin.* allegat Guido. Pap.

34 *deciſ. 269. Denunciator. num. 1.* & alios. † Amplia etiam, vt iudex, qui per calumniam inquiſiuit, teneatur ad expenſas abſoluto. Marſi. *dict. conſ. 44. num. 26.* & communem dicit Farinac. *d. quæſt. 16. num.*

35 *25.* quando eſt vera calumnia, prout ſi ſine indiciis tranſmiſit inquiſitionem, vt clare *n. 27.* & ita Boet. *deciſ. 324. in princip.* † Amplia maxime, quando extat ſtatutum in loco hoc diſponens. Marſil. *d.*

36 *conſil. 44. in fi.* † Limita; quia de conſuetudine accuſatores ob non probatam accuſationem non condemnantur in expenſis, ne deterreantur ab accuſando, communem dicit Farinac. *dict. quæſt. 16.*

37 *num. 12.* vbi plures citat. † Contrariam magis communem dicit idem *de quæſt. 16. num. 13.* vbi declarat, niſi iuſtam cauſam habuerit.

38 † Limita in denunciatore publico; quia non tenetur, niſi eſſet in

39 vera calumnia. Farina. *d. qu. 16.* vbi dicit communem. † Extende, vt procedat etiam in tutore, curatore, & alio, qui tenetur ex neceſſitate officii. Clar. *d. §. fin. q. 62. nu. 6. in fin. ver. quod tamen.* † Reſtringe, niſi denunciatores eſſent voluntarii, prout ſunt denunciatores ad aures, exploratores, & delatores ſecreti; quia poſſunt condemnari. Farinac. *dict. q. 16. num. 17.* † Limita, quando accuſator habuit iuſtam cauſam accuſandi, quæ reſidet in arbitrio iudicis, an ſit iuſta, vel ne, præfixo prius accuſatori termino; quia ex quo non probauit, præſumitur calumnioſus, ſecundum communem. Farinac. *d. q. 16. n. 33. & ſeq. vſque ad num. 41.* † Et dicit Clar. *dict. §. fi. qu. 62. num. 6.* quod iuſta cauſa accuſandi eſt iuſtus dolor, prout ſi mater accuſat mortem filii interfecti, & quãdo delictum eſt atrox. † Limita, quando is, qui accuſauit, iurauit de calumnia; quia ceſſat tunc calumnia, vt per Clar. *d. §. fin. q. 62. num. 7.* vbi plures citat, & de communi. † Limita; quia is, qui habet pro ſe famam, vel auditum, aut alia indicia à fide digniſs, excuſatur ab omni calumnia. Clar. *d. §. fi. q. 62. n. 8. ver. ſed pone*, vbi dicit communem. † Declara tamen omnes limitationes, vt procedant quoad pœnam calumniatoris; ſecus quoad expenſarum pœnam, vt videtur velle Menoch. *d. caſ. 321.* † Vel declara, ſeu reſtringe, quod non procedant limitationes, etiam quoad calumniam, quando accuſans fuit interrogatus, an velit vti accuſatione; & dixit, quod ſic; quia tunc neque excuſatur à præſumpta, neque à vera calumnia. Clar. *d. §. fi. q. 62. n. 7. in fi. verſi ſit tamen ius*, vbi dat hanc cautelam. † Limita; quia licet condemnari debeat calumnioſus in expenſis, & non in pœnam calumniæ, ſi haberet pro ſe aliqua manifeſta indicia; non tamen condemnatur in expenſis conſulti, quod petiit iudex; quia iudex ipſe debet ſoluere conſultori, niſi conſuetudo ſit contraria. Abb. plene *conſ. 78. col. fi. ver. venio nunc, vſque in fi. lib. 1.*

Expenſarum taxatio, & condemnatio quãdo requirat quod iuramentum partis præcedat, vel non. Concl. 636.

CONDEMNATIO † & taxatio expenſarum ſi fiat ad certam 1
ſummam ſpecificatam, debet præcedere taxatio, & iuramẽtum partis, ad cuius fauorem fit, alias nõ valet. *c. conſtitutus, de procurator.* Cald. *conſ. 203. in pr.* alias *7. de re iud.* † Limita, quando con- 2
demnatio, & taxatio expenſarum fit; non tamen exprimitur certa quantitas, ſed reſeruatur ſpecificanda, ſeu taxanda; quia tunc valet non præcedente iuramento. Cald. *d. cõſ. 203.* alias *7. de re iud. in fin. ver. aut condemnatur.* Vide, *Expenſæ poſſunt taxari poſt appellationem. Concl. 628.*

Expenſæ ob contumaciam quæ, & quales reficiendæ Concl. 637.

CONTVMAX † citatus ad domum, qui paſſus eſt mitti in 1
poſſeſſionem bonorum actorem ex cõtumacia, tenetur reficere expenſas contumaciæ, antequam recuperet poſſeſſionem bonorum. *cap. auditis, de procurat.* † Et debent refici omnes expenſæ 2
ſecũdum formam. gloſſ. & not. in *c. 1. de electio. in 6.* ita vt etiam veniant expenſæ pro aduocatis, & procuratoribus, ſi quæ factę ſunt. Cald. *conſ. 146.* alias *vnico de dol. & contum.* † Amplia, vt procedant 3
prædicta, etiam ſi poſt obitum debitoris hæredes fuerint citati ad domum vltimæ habitationis defuncti; quia dicuntur ficti contumaces, etiam ſi ſint citati per edictum, & non audiuntur, niſi refectis expenſis. Cald. *d. conſ. 146.* alias *vnico, de dolo.* † Limita; quia 4
contumacem, qui habuit iuſtam cauſam credendi, non teneri cõparere in caſu, in quo ſunt opiniones cõtrouerſæ, & non tenetur ad expenſas contumaciæ. Caſt *conſ. 399. Dies dati. per tot. lib. 1.* exemplum; aſſignatur terminus ad compatendum partibus die decimia, quæ eſt Dominica, qui comparet die Dominico; quia non tenetur, fruſtra comparet, vnus vero comparet die præcedenti, alter die ſequenti Dominica, neuter poteſt conſequi ab alio expenſas contumaciæ propter varias Doctorum opiniones.

Expenſarum appellatione quid veniat. Concluſio 638.

APPELLATIONE † expenſarum veniunt damna, & inter- 1
eſſe. † Extende etiam in contractibus, quando fuit facta 2
promiſſio de reficiendo omnes, & quaſcunque expenſas; quia tunc etiam damna, & intereſſe continentur. *l. ſancimus. C. de iud. l. non ignorat. C. de fru. & lit expen.* Bart. *l. 1. §. ſi de alien. iudic.* Archid. in *cap. in primis. col. 2. 2. q. 1.* † Declara; quia in contractibus appellati- 3
one expenſarum ſimpliciter facta non veniunt damna, & intereſſe, iuxta not. in *c. in noſtra. de iniur. & damno dato.* Rom. *ſing. incip. Nunquid appellatione bonorum.* † Amplia, quia venit id, quod quis 4
expendit in viatico, & in victu, dum incubuit luti, ſtãdo, puta Florentiæ extra ſuum domicilium. Bart. in *Leum quem temere. ff. de iud.* † Declara; quia debet extrahi impenſa deducti illud; quod domi 5

ſuæ

suæ expendisset. Bald. in *l. 1. col. 3. C. pro socio.* Vide, *Expensarum condemnatio, &c. Conc.* 631. † Limita; quia non venit in expensis litis falarium, puta deperditum propter litem; quia istud est proprie interesse, non autem expensa. Bar. post gl. in *l. 1. ff. de alien. iud. mut. caus. facta.* † Limita, quia expensarum appellatione non venit pretium, neq, res principalis; ideo absolutio generalis ab omnibus expensis, damnis & interesse nō liberat à re, quæ potest vendicari. Alex. *cons. 168. Requisitus, in pr.* maxime *nu. 4. ver. non etiam obstat, cum seq. lib. 2.* † Limita; quia obligatus, vel promittens soluere omnes, & singulas expensas, licet obligatio sit generalissima; non tamen tenetur ad legitimas expensas. Alex. *cons. 76. Viso n.* 17. *vers. præterea. lib. 4.* † Limita; quia officialis, & alij, qui itinerantur vocati, vel propter officium debent equitare, quatenus consequantur expensas factas pro itinere, debent deducere illud, quod expendissent stantes in domo sua, & si aliter cum pecuniis Principis sibi ipsis satisfaciant, tenentur ad restitutionem. Alex. *cons. 206. Visothematē. num. 11. & seq. ver similiter. lib. 2.*

Expensæ, damna, & interesse promissa quæ, & qualiter debeantur. Concluſ 639.

1 OBLIGATVS † ex contractu ad expensas, damna, & interesse tenetur ad multa, ad quæ non obligaretur de iure. Doct. in *l. qui absentem*, vbi Ang. *ff. de procur. & in l. 1. C. de euictio. & in l. venditore*, vbi Modern. *ff. de verb. oblig.* † Extende; quia si mulier habens hanc clausulam, & promissionem egit contra tertios possessores pro restitutione dotis, tenentur hæredes mariti ad expēsas factas contra ipsos tertios possessores, licet fuerint respectu expensarum absoluti. Vide, *Expensarum condemnatio, &c. Conc. 626. n. 28.*

3 † Extende; quia licet succedens in ius alterius, maxime in hæredē hæredis, excusetur ab expensis propter iustam causam litigandi; tamē secus est in hæredē hæredis obligati ad expensas, damna, & interesse; quia non excusatur ex aliqua iusta causa, *l. properandum. § sin autem alterutra. C. de iud.* Alex. *cons. 37. col. pen. & cons. 119. col. pen. lib. 2 & cons. 34. col. fin. lib. 4.* † Extende maxime, quando producta obligatione non destitit à lite, sed litigauit vsque ad sententiam; nam tunc tenetur ad omnes expensas, etiam resectu temporis, quo forte habuisset iustam causam litigandi. Dec. *l qui in alterius. ff. de reg. iur.* Bal. Nouel. *de dot. char. 63. nu. 459.* Guido Pap. *dec. 27.* Dec. *cons. 241. in 2. dubio.* Cuman. *cons. 74. col. 2.* vbi, quod licet quis excusetur pro tempore, quo habuit iustam causam litigandi ab expensis; tamen si post sententiam perdurauit in lite, non excusatur; quia constat, quod ex iusta causa non est motus. † Extende; quia licet ob mutuam victoriam partium, vel ob iustam causam litigandi detur absolutoria ab expensis; tamen hoc non procedit, quando adest obligatio, & promissio refectionis expēsarum, damnorum, & interesse, iuxta tradita in *d. l. venditores. ff. de verb. obl.* nam iusta causa litigandi cessat, vbi est conuentio, & promissio. Alex. *cons. 34. in fi. lib. 3. & cons. 33. Consultus, alias, lib. 4.* & licet reus conuentus absoluatur; tamen in bonis obligati datur refectio. Alex. *d. cons. 34. lib. 4.* Ias. *cons. 114. col. fi. lib. 4.* † Amplia; quia expensæ per emptorem factæ in contradicendo liti motæ super bonis emptis, eidem per venditorem refici debent sequuta euictione duplici ratione; prima est, quia est ex natura contractus. *l. 1.* vbi gl. *in ver. sumptu. C de euictio.* Bart. & Doct. in *d. l. venditores. ff. de ver. oblig.* Cor. *cons. 255. per tot. lib. 3.* Dec. *cons. 74.* & in terminis euictionis per viam præceptorum sequutæ. Cor. *cons. 95. col. 1. lib. 4.* secunda est; quia ex partium conuentione in instrumento promissæ fuerunt, quæ attendi debet. Corn. *d. cons. 95. lib. 4.* Vide, *Euictione obligatus ad quæ teneatur facta sibi denunciatione. Conc. 355.* Vide, *Euictione sequuta qualiter, &c. Concl. 361.*

Expensæ studii, librorū, Doctoratus, & similes, quando sint imputandæ, vel non. Concl. 640.

1 EXPENSÆ † factæ, & consumptæ per auum pro studio, vel doctoratu nepotis ex filio non imputantur in portionem patris; neque filii quando ab auo sunt factæ. Bald. *cons. 21. Quinque*
2 *quæruntur, in princ. lib. 1.* † Amplia, vt idem sit, si expensæ sint factæ per patrem habentem plures filios; quia si sunt consumptæ viuo parte, non communicat fratribus, sicut in auo dictum est. Bald. *d. cons. 21. in fi. ver. quod dixi. lib. 1.* Cuman. *cons. 28. de fund. dato, in fi. ver.*
3 *vestes.* † Extende in tantum, quod talis filius, pro quo pater fecit expensas studij, quæ sunt cōsumptæ in diuisione cum aliis fratribus, non teneatur sibi aliquid imputare in partem suam, occasione dictarum expensarum. Bald. *cons. 347. Quæritur, pater misit. lib.*

2. † Restringe, nisi constaret saltem per duos testes, quod pater 4
dixerit velle compensare alios, quia si non fecit, censetur habuisse animum, quod filius imputet in suam portionem tales expensas. Bald. *d. cons. 347. numer. 2. ver. tamen si pater. lib.* 2. † Amplia; 5
quia filius non communicat expensas vestimentorum factorum per patrem, etiam si extent; quia alias filii viui essent spoliandi. Cuman. *d. cons. 28. circa fi. ver. vestes autem.* vbi limitat, nisi essent vestes magni valoris, & ornatus causa factę, prout in muliere. † Am- 6
plia; quia si oritur controuersia inter patrem & filium super expensis studii factis per patrem, vt quia filius habeat bona propria, pater non repetit expensas factas, & consumptas; quia ex charitate censentur factæ, & amore paterno. Bald. *cons. 359. Visis actis, post med. ver. Visis, & lectis. lib. 3.* † Extende, vt idem sit in expensis factis 7
in vestimentis filij; quia pater eas non repetit, etiam si non sint consumptę. Bald. *d. cons. 359. circa fin. lib. 3.* † Extende etiam in libris 8
emptis ratione studii, quia licet extent; tamen pater non repetit qualitate concurrente, & concurrentibus coniecturis, quod donauerit, veluti si pater sit diues, si libri non sint maximi, & excessiui valoris, si pater non habet alios multos filios, alias secus. Bald. *d. consil. 359.* vbi multa hinc ante, & ita distinguit, *lib. 3.* † Contrari- 9
um in omnibus; quando filius habet bona propria, quæ peruenerunt ad patrem, & expendit pro filio in studio, & libris; quia non tenetur de suo, neque donasse censetur, sed repetit. Anton. de Butr. *consil. 38. n. 2. & seq.* vbi dicit idem de expensis nupti alibus factis per patrem pro vxore filii habentis de proprio. † Declara; 10
quia si extent coniecturæ pro donatione, censentur donatæ; secus si extant coniecturæ contrariæ, videlicet si pater fecit filium debitorem in libris, item si magna esset quantitas, & reddatur inæqualitas filiorum; item si pater declararet non donasse; quia licet diceretur non posse in præiudicium filii post ius quæsitum, illud procedere in claris; secus in re dubia; item si ante doctoratum; quia nō potuissent transire in castrense, vel quasi. plene Anton. de Butr. *d. cons. 38. col. fi. ver ad quartum, cum seq.* † Declara; quia 11
expensæ studii factę per patrem filio non computantur in dubio; quia censetur donata, secundum * communem opinionem. Vi- *
de Mascard. *Concl. 724. Expensæ studiorum.* † Limita in expensis fa- 12
ctis, & consumptis in vita patris permanentis in communione cum suis fratribus; quia tales expensæ imputantur in portionem patris, non autem patruorum. Bald. *cons. 21. in prin. lib. 1. & cons. 120. Quidam Antonius. lib. 1 in fi.* vbi, quod saltem fit compensatio secundum valorē librorum, prout tunc tempore imputationis valent.
† Limita in expensis factis per auum ad fauorem nepotum, quā- 13
do non sunt consumptæ, vt in libris; quia tenentur illos communicare aliis cohæredibus, etiam si essent extranei. Bald. *d. cons. 21. in pr. ver. secundum dubium. lib. 1.* † Restringe limitationem, nisi con- 14
stet patrem, vel auum pietatis causa libros dedisse. *l. quæ pater. ff. famul. hercisc.* Bald. *d. cons. 21. vers. secundum dubiū.* † Restringe, nisi filius 15
fuerit factus Doctor, & militare cœperit viuente patre; quia si pater donauit, non confert. Cuman. *cons. 28. circa pr. ver. de libris.* † De- 16
clara; quia si libri sunt empti à patre nomine suo, & traditi filio, non censentur donati; & idem, si pater simpliciter mittit filio pecunias, vt emat libros, secus si pater emisset libros nomine filii, & filio tradidisset. Ant. de But. *d. cons. 38. circa fin. ver. item communiter.*
† Declara secundo; quia licet sit præsumptio, quod pater dona- 17
uerit libros studii, emptos causa studii, quæ tendit ad finem militiæ, vel gradus; tamen secus est, si extant contrariæ coniecturæ; puta; quia pater fecit filiū debitorem in libris; quia vna præsumptio facit cessare aliam. Ant. de Butr. *d. cons. 38. circa fin. ver. & si dicatur.* † Extende vltimam limitationem, vt quod dictum est de ex- 18
pensis Doctoratus, procedat etiam in expensis militiæ, vel vxoris ductæ, & similium. Bald. *d. cons. 21. circa fi. versic. quintum dubium lib.* 1. † Et de expensis vxoris ductæ, & nuptiarum, quod pater non 19
teneatur, maxime, quando sunt magnæ. Ant. de Butr. *d. cons. 38. in prin. verb. non obstat. cum seq.* † Limita in expensis factis per scho- 20
larem post mortem aui, vel patris; quia quatenus portio scholaris sufficiat, de suo proprio intelligi debet expendisse. Bald. *d. cons. 21. vers. tertium dubium. lib. 1.* † Limita in expensis Doctoratus; 21
quia cum sint magnæ, censentur factæ de portione propria Doctoris, non autem de communi fratrum simul viuentium ad vnū panem, & vinum. Bal. *d. cons. 21. ver quartum dubium. lib. 1.* † Declara 22
tamen, secus esse de expensis cibariis non magnis; quia de communi censentur factæ pro doctoratu, ex quo similes expensæ victus censentur de communi fieri. Bald. *d. cons. 21. ver. quartum dubium. lib. 1.* † Expensæ studii continent expensas matriculæ; item 23
pretia librorum; item expensas Doctoratus, quæ possunt ascendere ad summam duorum millium Turonensium, vnde dicūtur graues. Alexand. *cons. 76. Viso, num. 15. ver. nam appellatione, libr. 4.*

Vide, *Libri studij quando filio studenti acquirantur, vel non. Concluſ.* 249.

Expenſæ factæ per patrem pro filiis quando imputentur in legitimam, vel non. Concl. 641.

1 PATER † expendens pro filio eunti ad Concilium, vt aliquid honoris conſequatur, cenſetur paterna pietate facere, ideo filius non imputat in legitimam, neque ſoluit aliis fratribus mortuo patre. Fulgoſ. *conſil.* 197. *Zunghus Ondedei. n. 1. in fin. col. fin. in prin.* 2 *verſ. nec debent detrahi.* † Extende, vt idem ſit in expenſis factis pro filio militante, quia pietatis cauſa cenſentur donatæ. Fulgoſ. *d.* 3 *conſ.* 197. *num.* 2. † Extende, vt idem ſit, ſi pater dotauit filiam filii ſui, & ſic neptem, quia cenſetur pietate, & officio paterno motus, nec filio imputatur, etiam ſi pecuniam caſtrenſem, vel quaſi, filii, aut aduentitiam dederit in dotem, quia filio erit reſtituenda. Fulg. *d. conſ.* 197. *n.* 2. *ver. & idem fortius.* Vide, *Collatio bonorum quando fieri debeat, vel non. Concl.* 416. Vide, *Dotare qui teneantur, & quando teneatur pater filiam. Concl.* 780. Vide, *Legitima computat quicquid habuit petens eam. Concluſ.* 205.

Expendens aliquid pro tertio, eo inuito, non repetit, etiam ſi vtiliter fecerit, & quando ſecus Concluſ.

Vide Soci. *reg.* 28. *Expendens aliquid pro vno*, vbi limitat ſex modis. Vide plenius, *Soluere quando poſſit tertius pro tertio. Concluſ.* 352.

Expenſæ factæ per fratres, vel ſocios, quando repetantur, vel non. Concl. 642.

1 FRATER, † qui expendit in re communi, & in cõmuni cauſa, & pro honore communi, & domus, repetit ratam ab altero, maxime ſi ſunt factæ in re, quæ ſpectabat ad vtrumq; Alex. *conſil.* 2 168. *lib.* 2. *& conſil.* 20. *lib.* 5. † Extende, quia expenſæ factæ per ſocium præſumuntur factæ nomine communi, & repetuntur pro rata, ſecus ſi modicæ ſint. Vide Maſcar. *concl.* 725. *Expenſæ per ſocium* 3 *factæ.* † Amplia, quia imo ſi fratres, vel ſocij alij habeant domum communem, quæ indigeat refectione, & vnus recuſat re ſicere expectatis quatuor menſibus, ille, qui requiſiuit pro refectione, ſolus reficiat, efficitur dominus totius domus. *l. ſi vt proponis. C. de ædiſi. priuat.* Iaſ. *l. creditor. la* 1. *in fin. ff ſi cert. pet. & in §. ſequens. ad ſi. Inſti. de action. n.* 48. vbi, quod ſingulariter eſt tenendum cordi. Crem. 4 *ſing.* 97. † Declara, quia procedit in contumace, qui noluit concurrere ad expenſas pro reaptanda domo, quia cum recuſet, videtur eam habere pro derelicta, ſed ſi eo non requiſito, & non exiſtente contumace, ſocius, vel frater refecit, quia tunc ſolum repetit impenſum pro rata. *l. cum duobus. §. idem reſpondit.* & ibi gl. magna, *ff. pro ſocio.* & ampliatio ſolum procedit in refectione, & reædificatione, non quoad alia melioramenta vtilia; quia datur actio prò ſocio, vel communi diuidundo, ad recuperãdum ſumptus, *l. cum duobus. §. ſi in communem.* & ibi gl. *ff pro ſocio. §. ſi in rem. Inſtit. de oblig. quæ ex quaſi contract.* † Limita, quia fratres tenentes bona patris pro indiuiſo, & viuentes ad vnum panem, & vinum, ſi in menſa vnus plus expendit, quam alter, non repetit. Ancharan. *conſil.* 30. *& conſil.* 103. Angel. *conſil.* 60. Corn. *conſ.* 85. *& conſ.* 292. & 6 *conſil.* 299. *lib.* 4. † Extende, quia neque repetit frater expenſum in re fratris, quando non eſt proteſtatus, quod animo repetendi ex- 7 penderit. Vide Maſcard. *concluſ.* 727. *Expenſæ in dubio, num.* 4. † Reſtringe, niſi eſſet magna quantitas erogata de pluri. Corn. *conſil.* 122. *in princ. lib.* 2. *& conſ.* 301. *lib.* 1. Vide, *Reædificatio quando permiſſa, &c. Concluſ.* 78. Vide, *Socij qualiter communicent inuicem lucra, & damna, vel non. Concluſ.* 287.

Expenſæ factę pro re communi quando recuperentur à conſorte, vel condomino, vel non. Concl. 643.

1 DOMINVS † vnus, vel duo ſi expendunt in re cõmuni, recuperant, quod fuit expenſum ab aliis condominis pro rata eorum, quod intelligas de vtilibus, vel neceſſariis expenſis. Ro- 2 man. *conſ.* 413. *Quoad primum. n.* 7. † Amplia, quia datur retentio rei communis pro expenſis factis pro cuſtodia, & neceſſitate per aliquos ſocios, quando expenſa fuit maior propter partem ſocii, qui non expendit. Angel. *conſil.* 148. *Quædam domina. per totum.* 3 † Reſtringe, quia non procedit ampliatio, quando ſocii pro ſuis ratis cuſtodiendis tantum expendiſſent, quantum expenderunt etiam pro tota re communi, quia ſi portio ſocii non cauſauit ma- 4 iores expenſas, non tenetur ad aliquid. Angel. *conſ.* 149. † Limita, niſi expenſa facta in re communi ſit inutilis, onerosa, & temeraria, *l. ſed an vltro. §. iis enim. & §. ego vero. ff. de neg. geſt.* † Extẽde idem, 5 quando non eſt vtilis, neq; neceſſaria. Rom. *d. conſ.* 413. *Quoad primum. n.* 6. *in fin. & n.* 7. *ver. quoad tertium.* † Limita in recuperatione 6 fortalitij, cuius erant quinque domini, nam ſi duo ſint expulſi, & vnus non admiſſus, ille non admiſſus non tenetur ad expenſas, quas duo expulſi fecerunt pro caſtro, & fortalitio recuperando, quando non potuerunt recuperare, & ille non admiſſus dixit, quod nolebat teneri, niſi de iure, ita Bald. loquens in Comitibus de Orco, *conſ.* 8. incip. *Erant quinque nobiles. lib.* 1. *per tot.* quia attentarunt ardua nimis, & fuerunt temerarii.

Expenſæ in releuando teſtamento per quem fieri debeant. Concl. 644.

EXPENSÆ † pro releuando teſtamento debent fieri per hæ- 1 redem de bonis hæreditariis, & ſi hæreditas eſt ſoluendo omnibus, fiunt per hæredem, ſi non eſt ſoluendo, tunc diminuuntur legata pro rata. Abb. *conſ.* 108. *Hæres, qui colligit. lib.* 1.

Expenſas quando Capitulum, & Conuentus facere teneantur pro poſtulatione, electione, & aliis. Concluſ. 645.

EXPENSAS † Abbatis poſtulati tenetur facere Monaſte- 1 rium, ſeu Conuentus, qui in Abbatem ſuum poſtulauit mendicantem, & non habentem modum de ſuo poſtulationem proſequi, quia ſicuti veniunt ex neceſſitate, & filius tenetur alere patrem inopem, & è conuerſo, ita Conuentus. Oldrad. *conſil.* 27. *Thema tale eſt, vacante.* Ioan. Andr. *in c. cupientes. de election. in* 6. *in fin.* idem tenet Oldrad. in Canonico proſequente appellationem nomine ſuo, & ad vtilitatem Capituli, *in conſ.* 38. *in fin. verſ. niſi eſſet talis.* & Cald. *conſ.* 445. alias 3. *de cenſ. in princip.* vbi, quod poteſt imponi ſubſidium charitatiuum. Card. Zabar. *conſ.* 5. *Vacante Monaſterio. in princ.* vbi limitat in beneficio reſeruato. † Amplia, quod 2 Canonicus appellans à prouiſione, & diſpenſatione Epiſcopi, & proſequens appellationem, licet non conſequatur expenſas à principio à Capitulo; tamen illas reperit, ſi appareat ad fauorem Capituli eſſe factas. Oldrad. *d. conſ.* 38. *Thema tale, quidam Epiſcopatus. in princip.* Vide, *Canonici proſequentes appellationem electi. Concluſ.* 37. † Amplia, vt conuentus teneatur ad expenſas Monachi acci- 3 ſantis Abbatem; quia dicitur gerere negocia Conuentus. Cald. *conſ.* 445. alias 3. *de cenſ. circa prin. ver. hinc eſt, quod Monachus.* † Am- 4 plia, vt Prælatus conſequi debeat omnes expenſas, quas fecit pro neceſſitate, vel vtilitate Conuentus. Cald. *d conſ.* 445. alias 3. *de cenſ. ib. in prin. ver. item ſi ceſſaret conſuetudo.* † Amplia in electo; quia ſi fa- 5 cit expenſas in proſequutione ſuæ electionis, illas repetit ab Eccleſia. Gemi. *conſ.* 48. *col. pen. num.* 10. *verb prima parte.* Ang. *conſ.* 245. *Quia omne datum. nu.* 4. *& ſeq.* vbi loquitur in Abbate electo. † Re- 6 ſtringe, quando electus, vel titularis bonum ius non fouebat; quia non repetit expenſas. Gemin. *d. conſ.* 48. *num.* 11. *ver. idem dicendum.* † Amplia; quia parochiani, & patroni agentes ad remotio- 7 nem mali Prælati repetunt expenſas factas ab Eccleſia. Gem. *conſ.* 55. *Pro declaratione. num.* 1. *ver. in contrarium*, vbi dat multa ſimilia de tutore, qui litigat expenſis pupilli, de patre verſus filium, procuratore aduerſus dominum, liberto verſus patronum, & *num.* 4. *verſ. idem ergo dicimus.* † Extende in expenſis factis ad impedien- 8 dum, ne malus Prælatus electus confirmetur; quia repetit expenſas factas ab Eccleſia. Gemin. *d. conſil.* 55. *num.* 4. *verſ. & ideo impediens.* † Amplia; quia expenſæ occurrentes, quando agitur de crea- 9 tione Prælati Eccleſiæ, debent reſici ab Eccleſia. Gemin. *d. conſil.* 55. *num.* 4. *verſ. pro hac parte facit.* † Amplia, vt Eccleſia, vel ſucceſſor 10 teneatur ad expenſas funeris, & infirmitatis Prælati defuncti. Gemin. *conſ.* 1. *Circa primum dubium. per tot.* Vide, *Succeſſor in Eccleſia, vel Epiſcopatu, ad quæ debita prædeceſſoris, &c. Conc.* 876. † Amplia; quia 11 etiam valet mutuum factum per Prælatum ſolũ ad expenſas proſequutionis ſuæ electionis, vel præceſſorum ſuorum, dummodo ſint modificatæ. Angel *d. conſil.* 245 *num.* 4. † Limita, quando non 12 ſunt diſtincta bona Capituli & Monaſterij, ſeu Prælaturæ; quia tunc Capitulum non agit pro expenſis factis contra Prælatum occaſione poſtulationis, ſeu electionis, quia diceretur agere contra ſeipſum Zab. *conſ.* 6. *in princ.* † Declara, niſi pro poſtulatione, 13 ſeu electione legitima proſequenda ſinguli, vel aliqui de Capitulo pecunias mutuo acceperint, ſeu de ſuo expendiſſent; quia tunc poſſent repetere. Card. Zabar. *d. conſ.* 6. *in princ. verſ. fatcor tamen.* † Limita; quia ſi extaret ſtatutum à Sede Apoſtolica confir- 14 matum,

matum, vel iuratum, quod non possent fieri istæ expensæ superfluæ; tunc non repeterentur, & iuramentū obstaret illis, qui iurarunt, Zab. *d. consil. 6. in fi. ver. in vltima autem*, vbi, qualiter fieri possit 13 statutum super hoc. † Limita, quando prosequens electionem, vel postulationem esset electus, vel postulatus in discordia, vel essent plures electi, vel postulati. Angel. *d. consil. 245. n. 5. vers. & hæc* 14 *vera*. † Limita in Prælato, qui impetrauit prælaturam; quia Ecclesia non tenetur ad expensas impetrationis. Angel. *d. cons. 245. num.* 15 *5. ver. aut non fuit electus*. † Limita, quando alij, à quibus expensæ prætenduntur, fuerunt protestati, quod nolebant teneri, & effectus sequutus damnosas & temerarias fuisse expensas demōstrat. 16 Bald. *consil. 8. per tot. lib. 1.* Oldr. *d. cons. 38. in pr.* Vide, *Expensæ factæ pro re communi quando recuperentur à consorte, vel condem. Concl. 643.* † Limita in Canonicis appellantibus à prouisione, & dispensatione Episcopi facta; quia cum nomine Capituli non faciant, & Capitulum non consentiat, non possunt petere expensas à Capitulo, licet repetant in effectu, si in vtilitatem apparuerint factæ. Oldra. 19 *d. cons. 38.* † Limita in eo, qui principaliter accessit ad curiam pro suis proprijs negocijs; quia non repetit expensas, etiamsi in consequentiam fecit negocia Ecclesiæ. Ang. *cons. 245. n. 5. vers. præterea* 20 *ille, qui vadit.* † Extende; quia non repetit expensas, quando fuit affectata impetratio, vel deputatio. Ang *d. consil 245. n. 5. in fin.* vbi, 21 quod affectans prælaturam non repetit expensas. † Limita, si postulatio fiat ad beneficium vacans in curia; quia reseruatum est 22 collationi Papæ. Card. Zabar *consil. 5. Vacante Monasterio per tot.* vbi efficassus. † Limita in electione, & postulatione Abbatiarum, & Episcopatuum; quia sunt reseruata sedi Apostolicæ, Card. Zab. 23 *d. consil. 5. num. 2.* † Limita; quia expensæ postulationis superfluæ, & non necessariæ non sunt reficiendæ. Card. *d. cons. 5. in fi. vers. Item re spectu intimationis*. Ang *d. cons. 245. n. 4.*

Expensæ deducendæ ex omnibus, & qualiter procedat. Concl. 646.

1 EXPENSÆ factæ † gratia quærendorum, colligendorum, & conseruandorum fructuum deduci debent; quia nullus casus euenire potest, quin tales expensæ deduci debeant glos. in *l. fructus. ver. impensa. ff. solut. matri. & in c. grauis. de restit spol.* Gem. *cons. 85. nu. 4. ver. quia nullus.* Bart. *consil. 186. Cicciarell. post med. ver. nullus e-* 2 *tiam casus. lib. 1.* † Et quod fructus semper intelligantur deductis oneribus, & expensis. Bald. *cons. 53. Remanentibus in communione in fi.* 3 *lib. 1.* † Amplia in decimis personalibus; quia soluuntur de fructibus personalibus, deductis expensis. Gem. *d. consil. 85. in pr. n. 2. ver.* 4 *quidam.* † Amplia in decimis Papalibus, quæ imponuntur super beneficijs; quia debent solui de fructibus, qui supersunt, deductis expensis. Gem. *d. cons. 85. n. 3.* & per totum consilium, vbi *n. 3.* allegat, in *clem. 2. de decim. in ver. taxationem*, quæ dicit ita per Papam 5 fuisse declaratum. † Amplia in pensionibus, Cathedraticis, & quartis decimarum; quia deduci debent omnes expensæ, ante- 6 quam soluantur. Gemin. *d. cons. 85. n. 5. ver. ex ijs patet.* † Amplia in solutione Cathedratici, seu Synodatici; quia deducuntur expensæ ante quam fiat solutio, prout fit de decimis personalibus. Gem. 7 *d. cons. 85. n. 6. v. sed cathedraticum.* † Amplia, vt etiam prædo deducat expensas factas gratia quærendorum, & cōseruandorum fru- 8 ctuum, Cauet. *consil. 87. Sempronius. num. 2.* † Amplia in solutione quartæ decimarum, vel aliorum, quæ soluitur Episcopo, vel Pa- 9 rochiæ. Gem. *d. consil. 85. nu. 7. & seq. vers. & idem est dicendum.* † Amplia; quia ad videndum, quantum pupillus habeat in annuo reditu, vt appareat, an de re pupilli sit facta emptio, deducuntur omnes expensæ etiam cibariæ pupilli; quia ille non dicitur habere in redditibus, nisi quod supereſt, deductis expensis, Bald. *cons. 87.* 10 *Patruus erit lib. 1.* † Amplia contra agentem rei vendicatione; quia fisi, à quo vendicatur, expēdit ad commodum vendicantis, puta pro Castro, quod vendicatur, recuperādo potest retinere, nisi re- ficiantur expensę vtiles. Io. de Anan. *cons. 32. Vltra alia, in fin. ver. ite-* *rū aduertendum*. Vide, *Melioramenta dant retentionem rei, & quando secus,* 11 *Concl. 182.* † Amplia; quia licet prior creditor agat contra posteriorem, vt cōsequatur fructus communis debitoris; posterior tamen deducit expensas factas pro ipsis fructibus. Bart. *cōs. 186. vers.* *eum ergo. lib. 1.* Felin in *c. ad nostram. n. 3. de iureiur.* Pet. Duennas *regul.* 12 387. † Amplia; quia creditor habens fideiussorem indemnitatis, si expendat in exigendo à principali debitore, consequitur expēsas factas post lapsum termini in exigendo; quia tanto minus exigit, quanto ascendunt expensæ; tamen secus est si expendit ante lapsum termini, per regulam, quod fructus intelliguntur, deductis expensis. Castr. *cons. 239. Super hoc facto. in fi. ver. super tertio. lib. 1.*
13 † Amplia; quia si actori, vel reo debentur expensę victus; quia extra domum, & in hospitio stetit; debent tamen deduci illæ expensæ, quas necessario fecisset in domo sua; quia debuit manducare, & bibere. Alex. *cons. 37. Viso, & opportune, n. 32. v. nam de dictis expēsis,* 14 *lib. 2.* vbi plures allegat. † Amplia in expensis factis gratia quærendorum fructuum, & colligendorum. Vide conclusionem proximam sequentem. Vide, *Fructus intelliguntur deductis expensis. Conclus.* 15 *499.* † Amplia in expensis procuratorum, & aduocatorum. Vide, *Expensæ procuratorum. Conclus. 647.* † Limita in decimis prædialibus, quæ debentur de fructibus prædiorum; quia non deducun- 16 tur expensæ. *c. pastoralē. de decim.* Gemin. *d. cons. 85. in pr.*

Expensæ quæ, & quales deducendæ. Concl. 647.

EXPENSÆ † gratia quærendorum fructuum deducuntur, 1 & sunt, quæ fiunt arando, seminando, & similiter in vineis fodiendis, & putandis. Gem. *cons. 85. n. 4. ver. quia nullus.* † Colligen- 2 dorum fructuum etiam deducuntur, & sunt metendo, triturando, vindemiando, & similia faciendo. Gem. *d. cons. 85. n. 4. vers. Item gratia.* † Extende; quia expensæ factæ in collectione fructuum 3 debent refici non solum colono, & bonæ fidei, sed etiam cuicūque malæ fidei possessori. Aret. *consil. 17. col. 7.* Bart. late in *l. cum seruus. ff. de verb. oblig.* Rom *sing. 336. Malæ fidei possessor.* Crauett. *cons. 87. n. 2.* Tiraq. *de retra. lignag. §. 15. gloss. 1. n. 2.* Couarr. *lib. 1. var. resolutio. c. 3. versic. imo quemadmodum.* † Conseruandorum fructuum gratia 4 deducuntur, & sunt, quæ fiunt in præparandis horreis, & similibus. Gemin. *d. cons. 85. n. 5. ver. Item gratia conseruandorum*, & allegat Specul. *tit. de expens. §. 1. in princ.* † Custodiendorum fructuum gra- 5 tia deducuntur, vt sunt custodes, aduocati, & procuratores, & alij ministri deputati pro conseruatione bonorum. Gemin. *d. cons. 85.* *n. 9. & seq. ver. ex ijs apparet.* † Amplia; quia de fructibus, & lucris at- 6 tium, seu personalibus deducuntur expensæ, quę fiunt pro interponentibus aliquod ministerium in artificio, ex quo proueniunt lucra artificij, vt sunt mediatores, discipuli, & similes. Gem. *d. cons. 85. n. 6. vers. & ideo sicut.* † Et idem est in diuidendis fructibus inter 7 socios; quia si vnus posuit operas maiores filiorum laborantium, deducuntur primo impensæ omnes, residuū vero cōsistens in solis operibus diuiditur per capita, vel diuidit inter boues aratorios pro vna dimidia, pro alia in capita laborantiū. Bart. *cons. 186. Cucciarellus. lib. 1.* † Amplia, quia omnes expensæ necessariæ, quæ pro 8 conseruatione rei sunt factæ, semper debentur, & deducuntur, siue sit in re mobili, siue in re stabili, siue in personis, vt cura, cibaria, & medicamenta, siue inanimalibus, late Neguſ. in *tract. de pign. in 7. parte, in 3. membro, n. 14. & sequen.* vbi restringit, dummodo moderatæ, & necessariæ sint. † Limita; quia expensæ nimis one- 9 rosæ, & quæ excedunt valorem rei, in qua est expensum, non debentur. *l. seruos pignoratos. ff. de pign. actio.* vbi Bart. & alii. Vide conclusionem proximam præcedentem, & cōclusionem proximam sequentem.

Expensæ procuratorum, & aduocatorum qualiter, & in quibus deducendæ sint. Concl. 648.

EXPENSÆ † procuratorum, & aduocatorum sunt deducen- 1 dæ tanquam necessariæ in solutione decimarum, tam personalium, quam Papalium. Gemin. *consil. 85. Super primo, num. 9. & seq. ver. ex ijs apparet.* † Amplia; quia expensæ procuratorum, & ad- 2 uocatorum sunt deducendæ in distributione bonorum Ecclesiarum inter clericos facienda; quia fructus non sunt, nisi istis expensis deductis, *cap vobis, 12. q. 2.* Gemin. *d. cons. 85. nu. 13. & seq. ver. & pro ista parte.*

Experientia omnium rerum magistra. Concl. 649.

EXPERIENTIA † omnium rerum est mater, & magistra, *c.* 1 *quam sit, de electio. in 6.* Io. de Imol. *cons. 43. in prin.* Alex. *cons. 115.* *Visa scriptura, num. 4. ver. sed posito, lib. 7.* † Et experientia fecit artem, 2 & cognitio veritatis ex experimento, sequitur Bald. *consil. 336. Proponitur, quod Titius, num. 2. ver. circa primam, lib. 2.* † Experimenta 3 morborum multas nos medicinas inuenire compellunt. Bald. *d. cons. 136. n. 3. vers. & ideo dicit textus, lib. 2.* † Extende, quia experien- 4 tia dicitur rerum magistra de ijs, quæ videmus obseruari, puta, quod vsurarij nunquam delent partitam crediti, nisi prius integre de vsuris sint satisfacti. Io. de Imo *d. consil. 43. in princip.*

* *
*

Expilatio hæreditatis contra quos detur, vel non. Concluſ. 650.

1 EXPILATIO † hæreditatis datur contra omnes ſubtrahentes res hæreditatis iacentis, *l.1.& 2.ff.de crim.expil.hæredit.* vbi, quod datur ante aditam hæreditatem, & ante apprehenſam poſ-
2 ſeſſionem rei ſubtractæ; quia ſi poſt, datur actio furti. † Et dicitur expilator fur atrocior, quam ſimplex fur. Fulgoſ. *conſ.157.n.2.ver.*
3 *Rurſum.* † Limita; quia contra vxorem non datur expilatio hæreditatis, ſed actio rerum amotarum, *l.1.& tot.tit.rer.amot.* † Extende; quia ſicuti non datur actio expilatæ hæreditatis; ita neque actio furti contra vxorem propter bona mariti aſportata, ſed ſolum datur actio rerum amotarum. Angel. *de malef.* & ibi Arimin.
in addition.in verſic.& veſtem cœleſtem num.33. vbi, quod eſt actio re-
5 rum amotarum. † Declara; quia ad hoc, vt detur actio rerum amotarum tantum, debet clare conſtare, quod fuerit vxor, alias
6 non intrat priuilegium. Bart. *conſ.113. Proceſſum eſt in pr.lib.1.* † Reſtringe; quia quando ſtatutum punit vltimo ſupplicio illum, qui tria furta fecit; tunc ſecundum aliquos computantur expilatio hæreditatis, & actio rerum amotarum pro furto, licet ſecundum alios contrarium ſit verum. Vide, *Furti pœna quæſit.Concl.562.n.23. & multis ſeqq.* Vide, *Vxor aſportata è domo mariti, quæ reſtituat, vel lucretur. Concluſ.395.*

Expreſſum quando, & quot modis dicatur, & quid expreſſum, quid nominatum. Concl.651.

1 VIDE † Tiraquell. *de legib.connub.gl.7.n.179.* vbi dicit eſſe tredecim genera expreſſorum, ſequitur Zanch. *in l. hæredes mei.*
2 *§.cum ita.in 4.part.n.210.ff.ad Trebellia.* † Vide Menoch. *conſil.210. n.28.* qui reducit expreſſum ad quatuor caſus, videlicet verbis vniuerſalibus, verbis generalibus, verbis ſpecialibus, & verbis ſingularibus, & declarat quemlibet modũ, quando dicatur, & quo-
3 modo. † Expreſſum dicitur, quod per relationẽ ad aliquid certum ſit. Angel. *conſ.365. Quædam domina n.3. verſ.ſuper ſecundo. vſque*
in fin. ſequit. Alex. *conſ.80. Viſo, & opportune.n.9.lib.1.* Vide, *Relatiua*
4 *diſpoſitio quãdo dicatur certa, & expreſſa. Concl.126.* † Amplia; quia expreſſum dicitur omne, quod venit ex ſignificatione verbi vel vocis; ſecus ſi venit ex interpretatione; quia tunc dicitur tacitum. Bald. *conſ.52.n.2.ver.modo reuertor, vſque in fin.lib.1.& conſil.384.* vbi
5 duplicatur, *lib.5.* † Amplia; quia licet tacitum dicatur id, quod ſola legis interpretatione ſine verbis inducitur, prout eſt vulgaris ſubſtitutio, quæ eſt in pupillari ex legis interpretatione; tamen quando verba, licet non expreſſa, ſed generalia poſſunt importare, & ſignificare aliquid, quod etiam à lege inducitur, illud eſt expreſſum, prout ſubſtitutio vulgaris, quæ ineſt in compendioſa; quia ſi ſit dictum, *quandocunque deceſſerit hæres, ſubſtituo talem*; hic non ſunt verba, quæ dicant, *& ſi hæres non erit*; ſed quia dicitur, *quandocunque decedat*; ergo etiam ſi decedat viuo teſtatore, & ſit vulgaris, quę ineſt à lege, & quæ etiam à verbis poteſt generaliter comprehendi, dicitur expreſſa generaliter, licet non ſpecifice. Bald. *conſ.170. Quidam Nicolaus.n.2.& 3.ver.in contrarium.lib.5.* vbi, quod differunt omnino tacitum, & tacitum, quod verba poſſunt
6 importare. Vide, *Inſtrumentum guarentigiatum quid ſit, & operetur. Concl.240.* † Extende; quia ſtatutum dans exequutionem inſtrumento, licet intelligatur de iis, quæ ſunt expreſſa in inſtrumento, & oculo corporali legi poſſunt; tamen datur exequutio etiam pro iis, quæ iuris intellectu ex expreſſis in inſtrumento reſultant. Alex. *conſ.126. Repetitus per tot. lib.6.* vbi plura pro vtraque & hanc
7 tuetur. Vide, *Oculus quid ſit, & quotuplex. Concl.63.* † Amplia; quia expreſſum dicitur, quod quibuſdam caſibus ſpecialiter expreſſis per generalem clauſulam de omni alio caſu exprimitur. Signor.
8 *conſil.176.n.6.* † Declara; quia clauſula generalis includit duntaxat ſimilia, non maiora. Signorol. *d.conſ.176.n.12.* † Amplia; quia multa ſunt, quæ abſque expreſſione dicuntur expreſſa; quia ta-
9 cite ſubintelliguntur. Vide, *Clauſulæ, quæ tacite inſunt abſque expreſſio-*
10 *ne. Concluſ.305.* † Amplia, quia expreſſe dictum, & ſpecialiter dictum dicitur, quod ſub generalitate cõtinetur. Signor. *d.conſ.176.*
11 *n.6.& 7.* † Declara, vt non procedat, quando indiuidua expreſſio requiritur, prout, quod cauſæ piæ ſit derogatum, vel doti, aut alimentis tendentibus ad piam cauſam. Signor. *d.conſil.176.num.9.*
12 *ver.in oppoſitum vſque in fi.* † Amplia, quia dicitur expreſſum, quod coniecturis probatur, ideo nouatio, quæ non inducitur, niſi expreſſe agatur, dicitur inducta ex coniecturis. Afflict. *deciſ.44.n.15.*
13 † Contrarium infra in limitatione, *num.29.* † Extende, quia expreſſum dicitur, quod ſequitur ex expreſſo, late Zanch. *in l. hæredes mei.§.cum ita in 4.part.n.210.ff.ad Trebell.* vbi extendit, etiam ſi eſſemus in formalibus, & ageretur de præiudicio tertii, vbi multos allegat. † Amplia, quia expreſſum in ſpecie dicitur id, quod exprimitur in genere, quando genus non poteſt verificari, niſi in illa ſpecie, quia perinde eſt, ac ſi ſpecies eſſet expreſſa. Signorol. 15
conſil.30. Factum tale eſt, quidam nomine. † Ideo in ſpecie filius dicitur exhæredatus, quãdo eſt vnicus, & dicit, *exhæredo filiũ meũ.l.nominatim. & l.Titius.ff. de liber. & poſthum.* Aret. *conſil.12. Videtur di-* 16
cendum.n.16. Bart. *conſil.21. Vt dixit.in fin.lib.1.* vbi apoſtill. † Idem 17
eſt in reuocatione teſtamenti, quod vnicum etiam habens clauſulam derogatoriã, per ſecundum cenſetur reuocatum per clauſulam generalem caſſantem omne aliud teſtamẽtum. Ang. Aret. 18
d.conſ.12.n.16.& 17. † Extende in minore, qui promiſit facere venditionem cum ſolemnitatibus, quia cenſetur nominatim, & in ſpecie facere mentionem de cauſa neceſſaria vendendi, quia aliæ ſolemnitates non poſſunt adhiberi. Angel. Aret. *d.conſ.12.n.14.&*
ſeq.ver.non obſtat vltimum. † Extende, quia obligatio facta procu- 19
ratori in dubio cenſetur facta procuratori ſimpliciter, non autem vti in rem ſuam conſtituto; ſecus ſi non eſſet, niſi ex vnico mandato conſtitutus, in quo apparet, quod in rem ſuam eſt conſtitutus. Angel. Aretin. *conſil.53. Clarum videtur.num.5.& 6.verſ.ſecundo*
probatur. † Extende; quia teſtamentum filiifamilias, quod cum 20
conſenſu patris nõ valet, ſed poteſt valere vt donatio cauſa mortis, ſubſtinetur, vt donatio cauſa mortis, quando adeſt clauſula, *ſi non valet, vt teſtamentum, valeat vt codicillus, vel vt quælibet vltima voluntas*, quia nõ poteſt verificari, niſi vt donatio cauſa mortis, ergo eſt, ac ſi eſſet expreſſa expreſſe. Alex. plene *conſ.53. In cauſa & lite.n.*
9.ver.ideo perinde eſt.lib.7. Vide, *Expreſſio generalis quando ſufficiat, vel* 21
non. Concl.653. † Amplia, quia expreſſum dicitur, vel habetur pro expreſſo id, quod habet eandem rationem legis, & in quo eadem ratio omnino militat. Calder. *conſ.147. in prin.* alias *vnico.vt lit.pend.* Bald. *conſil.52. Caſus talis eſt, ſtatuto ciuitatis.lib.1.circa finem.* vbi dicit hoc procedere, quando omnimoda ratio concurrit, vel quando licet diſparitas rationis eſſet, tamen adeſt colligantia æquitatis, & idem repetit *conſ.384.lib.5.* Vide, *Ratio legis vbi militat, ibi lex loquitur. Concluſ.31.* † Amplia, quia expreſſum dicitur, & expreſſa vo- 22
luntas, ſiue verbis, & rebus, ſiue facto exprimatur. Fulgoſ. *conſ.13. Circa primum. nu.1. verſ. accipienda eſt.* † Nominatum illud dicitur, 23
quod ſingulariter exprimitur, vel etiam per quamcunque aliam demonſtrationem certum redditur. Alexand. *conſil.80.nu.9.lib.1.*
† Extende, quia quod eſt certum per relationem, dicitur nomi- 24
natim expreſſum. Alexan. *conſ.80.n.6.verſ.vnde dicimus.lib.1.* Vide, *Relatum eſt in referente vere & proprie. Concl.129.* † Specialiter expri- 25
mi, vel expreſſum dici, dicitur, quando verbis apertis apparet, quia ſtatur litteræ, prout iacet, ſecundum * communem opinio- 4
nem, de qua Zabar. *conſ.136.n.6.in fin.ver.item princeps.* † Et dicitur 26
ſpecialiter expreſſum, quando de eo, quod debet exprimi, fit mentio cum ſuis qualitatibus. Zabarell. *d.conſil.136.num.7.* † De- 27
clara totam iſtam materiam, quia expreſſio fit generaliter, ſpecialiter, & ſingulariter, & quæ dicatur generalis, quę ſpecialis, & quæ ſingularis. Supra, *ver. Derogatio legibus, & aliis in genere. Conclu.216.*
num.58.ver.Declara. Vide plenius Concluſione proxime ſequenti. † Limita igitur, quod non poteſt dici expreſſum id, quod in- 28
ducitur ſola legis interpretatione abſque conuenientia verborum. Bald. *conſ.170.n.3.ver.& ſi dicatur. lib.5.* † Limita, quia argu- 29
mentum à contrario ſenſu non dicitur expreſſum, ſed tacitum, & per coniecturas, imo dicitur ſubauditus intellectus. Alex. *conſ.7.*
In conſultatione, n.14.& ſeq.lib.5. & prius dixit Abb. *conſil.75.num.3.*
verſ.ad idem.lib.1.

Expreſſio generalis, ſpecialis, & ſingularis quando dicatur. Concl.652.

EXPRESSIO † alia eſt generalis, alia ſpecialis, alia ſingularis, 1
prout dicitur, quod venditor tenetur ſpecialiter exprimere onera rei venditæ, ſi exprimat generaliter, & obſcure, quod bona ſoluunt Eccleſiæ ſolidos 25. & poſt onus alia bona expreſſit, non dicitur ſpecialiter ſpecificaſſe, niſi dicat, quod omnia bona ſunt ſolutioni obnoxia, & quod ſolutio ſit annua, & ſic non debet eſſe generalis, & æquiuoca, ſed generalis ſpecifica, licet non ſingularis de ſingula petia terræ. Alexand. *conſ.63. Diligenter, per tot.* vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur latiſſime, iterum plenius *conſ.155. Videretur.n.8.ver.fortificantur.lib.6.* vbi apoſtill. *in ver. ſingularis*, dat
concord. † Extende idem in demonſtratione; quia alia eſt ge- 2
neralis, alia ſpecialis, alia ſingularis. Ideo venditor, qui tenetur demonſtrare emptori ſpecialiter omnes ſeruitutes, & onera rei venditæ, ſi vendat plura bona in diuerſis petiis, nõ ſufficit, quod dicat,

dicat, quod pro dicta possessione soluit Ecclesiæ solidos 25. quia est generalis expressio quoad bona postea specificata, neq; tenetur singulariter exprimere pro singula petia, sed bene sufficit specialis expressio, si dicat, quod pro omnibus bonis venditis soluit singulo anno pro canone Ecclesiæ solidos 25. quia hoc modo demonstrat specialiter. Alex. *cons.* 63. *Diligenter. in pr. lib.* 6. † Extende in renunciatione; quia alia est generalis, alia specialis, alia singularis, datque exempla Alex. *d. cons.* 63. *Diligenter inspectis. n.* 3. *vers. nam fideiussor. lib.* 6. vbi dat exemplum in scholare, qui habet priuilegium fori, ne possit conueniri, nisi coram suo Doctore, vel Rectore. si fideiuber, renũciare debet specialiter priuilegio fori: vnde si renunciat omni exceptioni, quam opponere posset, dicitur generaliter renunciasse, & nõ sufficit; si vero renunciat omni priuilegio fori, dicitur renunciasse specialiter, nec renetur renunciare priuilegio fori, quod habent scholares, ne cõueniri possint, nisi coram Rectore, vel Doctore; quia esset renunciatio singularis, & 4 repetit *consil.* 155. *Videretur. n.* 9. *ver. pro quo etiam lib.* 6. † Extende in derogatione, quæ aliquando est generalis, aliquando specialis, aliquando singularis, plene Bart. *consil* 21. *Vt dixit, lib.* 1. & *in extrag. ad reprimendum. in ver non obstantibus.* plene Castrens. *cons.* 3. *n.* 5. *lib.* 3 & *cons.* 279. *Passus iste. lib.* 1. *n.* 2. *ver. sed dubium.* vbi dat exempla de singulis, vt supra, & quando requiritur specialis, quæ derogatio sufficiat, vbi, quod generalis non sufficit, neq; singularis, seu individua requiritur. Alex. *d. cons.* 155. *Videretur. n.* 6. & *seq. v. hoc præmisso. lib.* 6. vbi apostill. *in ver. derogatoria.* Vide, *Derogatio legibus, & aliis in genere. Concluſ.* 216. *n.* 58. *ver. Declara.* † Idem est in hypotheca speciali, quam Doctores requirunt, vt res locata cum hypotheca speciali non possit auferri à locatore per emptorem; secus est, quando est generalis. Nam Crauett. *consil* 381. *nu.* 3 & 4. dicit, quod illa dicitur specialis, quæ continet omnia & singula bona locatoris; quia etiam res locata continetur specialiter, licet non nominatim, & singulariter; hypotheca vero generalis est, quando hypothecauit bona, sed non dixit, omnia, & singula eius bona. † Idem est in mandato speciali; quia dicitur speciale, licet non sit singulare in individuo, quando est generale cum libera, vel cum clausula. *quod possit omnia, quæ potest principalis.* Alexan. *cons.* 133. *Circa executionem. n.* 10. *ver. denique posito. lib.* 6. vbi dicit * communem opinionem. † Idem est in secundo testamento; quia tollit primum habens clausulam derogatoriam qualemcunque, etiam quod in secundo non seruetur clausula derogatoria, dummodo dicat, *cassans omne aliud testamentum, etiam si habeat clausulam derogatoriam*; quia dicitur derogatum in specie, & sufficit, licet non sit derogatum singulariter, plene Alexand. *d. cons.* 155. *Videretur. nu.* 7. & *seq. ver. secundo confirmatur. lib.* 6. & iterum plenius ibi *nu.* 12. *ver. pro dicit Ang.* allegat text. *in l. omnes. C. de præscript.* 30 *annor.* ibi, *specialiter, ac nominatim.* Vide, *Testamentum habens clausulam derogatoriam specialem non reuocatur, &c. Concl.* 152. † Idem est in eo, qui in re assumpsit casus fortuitos expresse; quia dicitur assumpsisse specialiter, licet eos singulariter non enumeret. Alex. *d. cons.* 155. *n.* 9. & 10. *ver. accedit. quod not. at. lib.* 6. † Idem est in appellante ab interloquutoria; quia debet specialiter exprimere causas grauaminis, *dem. appellanti, de appell.* tamen sufficit, si dicat, *appello, quia iudex mea iura non admisit*; quia dicitur in specie exprimere, sed non singulariter. Alexand. *d. cons.* 155. *num.* 11. *vers. ad idem lib.* 6. Vide, *Dispositum generalia specialis, & individua quando ducatur. Concl.* 487. Vide, *General. dispositio omnes species comprehendit. Concl.* 29. Vide duas proximè sequentes Conclusiones. Vide, *Nomina generalia quæ dicantur, & quæ specialia. Concluſ.* 57. Vide, *Renunciatio alia generalis, alia specialis, alia singularis. Concl.* 167.

Expressio individua, & specialis quando requiratur, vel non. Concl. 653.

1 EXPRESSIO † specialis illegitimitatis requiritur in legitimatione ad hoc, vt valeat, & ideo si quis ex dupliciadulterio esset conceptus, nõ sufficit simpliciter exprimere, quod ex adulterio sit conceptus. Oldr. *cons.* 247. *n.* 2. *vers. ad secundum.* quia funi- 2
cuius duplex magis ligat, sequitur Alex. *cons.* 195. *lib.* 2. & 129. *lib.* 6. 3
Tel. *ins. post. lastis. col.* 5. *ver. cæterum. n.* 2. *de rescript.* Vide, *Expressum vbi requiritur, non sufficit tacitum. Concluſ.* 654. † Amplia; quia ad hoc, vt consensus mulieris præstitus marito in alienatione bonorum sibi hypothecatorum noceat mulieri, oportet, quod expressus sit, & expresse dicatur, quod renunciat iuri hypothecæ, alias sibi non nocet, quod pro cautela tradit Castr. *in l. subemus. C. ad Velleian.* 4
sequitur Natt. *cons.* 101. *n.* 11. † Amplia, vt idem sit in derogatione generaliter facta per Principem, non obstante aliqua lege; quia debet specifica derogatio fieri. Oldr. *d. cons.* 247. *in fi. ver. ad tertium. nu.* 3. Vide, *Derogatio legibus, & aliis in genere facta, non sufficit, & quando secus Concluſ.* 216. † Amplia in licentia; quia vbi est necessaria, 4
intelligitur de expressa, non de tacita. Capic. *decis.* 100. *nu.* 7. † Et 5
quando lex etiam correctoria requirit licentiam, intelligitur de expressa. Simon de Præt. *cons.* 30. *nu.* 9. † Amplia, vt non sufficiat 6
Notarium attestari in genere, quod prædictis omnibus interfuit, quando pro forma, qui appellat, debet iurare obiectus credere veros, & se posse illos probare; quia specifica mentio de vtroque iuramento debet fieri. Oldrad. *consil.* 304. *num.* 3. *ver. constat.* † Am- 7
plia; quia ad hoc, vt res empta ex pretio rei venditæ, quæ erat suppositæ fideicommisso, dicatur subrogata loco fideicommissi, & rei venditæ in particularibus, requiritur expressa mentio de hoc, vel alia coniectura, quæ hoc inducat, ita Tiraquell. *de retract. lign.* §. 32. *glos. vnic. à n.* 10. *vsque ad* 26. vbi sub *num.* 22. & *seq.* † Amplia, 8
vt non sufficiat mentio expectantium facta pro relignatione, quando expectantes habent clausulam, *anteferri*; quia non solum factum debet exprimi, sed etiam modus facti. Oldrad. *consil.* 324. *in princip. num.* 3. *vers. secundo dicta impetratio.* † Amplia, vt non suf- 9
ficiat Notarium dicere in instrumento, testem iurasse secundum morem; quia per illa verba non probatur coram iudice iuratum; quia cum mos non exprimatur, & sit incertus, nõ valet iuramentum delatum, seu probatum per talia verba, sed debent exprimi circumstantiæ. Oldrad. *consil.* 323. *num.* 6. *ver. circa quartum. vsque in fin.* † Amplia in formalibus; quia si statutum mandat aliquid ex- 10
primi, puta causam alienationis rei minoris, non sufficit generalis expressio. Simon de Præt. *consil.* 80. *n.* 31. & *seq.* vbi dicit * communem. † Amplia in derogatione primi priuilegii concessi cum 11
clausulis derogatoriarum derogatoriis, & expressione, quod non censeatur sublatum, nisi expressa, & individua mentio specialis fiat in derogatione; quia tunc requiritur expressa derogatio, & non sufficit expressum tacitum, seu præsumptum. Fed. de Sen. *consil.* 233. *colum.* 2. *ver. sed vbi requiritur.* † Declara; quia sufficit 12
expressio in genere, & per relationem, si Papa dicat habere pro expressis contraria omnia. Anton. de Butr. *cons.* 2. quod duplicatur *cons.* 49 *per tot.* Vide, *Relatiua dispositio quando dicatur certa & expressa. Concl.* 126. † Amplia; quia ad hoc, vt Papa mandans vendi 13
certos fructus monacho professo censeatur eum habilitasse ad contrahendum sine licentia sui superioris, requiritur, quod expresse hoc voluerit, & mandauerit, & quod cum causæ cognitione, alias autem non sufficit tacita intentio, de qua non constat ad tollendum ius commune. Calder. *cons.* 407. *per tot.* alias 22. *de regular.* Vide, *Dispensatio tacita quando inducatur, vel non. Concluſ.* 467. † Amplia; quia vbi agitur de præiudicio tertii, semper specifica 14
mentio debet fieri de illo præiudicio ad hoc, vt inducatur præiudicium, nec sufficit generalis, & obscura expressio, Ant. de Butr. *d. cons.* 2. *n.* 2. *ver. Item quia ad concludendam.* quod duplicatur *cons.* 49. vbi tamen dicit de stylo Curiæ non procedere; quia sufficit, si Princeps habet exprimenda pro expressis. Vide, Clausula, *quorum omnium tenores, &c.* quid operetur. *Concl.* 350. † Et propterea 15
extenditur, etiã si tertius, de cuius præiudicio agitur, habeat causam ab eo, qui infert præiudicium, prout in patre donante; quia si postea suscepit filios, non censetur illis præiudicasse, nisi in specie hoc faciat. Roman. *cons.* 269. *Non est dubium. vers. secundo quia. vsque in fin.* † Extende; quia si pater instituit filiam in re certa, & quod 16
plus petere non possit, non censetur excludere eam à iure suo, quod habet in emphyteusi sibi debita; quia debuit exprimi specialiter. Bart. *consil.* 55. *D. Amatus. ver. præterea posito. lib.* 1. duplicatur *cons.* 60. *Quæstio ista. n.* 4. & iterum *cons.* 183. *lib.* 1. † Amplia; quia in 17
donatione causa mortis facta à filiofamilias requiritur expressus consensus patris, & specialis, alias non sufficit. Bald. *cons.* 248. *An Ceccus, circa med. ver. hinc est. lib.* 5. Vide, *Consensus expressus requiritur multis casibus. Concluſ.* 746. † Declara; quia satis dicitur expressus 18
consensus patris consensus generalis, quando non potest verificari genus, nisi in specie donationis causa mortis, veluti si pater dedit consensum, vt filius possit testari, & codicillari, & omnem aliam vltimam voluntatem facere; quia intelligitur de donatione causa mortis; quia alia vltima voluntas vitra testamentum, & codicillum non potest esse; secus si diceret, *testandi, & aliam vltimam voluntatem faciendi quamcunque*; quia intelligerentur de codicillis. Signor. *cons.* 30. *Factum tale est, quidam nomine. cum apostill. ibi in fin.* † Amplia; quia nunquam censetur renunciatum, vel derogatum priuilegio concesso miserationis causa, nisi in specie, & specialissime sit facta mentio, & specialissima dicit derogatio, quando sit mentio clara, & specifica, postea sit renũciatio, vel derogatio etiam specifica, ita Roman. *consil.* 269. *num.* 2. *versic.* 2. *quia hæc renunciationis verba*, vbi plena apostilla *in ver. specialissima*, dat concord. † Amplia; quia quando priuilegium, vel causa specialis est 20

inducti-

inducitiua actionis contra regulas iuris communis, semper debet exprimi in libello, alias libellus est ineptus. Bart. & alii in *authent. præsente. C. de fideiuss.* vbi, quod debet fideiussor, contra quem agitur non facta excussione, certiorari per expressionem, quia non
21 sit principalis soluendo, vel absens sit. † Et quod libellus sit ineptus, quando actio oritur ex iure speciali contra ius, & non exprimitur. Cuman. *consil.* 77. *Ad primum in princ.* Angel. *consil.* 6. *in pr.* vbi, quod per iudicem reiicitur etiam parte non opponente.
22 Alexand. *consil.* 166. *num.* 5. *lib.* 6. † Declara; quia agens contra tertium posse sorem satis dicitur specificare concomitantias, quod agat, quia principalis sit absens, vel non soluendo, quia non tenetur facere mentionem, ex quo ex istis non nascitur hypotheca, quæ intentatur; ideo non est necessaria mentio indiuidua. Anch. *consil.* 294. *Sed replicatur. num.* 4. quod repetit *consil.* 317. *num.* 2. Vide,
☞ *Libellus generalis, & obscurus non procedit, & quando secus. Conclus.* 306.
23 Vide, *Libellus ineptus non valet, & quando secus. Conclus.* 315. † Amplia in renunciatione; quia etiam si sit specialis, nō extenditur ad specialissimā, ideo renuncians cuicumque læsioni non intelligitur renunciare enormissimæ læsioni, nisi expressam fecerit mentionem de enormissima. Bolog. in *addit. ad consil. Ioan. de Ana. ibid. nu.*
☞ 16. *vsque in fi.* Vide. *Renunciatio facta omnibus beneficijs non operatur, &*
24 *quando secus. Conclus.* 169. † Amplia, quia quando lex aliquid concedit ratione exuberantis fauoris, non censetur illi derogatum, neque renunciatum, nisi fiat expressa, & specialis mentio. Rom.
25 *d. consil.* 269. *consil.* 269. *col.* 1. *in fin. versic. secundo sic.* † Amplia, quia in dispositione quantumcunque generali nō censetur derogatum, vel præiudicatum piæ causæ; ideo statutum Ianuæ vocans sororem ad successionem fratris exclusis aliis nō excludit vxorem indotatam respectu quartæ, quæ conceditur miserationis causa. Signorol. *consil.* 231. *Tutius locuples, per tot.* Salycet in *l. vnica. C. quando imperator inter pupill. in fi.* Vide, *Pia causa habet specialia, vt admittat mul-*
☞ *ta prohibita. Conclus.* 333. † Extende idem in statuto, per quod tollitur appellatio, reductio, nullitas, supplicatio, & querela, & alius modus impugnandi laudum; quia non tollit restitutionem competentem minori, nisi fiat expressa mentio; quia conceditur mi-
☞ serationis causa. Signorol. *consil.* 234. *n.* 3. *& seq.* Vide, *Miserabiles per-*
27 *sonæ habent multa specialia, & quando secus. Conclus.* 274. † Extende idem in legato facto vxori cum prohibitione, ne plus petere possit ex quacumque causa; quia non inducitur compensatio dotis debitæ vxori, quia respicit piam causam, prout alimenta, ideo indiuidua mentio requiritur, & non sufficit generalis expressio.
28 Signorol. *consil.* 176 *n.* 9. *& seq. versic. in oppositum.* † Amplia, quia qui potest de alieno disponere, debet specifice disponere, alias per hæredis institutionem, vel generalem dispositionem non venit
☞ aliena. Gabriel. *consil.* 143 *num.* 6. *& seq. lib.* 1. Vide, *Alienatio permissa*
29 *quando verificetur in institutione. Conclus.* 260. † Extende; quia propterea intestatus dicitur, qui fecit testamentum, quādo in specie non fecit mentionē de eo, quod ex facultate sibi data potest testari. Socin. *consil.* 92. *num.* 23. *lib.* 3. Paris. *consil.* 44. *num.* 18. *lib.* 3. Vide,
30 *Intestatus dicitur etiam qui fecit testamentum. Conclus.* 336. † Extende; quia Ecclesiastica persona, quæ habet facultatem testandi de fructibus Ecclesiæ, ad hoc, vt valeat hæredis institutio generaliter facta, quoad fructus Ecclesiæ, debet expressa mentio fieri. Corne. *consil.* 304. *col.* 6. *lib.* 3. cum aliis allegatis per Sarmient. *de fruct. Eccles.*
31 *in* 4. *part. cap.* 4. † Contrarium tenet expresse Sarmient. *de fruct. Eccles.* 4. *part. in cap.* 4. vbi dicit falsum esse, & plura ad hoc allegat,
32 maxime text. in *l.* 3. *ff. de testamen. milit.* & alia, quæ videas. † Declara igitur; quia non valet dispositio, nisi fiat in specie mentio de licentia, & fructibus prædictis, quando fieret in contractu; secus si in vltima voluntate, quando quis de re, quam habet in dominio suo, testatur; quia procedit text. in *l.* 3. *ff. de milit. test.* Bart. in *l.* 3. & infra *num.* 43. *versic. amplia, quia licet.* † Declara; quia imo decipitur
33 Sarmient. etiam si agatur de vltima voluntate; quia cum fructus Ecclesiastici sint in dominio Ecclesiæ, & non disponentis, quia licentia non concedit ius aliquod reale. Gabriel. *consil.* 83. *in princip. num.* 6. *& 7. lib.* 1. & disponat de re aliena, tenetur eo casu expressam facere mentionem. Marcabru. *cons.* 81. *num.* 20. *& seq.* maxime
num. 26. secus, si disponatur de re, cuius disponens habet domi-
34 nium. † Declara; quia si licentia est tacita, requiritur expressa mentio in dispositione; secus si licentia est expressa, ita Marcabru.
35 *d. consil.* 81. *num.* 10. *& seq.* † Amplia; quia vbicunque recedit a iure communi, & potest recedi ex causa, illa causa debet exprimi in indiuidno, & non sufficit causam adesse, nisi exprimatur in specie. Matthesil. *notab.* 19. *nota, quod sententia*, vbi prima apostill. allegat concord. & similia, plenissime Roman. *consil.* 483. *num.* 14. vbi
36 plena apostilla. in *ver. exprimatur.* † Extende multis casibus, de quibus cadem apostill. 2e... fin. ad Matthæsil. vbi dat plura exempla, quibus iudex tenetur exprimere causam, alias sententia est nulla, quando recedit a lege, vel statuto certis casibus sibi permissis. † Extende; quia sententia lata contra regulam iuris est ipso iure nulla, licet possit saluari in casu fallentiæ, si nō est expressa causa fallentiæ, ex quo a regula non est licitum recedere sine causa, & ea non expressa, Deci. *cons.* 8. *in princ. num.* 1. † Amplia, quia omnia resultantia ex iure speciali debent exprimi in dispositione. Ideo
minor pars Capituli si aliquid facit ex iure speciali denoluto ob negligentiam maioris partis, debet expresse hoc asserere, quod in illo actu pro illa vice facit ex iure denoluto ex cali causa; alias si faceret simpliciter nomine Capituli, incurrit falsum, & perditius speciale. Abb. *cons. suo super Concil. Basilien. in* 1. *dub. col.* 15. *vers. decima ratio.* † Amplia; quia vbi requiritur speciale mandatum, vel specialis expressio, nō sufficit generalis; quia illud est speciale, quod est extractum ex generalitate. Signor. *d. cons.* 176. *n.* 14. Vide, *Mandatum speciale requiritur multis casibus. Concl.* 52. † Extende; quia mandatum ad præstandum quodcumque iuramentum dicitur generale; ideo non releuat, vt iuramentum calumniæ, vel suppletorium præstari possit; quia esset speciale, si diceretur, quodcumque iuramentum calumniæ, vel suppletorium; quia requiritur specialis mentio. Imol. & Franch. in *cap. fin. in princ. de iuram. calum. in* 6. † Amplia; quia Ecclesia Romana non comprehenditur in dispositione loquente de Ecclesia, nisi expresse dicatur. Calder. plene *cons.* 492. alias *primo, de hæret.* † Amplia; quia licet in vltimis voluntatibus quis censeatur disponere omni meliori modo etiam ex priuilegio speciali, *l.* 3. *cum ibi not. ff. de milit. testament.* tamen secus est, quando quis contrahit, quia in dubio nomine suo, & iure cōmuni censetur, non autem iure speciali contrahere, nisi hoc exprimat, late Barto. in *quæst. sua* 5. incip. *Adnantia.* vbi pro vtraque parte, & ita distinguit, & in *l. post mortem*, §. 1. *ff. quando ex facto tuto. in fin. & in l. ambitiosa ff. de decret. ab ordin. facien. in princ.* supra *n.* 31. *& seq.* vbi plenius. † Amplia; quia ad inducendum dispensationem contra ius commune non sufficit generalis expressio, sed requiritur indiuidua expressio. Roman. *consil.* 272. *Commissio nouiter, circa fin.* vbi apostil. in *verb. in genere.* † Extende; quia vt detur absolutio ab excommunicatione, non sufficit generalis expressio, sed requiritur expressio specifica causæ excommunicationis. Roman. *d. consil.* 272. *in fin.* † Amplia; quia si Rex donat filio suo, valet, si exprimit, quod donat ex potestate regia. Bald. in *c.* 1. §. *item sacramenta, de pace iuram. firm. num.* 19. Tiraqu. *de nobilit. c.* 37. *nu.* 45. secus si non exprimat, quod potestate Regia donet. Felin. in *cap. qualiter, & quando, ver. quarto limita. de accusat. n.* 8 & Marsil. *sing.* 196. † Contrarium Sarmien. tenet in *tract. de reddit. Eccl. in* 4. *part. cap.* 4. per text. in *l.* 3. *ff. de milit. testam.* & alios, quos allegat maxime Marsil. *sing.* 84. *Princeps*, vbi, quod licet Princeps non præsumatur vti plenitudine potestatis in dubio; secus si actus non valet, nisi de plenitudine; quia licet hoc non exprimat, censetur tamē vti, vt actus valeat. Vide, *Princeps quando dicatur vti plenitudine potestatis, vel non. Concl.* 669. † Amplia fauore legitimæ; quia renunciatio generalis etiam iurata nō includit legitimam, nisi dicatur in specie, *l. si quando, §. & generaliter, C. de inoff. testam.* * communem dicit Crassus in *§. legitima, q.* 3. *n.* 9. *& seq.* Vide conclusionem prox. seq. *n.* 18. † Amplia in legitimatione facta in forma communi; quia, vt deroget substituto, & vocatis ex legitimo matrimonio, tam ex pacto, quam ex lege debet expressa mentio fieri. Bart. *cons.* 75. *Viso instrumento. n.* 2. *ver. an autem, lib.* 1. vbi apostil. in *ver. ex legitimo*, dat conc. † Amplia; quia intentans remedium legis, vel statuti debet exprimere, alias succumbit; ideo si statutum disponat, quod delicta commissa in via publica habeant pœnam duplicatam, & quis accusat delinquentem, vel etiam inquiratur, quod in via commisit delictum, non duplicatur pœna, nisi exprimat, quod intentat viam illam statuti, ita Barto. in *l. absit. de priuileg. dom. Aug. C. lib.* 11. Cæpoll. *cautel.* 58. Marsil. *singul.* 157. † Extende multis casibus, de quibus in *ver. Allegari debet. Conclus.* 252. † Amplia in regalibus alienandis; quia requiritur expressa mentio. *cap.* 1. *de Capit. qui curiam vendidit.* Roman. *cons.* 271. *Vis tota, in princ.* vbi apostill. in *ver. Inclusa*, citat plures. Vide conclusionem proximam seq. Vide, *Consensus expressus requiritur multis casibus. Concl.* 746. Vide, *Dispositio generalis non comprehendit rem ullam, nisi fiat mentio specialis. Concl.* 490. Vide, *Licentia vbi requiritur in prohibitis, non sufficit tacita. Conclus.* 353. Vide, *Nota speciali digna si non exprimuntur, non comprehenduntur. Cōcl.* 68. Vide, *Verba in quibus sunt necessaria vltra consensum. Conclus.* 84. † Limita; quia clausula, *omni meliori modo*, habet vim expressi, prout iuramentum. Cephal. *cons.* 772. *n.* 38. *& seq. lib.* 5. Vide, Clausula, *omni meliori modo*, quid operetur. *Conclus.* 358.

Expres-

Expressio generalis quando sufficiat, vel non. Conclusio 654.

1 EXpressio, † seu derogatio generalis, *non obstantibus quibuslibet statutis, &c.* sufficit in dispensatione de percipiēdis fructibus causa studij, etiam si speciale statutum de prima residentia, & de secunda adesset, quia generalis clausula quantum ad comprehensa sub ipsa sic singula complectitur, ac si essent specialiter omnia enumerata, *l. si chorus. ff. de leg. 3.* Oldrad. *cons. 322. nu. 2. ver. non* 2 *obstat.* Vide, *Clausulæ non obstantium in rescriptis quid operentur. Concl. 248.* Vide, *Derogatio legibus, & alijs in genere facta non sufficit, & quando secus. Concl. 216.* † Amplia; quia expressum dicitur in individuo, quod generaliter exprimit per relationem ad aliquid certū. Anton. de Butr. *cons. 2 Visis litteris legitimationis*, quod duplicatur *cons.* 3 *49.* vbi concludit satis expressum fuisse Papę in legitimatione filij spurij & pater habebat filios legitimos, ex quo Papa habuit pro expresso tenorem alterius legitimationis, in qua mentio de hoc 4 erat facta. Vide, *Expressio generalis specialis, & singularis quando dicatur. Concl 651.* † Extende multo magis, quando id, quod in genere exprimitur, necessario speciem importat; quia ad aliud referri non 5 potest; quia perinde est, ac si esset specifica expressio speciei facta. Sign. Homod. *cons. 30. Factum tale est, quidam nomine, per tot.* Vide, 6 *Expressum quando, & quot modis dicatur. Conclus. 650.* † Amplia; quia dicitur expressum in individuo illud, quod generaliter exprimitur, quando generalis expressio non potest verificari, nisi in eo, quod debuit nominatim exprimi, prout in renunciatione generali filij quæ comprehendit legitimam, quando ad aliud non potest referri. Surd. *cons. 212. n. 11. & seq.* vbi ponit alia similia. † Extende; quia testator legans equum suum nigrum censetur legasse album, & expressisse album, quando alium equum, quam album, 8 non habebat. Mandel. *cons. 10. num. 11. & seq.* vbi alia similia. † Extende in ratione; quia quando vnica potest assignari, illa dicitur 9 expressa. Iaſ. in *auth. quas actiones. C. de sacrosſ. Eccleſ.* † Extende; quia satis dicitur expressum in specie illud, quod ex necessitate debet intelligi; quia si quis liberet generaliter Titium, non censetur liberasse respectu rei, quæ vendicari potest; fallit, quando nullum aliud ius habebat contra eum, quia venit rei vendicatio. Alex. *cōſ.* 10 *mu. Viſo themate per tot. lib. 6.* Vide, *Ratio quid ſit, & quando vnica habetur pro expreſſa. Concl. 30.* † Amplia, quia licet ad hoc, vt regalia veniant in venditione, debeat fieri expressio individua; tamē sufficit, quòd aliqua regalia sint expressa, & subsequatur vniuersalis clausula, *& alia quæcumque*; quia satis dicitur expressio facta, vt veniant alia regalia similia non maiora expressis. Roman. *cons. 271.* 11 *nu. 2.* vbi apostill. in *ver. similia.* † Extende, quando præmissa est vniuersalis regula, quæ est apta comprehendere omnia, & subsequitur exceptio; quia tunc expressa sunt omnia non excepta, ac si 12 essent nominatim inclusa. Roma. *d. conſil. 271. nu. 3. ver. ſecundo quia*, vbi apostil. in *ver. includi.* dat concord. † Extende; quia partia sunt, exprimere verbis, vel facto; quia imo ex obseruantia subsequuta per partes dicitur expressum facto in individuo, sicut si verbo. 13 Rom. *dict. conſil. 271. nu. 4. ver. tertio non eſt dubium*, vbi apostil. in *ver. includit.* † Amplia; quia expressum dicitur multis modis: primo, si tacite aliquid includatur. Roma. *d. conſ. 271. in fi. ver. nec refragatur*, 14 vbi apostill. in *ver. includitur*, quæ dat concord. † Expressum etiam dicitur, quod coniecturis multiplicatis colligitur. Roman. *d. conſ. 271. in fin.* vbi apostil. in *ver. poſſumus*, quia pariter euidens dicitur, quod coniecturis declaratur; vt ibi in fin. & apostill. in *ver. declara-* 15 *tur*, quæ dat plurimos concord. † Limita multis modis, in quibus expressio requiritur individua, veluti si agatur de præiudicio terminando, quia debet fieri specifica derogatio. Alexand. *conſ. 2. num. 13 lib.* 16 *3.* Vide, *Princeps non præſumitur tollere ius tertij, & quando ſecus. Concluſ. 685.* † Extende, quia vbi agitur, maxime de tollendo iure quæsito ex causa publicæ vtilitatis, quia in secunda gratia derogante debet non solum fieri mentio primæ gratiæ, & iuris tertio quæsiti, sed etiam de causa publicæ vtilitatis, alias non est sufficienter expressum. Zabarell. *conſil. 142. num. 3. & ſequent. verſi. quoad ſecundum*, 17 vbi loquitur, etiam si gratia sit motu proprio, & ex certa scientia. † Extende, si agitur de causa pia, vel causa miserabili, prout in re- 18 stitutione minoris, quæ conceditur miserationis causa. Signorol. *conſil. 234. num. 3. & ſeq.* † Extende, quando quis potest disponere de alienis, & in quibus non habet plenum dominium, quia nisi in 19 specie disponat, & specifice, non sufficit generaliter disponere. Gabriel. *conſ. 143. num. 6. & ſeq. lib. 1.* † Declara, vt plene per Ro- 20 *man. d. conſ. 271. Viſis tota per tot.* vbi, quod dicitur expressum id, quod ex verbis generalibus exprimitur, etiam quando specialis expressio requiratur, quando vel sit expressio vnius similis cum clausula generali apta omnia comprehendente similia, vel quando præcedit regula vniuersalis, cum exceptione speciali casus similis, vel quando partes ita obseruarunt; quia non minus facto, quam verbo fit expressio, & alijs modis, vt per eum, & apostill. dat concor. † Extende, si agatur de renunciatione legitimæ, vel illius supple- 18
menti; quia si de ea non est facta mentio specifica, non continetur in renunciatione. Signorol. *conſ. 181. n. 11. verſic. venio ad tertium. & concluſ. proxima præced. num. 48.* † Limita, quando agitur de scri- 19
ptura; quia scriptum dicitur, quod oculo corporali legi potest, & non attenditur, quod secundum intellectum comprehendatur. Alexand. *conſ. 173. Viſa facti, n. 5. & ſeq lib. 5.* Vide, *Diſpoſitio generalis* 20
generaliter intelligenda. Concl. 488. Vide, *Expreſſio individua & ſpecialis quando requiratur, vel non. Concl. prox præced. 652.* Vide, *Generalis diſpoſitio omnes ſpecies comprehendit. Concl. 26.*

Expressum vbi requiritur, non sufficit tacitum, neq; præsumptum. Concluſ. 655.

EXpressio † vbi requiritur, non sufficit tacitum, vel præ- 1
sumptum, *cap. 2. de prob & c fin de procurat. in 6.* Fed. de Sen. *conſil. 233. col. 2. ver. ſed vbi requiritur.* † Amplia; quia vbicunque actus 2
non perficitur solo consensu, sed vltra consensum requiritur aliquid aliud, nunquam consensus solus, vel tacitus est sufficiens, etiam si actus esset ad fauorem præsentis, & racentis. Calder. *conſ.* 20
223. alias *2. de præben.* vbi ponit plura similia. Vide, *Præſentia quando requir. & c. Concl. 602.* † Amplia; quia ad hoc, vt Papa rescribens a- 3
liquid contra ius censeatur derogare iuri, & inducere tacitam dispensationem, requiritur, quod mentionem expressam faciat, & quod faciat causa cognita, quæ non præsumitur circa solemnitatem extrinsecam. Calder. *conſ. 407.* alias *22. de regular. per tot.* maxime *circa fin. ver. & ſi dicatur.* Oldrad. *conſil. 332. num. 7. & 21. & 22.* † Amplia; quia quod non expressit disponens, censetur illud no- 4
luisse, *l. 1. §. ſin autem ad deficientis, C. de caduc. tollend.* † Declara; quia 5
in iis, in quibus est præsumptio iuris contra tacentem, qui potest loqui apertius, & non loquitur, non faciens habetur pro faciente, & non loquens habetur pro loquente. Ægid. Bellam. *conſ. 9. num. 33.* † Limita, quia sufficiunt coniecturæ, vt aliquid expresse fa- 6
ctum dicatur. Affl. & *detiſ. 44. nu. 15.* Vide duas præcedentes conclusiones.

Expressum magis operatur, quam tacitum. Conclusio 656.

EXpressa † conditio apposita magis suspendit dispositio- 1
nem, quam conditio tacita, quæ subintelligitur. Oldrad *conſ. 126. num. 8. ver. tertio conditiones.* † Amplia; quia operatur saltem 2
maiorem declarationem expressio eius, quod tacite inerat, *c. quāquam. 23. diſtinct.* Cald. *conſ 221. nu. 2. ver. ad idem facit ſtylus*, alias *1. de Cleric. non reſid.* † Extende; quia multoties inculcatio verborum 3
admittitur etiam superflua ad maiorem declarationem, & ad tollendam sophisticam malignorum interpretationem. Iaſ. in *l. eum qui ita. §. te & Titum, n. 4. ver. ſed aduerte. ff. de verb. obligat.* † Amplia; 4
quia tacitum minus præiudicat; quia conformat magis se cū iure, quam expressum; ideo suspenso petitorio, licet non præiudicent iura respicientia petitorium; tamen differt; quia si producuntur citata parte, & admittuntur simpliciter, non præiudicant; quia cēſentur producta, prout est de iure in possessorio: si vero expresse producantur citata parte, & admittantur in petitorio, & cita- 5
tus non appellet, præiudicat. Ægid. *conſ. 2. n. 16. ver. ſolutio.* † Limita multis casibus; quia tacitum aliquando operatur, quantum expressum. Vide, *Tacitum operatur, quantum expreſſum Concluſ. 8.* Vide 7
etiam, *Taciti, & expreſſi par virtus. Concl. 7.* † Extende, quia imo a- 6
liquando plus operatur tacitum, quam expressum. Vide, *Tacitum plus operatur, quam expreſſum. Concluſ. 11.*

Expressum facit cessare tacitum, & qualiter procedat Concl. 657.

EXpressvm † facit cessare tacitum, *l maritus. C. de procur.* quia 1
quādo expresse vnum inducitur, tacitum, quod merat, censetur excluſum. Cravet. *conſ. 92. num. 3.* Riminal. Iun. *conſil. 330. nu.* 2
5. lib. 3. Franc. Becci. *conſ. 39 num. 24 & ſeq* vbi late. † Et expressum est maioris potentiæ, quam tacitum. Franc. Becc. *d. cēſ. 39. n. 24 in fi.* † Amplia; quia licet appellatio filiorum intelligatur de masculis, 3
& fœminis, si tamen testator prouidit filiabus, postea instituit heredes filios, intelligi debet de masculis; quia expreſsū facit cessare tacitū. Bald. *conſ. 186. Quia allegationes, in pr. lib. 1.* † Amplia, quia 4

non

non sumitur argumentum à tacito, vel præsumpto ad destructionem expressi, sed bene è contra. Franc. Becc. *d. consil. 39. num. 25. in fin.* † Amplia; quia licet liberatio valeat sine causa, si tamen exprimitur causa, regulatur liberatio à causa expressa. Io de Imol. *consil. 1. nu. 2.* Vide, *Causa finalis regulat actum, & quomodo. Concl. 136.* † Amplia; quia vbicumque expresse disponitur, semper tacitum cessat. Ideo si prouideatur expresse in casu, in quo esset ius accrescendi, illud cessat; & idem est in substitutione vulgari, quæ continet pupillarem, & è contra cessant tacitæ substitutiones, si prouideatur expresse. Ias. in *l. cum ex filio. §. filio. ff. de vulg. & pupill.* † Extende; quia stipulatio dotis restituendæ facit cessare tacitam. Becci. *d. consil. 39. n. 24. in fi.* † Extende; quia nedum expressum facit cessare tacitum, sed etiam præsumptum. Ias. in *l. si quis id quod. ff. de iurisd. omn. iudic. num. 13.* † Extende; quia masculinum nunquam concipit fœminum, & sic tacitum, quando de vtroque fit expressio. Decian. *consil. 18. num. 362 & seq. lib. 1.* Dec. *consil. 416. In testamento, n. 10.* † Extende; quia ea, quæ præmittuntur in capitulo expresso separato, faciunt cessare tacitam cõprehensionem illius expressi in alio capitulo continente tacite illud expressum. Dec. in *consil. 423. Negari non potest, num. 15. in fin. & num. 16. & seq.* † Extende; quia licet compendiosa contineat vulgarem, pupillarem, & fideicommissariam tacitas substitutiones; tamen secus est, quando de illis expresse fit prouisum; quia expressum facit cessare tacitum. Deci. *consil. 416. In testamento, num. 10.* † Extende; quia licet pupillaris tacita sit in substitutione vulgari, & è contra, tamen secus est, si vtraque exprimitur, *l. cum ex filio. ff. de vulgar. & pupill.* Bart. *consil. 56. Quia factum, nu. 1. ver. ad quod declarandum, lib. 2.* Ang. Aretin. *consil. 11. In casu, num. 13. & seq.* † Imo ex sola mente testatoris, si de ea constat, id, quod tacite inest, cessat, vt in substitutione vulgari, & pupillari exemplificat Ang. Aret. *d. consil. 11. num. 13. & 14.* † Extende; quia appellatione lineæ paternæ veniunt etiam ascendentes supra patrem; sed secus est, quando exprimitur paterna, vel aui; quia expressio aui tollit tacitum, quod inesset in paterna. Bart. *d. consil. 56. in prin. vers. ad quod declarandum, lib. 2.* † Declara; quia licet appellatione aui, & lineæ auitæ veniat proauus, & linea proaui; tamen istud limitatur, quãdo communis vsus loquendi est in contrarium. Item, quando sumus in materia statuti odiosi, & seu correctorii; imo etiam in materia iuris communis, quãdo incidenter fit mentio de auo, vel linea aui, non autem principaliter. Bart. *d. consil. 56. in fi. num. 3. vers. sed prædicta obstat, lib. 2.* † Extende; quia tacita pupillaris non excludit matrem, sed secus est, si constat de mente. Ang. Aretin *d. consil. 11. n. 15.* † Extende, quia licet vxor, quæ transit ad secunda vota, perdat legati proprietatem facti à primo marito; tamen secus est, si maritus legans aliquo modo cogitauit de secundis nuptiis vxoris, & de eis fecit mentionem; quia expressum facit cessare tacitum. Angel. *d. consil. 11. n. 11. in fin. ver. sicut dicimus, & n. 12.* † Extende; quia ius accrescendi, quod est quædam substitutio tacita à lege inducta, euanescit, si expressa substitutio fuit facta; quia expressum facit cessare tacitum. Alex. *consil. 109. Videtur prima fronte, in prin. lib. 2.* vbi dicit esse generale; quia expressa substitutio facit cessare tacitam. Vide, *Verba debent aliquid operari. Concl. 85.* † Amplia; quia expressum facit cessare tacitũ, vel omissum, etiam si expressum colligatur ex præcedentibus, & sequentibus; quia dicitur per errorem omissum. Decian. *consil. 34. n. 98. & seq.* maxime *nu. 101. lib. 3.* † Limita; quia expressa hypotheca dotis inducta à partibus non facit cessare tacitam inductam à lege secundum * communem, maxime vbi tacita pinguior est. Boer. *decis. 332. per tot.* Vide, *Inclusio vnius est exclusio alterius. Concl. 71.*

Expressio eius, quod tacite inest, nihil operatur. Cõclusio 658.

1 EXPRESSIO † eius, quod tacite inest, nihil operatur, & non importat formam, sed quandam monitionẽ. Anch. *cõs. 404. Tria dubia, n. 7.* Castren. *consil. 338. Ad primum, n. 2. lib. 2.* † Extende in contractibus; quia si promissor se obligat per se, & Titium hæredem suum, & exprimat, quod alij hæredes non teneantur, nihil operatur; quia hoc inerat tacite, & si Titius est hæres pro parte, non erit obligatus, nisi pro parte. Ias. in *l. eum qui ita. §. te & Titium, nu. 2. ver. ex ista. ff. de verb. obligat.* † Amplia, vt verba conditionem importantia, quæ tacite inerat, vt est clausula, *si ita est*, vel *si preces veritate nitantur*, non faciant dispositionem cõditionalem, iuxta notat. in *c. fin. de præsumptio.* Oldra. *consil. 223. n. 3. ver. secundo.* hoc idem Lap. *allegat. 61. Visis literis, n. 2. ver. nec obstat.* Feder. de Sen. *consil. 163. n. 2. ver. nec obstat.* vbi, quod expressio eius, quod tacite inerat, non dat nouam formam, nec facit actum conditionalem *l. conditiones, quæ extrinsecus*, vbi glos. vltima. *ff. de cond. & demonstrat.* † Extende; quia id, quod tacite inest, nedum non facit actum conditionalem, si exprimatur, sed neque alterat dispositionem. Anch. *consil. 147. Super alia, num. 4.* † Et conditio, *si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus*, licet addatur, *de suo corpore natis*, nihil operatur; quia tacite inerat. Castr. *consil. 338. ad primum, num. 2. lib. 2.* † Extende; quia si Papa deputet collatorem pro beneficio Curato, & concedit, quod possit conferre idoneo, intelligitur de quocunq; idoneo, siue secundũ ius commune, siue dispensato; quia tacite hoc inest. Anchar. *consil. 404. nu. 6. & 7. ver. non obstat argumentum.* † Et si dominus emphyteusis concedit licentiam emphyteutæ litiganti emphyteusim, vt possit vendere, si declarabitur verus emphyteuta, est conditio, quæ tacite inest, quia non tenetur dare licentiam dominus ei, qui non est verus emphyteuta; si vero est verus, tenetur dare licentiã, nisi dominus velit emere pro se, & sic conditio tacite inest, quæ nihil operatur, quando expressio est facta eo modo, quo tacite inerat. Castren. *consil. 329. in fin. lib. 2.* † Et clausula, *quod quis recipit emphyteusim pro se, & ipsius tertia generatione*, (cum dictio, *ipsius*, etiam non expressa subintelligeretur) nihil debet operari. Castren. *consil. 338. Ad primum, n. 2. lib. 2.* † Et si quis legat fratri minori pro studio, pro quo est capax, licet nõ vt habeat perpetuo; si tamen legatum fiat pro libris, & necessitatibus studij ad habendum, & possidendum, & addatur clausula, *si capax est*, verba, *ad habendum*, &c. habẽtur pro non scriptis, & expressio, *si capax est*, non inducit conditionem, neq; operatur aliquid; quia tacite inerat. Abb. *cõs. 63. Vt veritas, col. penul n. 7. ver. non obstat argumentum, lib. 2.* † Amplia; quia appellatio filiorum comprehẽdit proprios filios ex proprio corpore natos, vt *l. si ita quis, §. fin. ff. de leg. 2.* Igitur si fiat substitutio alicui, si decedat sine filijs ex proprio corpore natis, illa adiectio nihil operatur, quin Monasteriũ, quod habetur loco filij, excludat substitutum eodem modo, ac si expressio facta non fuisset. Bart. *consil. 1. Parmensis quidam. in prin. ver. primo enim, li b. 1. & in l. si ita quis. §. fi. ff. de leg. 2. in pr. ver. primo enim, & consil. 104. Punctus quæstionis, circa med. ver. sed fratre mortuo, lib. 2.* † Extende, vt idem sit, si dicat, *si decesserit sine filijs legitimis & naturalibus*; qa si simpliciter dixisset, *sine filijs*, intelligebatur de legitimis & naturalibus; ergo illa expressio, quæ tacite inerat, nihil operatur. Alex. *consil. 121. Viso themate, col. 2. nu. 3. ver. sed præmissis*, & plenius *n. 12. ver. & exista vltima, lib. 2.* † Amplia; quia in omni dispensatione de percipiẽdo fructus in absentia, inest clausula tacita, quod cultus diuinus non fraudetur; & tamen de stylo apponitur hæc clausula, *Prouiso, &c.* quæ tamẽ nihil operatur, nec inducit contrarium sensum, quod si cus esset, si esset omissa; quia fit ad maiorem declarationem. Calder. *consil. 221. nu. 2. ver. ad idem facit stylus, circa fi.* alias *vnico de Cleric. non resident.* † Amplia in iudicialibus, & sententia; quia si iudex condemnat Titium in decem, si est probatum deberi, istud tacite inest, & non operatur, neq; facit conditionem; ideo valet sententia. Alex. *cõs. 2. Visis dubitationibus, n. 3. lib. 2.* † Amplia, quia testator mandans restituere quandam arcem ei, cui de iure, nihil disponit; quia absq; ista dispositione hoc idem inerat. Ang. *consil. 55. Quidam nobilis, in fi.* † Et mandans impleri legata à se disposita; quia hoc tacite inest allege, nihil operatur; quia videtur pœnam imponere, quæ subrogatur loco pœnæ legalis. Castr. *consil. 47. n. 1. in fin. vers. præterea hac pœna. lib. 2.* † Amplia, quia testator, qui fecit multa prælegata hæredi, postea illum instituat in omnibus aliis bonis, illa clausula, *aliis bonis*, tacite inerat; quia etiam si simpliciter instituisset, intelligeretur institutus in aliis bonis, non in prælegatis, ideo nihil debet operari, quin in substitutione veniant prælegata, quia venirent, si simpliciter instituisset hæredem in omnibus bonis, & illi substituisset, ergo eodẽ modo si expressum fuit id, quod tacite inerat. Alex. *consil. 25. circa primum dubium. in fi. ver. non obstat, quod testator. lib. 1.* † Amplia in Principe confirmante statutain genere cum clausula, *dummodo nõ sint contra libertatem Ecclesiæ*; quia per hoc non censetur approbare alia illicita, licet non sint contra libertatem; quia hæc clausula tacite inerat; ideo nihil operatur. Alex. *consil 59. Viso instrumento. nu. 9. in fi. ver. item, quod nihil. lib. 1.* † Amplia, quia conductor, quinon potest migrare sine causa, sed ex causa sic, puta, si inducat locator meretrices, & inhonestas personas, eriam poterit migrare, licet factum fuerit pactum, quod non possit migrare; quia intelligitur, sine iusta causa, & istud tacite inerat. Boer. *decis. 249. n. 9.* † Contrarium, quod imo si factum esset pactum, quod emphyteuta possit, emphyteusim alienare, non intelligitur de consensu domini, quasi hoc inesset de iure tacite, sed quod verba debent aliquid operari, tenet Iul. Clar. in §. *emphyteusis. q. 13. num. 9.* vbi dicit communem. * † Declara, quia quando si verba intelligerentur, prout tacite inessent, resultaret contrarius intellectus, tunc verba operantur, ita Alex. *consil. 33. num. 5. lib. 1. ver. item respondeo.* † Declara; quia aut illud, q̃ tacite inest, exprimitur eo modo, quo inest; & nihil

nihil operatur; aut exprimitur alio modo, q̃ ineſt, & tũc operatur. Alex. *conſ.* 53. *n.* 5. *lib.* 1. & plenius *conſ.* 22. *Viſo titulo. n.* 18. *v. quia reſpõ-*
11 *detur. lib* 5. vbi, quod ita practicatur. † Declara alio modo; q̃a imo expreſſio eius, quod tacite ineſt, ſemp aliquid operari debet; quia quãdo cõcurrit ꝓhibitio legis, & hominis, ſemper magis operat, vt patent exẽpla, ꝙ ſi teſtator ꝓhibet alienari fideicõmiſſum, nõ eſt licita alienatio ẽt in caſu à lege permiſſo, multa congerit Tib. Decia. *conſ.* 4. *n.* 24. *& ſeq.* vbi vult, ꝙ pactũ, quod feudatarius, vel emphyteuta nõ poſſint alienare, intelligitur ẽt in caſu permiſſo, & ita addatur pactũ prędictũ, operatur caducitatẽ ſine declaratiõ-
12 ne, & multa ſimilia. † Contrariũ, & ſic eſt alia declaratio; q̃a quãdo verba ſunt ex ſtipulatione voluntaria, vel pacto voluntario à principio, procedit ꝑcedens opinio, ꝙ aliquid operantur vltra id, quod tacite ineſt; ſi vero ſtipulatio eſt ꝓtoria, & tũc ex cauſa neceſſ-
13 itatis; tũc nõ operãtur verba, niſi prout de iure, ita declarat Rim. Iun. *conſ.* 282. *n.* 103. *& ſeq. ver. poſtremo. lib.* 3. † Declara; quia expreſ-
14 ſio eorũ, q̃ tacite inſunt, nihil operatur quoad ipſum, quod expri-
15 mitur, vt ſit maioris efficaciæ, vel effectus. Bald. *in l. ex verbis. C. de ſa. inter vir. & vx.* tamen operatur quoad hoc, vt non dicatur expreſſam ſuperfluũ circa ea, quæ ſupponit incluſa eſſe, ita videtur declarare Franc. Aret. *conſ.* 8. *Abunde. n.* 3. *ver ꝓterea Bald.* licet *in fi. ver. non obſtat.* declaret, ꝙ exceptio firmans regulã in exceptuatis illum non debet ampliare ad non cõprehenſa in regula, maxime, q̃ quando exceptio expreſſa tacite inerat. † Amplia; quia imo verba
16 intantum debent aliquid operari, vt ſi data eſt emphyteuſis cum pacto, q̃ poſſit alienare, intelligit irrequiſito domino. Rim. Iun. *conſ.* 282. *n.* 97. *lib.* 3. allegat Alex. *conſ.* 172. *lib.* 2. † Et idẽ eſt in caſu
17 ohtrario; quia alienatione ꝓhibita ab homine ex pacto, vel alias, vt operet aliquid, impedit, ne poſſit fieri alienatio ẽt in caſu per-
18 miſſo. Natt. *conſ.* 481. *n.* 16 *& ſeq.* † Idem eſt in eo, qui ſuſcipit peri-
19 culũ ſimpliciter; quia, vt aliquid addant verba, ſi tenebatur de le-
20 uiſſima culpa, tenebitur de caſu fortuito. Rimin. *d. conſ.* 282. *n.* 98.
21 † Idem eſt in ſtatuto diſponente, vt ꝓſcribens acquirat dominũ; quia de iure acquirit vtile, ſed vt verba aliquid operẽtur, ſtatutũ
22 intelligitur de directo. Rim. Iun. *d. conſ.* 282 *n.* 102. *lib.* 3. † Idem eſt in pacto conductoris, ſeu emphyteutæ; quia licet poſſit expelli à domo, ſi dominus indiget pro ſe ex noua cauſa; ſi tamẽ dominus promiſit non expellere, non intelligitur, niſi ex noua cauſa, ſed ẽt
23 in noua cauſa ſuperueniat, vt verba aliquid operentur. Rim. Iun. *conſ.* 355. *in fi.* allegat Grat. *reſp.* 179. *n.* 20. *lib.* 2. Natt. *d. conſ.* 481. *n.* 19.
24 *lib.* 3. † Idem eſt, ſi cõductor, ꝓmiſit rem conductã meliorare, & non deteriorare; quia licet ad hoc, vt poſſit expelli, deterioratio debeat eſſe notabilis; tamen ſecus eſt hoc caſu, vt verba aliquid
25 operẽtur. Rim. Iun. *d. cõſ.* 355. *n.* 19. *li.* 4. Nat. *d. cõſ.* 481. *n.* 14 *& ſeq. li.* 3.
26 † Idẽ eſt in feudatario; q̃a ſi ꝓmiſit nõ alienare feudũ, vt verba ali-
27 quid operẽtur, intelligitur, ꝙ neq; poterit ſubinfeudare. Natt. *d. conſ.* 481. *n.* 15. & ſic in caſu etiam permiſſo. † Idem eſt in compro-
28 mittentibus cum clauſula; *quod non poſſit in pronunciando, niſi de iure*; quia licet tacite ineſſet; tamen operatur, quod licet ſententia & cõtra ius litigatoris valeat; tamen propter expreſſionem laudum
29 non valebit, ſed erit nullum, ſi non eſt ſeruata forma cõpromiſſi. Fulg. *conſ.* 180. *Viſo ꝓceſſu. n.* 1. Alex. *conſ.* 22. *Viſo titulo. n.* 16. *& ſeq. lib.*
30 3. vbi apoſt. *in ver nulla*, dat concord. & reddit rationem Alex. ibi
31 *n.* 17. quia ordo iuris expreſſus in mandato hominis videtur dare formam, & quia non inerat tacite eo modo, quo exprimitur, pa-
32 ret; quia ſi tacite tantum ineſt, valet laudum, & committitur pœ-
33 na, ſi non reclamatur; quia eſt contra ius partis, ſi exprimitur, non
34 valet, neq; committitur pœna, etiam ſi non appelletur. † Decla-
35 ra; quia ea, quæ tacite inſunt, exprimantur in iis, quæ recipiunt mandatum hominis, ſiue circa ordinẽ procedendi, ſiue circa de-
36 cifionem cauſæ, ſemper inducunt formam, qua nõ ſeruata, actus redditur nullus; ſi vero talis expreſſio in mandato hominis reſpi-
37 cit cõditionem; tunc non importat formã, vt actus ſit nullus, ſed importat quandam monitionem. Alex. *d. conſ.* 22. *in fi. n.* 19. *verſ. nec*
38 *obſtat. quod. lib.* 5. † Declara; quia ea, quæ inſunt tacite à lege, non operantur, ſicut ea, quæ inſunt tacite à teſtatore, ita Caſtr. *in l. qui-*
39 *dam debitus §. quidam Titio. in fi. ff. de cond. & demonſt.* Vide, *Verba debent aliquid operari. Concl.* 85. † Limita; quia pactum factum conducto-
40 ri, quod durante locatione non poſſit expelli, non habet locum, ſi nõ ſoluat penſionem; quia intelligitur, dummodo ex parte ſua impleat contractum. Alex. *conſ.* 76. *n.* 7. *lib.* 5. Abb. *conſ.* 61. *Videtur*
41 *ꝓ primo col. n.* 3. *lib.* 2. † Item, ſi pater promiſit filium non exhæreda-
42 re; quia intelligitur, niſi cauſam exhæredationis cõmiſerit. Abb. *d. conſ.* 61. *n.* 4. *lib.* 2. † Idem eſt in eo, qui promiſit Titium non of-
43 fendere; quia intelligitur, niſi Titius daret cauſam offendendi. Abb. *d. conſ.* 61. *n.* 4. *lib.* 2. † Extende generaliter; quia in contracti-
bus vltro citroq; obligatoriis non tenetur quis implere pro parte

ſua, niſi etiam per partem aduerſam impleatur. Abb. *d. conſ.* 61. *col.* 1. *in fi. ver. & generaliter* 2. † Idem eſt in exemptione reciproce con- 39
ceſſa per Peruſinos Senenſibus, & per Senenſes Peruſinis; quia ceſſat, quando per alteram partium non ſeruatur; cum tũc nec alia ſeruare teneatur. Abb. *d. conſ.* 61. *per tot. lib.* 2. vbi eſt caſus. Vide, *Condtio expreſſa, quæ ineſt, an faciat actum cõditionalem. Concl.* 596. Vide, *Clauſulæ, quæ de ſtylo apponuntur, non operantur. Concl.* 304. Vide, *Clauſulæ, quæ inſunt tacite abſque expreſſione. Concl.* 305.

Expreſſe fieri multa prohibentur, quæ tacite admittuntur. Concl. 659.

DOLO † futuro expreſſe, & explicite renunciari nõ poteſt, ſe- 1
cus tacite, & implicite. *l. ſi vnus. §. illud ff. de pactis.* Fed. de Sen. *conſ.* 125. *circa ſi ver. non obſtant iura, quæ dicunt.* Vide plenius, *Princi-*
paliter fieri multa prohibentur, quæ admittuntur in conſequentiam. Concl. 663. Vide, *Tacitum quando plus operetur, quam expreſſum. Concl.* 11.

Extenſio quid ſit, & regulariter non fit extenſio, & quando ſecus. Concl. 660.

EXTENSIO † eſt quædam progreſſio de termino ad termi- 1
num. Alex. *conſ.* 75. *Videtur. n.* 3. *ver. tunc illa eſt extenſio. lib.* 5. † Et 2
regula eſt, quod extenſio non fit de perſona ad perſonã. *c. ſane. de priuil.* Abb. *conſ.* 57. *Attingam. col. pen. circa pr. ver. non obſtant. lib.* 1. † De- 3
clara; quia non fit extenſio de perſona ad perſonam in lege, vel ſtatuto, quando ꝑciſe de vno loquitur; quia de alio contrarium diſponit. *l. cum prætor. ff. de iud.* ſecus ſi lex, vel ſtatutum loquitur dẽ certis ratione frequentioris vſus; quia alios non excludit. Alex. *conſ.* 54. *Viſo puncto n.* 6. *lib.* 4. † Amplia; quia extenſio non fit de ca- 4
ſu ad caſum. *c. tua de præb. in* 6. Abb. *d. conſ.* 57. *col. pen. circa pr. ver. non obſtant. lib.* 1. † Amplia; quia extenſio non fit de perſona ad perſo- 5
nam, neq; de caſu ad caſum, etiam ſi Princeps veriſimiliter conceſſiſſet; quia ſufficit, ꝙ non conceſſit, maxime, quãdo ſumus in materia diſpenſabili, quod laici poſſint aliquid circa ſpiritualia; quia nedum non veniunt non expreſſa, ſed neq; veniunt ea, quæ ex propria ſignificatione vocabuli late ſumpto vocabulo veniẽt. Abb. *d. conſ.* 57. *col. pen. circa princ. ver. non obſtant. lib.* 1. † Amplia 6
ſingulariter; quia nunquam fit extenſio etiam ex identitate rationis, quando ſumus in exceptione facta à regula; quia exceptio regulæ facta in vno loco non extenditur ad alium locum, etiam habentem eandem rationem. Roma. *conſ.* 337. *Quoad primum. n.* 8. *& ſeq. ver. ꝓterea exceptio.* † Extende, vt idem ſit in perſonis excep- 7
tis à regula, vel in caſibus; quia non fit extenſio etiam ex eadem ratione, *c. conſtitutionem. de regul. lib.* 6. Rom. *d. conſ.* 337. *in fi. n.* 11. *ver.* 3. *de hoc.* † Amplia; quia extenſio interpretatiua, quæ de iure com- 8
muni haberet locum in diſpoſitione principali, vt ſi fiat mentio de auo, habeat locum in proauo, non procedit, ſi fiat mentio aui incidenter, & ad alium finem. Bart. *conſil.* 56. *Quia factum. in fi. lib.* 2. † Amplia; quia extenſio non fit contra cõmunem vſum loquen- 9
di. Bart. *d. conſ.* 56. *in fi. lib.* 2. † Amplia; quia in contractibus, & con- 10
uentionibus non fit extenſio de caſu ad caſum, ſed omiſſum habetur pro omiſſo, & in dubio, qui ſe fundat in verbis dubiis contractus, reportat interpretationẽ contra. Alex. *conſ.* 46. *Conſideratis verbis n.* 2. *in fi. cum ſeq. ver. ſed præmiſſis lib.* 2 *& conſ.* 194. *n.* 13. *eod. lib.* 2.
† Limita, quando ratio eſt expreſſa in lege; quia tunc fit extenſio 11
ad caſum, qui poteſt cõprehendi ſub lata ſignificatione caſus expreſſi etiã in correctoriis. Alex. *conſ.* 99. *Videtur prima facie. n.* 6. *ver. & pro hoc facit. lib.* 4. plenius *cõſ.* 51. *Videretur. n.* 4. *v. & pro hoc facit. lib.* 5. vbi ponit plura ſimilia. † Limita in iis, quæ reſpiciunt publicam 12
vtilitatẽ. & ſunt fauorabilia; quia ex eadẽ ratione fit extẽſio, ẽt ſi ſumus in materia exorbitanti. Alex. *conſ.* 50. *Viſis. n.* 8. *ver. & pro iſta. cum ſeq lib.* 2 *& conſ.* 68. *n.* 6. *lib.* 3 & iterũ plene *conſ.* 34. *Viſis n.* 9. *lib.* 5.
† Idẽ eſt, vbi agitur de fauore animæ multo magis, vel vbi agitur 13
de vitando peccato; quia etiam ſi in contrarium eſſet priuata, vel publica vtilitas, abſurdum eſſet attendere publicam vtilitatem, vt lex diuina deſtrueretur, vel peccatũ induceretur. Alex. *conſ.* 53. *Quæritur. n.* 11. *& 12. lib.* 5 † Extende; quia vbi ratio vnica poteſt ſi- 14
gnari, habetur pro expreſſa, & tunc fit extenſio ex identitate rationis, q̃ reuera non eſt extenſiua interpretatio, ſed comprehenſiua, & intellectiua, late Alex. *conſ.* 34. *n.* 8. *lib.* 5. † Extende; quia ra- 15
tio euitandi peccatũ expreſſa *in c. fi. de præſcr.* operatur, quod de re corporali fit extenſio ad incorporalia, & de contractu ad quaſi contractum, & in omni caſu, in quo ratio vitandi peccatum militat etiam contra ius. Alex *conſ.* 51. *Videretur n.* 4. *lib.* 5. & clarius *conſ.* 53. *n.* 12. *eod. lib.* † Limita; quia in materia fauorabili ſi fiat limitatio, 16
etiam ſi exorbitaret à iure communi, ſemper fit extenſio ex identitate rationis, multo magis ex maiori ratione rationis. Alex. *conſ.* 101. *Super* 1. *in fi. n.* 29. *ver. pro hoc facit. lib.* 7. vbi dicit * communem. *

Extensio si fiat per legem, qualiter sit intelligenda, & facienda. Concl. 661.

1 REGVLA † est, quod extensio facta per legem nouam de lege antiqua censetur facta cum omnibus qualitatibus legis antiquæ, quæ censentur repetitæ in lege noua extendente, *l. nihil interest. C. de coniung. cum emanc. liber.* Dec. *cons.* 19. *n.* 3. *ver. nam quamuis statutū.* & Decia. *cons.* 26. *n.* 71 & 73. *lib.* 2. Gabr. *cons.* 178. *n.* 41. & 44. *lib.* 2. † Extende idem in lege interpretante; quia habet lex interpretans omnes qualitates legis interpretatæ. Dec. *d. cons.* 19. *n.* 3. *col.* 3. *ver. statutum vero.* Cephal. *cons.* 177. *n.* 14. *in* 2. *vol.* Menoch. *de præsumpt. præsumpt.* 7. *n.* 10. *lib.* 2. † Extende in lege referente, seu repetente; quia intelligitur cum omnibus qualitatibus legis, ad quam fit relatio; quia relatum est in referente. Vide, *Relatū est in referente. Concl.* 129. † Extende in cōfirmatione, quia cōtinet omnia, quæ in cōfirmato. Vide, *Confirmatio operatur multa, & continet omnia, quæ in confirmato. Concl.* 706. † Amplia; quia si fieri debet extēsio, & dubitatur, an sit facienda ad simile legis communis, vel consuetudinis aut statuti, consiederari debet casus, an sit iuris communis, & extensio fit ad simile iuris communis; si casus est consuetudinis, fit extensio ad simile consuetudinis, & idem in statuto. Alex. plene *cōs.* 115. *Visa scriptura. n.* 5. *ver. & bene probatur lib.* 7. † Limita; quia statutum extēdens suam dispositionem loquentem de vno genere personarum ad aliud genus personarū mandans, quod idem seruetur in genere, ad quod fit extensio, quod seruabatur in primo; debet intelligi quoad ea, quæ congruunt naturæ personarum, ad quas fit extensio. Gemin. *cons.* 73. *n.* 10. vbi, si iudex mercantiæ debet procedere simul cum consulibus artis, & in casu suspicionis subrogatur iudex Potestatis, qui procedat, prout iudex mercantiæ; quia iudex Potestatis non tenebitur procedere vna cum consulibus; quia natura iurisdictionis Potestatis est, vt sit libera. Vide, *Proportionabilis materia semper requiritur. Concl.* 915.

2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12

Extensio non fit in pœnalibus, & quando secus. Concl. 662.

1 2 EXTENSIO † dispositionis loquentis de vno in pœnalibus, nunquam fieri debet ad aliud. *c. odia. de reg. iur. in* 6. † Amplia, vt procedat, etiamsi adesset eadē ratio, & omnimoda similitudo de casu ad casum; quia adhuc nō fit extēsio. Io. Andr. *in d. c. odia. de reg. iur. in* 6. cum aliis, quos adducit Franc. *in c. i. de temp. ordi. n.* 5. *ver. & aduerte. lib.* 6. Cald. *cons.* 147. alias *vnic. vt lit. pend. ver. p prædicta pa-*
3 *tet responsio.* † Declara, quando ratio non est expressa in dispositione pœnali; quia tunc procedit ampliatio, ita declarat Gemin. *cons.* 126. *in pr.* vbi secus, si ratio esset expressa; quia extensio fit ad comprehensa. † Amplia; quia si statutum mandat neminem posse puniri, nisi sit dispositum ex statuto, & imponat pœnam mortis facienti homicidium, illud nō habet locum in eo, qui mandat fieri homicidium; quia proprie non facit. Bald. *cons.* 52. *Statuto Ciuitatis lib.* 1. *& cons.* 384. *lib.* 5. † Amplia; quia lex pœnalis si loquatur determinate in certis personis, vel certis cahibus, nunquā fit extensio ad aliam personam, vel alium casum. Cuman. *cons.* 79. *Quidam fecit testamentum. in fi.* Vide inf. *n.* 21. *ver. restringe.* † Extende, vt procedat, quod non fiat extensio in pœnalibus, etiam si eadem, vel maior sit ratio. Alex. *cons.* 113. *Viso instrumento. in fin.* vbi loquitur in instrumento pacis pœnato. *lib.* 2. & ibi, quod de persona ad personam nō fit extensio. † Extēde; quia pœna Notarii sibi aliquid adscribentis in testamento non habet locum in testamento nuncupatiuo. Cuman. *cons.* 79. *per tot.* † Amplia; quia vbi agitur de pœna ipso iure imponēda, nō habet locum extensio ex identitate, neq; ex maioritate rationis. Tiraq. *in l. si vnquam in ver. reuertatur. n.* 303. *in* 6. *discrim. C. de revoc. don.* † Amplia; quia quando duo concurrūt, & lex sit pœnalis, & correctoria simul, neq; fit extensio ex identitate rationis; imo neq; ex maioritate, etiam quod ratio sit expressa. Grat. *cons.* 154. *n.* 27. Ias. *consil.* 146. *n.* 8. Curt. Iun. *consil.* 238. *n.* 18. & *seq. lib.* 3. Bossi. *tit. de captura. n.* 44 *ver. veritas tamē videtur esse.* Ondad. *cons.* 95. *n.* 99. *& seq.* qui alios citat. † Limita 21. modis, de quibus per Franc. *in d. c.* 1. *de temp. ord. n.* 5. *ver. quod tamen limita. vsque in fin.* † Limita, & plene declara, vt per Crau. *tract de antiq. temp. in* 4. *part.* vbi *n.* 149. ponit regulam cum multis contrariis, & declarat postea in eadem 4. *par.* §. *videamus modo.* vbi ponit limit. 24. & maxime *n.* 37. *ver. ex præmissis.* damnat Angel. Aretin. qui dixit materiam arbitrariam. † Limita per Lap. *allegat.* 40. vbi constitutio pœnalis contra Gebellinos habet locum etiam contra Guelphum monitum, & sententiatum tanquam Gebellinum, quasi quod mutauerit vestatum, & sit Gebellinus, & hanc limitationem ipse tuetur, quam credo posse teneri, quando ageretur de periculo turbationis status publici, prout in casu Lap. loquentis de factiosis Florentiæ.

† Limita; quia constitutio pœnalis concernens fauorem Ecclesiæ 13
extenditur ad alium casum non cōprehensum, vbi similiter concluditur fauor Ecclesiæ. gl. *in c. sciant cuncti. de elect. in* 6. *in ver. alios.* Gemin. *cons.* 37. *n.* 6. *ver. tertio vbi constitutio.* & idem in dispositione pœnali, quæ prouidet fauori Ecclesiæ. Gemin. *cons.* 106. *n.* 2. *ver. nec obstat.* Pet. de Anch. *cons.* 304. *Ista allegata. in fin.* † Limita; quia licet 14
non fiat extensio in pœnalibus ex identitate rationis extensiuæ; tamen secus est, quando extensio fit ad comprehensa sub ratione expressa in lege; quia licet verba legis pœnalis loquātur strictius, quam ratio expressa in lege; tamen extendimus legem ad cōprehensa sub ratione legis expresse. gl. *in clem. 1. de elect. in ver. instructas.* Gemin. *cons.* 37. *circa fin. ver. item licet constitutio. & cons.* 126. *in pr.* Pet. de Anch. *cons.* 304. *n.* 3. *vsq; in fi.* † Extende; quia in statuto odioso, 15
& correctorio mentio mortis comprehendit vulnera per extensionem comprehensiuam, siue ratio sit expressa in statuto, siue non, plene Alex. *cons.* 24. *Animaduersis. in fi. n.* 44. *ver. item non obstat. vsque in fin lib.* 2. vbi apost. *in ver. expressa*, dat concor. † Limita; quia 16
ex identitate rationis, vel omino similis, quando est expressa, fit extensio in pœnalibus, quia est comprehensio, non extensio. Pet. de Anchar. *d. cons.* 304. *Ista allegata. n.* 2. *& per tot.* † Limita; quia pro- 17
pria significatio verborum non excluditur. Vide, *Verba secundum propriam significationem sunt intelligenda. Concl.* 91. † Limita, quando 18
lex est pœnalis, & odiosa, sed alio respectu est fauorabilis, puta, quia prouidet fauori animarum; quia tunc non est restringenda, sed amplianda. Gemin. *consil.* 66. *n* 5. *col. fin. ver sed to. Andr.* Petr. de Anchar. *d. cons.* 304. *Ista allegata. n.* 3. † Declara, vt procedat limita- 19
tio, quando fauori animæ prouidetur, vt quoad eos, quibus prouidetur, sit fauorabilis, & extendenda; secus quoad alios, quibus non prouidetur circa salutem animæ. Gemin. *d. consil.* 66. *colum. fin. ver sed volendo tenere.* † Restringe, nisi militaret maior ratio in vno 20
casu, quam in alio; quia etiam fauorabilis dispositio non extenditur ex minori ratione. Crauct. *cons.* 6. *n.* 10 *& seq.* Tiraq. *de legib. connubial. gl.* 5. *n.* 215. † Restringe; quia licet fauorabilis dispositio ex- 21
tensionem inducat; tamen non fit ita de facili ex identitate rationis quoad personas. Mandell. *consil.* 74. *num.* 2. vbi apostilla dat concord. Cephal. *cons.* 107. *num.* 18. *& seq. & consil.* 114. *n.* 7. Olasch. *decis. Pedemont.* 23. *num.* 48. vbi in simili. † Limita in odiosis, quan- 22
do agitur de obuiando fraudibus; quia tunc materia dicitur fauorabilis propter fraudes euitandas, & fit extensio, ne fiat fraus, & ne lex reddatur elusoria. Alex. *cons.* 21. *nu.* 7. *lib.* 1. Vide, *Fraudibus via non est aperienda. Concluſ.* 473. † Limita, quando in pœnali- 23
bus, & correctoriis reducimur ad ius antiquum; quia fit extensio ex identitate rationis. Olasc. *decis. Pedemont.* 147. *nu.* 20. † Limita; 24
quia pœna imposita fraudanti, seu derobanti pecunias certi officii habet locum, etiam si fiat derobatio alterius officii similis ex identitate rationis, ita plene Roman. *consil.* 420. *Considero. num.* 4. *& seq. ver. quoad secundum.* vbi plene apost. *in ver. in personam*, adducit quatuor similia, quæ sunt limitationes. † Primum, quod text. 25
in l. libertum. §. *Senatusconsulti ff. de ritu nupt.* puniens tutorem, qui contrahit matrimonium cum pupilla, extenditur etiam ad hæredes tutoris etiam extraneos ex identitate rationis. Rom. *cons.* 429. *n.* 5. *ver.* 1. *propter.* † Secundum; quia *l. Senatusconsulto ff. de ritu nupt.* 26
imponens pœnam filio tutoris habet locum etiam in nepote tutoris propter rationis identitatem. Rom. *d. cons.* 429. *num.* 5. *vers.* 2. *probatur. & cons.* 464. *n.* 3. *ver. quarto ad idem.* † Tertium; quia *l.* 1. § 27
actores. & § quæsitum. ff. ad Tertull. quę punit matrem non petentem tutorem, vt extendatur, etiam si non petat curatorem, quatenus sit necessarius, eadem ratione. Rom. *d. cons.* 429. *nu.* 5. *ver. tertio probatur.* † Quartum; quia mutuans filiofamilias punitur à lege, & 28
procedit etiam in nepote. Rom. *d. cons.* 429. *num.* 5. *ver.* 4. & repetit *consil.* 464. *n.* 2. *ver.* 3. *ad idem.* † Quintum; quia lex prohibens mu- 29
lieres transire ad secunda vota, eadem ratione extenditur ad viros. Rom. *d. cons.* 429. *num.* 5. *ver. quinto.* † Sextum, pœna imposita 30
mulieribus intra annum luctus, habet locum in parientibus intra annum luctus. Rom. *d. cons.* 429. *num.* 5. *ver. sexto.* † Duos alios ca- 31
sus ponit ibidem Roman. in quibus ex identitate fit extensio in pœnalibus. † Extende; quia diminutio Gabellæ, quæ debet fol- 32
ui de hereditate obuenta, facta hęredi existenti cum defuncto in tertio gradu habet locum ad fauorem existentis in secundo, vel proximiori gradu ex identitate, & maioritate rationis, plene Rom. *d. cons.* 464. *In apposita. per tot.* vbi multa similia; & quia melioris conditionis non debet esse remotior in gradu, q̄ proximior. † Exten- 33
de; quia iura noua loquentia in vno gradu affinitatis extenduntur propter identitatē rationis ad aliū gradū. Rom. *d. cons.* 464. *n.* 2. *ver.* 2. *quia.* † Extende; quia S.C. Macedoniani loquens. & prohibens 34
mutuari filiofamilias sine patre, extenditur etiam ad nepotem ex filio stante auo propter identitatem rationis. Roman. *d. cons.* 464. *num.*

nu.2.ver.tertio ad idem. † Extende; quia lex prohibens vxorem non posse exigere à marito, nisi in quantū facere potest, ex identitate extenditur ad socerū. Rom.*d.conſ.464.n.3.ver.quinto ad idē.* † Idem est, quia si maritus vergat ad inopiam, potest repeti dos, & illa lex ex identitate habet locum etiam in socero vergente ad inopiam. Rom.*d.conſ.464.n.3.ver.ſexto.* † Extende; quia lex pœnalis prohibens tutorem posse dare pupillam filio suo, habet locum, vt ea neq; hæredi extraneo tutoris possit dari propter identitatem rationis, ne turbetur ius reddendæ rationis. Roma.*d.conſ.464.nu.4. ver.vlt.* † Et generaliter, quando agitur de delicto puniendo, ex identitate rationis fit extensio, apoſt. ſin. magn. ad Rom.*conſ.234. aduertendum in fi.* vbi secus dicit, si non agitur de delicto puniendo quia tunc magis * communis est in contrarium. † Declara tamen hãc materiam, prout in illa quæstione, an sicuti mulier committens adulterium perdat dotem, ita perdat ex eadem ratione, si mortuo viro existens vidua committit stuprum, de qua plene Bocer.*dec.338.n.9. & ſeq. ver.ſed in caſu ſecundo. vſq; in fi.* vbi citat infinitos pro vtraque parte, & tandem dicit * communem esse, quod fis. *ſub n.12.* tamen ipse sequitur contrariam, vti æquiorem, vbi dicam fine, quod ita fuit iudicatum, sicq; colligitur, quod de æquitate non fit extensio in pœnalibus ex eadem, vel maiori ratione; secus de rigore, & veritate. Vt ſill. vero in addit. ad Affli.*dec.265.n. 6.* dicit, quod vidit iudicari, quod non fiat extensio. Crauet.*conſ. 201.n.31.* sed tamen, qui tenent contrariam, mouentur; quia delicta non debent remanere impunita, & tunc fit extensio. Crauet. *de antiq.temp.in 3.part.fol.131. Pedem.deciſ.88.n.30.* & propterea hæc est magis * communis opinio, licet viderit ipse quandoq; puniri pœna extraordinaria, & quod fiat extensio in pœnalibus ex identitate, ne delicta remanerent impunita. Rom. late *conſ.429. Conſid. n.4. & ſeq. ver.quoad ſecundum.* vbi plena apoſtill. *in ver.in perſonis.* † Dicas, quod extensio non ita fit de facili de casu expresso ad casum non expressum ex eadem ratione, sicuti fit diminutio pœnæ; quia diminutio, q̃ fauorabilis est, facta in adulterio, quod grauius est, habet locum in stupro: Ideo *in auth ſed hodie. C. de adul.* quæ tollit pœnam mortis mulieri adulteræ, & vult, quod detrudatur in monasterium cum parte dotis assignanda, etiam extendatur ad viduam, & stuprum, vt per gl. *in l. penult. C. de adult.* quam tollit Alex. & sequitur *conſ.13. Attentis.nu.9. lib.7.* Vide Conclusionem proximam sequentem.

Extensio non fit in pœnalibus & correctoriis simul. Concluſ.663.

EXTENSIO † non fit in correctoriis, neque in pœnalibus ex identitate rationis, & multo minus, quãdo dispositio est pœnalis, & correctoria simul. Cacher.*deciſ.Pedemon.147.n.20. & ſeq.* † Extende; quia quãdo materia est pœnalis, & correctoria simul, non fit extensio etiã ex maioritate rationis. Rom.*conſ.150. In prooemio.n.5.ver.ſecundo quia.* † Amplia; quia neque fit extensio, licet correctio reducat nos ad ius antiquum, vel si materia esset fauorabilis, quando ageretur simul de correctione, & de pœna. Cach. *deciſ.147.n.21.* † Declara; quia ampliatio non procedit, licet agatur de correctione, & de perdendo lucro; quia non dicitur pœna, vt per eundem Cacher.*d.dec.147.n.21.* † Amplia; quia licet fiat extensio in correctoriis tantum de stricta significatione ad latam significationem vocabuli ex identitate rationis; tamen secus est, quãdo sumus in correctoriis, & pœnalibus simul. Rom.*conſ.150. n.5.ver.3.quia licet.* vbi apoſtill. *in ver.pœnalibus*, dat concord. Vide Concluſ. proximam præced. & proximam ſeq.

Extensio non fit in correctoriis, & quando secus Concl.664.

EXTENSIO † regulariter non fit in correctoriis, maxime vbi non est tanta ratio. Cuman.*conſ.130. Nobilis domina.nu.3.* & 4. *ver.ad ſecundum.* vbi dicit * communem. Sim. de Præt.*conſ.119.n.31.* vbi dicit * communē, & hanc esse regulam dicit Alex.*conſ.50. Viſis.n.13.ver.denique. lib.2.* & *conſ.167. Viſis & ponderatis.verſ.nec etiam obſtat lib.7.* † Amplia, vt procedat etiam ex similitudine rationis; quia extensio non fit interpretatiue. Bald.*conſ.224. Quæritur pone, ſi ſtatuit.1.* vbi dicit * communem. † Amplia, vt imo nec fiat extensio in correctoriis, licet adsit eadem ratio; quia dispositum in vno non habet locum in alio, in quo eadem ratio militat. Bart.*conſ.2. Dominus Ioannis.n.3.ver.nunc ſit arguo. lib* 1. Ioan. de Anan.*conſ.27. Viſo caſu.n.7. & ſeq.ver.non obſtat.* † Extende; quia in correctoriis, & extraordinariis non fit extensio ex identitate rationis. Roma.*conſil. 130.n.4.* Alex.*conſ.54.n.9.lib.7.* † Declara; quia si de iure nouissimo aliquid disponitur correctorium iuris antiqui, non extenditur ius nouum vltra casum, in quo loquitur, vel reperitur dispositum de iure nouo. Bald.*conſ.188. In ſubſtitutione. in fin. lib.1.* † Declara plenius per Alex.*conſ.207. Ponderatis n.22. & ſeq. vſq; in fi. ver. nam præter ius. lib.6.* quia statutum præter ius, vel secundum ius, si continet materiam fauorabilem, extenditur ad casum impropriū, qui sub lata significatione continetur, & ad casum fictum; sed secus est, si statutum est correctoriū; quia etiam quod contineat materiam fauorabilem, non tamen extenditur ad casum improprium, nisi in tribus casibus. Primus est, quando subest eadem ratio: secundus est, quãdo ratio est expressa: tertius est in æquiparatis, quãdo statutum loquitur de materia æquiparata; si vero est correctorium, nec materiam fauorabilem cõtinet, non fit extensio, nisi, vt ibi per totum. † Amplia; quia statutum contra ius commune non extenditur, etiam si subsit identitas rationis. Ang.*conſ. 210. Statutum ſupradictum. in pr.* Signo.*conſ.179.n.3. & ſeq.* vbi loquitur in statuto Placentiæ loquente de viro & vxore, vt non habeat locum in socero & nuru. † Et ideo statutũ corrigens ius commune, q̃ frater non succedat sorori, sed frater, non habet locũ in successione sororis. Castr.*conſ.119. Hæreditas. lib.1. per tot.* † Declara, nisi ratio sit expressa in lege corrigente; quia vbi eadem militat ratio, ibi eadem dispositio debet vigere. Signor.*conſ.179.n.5.* Alex.*conſ. 207. Ponderatis verbis.n.25.ver præterea. lib.6. & conſ.167. Viſis. & ponderatis.n.13. ver.nec etiam obſtat. lib.7.* † Amplia; quia non fit extensio in casibus specialibus de casu ad casum similem. Cuman.*conſ. 39. Si conuentus.n.3.ver.an ergo. & conſ.130. Nobilis domina.n.2.ver ceterum non obſtat.* † Amplia; quia extensio non fit in correctoriis, & ex eadem ratione, etiam si agatur de correlatiuo separato; ideo statutum vocãs ad successionem fratris alios fratres ex vtroq; latete, & ex vno latere simul, non habet locum in successione nepotis ex fratre; quia præferuntur de iure communi vtrinq; cõiuncti. Bald. *conſ 344. Quæritur, vtrũ patruus. lib.3.* Vide, *Omiſſum quando habeatur pro omiſſo. Concl.116.* † Extende; quia statutum vocãs filios masculos, exclusis fœminis non admittit adoptiuos masculos, licet sint panificati in successione legitimis & naturalibus; quia in correctoriis etiam ex eadem ratione non fit extensio. Io. de Ana.*conſ.27.n. 7. & 8.* † Amplia; quia lex limitatiua etiam in casu fauorabili non extenditur ad casum, vbi maior ratio militat. Soc.*conſ.163.n.3.ver. confirmatur iſta ratio. lib.2.* † Amplia; quia vbicunque constitutio, vel statutum corrigit ius cõmune, dicitur odiosum, & non fit extẽsio de casu ad casum; Ideo cõstitutio, phibens appellare in casu appellabili nõ, phibet, quin possit de nullitate dici. Ang.*conſ.107. Iacobellus & Lucas. impr.* † Et q̃ nõ fiat extensio in statuto correctorio. est * communis opinio; quia omissum semper habetur pro omisso. Castill.*conſ.22.n.5. & ſeq.* † Extende, etiam si eadem, vel maior ratio concurrat in casu omisso; quia nõ fit extensio. Ang.*conſ. 302. Viſis & diligenter. in pr.* † Amplia, vt non fiat extensio in correctoriis etiam ex maioritate rationis. Io. de Imol.*conſ.64.n.3.* vbi, quod neq; ex identitate, neq; ex maioritate, & contraria, quæ allegari possunt, loquuntur, quando agitur de limitando iure cõi, vel restringendo, non de corrigendo, vel quando non fit extẽsio, sed agitur de comprehensione. Io. de Ana.*conſ.36.n.2.* vbi limitat ad pertinentia, & quod Cast.*conſ.276. lib.2.* videl. in allegationib. quæ præcedunt d. consilium, incip. *Exfacto in fin.* vbi, quod comprehensio non excludit, vel ex ratione expressa, vel etiam tacita, quando est vnica, vel ex eo, q̃ materia sit fauorabilis, quæ comprehendere possit. Alex.*conſ.54.n.9.lib.7. & conſ.153. Viſo themate. n.4.ver. & conſtat, quod ſtatuta. lib.7.* vbi, quod * omnes ita tenent. * † Extende; quia consuetudo, quę habet, vt mortua filia dos stipulata patri debeatur filiis, procedit, si mulier decedat in matrimonio, non si post maritum, quia est contra ius, ideo non extenditur ad alium casum, etiamsi adsit maior ratio. Io. de Imo.*d.conſ.64. per tot.* maxime *n.3.* † Et quod in statuto correctorio iuris communis non fiat extẽsio ex identitate, neq; ex maioritate rationis, neq; de casu ad casum decisum à iure cõmuni, neq; de persona ad personam. Castr.*conſ.175. Caſus præſens n.2 lib.1.* vbi apost. citat Corn.*conſ. 188. in pr. lib.2.* & * communem dicit Alex.*in auth quod ſine. ver Item quia alias. C. de eſt.tam.* † Contra ampliationem, quod imo ex maioritate rationis fiat extensio statuti correctorii de casu ad casum, & de persona ad personam. Corn.*d.conſ.188. In præſenti conſultatione. per tot. lib.2.* Castr.*conſ.175. Caſus præſens valde dubitabilis, lib.1.* sequitur Dec.*conſ.332. Licet propoſiti, n.3. ver.ſecundo iſta conſ.* & *n.4. & ſeq.* Ruin.*conſ.37.n.4. & ſeq lib 3.* qui alios citant. Alex.*conſ.80. Viſo & opportune.n.6 lib.1.* Fulgoſ.*conſ 77. Propoſito ſtatuto per tot.* Menoch. qui alios citat *conſ.4.n.8.* † Declara tribus modis per Menoch *cõſ. 4.n.34. & ſeq.ver.non obſtat quintum lib.1.* videlicet extẽsio ex comprehensione; quia constet de mente; secundo ad euitandum absurdum,

22 surdum, tertio, quãdo materia est fauorabilis. † Declara; quia extensio nõ fit ex maioritate, neque ex identitate rationis in iis, quę sunt determinata in contrariũ de iure cõmuni, & sic quãdo corrigitur ius commune, secus in nõ determinatis. Bart. in *l. omnes populi, in 5. q pr. ff. de iust. & iure.* sequitur Castr. *cõs. 119. Hæreditas prædicta,*
23 *n. 4. lib. 1.* † Declara; quia nõ fit extensio etiam ex maioritate rationis, quãdo statutũ prohibet legari vxori; quia nõ habebit locum inter viuos, neq; in donatione causa mortis, quia ex quo expressit prohibitionem per vltimam voluntatẽ, non potest extendi inter viuos, neq; in casu cõuerso. Alex. *cõs. 54. In casu, de quo, n. 9. ver. quin-*
24 *to quia, li. 7.* vbi apost. *in ver. maioritate*, dat conc. † Declara plenius; quia in correctoriis, & odiosis, prout in priuilegiis contra ius tertii, non fit extensio ex identitate, neq; ex maioritate rationis, nisi illud, ad quod debet fieri extensio, veniat per modũ antecedentis, vel cõsequentis, aut connexi, ita in certus author post regulas Soc. *Reg. 8. priuil. debent stricte interpretari*, in 1. ampliat. allegat Fel. in
25 *c. postulasti, in 3. limit. & in 8. limit. de rescript.* † Restringe; quia statutũ extenditur de persona ad personam ex maioritate rationis etiam in correctoris, vel ex identitate rationis, quando alia persona, de qua statutum nõ loquitur, venit ex persona exclusa, vel quæ iungitur mediante persona exclusa, alias secus. Castr. *cons. 119. n. 4. vsq; in fi. lib. 1.* vbi dat plura exempla, quod statutum excludens filiam, stante masculo, excludat etiam neptem, & excludens matrem excludet auiam maternam; quia iunguntur; è conuerso excludens sororem à successione fratris, stante alio fratre, nõ excluder à successione sororis, & excludens patrũ, non excludet amitam: quia
26 non iunguntur. † Declara, quando agitur de pœna, & correctione iuris cõmunis; quia non fit extensio, neq; ex identitate, neque ex
27 maioritate. Ias. in *auth. quas actiones. C. de sacros. Eccl. n. 22.* † Declara; quia si est dubium, an ratio sit maior, vel nõ, tunc nõ fit extensio.
28 Alex. *d. cons. 54. n. 10. lib. 7.* vbi apost. in *ver. dubia.* † Declara; quia statutum prohibens Florentinos posse assecurare merces, & res forensium, cum sit fauore publico introductum, habet locum etiã in naui; quia vbi est eadem ratio, ibi loquitur statutũ, etiam si exprimat aliqua bona; quia est per modum exẽpli, & non est extensio, sed comprehensio, maxime, quãdo fraus posset cõmitti. Castr.
29 *cons. 251. Visa quadam, per totum, lib. 1.* † Declara, vt extensio non fiat, quando ratio non est expressa; secus. si est expressa, supra *n. 9. ver.*
30 *Declara.* † Amplia; quia extensio passiua nõ fit etiam in correctoriis, Io. de Ana. *cons. 27. in fi. ver. nec etiam obstat.* & ibi etiam Bologn.
31 in *additio. in pr.* † Amplia; quia vbi est eadem ratio secundum idem tempus, quo in esse producuntur duo actus, si correctio fiat in v-
* no, non extenditur ad alium. Sign. *cons. 238. n. 12.* vbi dicit * cõmu-
32 nem. † Contrarium, quod vbi est eadem ratio æquitatis, correctio in vno extendatur ad omissum. Signor. *cons. 168. n. 27. in fi.* vbi dicit
* 33 veram, & * communem. † Amplia, quia difficilior est extensio in correctoriis, quam in pœnalibus, & exorbitantibus. Io. de Ana. *d.*
34 *cons. 27. in fi.* † Limita, quando agitur, ne lex correctoria reddatur elusoria; quia extenditur etiam ad casum omissum. Feder. de Sen. *cons. 286. Casus est talis, debitor. per totum.* Bald. *cons. 261. Primo quæritur, in princ. lib. 1.* Alex. *cons. 190. Mature, n. 20. vers. denique si statuta, lib.*
35 2. † Extende in statuto, quod mulier negans cauere in iudicio, nõ audiatur; quia habet locum, etiam si non neget. imo offerat cauere, & non cauear; quia alias redderetur elusorium. Alex. *cons. 21. n.*
36 7. *lib. 1.* sequitur Soc. Iun. *cons. 34. nu. 12. lib. 1.* † Extende; quia licet non valeat argumentum à contrario sensu, quando exillo argumento corrigeretur ius commune; tamen valet, & corrigitur ius commune, si alias statutum redderetur elusorium. Castr. *cons. 83.*
n. 6. ver. nam illud lib. 2. & cons. 175. col. pen. ver. item non obstat statutum.
37 *lib. 1.* † Limita in omnino connexis; quia facta correctione in vno fit etiam correctio in eo, qui per connexionem venit in consequentiam; ideo si statutum corrigat ius commune in successione defetenda, corrigit etiam in tutela, quæ venit in sequelam succes-
38 sionis. Sign. *cõs. 2. Statuto Ciuitatis. n. 17. ver. non obstat.* † Limita, quãdo ratio legis corrigentis est expressa, quia vbicunq; ea militat, ibi etiam lex loquitur, & extenditur. Alex. *cons. 17. Ponderatis. n. 16. ver.*
quia respondeo lib 3. vbi extendit *c. cum esses, de testamen.* propter rationem expressam, quod in ore duorum, vel trium stet omne verbum, & iterum *cõs. 113. Perspectis. n. 6. & seq. ver. comprobatur lib. 6.* vbi extenditur *l. si quis argentum. §. fin. C. de don. at.* ad omnes donationes ex ratione expressa, licet sit correctoria. Alex. *d. cõs. 207. n. 25. lib. 6.*
idem Alex. *d. cons. 167. n. 13. lib. 7. & cons. 171. Visis. n. 4. ver. cõfirmatur.*
39 *lib. 7.* vbi apostil. citat eumdem Alex. † Extende, quando eadem militat ratio, prout agnationis conseruandæ etiam non expressa; quia tunc comprehenditur omnis casus, in quo illa ratio militat, non per extensionem, sed per comprehensionem. Alex. *cons. 36.*
Viso themate. n. 11. in fi. cum seq. ver. & non obstat. lib. 6. vbi apost. in *ver.*
mente. dat conc. & Alex. *cons. 89. Circa primum. n. 15. lib. 6.* vbi apost. in *ver. patruelibus*, citat pro vtraque parte; quia quando ratio est tacita, non fit extensio in correctoriis, vide eam. † Extende in con- 40
suetudine soluendi laudemium decem pro centenario pro inuestitura feudi Episcopatus Veronæ; quia habet locum etiam in feudis domini venditis; quia vbi eadem ratio militat, habet locum etiã consuetudo, & nõ dicitur extensio. Alex. *cons. 5. Si vera sunt, in*
fi. ver. vltimo non obstat. lib. 5. † Contrarium tenet Alex. *cons. 54. in ca-* 41 *
su, de quo. n. 9. ver. quinto quia. lib. 7. vbi dicit * communem, q̃ non fit extensio in statuto correctorio iuris cõmunis ex identitate, neq; ex maioritate rationis, & ibi apost. in *ver. maioritate*, dat conc. pro vtraque parte. † Declara; quia limitatio procedit, quãdo ratio est 42
expressa in lege contraria, quando non, *sup. n. 9. ver. declara.* † Limi- 43
ta in causa finali correcta; quia effectus etiam censetur correctus, & ideo sicuti non potest procurator intercedere in causa capitali; quia contra absentem nõ potest procedi ad pœnam capitalem, si per statutum disponitur, quod possit contra absentem procedi in causa capitali, in cõsequentiam poterit interuenire procurator in tali causa. Sign. *cons. 2. n. 14. ver. tertiodecimo.* vbi allegat Dyn. ita consuluisse. † Extẽde idem, si pœna pecuniaria imponatur per statu- 44
tum, vbi de iure communi est pœna capitalis; quia procurator poterit interuenire per extensionem in consequentiam. Sig. *d. cons. 2.*
n. 15. ver. ad idem. † Extende, vt quando plura nascuntur ex vna ra- 45
dice, correcta radice, extensio fit, vt censeantur correcta omnia, quæ prouenium ex ipsa radice, etiam si aliquæ, quæ prouenitit ex illa radice, exprimantur, nõ omnia; tamen ad omnia alia fit extẽsio. Castr. plene *cõs. 367. Super primo. lib. 1.* exemplũ in *l. 1. C. de secund.*
nupt. quæ imponit plures pœnas, & infamiam nubenti intra annũ luctus. *l. fi. & pen. eod. tit.* tollit prohibitionem, & dicit nõ effici infamem, tollit etiã alias pœnas, licet de sola infamia faciat mentionẽ. 46
† Limita; quando exprimitur ratio in lege correctoria; quia fit ex tensio ad casum, q̃ venit ex larga significatione, si eadẽ ratio vindicat sibi locũ, Alex. *cons. 99. Videtur. n. 6. ver. & pro hoc facit. lib. 4.* latius *cõs. 171. Visis. n. 7. ver. quo casu nemo negat. lib. 7.* vbi plena apost. in
ver. larga, dat plur. cõc. & in fi. restringit, vt ibi. † Limita sepẽ mo- 47 48
dis, de quib Ias. in *auth. quas actiones. n. 22. & seq. C. de SS. Eccl.* † Limita, quia in æq paratis fit extẽsio ex eadẽ ratione in pœnalib⁹ & correctoriis, vt cõmunẽ * dicit Decian. *cõs. 11. n. 153. lib. 1.* maxime, quando æquiparatio est per modum regulæ, vel per omnia, alias non. † Contrarium, q̃ non fiat in pœnalib. etiã in æquiparatis omnino, 49
sed in correctoriis. Rom. *cons. 129. ver. secunda ratio*, vbi apost. in *ver.*
pœnalis, citat plurimos conc. sed vide; quia Rom. nõ loquitur in æquiparatis, sed vbi omnino eadẽ est ratio, q̃dẽ esse videtur. † De- 50
clara; quia statutũ in æquiparatis à lege antiqua corrigens in vno ex æquiparatis censetur corrigere etiã in alio æquiparato, quãdo ipsum statutũ loquitur proprie in ea materia, in qua facta est æquiparatio, alias nõ. Alex. *cons. 207. Ponderatis verbis in fi. n. 26. ver. & pro*
hoc etiã lib. 6. vbi apost. in *ver. materia.* citat Ias. in *l. si ostante, in pr. col.*
4. ff. solut. matrim. & in §. ex maleficio. col. 7. Inst de act. † Declarat Alex. 51
cons. 171. Visum. 3. lib. 7. q̃ etiã in æquiparatis quoad alia fit extensio in illo casu, in quo fit æquiparatio etiam in materia statuti correctorii, dummodo extensio nõ fiat de persona ad personã, vel non fiat ad casum taxatiue inductum, quia si lex correctoria loquitur
vno casu tantũ, nõ extenditur. Vide, *AEquiparatorũ idẽ est iudicũ, &* 52
quãdo procedat. Concl. 308. † Limita; quia statutũ Bononiæ, quod omnia bona mulieris censeantur data in dotẽ, & q̃ maritus lucretur omnes fructus bonorũ paraphernalium, habet etiã locum, vt maritus lucretur omnes fructus bonorũ dotalium ex maioritate rationis, & licet non fiat extensio ex maioritate in correctoriis iuris communis, tamen procederet argumentũ in dote expressa cognita à iure cõmuni, sed secus in dote ficta inducta à statuto, quia vnum statutũ extenditur ad aliud ex maioritate rationis, quando illud, adq̃ fit extensio, est inductum per aliud statutum aliter, quã de iure cõi. Petr. de Anch. *cons. 94. Ista dominatoanna. n. 3. & 4.* vbi, q̃ 53
ista ratio sibi videtur efficax, & subtilis. † Limita, quia statutũ etiam correctorium recipit interpretationem passiuam secundum
* cõmunem, ideo ex tali interpretatione passiua extenditur. Castr. *
cons. 249. Statutũ Paduæ. n. 3. lib. 2. quod est Io. de Rosellis, vbi, quod statutum inducens retractũ ad fauorem vicini, licet sit strictiuris, tamen extenditur ad hęredẽ vicini ex passiua interpretatione. 54
† Extende, vt per Bar. *cons. 159. n. 3. ver. aliud exemplũ. lib. 1.* vbi in correctoriis, & etiam in pœnalib⁹ procedit passiua extensio etiam de vno casu ad alium: dat exemplum in pœna tentantis corumpere
seruum, quia si extenditur, extendetur etiã in pœna tentantis corrumpere filium familias. Alex. *cons. 167. Visis n. 14. ver. nõ obstat etiã,* 55
dum dicitur. † Extẽde; quia imo est regula, quod lex antiqua seruatur in correctoriis quoad passiuã interpretationem. Alex. *cõs. 354.*

Puto.

*Puto.nu.2.lib.6.*vbi,quod filiusfamilias,qui potest inuito patre,& ignorante aduentitiam hæreditatem adire,poterit etiã stante statuto,quod filiusfamilias non possit sine consensu patris aliquem contractum facere;quia statutum patitur passiuam interpretationem,vt in iis,in quibus potest filius inuito patre,possit etiam eo
16 ignorante.*l.qui potest inuitis.ff.de reg iuris.*† Limita;quia in correctoris fit extensio ad pertinentia,& parificata.Ioan.de Anan.*cons.36.*
*Circa primum.n.3.*vbi inducit ad hoc text.in *clem.exiui,de ver.signifi.*
17 *ver.cum autem natura*,vbi Bologn.in apostil.*n.7.ver.nec obstat.*† Declara;quia in correctoriis nunquam fit extensio ex identitate rationis,nisi etiam cõcurrat,quod illud,ad quod fit extensio ex lata interpretatione,comprehendatur sub termino,de quo est dispositum correctiue Gabr.*cons.14.n.27.& seq.*&ita loquitur Rom.
18 *cons.129.Licet magna.ver.secundaratio*,vbi plene apost.in *ver. trahendi*,dat concord.† Limita;quia statutum quantumcunque correctorium,& exorbitans recipit extensionem passiuam.Alex.*cõs.*
19 *110.Adeo grauis.num.14.ver.constat autem.lib.6.*† Declara; quia procedit,dummodo extensio passiue non fiat de exorbitante ad exorbitans,vt per apost.ad Alex.*cons.110.num.14.lib.6.in ver.passiua.*
20 † Limita,quando disposita in vno casu non possunt habere locũ sine illa extensione.Castr.*cons.175.Casus præsens.n.5.lib.1.*† Limita; quia in correctoriis licita est extensio,quãdo reducimur per correctionem ad ius antiquum.Iason *auth.quas actiones.nu.21.C. de Sacrosanct.Eccl.*Vide,*Reductio rei ad sui primeuam naturam fit de facili. Concl.*
21 *77.*† Extende; quia statutum dans successionem filiis masculis, exclusis fœminis,licet sit correctoriũ iuris communis; tamen nõ est odiosum,sed fauorabile;quia reducit ad ius antiquum,& legẽ Moysis,&ideo disponens,*si quis decesserit*,habet locum tam in masculo decedẽte,quam in fœmina etiam;quia principalis intentio est fauere masculis,non autem nocere fœminis.Castr.*cõs.276.Puto sine dubio in pr.lib.2.*& plenius in allegatione,quæ præcedit consilium in fi.† Limita;quia vbi agitur de peccato,vt illud euitetur, semper fit extensio in correctoriis,& pœnalibus.Grat.*cons.88.nu.*
22 *17.lib.2.*Alex.*cons.99.lib.4.n.6.*† Et idem,vbi agitur,ne lex posita repugnet iuri diuino.Castr.*cons.367.Super primo.lib.1.*vbi dẽ si-
23 militibus ad similia fit extensio ex ratione.† Limita, quando verba essent superflua,& sine effectu;quia fit extensio etiam àcontrario sensu,licet corrigatur ius commune.Castr.*d.cons.175.col.pen.ver.item non obstat.lib.1.*Vide, *Argumentum valet à contrario sensu, & quando.Concl.498.* † Limita; quia ab absurdo vitando fit extensio in correctoriis à maioritate,vel ab identitate rationis.Gabr.*cons.14.*
24 *n.29.& seq.ver.cum ergo in patruo.*Alex.*cõs.216.Nec arguendi.n.37.ver.*
25 *item respondeo.lib.2.*† Limita;quia in correctoriis tantum ex identitate rationis fit extensio de significatione vocabuli stricta,ad tradita per Rom.*cons.150.n.5.ver.tertio quia*,vbi dicit secũ esse,si simul esset correctoria,& pœnalis.Alex.*cons.171.Visis n.7.lib.7.*vbi ple-
26 na apost.in *ver.larga.& cons.50.Visis.n.13.ver.denique.lib.2.*† Extẽde maxime;quando agitur de publica vtilitate; quia redditur fauorabilis dispositio.Alex.*cons.190.n.18.& seq.lib.2.& d.cons.171.Visis.*
27 *n.7.& 8.ver.fortificantur.lib.7.*vbi apostil. in *ver.publico.* † Extende maxime,quando ratio est scripta in lege, vel statuto, Alex.*cons.*
28 *60.Visis.n.9.ver.& saltem.lib.2.*& iterum *n.13.ver.denique*,vbi maxime dicit esse verum,quando extensio fit ad casum, qui sub larga
29 significatione continetur.† Idem est,si non est expressa ratio,quãdo vnica reddi potest,quia habetur pro expressa. Alex.*d. cons.50.*
30 *n.9.in fin.lib.2.*† Et saltem fit extensio ex identitate rationis† vel maioritate, quando materia licet exorbitans respicit publicam vtilitatẽ,& redditur fauorabilis.Alex.*d.cons.50.n.8. ver.& pro ista.*
31 *lib.2.*† Extende;quia imo in exorbitantibus,& correctoriis fit extensio ex identitate rationis de casu ad casum,ideo Alex.*cons.31. Visa themate.n.6.li.6.ver. tamen cum diuersitatis ratio*,dicit,quod sicuti per *cap.salubriter. de vsuris.* maritus propter onera matrimonii fecit fructus suos rei pignoratæ pro dote, & non est vsura;ita etiã debet habere interesse pro dote sibi promissa in pecunia propter
32 onera à die moræ,licet non sit solitus lucrari, vel mercari; quia identitas rationis inducit extensionem;imo potius operatur,vt alius casus similis dicatur comprehensus,& ibi apost. citat eũdem
33 Alex.*cons.75.lib.5.*† Limita;quia extensio fit in correctoriis,quando casus,licet sint diuersi;tamen sunt iidem in substantia, licet in accidentibus sis diuersitas.Castr.*cons.442. Pro declaratione.n.6.ver.*
34 *negat nunc respondere,vsque in fi.lib.1.*maxime *in fi.ver.concluditur*,vbi, quod statutum excludens fœminas dotatas stantibus masculis habet locum,siue masculi succedant, vt hæredes, siue vt successores vniuersales beneficio legis; quia eadem ratio militat, ne
74 masculi duplici onere grauentur.† Limita in materia fauorabili, vel ob publicam vtilitatem; quia fit extensio ad id, quod ex lata significatione continetur,item ex identitate rationis,Alex.*d.cons.*

190.Matutre.n.17.in fi.cum seq.ver.ad quintum.lib.2.& cons.171.n.7.&
8.lib.7.† Declara totam istam materiam,quod in correctoriis nũ- 75
quam fit extensio de casu ad casum;quia omissum semper habetur pro omisso,& ideo remanet in dispositio ne iuris communis, & istud est commune dictum,& nullam habet difficultatem; sed tamen quãdo dispositum in vno facit, quod idem sit dispositum in alio,tunc intrat extensio non vigore statuti corrigentis, sed vigore iuris communis sic disponentis in casu omisso; quia statutũ recipit passiuam interpretationem à iure communi, sic declarat Castillio.*cons.22.n.5.in fi.cum seq.ver.quibus nullatenus,vsque ad nu.15.*
Quod quidem. † Probat;quia ius commune disponit, quod tutela 76
deferatur secundum successionem vniuersalem; vnde si statutũ corrigit ius cõmune circa successionem vniuersalem, etiam censetur circa tutelam,propter passiuã interpretationem statuti corrigentis,illud corrigere. Item lex vult, quod omnia disposita in seruo habeant locum in filio,statutum corrigit ius cõmune in seruo;ergo & in filio;lex dicit,quod qui non potest testari, non possit codicillari;statutum corrigit,quod aliqui non testẽtur,& licet nihil dicat de codicillis;tamẽ censetur etiam corrigere quoad codicillos;cum id veniat ex iure communi ob passiuam interpretationem,ita Castillio *d.cons.22.n.9.& seq.*vbi late ponit alia similia.
† Declara;quia quando ratio est expressa in statuto,vel lege,quã- 77
tumcunque correctoria,vbi militat ratio expressa, militat etiam dispositio legis vel statuti,licet de illo casu nõ loquatur,& ista nõ est extensio,sed cõprehensio,quia sicut genus continet in se plures species;ita ratio generalis expressa cõtinet in se plures species casuum contingentium.Castr.plene *cons.83.Præsens casus.nu.2.lib.* 2.allegat gloss.in *clem.1.de electio.*super *ver.eligatur.*& alios,& in allegationibus,quæ procedunt *consil.276.lib.2.in fin.*quæ incipiunt, *Ex facto proponitur.*Castren.*cons.175.Casus præsens.col.4.circa fi. ver.& dum dicitur argumentum.lib.*1.plenius Abb.in eodem casu *cons.75.n.*
5.*& per tot.*maxime *n.7.lib.*1.Vide,*Ratio legis quid sit, & quando vnica habeatur pro expressa.Concl.30.cum Conc.ibi prox.seq.*† Extende, vt 78
procedat,etiam si ratio non sit expressa, quando vnica tantũ potest considerari,prout in statuto excludente fœminas, stantibus masculis;quia ratio vnica est, vt propter bonum publicum bona conseruentur in familia,& habetur pro expressa; quia est vnica, ideo si statutum loquatur, quod filius masculus excludat filiam, habebit locum,etiam si exeat neptis.Item habebit locum,si exeat nepos ex filio; quia excludet filiam; quia eadẽ est ratio expressa, nec est extensio,sed comprehensio.Castr.*d.cons.83.in princip.col.2.*
lib.2.& in allegationibus,quæ præcedunt *consil.276.lib.2.*incip.*Ex facto proponitur,in fi.*Abb.*d.cons.75.n.7.& seq.ver.nec est verum.ante n.*
*8.lib.1.*vbi,quod pariter dicitur interpretatio intensiua,& intrinseca ex mente non extensiua.† Restringe tamen, quãdo rationes 79
sunt species differentes,licet sint similes,prout fauor publicus, & fauor pius;quia licet sint similes;tamen sunt diuersæ speciei,ideo in *l final.C.de Sacrosanct.Eccles.*quæ loquitur de causa publica, & pia, si corrigat aliquid circa piam causam,non extenditur ad aliam, neque è contra;quia esset bene extensio.Castr.*d.cons.83.n.2.& 3.lib.*
2.vbi,quod sunt verba Baldi pulchra,& subtilia in *authent.quas actiones.C.d.tit.*& sic,quod dicitur ex maiori,vel simili ratione non fieri extensionẽ,est verum,ex eadem ratione;quia non fit extensio,quia non est extensio,sed comprehensio. Vide Cõclus. prox. seq. Vide , *Consuetudo exorbitans in vno quando extendatur ad aliud, vel non. Concl.860.*Vide,*Consuetudo ad hoc,vt valeat,quæ requirantur. Cõcl.795.*Vide,*Præscriptio quoad aliqua non se extendit quoad alia. Concl.* 540.Vide,*Statutum correctorium iuris stricte interpretatur.Concl.497.*

Extensio nõ fit in odiosis,& exorbitantib.Cõcl.665.

REGVLARITER † odiosa,& exorbitantia,seu ea,quæ sunt 1
stricti iuris,nõ extenduntur.*cap.edita,de reg.iur.in 6.*plenius in *cap.quæ à iure communi, eod.tit.*† Et procedit hæc regula,quod non 2
fiat extensio in exorbitantib⁹ de casu ad casum, etiam in materia fauorabili,etiam si sit maior ratio in vno casu,quam in alio. Rui. *cons.118.nu.10.lib.2.*† Limita;quia fit extensio ad personas, & ca- 3
sus non expressos, quando concedens, vel disponens etiam in illis casibus ita disposuisset,si de eis fuisset interrogatus, plene Alex.*cons.216.Nec arguends.col.pen.n.31.& seq.ver.ad octauum.lib.2.*† Li 4
mita,quado ratio est expressa;quia vbicunque militat eadem ratio,etiam fit extensio ad casus non expressos.Alex.*d.cõs.216.n.33.*
ver.secundo pro hoc.lib.2.† Extende maxime,quando extensio fit ad 5
ea,quæ sub lata significatione vocabuli comprehendũtur.Alex. *d.cons.216.n.34.vers.& potissime.lib.2.*vbi apost.in *ver.lata*, dat concord.† Limita;quia in iis,quæ sunt strictissime interpretanda, fit 6
extensio, quando si non fieret,resultaret absurdum.Alex.*d.consil.*

216.nu.37.vers.item respondeo.lib.2. vbi dicit, quod absurdum esset, quod Papa durius ageret cum Ecclesiis, & Ecclesiasticis, quam
7 cum secularibus. † Limita, quia fit extensio, vbicunque agitur de fauore publicæ vtilitatis. Alex.d.cons.216.n.38.ver.fit etiam extensio.
☞ lib.2. Vide Conclusiones prox. præced. Vide, *Exorbitans quando dicatur statutum. Concl.589.*

Extimatio (alias Æstimatio) multiplex quid sit, & habet plures effectus. Concl.666.

1 EXTIMATIO † est alicuius rei communis opinio de pretio,
2 seu valore. Cagnol.in l.2.C.de rescind.vend.n.232. † Et applicatur valor communis, & æstimatio communis ad bona tam mobilia, quam immobilia, ad iura, & actiones, propterea multiplex est æstimatio; quia fit ad plures effectus, & qualiter fiat, Vide plene
☞ Mascard.Concl.650. *Extimatio quid sit.* Vide plenius, *Valor rei quid*
3 *sit, & qualiter probetur.Concl.12.* † Aliquando æstimatio fit ad effectum, vt valor rerum æstimatarum sciri possit. Anch.cons.291.Super plurib.in fi.ver.apparet etiam.Boer.dec.327.n 10.ver.licet plura.vbi, quod fit in bonis, & pecunia quandoq; , vt sciatur, an crescat, vel
4 decrescat. † Aliquando fit æstimatio, vt faciat teneri eum, qui ipsa recipit ad æstimationem. Anchar.d.cons.291.in fi.ver.apparet etiam.
5 6 † Aliquando æstimatio facit venditionem. Vide *Concl.671.* † Et procedit in pecunia, & rebus dotalibus, & aliis datis in æstimationem, vel in dotem, prout si pater dotem daret filiæ, puta in mille scutis ad rationem tot librarum, vel Iuliorũ pro scuto, vel in prædio æstimato, seu pro certo pretio valurato. Boer.d.dec.327.n.10.
7 & seq. vbi latissime. † Extende in omni cõtractu habili ad translationem dominii, quia semper æstimatio facit vẽditionem. Rom.cons.314.In casu propositæ.col.2.ver.cæterum post. vbi apostill.in ver.emptionem. Soc.cons.56.Stantibus supradictis.n.6.& 7.lib.1. † In dubio,
8 quod æstimatio sit causa demonstrationis, non taxationis in moneta. Signor. & alii, quos citat Boer.d decis.327 n.3.ver.quoniam illa
9 æstimatio. & nu. 11. vbi allegat plures ita tenentes. † Contrarium, quod in dubio æstimatio censeatur facta, vt faciat emptionem.
*10 Boer.d.decis.327.nu.11. vbi dicit * communem. † Declara, quia licet æstimatio monetæ, vel rei in dubio faciat emptionem, veluti si dentur mille scuta in dotem auri valoris librarum quatuor, certe debetur æstimatio; sed secus est, si vltra æstimationem esset dictum, quod eadem scuta restituerentur. Boer.d.decis.327.nu.11.
11 *versic.vel certe dici potest.* † Aliquando æstimatio operatur non emptionem, sed custodiam tantum, quando non præcedit contractus habilis ad translationem dominii; quia tunc operatur maiorem obligationem custodis, nempe si obligatur ex lata culpa, tenetur ex leui, si tenebatur ex leui, tenebitur ex leuissima, & si tenebatur ex leuissima, tenebitur ex casu fortuito, pulchre Roman. cons.314.In casu propositæ.col.2.ver.cæterum.

Extimatio rei dubiæ, vel litigiosæ qualiter fiat. Concluſ.667.

1 EXTIMATIO † rei dubiæ, vel litigiosæ fieri debet considerata qualitate litis, & personarum. Bald.cons.67.Quia ex facto.
n.3.circa fi.vers.secundum est.lib.3. vbi, quod incerta quandoque ad minimam æstimationem rediguntur.

Extimatio nudæ proprietatis qualiter facienda. Concl.668.

1 NVDA † proprietas valet, & æstimari debet, quantũ emphyteutæ cõmuniter essent empturi proprietatẽ nudam, qui super hoc possent examinari, necesset testificatio singularis. Bald.
cons.103.Quæritur, qualiter.li.1. sequitur Bald. Alex. Striaticus in con-
2 silit.extra uag.ambitiosæ.de reb.eccl.non alie.n.57. † Adde tamen, quod nuda proprietas æstimatur pro tertia parte integræ proprietatis, & hoc quandoque de facto, sed non est iuridica æstimatio secundum Bald.d.cons.103.in fin.ver.quidam autem.lib.1. idem Striaticus d.
consilit.de reb.eccl.non alien.n.57. Vide Concluſ. prox. seq.

Extimatio emphyteusis qualiter facienda. Concluſ. 669.

1 EMPHYTEVSIS † valet, & æstimatur, quantum communiter vendi posset homini scienti eius conditionem, & subhastationes, quæ fiunt, indicant verũ valorem. Bald.cons.103.Quæritur,
2 qualiter, circa med.ver.emphyteusis autem.lib.1. † Differt autem valor rei liberæ a valore emphyteusis vsque ad tertiam generationem; quia minor fit æstimatio in tertia parte eius, quod res valet de tali emphyteusi, verbi gratia, res valet 90. si vendatur libera; si verò ad tertiam generationem, valebit 60. secundum vulgarem æstimationem. Bald.cons.133.Et quod dictus.lib.3.in fi. † Extende, vt idem 3
sit, quando æstimatio fieret de re ad vitam vnius; quia minus debet æstimari; quia sicut res diminuta in corpore, & sic pars valet minus, quam totum, sic etiam res diminuta ex tempore minus valet ad vnam vitã, quam ad duas, & sic de singulis. Bald.cons.161. *Quæritur de gabella.lib.4.* † Adde, quod si agatur ad læsionem con- 4
tractus emphyteutici, æstimatio fit hoc modo; quia si concessa est pro pensione correspõdente ad fructus, debet probari, quod communiter percipiebantur tot fructus tempore concessionis, quod locata fuissent tantum, &c. ita Cagnol.in l.2.n.203.& seq.C.de rescind.vend. † Sed pacta omnia, quæ sunt in contractu, sunt æsti- 5
manda, vt illa, quæ sunt ad fauorem domini, puta, quod emphyteuta teneatur expendere tantum in melioramentis, & quod libere deuoluantur ad dominum, ita Castr.cons.386.col.fin.& cons.
seq.lib.2. Vide, *Extimatio nudæ proprietatis. Concl prox.præc.* Vide, *Va-* ☞
lor rei augetur, & min. &c. Concl.15.

Extimatio an facienda ad totum, an ad partes singulas. Concl.670.

TOTVM † æstimari debet, vt quoddam totum ex partibus 1
collectum, non autem vt singulæ partes, nec habito respectu ad partes, quantum quælibet pars de se considerata valeret. C.commun.diuid.l.1. Oldrad.cons.235.Factum tale est, G.de sancto.in fin. *ver.quantum vero.*

Extimatio totius corporis attẽditur pro rata in qualibet parte. Concluſ. 671.

EXTIMATIO † facta de bonis emphyteuticis plurium dire- 1
ctorum dominorum tanquam de vno corpore, fertur, etiam si bona diuidantur per quotas ad ratam absque noua æstimatione singularum partium. Ideo si vnus ex dominis velit suam ratam pro se, potest retinere solura rata pretii æstimati emphyteutæ venditori. Oldrad.cons.34.in fin.ver.ad mediam.

Extimatio fundi fertilis qualiter fiat. Concluſ.

VIDE Mascard.Concluſ.651.*Extimatio fundi secundi.* vbi, quod fit habito respectu ad fructus, vt fructus viginti annorum faciant æstimationem, vbi limitat & declarat.

Extimatio facit venditionem, & quando secus. Concluſ. 672.

EXTIMATIO † rei traditæ in dotem regulariter facit vendi- 1
tionem, videlicet, quod res pro pretio, pro quo æstimatur, transeat in dominium mariti, *l.quoties.C.de iur.dot.* vbi Bart. & alii, & hoc procedit in dubio. Paris.cons.81.In præsenti.nu.10.vers.in qua difficultate.lib.3. Soci.Iun.cons.141.in pr.lib.1. & * communem dicit * Soc.cons.56.Stantib.supradictis.n.6.ver.septimus casus.lib.1. vbi distinguit septem casus, in quibus æstimatio facit, vel nõ venditionem. Aret.cons.84.n.1. Ruin.cons.137.in fin.lib.1. vbi dicit procedere in dubio, & quando est actum, quod pretium rei æstimatæ restituatur. Rom.cons.314.In casu proposito.col.2.ver.cæterum. vbi apostill.in *ver.emptionem.* † Extende, vt procedat, etiam si in diuisione inter 2
fratres facta est mentio, & cõfessio, quod Berta vxor alterius tradidit scuta centum in dotem, & propterea marito eius assignatur petia terræ æstimata; quia adueniente casu restitutionis mulier debet habere dotem in pecunia, prout soluit. Bart.cons.123. *Fatiñ*
sic se habet, in fin.lib.1. † Ratio est; quia occultatur contractus sem- 3
ptionis, & exprimitur contractus dotis, vel alterius qualitatis, cui æstimatio apponitur. Soc.d.cons.56.n.6.in fi.& 7.lib.1. † Amplia in 4
bonis mobilibus datis in dotem æstimatis, quia etiam si post æstimationem vxor consumat bona, nihilominus maritus tenetur reddere æstimationem. Castrens.in l.æstimata.ff.solut.matrim. Alex. ibi in addit. ad Bart.in ver.æstimatæ. Paris.cons.64.n.17.& seq. lib.4. † Declara; quia licet æstimatio rerum dotalium faciat em- 5
ptionem, ita vt marito cõpetat actio ex empto; tamen vxori non competit actio ex vendito soluto matrimonio, & in hoc claudicat contractus. Bald.in l.cum dotem.n.3.ver.modo quærit.C.de iur.dot. † Amplia in omni cõtractu, de cuius natura est, quod dominium 6
possit transferri; quia in dubio, si nihil dictum est, æstimatio facit emptionem, & transit periculum in emptorem. Bart.in l.si vt certo. §.nunc videndum.col.2.in fi.ver.aut naturæ.ff.commod. † Extende de- 7
claratione in animalibus datis in socidam; quia æstimatio non facit venditionem propter naturam contractus societatis. Ias.in l.
ex conuentione.n.2.ver.tertio limita.C.de pact. & idem est in omni alio contractu, de cuius natura est, vt non transferatur dominium. 8
† Restringe; quia transit dominium in socios, ita q̃ facta traditio rei

fer socijs prædictis, & æstimatio habet vim venditionis. Socin. *consil.24.nu.34.ver.&quamuis allegetur,lib.1.* vbi probat ab absurdo; quia alias si res periret, periret domino, & non socijs. † Restringe, nisi natura contractus repugnaret, quod dominium non transferatur. Bart. *in d.l.si vt certo.§.nunc videndum,col.2.in fi.ver.quandoq; res traditur.* vbi, quod eo casu non transfertur dominium, neq; periculum, & exemplificat in commodato, locato, & deposito, ibi *colum.fin.ver.secundo casu.ff.commod.* Aret. *consil.84.num.1.* apostil. ad Cons. Dyni 1. *in ver.lex quoties. in fin.* vbi multos allegat. † Declara; quia in contractu societatis, in quo de sui natura est, quod socius in totum non sit dominus, quod æstimatio, & traditio facta socio non facit emptionem, neque transire dominium in totum, sed in parte. Bartol. *d.l.si vt certo.§.nunc viden.colum.fi.in princip.ver.quandoquidem.ff.commod.* Socin. *d consil.24.nu.18.ver.quoniam in dicta societ.lib.1.* 9 † Amplia, vt quod dictum est, æstimationem rei dotalis facere venditionem, vt dominium transeat in maritum, procedat, siue sit expresse actum; siue maritus promiserit restituere dictam rem extimatã, vel æstimationem; quia electio est debitoris, siue nihil sit dictum; quia in dubio æstimatio facit semper venditionem. Bald. *in l.quoties,n.3.in fin.ver.aut actum est,& n.4.vsque in fin.C.de iur. dot.* & idem, quod in dubio æstimatio faciat venditionem rei dotalis, plene Paris. *consil.81.In præsenti,num.10.ver.in qua difficultate, lib.3.* vbi alios allegat. Socin. *consil.56.num.5.ver.quintus casus, lib.1.* 11 Extende, † vt procedat, etiam si fiat æstimatio per arbitros; quia censetur, vt faciat venditionem, & maxime in dote, & vniuersalibus, in quibus pretium succedit loco rei. Alexand. *consil.79.col.2. & per tot.ver.tamen hoc non obstante,lib.5.* vbi apost. *in ver. emptionem, lib.5.* vbi, quod perinde est, ac si æstimatio esset data in dotem. 13 Amplia † in animalibus, & bestiaminibus cuiuscumque qualitatis, quia si dantur æstimata in dotem, dominium transit in maritum, & periculum, prout in aliis bonis. Bald. *in l.si inter virum & vxor.ibi, species, vsque in fi.C.de iur.dot.* vbi etiam, quod facta æstimatione animalium cum pacto, quod reddantur, quod maritus teneatur, si potuit vendere cariori pretio, & non fecit hoc subminis- 14 trare. † Amplia, etiam si sit factum pactum, quod dicta dos restituatur soluto matrimonio; quia intelligitur de dote, videlicet de pretio æstimationis. Bald. *in d.l.quoties.C.de iur.dot.* quem sequi- 15 tur Soc. *d.cons.56.in fi.lib.1.* † Amplia in moneta; quia si dantur floreni in dotem simpliciter, debent restitui floreni, prout dati sunt; si vero floreni dantur extimati, puta valorem exprimendo ad rationem monetæ, potest reddi extimatio; quia facit venditionem. 16 Bald. *consil.213.Punctus quæstionis. lib.5.* † Amplia; quia extimatio facit venditionem, etiam si fiat nedum apartibus, sed per arbitros ex permissione partium; quia si datur res extimata pro ea extimatione, quam fecerint arbitri, statim facta extimatione intrat venditio pro eo pretio. Socin. *d.cons.56.nu.7.ver.&licet hic non videatur.* 17 *lib.1.* † Extende, vt procedat ampliatio, etiam si arbitri nunquam extimarent, vt quia vel non fuerunt electi, vel alias; quia adhuc si maritus fecit melioramenta, soluto matrimonio non restituet rem, sed pretium, & valorem illius temporis, quo fuit tradita, & conuenta extimatio; quia lex erat tunc certa de valore. Socin. *d. cons.56.num.7.ver.Imo fortius,lib.1.* vbi, quod ita fuit consultum, & 18 tenent moderni *in l.extimatæ.ff.solut.matrim.* † Amplia 19. modis 19 per Ioseph. Lud. *concl.1.de iur.dot.* † Amplia in nomine debitoris dato in dotem extimato. Bart. *in l.Mæuia.ff.solut.matri.* vbi, quod 20 facit venditionem, † Amplia, vt procedat etiam in dote data per patrem filiæ spuriæ in bonis extimatis; quia licet reuerti debeat patri dotanti, vel hæredibus patris; tamẽ intelligitur quoad extimationem, videlicet pretium, non quoad rem datam extimatam. Bero. *consil.163.num.39.& seq.lib.2.* Vide Mascard. *Concl.663.Extimatio an probet præsumptiue emptionem,* vbi ponit regulam affirmati- 21 uam, ampliat & limitat multis modis, vide eum. † Limita; quia si socer promittit genero mille in tot bonis, vel creditis; tunc maritus tenetur ad mille, non ad credita; quia mille sunt in obligatione, bona autem vel credita in facultate soluendi; ideo licet maritus cedendo iura non liberetur, quamuis non exegerit mille, nec credita; tamen tenentur hæredes mariti restituere mille, plene 22 Castr. *consil.470.per tot.lib.1.* † Limita, quando esset actum, quod res extimata reddatur, quia tunc extimatio nõ facit emptionem, *d.l.si inter virũ* vbi Bart. & alii. *C.de iur.dot.* Bald. *in d.l.quoties,n.2.ver. secundo appo.* vbi, quod tunc extimatio operatur, vt res reddatur in eadem bonitate extrinseca. *&num.3.C.de iur.dot.* Soc. *d.cons.56.ver. secundus casus,lib.1.* vbi loquitur, quando datur res extimata pacto, vt reddatur pro eodem prętio, & est *decis.Boer.327.num.11.vers.vel certe dici potest,* vbi, quod ita fuit iudicatum. Ruin. *cons.137.in fi.lib.1.* 23 Extende, † quando extimatio fit solum ad cognoscendum rei valorem, vt si postea damnificetur res, reddatur in eade bonitate. Ias. *in l.ex conuentione,num.2.in 1.limitat.C.de pact.* Socin. *consil.93, num.7.ver.præterea dici potest.& d.consil.56.n.2.& 3.ver.secundus casus, lib.1.* † Extende etiam, quando res datur extimata pacto, quod reddatur, si extat habita ratione augmenti, & diminutionis, si non extat, reddatur extimatio, & non facit emptionem. Socin. *d.cons.56.nu.4.ver.tertius casus,lib.1.* sequitur apost. ad *consil.1.Dyn. in ver.l.quoties.* † Extende primam limitationem, quando res datur extimata cum pacto, quod eadem res reddatur, & augmẽtum sit viri, & diminutio sit illius damno, quia non facit emptionem, prout nec quãdo simpliciter est facta extimatio cum pacto, quod eadem res reddatur. Soc. *d.cõs.56.n.4.ver.Quartus casus,lib.1.* sequitur apostill. ad *d.consil.1.* Dyni, *in ver.lex quoties.* † Extende, vt si est actum, quod res reddatur, debeat res restitui, etiam si inter plures hæredes aliqui conuenerint de quantitate; quia alii debẽt ratam suam rei restituere. Corn. *consil.15.in princip.lib.2.* † Limita, quando maritus, cui res traditur extimata, non esset soluendo; quia tunc res efficitur, & remanet nihilominus dotalis, nec transit dominium in maritum. Franc. Crem. *sing.19.incip.Habebis millies.* Ias. & Dec. *in l.ex cõuentione.C.de pact.* & alii, quos citat apost. ad Crem. Alexand. in additio. ad Barto. *in l.si inter virum & vxor.in ver.emptionem.C.de iur.dot.* Ias. *Instit.de actio.§.actionum,nu.84.ver.item diligentissime.* vbi multos pro hac parte allegat. Socin. Iun. *consil.141.n.13. lib.1.* Aretin. *consil.84.num.3.ver.ad idem facit.* † Contrarium tenet Couar. *in pract.quæst.c.28.n.8.* cum aliis, quos allegat Gabriel Surd. *in additio. ad singul.Cremen.19.* † Declara; quia in hoc conueniunt, quod extimatio non transfert dominiũ, quin mulier habeat vtilem rei vendicationem, non autem quod habeat directam. Marsil. *singul.691.Fundus dotalis,* & ita Surd. *in additio. ad d.sing. Crem.19.* † Limita, quando esset actum, quod dominium nõ transferatur; quia tunc extimatio non facit emptionem, sed solum transfert possessionem, & commodum possidendi. Bald. *in l.1.col.2.in fi.ver. sed quid si est actum,num.9.C.de iur.dot.* cuius dictum singulare refert Ias. *Instit.de actio.§.actionum.num.83.ver.& aduerte diligenter.* Alex. in additio. ad Bart. *in l.si inter.in ver.emptionem,in fi.C.de iur.dot.* † Limita, quãdo maritus recipit proprio nomine res extimatas datas in dotem, quia extimatio facit venditionẽ; secus si nomine vxoris reciat, etiam si adsit clausula, *ad habendum,&c.pro se,& suis hæredibus.* Oldr. *consil.245.n.6.ver.vnde leges.* † Limita; quando extimatio non esset certa; quia tunc non facit emptionem. Bart. *in d.l.si vt certo.§.nunc videndum,num.5.in fi.ver.vltimo scias.ff.commod.* † Limita, quando extimatio ex alia causa fieret; quia tunc causa limitat, & restringit; vnde si res tradita esset pro cautione; tunc extimatio operatur demonstrationem, vt sciatur pro quanto rem ipsam retineat. Paris. *consil.81.n.12.versic.prout etiam,lib.3.* vbi, quod si causa non est apta ad extimationem, non facit venditionem, Aretin. *consil.84.num.4.ver.pro cuius euidentia.* Socin. *consil.93.nu.7. ver.nec etiam obstat,lib.1.* † Extende, vt si extimatio fiat ad finem cognoscendi valorem; tunc non faciat emptionem. Ias. in *l.ex conuentione.C.de pact.* vel ad finem cognoscendi deteriorationem, & sic causa demonstrationis. Socin. *d.consil.93.num.7.versic.nec etiam obstat. lib 1.* † Extende, si fit ad finem cognoscendi, pro quanto rem ipsam extimatam retineat. Socin. *d.consil.93.num.7.ver.nec etiam.lib.1.* † Limita; quia extimatio rei dotalis datæ per socerum genero non facit æstimationem, quando apparet, quod res erat maioris valoris; quia non est verisimile, quod voluerit in casu soluti matrimonii potius habere hæredes generi, quã filiam suam. Oldr. *cons.245.ver.ad cuius intelligentiam,& n.6.ver.illud etiam non omitto,* vbi quod leges loquentes de extimatione intelliguntur de iusta, & vera. † Extende; quia si fiat pactum, quod res data in dotem extimata restituatur, vel pretium ad electionem mulieris non facit emptionem; imo si mulier soluto matrimonio teneret rem dotalem, censetur elegisse. Io. de Imol. *cons.73.n.5.& seq.* † Extende, vt quandocunq; extimatio non sit correspõdens, vt quia res plus valet, extimatio non facit emptionem, sed dem õstrationem; & cautionem, à quocunq; facta fuerit. Paris. *d.cons.81.n.10.in fi.ver.tamen rectius.& n.11.lib.3.* vbi attestatur de *communi opinione, & alios allegat, & ꝙ intelligatur, quando extimatio correspõdet valori rei. Ias. in *l.ex conuentione,n.2.in 1.limitat.ver.intellige. C.de pact.* Soc. Iun. *cons.141.n.20.& seq.lib.1.* † Limita, quando in contrarium sunt coniecturæ; quia etiã ex tacita, & coniecturata mente extimatio non facit venditionem. Paris. *d.cons.81.n.16.ver.ex tacita enim.lib.3.* Aret. plene *cons.84.n.1.ver.super quo est dicendum.* Barb. *cons.119.n.15.lib.4.* Bald. *cons.293.Præmissis duobus,n.2.ver.nam quoties, lib.1.* Soc. Iun. *cons.118.n.16.lib.3.& cons.141.n.11.lib.1.* † Extende, vt si dubium est propter coniecturas hinc inde, attendatur, ꝙ magis expedit doti, ita videtur velle Corn. *cons.15.in fin.lib.2.* Bald. *d. cons. 293.nu.2.lib.1.* † Extende, vt coniectura sit sufficiens, quando il-

dedit rem extimatam in dotem, nõ tenebatur ex alio contractu dare, nisi in pignus; quia dando simpliciter extimatio non facit venditionem, sed ex titulo præambulo censetur facta. Alex. *consil.* 156. *lib.* 6. Aretin. *d. cons.* 84. *n.* 2. *ver. præterea.* vbi, quod contractus præcedens non nouatur, quando fundus erat dotalis, licet
41 fiat extimatio postea. † Limita; quia licet extimatio rei dotalis faciat venditionem; tamen illa extimatio non tollit rei vendicationem vtilem mulieri competentem, sed solum directam. Alex. in addit. ad Bart. *in l. si inter virum. ver. Item adde. C. de iur. dot.* Bald. *in l. in rebus. n.* 8. *ver. quinto nota. C. de iur. dot.* vbi declarat, quando non adsunt alia bona, & in discussione, & sic in subsidium, & nõ alias.
43 Socin. Iun. *d. cons.* 141. *n.* 13. *lib.* 1. † Limita, quando extimatio fieret ex interuallo post rei traditionem; quia tunc non facit emptionem. Iason ex mente Bald. & Salyc. *in d. l. ex conuentione. n.* 2. *vers.* 2. *limita. C. de pact.* & Aret. *d. consil.* 84. *n.* 2. *ver. præterea Bald.* vbi, quod non præsumuntur partes nouare contractum præcedentem ex extimatione Bald. *d. cons.* 293. *num.* 2. *ver. secundo queritur. lib.* 1. & est
*44 communis *opinio. Socin. Iun. *d. consil.* 141. *n.* 14. † Declara totam materiam extimationis, vt vbicumque extimatio facit venditionem in re dotali, rei dominium, seu res ipsa transeat cum omnibus oneribus, & obligationibus suis. Ias. *in d. l. ex conuentione. nu.* 3.
45 *v. secundo not. C. de pact.* † Limita, quia si dos est data in prædiis extimandis, & fiat promissio de restituenda dote, prout maritus habuit, & recepit, tunc bona ipsa sunt restituenda pari extimatione.
46 Corn. *consil.* 15. *per tot. lib.* 2. † Extende, vt imò extimatio de nouo debeat fieri soluto matrimonio, si res minus valeret, quam valuerit tempore primæ extimationis; quia illa verba, *dedit dotem in prædiis extimandis, & promisit restituere eodem modo, quo habuit*, intelliguntur, videlicet bona extimãda post solutum matrimonium, si magis expedit mulieri; quia in dubio pro dote, & ad eius fauorem fit interpretatio. Corn. *dict. consil.* 15. *per totum.* & maxime *n.* 6.
47 *vers. si autem dicta verba. vsque in fin. lib.* 2. † Limita, quando extimatio fieret solum causa demonstrationis, vt vel quantum res valeat, vel pro quanto retineatur. Socin. *cons.* 93. *num.* 7. *ver. nec etiam obstat.* quia omnis extimatio fit vel ad inducendam venditionem,
48 vel demonstrationem. Afflict. *decis.* 270. † Extende, vt præsumatur facta causa demonstrationis propter lucrum statuti, & donationis, quando in primo instrumento non est facta mentio de extimatione, in secundo sic; quia secundum censetur factum causa
49 demonstrationis. Bald. *d. consil.* 293. *num.* 2. *lib.* 1. † Limita, quando essent duo instrumenta contraria super eadem dote; vnum diceret de bonis non extimatis; secundum diceret de bonis extimatis; quia debent reduci ad concordiam, ne contradicant, prout in testibus, & ideo primum stabit firmum, & secundum intelligitur de extimatione, quæ non sit contraria, sed de compatibili, videlicet causa demonstrationis. Bald. *d. consil.* 293. *Præmissis duobus sta-*
50 *tutis, num.* 2. *lib.* 1. vbi est casus. † Extende idem, quando fuit conuentum, quod bona in dotem dentur inextimata, quia licet fiat extimatio, non tamen facit venditionem, sed solum vt cognoscatur, quantum valeant bona. Rui *cons.* 134. *col. pen. ver. nam cum prius.*
51 *lib.* 4. † Aliquando tamen extimatio fit non ad inducendam venditionem, sed potius valorem rei, vt si decrescat, cedat damno mariti, sed oportet, quod hoc constet. Alex. *cons.* 79. *col.* 2. *ver. circa*
52 *tertium. lib.* 5. † Limita 13. modis, de quibus Ioseph. de Ludo. *con-*
53 *clus.* 1. *de iur. dot. lib.* 3. *commun. opin. fol.* 462. † Limita, quia res data in dotem extimata, licet faciat venditionem, vt in casu soluti matrimonii debeatur extimatio, non res, tamen secus est, quando conuentum fuit, quod reddatur res, vel extimatio ad electionẽ mulieris; quia valet pactum, & si mulier soluto matrimonio retinuit
54 bona, censetur elegisse bona. Io. de Im. *cons.* 73. *n.* 5. *& seq.* † Extende, quia res dotalis extimata non facit emptionem, quando non est inter virum & vxorem, sed inter alios; quia quoad virum, & vxorem non facit emptionem. Io. de Ana. *cons.* 52. *In causa ista. n.* 3.
55 † Limita in vsufructu rerum mobilium, quæ vsu consumuntur; quia licet vsufructuarius teneatur dare cautionem, & extimationem facere mobilium; non tamen talis extimatio facit venditionem, vt teneatur vsufructuarius ad pretium, nisi specifice hoc dixerit; quia imo tenetur, si vult, ad restitutionem rei, & supplendam extimationem, si vsu fuit consumpta, & sic extimatio etiam non potest facere hoc casu venditionem, quia iam ex legato vsufructus rerum mobilium, quæ vsu consumuntur, erat translatum dominium in vsufructuarium. Alex. plene *cons.* 120. *Quia opportune. quasi per tot. lib.* 6. Vide Socin. *Reg.* 32. *Extimatio in dubio facta videtur, vt emptionem faciat.* limitat, quando ad alium finem. Vide Mascard. *Conclus.* 619. *Emptio quo pacto præsumatur, & probetur ab extimatione.* vbi ponit regulam affirmatiuam, & limitat quinque modis.

Extimationem non recipiunt multa. Concl. 673.

LIBERTAS † extimationem non continet; ideo non cadit 1
sub statuto rei extimabilis. Cum. *consil.* 98. *Stante dicto statuto. n.* 2. † Legitimatio spurii, vel naturalis non recipit extimationem; 2
ideo si statutum dicat, quod omnia instrumenta excedentia valorem, seu extimationem 30. librarum debeant registrari, alias non valeant, non comprehendit instrumentum legitimationis, quæ non recipit extimationem. Cuman. *d. cons.* 98. *per tot.* quod est subscriptum à Ioan. de Imol. Franc. Capitelista, Angel. de Perusio, Prosdocimo de Comitibus, & Paulo de Castro. † Patria 3
potestas inextimabilis res est. Cuma. *d. consil.* 98. *n.* 4. & est subscriptio Ioan. de Imol.

Extimatores, & periti qualiter eligantur, & referant. Conclus. 674.

EXTIMATORES † & periti possunt eligi à iudice, tam ex 1
officio, quam ad instantiam partis, vt vadant ad extimandum bona, & referant, & si sunt concordes, statur illis, si discordent, eligitur tertius. Vide, *Peritis in arte standum est. Conclus.* 286. Amplia; † quia iudex debet peritis præstare iuramentum de ex- 2
timatione ex bono, & æquo facienda, si sunt electi à solo iudice, requiritur citatio partis in relatione; secus si partes ratam habuerunt, vel fecerunt electionem. Vide plene Mascard. *Conclus.* 653. *Extimatio an possit probari per peritos.* vbi, quando possit impugnari, & reprobari.

Extimum (*alias* Æstimum) Communis, & extimi liber quando probet, vel non. Concl. 675.

LIBER † extimi probat possessionem eius, qui in extimo est 1
descriptus, & soluit secundum extimum. Bald. *cons.* 37. *Quidam Nerius in fi. ver. modo dubitatur. lib.* 5. *l. fin. C. de præd. nauicul. lib.* 11. quod procedit, vt infra, alio non possidente. Socin. *cons.* 89. *col.* 5. *lib.* 1. † Contrarium, quod non probet liber extimi, neque domi- 2
nium, neque possessionem, late Alexand. *cons.* 182. *Viso, lib.* 7. Soc. *cons.* 89. *lib.* 1. † Declara; quia possessionem probat catastrum quo- 3
ad consentientes, sed non quoad tertium, qui non consensit. Alexand. *consil.* 42. *Viso, & discusso. lib.* 2. *& consil.* 68. *Viso processu. & consil.* 81. *Lecto, & discusso. lib.* 3. *& consil.* 147. *Perspectis. col. fin. & consil.* 185. *colum. penult. lib.* 5. *& consil.* 57. *& consil.* 77. *lib.* 6. Ioan. Baptista de S. Seuer. *in l. admonendi. q.* 34. *ff. de iureiur.* in cip. *Sæpissime dubitatur.* vbi
*4 dicit *communem. † Declara, quia liber extimi, seu catastri probat possessionem, & dominium inter Commune descriptum, & descriptum, sed non in præiudicium tertii, *l rura. C. de omni agro deserto. lib.* 11. vbi Bart. & Angel. *in l. decem.* vbi * omnes, maxime Ias. * *ff. de verbor. oblig.* Socin. *dict. consil.* 89. *lib.* 1. † Bene verum est, quod 5
non potest negari, quin præsumatur pro possessione illius, qui dedit ad catastrum, gloss. & Bartol. *in d. l. fin. C. de præd. nauicul. lib.* 11. Castr. *in l. scriniarios. n.* 4. *C. de testam. milit.* & ideo cum oriatur præsumptio quoad omnes, si concurrant cum catastro defuncti, accatastrationes hæredum, qui continuarunt cum possessione probata per testes ipsorum hæredum, & concurrat tempus vltra 80. annorum, licet non simus in antiquis centum annorum, inducitur probatio etiam contra tertium, quod bona fuerint testatoris, & sint suppositæ fideicommisso, quia materia reducitur ad arbitrium iudicis. Alexand. *consil.* 4. *lib.* 2. Socin. *d. consil.* 89. *lib.* 1. & *cons.* 205. *lib.* 2. † Restringe, quia si maritus etiam viuente, & scientе v- 6
xore posuit bona vxoris ad proprium extimum, si mortua vxore constat, quod bona erant vxoris, maritus præsumitur iure familiaritatis possedisse, & iste titulus non impedit petitionem hæreditatis. Castrens. *consil.* 391. *In causa, quæ vertitur. colum.* 2. *nu.* 2. *& seq. lib.* 2. † Amplia, quia liber extimi probat dominium. Socin. *d. cons.* 7
89. *In causa agitata. lib.* 1. † Contrarium, quod non probet domi- 8
nium, Bald. per illum text. *in l. si pater. C. de actio. empt. & in l. quidam in suo. C. de condit. instit.* Alexand. *d. consil.* 182. *Viso. lib.* 7. Socin. *d. cons.* 89. *lib.* 1. † Declara, quia liber extimi licet non probet dominium, 9
tamen inducit talem præsumptionem, quod descriptus in extimo sit dominus, quando possidet, vt transferat onus probandi contrarium, vt habetur *in d. l. fin. C. de præd. nauicul. lib.* 11. Imol. *in l. decem. n.* 4. *ff. de verb. oblig.* vbi Ias. *n.* 36. Socin. *d. cons.* 89. *In causa. n.* 12. *lib.* 1. Castrens. & alii infra proxime. † Secus, si descriptus in extimo non possidet, sed alius, quia tunc allegatio extimi pro domi- 10
nio probando non sufficit, neque probat. Castrens. *in d. l. si pater. C. de action. empt.* Socin. *in l.* 1. *in princip. colum.* 7. *versicul. pro defensione*

Paul.

Paul. de Castro. ff. de acquir. poss. vbi dicit ita consuluisse, & obtinuisse, & est consil. 46. lib. 3. iuncto consil. 89. colum. 5. lib. 1. † Et quod liber extimi licet non probet dominium, vel proprietatem; tamen facit præsumptionem. Bald. consil. 37. in fin. lib. 5. † Extende, quod in tantum liber extimi præsumptiue probat dominium, & possessionem, vt bona reperta ad extimum alicuius præsumantur esse in bonis illius. Socin. consil. 46. lib. 3. † Restringe, quando alius reperitur possidere; quia non probat dominium, neque possessionem. Socin. consil. 89. colum. 5. volum. 1. & est ratio; quia magis præsumitur pro eo, qui possidet. Castrens. in l. si pater. Cod. de actio. empt. Rom. consil. 127. Alexand. cons. 147. lib. 5. † Contrarium, quod liber extimi non probet dominium, etiamsi descriptus possideat, nisi essemus in antiquis, tenet Socin. cons. 205. lib. 2. † Declara; quia imo ex eo solo, quod quis patitur rem suam poni ad extimum alterius, transfertur dominium in eum, qui est descriptus ad extimum sine alia traditione. Roman. singul. 433. Emo rem. & in consil. 590. nu. 7. Deci. consil. 20. n. 10. circa med. † Et idem erit, quando res fuit posita ad catastrum descientia eius, qui negat esse in dominio descripti; quia sibi nocet, ex quo sciuit, & tacuit; quia si non docet de possessione, aut de dominio alterius, extimi liber probat præsumptiue dominium, & possessionem p descripto in præiudicium eorum, qui sciuerunt descriptionem, vel fieri fecerunt, aut consenserunt. Bartol. in l. qua quisquam. ff. de acquir. ver domin. & in aura. C. de omni agro deserto, lib. 11. † Declara; quia liber extimi regulariter non probat dominium, neque possessionem, nisi appareat rem esse positam ad extimum de consensu ipsius domini, l. pater, & ibi Bald. C. de actio. empti, l. solemnibus, & ibi Bald. C. de rei vendicat. Bald. in l. quidam in suo. ff. de cond. instit. & in l. quo quisque, & ibi Bartol. ff. de acquir. rerum domin. † Amplia; quia liber extimi probat in præiudicium eius, qui fecit descriptionem ad librum extimi Bald. in l. solemnibus, in princip. C. de rei vendicat. quia quoad consentientes descriptioni probat, sed secus quoad alios, vt communem dicit Caccialup. in l. admonendi quæst. 34. incip. sapissime dubitatur ff. de iureiur. and. Fulgos. in consil. Curt. 34. Tenor consuetudinis Iason in l. decem. colum. 9. ff. de verb. oblig Socin. consil. 46. In causa magnifici, in 2. colum lib. 3. Alexand. consil. 92. lib. 2. & consil. 57. colum. penult. lib. 7. & consil. 36. col. 1. circa med. & consil. 147. in fine. lib. 5. Cravett. consil. 217. n. 8. Bartol. in l. rura. C. de omni agro deserto, lib. 11. Bartol. & Bald. in l. si pater. C. de act. empt. Alexand. consil. 81. Lecto. colum. fin. lib. 3. & consil. 9. Viso, lib. 4. Angel & Imol. in dict. l. decem ff. de verb. oblig. vbi Iason num. 36. vbi citat multa consilia Alexan. & idem Iason consil. 128. In quæstione, num. 3. lib. 1. Rom. consil. 275. in fin. Corn. consil. 165. lib. 3. Dec. in cap. cum causam, de probat. † Extende; quia extimum probat dominium in antiquis. Socin. consil. 205 lib. 2. † Extende; quia licet non probet dominium, neque possessionem; tamen facit præsumptionem, quod bona fuerint descripti. Deci. consil. 147. Alexand. consil. 68. lib. 3. Iason in dict leg. decem. ff. de verbor. obligation. Bald. in l. si pater, per illum text. C. de act. empt. † Extende, quando non apparet alius possessor, vel dominus; quia tunc probat dominium, & possessionem esse illius, sub cuius partita reperitur, ita Castrens. in l. si pater. C. de actio. empt. sequitur Socin. in l. 11. colum. 6 ff. de acquir. possess. requiritur tamen, quod appareant solutæ functiones, vt declarat Socin. dict. consil. 205. Difficultas, colum. 2. vers. sexto comprobatur, lib. 2. & Castrens. sequitur Socin. consil. 89. In causa agitata, num. 12. lib. 1. & consil. 46. lib. 3. & in l. 1. num. 27. ff. de acquir. poss. Paris. consil. 104. lib. 1. in fin. † Extende, quando extimum est conseruatum in archiuio publico, prout Florentiæ; quia probat præsumptiue, donec contrarium probetur. Bald. in l. censualis. Cod. de donat. & in l. solemnibus. Cod. de rei vendic. Alexand. dict. consil. 92. Viso, & discusso, lib. 2. Socin. tamen dict. consil. 205. lib. 2. intelligit procedere, quando sumus in factis antiquis, & liber est antiquus, & in publico loco à publicis personis custoditus, & vide Abb. in cap. cum causam, de probat. † Extende; quia licet extimum non probet in fauorem illius, qui aliquid facit describere ad sui fauorem; tamen probat, si aliquid confiteatur contra se, puta quia dicat se vendidisse alicui; quia licet ibi non adfit stipulatio; tamen probat contra confitentem. Iason in d. l. decem, colum 9. vers. extimum, siue regestum. ff. de verbor. obligat. † Extende; quia si conuenit possessio eius, qui est in extimo descriptus; tunc si non probat, facit saltem præsumptam probationem dominii. Paris. consil. 55. Primo dicendum, num. 21. lib. 1. † Imo, quod quando descriptus possidet, & alius non reperitur possidere, & sumus in factis antiquis, & liber extimi est antiquus, & conseruatus in archiuio publico, custoditus à publicis ministris, plene probet. Socin. consil. 205. per totum. lib. 2. Barbat. consil. 83. colum. fin. lib. 4. Vide Mascardum Conclus. 654 Extimatio rei. vbi, quod bene probat præsumptiue valorem, & extimationem rei accatastratæ. † Amplia; quia extimum probat ad fauorem Communis; quia eo ipso; quod bona sunt descripta in extimo; sunt obligata Communi pro oneribus, l. 1. Cod. in quib. caus. pign tacite contrah. vbi etiam glossa l. 1. in fin. Cod. si propter publicas pensit at. Bald. in l. 1. §. quod si nemo. in 4. colum. ff. quod cuiusque vniuer. nomin. Castrens. in l. apud Iulianum §. hæres. ff. de leg. 1. & ideo in quemcunque transeunt, transitus fit cum suo onere. Bartol. in l. rescripto. ff. ad municip. † Extende in tantum descriptum in extimo obligari Communi, vt si alienet bona personæ, quæ non sit soluendo, non debeat extrahi de extimo, alias ipse tenetur, per text. in authen. sed & periculum, & ibi Bald. & Salycet. Cod. sine cens. vel reliq. & in l. incola, in princip. ff. ad municip. Castren. in l. 2. Cod. sine censu, vel reliqu. & in l. si. negocium. C. de neg. gest. vbi dicunt, quod si quis alienat in Ecclesiam, cum ipsa non teneatur ad collectas imponendas de futuro, semper tenebitur venditor. Vide, Catastrum quid sit, & quid contineat, & an probet. Conclus. 128. Vide, Liber extimi & catastri, &c. Conclusio. 345. † Limita; quia extimum non probat dominium, neque possessionem contra tertium, qui reperitur possidere, text. in l. penult. ff. de acquir. rer. domin. & in l. si functiones, & ibi Bartolus C. de donatio. Bartolus & cæteri in l. solemnibus. Cod. de rei vendicat. Alexand. consil. 81. Viso, & discusso. in fi. lib. 3. & consil. 10. Viso processu, num. 4. lib. 4. Bald. consil. 1. Viso puncto, lib. 5. Socin. cons. 46. In causa magnifici, colum. 2. lib. 3. † Extende; quia non probat dominium, neque possessionem eius, qui describi se fecit in extimo, text. in dict. leg. si pater, & ibi Bald. & Salycet. C. de actio. empt. Baldus in l. quidam in suo, ff. de cond. instit. Alexand. consil. 10. Viso processu. lib. 4. Vide Mascard. Conclusio. 664. Extimi codex an probet dominium & possessionem. vbi pro negatiua, & affirmatiua citat plurimos, & declarat, quod probat, si emanatum fuit edictum in confectione, alias non, sed bene probat bona descripta obnoxia oneribus, vbi se ipsum citat in pluribus Conclusio.

Extimo & catastro grauati quomodo, & qualiter subleuentur. Concl. 676.

GRAVATI † in mensura, vel extimatione facta & descripta in libro extimi debent intra annum conqueri, & probata iusta mensura, vel extimatione, id quod est vltra modum, emendari debet. Baldus consil. 382. Ille, qui grauatur. lib. 3. Vide, Catastrorum reuisores, &c. Conclusio. 129. † Declara; quia non probatur grauamen ex vetustiori extimo; quia pro varietate temporum debet mutari extimatio communis. Bald. dict. consil. 382. in fin. lib. 3. Intellige, † nisi mutarentur proprietates extimatæ in extimo antiquo ad vnum corpus allibratæ, prout monasterio, vel patri in nouo extimo diuiderentur in duas partitas; quia si sunt vnitæ, non possunt diuidi, & probaretur grauamen in hoc ex antiquo extimo, si non probetur diuisio. Baldus consil. 205. In causa, qua vertitur, per totum. lib. 3. licet in fine dicat non esse grauamen, quando redditur ad idem. † Restringe, quod dicitur de lapsu anni in minoribus, & absentibus; quia etiam post annum audiuntur super grauamine. Baldus dict. consil. 382. lib. 3. † Adde, quod allibratio in extimo facta siue nouo, siue antiquo, probat; si tamen aliquis indebite oneratur, habet recursum ad superiorem. l. qui grauatos. Cod. de censit. & peræquat. lib. 11. Bald. d consil. 205. per totum. vbi loquitur, quid de allibratione bonorum Cleri, & Ecclesiarum sit faciendum. lib. 3.

Extinctum ius nõ reuiuiscit, & quãdo secus, Concl. 677.

IVS † succedendi semel extinctum amplius non reuiuiscit. Petr. de Anchar. consil. 38. Mortua dicta domina. num. 8. vsque in fin. vbi, quod non habetur in aliqua consideratione. † Amplia; quia lata prima sententia absolutoria liberatur fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo, etiam si postea sententia reuocaretur; quia semel extincta obligatio non reuiuiscit. Socin. Sen. consil. 91. per totum. maxime num. 10. lib. 4. † Idem est in substitutione semel extincta; quia non reuiuiscit. Deci. consil. 86. num. 41. & consil. 477. † Amplia; quia actio semel extincta amplius non potest suscitari. gloss. Institut. quibus modis tollitur obligatio. in ver. tollitur. l. quires suas. §. aream. ver. in perpetuum. ff. de solut. Iaf. in l. si domus. §. euictione. num. 16. ff. de leg. 1. † Extende in collatione beneficii nulla, & extincta; quia non reuiuiscit. Bellam. consilio 34. num. 23. † Extende maxime, quando extinctio fit ex voluntate eius, qui priuatur; secus si ex necessitate. Ancharanus consilio 404. num. 13. † Extende; quia priuilegium præscriptum, & collatio præscripta; quia non habuit effectum, non potest reuiuiscere. Cravett. cons. 322. num. 3.

vbi

8 vbi ponit plura exempla. † Extende; quia semel extincta actio de
dote per delegationem factam non reuiuiscit etiam in fauorem
dotis, etiam in subsidium, puta si delegatus esset effectus non sol-
uendo. Rom. *cons.* 46. *In causa Domina Camillæ. nu.* 3. *vers. item vltimo*
9 *non obstat.* † Amplia; quia si datur species pro pecunia in solutum;
quia æquiparatur emptioni, si euincitur, non reuiuiscit prima a-
ctio, sed datur actio vtilis ex empto. Bar. in *l. eleganter, in princip. ff. de*
pignor. actio. & in l. prædium. C. de euictio. plene Dec. *cons.* 449. *Visis duo-*
bus consiliis. num. 37. *& sequent.* Boer. *decis.* 337. *in princip.* vbi ponit li-
mitationes, & dat effectum; quia hypotheca anterior non reui-
uiscit propter nouationem. & de hoc est text. clar. in *d. l. eleganter,*
in princip. vbi Bald. post gloss. in *ver. pro soluto.* Alberic. Cuma. & alii
* omnes * vbi æquiparantur ista, si datio fit à parte, vel à iudice, aut
à Principe; quia factum iudicis est factum partis, & repetit Bart.
post gl. in *l libera. C. desent. & interloquit. omn. iud.* Angel. Bald. Salyc.
* Cum. Castrens. Corn. & alii, & hæc est communis * opinio. Alex.
* *cons.* 106. *Visis. num.* 19. *lib.* 5. & communem * dicit Surd. *decis.* 266.
Quæstio hæc. num. 3. *& per tot.* & concordat Negus. *de pignor. in* 6. *par.*
princip. memb. 1 *num.* 43. *ver. sed meo iudicio,* infra *num.* 33. *& seq.* † Am-
plia; quia creditor vendens iure creditoris bona sui debitoris iu-
dicialiter, non tenetur de euictione. *l periculum,* cum ibi not. per
gl. Bartol. & alios. *ff. de pignor. & in rub. C. creditorem euictionem pignor.*
non deb. & ponit pro regula Negus. *de pignor. in* 6. *par. princ. mem.* 1. *n.*
40. *& sequent.* vbi ampliat, & limitat sex modis, & nullo modo te-
netur regulariter; ideo extinguitur actio; si vero ipse vendit, & se
obligat de euictione, intrat difficultas, an extinguatur actio secú-
* dum Negus. ibi *n.* 42. *& sequent.* sed est communis * in contrarium.
11 † Declara, vt plenissime Castr. *cons.* 372. *lib.* 2 *per tot. Vise puncto,* vbi
distinguit; aut cessat causa de præterito, aut non impletur de fu-
turo; aut in transactione; aut in alio contractu; item si datur res
12 pro re, vel pro pretio, vide eum. † Et vt detur actio primæua in ca-
su euictionis; requiritur euictio sequuta per sententiam facta in-
timatione. Castr. *cons.* 306. *Visis, & ponderatis. col.* 3. *vers. attamen istis*
13 *non obstantibus. lib.* 1. † Limita, quia dispensatus ad beneficium cu-
ratum in minori ætate, etiam si intelligatur de primo, ita quod
cum primum obtinuit beneficium, expiret dispensatio, & dimit-
tendo illud non possit secundum assequi; tamen quãdo ex causa
necessaria legis, vel iudicis sine sui culpa compellitur dimittere,
dispensatio, quæ alias esset extincta, reuiuiscit. Anch. *consil.* 404.
14 *Tria dubia. nu.* 13. † Extende; quia istud est generale, quod quando
facto legis, vel iudicis ius de nouo quæsitũ tollitur, datur regres-
15 sus ad ius antiquum. Anch. *d. cons.* 404. *n.* 13. *in fi.* † Extende in da-
tione in solutum, seu adiudicatione; quia extinguitur actio, & si
res adiudicata euincatur, non agit ex prima qua extincta, sed ex no-
16 ua actione vtili. Alex. *cons.* 106. *Visis, in fin. n.* 19. *lib.* 5. *ver secundo prin-*
cipali. † Extende in actione data creditori, si extinguitur, à lege,
17 vel iudice datur ius ad antiquam actionem extinctam, quæ reui-
18 uiscit. Anchar. *d. cons.* 404. *num.* 14. † Extende in beneficio Princi-
pis facto Principis sublato; quia priuatus reuertitur ad ius extin-
19 ctum. Anchar. *d. cons.* 404. *n.* 14. † Extende in vulgari substitutio-
ne, quæ per aditionem hæreditatis extinguitur, si tamen hæres re-
stituitur aduersus aditionem factam, tũc vulgaris, quæ erat extin-
cta, reuiuiscit. Vide Mantuan. *sing.* 201. *Scitis, quod vulgaris.* † Limita
in rebº amotis causa diuortij; quia reintegrato matrimonio tolli-
tur; si tamen iterum diuertatur, prima actio reuiuiscit, & durat. *ff.*
rer. amot. l. si. coniuncta l. reintegrato. Floria. de S. Petro in 3 *quæst. in pr.*
n. 22. vbi ponit plura similia, in quibus medium non impedit ex-
20 trema coniungi, & extinctum, seu sublatum reuiuiscit. † Limita;
quia extinctum, & mortuum dicitur quandoque ex generatione,
seu propagatione viuere, prout in filio, qui licet sit nouum corpº,
& noua anima separata à patre; tamen quia per generationem
patet transmittit partem substantiæ suæ in filium, dicitur in filio
viuere, sic & in vite propaginata, quæ repetit à vetere substantiam
exsiccata radice veteris, dicitur in substantia viuere in propagina-
ta. Castr. qui plura cumulat *consil.* 164. *In præsenti causa. num.* 3. *lib.* 2.
21 † Extende, vt idem sit, quando vna actio transfertur, vel transit
in aliam; quia licet extinguatur; tamen adhuc remanet vina per
subrogationem. Castren. *d. consil.* 164 *nu* 3. *ver. videmus enim. lib.* 2.
22 † Limita in dote, quia speciale est, quod euicta re data in dotem,
licet alij agant de euictione, tamen mulier agit sua primæua a-
ctione de dote, quæ reintegratur. Alexand. *consil.* 106. *ad fin. lib.* 5.
Aretin. *consil* 160. Afflict. *decis.* 335. *Pro decisione. nu.* 18. plene Boer.
☞ *decis.* 337. *num.* 2. vbi, quod est speciale in dote. Vide, *Euictionem pas-*
23 *sus qualiter agat contra venditorem, vel obligatum. Concluſ.* 357. † Exten-
de nedum in dote, sed in multis casibus, quando datio in solu-
tum, puta rei feudalis est nulla. Affl. *d. decis.* 335. *in* 3. *dubio,* vbi Vtil.
24 *num.* 13. *& seq.* ponit alios casus similes. † Limita; quia euicta re
pro alio debito in solutum data agitur prima actione. *l. qui res. in*
princip. ff. de solutio. Bartol. *singul.* 39. † Contrarium tenet Alexand. 25
d. consil. 106. *Visis, in fin. n.* 19. *ver. secundo principali. lib.* 5. vbi, quod fa-
cta adiudicatione creditori habenti hypothecam, & personalem,
extinguitur vtraque actio, & si res adiudicata euincitur, non reui-
uiscit, sed oritur noua actio, quæ appellatur vtilis ex empto, & di-
cit communem, * & iterum Alexand. *consil.* 110. *in princip. & fin.* *
lib. 5. & Sur. *decis.* 266. *Quæstio hæc. num.* 3. *& per totum.* vbi de * com- *
muni. † Declarat apost. ad Alexand. *d. consil.* 106. *in fin. lib.* 5. quia si 26
adiudicatio est in pecunia, procedit contrarium; si in alia specie,
procedit limitatio. † Declarat Rota Romana, vt in decis. D. 27
Thomę de Tanis *dec.* 118. *Creditor habens.* vbi dicit, quod commu-
nis * opinio est pro contrario, sed limitatur quoad vtilem actio- *
nem, quæ reuiuiscit, non quoad directam, quando res aliena fuit
data in solutum. † Declarat plenissi. Negus. *de pign. in* 6. *par. princ.* 28
mem. 1. *num.* 42. *& seq. ver. septimo quæritur.* vbi, quod quando credi-
tor vẽdidit pignus, & se obligauit de euictione; quia res aliter vẽ-
di non poterat, vel vt vendat plus ad commodum debitoris, istis
casibus, donec potest res euinci, actio nõ extinguitur, sed suspen-
ditur, & dicit, quod alias ita consuluit, & Rui. tenuit contrarium,
& quod res deducta ad Decium, Decius terminauit ad fauorem
suum, excepto hoc; quia Decius dixit non posse agere creditorem
primæua actione, sed solum vtili actione ex empto, iuxta not. per
Bar. *in d. l. eleganter, in pr. ff. de pign. act. & in l si prædium. C. de euict.* sed
tamẽ Neg. ibi *ver sed meo iudicio,* impugnat Decium; quia dicit, q. dif- 4
ferunt, quod debitor det in solutum rem pro pecunia, & quod ita
loquitur Bartol. quia liberatur, & euicta agit creditor actione
vtili; aut creditor vendit pignus, & non liberatur, sed agit in casu
euictionis primæua actione; reddit rationem diuersitatis; quia
quando recipit creditor in solutum, debitor tenetur creditori de
euictione; secundo vero casu euictio competit emptori, non au-
tem creditori vendenti, sic vtilis † actio nõ potest creari, sed pri- 29
mæua, & iudicio meo ista est verbalis differẽtia; quia siue actio de
euictione competat creditori accipienti in solutum, siue empto-
ri ab ipso creditore, idem est; quia actio vtilis ex empto creata in
emente competit creditori restituenti pretium, quia tenetur ce-
dere, & pari passu illam exercebit contra primum debitorem, cu-
ius erat pignus, vel ex eo; quia vendens pignus se obligat, vt pro-
curator domini pignoris venditi, vt dicit Dec. cuius opinio * est *
verior, & est *consil.* 449. *Visis duobus. num.* 36. *& seq. ver. quia licet.* † Li- 30
mita, quando non agitur de solutione, sed agitur de confusione,
quia res mihi obligata deuenit ad me, & efficitur dominus; quia
res mea nõ potest mihi esse obligata; bene distinguitur, an ad me
pervenerit irreuocabiliter, & extinguitur hypotheca, aut reuoca-
biliter, puta per fideicommissum, vel alias ad tempus, vel etiam
quia euincitur; tunc est verum, quod reuiuiscit mea hypotheca;
quia non erat extincta. sed suspensa. *l. neque pignus, ff. de reg. iur.* & ibi
Dec. & alij, & ita procedunt not. *in l. ex sextante.* § *Latinus.* vbi Petr.
Cyn. Bart. & alij. *ff. de exceptio. rei iudic.* Afflict. *decis.* 8. & *decis.* 16. Ca-
pic. *decis.* 43. *cum simil.* quia est diuersa materia, de qua plene Ne-
gus. *tract. de pign in* 5. *par.* 1. *mem. n.* 52. *& seq. ver. & non obstat prædictis.*
† Limita; quia exclusio ad tempus per verbum, *donec,* videtur 31
tenere in suspenso. Bart. *in l. fin.* §. *quando in pendenti. ff. ad Tert.* & est
communis, & magis * communis. Rimin. Iun. *consil.* 249. *num.* 21. *
† Limita, quia licet, quando euictio sequitur, non redeat ad pri- 32
mam actionem, sed detur actio vtilis ex empto, tamen fallit, quã-
do datio in solutum fuit nulla, vel quando fuit expresse conuen-
tum, & alijs casibus not. per Afflict *decis.* 335. *in* 3. *dubio.* per Vtil. ibi
in addit. num. 13. *& seq.* vbi alios casus ponit, Boer. *decis.* 337. *n.* 1. & 2.
† Limita in adiudicatione iudiciali, vel in datione facta in solu- 33
tum aperte creditori, quæ licet extinguat actionẽ, prout solutio,
tamen si euincatur, potest creditor vel agere ex primæua actione,
vel ex secunda, prout magis sua interest. Bald. *cons.* 300. *Statuto ca-*
uetur, in princip. lib. 1. † Contrarium, quando datur in solutum pro 34
pretio, sed secus si pro specie, & ita distinguitur per gl. Bart. Bald.
Angel. & Salyc. Cuma. & omnes * *in l. libera. C. de sent. & interloq.* *
omn. iud. Vide supra in ampliatione, *num.* 9. † Extende; quia vtra, 35
quod est de iure communi, apponitur conditio, quod liceat cre-
ditori reuerti ad iura primæua, vt Bald. *in d. l. eleganter. ff. de pign. act.*
quæ prouisio abundat, & forte nocet, quia forte facit cessare alia
prouisionem legis, vt agat ex secunda, si magis expediret. † Ex- 36
tende, quia vbicunque est soluta sors principalis, si datur actio ac-
cessorij, prout in interesse debito officio iudicis, quãdo fuit facta
protestatio de consensu, vel alio casu, tunc semper durat actio,
quod sors principalis soluta potest peti, vt inseruiat accessorio, ita
Bart. & alii *in l. frater. ff. de eo, quod cer. loc.* plene laſ. *in l si domus.* §. *eui-*
ctione. n. 3. & clarius *n.* 15. *& seq. ff. de leg.* 1. † Declara; quia aut actio 37
extingui-

extinguitur ipso iure, & non reuiuiscit; aut extinguitur ope exceptionis, & tunc reuiuiscit. Castr. *in l. si res obligata. ff. de leg.* 1. exemplum, si soluat principalis debitor summã debitam, res clara est, quod ipso iure liberatur ipse, fideiussores, & pignus. *Institut. quibus mod. tollitur oblig. in prin.* Si vero soluat fideiussor; quia nomine suo potius soluit, quã nomine debitoris, & sic vigore mandati, quod habet, liberatur fideiussor soluens ipso iure, sed principalis, pro quo soluit, liberatur ope exceptionis, videlicet; quia si is, qui exegit, peteret ab eo principali, ope exceptionis tueri posset ex æquitate, ne bis exigat creditor; sed tamen actio quoad debitorem, & creditorem nõ est extincta ipso iure; quia potest cedi fideiussori, vt Castrens. Ias. & alij *in d. l. si res obligata. ff. de leg.* 1. & in simili Crau. *cons.* 201. *n.* 43. *& seq.* † Et in simili pulchre Castr. *cons.* 213. *Si dicta domina Ioanna, in fi. lib.* 1. vbi, quod magis de facili conceditur, quod quis renũciatur, qui fuit, quam quod detur prima natiuitas: ideo testimentum semel validum, si ex accidenti annullatur, magis de facili reuiuiscit, quam quod nullum ab initio reuiuiscat; quia nũquam reuiuiscit. † Declara secundo; quia si debitor, cui soluitur, sub conditione remanet obligatus, vt quia vendidit pignus debitoris, & est satisfactus, sed fuit coactus promittere de euictione, tunc sequuta euictione reuiuiscit actio, & isto casu potius dicatur cessare, quam extingui. Negus. *de pign. in* 1. *memb.* 6. *par. n.* 42 *& seq.* † Declara, vt per Crauett. *d. cons.* 201. *nu.* 43. *& seq.* vt procedat, quando extinctio est absoluta; secus, si conditionalis, vel in fauorem partium, vel potest reuocari. † Declara; quia actio semel extincta ex certa ratione, vel causa reuiuiscit cessante illa ratione, vel causa; exemplum; Imperator alienat rem tertio, quadriennalis præscriptio extinguit actionem competentem alteri prætendenti ius in re vendita; quia hoc est inductum, ne tertius molestetur, sed si res vendita reuertitur ad Imperatorem scientem esse alienam, reuiuiscit actio, quia cessat ratio, ne tertius emens molesteturAbb. *consil.* 3. *Nitar. num.* 8. *colum.* 14. *ver. nec obstat. iuncto fine illius quæst.* 17. *lib.* 2. † Vel declara; quia extinctum differt à suspenso; ideo si Rex habens vnicam filiam, quæ debet de iure admitti ad Regnum, instituat fratrem suum, ius filiæ non est extinctum, sed suspensum mortuo patre; ideo mortuo etiam patruo sine filijs succedet filia in Regno. Anch. *cons.* 339. *n.* 25. † Et ideo priuatio ad tempus, puta fœminarum, donec extiterint masculi, non extinguitur fœminarum, sed suspendit, vt per Bart. & alios *in l. fin. ff. ad Tertull.* Anch. *d. consil.* 339. *num.* 28. *& seq. ver. quarto, & vltimo.* † Et creditor recipiens pecunias data cautione de restituendo prioribus non extinguit ius suum & actionem suam, quia remanet in suspenso ab euentu restitutionis. *l. rescriptum. § fin. ff. de distractio pign.* Castr. *in l. si pignore. § si. nu.* 5. *ff. de pign. actio.* Negus. *d. tract. de pignor.* 1. *num.* 6. *partu. nu.* 43. *& seq.* Vide, *Actio extincta quando reuiuiscat, &c. Concl.* 116. Vide, *Transactione sublata quando agatur ex iure primæuo, vel non. Concluſ.* 357.

Extraneus quis dicatur, vel non. Concluſ. 678.

1 EXTRANEVS † dicitur, qui excluditur à succedendo ab agnatis, prout maritus. Signorol. *consil.* 236. *num.* 2. † Aliquando extraneus dicitur, qui non est in potestate ad differentiam sui. 2 Sign. *d. consil.* 236. *num.* 2. † Aliquando extraneus dicitur omnis, qui non nominatur in testamento. Signorol. *dict. consil.* 236 *num* 2. 3 Aliquando † extraneus dicitur, qui non est agnatus, neque cognatus. Sign. *d. consil.* 236. *num.* 2. & hoc modo secundum vulgi opinionem non esset extraneus coniunctus sanguine, vt ibi. † Extende, quia statutum dans formam testandi, vt habens agnatos non possit extraneis legare vltra tertiam bonorum, intelligitur de extraneo, non agnato. Signo. *d. consil.* 236. *per tot.* † Extende; quia fœminæ exclusæ à statuto stantibus agnatis, vel etiam filijs masculis, 4 dicuntur extraneæ. † Restringe, quia filia exclusa in eo, quod sibi relinquitur, non habetur pro extranea. Alexand. *cons.* 131 *lib.* 1. Ias. *consil.* 171. *colum penult. ver. non obstat lib.* 4. *& in l. si emancipati. nu.* 34. *ver. circa vero. C. de collat.* Iat. Tiraq. *in l. si vnquam, ver libertis. nu.* 78. *C. de reuoc. donat.* Cephal. *consil.* 479 *num.* 27. *lib.* 4. † Restringe, quia 5 statutum excludens filias fœminas, stantibus masculis, si permittit eis relinqui, non facit eas extraneas in eo, quod relinquitur. Castr. *consil.* 52. *colum. fin. in prince. lib.* 1. *& cons.* 287. *colum fi. ver. & si dicatur dictum legatum. lib.* 1. † Amplia, quia extraneus dicitur omnis, 6 qui non est descendens in materia substitutionis factæ, quæ aliquando non habet locum; quia extat persona dilecta testatori, quia debet esse descendens, & successibilis, alias dicitur extraneus. Alex. *cons.* 8. *Viso themate, in pr. ver. nec obstat. lib.* 1. plene Ruin. *cons.* 123. *num.* 6. *lib.* 3. Goz. *ad. consil.* 64. *num.* 15. quod declara, vt per Gabriel. *consil.* 121. *num.* 47. *& seq. lib.* 1.

Extrauagantium diuersarũ intellectus. Concl. 679.

EXTRAVAG. *Execrabilis. de præb.* non † habet locum in Præposito, vel Archidiacono, aut alio, qui sede Episcopali, vel Archiepiscopali vacante ex statuto gerit vices Episcopi, vel Archiepiscopi; quia dicuntur solum habere exercitium curæ, & ad tempus. Old. *cons.* 102. *Factum tale est, statutũ*; idem Old. latius *cons.* 227. *De toto. n.* 7. *& seq. ver. secundo quia dato. & n.* 9. *ver. tertia declaratio.* vbi, quod Papa declarauit non extendi ad Archipresbyteros Bituricen. ad vitam Episcopi creatos. † *Extrauag. Execrabilis.* reuocans omnes dispensationes ad plura incompatibilia non reuocat facultatem dispensandi, nec etiam dispensationes concessas alicui dignitati, vt à præpositore pauperi, cui ex priuilegio concessum est, quod præpositus aliud curatum habere possit. Oldr. *consil.* 152. *Factum tale est, in princ.* vbi, quod tollit omnes dispensationes personis factas, & ambitiosas. † *Extrauag. Execrabilis. in §. qui vero. iuncto §. quæ omnia & singula.* restringitur, vt non inducatur per eam reseruatio tam primi dimissi, quam secundi; quia ex hoc læderetur ius Episcoporum, & commune; vnde verba generalia restringuntur, vt tollatur absurdum, & vt intentio recta seruetur. Old. *d. cons.* 152. *ver. secundo quæritur.* † Non habet locum in officijs, neque in ijs, quæ non sunt dignitates Ecclesiasticæ, vel in curatis, sed habet locum in officio, quando consuetudo faceret, quod officium haberetur pro dignitate. Gemin. *consil.* 101. *in princ.* quod duplicatur *consil.* 140. † Et *d. extrauag.* non corrigit *c. si tibi concesso, de præb. in* 6. imo secundum illud. patitur expositionẽ, vt non habeat locum, nisi consequatur fructus secundi beneficij. Oldr. *d. consil.* 152. *ver. tertio quæritur.* † Et non habet locum in eo, qui habet plura beneficia curata in commendam, ex quo commẽdatarius exercet nomine alieno curam. Old. *d. cons.* 227. *n.* 7. *ver. & quicquid facit Vicesgerens.* † Emanauit *extrauag. execrab.* in additamentum *c. de multa.* & habet locum in dignitatibus non curatis. Gem. *d. cõs.* 101. *ver. ad secundum.* quod duplicatur *cons.* 140. † Execrabilis dicitur, qui habet possessionem secundi beneficii incompatibilis de facto pacificam, licet non habeat de iure pacificam. Gem. *d. cons.* 101. *vers. ad tertium*, quod duplicatur *consil.* 140. † *Extrauag. ad regimen, de præb.* quæ reseruat beneficia curialium, & officialium Rom. Cur. intelligitur, dummodo decedant per duas dietas prope curiam. Gem. *consil.* 92. *In causa Canon. in princ.* † Contrarium, quod procedat etiam vltra duas dietas, & vbique, Æneas de Falco. *tract. reseruæ. q.* 3. *princ. num.* 15. † *Extrauag. susceptiregiminis, de electio.* moderans consuetudines circa fructus beneficiorum habet locum etiam in fructibus præstimoniorum. Oldr. *consil.* 140. *In Eccles. Calagurrit. ver ad secundum.* † Item non tollit consuetudines, nisi quatenus verba *extrauag.* disponunt; quia circa alia non disposita consuetudines firmæ manent. Oldrad. *consil.* 220. *Supposita consuetudine. ver. dico per nouam constitutionem.* † *Extrauag. iniunctæ, de electio.* non habet locum, quando Papa committit alicui Ecclesiam cathedralem gubernandam, & sic in commendam; quia commendatarius non est Prælatus. Oldrad. *consil.* 179. *Quæritur, vtrum extrauag.* sequitur Cassad. *decis.* 32. *super reg n.* 6. *ver. tertio ad hoc.* † *Extrauag. super cathedram, de sepul.* declaratur per Oldr. *consil.* 225 *Grauamina*, vbi format, & soluit 14. q. super vltima parte, dum loquitur de sepultura; imo etiam super tota illa dispositione, quem vide, & circa q. 2. ibi, quod possint fratres deferre mortuum processionaliter ex parochia, contrarium tenuit *consil.* 82. pro quo vide *ver. Parochianus, Extrauag.* † *inter cunctas, de priuil.* quæ reuocat *extrauag. super cathedram*, & ipsa *extrauag. inter cunctas.* reuocatur per *clem. dudum, de sepul.* an habeat locum, si tempore *extrauag. inter cunctas*, fuerunt facta legata, videlicet quod quarta non debeatur, an è contra. Oldrad. *d. consil.* 225. *in fin.* dicit attendi tempus mortis testatoris, non conditi testamenti. † *Extrauag. cum Matthæus, de hæret.* habet locum in omni officiali Papæ deputato generaliter pro negocijs sedis Apostolicæ, prout sunt collectores, Nuncij, Gubernatores, & similes; secus de delegato ad vnam causam inter particulares; quia non est officialis. Oldrad. *consil. fin.* quod est subscriptum à multis Doctoribus post consilia Oldrad. Vide, *Officialis ciuitatis quis dicatur, & quis Officialis Papæ. Conclusione* 82. † Contrarium, & male tenet Nauarr. *consil.* 19. *lib.* 5. *titul. de sentent. excommun. tom.* 2. vbi, quod habet locum solum in perpetuo officiali, prout in Camerario, Cancellario, & similibus; alias dicit ipse absurdum esset, quod haberet locum in confessario, & alijs Papæ officialibus largo modo. † Et habet locum *extrauag.* prædicta, etiam si officiales Papæ non exciperent de ea; quia habet decretum irritans, quod ligat etiam ignorantes Oldr. *dict. consil. fin. in fin.* † *Extrauag. Vas electionis*, vnica, *de censib.* taxans procu-

procurationem visitationis, & subsidium charitatiuum, non fuit vsu recepta, & quod pœnæ appositæ in vno non sunt repetitæ in alio. Lap. *alleg.* 37 *per totam.*

Extrauagantes debent allegari, & produci, & quando secus. Concl. 680.

1 EXTRAVAGANTES † debent allegari, & produci; sicut statutum in alio foro, & sententia contra *extrauag.* lata nõ est ipso iure nulla, maxime, si non est producta Zab. *cons.* 71. *in fi.* Cast. *cons.* 2 278. *Ad primum respondetur, in pr. lib.* 2. † Amplia, quod lex, vel constitutio extrauagans allegata si negetur per partem, contra quam allegatur, debeat produci, & non producta non releuet; maxime, si est contra ius commune; quia est facti, & facta non præsumuntur, nisi probentur. Castr. *cons.* 135. *In causa desertionis, in pr. lib.* 2. Extende; † quia lex, vel cõstitutio extrauagans licet operetur idem, 3 quod lex inserta in volumine, quoad reuocationem legis antiquę etiam verbo tantum cancellatę; intelligitur tamen, si producatur in iudicio, prout alia iura producuntur. Castr. *d. cons.* 278. *in pr. lib.* 4 2. † Limita; quia extrauagans producta, si certum est, quod sit extrauagans, lex debet seruari, prout lex, in tantum, quod sententia lata contra talem extrauagantem producta erit nulla; sicu si esset lata cõtra legem. Rom. *cons.* 260 *In proposito. n.* 2. *ver aut certum est*, vbi plena apost. *in ver. nulla est.* dat conc. Vide, *Sententia lata contra ius, &c. Concl.* 141. † Extende, vt idem sit, quando extrauagans 5 non est producta, sed est notoria. apost. prædicta ad Rom. *d. cons.* 260. *in ver. nulla est.* vbi in fin. relatiue, quando dicatur notoria extrauagans. † Restringe, quando esset producta, & dubium, 6 an sit extrauagans, vel non; quia tunc non debet seruari, nisi consulto Principe, & sententia lata contra talem extrauagantem valet. Rom. *d. cons.* 260. *n.* 2. *ver. secundo quia*, vbi apost. *in ver. valida.* dat plurimos conc. † Restringe, quando non esset notoria, neque producta; quia sententia lata contra eam est valida. apost. ad Rom. *d. cons.* 260. *n.* 2. *in ver valida.* quæ citat plurimos, & dicit, quod ratio 7 est; quia probabilis est ignorantia extrauagantium, & quod proterea * communiter solent produci; quia si extrauagans non est notoria, debet allegari, & probari Alex. *cons.* 55 *Perspectus. n.* 28. *lib.* 4. quod est consilium insertum Barbatiæ. Vide *Lex cassans, & corrigens aliam legem operatur licet non fit inserta, &c. Concl.* 278. Vide, *Regulæ Cancellariæ quando incipiant ligare. Concl.* 96.

Extrauagans si negetur etiã producta, qualiter probetur esse bona. Concl. 681.

1 PROBATVR † extrauagans, si est inserta in volumine aliarum extrauagantium. Rom. *cons.* 260. *n.* 3. *ver. secundo quia.* vbi plenissima apost. *in ver. reperitur*, vbi dat conc. & similia de ciue præsumpro, qui reperitur inter ciues, licet etiam alleget contraria. † Ex- 2 tende idem, si in archiuio publico reperitur extracta, & conferuata. Rom. *d. cons.* 260. *n.* 3 *ver. primo quia*, vbi apost. *in ver. fidem facit.* † Regulæ Cancellariæ non sunt extrauagantes leges; quia Rom. 3 *d. cons.* 260. *n.* 4. *ver. nec præmissis refragatur.* vult, quod non attendatur confessio partis producentis regulam, quando constat, quod est extrauagans, & apost. ibi in *ver. refragatur.* dicit esse differentiam secundum aliquos; quia extrauagans ligat omnes, regula * Cancellariæ curiales expeditores; tamen dicit, quod * communis est in contrarium, exceptis aliquibus casibus.

Extrauagantes canonicæ allegatæ quæ non habentur. Concl. 682.

1 FEDER. † de Sen. *cons.* 25. *in princ.* allegat *extrauagan.* Benedicti in materia promotionis regularium, & ponit principium ea- 2 rum, quæ non habentur hodie. † *Cons.* 136. *in vrin.* allegat constitutionem Benedicti nouissimam sub *rubr. de Monachis ad beneficia mit-* 3 *tendis*, quæ non habetur. † Card. Zab. *cons.* 71. *in fi.* allegat *extrauag.* Monachorum nigrorum, sed quod non obligat, nisi allegetur, & probetur.

Extremum primum plene probari debet, & quãdo, & ex quibus dicatur probatũ, vel nõ. Concl. 683.

1 REGVLA; quia † probatio primi extremi debet esse plena, late Alex. *cons.* 139. *n.* 14. *lib.* 6. vbi apost. *in ver plene*, allegat prouraque parte, & dicit hanc veram, quam magis * communem dicit * Alex. *cõs.* 187. *in fi. lib.* 7. prout etiam magis * communem dicit Menoch. *de adipiscend. in* 4. *remed. q.* 79. *n.* 678. Bald. *cõs.* 68. *circa si. ver. videndum ergo. lib.* 3. Vide concord. *in ver. spoliatus qua probare debeat vt obtineat. Conclus.* 372. † Contrarium, quod imo sufficiat semiple- 2 na probatio primi extremi. Mathesil. *sing.* 2. vbi apost. *n.* 5. dicit * omnes ita tenere, & ad hoc allegat Curt. Sen. *in l. admonendi. ff. de iureiur.* dicentem omnes * hanc tenere, vbi Ias. Curt. Iun. & alii. Mar- * sil. *in l. de minore. §. tormenta. n.* 60. *ff. de quæstio. & sing.* 433. *& sing.* 620. Dec. *in l. fin. C de Carbo. edict. & cons.* 663. Afflict. *decis.* 364. Alex. *cõs.* 91. *In causa & lite. n.* 2. *ver plus dico. lib.* 5. Vide, *Possessorij causa dicitur modici præiudicij. Cõcl.* 445. † Declara; quia prima opinio procedit, 3 quando probatio actoris elideretur, vel debilitaretur contraria probatione rei, alias forte secus; quoniam non esset aliquid probatum per reum, & ita fuit distinctum alias in causa Vallis balnei. † Amplia; quia extremum primum, videlicet possessio eius, qui a- 4 git spolio, non probatur ex traditione clauium Hospitalis sibi facta ap præceptore solo, quando Hospitale possidebatur ab ipso tradente claues, & ab aliis sacerdotibus, qui non consenserunt suæ traditioni; quia cum solus non posset idere, nec etiam solus possessionem tradere potuit; quia nemo dat, quod non habet. Oldr. *cons.* 209. *In causa Hospitalis, in pr. n.* 2 *ver. cir. quod.* † Amplia, etiam si 5 testes deponerent; quod alii clerici erãt in possessione Hospitalis; licet non dicant, quod possidebant, & aliud sit possidere, aliud in possessione esse; quia paria sunt, si testes dicãt, quod erant in possessione, quousque doceatur de contrario. Ol. *d. cons.* 209. *n.* 4. *ver. secundum.* † Limita; quia primum extremum probatur per duos 6 venditores terreni contigui, qui dicunt, quod N. actor spoliatus tempore, quo ipsi vendiderunt bona in confinio cum dicto N. & quod possidebat A. emptor non voluit, quod pro confinio apponerent bona N. sed alia confinia existentia; quia probatur. & possessio N. & animus spoliandi in ipso A. dum recusauit in emptione, quod bona N. describerentur pro confinio. Alex. *cõs.* 91. *In causa & lite, in pr lib.* 5. † Limita; quia extremum primum probatur ex 7 eo solo, quod res est notoria in factis notabilibus; nam vasallus eiectus de castro insigni à domino, & spoliatus, non debet probare primum extremum per testes, quando factum est notorium. Bald. *cons.* 323 *Proponitur quod dominus, in pr. lib.* 2. † Limita, quia pri- 8 mum extremum in remedio *reintegranda* 3. *q.* 1. probatur per publicam vocem, & famam, quod Ecclesia possederit, vel res ejecta ad Ecclesiam. Pet. de Anchar. *cons.* 42. *Circa recuperandam.* maxime * *in fi.* vbi dicit * comm. & loquitur fauore Ecclesiæ.

Extremum secundum ex quibus probetur. Concl. 684.

SECVNDVM † extremum probatur eo ipso, quod possessor 1 recens non admittit primum possessorem; quia eo ipso spoliat. *Idem* 9 *de restitu spoliat.* Ancharan. *consil.* 248. *ad prædicta. num.* 4 *& sequen.* Crauet. *cons* 148. *in prin.* sequitur Roland. à Vall. *cons.* 6. *n.* 37. *& seq lib.* 2. Vide, *Spolio agi contra quos posit. Conclus* 376. † Ex denegatione igitur possessionis restituendæ causatur spolium. Crauet. *cõs.* 107. 2 *Antonius Cosseri. n.* 3. vbi dat concordan. & plenius *cons.* 140. *In causa spolij in pr.* Anch. *cons.* 248. *n.* 4. plene Roland. à Vall. *d. cons.* 6. *n.* 37. *lib.* 2. † Extende, etiam si dominus sit in fundo suo, & aduersatius 3 nihilominus detinet dominum inuitum. *l.* 1. *§.* 1. *& si ff de vi & vi armat.* Anch. *d. cons.* 248 *n* 4. † Extende, vt procedat, etiam si spolia- 4 tus sponte recessisset; quia reuersus si non admittitur ad suam possessionem, dicitur spoliari. Grauet. *d. cons.* 140 *in pr.* vbi extendit, etiam si esset possessor iniustus ipse spoliatus; quia debet restitui, etiam si à iudice, vel Principe esset spoliatus, Rol. à Val. *d. cons.* 6. *n.* 38 *lib.* 2. † Imo antequã conueniatur in petitorio, debet stare 5 in possessione per tantum tempus, quantum fuit ipse spoliatus. Crauet. *d. cons.* 140. *nu.* 3. Rol. à Val. *d. cons.* 6. *in fi. lib.* 2. † Extende in 6 quasi possessione, vt si petens annuam præstationem sibi debitam, & conuentus neget, eo ipso dicitur spoliare quasi possessione. Crauet. *d. cons.* 140. *in pr.* Vide, *Spoliatus pensione debet restitui. Concl.* 389. † Extende etiam in spiritualibus, quia si vxor ex iusta causa 7 recessit à viro, & demum reuersa non admittatur à viro, dicitur eam spoliare quasi possessione matrimonii. Alex. *cons.* 78. *Piso diligenter. num.* 2. *lib.* 5. Roland. à Vall. *d. cons.* 6 *n.* 39. *lib.* 2. † Extende, et- 8 iam si spoliatus esset re mobili. & appositum esset sequestrum à iudice incompetenti nullum, vt in iustum. quia adhuc spoliator non excusatur. Anch. *d. cons.* 248. *num.* 4 *& seq* Socin. *cons.* 12. *nu.* 12. *lib.* 1. Crauet. *consil.* 302. *in pr.* † Restringe, quia si negat, donec 9 interpelletur, non spoliat. Ruin. *cons.* 165 *nu.* 4. *& seq. lib.* 5. sequitur Rolan. à Vall. *consil.* 6. *lib.* 2.

Extrema

Extrema habilia an, & quando coniungantur, vel non, si medium est inhabile. Concl. 685.

REGVLA † est, quod medium inhabile impedit extrema habilia posse coniungi. Castr. *cons.* 422. *Quod ista mater. nu.* 3. *ver. secundo sic, lib.* 1. vbi loquitur, quando extremum debet transire per medium inhabile. † Contraria regula, quando extrema sunt habilia, licet medium sit inhabile, non impeditur transitus de vno extremo ad aliud. *l. non solum, in prin. ff. de nou. oper. nunc.* Castr. *cons.* 422. *col.* 1. *in fi. ver. quarto ad idem lib.* 1. † Declara; quia prima regula procedit, quando extrema debent transire per medium inhabile; secunda, quando non transeunt per medium inhabile. Castrens. *d. cons.* 422. *col. penult. circa fin. ver. ad quartã. lib.* 1. † Amplia; quia quando extrema non sunt habilia, non iunguntur; & idem, si medio tempore alteri fuit ius quæsitum. Vide, *Ratificatio non trahitur retro multũ casibus. Concluſ.* 21. vbi amplia, & limita. † Declara, quando fuit ius quæsitum medio tempore effectu; sed secus, si ius esset quælitum spe; quia facilius impeditur ius quærendum, quam tollatur ius quæsitum. Florian. *q.* 3. *in* 2. *dub. n.* 30. † Amplia, quia quãdo ad perfectionẽ actus requirũtur duo, si antequam illa duo interueniant, actus cum tertio expediatur, licet postea primus actus perficiatur; tamen hæc perfectio non nocet medio, cum quo actus primo perfectus fuit, *l. quoties. C. de rei vend.* Florian. *in d.* 3. *q. in* 2. *dub. n.* 14. † Declara; quia ampliatio procedit in actibus, qui non retrotrahuntur per fictionem, alias secus. Florian. *d. q.* 3. *in* 2. *dub. in fi. n.* 34. *ver. item non obstat.* † Limita multis modis, & casibus, in quibus extrema habilia de se iungũtur, licet medium sit inhabile, quando illud medium fuit sublatum, vel non durauit. Florian. de S. Petr. *in d.* 3. *q. in* 1. *dub. n.* 22. vbi ponit diuersa exempla; quia oportet, quod medium impediens duret, & perseueret; quia vt ipse inquit ibi. *n.* 21. cessante impedimento cessat omnis effectus ab eo inductus.

Extrema omnia vitiosa. Concluſ. 686.

EXTREMA † omnia vitiosa. Io. de Capistrano *in Speculo conscientiæ, n.* 245. vbi multa, allegat illud Salomonis: *Extrema gaudij luctus occupat.* & alia exempla adducit *Prou. cap.* 14.

F.

FABRIANI STATVTA, CONSVETVdines, & priuilegia. Concl. 1.

FABRIANVM † est sub constitutionibus Marchiæ Anchonitanæ, Bald. *cons.* 101. *In Prouincia Anchonitana. lib.* 1 *per tot.* † Fabrianum nobile Castrum in Marchia appellat Bart. in *tract. de insign. & armis. n.* 12. *ver. exemplum in Marchia.* † Ligam fecit Dominus Fabriani cum Cõmuni Anconæ, Ciuitate Firmana, & Dominis Camerini, Matelicæ, & Montis Bodii anno 1389. Angel. *cons.* 269. *Punctus est, anno Domini.* † Fratres Prædicatores Fabriani habent Ecclesiam S. Luciæ dicti loci ex concessione Legati, & Episcopi Camerinen. quæ erat suppositia cuidã Abbati, qui non consenserat, sed postea consensit. Bald. *cons.* 282. *Factum tale est, Dominus. lib.* 1. † Statutum habet, quod minores 18. annis nõ possint alienare sine præsentia curatoris, & duorum proximiorum, alias contractus sit nullus. Bald. *consil.* 201. *in princ. lib.* 1. vbi per tot. declarat, tale statutum intelligi de proximioribus præsentibus, & non comprehendere matrem, nec absentes, & non habet locum in maiore 18. annis. † Statutum Fabriani dictans, quod Potestas in exequendis instrumentis debitorum ex contractu incipiat à præcepto, non habet locum, si debitum est ex sententia; quia est ex quasi contractu, & statutum est odiosum, nec debet extendi ad casum omissum. Angel. *consil.* 302. *Visis, & dilig. in princip.*

Fabri tractant fabrilia. Concl. 2.

LEGISTÆ † non ita bene intelligunt causas beneficiales, prout faciunt Canonistæ. Anch. *cons.* 297. *Efficacibus. n.* 16. † Et vbi agitur de materia iuramenti, vel canonica, præualere debet opinio Canonistarum Legistis; quia materia est de pertinentibus ad Canonistas; sicuti è conuerso, si tractaretur de materia legis ciuilis, prout est substitutio, fideicommissum, & similia; magis est standum Legistis. ita Socin. *cons.* 77. *In præsenti, in fin. lib.* 3. † Et in materia vsurarum standum est Canonistis, & non Legistis. Bart. *cons.* 128. *Franciscus. in fin. lib.* 1. † Imo quod in materia vsurarum magis stetur Canonistis, quam Theologis; quia ius Canonicum rendit adinterpretandum ius diuinum in pertinentibus ad moralem Philosophiam; Theologia vero quoad opera Christi. Dec. *consil.* 111. *num.* 6. Alexand. *cons.* 1. *n.* 10. *lib.* 2. † Et præsumptio oritur, quod actus gestus cum vno certi ministerii in illum actum gestus censeatur; vnde dans pecuniam mercatori simpliciter censetur dare in causam mercatoriam. *l. fin. ver. fin. C. ad Macedon.* Roman. *cons.* 520. *Circa propositam. num.* 2. † Idem est in pecunia data militi; quia censetur data in militarem causam. Roman. *d. consil.* 520. *num.* 2. Vide, *Peritis in arte standum est. Concluſione* 286.

Fabrica, & reparatio Ecclesiæ à quibus facienda. Concluſ. 3.

ECCLESIA † debet fabricari, & reparari ex redditibus Ecclesiæ; quia vna quarta est Prælati, alia Capituli, alia fabricę, & alia pauperum. *c. quatuor.* 11. *q.* 2. Vide, *Fructus beneficiorum quomodo, & quibus dispensandi. Concl.* 509. † Extende; quia imo, si Episcopus est diues, compellitur etiam vltra quartam partem ad fabricam Ecclesiæ. Abb. *q.* 3. incip. *Sempronius, in fin. ver. & aduerte. quod data possibilitate.* † Amplia, vt procedat, etiam si de consuetudine non fieret dicta partitio fructuum; quia adhuc Rector tanquam vsufructuarius tenetur reficere tecta, & alias reparationes facere. Bald. *cons.* 132. *Præsupposito. quod cathedralis, circa fin. ver. solut. lib.* 1. † Limita, quando fructus Ecclesiæ essent ita tenues, quod vix sufficerent pro victu Rectoris; quia parochiani tenentur ad fabricam, & refectionem Ecclesiæ, prout antiquitus tenebantur. Bald. *d. cons.* 132. *in fin. lib.* 1. Abb. *cons.* 70. *Videtur* 1. *n.* 2. *ver. præterea. lib.* 1. vbi, quod parochiani & Episcopus aliunde debent prouidere. Vide Concil. Tridentin. *sess.* 21. *c.* 7. *de reform.* † Et potest fieri statutum, quod fructus primi anni omnium beneficiorum vacantium applicentur fabricæ Ecclesiæ, quando subest necessitas. Abb. *in d. sua q.* 3. *Sempronius. col. pen. in fin. ver. eo autem.* † Et cõpelli possunt etiam Canonici ad contribuendum. Abb. *d. q.* 3. *in fin.* † Solent tamen in Tuscia deputari administratores fabricæ Ecclesię, qui vulgariter appellantur, *li operai.* id est, *operarij.* Ferret. *cons.* 141. *num.* 5. Vide, *Hospitalium magistri non habent titulum, & quid possint. Concluſ.* 169. † Et operarii operæ pauperum pariter deputantur, prout in Ecclesiis, vt per Abb. *cons.* 15. *Duo sunt. lib.* 2. vbi de operario pauperum instituto, & quid possit, & *nu.* 2. dicit, quod tales administratores, licet possint transigere super re dubia, non tamen super re certa; quia non possunt donare, neq; debitum remittere.

Fabulæ aliquæ à Doctoribus recitatæ. Concl. 4.

CONNELLA † bannitus à Duce Ferrariæ in capite, si pedem 1
mitteret in territorio suo, fecit se ducere super plaustrũ explanatum de terra territorii Veronæ, & comparuit coram Duce, dicens non ponere pedes super suo. apostill. ad Bart. *cons.* 135. *lib.* 1. *in ver. in manibus.*

Facere quæ liceat vnicuique in suo, vel non. Concluſio 5.

LICITVM † est vnicuiq; in suo facere, quod vult, dummodo nihil in alienum immittat. Oldrad. *cons.* 228. *in princ.* Item † dummodo dolose non faciat. Oldr. *d. cons* 228. *in princ.* & idem tenet Bald. *cons.* 72. *Ad euidentiam præmittendum. n.* 4. *ver. sunt & aliæ. lib.* 1. vbi, quod possum conducere aquas existentes in meo fundo ad irrigandum alium meum fundum, etiam si vicinus patiatur siccitatem: dummodo non faciam pro damno vicini, sed pro commoditate mea. † Ampliaet an prohibendo, ne alius ingrediatur in eo; quia mihi licet in meo prohibere. Oldr. *cons.* 82. incip. *An fratres. ver. nec videtur iniuriam.* † Amplia; quia quilibet in suo fundo potest facere aggeres, fossata, & repara-

tiones, per quæ muniatur ager ab aqua, ne detrimentum patiatur, vel inūdetur. l.1. C. de alluuio. l.1. & toto tit. de rip. munien. Cepoll. de seruit. rustic. præd. c.37. de agger. n.5. Paris. cons. 505. n.5. lib.1. † Extēde; quia multo magis potest antiquos aggeres reficere pro simili defensione agrorum suorum. l.1. §. deinde ait prætor. ff. de riuis. Paris. d. cons. 195. n.8. & seq. lib.1. † Extende; quia potest omne opus in suo facere, dummodo non faciat animo nocendi alteri. l.1. §. ijdem aiunt, vbi Bald. & Imol. ff. de aq. plu. arcend. † Extende, vt procedat, etiam si alteri noceat, quando non tenetur ex natura rei, vel iure seruitutis recipere; quia potest munire agrum suum, & non tenetur de aqua pluuia arcenda. l.3. §. idem Labeo, vbi Castr. ff. de aqua plu. arcend. vbi, quod totus ille titulus per illam legem limitatur. † Et idem est etiam, quando ex magnis, & insolitis inundationibus loca inferiora damnum sentire possent ex natura rei inferioris. l.1. §. deniq; ver. si tamen. ff. de aqua pluu. arcend. Rimin. Iun. cons. 86. n.9. lib.1. † Limita; quia imo in deriuationibus aquarum standum est vetustati. Bald. in tit. de pace Constant in princ. n.14. Barb. consil. 9. in princ. lib.1. & consil. 28. nu. 9. ver. & per consequens. lib. 4. Calc. cons. 56. n.7. & 8. & 10. late Iaſ. in l. quo minus. n.43. & n.93. ff. de flumin. † Extende; quia propterea non potest dominus diuertere aquas à solito decursu antiquo, & illas diuertere alio in præiudicium alterius. Cæpol. de seruit. rustic. prædio. c.4. & de seruitute aquæductus, n.26. & 47. & 71. & seq. † Limita, quando quis immitteret aquas in alieno. l. Atius. C. de seruit. & aqua, & est text. clarus in l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vendicet. † Extende; quia non licet facere aggeres in suo ad coercendum flumen, quod solitū est depopulari prædia sua, nisi ob maximam vtilitatem faciētis, & modicum damnum vicinorum. l.1. §. sunt autem, in fin ff. ne quid in flum. publico. ita Raynut. de Forliuio ibi, Cuman. in l.2. §. idem Labeo, il 2. in fin ff. de aqua plu arcend quem legit cum l.1. & alii proximis. sequentes in proxima extēsione, quæ est quasi eadem. † Extende, quando minus esset damnum vicini, quam vtilitas faciētis; quia tunc potest quis pro modica vtilitate inferre alteri magnum damnuū. l.1. ver. sed nē hoc quibusdam placet. ff. ne quid in flum. publ. l.1. §. Neratius ff. de aqua pluu. arcend. Bart. in l. quo minus. q.2. n.21. & ibi Iaſ. n.79. ff. de flum. Paris. cons. 105. n.25. lib.1. Franc. Marc. decis. 112. in princ. & 346. in fin. lib.2. † Ratio est; quia tunc præsumitur fieri ad æmulationem, & sicut alteri noceat. Franc. Marc. d. decis. 112. in princ. lib.2. † Extende, vt procedat, siue aquæ sint ex pluuia, siue ex decursu fluminis, vel mixtæ. Castren. in l.1. in princ. ff. de aqua plu. arcend. † Extende; quia etiam eleuatio aggerum vltra solitum non permittitur, quando ex tali eleuatione agri vltra flumen inundarentur. l. quod Principi, in fin ff. de aqua pluu. arcend. vbi Odofred. Cuman. & Imol. num.4. vbi glos. in ver. veniunt, subdit, quod expensis facientis sunt tollendi, si contra antiquum vsum, vel naturā loci sunt facti. † Ratio est; quia munire aggeres, & reparare non importat eleuationem. Lauren. Valla lib.5. c.71. Extende; † quia nihil est innouandum contra seruitutem constitutam, vel si potest nocere seruituti constitutæ. l. in summa. §. item Varus. ver. idem q. ff. de aqua pluu. arcend. Vide, *Edificare in suo cuilibet licet. Concl.36. & Concl. ibi præced.* Vide, *Rei sua quilibet est moderator, & arbiter. Concl.112.*

Facere qui potest aliquid propria authoritate, quando perdat authoritatem. Concluſ. 6.

1 CREDITOR † qui potest capere suum debitorem de fuga suspectum propria authoritate, & illum ad iudicem conducere, nec tunc causæ cognitio requiritur: si tamen adeat iudicem creditor etiam ex abundanti, & sine præiudicio, non poterit capere illum propria authoritate. Dd. in l. si ab arbitro. §.1. ff. quis satisd. 2 cogan. Castr. consil. 78. Super eo, quod. lib.1. † Extende; quia si adeat iudicem, tenetur seruare formam statuti, & iustificare incumbentia. Castr. d. consil. 78. lib.1. vbi loquitur in capto vigore represaliarum. † Dominus, qui potest emphyteutam non soluentem canonem propria authoritate expellere, si adeat iudicem pro expellendo, non poterit amplius propria authoritate expellere, nisi in specie sibi reseruet hanc facultatem. Iaſ. in l.2. n.106. & seq. maxime num.114. C. de iure emphyteut. Vide, *Emphyteutā quando* 4 *propria authoritate possit expelli. Concluſ.191.* † Et generaliter, qui potest aliquid facere propria auctoritate, si adeat iudicem, vt verbanius agit, non poterit postea redire propria auctoritate faciendo. Marant. in speculo part.6. in 8. Act. rubr. & producuntur scripturæ, num.31. plene Tiraquell. in tract. de constitut. part.1. num.37. vsque ad 5 num.41. † Restringe tamen secundum aliquos, quando is, qui potest aliquid propria auctoritate, adiret iudicem cum protestatione non sibi præiudicandi, quin propria auctoritate facere possit, vt plures citat Tiraquell. d. tract. de constit. part.1. num.42. Bero. consil.54. num.12. lib.3. Alexand. consil.130. num.15. ver. Quia respondeo, lib.4. † Amplia; quia id, quod possumus auctoritate 6 nostra, possumus etiam auctoritate Prætoris, vt in eo, qui propria auctoritate in meo aliquid fecit; quia possum propria auctoritate, & iudicis ministerio tollere. l. Quemadmodum. §.1. ff. ad l. Aquil. & etiam tradit Ripa in l. de pupillo. §. meminisse, num. 14. & 15. ff. de nou. oper. nunciat. † Sic nunciatio noui operis, quæ fieri potest pro- 7 pria auctoritate, etiam per ministerium iudicis fieri potest. d. l. de pupillo. §. meminisse. ff. de nou. oper. nunciat. † Sic spoliatus potest in- 8 continenti propria auctoritate recuperare suam possessionem; & tamen etiam potest mediante iudice restitui. l.1. §. qui autem, & §. non solum. ff. de vi, & vi armat. Vide, *Facultas faciendi aliquid alio inuito qualiter intelligatur. Concluſ.31.*

Faciens per alium, quando per se ipsum facere dicatur, vel non. Concluſ. 7.

QVI † per alium facit, per se ipsum facere dicitur. cap. Qui 1 per alium. de regul. iur. in sexto. † Amplia; quia si testator dat 2 facultatem eligendi, vel nominandi executorem, si eligit, vel nominat, testator dicitur eligere, vel nominare. Bartol. consil. 142. Constitut. Camerin. num.3. lib.1. vbi apostilla in ver. ex potestate, dat alia similia, an nominatus de mandato alterius dicatur nominatus à mandante, & in quæstio. 13. filium adultum, ver. cont. in fin. † Amplia; quia, quod facimus per nostros procuratores, per 3 nosmetipsos facere videmur. Roman. consil. 94. Visis ijs, num.3. ver. ea enim. † Extende maxime in ciuilibus, & necessario faci- 4 endis; quia qui facit per procuratorem, per se ipsum vere facit, ita Angel. Aretin. consil. 61. Clarum, quod, num.15. & seq. ver. quia respondeo, vbi allegat l.1. §. si procurator. ff. Quod quisque iuris. † Extende; 5 quia is, qui impetrat ius iniquum per procuratorem, debet pati illud ius contra se; quia dicitur ipse impetrasse. Angel. Aretin. d. consil. 61. num.18. † Amplia; quia si ad matrimonium filiæ 6 requiritur consensus patris, vel nō extante patre, duorum proximiorum sub pœna, & pater deputauit ad hoc executores, post mortem patris non requiritur consensus proximiorum, sed executorum; quia eorum consensus dicitur patris, licet sit mortuus. Abb. consil. 65. ad decisionem colum. fin. ver. venio ad quint. lib.2. † Amplia; quia mandans aliquid fieri, vel committens, dicitur 7 facere, etiam in materia statuti vetantis, vel permittentis aliquid fieri. Signorol. consil. 242. num.7. quod est Leonardi de Ceruis. † Contrarium dicit Signorol. consil. 245. num.10. vbi, quod est 8 * communis, sequitur à toto mundo, quod quando statutum * loquitur de faciente, non habet locum, si fiat per alium. † De- 9 clara; quia mandans fieri delictum nomine suo, vel ratum habens, dicitur facere, ita quod comprehendatur sub statuto pœnali, loquente de eo, qui facit, vel committit delictum, vt late Roman. consil. 105. Viso themate. num.2. & seq. ver. quoad secundum. vbi comprobat ex multis; primo per regulam, qui per alium facit; secundo, quia statuentes interrogati ita respondissent; tertio, quia, quando statutum est conforme iuri communi, trahitur ad casum fictum, prout ius commune; quarto, quia licet sit pœnale; tamen dicitur fauorabile propter vtilitatem publicam; ne delicta remaneant impunita, vbi plena apostilla in ver. Quemadmodum. † Contra hanc declarationem tenet de directo Ale- 10 xand. consil. 65. Visa quadam. per totum. lib.4. quod est Vincentii Palæotti, vbi ponit omnia argumenta declarationis primo loco, postea tuetur contrariam partem; quia non dicitur vere mandans facere, sed interpretatiue, & in statuto non admittitur interpretatio ad pœnam, quando statutū est contra ius commune, & rigorosum. † Declara; quia tota difficultas iudicio meo 11 consistit in hoc, an statutum dicatur contrarium iuri communi, an potius adiuuet ius commune; quia, quatenus sit contrarium iuri communi, non recipit interpretationem à iure communi; & statutum non extenditur ad casum non verum, etiam iubauditum: & in hoc præualet consilium Alexand. 65. quod est Vincentii Palæotti. Si vero statutum adiuuat ius commune, vt quia sit magis rigorosum; quia eo casu non dicitur detrahere, seu contrariari, sed adiuuare, & tunc intrant iura, & consilium Roman. 105. ver. quoad secundum. Dicitur autem adiuuare statutum, si pœnam auget, vel quod requirit declarationem à iure communi, per statutum mandatur ipso iure censeri factum, vel quid simile, ita Alexand. consil. 55. num.35. lib.4. † Extende; quia statutum imponēs 12 pœnam producenti aliquam exceptionem, licet non trahatur ad casum fictum, quando per procuratorem producit; tamen contra-

contrarium est verum; quia statutum debet intelligi, si produxerit per se ipsum, vel procuratorem, quando sumus in permissis, & quæ possunt per procuratorem fieri, & ita apostabi *in ver. per procuratorem*, allegat Rom. *d. cons.* 105. Et tunc principalis solus tenetur; quia persona mandantis sola inspicitur. Ang. Aret. *cons.* 61. *Clarum. n.* 19. † Si vero sumus in prohibitis, & quibus procurator non admittitur, seu mandatarius; & tunc mandatarius, & procurator tenetur ex sua persona, & etiam mandans. Bart. *cons.* 43. *n.* 3. *ver. Praterea illud. quod lib.* 1. † Declara; quia in mandato generali non venit, quod quis opponat exceptiones calumniosas, & id, per quod Dominus potest incidere in pœnam. Bart. *d. cons.* 43. *in fi. lib.* 1. & ideo Ang. *in l. Quid ergo. §.* 1. *ff. de ha, qui notant. in fam.* dicit, quod tanti procuratores faciunt, vt principalis ratificet, ne ipsi teneantur. † Contrarium supra *ver. extende.* sed reuera nō est contrarium; quia Rom. & Ang. supponunt mandatum sufficiēs. † Extende in numeratione; quia is, qui numerat Titio de mādato Seii præsentis, dicitur numerasse Seio, ac si ipsi numerasset; Idem etiam in materia testium, si vnus dicit, quod numerauit Seio; alter, quod Titio Seio præsente, & mandante, sunt contestes, & probant solutionem Seio factam; quia à parti procedunt in iuris intellectu, & effectu, & non discordant. Bart. *cons.* 19. *In quæstione, part. lib.* 2. † Declarat Alex. *d. cons.* 63. *lib.* 4. *n.* 13. & 17. quia si sumus in iis, quæ sunt permissa, vel de genere permissorum, faciēs per alium dicitur facere per seipsum; si vero sumus in prohibitis: tunc est verum, ꝙ faciens per alium dicitur facere per se ipsum, non vere, sed interpretatiue, seu ficte. † Ampliat in casu cōuerso; quia prohibitus accusare per se ipsum, prohibetur etiam per aliū quemcunque. Rom. *cons.* 152. *Præsens accusatio, in fin. n.* 4. & 5. † Extende; quia imo si familiaris prohibiti accusare accusat, censetur ex mādato domini prohibiti accusare. Rom. *d. cons.* 152. *n.* 4. † Amplia; quia si statutum prohibet mulierem, vel minorem posse alienare sine decreto iudicis, & interuentu duorum proximiorū & cum ista solemnitate constituit procuratorem ad alienādum bona, procurator in alienatione tenetur adhibere eandem solēnitatem, al as non valet. Paris. *consil.* 98. *num.* 37. & *seq.* & *cons.* 99. *n.* 47. & *seq. lib.* 1. vbi tollit contrarium, quod statutum non habet locum in casu ficto, & quod factum procuratoris dicitur per ficionem factum principalis; quia respondet, quod esset aperire viam fraudibus, & isto casu habet locum in casu ficto, quia est factum in consequentiam, & hanc partem tuetur apostil. ad Alex. *cons.* 189. *n.* 10. *lib.* 7. *in ver. ipse*, quæ citat concord. † Contrarium per plura Alex. *d. cons.* 189. *Viso statuto. n.* 10. & *seq. ver. sexto probatur. lib.* 7. vbi, quod factum per alium dicitur ficte factum per seipsum; & ideo non requiritur eadem solemnitas, cum semel interuenerit; quia statutum contra ius nō trahitur ad casum fictū. † Declara; quia si statutum loquitur in personam, quod nō possit mulier, vel minor alienare, procedit contrarium; si vero imp ersonaliter, vel in rem, procedit ampliatio. Alexand. *d. cons* 189. *num.* 11. & *num.* 14. *lib.* 7. & *num.* 17. dicit, quod attenditur consuetudo, & obseruantia loci. † Limita in iis, quæ requiunt seruitium personale actu, vt est residentia in beneficio ad effectum consequendi distributiones quotidianas; quia debetur pro seruitio personali proprio, non alieno. Cald. *cons.* 221. *num.* 2. *ver. desecundo. quod est vnicum. de cleric. non resid.* & est Ioan. Andr. & Ioan. Cald. † Extende idem in Prælato visitante per alium; quia non recipit procurationes, licet per alium possit visitare, sed emolumenta non habet, nisi visitet per se ipsum. *cap. si episcopus. de offic. ord. in lib.* 6. Calder. *d. consil.* 221. *in fin. ver. vnde si prælatus*, alias 1. *de cleric. non resid.* † Limita in iis, in quibus est electa industria personæ; quia per alium expediri, vel fieri non possunt. Vide, *Industria personæ quando dicatur electa, vt per alium fieri non possit. Conclus.* 105. † Limita; quia multa possumus per nosmetipsos, quæ non possumus per alios facere. Angel. Aretin. *consil.* 137. *Quoniam. nu.* 13. *ver. multo minus.* † Et est generalis regula, quod non possumus per nosmetipsos facere, nec etiam per alios facere possumus; quia nemo plus iuris in alium transfert, quam ipse habeat. Aretin. *dict. consil.* 137. *num.* 8. & *sequen.* & *per totum.* vbi, quod inquisitor, qui non habet cognitionem causarum ciuilium, nisi in consequentiam criminis, non potest alteri demandare, quod non potest per se ipsum exercere, vel facere.

Vide, *Exequutio facta, &c. Concluſ.* 478.

Facies quid sit, & quid importet. Concluſ. 8.

FACIES † hominis publica est, qua homo ab homine distinguitur, & ad similitudinē cœlestis pulchritudinis figuratur. *l. si quis in metallum. C. de pœn.* † Et ideo aliquid esse factum in facie Ecclesiæ dicitur, quando in Ecclesia publice cum solitis solēnitatibus fuit celebratum. Oldr. *cons.* 256. *in fin.* † Et patrimonium in eadem facie permanere dicitur, si palam remanet tale, quale prius. *l. tres tutores. §. vlt. ff. de admut. tut.* Oldrad. *d. cons.* 256. *in fin.* † Et homo ab homine per faciem cognoscitur; ideo testis bonā reddit rationem, si dicit cognouisse Titium; quia vidit eum in facie. Alex. *cons.* 183. *In causa, & lite. n.* 9. *ver. ideo testis ad probandum. num.* 6. † Facies hominis dicitur ad similitudinem Dei formata; ideo nō potest deturpari, vel signari per ministros iustitiæ. *d. l. si quis in metallum. C. de pœn.* † Et cōtinet facies totam frontem inclusiue, vsq; ad capillos. Bald. *in d. l. si quis in metallum. C. de pœn.* vbi apost. *in ver. facie.* allegat ibi Angel. dicentem, quod facies prætenditur distēsiue, vsque ad barbam inclusiue, vel exclusiue, & vsque ad capillos capitis exclusiue, ita quod tota frons est de facie, & ex transuerso, vsque ad aures inclusiue cum totis maxillis, & parte apparenti. † Ex aspectu faciei cognoscitur intimum cordis, an quis sit mœstus, vel lætus; quia facies, & vultus est quasi tacitus sermo cordis. Vide Masc. qui plura cumulat, *Concl.* 529. *Dolor cordis.* Vide etiam Daniel. *c.* 3. *Tunc Nabuchodonosor repletus est furore, & aspectus faciei illius immutatus est.*

Facilitas eadem quando censeatur in eodem actu, vel diuerso. Concl. 9.

MINOR † inductus ad contrahendum contra solēnitatem censetur eadem facilitate inductus ad iurandum. Abb. *consil.* 71. *Quinq; dubia. col.* 1. *in fin. lib.* 1. † Sic minor, qui cum iuramēto renunciauit successioni, licet renunciauerit exceptioni doli in factum, &c. præsumitur eadem facilitate. Bart. *cons.* 90. *dilecto Domino, in fin. lib.* 1. † Sic mulier renuncians Velleiano censetur eadē facilitate, qua contraxit. Abb. *cons.* 71. *n.* 2. † Sic confitens habuisse, & recepisse, & renuncians exceptioni nō numeratæ pecuniæ, censetur eadem facilitate. Bart. *in l. si ex causa. C. de non numer. pecu.* † Et in marito confitente dotē constante matrimonio; quia censetur animo donandi, & renunciatio exceptioni non numeratæ pecuniæ facta pariter est donatio. Alex. *cons.* 165. *Dubitatur n.* 9. *ver. item de cauſ. lib.* 6. † Sic renuncians exceptioni simulationis contractus censetur eadem facilitate, qua contrahit, facere. Abb. *d. cons.* 71. *col.* 2. *in princ. lib.* 1. Bart. *cons.* 65. *in fin. lib.* 1. † Sic constitutus in mortis articulo, qui confitetur pecunias per eum solutas Titio fuisse legitime solutas, & debitas, & quod fecit hanc confessionem ex certa scientia sanus mente, &c. & cum iuramento, præsumitur eadem facilitate, qua inductus fuit ad soluendum vsuras; ideo non valet, neque præiudicat; imo auget suspicionem vsurarum, de quibus constat ex præsumptionibus. Rom. *cons.* 520. *Circa propositum. n.* 12. *vers. tertio opponitur. & ver. qua ratione.* vbi apostill. *in ver. non probant.* † Sic in actu, vel confessione simulatis; quia confessio cum iuramēto nihil operatur ex causis præmissis; quia eadem facilitate. Rom. *cons.* 520. *n.* 13. vbi apost. *in ver. nō roborat.* † Sic in constituto, & aliis clausulis accessoriis ad contractum; quia annullato contractu annullantur clausulæ, & omnia accessoria; quia eadem facilitate omnia proueniunt. Vide, *Clausulæ exequutiuæ non ampliant dispositionem. imo non valent, nisi valeat dispositio principalis. Concluſ.* 312. † Si ille, qui per errorem se obligauit, vel soluit, licet subiungatur renunciatio condictioni indebiti, & sine causa, actioni in factum, & omni legum auxilio, censetur eadem facilitate, qua se obligauit, pariter eadem facilitate renunciasse; ideo non releuat. Alex. *cons.* 1. *n* 9. *ver. respondeo etiam potest. lib.* 6. † Sic etiam rusticus, qui in venditione fuit læsus vltra dimidiam, ex qua læsione præsumitur ignorasse iustum pretium; quia licet renunciauerit exceptioni doli, læsionis, deceptionis, & si non fuit certioratus, sibi non præiudicat; quia clausulæ de stylo apponuntur, & quia ex eadem ignorantia, & facilitate. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 2. & *seq. lib.* 6. † Sic faciens actum, vel contractū per metum, de quo constat, eadem facilitate asserit se sponte, non metu contraxisse. Franc. Aret. *cons.* 14. *Viso, & diligenter. n.* 16. *ver. & licet in præfatis instrum.* † Sic etiam confessio facta in tormētis ratificatur durante metu tormentorum, non valet in causa ciuili, quicquid sit in criminali, vbi Dd. controuertunt. Franc. Aret. *d. cons.* 14. *num* 16. † Limita, quando minor, vel mulier ex dolo fecerunt scientes; quia non præsumūtur eadem facilitate, sed ex dolo; nam minor sciens se minorem & iurans se maiorem, dicitur indo-

in dolo,ex quo scienter iurat cõtra veritatem, sic declarat Abb. *d.cons.71.n.6.ver.ex iis concluditur.lib.1.*secus inquit,si non constat, quod sciuerit.† Sic mulier,quæ cõtrahit non seruata solemnitate,si iurat sciens se nullos habere consanguineos, cum illos habeat, & sciat habere; quia si sciat,ad decipiendum facere præsumitur ex dolo;secus,si non constat sciuisse. Vide, *Minor si dicat se maiorem cum iuramento,à quibus excludatur.Conclus.243.* † Declara melius, vt per Castr.*cons.53. Visis actis.n.3.lib.2.* quia limitationes procedunt,si minor,& seu mulier sciebant,& is, cui iuratur, vel asseritur,ignorabat,sed si ipse etiam sciret, & participat de fraude, sibi imputet.† Sic in quocunq; alio donante supra summam 500.sine insinuatione; quia licet sit nulla in eo, quod est supra summam 500. si tamen fuit iurata donatio, & promissum non contrauenire,supplet iuramentum insinuationem,& nõ potest replicari,quod eadem facilitate iurauerit;quia in immẽsum donauit; quia ob reuerentiam iuramẽti hoc non admittitur. Alex. *consil.21.Attentis.num.11.in fi.ver.non obstat etiam,quod eadem facilitate.lib.3.*

Facilitas Principis ad veniam reprobatur. Conclus. 9. la 2.

PRINCIPIS† facilitas ad veniam, vel ad dispensationem in casibus prohibitis reprobatur;quia præbet incẽtiuum ad delinquendum.Fed.de Sen.*cons.275.n.2.in fi.ver.hinc est, quod incaute.* † Amplia; quia crescit multitudo peccantium, cum redimẽdi peccati spes veniæ datur,& facile itur ad culpas,vbi est venia ignoscentium gratia.Couar.*variar.resol.lib.2.c.9.num.2.* Vide, *Clementia commendatur in Principibus.Concl.373.*& quæ ibi relatiue habentur.

Facta non præsumuntur,nisi probentur. Concl.10.

FACTVM† non præsumitur,nisi probetur.*l.in bello.§.facta. ff.de cap.& postlimin.reuers.* melius probat text.*in l.1. C.de probat. l.assueratio.C.de non numer.pecun.cap.licet, de constit.in 6.* infinitos citat Masc.*Concluſ.732.Facta non præsumuntur.* † Et matrimonium non præsumitur,nisi probetur; quia est facti. Menoch.*cons.199.nu.2.* Birt.*cons.42.Visa inquisitione.n.2.lib.1.* Vide, *Matrimonium non præsumitur,nisi probetur.Concl.128.* † Et quis decessisse non præsumitur cum filiis,nisi probetur.Bart.Ang. Castr. & alii *in l.ex facto.§. si quis autem.ff.ad Treb.*communem * dicit Bart. *cons.42.col.2.in fin. lib.2.*Dec.*cons.652,n.7.* † Et dos non præsumitur legata ex testamento,nisi probetur;quia legatum est quid facti.Castr.*cons.134. n.2.lib.2.*† Et allegans consuetudinem, vel extrauagantem constitutionem, debet illam probare; quia est facti, & facta nõ præsumuntur,nisi probentur.Castr.*cons.135.in princ.lib.2.* † Et aditio hæreditatis non præsumitur, nisi probetur; quia est facti. Vide, *Aditio hæreditatis est quid facti,ideo debet probari.Concl.186.*vbi declaratur. † Et alienatio non præsumitur. Vide, *Alienatio non præsumitur,& quomodo procedat.Concl.269.* † Amplia multis modis etiam in facto antiquo;quia non præsumitur,& limita in consuetis fieri,& in accessoriis; Item,quando extant præsumptiones; Item, quando scriptura habet verba includentia factum ex necessitate,& ad hæc omnia.Vide Masc.*d.Concl.732 Facta non præsumũtur.* †Limita;quia facta multis casibus præsumũtur, quæ de iure debuerunt fieri. Vide plura exempla per Masc. *Concl.734. Factum an præsumatur,quod de iure erat faciendum.* Vide, *Factum dicitur,quod necessario debet fieri.Concl.20.*

Facta de facto etiam sunt reuocanda de facto, & quando secus. Concl.11.

FACTA † de facto sunt reuocanda de facto,iuxta not.*in l.1.§. nunciatio.ff.de nou.oper.nunc.c 1.vt lite pend.* vbi Ioan. Andr.& alii. Bald.*in l.si pacto,quo pœnam,in prin.C.de pact.* plene Alex.*cons.179.In causa & lite,in fi.lib.6.* † Declara; quia procedit conclusio in iis, quæ facta sunt non debito modo,& contra ius; secus, si ius permitrat.Castr.*cons.412.Visis punctis.col.2.in prin. vers.& ad quod dicitur.lib.2.* † Amplia, quia priuatus beneficio à Papa ob delictum sine citatione, & sic de facto,debet etiam de facto, & sine citatione restitui; quia Papa etiam successor potest sub conditione concedere restitutionem, videlic. si in priuatione non interuenit citatio.Gemin.*cons.53.n.4.ver.nec obstat.* † Amplia;quia in omnibus casibus, in quibus processum fuit ad missionem in possessionem lite non contestata, vel parte non citata; eodem modo potest missio reuocari sine litis contestatione & sine citatione.Roman.*cons.220.Circa primum,n.2.ver.iis tamen non refragantib.* Alex.*cons.5.in causa.n.4.lib.2.*vbi latissime, & apostill. *in ver.de facto,& consil.179.In causa & lite,in fin.*vbi loquitur in spoliato de facto.*lib.6.* Vide, *Contrariorum eadem disciplina.Concl.1013.* †Amplia in sententia nulla,& de facto lata;quia contrario imperio, & sic de facto debet reuocari.Gem.*d.cons.53.n.5.ver.pro hac parte.* †Declara in iudice ordinario; quia potest sententiam suam nullam in melius reformare,& mutare. Anch.*cons.67. Querela exposita,in princ.* † Amplia; quia accusatio instituta parte non vocata,tanquam nulla,pariter est reuocanda.*c.relatu.5.q.2.* Gem.*d.cons.53.n. 5.ver.& pro hoc text.optimus.*† Amplia in actione parte non vocata acquisita,& data;quia sine citatione venit reuocanda.*c.cum olim, de re iud.*Gemin.*d.cons.53.n.6.vers.ad idem.*†Extende in omni actu facto de facto,& sine citatione partis; quia de facto debet reuocari:nam sicuti fuit facilis in concedendo de facto; ita debet esse in reuocando.gl.*in l.minor.in princ.ff.de cuict.* Alex.*cons.5.lib.2.*vbi multa. Iaſ.*in d.l.si pacto,quo pœnam.* C.*de pact.* Cuman. *cons.146. col.2.*Roman.*cons.120.& cons.158.& cons.320.*& apostill.ad *consil. Rom.158.in ver.reuocari*, citat infinitos, & dicit * communem,vbi etiam allegat contradicentes,& dantes temperamentũ, sed hæc verior.† Amplia; quia possessio,seu executio sententiæ latæ instante filiofamilias sine consensu patris in iis, in quibus non poterat agere sine patre,est nulla,& tanquam de facto facta debet reuocari.Bald.*cons.193.In decidendo.lib.3.* † Amplia; quia si quis est carceratus vt suspectus de fuga ordine non seruato, puta non præstito iuramento,non liquidato credito, prout requirit statutum,captura est reuocanda. Bald. *consil.318. Ista captura,per tot.& cons.338.In causa incarcerati.& cons.374.lib.4.*vbi allegat,quod neque potest confirmari ex nouis;quia est interlocutoria. † Amplia; quia præcepta de facto facta, & sine causæ cognitione debent de facto reuocari.Marſ.*in prax.crim.n.34.*† Imo talia præcepta de facto facta resoluitur in vim simplicis citationis.Rip.*inl. de pupillo.§.meminisse.n.22.ff.de nou.oper.nunciat.* † Amplia;quia captura facta ex vna causa,puta ex mutuo, tanquam nulla debet reuocari,etiamsi creditor vellet probare aliã causam,puta quod ex depositio esset ereditor. Bald.*d.cons.318. & cons.338. circa prim. ver.tertio allegatur.lib.4.* Vide & declara, vt *nulluer gesta,quæ nõ pot sunt consensu partium conualidari. Concl.147.cum Concluſ.ibi prox.seq.* † Amplia; quia executio facta contra tertium possessorem non citatum vigore sententiæ latæ,contra bona hæreditaria,tanquã de facto facta, debet reuocari. Bald.*cons.257. Factum sic propõnitur.lib.4* † Extende; quia omnis tenuta data de facto, non citata parte,debet de facto reuocari.Rom.*cons.69.Viso quæstionis.nu.12. ver.tertio hanc immissionem,& cons.220.col.2.ver.vltimo aduertendum.* & plenius *cons.158.n.2.& seq.*vbi apostill.pleniſſ. Alex.*consil.5. In causa & lite.n.4.ver.item si probatum.lib.2.*vbi apostill. *in ver.de facto,* dat concord. Ægid.Bellam.*decis.664.* † Amplia; quia executores dati etiam ad pias causas in euentum mortis certæ personæ, & sic sub conditione ad exequendum, & distribuendum bona, si distribuant ante euentum conditionis, non valet distributio, tanquam de facto,& sine facultate, nec potest confirmari; licet eueniat conditio,ex quo deficit facultas à principio. Bald.*consil. 149.Hermanutius Lelli.lib.4.* †Amplia in executione facta, & cõpta ab ipsa executione facti,vel in vim sententiæ nullius,& iniustæ ex eisdem actis;quia si ordo iuris non est seruatus, & est data executio contra formam statuti,debet reuocari, prout processit de facto,Bald.*cons.274.Quia solam,per tot.*maxime *n.2.ver præmitto.lib.3.* † Amplia; quia captus de facto,& nemine citato debet relaxari de facto, & nemine citato. Cald.*cons.133.*alias 1.*de dilat.* Rom.*cons.320.Hæc istorum.n.4.ver.quo igitur ad secundum,& num.5.* vbi apost.citat Calder.vbi supra. † Amplia in casu cõtrario;quia sicuti facta de facto debent restitui in pristinum de facto; ita etiam demolita de facto debent restaurari; ideo si in loco differẽtiæ,& litis vna partium ædificat altera sciente, & non contradicente,si post factum ædificium altera pars, quæ à principio potuit prohibere,& non prohibuit,de facto demolita est;tenetur, & compellitur de facto reficere. Castrenſ.*cons.317.n.4.vers.circa tertium,lib.2.* †Contrarium;quia si constaret de debito, ita quod est de nouo captura concedenda; quia tunc non reuocatur,sed confirmari potest.Castrenſ.*consil.473. in fin. In causa captur.lib.1.* Negus.*de pignor.in 3 part.in 2.membro.num.23.*vide plene per Ruin. *cons.152.In causa vertente.nu.6.& seq.lib.4.* vbi ponit multa exẽpla, quod actus ex superuenienti iustificatione iuris de præterito validatur. † Extende; quia idem est in tenuta; quia licet nõ sit putandus aliquis possessione sua, nisi citetur, *cap. licet Episcopus, de præben.in 6.*cum aliis allegatis plene *in ver.Possessor beneficij non potest amoueri sine citatione.Concl.436.* tamen si iudex sine ordine, & sine citatione aliquem priuauit de facto; potest etiam eodem modo de facto restituere,plene Roman.*cons.320.Hæc istorum,n.4.& seq. vers.*

ve, ergo igitur ad secundum, vbi col. fin. tollit contrarium, quod non obstat, quod functus fuerit officio suo; quia potest, vt priuatus hoc faciat, & præsumitur fecisse eo modo, quo potest. † Declara, vt late put Aret. in §. quadrupli. Inst. de act. n. 46. vers. quæro, immissus fuit in possessionem. vbi, si possessio est data alicui non citato possessore, qui petat dictam tenutam contrario imperio reuocari. l. fin. C. si per vim, vel alio modo, & ex aduerso dicatur, quod si non esset data, esset tamen danda; ideo debet confirmari, l. 1. cum glos. C. ad Carbon. qui concludit ver. ex cuius dictis, quod si prima immissio citra ius, hoc est, ex causa iusta, & valida permissa a iure, & potest confirmari, aut ex causa iniusta, vt ex instrumento nullo, & non de iure, & non potest confirmari, & ponit ratio nem, & praxim circa hoc. † Negus. in tract. de pign. in 3. part. in 2. memb. in 10. q. 20. & seq. aut tenuta est data ordine non seruato, & nulliter a iudice, vel etiam a parte ex contractu nullo, & possidens habet hypothecatas bona, quæ possidet, & potest illa retinere, vigore hypothecæ, si dicta constat, vel incontinenti potest facere constare. Aut † tenuta est data ordine non seruato, & nulliter per iudicem; tamen ipse iudex iudicii, sed non citauit, vel non seruauit ordinem; & iuxta quidem executio fuit commissa, & facta per executores, & constat, quod esset de nouo facienda; tunc est confirmanda; si vero esset data per iudicem procedentem, tanquam priuatum, vel etiam tanquam iudicem; sed nulliter processit; quia nõ citato possessore, vel non seruato ordine; si quidem executio fuit facta etiã de licentia iudicis ab ipso immisso sine ministerio executorum, tunc ipse iudex mãdauit, competit restitutio, & facta de facto sunt reuocanda. etiãsi de nouo tenuta esset concedenda. Negus. de pign. in 3. part. in 2. memb. n. 23. † Declara; quia si iudex in sententia interlocutoria, quæ non potest iustificari ex noua causa, prout est captura suspecti de fuga, si nõ est iustificata, sed nulla, non potest confirmari; ita declarat Bald. cons. 318. n. 3. vers. nota tamen ergo, lib. 4. & latius cons. 334. in addit. quæ incipit, In Christi nomine. amen. vers. item captura, lib. 4. † Contrarium est verius, & est communis * opinio. Vide in verb. Fugæ suspectus quando nulliter capiatur, & sit relaxandus, vel non. Concluſ. 524. n. 33. & seq. vbi declarat. † Declara; quia tenuta data ei, qui tenebatur inuestire rem, validatur, si postea inuestitur, & continuat in possessione; quia dicitur de nouo capere. Ruin. plene cons. 132. maxime nu. 7. vers. secundo principaliter lib. 4. † Declara, quia multi sunt casus, in quibus nulliter factum confirmatur, prout executio commissa non; sed nulliter facta confirmatur; quia constat, quod debet fieri, & sententia nulla ex nouis probationibus confirmatur, & reformatur; & è conuerso multi sunt, in quibus fit reuocatio de facto, quando reuera de facto fuit processum. Quia si intrat factum merum, vt quia iudex nullo ordine iuris seruato fecit vt priuatus, spoliando, & fit reuocatio de facto, ita loquitur Rom. cons. 58. Circa articulum, n. 2. & seq. vbi plene apost. in ver. reuocari. tenet pro vtraq; parte, & dicit hanc * communem, quod fit reuocatio, quando de facto fuit factum; & ratio est; quia etiam spoliatus a iudice non in figura iudicii, ante omnia restitui debet, vt Rom. d. cons. 58. n. 6. v. tertio quia. vbi plena apost. in verb. inducẽ. Vide Appellatio a iudice restitui debet, & quando secus, Concluſ. 387. † Extende; quia tenuta nulliter data die feriata potest contrario imperio, & die feriata tanquam nulla reuocari, l. minor, in fin. 1. resp. Grat. † Gem. cons. 53. n. 6. ver. ad idem facit. † Extende; quia tenuta data contra certum possessorem, non facta probatione, neque mentione hypothecæ, tanquam super hypothecaria, contra absentem, tanquam de facto data, contrario imperio debet reuocari; quia tenuta super inepto libello lata reuocari debet de fr. Bald. cons. 329. Statuto ciuitatis. per tot. maxime, n. 2. v. Viso autẽ. † Extende; quia si tutor pupilli fundũ alienauit, postea fuit condemnatus in administratione pupilli, & fuit fundus pupilli declaratus; non tamen potest talis sententia exequi contra emptorem non citatum, etiamsi emptor fuit restis adhibitus in sententia contra tutorem lata; imo executio facta contra talem emptorem, tanquam de facto debet reuocari. Bald. cons. 149. Propositum. quod. lib. 3. † Restring; quia tenuta data legatario ante aditionem heredis pro re legata adeo est nulla, vt licet hæres adeat, hypothecaque conualescat; non tamen tenuta; ideo debet reuocari. Castr. cons. 33. Statutum Lucanum. in fin. lib. 1. † Amplia; quia tenuta data ex primo decreto in vim statuti Florentiæ super executione instrumenti non habentis executionem secundum statutum, tanquam nulla; est de facto reuocanda. Ang. cons. 253. Visis statutis. per tot. maxime, n. 3. vers. in fin. Castr. cons. 128. In causis appellationum. vers. secundo fuit nulla lib. 1. † Extende, vt idem sit, quando tenuta data contra hæreditatem iacentem; non dato prius curatore. Ang. d. cons. 253. in pr. † Extende, vt iudex de facto facta debeat de facto reuocare, etiã sine petitione, & multo magis ex petitione nulla, tempore incongruo facta. Castr. d. consil. 128. ver. secundo fuit nulla, lib. 1. † Extende idem in tenuta data contra pupillum possessorem non citatum; quia sicuti de facto processit, ita debet reuocari, nec potest confirmari; quia nulla est propter defectum solemnitatis, vel quando non esset de nouo concedẽda. Ioan. de Im. cons. 128. Visis & ponderatis. † Declara; quia licet tenuta ex primo decreto data nulliter non citato possessore, & super libello inepto sit de facto reuocanda; tamen tutius est citare partem ad videndum reuocari. Rom. cons. 69. n. 12. v. item sequitur. vbi apostill. in ver. tutius. † Contra declarationem apostilla ad Rom. cons. 158. n. 2. in ver. reuocari, vbi infinitos citat, & dicit * communem, quod debeat de facto reuocari; quia licet iniustus possessor sit citandus; tamen secus est, quãdo notorie constat, quod est iniustus. † Amplia; quia si iudex de facto, & non citata parte tradit possessionem alienam alteri, dicitur spoliare, & sicuti de facto abstulit; ita de facto restituere debet. Bald. in l. si pacto, quo pœnam. C. de pact. Alex. cons. 179. In causa, in fi. lib. 6. Vide, Possessor beneficij non potest amoueri sine citatione. Concl. 436. † Amplia; quia si in causa requirente sentẽtiam diffinitiuam iudex sine causæ cognitione incepit à præcepto, omnia sunt nulla, & tanquam de facto facta sunt reuocãda. Castr. cons. 183. In causa, quæ vertitur, in pr. lib. 1. † Amplia; quia sequestratio, vel recommẽdatio carcerati facta de facto sine iudice nihil releuat; & de facto reuocanda est. Anchar. cons. 340. Viso themate, in fin. † Extende etiam in criminali; quia si delinquens in vno territorio capiatur in alio territorio, in quo neque deliquit, neq; sortitur forum ratione originis, neque domicilii, si sunt sub diuerso Principe, debet restitui pristinę libertati; & sicuti de facto fuit captus, ita de facto debet relaxari. Castr. cons 309. per tot & cons. 315. lib. 2. vbi; quod etiam confessio delicti non nocet. † Limita; quia si res peruenit ad alium, licet contra eum, qui tradidit, si penes se haberet, de facto fieret reuocatio, non sic contra tertium, contra quem via iuris agẽdum est, vel interdicto vti possideris, vel alias per eũ, qui possidet ciuiliter, & naturaliter. Bald. cons. 362. Quãquam super prædicto, per tot. lib. 3. vbi, quod mulier missa in possessionem vtris nomine, quæ non possidet, sed custos est, si appareat non prægnans, licet possit expelli de facto; tamen secus est, si possessionis detentionem in alium transtulit. † Limita; quia ea, quæ facit iudex vigore præambulæ sententiæ, non reuocãtur de facto, etiam si iniuste facta reperiantur; quia iudex functus officio nõ reuocat de facto, maxime in delegato. Sign. cons. 15. In quæstione vertente, in pr. † Limita in nunciatione noui operis, quæ põt fieri sine iudice, & sine causæ cognitione, & efficit, quod nunciatus non potest procedere in opere, & si procedit, demolitur factum post nunciationem, tanquam de facto factum; ideo remedium fuit à iure inductum, vt fides iubeat de demoliendo, vel iudex sine cautione pronunciet cum causę cognitione. Castr. cons. 412. lib. 2. vbi, quod si iudex sine causæ cognitione remittit nunciationem sine fidei iussione, sententia, & remissio est nulla, & nõ intrat, quod sicuti de facto nunciauit, ita de facto remissa est nunciatio; quia ius permittit nunciari; igitur non fit de facto. † Limita; quia captura debitoris nulla; quia ordine non seruato facta, si tamen cõstat de debito, potest confirmari. Ias. in l. à diuo Pio, §. in venditione. n. 12. ff. de re iud. Paul. de Castr. cons. pen. in fin. lib. 1. & cons. fin. circa fin. vbi, quod valet captura debito non liquidato; quia fit, vt caueat, non vt soluat. † Limita; quia quod dicitur facta de facto esse reuocanda, intelligitur; quia iudex debet esse facilis in reuocando, sed tamen præuia citatione. Soc. cons 32. Ex ijs. ver. quantum enim. circa si. lib. 1. quem ad hoc citat, & sequitur apost. ad Castr. cons. 128. in ver. reuocari, lib. 1.

Facta antiqua sunt difficilia probatu, & quæ ad ipsorũ probationem sufficiant. Concl.

VIDE Masc. Concl. 733. Vide, Antiquitas habet priuilegia plura & operatur multa. Concl. 339. Vide, Probatio leuior admittitur in his, quæ sunt difficilis probationis. Concl. 792. n. 61. & seq.

Facta multa tenent, quæ fieri de nouo prohibentur. Concluſ. 12.

FACTA † multa tenent, quæ alias fieri prohiberentur. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alien. iur. cap. ad Apostolicam, de regular. Roman. consil. 215. Duo sunt. num. 5. vers. vltimo accedit. † Ergo - 2 uius est eiicere, quam de nouo non recipere. Anchar. consil. 204.

3 *Punctum vnius, n. 6. ver. plus est enim.* † Et regulam infallibilem dicit Bart. *in q. 1. Lucanæ ciuitatis, n. 12. in ver. è contra, in 2. argum.* quia semper quod factum dirimitur, multo magis fieri impeditur. † Turpius eiicitur, quam non admittitur hospes, *c. quemadmodum. de iureiur.* Alex. *cons.* 123. *n.* 20. *in fin. lib.* 4. *& cons.* 213. *Ponderatis, n.* 7. *ver.* 5 *accedit, quia turpius, lib.* 6. † Et facilius impeditur aliquid fieri ab initio, quam quod ex post facto tollatur. Rom. *consil.* 519. *In casu* 6 *propositæ consultationis, n.* 3. † Et pœna facilius impeditur committi, quam quod commissa possit tolli. Alex. *cons.* 14. *Viso. n.* 11. *lib.* 2. Et 7 † facilius impeditur ius quærendum, quam quod rollatur ius iam 8 quæsitum. Alex. *cons.* 196. *Visis, n.* 5. *lib.* 7. † Et ideo cœcus, qui non potest aspirare ad magistratum tanquam inhabilis, retinet magistratum, si postea cœcitas, & inhabilitas superuenit, postquam erat officialis, vel etiã postquam erat electus, seu imbussulatus, quando electio non expectabat aliam confirmationem, plene 9 Abb. *cons.* 47. *Videtur primo, per tot. lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam in electo ad dignitates Ecclesiasticas, quando electio non expectat confirmationem; quia si superuenit inhabilitas, non remouetur à dignitate, quando superuenit sine culpa sua; quia 10 afflictio non debet addi afflicto. Abb. *d. cons.* 47. *n.* 4. *lib.* 1. † Et inhabilitas superueniens circa actum consummatum nõ habetur in consideratione; quia facta multa tenent. Anch. *cons.* 404. *Tria* 11 *dubia, in fin. n.* 17. † Et factum legitimum retractari non debet, licet deueniat ad casum, à quo incipere non posset. Anch. *d. consil.* 12 404. *n.* 17. † Et mulier, & miles, qui non possunt esse procuratores; si tamen admittantur, valet processus. Fed. de Sen. *cons.* 293. *in fi.* & Oldr. *cons.* 130. *ver. ad secundum, n.* 8. vbi idem in criminali causa, quod procurator admitti non debeat, & admissus teneat, & multa similia ponit, idem in Monacho tenet Fed. de Sen. *consil.* 104 *n.* 4. vbi ponit diuersa exempla in monacho, quod valeant gesta ab eo procuratorio nomine, licet non possit esse procurator; & idem in clerico tenet Fed. de Sen. *consil.* 270. Idem in excommunicato, qui licet non possit agere; si tamen sibi non opponatur, valet processus. Fed. de Sen. *cons.* 293. *in fin.* Vide, *Exceptio competens non opposita præiudicat in multis. Concl.* 398. Vide, *Procurator admissus, qui non debuit admitti, valide agit, & quando secus. Concl.* 18 827. † Libellus secundus licet de iure non debeat admitti; si tamen iudex admisit, valet processus, & sententia; si non fuit appellatum. Castr. *cons.* 247. *In causa, quæ vertitur. col* 3. *ver. præterea apo-* 14 *sito, lib.* 1. † Et qui non tenetur respondere libello generali; si tamen illi respondet, sibi præiudicat. Abb. *cons. vlt. n.* 5. *lib.* 2. allegat *l. fin. C. de annali except.* Vide, *Libellus generalis, & obscurus non procedit,* 15 *nec admittitur, & quando secus. Concl. cons.* 306. † Et is, qui non potest dare de iure tertii, & non audiretur volens probare; si tamen iam 16 probauit, auditur. Oldr. *cons.* 306. *in fin. ver. secundaratio.* † Et laudum, licet ferri non possit, vel non debeat, stante claudicatione compromissi; si tamen feratur, valet. Signor. *cons.* 227. *In quæstione* 17 *nullitatis, n.* 2. † Registratio, licet fieri debeat statim, non ex interuallo, facta tamen ex interuallo, & admissa per iudicem valet. 18 Roman. *consil.* 215. *Duo sunt, n.* 2. *& seq. vers. tertio posito.* † Et multa iam facta tuentur, quod potuerint licite fieri; quæ tamẽ si essent facienda, potius prohibita esse dicerentur. Lap. *alleg.* 74. *n.* 6. *in fi. ver. item videtur,* vbi, quod sententia excommunicationis lata sine scriptis contra incertos tuetur, tanquam bene lata, quæ si esset ferenda, tutius esset dicere, quod debet ferri in scriptis: alias is, qui tulit, incurrit pœnam *c. cum medicinalis. de sent. excomm. in* 6. idem tenet Oldrad. *cons.* 14. *nu.* 9. *vers. ad aliud.* vbi; quod licet benedictio Abbatum tutius debeat fieri die dominico; si tamen est 19 facta alio die, valet. † Et licet sententia ferri non debeat super primo examine, quando illi iidem testes contrarium deposuerunt in secundo examine; quia etiam primum dicitur suspectũ; si tamen lata est super primo examine, valet. Alex. *cons.* 2. *nu.* 8. *lib.* 20 7. † Licet procurator in criminali & capitali non debeat admitti; si tamen admittatur parte non opponente, valet processus. Roman. *d. cons.* 215. *num.* 3. vbi plenissima apost. *in ver. per eum,* dicit * magis* communem, ac citat pro vtraque parte. † Et corpora in- 21 fidelium, quæ non possunt sepeliri in Ecclesia, & sepulta impediunt ecclesiam consecrari; si tamen sunt sepulta in ecclesia iam consecrata, ratione mixturæ, si non possunt separari ossa infidelium ab ossibus fidelium, tolerantur, & ecclesia bene dicitur per hanc regulam. Lap. *allegat* 84. *num* 5. *vers. quid si discerni non possint.* 22 † Sententia, quæ non potest ferri sub conditione: si tamen fera- * tur sub conditione, valet, postquam lata est, secundum * com- 23 munem. Corn. *consil.* 262. *in princ. lib.* 4. † Procurator admissus ad id, quod facere non potest, valide facit. Roman. *d. cons.* 215. *nu.* 4. *ver.* 3. *ad idem,* & miles, qui non potest esse procurator; valent tamen gesta ab eo, si non fuit oppositum Roman. *cons.* 409. *Quo-* *ad primum. n.* 6. vbi ponit alia similia de clerico, qui non potest fidei iubere, valet tamẽ obligatio, si fuerit admissus. † Et multa ex- 24 empla ponit Feder. de Sen. *cons.* 104. *num.* 3. quibus probat monachum non posse aliquid sine licentia superioris; & tamen ibi *num.* 4. ponit multa exempla, quod valent facta per monachum, licet facere prohibeatur. † Excommunicatus, qui prohibetur in 25 iudicio audiri, si fuit auditus, valet processus. Castr. *cons.* 184. *Videtur dicendum, num.* 2. *vers. in contrarium. lib.* 1. quod etiam firmat Roman. *d. consil.* 215. *Duo sunt. nu.* 4. quando pars, & iudex non reiecit. † Clericus in sacris non potest rogari de instrumento, licet 26 sit Notarius; si tamen fuerit rogatus, valet tale instrumentum. Fed. de Sen. *consil.* 270. *circa fin. & consil.* 293. *in fin. vers. posset forsitan;* sequitur Roman. *consil.* 409. *nu.* 6. vbi plena apostill. *in ver. valet,* quæ citat plurimos concord. † Generaliter vbicunque aliquid 27 ex consilio legis iudex facere tenetur, si non facit, male facit, & tenetur parti ad interesse; sed tamen sententia, vel factum contrarium valet. Castrens. *cons.* 232. *In causa, quæ vertitur. col.* 1. *in fin. vers.* 28 *nec obstat, & col.* 2. *in princ. lib.* 1. † Item vbicunque sumus in iis, quæ sunt ordinis modici præiudicii, vel formę leuioris, semper, quod aliquid mandatur fieri, si ordo non seruatur, datur appellatio; sed si non appellatur, valet actus, & sententia, prout in executione rerum mobilium, postea immobilium, & vltimo loco iurium, & actionum, si contrarium fiat, facit iudex male, sed subsistentur factum. Surd. *cons.* 39. *num.* 18. *& seq.* Vide, *Præposterratio inducit nul-* 29 *litatem, & quando secus. Concl.* 519. † Idem, quando agitur de ordine non substantiali ad seipsum circa plura iudicia, veluti quod possessorium terminetur ante petitorium. Itẽ, quod prius pronuncietur super nullitate; quam super negotio principali per nudicem, & si contrarium facit, male facit. sed tamen valet sententia. Castrens. *consil.* 232. *col.* 2. *in princ. num.* 2. *lib.* 1. † Generaliter, vbi 30 lex, vel statutum circa instantiam dirigit verba ad iudicem, vt expediat causam intra certum tempus, si non expediat, male facit, & punitur; sed tamen sententia lata post tempus valet; quia tempus non præfigitur instantiæ. Castrens. *cons.* 140. *in princ. Visa* 31 *inform. at & cons.* 184. *Videtur dicendum, in princ. lib.* 1. † Idem, quando iudex tenetur pronuntiare super incidenti, non requirente probationem; quia licet super eo non ponatur inciet; valet tamen sententia in negotio principali. Castrens. *d. cons.* 232. *col. pen. vers. &* 32 *eod. mod. lib.* 1. † Generaliter, vbicunque iudex tenetur pronunciare in causa conuentionis, & reconuentionis, si contrarium faciat, male facit; tamen valet sententia lata in sola causa conuentionis. Castr. *d. consil.* 232. *col.* 2. *in fin. & col.* 3. *in pr. vers. item non obstat,* 33 *lib.* 1. † Generaliter, quando exceptio respicit personam, & est mere dilatoria, sicuti actus est nullus opposita exceptione, si releuat; ita si non opponatur exceptio ante litem contestatam valere debet iudicium factum; secus si exceptio respiciens personam esset peremptoria, vel respiceret substantiam iudicii. Castr. 34 *consil.* 277. *Quia probabiliter, lib.* 1. *per tot.* † Generaliter autem, vbi quis prohibetur aliquid facere propter dignitatem, vel statum perfectiorem, non autem ob delictum, semper valet factum ab eo, si non fuit oppositum. Feder. de Sen. *cons.* 293. *in fin.* qui loquitur in monacho ordinis Minorum, qui prohibetur esse executor vltimarum voluntatum propter statum perfectiorem, vt valeat gesta, si non fuit oppositum; & idem est in episcopo, qui non potest verberare, etiam correctionis causa; & tamen si fecit, valet, 35 & alia similia. † Monachus, qui erat Notarius ante monachatum, non potest conficere instrumenta post monachatum, excepta causa inquisitionis; tamen potest authenticare rogata ante monachatum. Cald. *cons.* 487. *in fin.* alias 2. *de magistr. ver. ad hoc* 36 *etiam.* † Procuratores duo, vel plures dati simpliciter licet non possint, nisi simul omnes agere; tamen si vnus tantum admittitur, valebunt acta; quia multa facta tenent, &c. Oldr. *consil.* 130. 37 *n.* 8. *ver. ad secundum.* † Procurator, qui nõ debuit admitti post terminum, si fuit admissus, & constat de innocentia rei ex probatis per eundem procuratorem, non obstante lapsu termini, facta tenent, & debet ferri sententia absolutoria. Castr. *cons.* 56 *nu.* 1. *in* 38 *fin. lib.* 2. † Habilitas non importat actum; si tamen ad actum deducatur, valebit vt actus; ideo filia; quæ excluditur à statuto filiis masculis, licet habitu possit habere legitimam, nõ actu ab intestato; si tamen pater eã instituit in aliquo, petet supplementum. Soc. *cons.* 150. *n.* 25. *v. postremo, lib.* 1. vbi dat exẽpla alia. † Præ- 39 sumptio iuris & de iure licet non admittat probationem in cõtrarium; admissa tamen, & facta releuat. Rom. *cons.* 215 *nu.* 4. *ver.* *quarto eleganter, & n.* 5. † Idem est in eo, qui agit spolio, contra quẽ 40 exceptio dominii non admittitur; si tamen est admissa, & probata releuat. Rom. *d. cons.* 215. *n.* 5. *ver. quinto adducitur.* † Filius, qui 41 sine delicto excluditur à successione, si in testamento prætentus est, de-

bit debet habere bonorum possessionem. Soc. *cons.* 150. *nu.* 22. *ver. scito lib.* 1. † Clericus licet instrumenta conficere, & rogare non possit; tamen confecta & rogata valent. Rom. *d. cons.* 215. *num.* 5. *ver. secundo adducitur. & cons.* 409. *num.* 8. *ver. secundo prohibetur.* vbi a- 63
postilla in *ver. valet.* † Idem est in eo, qui agit spolio, contra quem exceptio dominii non admittitur; si tamen est admissa, & proba- 64
ta releuat. Rom. *d. cons.* 215. *num.* 5. *ver. quinto adducitur.* † Idem est, qui prohibetur fideiubere; si tamen fideiubeat, valet fideiussio. Rom. *d. cons.* 409. *quoad primum. num.* 7. vbi apostill. in *ver. fideiussio.* 65
que dat concord. † Exceptio dominii, licet non releuet in spolio, si tamen est probata, releuat, secus si opponatur, antequam pro- 66
betur. Alex. *cons.* 77. *in causa & lite, in fine lib.* 2. *num.* 13. † Contractus non potest celebrari in Ecclesia; tamen celebratus valet. Ang. Aret. *cons.* 92. *num.* 15. *ver. tertio dictus contractus.* † Præsumptio iuris & de iure non admittit probationem in contrarium, si tamen 67
est facta probatio, valet contra talem probationem. Alex. *d. cons.* 77. *num.* 14. *lib.* 2. Vide, *Præsumptio iuris & de iure quando non admittat probationem in contrarium. Conc us.* 614. † Et idem, si contra præ- 68
sumptionem iuris & de iure sit confessio partis; quia probatio, & confessio inducunt notorium. Abb. *cons.* 89. *In quæst. nu.* 3. *lib.* 1. Laudum, † & sententia, à quibus non datur appellatio, neque 69
reuisio, si tamen index cognouit de iniustitia, potest retractare. Fulg. *cons.* 180. *colum pen. ver. aut ex eo, quod etsi ab initio.* † Consulere licet pro facto irreparabili, & illius validitate, licet illud factum, 70
si deberet fieri, non esset faciendum. Alexan. *cons.* 65. *Habita super contentu. num.* 3. *ver. sed deueniens ad id, lib.* 1. vbi consuluit, quod tortura illata, non data copia indiciorum, erat valida, postquam erat data, quam tamen non consuleret dandam, si res esset inte- 71
gra. † Matrimonium consummatum non dissoluitur superueniente furore, licet contrahi non posset de nouo à furioso. Anchar. *cons.* 404. *nu.* 17. vbi idem, si superueniat affinitas, cognatio spiri- 72
tualis, adoptio, vel quid simile. † Seruus licet efficiatur clericus, non desinit esse seruus, licet clericus non possit de nouo effici 73
seruus. Anch. *d. con.* 404. *n.* 17. † Vicaria perpetua non dissoluitur, licet parochialis vnica ad primæuum statum liberum reducatur. 74
Anchar. *d. cons.* 404. *nu.* 15. *& seq.* maxime *nu.* 17. † Productione facta, siis, contra quem facta est productio, velit arguere de falso & opponere productis, danda est copia; multo magis, si ab initio 75
opponatur, quia multa facta tenent. Rom. *cons.* 519. *n.* 3. † Tutor, vel tutrix, suspectus; quia alias male se gesserit in bonis pupilli, licet debeat repelli, si petat decerni tutelam; tamen non amouetur, siia esset decreta tutela; quia multa facta tenent. Io. de Imol. 76
cons. 78. *num.* 7. *& seq.* † Opiniones Doctorum ad cautelam prouidentes ante factum sunt seruandæ, quia si res est in fieri, melior est opinio consulentis; quod abundantes cautelæ seruentur, post factum secus, ita Ias. *in l. ad diem. ff. de verb. oblig.* vbi inter opiniones, an debitor diuersi fori, qui non incurrit moram, quando ibi non est creditor, debeat protestari se esse paratum, vel non, 77
dicit, quod sic, si res est in fieri, si post factū, secus est. † Sic dicitur deinitiato, quod possit torqueri, nō data copia inditiorū, quādo illā nō petit, & quod immo debeat dari nō petita, post factū 78
subsistetur prima opinio, ante factū vero secūda, sic Brun. *de indi. in* 2. *part. quæst.* 5. *num.* 51. *in fin.* † Verba non sunt improprianda, nisi ex necessitate, pura, vt actus subsistetur postquam est factus. Alexand. *cons.* 96. *Visis narratis num.* 9. *ver. & vbi alias, lib.* 4. vbi dicit communem. † Monachus, clericus, & alii multi prohibiti pro- 79
curare pro laico coram seculari, si fuerunt admissi; quia non est oppositum, valent gesta per eos. Vide multa exempla *ver. Procurator admissus. qui non debuit admitti*, de quo supra *num.* 12. † Idem est in milite. Roman. *cons.* 409. *num.* 8. vbi apostill. *in verb. valere*, dat 80
concord. & loquitur parte non opponente. † Probatio, quæ non potuit fieri lapso termino ad probandum, si tamen est facta, & admissa, potest ex ea sententia ferri. Vide, *Termino præfixo ad ali-* 81
quid faciendū, quando illud fieri dicatur, &c. Conc. 67. † Prorogatio rei existentis, & perituræ magis de facili admittitur, quam q nouus actus inducatur. Vide, *Prorogatio cōceditur magis de facili, quā quod actus de nouo fiat. Conc.* 920. † Religiosi S. Aug. licet nō possint exercere officiū exequtoris, nisi de licētia sui superioris; si tamē sine licentia exercuerūt, valet. Rom. *cons.* 235. *n.* 4. *ver. quoad quartum.* & idē in monachis S. Francisci. Rom. *cons.* 409. *Quid primum. n.* 6. *ver. quoad secundum.* vbi maxime, si non fuit oppositum, & ibi apost. magna *in ver.* 284. dat plurimos pro vtraque parte. † Allegari si non potest nullitas sententiæ vigore statuti; probata tamen valet, & iudex eam attendere debet. Abbas *cons.* 55. *col. fin. ver. Præterea & vltimo lib.* 2. Vide, *Iudex ex officio potest multa. Conclusio.* 395. † Et bulla Pii IV. quæ prohibet posse allegari causam nouam; si tamen est probata iudex admittere debet. Hercūl. *tract. de caut. c.* 13. *num.* 5. Eugen. *cons.* 90. *nu.* 96. vbi; quod contrarium asserens se facit alienum à veritate. Onde de. *cons.* 97. *in fi. nu.* 37. Bero. *cons.* 198. *num.* 16. *lib.* 3. Mascard. *Concl.* 1131. *num.* 97. † Et quia nullitas, quæ est ex actis probata, dicitur notoria; ideo allegari semper potest notorium, Burs. *cons.* 225. *num.* 121. *lib.* 2. qui similia plura allegat. 66
† Et idem in eo, qui iurauit omnia, & singula esse vera, licet non possit allegare simulationem; tamen fallit, si ex actis est probata. Bart. *in l. iusiurandum. §. procurator, num.* 3. *ff. de iureiur. and.* sequitur Ripa *in l. nemo potest, num.* 78. *ff. de legat.* 1. † Et licet repressaliæ fiant 67
concedendæ contra natos post concessionem repressaliarum, qui possunt dici non deliquisse; tamen non procedit hæc opinio, quando clare constaret eos esse natos post, & non esse filios eorum, quorum occasione sunt concessæ, ita Castr. *cons.* 78. *Super eo, quod, num.* 7. *ver. breuiter*, vbi, quod aliud est, quod quis non audiatur ad probandum, quod non constat; aliud, si iam constat; quia bene auditur. † Simile est de nullitate, quæ nō impedit exe- 68
quutionē rei iudicatæ, quæ non admittitur; secus si constaret ex actis; quia bene admitti, & attendi debet. Doct. *in l.* 4. *§. condemnatum. ff. de re iudic.* vbi Ias. † Simile de contumace, qui non audi- 69
tur in criminalibus super innocentia, vel probatione innocentiæ; si tamen constat de innocentia, non potest condemnari. Clar. *in §. fin. quæst.* 32. *nu.* 10. Vide, *Statutum circa contumaces, vt habeantur pro confessis. Concluf.* 495. † Simile de exceptione contra te- 70
stes familiares, vel inhabiles non propositas; si tamen testis confitetur se talem, releuat, licet si non esset probata, allegari non possit. Boer. *decis.* 321. *in fi.* † Simile de re iudicata; quia non valet sen- 71
tentia contra sententiam, & probatio contraria non admittitur, & idem contra præsumptionem iuris & de iure; admissa tamen valet. Ant. de Butrio *cons.* 72. *nu.* 2. *in fin.* † Priuilegium concessum 72
scholaribus Bononiæ clericis audiendi ius canonicum, & ciuile, quod est dubium, an comprehendat legentes clericos, operatur, quod ante factum non legant, post factum non sint excommunicati, quia multa in fieri consulimus nō licere in dubio, quæ facta possunt subsistineri. Abb. *in proœm. decret. n.* 7. allegatio. And. *in reg. cum quid prohibetur, de reg. iur. in* 6. & apostil. ad Abbatem dat 73
concord. † Positioni licet non sit respondendum, quando continet factum alienum, si tamen fuit responsum, præiudicat respondenti. Abb. *cons.* 118. *In causa. col.* 2. *in fi. ver. venio nunc. lib.* 2. vbi 74
allegat multa similia. † Amplia regulam, vt habeat locum, etiam si factum non sit exequtum, & constat in spe radicata, prout Bart. exemplificat, secundum Abb. *cons.* 47. *nu.* 2. *lib.* 1. in filio habentis feudum, & dignitatem, quia filius effectus cæcus, & incapax succedit in feudo iam quæsito per patrem ante cœcitatem fi- 75
lii; secus in quæsito post, vbi extendit Abbas in electo ad magistratum, seu imbussulato, quando non expectatur alia confirmatio. † Contraria constituitur regula, quia si actus deuenit ad eum 76
casum, à quo incipere nō potest, redditur nullus. Vide, *Actus nullus quando redd atur, quia deuenit ad casum, in quo incipere nō potest. Concluf.* 144. † Amplia regulam prædictam, vt responsio facta posi- 77
tioni, cui non debuit respondere, præiudicet in tantum, quod iudex declarans contrarium, nulliter, & iniuste faciat; & ideo talis sententia non præiudicat. Abb. *cons.* 118. quod est vltimum, *lib.* 2. *nu.* 4. *& seq. per tot.* † Amplia; quia si agitur de dispensatione con- 78
tra ius diuinum per Papam concedenda, vel non concedenda in casu non dispensato vnquam, licet Papa possit omnia; tamen distinguitur, vt in iam cōcessa dispensatione subsistineatur, in concedenda abstineatur, quia facta multa tenent, sic Ægid. Bellam. *cons.* 28. *in fi. ver. ex præmissis.* † Et generaliter consulendū est, quod 79
si inspicimus actum ab initio faciendum, abundari debet in cautela, quod in dubio adhibeatur omnis solemnitas; si respicimus iam factum, illud substinere debemus omni modo possibili. Clar. *in §. feudum q.* 49 *n.* 12. *in fi.* † Limita; quando antequam illud 80
prohibitum fieret, pars aduersa opposuit non posse fieri, prout in probatione prohibita, quæ facta tenet, intelligitur, nisi pars opposuerit nō posse fieri, antequā fieret. Alex. *cons.* 158. *In causa & lite, in fi. ver. nec etiam obstat, li.* 2. † Limita; quando actus iam habi- 81
tus requirit confirmationem; quia inhabilis factus in officio, quod obtinet, illud non retinet, si confirmatio requiritur post inhabilitatem. Abb. *cons.* 47. *Videtur primo in princ. lib.* 1. Vide, *Cæcus quorum dicatur capax, vel non. Concl.* 178. Vide, *Toleranda sunt multa, licet de se non sint licita. Concl.* 323.

Facti series iuris dispositionem inducit. Concl. 13.

IVs incipit à facto, & ab eo trahit originem, *l. quidam referunt. ff. de iure codic.* Fed. de Sen. *cons.* 1, 2. *in princ.* & ex facto ius oritur. *l.* 1

seruo ff. de cond. & demonstr. Fed. de Sen. *cons.* 298. *in princ.* & quod ex facto ius oritur. Bellon. *cons.* 5. *In puncto, de quo quæritur, in pr.* Bald. *cons.* 292. *Verba pactorũ, circa fin. vers. verum, quod aliud, lib.* 2. & quod veritas iuris oriatur à veritate facti. Bald. *cons.* 247. *Proponitur, quod Ioannes, lib.* 2. *in princ.* probat text. *in l. si ex plagis. §. incluo. ff. ad leg. A-*
2 *quil.* idem Bald. *cons.* 67. *Quia ex facto oritur ius, in princ. lib.* 3. † Et sicuti ex facto ius oritur, ita ex facto ius moritur. Anch. *consil.* 254.
3 *Statuto cauetur, n.* 2. *ver. quomodo autem.* † Amplia, vt imo propter minimam facti mutationem mutetur totum ius. *l. si is. ff. de excus. tutor. cap. fin. de vend. & empt.* Fed de Sen. *d. cons.* 152. *in princ.* Bellon.
4 *d. cons.* 5. *In puncto, de quo. in princ.* Vide, *Mutare consilium in melius quãdo liceat. Conclus.* 435. *cum Conclus. ibi prox. seq.* † Et ideo dicit Bald. *consil* 417. *Casus talis est, num.* 4. *in fin. ver & ideo, lib.* 2. quod secundum ea, quæ de nouo proponuntur, nouum responsum dare oportet, non enim, inquit, ego muto consilium, sed mihi mutatur thema, & *cons.* 52. *Obligatio* 1. *in fin. lib.* 3. vbi, quod mutato facto oportet mutare consilium. † Amplia, quod congruum responsum dari non potest à Iureconsulto, nisi factum percipiat. Federic. *d.*
6 *consil.* 152. *in princ.* † Imo si factum non est certum, Iurisconsultus non potest respondere; quia super quæstione facti non respon-
7 det. Ægid. Bellam. *cons.* 48. *num.* 15. *vers. quo ad primum.* † Amplia; quia secundum diuersitatem punctorũ redditur diuersum consilium. Bald. *consil.* 12. *Quidam nomine Angelutius, in princip.* Bellon. *d. consil.* 5. *in princ.* Bald. *consil.* 251. *Sententiam quam tulimus, post med.*
8 *ver. Vnde ego Bald. us. lib.* 5. † Et non est nouum, imo necessarium, quod mutatione facti mutetur etiam consilium, vt inquit Bald. *cons.* 304. *Non est nouum, in princip. lib.* 1. *& cons.* 52. *in fin. lib.* 3. & ideo quandoque contrarium eius, quod fuit primo consulendum, dicitur, quando factum contrarium recitatur. Bald. *d. cons.* 251. *post*
9 *medium. ver. si autem Terdonenses, lib.* 5. Vide, *Rationis diuersitas facit cessare omne argumentum. Concl.* 37 † Amplia; quia cum quis consulat secundum ea, quæ proponuntur; ideo facti series secundum veritatem est proponenda. Bald. *cons.* 241. *Casus talis est, in fin. lib.* 1. *& cons.* 292. *Verba pactor. circa fin. lib.* 2. vbi, quod ita Scæuola respondebat secundum ea, quæ proponuntur, *in d. l si ex plagis. §. in*
10 *claro. ver. respondi. ff. ad l. Aquil.* † Amplia; quia omnis iudex, & assessor debet cauere ab iis, qui vera themata detruncant. Bald. *consil.*
11 15. *Omnis assessor, in princ. lib.* 1. † Declara; quia vbicunque est facti quæstio, prout an vulnus fuerit mortale, vel non, tales quæstiones terminari debent per argumenta, & rationes, & idem in aliis, Bald. *cons.* 308. *An vulnus fuerit, lib.* 2. *in princ.* vbi, quod primo attendimus argumenta, & rationes naturæ, secundo experien-
12 tiæ, tertio artis, & peritiæ. † Amplia; quia factum incertum non potest expectare consilium certum. Bald. *cons.* 364. *Certum est, cir-*
13 *ca med. lib.* 5. † Amplia; quia contrariis casibus narratis contraria iura statuuntur, & ex nouis probationibus oportet mutare consideronem, & intellectum. Bald. *d. cons.* 251. *circa fin. ver. non est*
14 *dubium, lib.* 5. † Et mutatio terminorum alterat, & mutat cẽsuram iuris. Ang *cons.* 391. *Sub aliis quidem. in princ.* vbi detegit, quod mutatis nominibus super facto, super quo consuluerat, volebant extorquere contrarium consilium; & ipse hoc detegit, & muta-
15 to facto dicit se mutare consilium in mutatis sibi in facto. † Et necesse est mutare consilium mutato facto, ideo Anch. qui *cons.* 317. dixit iudicium esse bonum contra tertium possessorem, qui non opposuit de discussione ante litem contestatam, dicit contrarium *cons.* 322. Ex quo supponitur, quod statutum reseruet dilatorias exceptiones post litem contestatam. Signor. *consil.* 254. *in*
16 *princ.* † Factorum duplex est species; quia aliquod est factũ merum, hoc est, simplex, non admixtum; aliquod, quod sapiatius, iuxta notata *in l. imperium. ff. de iurisd. omn. iud.* Asin. *in pr. ax. §.* 12. *cap.* 30. *in fin.* qui alios allegat, & istud merum, & nudum factum est ad instar probationis; quia nihil aliud quæritur, nisi, an factũ sit, vel non, vt Eguinar. Baro. *tract. de diuid. & indiuid. §. de facti, nu.* 12. *tom.* 6. *part.* 2. *fol.* 373. & quid importet merum factum, plene Ca-
17 strens. *in l. si rem tradi. ff. de verb. obl.* vbi Ias. & alii. † Et ideo, qui promisit fundum tradere, merum factum promittit, vsque adeo, vt tradendo fundum, nullum ius transferat in fundo, & tamen factum merũ promissum impleat. *d. l si rem tradi. ff. de verb. obl.* Eguinar. Baro. *d. tract. de diuid. & indiuid. §. de facti obligatione. n.* 10. *& seq.*
18 Vide, *Factum merum quid sit, & operetur. Concl.* 18. † Factum vero, quod consistit in iure, est incorporale, prout iustum, vel iniustũ; quod tamen ex lege constitutum est, vt idem Eguinar. vbi supra *n.* 12. vbi declarat, & quod factum mixtum, quod complectitur etiam ius, & causam bonorum, importet dominium. Bart. & alii
* *in l. in conuentionalibus. §. fin. ff. de verb. obl.* & communem * dicit ibi
19 Ialon. † Limita; quia omnis dispositio meri facti subiicitur iuris dispositioni de illa materia loquentis, vt plene Crau. *cons.* 186. *num.* 5. *& seq.* Vide, *Statutum interpretationem passiuam recipit à iure communi. Conclus.* 576.

Facto, seu de facto, verbum qualiter exponatur. Conclus. 14.

VERBVM † *de facto*, quandoque exponitur contra ius. *l. vbi* 1 *pactum. C. de transact.* Angel. *cons.* 176. *Præmittendum est, in princ.* † Secundo modo verbum, *de facto*, exponitur præter ius. *l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de verb. oblig.* Ang. *d. cons.* 176. *in princ.* † Tertio mo- 2 3
do verbum, *de facto* non excludit essentialia sua. *l. consilio. §. fi. ff. de cur. at. furio.* Ang *d. cons.* 176. *in princ.* † Referuntur ista verba quan- 4
doque ad qualitatem promissionis, vt si quis promittat aliquem de iure, & de facto defendere. Ang. *d. cons.* 176. *in prin.* † Quando- 5
que referuntur ad qualitatem euictionis, vt si venditor se obligat de euictione, siue de iure, siue de facto sequatur euictio. Angel. *d. consil.* 176. *in princ.* † Amplia; quia in conditionibus implen- 6
dis, qui non potest de iure facere, sufficit, quod de facto faciat; vnde si cuti deportatus, qui est priuatus beneficio iuris ciuilis, & fratres S. Francisci, qui non possunt sibi eligere syndicum; quia prohibentur, si pro implenda conditione iubentur eligere, talia verba ad factum referri debent. Bart. *cons.* 6. *Viso testamento, num.* 4. *ver. nec potest dici, lib.* 1. † In commissione, *summarie, & de facto,* 7
importat sine causæ cognitione, & sine probatione; item de facto, etiam si rigor iuris repugnet, ita Bartol. *consil.* 82. *Punctus quæstionis. num.* 2. *ver. videndum est, lib.* 1. vbi apostill. *in ver. de facto*, dat concordant.

Facto non minus, quam verbo elicitur cõsensus. Conclus. 15.

FACTO † non minus, quam verbo consensus elicitur, & ra- 1
tificatio. *l. non tantum. ff rem ratam hab.* Crau. *cons.* 106. *in princ.* Ioan. de Imol. *consil.* 73. *In casu proposito. num.* 6. Dec. *consil.* 58. *Et pro tenui.* Roman. *consil.* 291. *Cum isti fratres, num.* 3. *ver. tertio quia.* vbi apostill. *in ver intelligi.* apost. ad Roman. *consil.* 271. *Vis tota, num.* 3. *in ver. in ludi* † Extende; quia imo in iis, quæ debent exprimi, prout 2
quando regalia venduntur, sufficit obseruantia contractus dubii, ex qua oritur expressa declaratio; quia non minus facto, quã verbis elicitur consensus. Rom. *d. cons.* 271. *Vis tota. nu.* 4. *ver. tertio non est dubium*, vbi apostill. *in ver. inducit*, dat concord. † Amplia; 3
quia plus est renũciare beneficio facto, quam verbo. Fed. de Sen. *cons.* 156. *col.* 2. *n.* 1. *in fi. ver. & ideo fuerunt*, cum apostill. *in ver. vt nostrum, lit.* D. sequitur Crau. *d. cons.* 106. *n.* 2. † Amplia; quia ratifica- 4
tio sponsalium non minus facto, quam verbo inducitur; ideo dicitur puella ratificare, si recipit munera à sponso, si supplicauit pro dispensatione; quia facto volũtas declaratur. Cald. *cons.* 438. alias 1. *de sponsal.* & idem, si cohabitat cum sponso, si se osculãtur, vel se tractant, vt tales, de facto. Cald. *consil.* 459 alias 2. *de sponsal.* Vide, *Laudum homologatum qualiter valeat. Conclus.* 26. † Extende; 5
quia percipiens fructus rei suo nomine emptæ dicitur facto ratificare. Alex. *cons.* 88. *In causis, col. pen. lib.* 1. Dec. *cons.* 48. *& cons.* 329. *n.* 3. † Extende; quia ratificatio laudi inducitur per habitationem 6
domus adiudicatæ ex laudo. Crau. *cons.* 55. *n.* 5. Rol. à Vall. *cons.* 6. *n.* 45. *lib.* 2. † Extende, vt idem sit in contrahendis matrimonio, vel 7
sponsalibus; quia consensus intrinsecus, qui requiritur, probatur facto, & verbis æqualiter. Gem. *cons.* 61. *in pr.* † Extende in exi- 8
genre pensionem; quia cẽsetur ratificare vacationem. Alexand. *cons.* 117. *n.* 2. *lib.* 5. † Extende; quia percipiens fructus rei legatæ di- 9
citur acceptare legatum. Alex. *cons.* 88. *col. pen. lib.* 5. † Amplia; quia 10
petens executionem laudi dicitur facto, & expresse approbare contenta in laudo, quod plus est, quam verbo id facere. Petr. de Anch. *cons.* 34. *n.* 18. & 19. *ver. postremo.* idem si petat bona adiudicata ex laudo. Castrens. *cons.* 116. *Viso compromisso, col. pen. ad fin. lib.* 1. † Amplia; quia conductor omnium gabellarum ciuitatis, & co- 11
mitatus, dicitur acceptare reformationem factam à ciuitate, per quam liberatus est comitatus, & aucta est gabella Ciuium loco comitatus, si exegit gabellam ciuium cum augmento, ita quod non potest impugnare reformationem. Bald. *cons.* 466. *Dubia sunt*
hæc, lib. 2. † Amplia; qa imo plus est aliquid facto ratificare, q̃ ver- 12
bo. Bald. *cons.* 400. *Super primo. col. antep. ante med. v. nec refert vtrũ, li.* 4. allegat *c. dilecti filij, il primo. de appell.* Dec. *cons.* 449 *n.* 12. Rom. *cons.* 291. *Cum isti fratres, n.* 4. *ver. quinimo magis*, vbi apost. *in ver. verbis*, dat
conc. † Et ratificatio, quæ fit facto, dicitur magis efficax illa, q̃ fit 13
verbo. Bald. *cons.* 184. *Ad intelligentiã, lib* 2. *& cons.* 103. *Videtur. lib.* 5. *& cons.* 14. *Punctus, lib.* 5. Ang. *cons.* 151. *Viso.* Alex. *cons.* 127. *Viso instrumento. & cons.* 175. *Perspectis, lib.* 5. Soc. *cons.* 64. *Visa bulla. col. fi lib.* 2. *&*
cons. 104. *Visis cõpromisso, & laudo, col. pen. in* 1. *dub. lib.* 4. Dec. *cons.* 386.

In cau-

habebit; quia in primo casu ꝓmittens de rato pro Titio censetur in se assumere obligationem, & sic interredit p. o Titio: secundo vero casu censetur ꝓmittere se curaturum, si fecerit mus in ptoria stipulatione, vel non obligatur, ex quo factum alienum continet. Bald. *d. cons.* 101. *Nobiles viri. n.* 1. *& 2. lib.* 3. *v. redeo ad primū*, vbi est casus. † Item si qui se obligat nomine alterius, pro quo de rato ꝓmisit; quia non representat illius personam propriam. *l. ossa. in fi. de relig. & sumpt. funer. l. si procurator*, vbi gl. fin. *ff. de dolt mali. excepti.* si principalis ratificat, debet ratificatio fieri inter præsentes, vel per nuncium, aut epistolā. Soc. *cons.* 105. *lib.* 4. quia absenti nō acquiritur, nisi modis prædictis, *l. consensu. ff. de act. & obl.* Bart *in l. in causa. § si pupillus, qui promiserunt facere ratificare patrem*, & quod renunciauit indemnitati omisso, si fecerunt omnem diligētiam, non tenentur ad interesse, etiamsi dixerint: ꝙ animo nocendi principaliter promittebant; quia sine principali obligatione patris non potuerunt nocere, & non obligantur, nisi ad diligentiā curādi. † Item differunt, ꝓmissio se facturum, ꝙ Titius ratifi abit sub pœna; qa facit in pœnā etiā non interpellatus; quia sufficit, ꝙ sciat, & nisi doceat se fecisse omnem diligentiā, non excusatur, nisi ex impossibili. Sed vbi ꝓmittit de rato, ꝙ Titio sub pœna, debet interpellari, qñ non venit dies, & facta interpellatione committit pœnā, neq; excusatur ob difficultatem. Alex. *cons.* 148. *Viso themate, in pr. lib.* 7. † Amplia; quia ꝓmittens factum alienum licet non obligetur; si tamen pœna adiciatur promissioni, illa cōmittitur, & solui debet, quatenus interesse accendit, & pro modo interesse eius cui facta est ꝓmissio. Bald. *d. cons.* 101. *n.* 2. *ver. venio ad secundū*, *fol.* 343. † Secus si pœna non esset adiecta promissioni, ꝙ habebit ratum, sed ꝙ promittens de rato non contraueniet; quia cum non obligetur ex facto alieno, neq; etiā tenetur ad pœnā adiectam, non ꝓmissioni facti alieni, sed promissioni non contraueniendi. Cuman. *cons.* 186. *Viso instrumento, in pr. ver. vbi autem.* † Declara; qa tamen censetur promittere curare, & si non curat, licet non adsit pœna, censetur se obligare ad interesse. Vide, *Fideiussio pro facto alieno quando valida. Concl.* 328. † Amplia; quia promittens factum alienum negatiuum, puta curator compromittit pro minore, & promittit sub pœna, quod minor non contraueniet, vel nō petentem si perat contra laudum, & pœnam promissam, promittens pœnam tenetur. Bald. *cons.* 288. *Quidam Ant. lib.* 4. † Extende in parte exigente partem legati filiæ, & promittente, quod nec filia, neque alius pro ea molestabit sub pœna; quia si molestat, committitur pœna. Ioan. de Imol. *cons.* 70. *per tot.* † Extende, vt procedat, etiāsi procurator minoris ad lites, & non habens mandatum speciale petat; quia potest facere incidere promittentem in pœnā, quando promittens non habet regressum contra principalem; secus si habeat regressum. Bald. *d. cons.* 288. *per totum. lib.* 4. † Amplia; quia hæc promissio, quod aliquis ratificabit, & voluit tenere de suo, cum iuramento, & si fecerit possibilia; quia obligatur, ne dum ipse, sed etiam eius hæredes tenentur. Paris. *consil.* 14. *& cons.* 26. *lib.* 1. Ruin. *cons.* 42. *n.* 23 *lib.* 1. per tex. *in l. veteres. C. de contrah. & committen. stipul.* vbi Bart. & alii. Iaſ. *in l. si sic. ff. de verb. obl.* vltra quod iuramentum transit ad hæredes, quantum ad robur contractus. Ioan. Andr. & Abb. *in cap. si. de sepultur.* Gozad. *in l.* 2. *tit. de pact. inter empt. & vend.* vbi apostill. dicit * communem. † Amplia; quia promittens de rato pro aliquo, absq; clausula, *alias de facto eiusdem* requisitione non excusatur ipso tempore in requisitione appolito, nisi probetur per requisitum, quod fecerit omnem diligentiam, & quod per eum non stetit. Aretin. *in l. si ita stipulatus. §. possum. ff. de verb. obl.* Dec. *cons.* 323. † Et quod ex simplici promissione de rato pro alio non teneatur de suo, vt supra, nisi verba promissionis aliter cantent. Aret. *cons.* 147. Socin. *consil.* 288. *In quinta quæstione. lib.* 2. Abb *consil.* 90. & plenius Dec. *d. consil.* 323. *col.* 2. † Si vero adest clausula, *al. as de suo proprio, &c.* tunc factum propium censetur promisisse, licet sit factum alienum; & ideo obligatur de suo. Paris. *consil.* 109. *lib.* 1. *§ si quis aliam. Instit. de inut. stipulat. l. stipulatio ista. ff. de verbor. oblig.* quia ex illis verbis, *alias de suo proprio, &c.* non potest dici simpliciter eum promisisse factum alienum. Cravett. *consil.* 272. Socin. *consil.* 288. *lib.* 2. Dec. *consil.* 323. † Et saltem tenetur ad interesse. *l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus, & §. final. ff. de verbor. obligation.* alias dicta promissio nihil operaretur; & tamen verba cōtractus etiam impropriantur, vt aliquid operentur, *c. si sententia, de sent. excom. in* 6. & si interesse est certum per relationem ad acta, vel alias, debet solui. Ruin. *cons.* 42. *lib.* 1. Alex. *cons.* 5. *lib.* 2. Vide, *Pœna pro facto alieno promissa quando committatur, vel non. Concl.* 251. Vide, *Ratum, & firmum habere promittens ad quid obligetur. Concl.* 29. Vide, *Ratificatio promissa ad quid obliget promittentem. Concl.* 17. † Si vero est incertum, & qui promisit, vult euitare tactum, vel aliquam executionem, debet aliquid deponere, & de residuo præstare fideiussorem. *l.* 4. *§. ait prator. ff. de re iudic.* vbi * omnes. Iaſ. *in l.* 1. *ff. qui satisd. cog.* Florentiæ † tamen potest agi executiue pro non facto, siue non; & quia quando instrumentum habet executionem paratam, potest agi executiue etiam ad interesse. Alex. *in l. certi condictio. col.* 3. *ff. si cert. pet.* Vide tamen, & declara, vt *in ver. Captura pro non facto, vt fiat. qualiter concedenda. Concluſ.* 67. † Limita; quia cōducens pro alio bona, & promittens, quod ille ratificabit intra 15. dies, alias de suo voluit teneri ad affictus, ita quod secuta ratificatione ad nihil aliud teneatur, si absens ratificauit, sed non intra 15. dies, & postea deficit in solutione affictus, is, qui promisit de rato, est liberatus; quia verba illa generalia, *secuta ratificatione*, sunt generaliter intelligenda quandocūque. *l.* 1. *§. & generaliter, ff. de leg. præstan.* & ill a qualitas, *intra* 15. *dies*, non dicitur repetita in oratione diuersa, & habente diuersam rationem. *l. qui fundū. ff. de contrah. empt.* & notatur *in l. Gaio. §. Seæ. ff. de fundo instructo.* & dato, quod esset facta repetitio, posset moram purgare quoad interesse. *d. si insulam, cum ibi not. ff. de verb. oblig.* imo ex quo principalis, qui post 15. dies ratificauit, & ratificatio fuit acceptata, fuit liberatus, is, qui promisit ratificationem. Declara; † quia aut is, qui conduxit pro Vniuersitate, vel alio absente, pro quo de rato, alias voluit teneri ad pœnam de suo, habebat mandatum sufficiens, & sufficit; & idem, si Vniuersitas ratū habuit expresse, vel tacite per solutionem pensionis; si vero non habebat mandatum, & non est sequuta ratificatio promissa, incurrit pœnam, quæ debetur; quia est adiecta facto. Alex. plene *cons.* 127. *Viso instrumento, in princ. & per tot. lib.* 5. † Et procedit declaratio, quod incidat in pœnam, non obstante, quod is, qui locauit nomine alieno, non haberet mandatum sufficiens, si facta fuit ratificatio, etiam pendente iudicio; quia sufficit, quod ius superueniat habens causam de præterito. Alex. *d. cons.* 127. *num.* 4. *ver. secundo respondeo. lib.* 5. † Extende, vt procedat, etiamsi conductor prætendat se turbatum in re cōducta; quia si intimatio molestiarum non fuit facta locatori iudicialiter, vel solenniter, non tenetur locator credere, deo non impeditur agere ex regula; qa non seruauit ex parte sua contractum. Alex. *d. cons.* 127. *n.* 5. *& seq. ver. similiter non obstat. lib.* 5. vbi *n.* 7. & 8. dat alias responsiones; qñ impedimentum fuit ab eo, cui non posset locator obuiare; quia tenetur solum ad interesse. † Limita; quia sufficit, quod ratificatio sit secuta, siue facto, siue verbis; quo casu est liberatus promittens; nam ratificatio potest induci facto, sicut verbis. *l. Paulus respondit. ff. rem ratam haberi.* Bald. *in l. non ignoras. col.* 1. *C. qui accuſ. non poſſ.* imo plus est facto aliquid approbare, quam verbo. Dec. *in cap. dilecti, de appellat. cap. cum super, de offic. deleg.* optime faciunt; quam simili casu idem Dec. *cons.* 297. *Non patitur, col.* 2. *num.* 2. *& 3. & cons.* 58. *Et pro tenui, num.* 2. *& cons.* 486. *Visis, num.* 11. *& seq.* vbi late. † Et quid si quis promisit factum suum, an compellatur, & quomodo, *supra, Factum non impletum qualiter impleatur. Concl.* 19. † Limita in facto alieno personali; quia promittens factum alienum personale simpliciter, non obligatur, neque ineit clausula tacita, *se facturum & curaturum*; secus si promissio esset facti alieni realis, ita tenent Petr. & Cyn. *in l.* 1. *C. de procurat in* 5. *quaſt.* & istam esse regulam dicit Roman. *cons.* 510. *Quoad primam. num.* 22. *ver. certum est autem*, vbi limitat quinque modis; primo si promittit se facturum & curaturum; secundo in prætoriis stipulationibus; tertio, quando præcedit contractus, in quo quis de facto alieno obligatur; quarto, quando factum alienum non respicit personam, sed rem; quinto, quando promissio pro facto meo est, quod alius faciet; vltimo, & sexto, quando adest iuramentum, vt idem Roman. *d. consil.* 510. *num.* 24. † Contrarium tenet Bald. *consil.* 101. *Nobiles viri, Dominus, num.* 2. *ver. secundo est videndum. lib.* 3. † Declara; quia vbicunque adest iuramentum, semper promissio facti alieni habet clausulam, *curaturum*; quia iuramentum facit actum valere omni meliori modo. Cuman. *consil.* 189. *in prin.* & idem si adest clausula, *omni meliori modo.* † Declara; quia, aut quis simpliciter promittit factum alienum, & non obligatur, nisi simus in prætoriis stipulationibus, vel in stipulationibus redactis ad instar prætoriarum, cum distinctione, de qua per Bald. *d.*

66 *cons.*101.*n.*2.*ver.secundo est videndum.lib.*3. † Declara; quia vbicunque adest pœna, illa cõmittitur, & debetur, si non sequatur promissum. Cuman.*cons.*189.*in princ.* Vide Soc.*reg.* 48.*Promittens factum alienum regulariter non tenetur*, vbi restringe septé modis: primo certis casibus: secundo in cuictione; quia est de natura contractus: tertio in fideiussione: quarto, quando non factum, sed qualitas facti promittitur: quinto, quando promisit se facturum: sexto, quando interuenit iuramentum: septimo in causa matri-
67 moniali, & quacunque spirituali. † Hanc cãdem regulam, quod factum alienum promittens simpliciter nõ obligetur, ponit in-
certus author post regulas Soc.*reg.*13.*Promissio facti alieni regulariter non valet*, vbi ponit octo fallentias: prima est in prætorijs stipulationibus: secunda, quando est de natura contractus: tertia, quando pro facto tertij obligati, & sic in fideiussione: quarta, quando factum alienum est qualificatiuum, puta talem nõ esse seruum: quinta, quando cum iuramento: sexta in spiritualibus: septima, quando quis deposuit seruum, & promisit depositarius non euasurum furem: octaua, quando apponitur pœna, vel in-
68 teresse. † Limita; quia compromittens pro Titio, & promittẽs, quod Titius ratificabit sub pœna, si non est facta mentio hæredum Titij, mortuo Titio ante laudum datum, liberatur, quia expirat compromissum, quod expiraret, etiamsi ratificasset. Bald.*cons.*102.*Omnis potestas, in princ.* maxime *nu.*2.*lib.*3. secus, si esset fa-
69 cta mentio hæredum, vt ibi dicitur. † Extende in promittẽte pro filio, quod faciet renunciare vxorem ipsius filij hereditati paternæ; quia non tenetur mortuo filio, & soluto matrimonio, neque pœna potest exigi. Cuman.*cons.*108.*Viso instrumento, n.*2.*vsq; in fin.*
70 † Declara, vt limitatio non procedat, quando is, qui promittit de rato pro Titio, fuisset in mora, vel quando aliquid consequeretur, quod consequi non deberet; quia non liberatur, si Titius nõ
71 ratificauit. Bald.*d.cons.*102.*n.*2.*in fin. vers.considera etiam, lib.*3. † Limita; quia promittens, quod aliquis redderet bonum computum, & reliqua restituet, alias de suo, &c. sub pœna, &c. licet teneatur de suo, & talis obligatio facti alieni sit valida propter adiectionẽ pœnæ, & de suo. *l.stipulatio ista, in princ.* vbi Ias. *ff.de verbor.oblig.ver. octauo, & vltimo fallit*, nihilominus excusatur promittens propter inhabilitatem superuenientem, ob mortem illius, qui tenebatur facere nulla mora intercedente, tam ex æquitate, quam ex
72 iuris rigore. † Limita; quia promittens, quod Titius ratificabit laudum, vel sententiam sub pœna non committit pœnam, si sententia esset nulla: quia licet non sequatur ratificatio; non tamen incurrit pœnam. Bald.*d.cons.*102.*num.*3.*verb. & hæc considera. lib.*3.
73 & loquitur in laudo ferendo, vel sententia ferenda. † Contrariũ videtur tenere Cuman.*cons.*189.*in princ.* vbi, quod tutor vendẽs sine decreto rem pupilli, & promittens de rato pro pupillo sub pœna, incurrit pœnam, non secuta ratificatione, licet venditio esset nulla, sed declara; quia hic contractus erat de præsenti, & de eo intelligitur, & laudum, & sententia ferenda intelliguntur
74 de validis. † Limita; quando ille, qui promittit factum alienum, non erat obligatus ad illud affirmatiũ, vel negatiuum; quia non tenetur facere, & curare. Ang. de Perus. *cons.*78.*Plures creditores. n.*
75 2.*ver.prima quia.* † Limita; quia promittens factum alienum pro eo, qui non potest obligari, prout mulier maritata obligabit dotem, dicitur promittere impossibilia; ideo non tenetur. Anchar.
76 *cons.*249.*in quæstione, quæ vertitur, in princ.* † Et quando promittens
factum alienum teneatur ad interesse, Vide, *Obligatio faciendi impletur pro interesse. Conclus.*43. † Limita; quia promittens, quod mi-
77 nor factus maior ratificabit sub pœna, non incurrit pœnam, neq; obligatur, si minor dicit se læsum; quia sibi permittitur, etiamsi ratificasset. Anch.*cons.*337.*Visa facti narratione.* Ias. *in l.si pacto, quo pœnam in fin.C.de pact.* Socin.*cons.*159.*col.fin.lib.*2. adde, quod cons. Anchar. est *cons.*330.*col.*5.*ver.descendo cum obligatione*, vbi extendit, etiamsi adsit pœna, & iuramentum. Vide Ant. Gabr. *lib* 3. *tit.de pact. Conclus.*2.*Promittens facere consentire, alias teneri ad pœnam.*

Factum alienum qualiter impleatur. Concl. 26.

1 PROMITTENS † rem venditam liberam, & facere consentire omnem personam, si ille, qui habet rem obligatam, non vult liberare, impletur factum alienum per fideiussionem, si datur idoneus fideiussor de releuãdo indemnem ab illa obligatio-
2 ne. Rip. *in l.*1.§.*si hæres, n.*32.*&* 33.*ff. ad Trebell.* † Extende; quia imo si ille, qui promisit, sit idoneus, & habeat bona sufficientia liberata, sufficit obligatio illius. Alex.*cons.*65.*in fin.lib.*5.*decis. Pedemont.*
3 24.*n.*13.*&* 14. Afflict.*dec.is.*171.*in fin.* † Amplia; quia obligatus dare certum fideiussorem, si non vult fideiubere, sufficit, quod det
4 alium æque idoneum. Dec. *in l.si pater. n.*2.*C.de collat.* † Extende; quia si dedi pecunias inuestiendas in manibus tertij, qui fideiussit, & promisit non amouere pecunias ex manibus suis, nisi facta prius liberatione à fideiussione prædicta, si non vult principalis liberare fideiussorem, possum consequi pecunias, dando idoneum fideiussorem ipsi obligato de conseruando eum indemnem. Bald. Salyc. & alij, quos refert Alex. *in d.l.si pater.* vbi Ias. *C.de collat. & in l.facere posse. ff.sol.matrim.* Vide Conclus. prox. seq. vbi latius.

Factum non impletum qualiter impleatur. Conclus. 27.

OBLIGATVS † aliquid facere, vel soluere, aut implere co-
pellitur; quia potest contra eum dari executio pro non facto. Socin. Iun. *cons.*125.*nu.*5.*vers.ex quibus omnibus, lib.*2. † Et quod
2 possit pignorari, & carcerari pro non facto, sicut pro debito. Angel. *consil.*12.*Nos Angelus, per tot.* † Extende; quia emptor condemnatus ad supplendum pretium rei emptæ stante læsione, vel
3 ad restituendam rem emptam recepto suo pretio, si interpellatur ad declarandum; an velit vnum, vel aliud certo termino præfixo, si non declarat, potest lapso termino capi pro non facto.
† Extende; quia transit tale remedium ex quotcunque contra hæ-
4 redem, etiamsi sit minor, quoad rem deductam in pacto executiuo. Neguſan. *de pignorib.in* 4.*part.num.* 17. plene Socin. *d. consil.*
5 125.*lib.*2. † Et quod sit differentia, an succedat obligatio defuncti pro non facto negatiuo; an vero pro facto affirmatiuo; quia quando pro non facto minor, & quicunque priuilegiatus successor vniuersalis obligatur, & non vtitur priuilegio; quia non factum dicitur non ens, cui non potest accommodari priuilegium; secus est in facto affirmatiuo. Cyn. *in authent. quas actiones. num.*7. *vers. nunc oportet videre. C.de sacrosanct. Eccles.* Hentic. Boich. *in cap.dilectus filius, in fin. de præben.* vt est communis * opinio, vt per * Bart. *in l.cum filius, §.in hac. ff.de verb.oblig.* † Amplia; quia obligatus
6 facere aliquid, licet interim, donec faciat, teneatur ad certum quid, non propterea absoluitur à faciendo; ideo poterit grauari pro non facto, donec fecerit; quia illud fuit adiectum gratia, & ad fauorem creditoris, vt magis afficeretur debitor. §. 1. *Instit. de legat.* & propterea non debet operari effectum contra creditorem. Dec. *consil.*12. per octo fundamenta, quæibi ponit, facit *consil. Castrens.*52.*col.*2.*in fin lib.*2. est bonus text. *in l.cum duobus, §. idem respondit, il secondo. ff. pro so. io.* Bald. *in l.commissoria. C.de pact. inter emptor. & vendit.* † Amplia; quia administrator rerum alienarum,
7 qui tenetur consignare domino debitores, vt se liberet ab administratione, tenetur facere, quod debitores consignati se obligent ei, cui consignantur, nec sufficit cessio iurium, alias pro non facto potest tangi. Vide, *Debitorem alienum acceptans periculo suo facere dicitur, & quando. Conclus.*39. † Amplia; quia si sum cre-
8 ditor, & debitor Titij, non possum sequestrare illius credita, nisi facto calculo; & ideo si de facto obtinerem contra eum sequestrum, potest Titius agere ad renutam contra me pro non facto, & ita fuit alias obtentum, argumento eorum, quæ tradit Socin. *cons.*126.*num.*3.*vers.sed remanet*, vbi, quod possum habere obligatum nomen debitoris mei ex vna causa, licet ego sim debitor
mei debitoris ex diuersa causa, vide eum; quia allegat ita consuluisse etiam Corn. † Amplia; quia obligatus nõ facere, puta non
9 impedire viam, non haurire aquam, si contrarium faciat, potest puniri, vel potest compelli ad cauendum de non veniendo contra; & hoc modo conceditur executio contra eum, cui impositum fuit silentium. Bald. *in l.diffamari. col.*2. *in princ. vers.nota, quomodo fit executio. C.de ingen. & manumiss.* † Amplia; quia obligatus
10 aliquid facere non compellitur præcise ad factum. *l.stipulationes non diuiduntur, in princ. ff.de verb oblig.* † Erideo obligatus vendere, il
11 cum obligatio sit facti, non compelitur præcise vendere. Alex. *consil.*212.*Ponderatis.num.*14.*vers. & etiam si quis promisisset, lib.*6. vbi
plena apostill. *in ver. cogi*, dat plurimos concord. & dicit * com-
12 munem, quibus adde Dec. *consil.*502 *num.*8. † Contrarium dicit apostill. ad Alexand. *d.consil.*212.*num.*14.*in ver.cogi. lib.*6.*in fin.* vbi, quod communis * opinio est falsa, per text. *in l.*4.§. *Cato, ff.de verbor. obligation.* Vide Conclus. prox. præced. Vide, *Obligatio faciendi impletur pro interesse. Conclus.*43.

Factum præsumitur in exequutione præcedentis tractatus. Concl. 28.

1 TRACTATVS † inter Titium & Seium, quod Titius interficiat Sempronium, operatur, quod si Titius occidit Sempronium, præsumitur occidisse in exequutione præcedentis tractatus, quamuis testes examinati super homicidio dicant, nihil scire de præcedenti tractatu, si aliunde constat de tractatu. Alex. *cons.* 21. *n.* 30. *vers. ad hoc, lib.* 3. † Extende in casu conuerso; quia si contracta sunt sponsalia inter duos, qui postea inter se habent rem carnalem, non censentur committere stuprum, neq; possunt puniri, sed in exequutione præcedentis tractatus cẽsentur voluisse matrimonium contrahere. Alex. *d. cons.* 1. *col. fin. nu.* 31. *vers. ad hoc facit, lib.* 3. † Extende; quia is, qui tractauit de ducenda certa puella in vxorem, si postea eam habet, & corrumpit, cẽsetur ex causa principali tractata, vt habeat in vxorem. Alex. *d. cons* 1. *n.* 31. *ver. comprobatur lib.* 3. Vide, *Actus præsumitur in exequutione tituli præcedentis. Concl.* 32. Vide, *Possessio quo iure præsumatur, an ex titulo, vel secus. Concl.* 416. Vide, *Titulus precedens facit præsumi actum sequentem ex titulo præced. factum. Concluſ.* 314.

Factum quando pro non facto haberi possit. Concluſ. 29.

1 FACTVM † non potest haberi pro non facto; quia implicaret contradictionem, ideo solet dici, quod lex non facit, nec facere potest, quod factum sit infectum. Bart. in *l. non dubium. n.* 14. & ibi alii etiam. *C. de legib.* Dec. & alii in *l. verum est. ff. de reg. iur.* † Limita; quia bene factum potest haberi pro non facto quoad effectum iuris. Abb. *cons.* 17. *in præsenti. col.* 2. *in princ. lib.* 2.

Factum iudicis censetur factum partis, & quando. Concluſ. 30.

1 FACTVM † iudicis censetur factum partis, & ideo iudex, vel quicunq; alius vendens publica authoritate bona debitoris ad instantiam creditoris, dicitur facere pro debitore, & factũ iudicis dicitur factum partis. Bal. *cons.* 227. *Quando pro debito, in princ. li.* 5. Bart. in sua *q.* 14. *iudex maleficiorum, in ver. contra. in fin.* vbi plura de hoc, plene Alex. *cons.* 11. *Viso processu, in prin.* vbi apolt. in *verb. factum. li.* 5. † Et quod factum iudicis æquiparetur facto partis. rex. in *l.* 1. *C. si in caus. iud.* Bald. *in l. si ob causam. C. de euicti.* vbi Saly c. † Intellige de facto iudicis legitimo. Bald. *cons.* 61. *In ista qu. n.* 2. *ver. & si dicatur, quod hæc loquũtur, li.* 2. † Et qualiter intelligatur, quod factũ iudicis censeatur factum partis. Alex. *cons.* 212. *li.* 6. *& in l. peregre ff. de acquir. poſſ.* Soci. *cons.* 158. *li.* 2 † Amplia; quia iudex alienans rem debitoris per subhastationem, & deliberationẽ, operatur, vt dicatur facta alienatio per partem debitricem; ideo fiet res prohibita alienari expresse ex conuẽtione debitoris, prout emphyteusis, non potest etiam alienari per iudicem; quia factũ iudicis censetur factum partis. Bald. *cons.* 309. *Verba inuestitura, circa med. verb.* 6 *fol certe, li* 1. † Contrarium, quod imo non possit contrauenire alienationi factæ per iudicem, quia censetur facta per ipsummet feudatarium, tenet per plura Tiraq. *de retractu lignag.* §. 1. *gl.* 14. *nu.* 19. *in fi.* vbi addūcit ad hoc, quod factum iudicis est factum partis etiam in prohibitis, & in feudo tenet Alex. *cons.* 11. *in prin. li.* 5. quod debitor vasallus nõ possit contrauenire, sed dominus; quia quoad commoditatem vtendi potuit induci habens adiudicationem 7 in possessionem vtilis dominii feudi. † Declara; quia procedit in iis, in quibus iudex contra partem inuitam habet à lege potestatem procedendi ad illum actum, alias non. Alex. *d. cons.* 212. *Pondera, n.* 7. *verb. secundo respondeo. li.* 6. † Extende in tantum; quia ex 8 secundo decreto ita videtur translata possessio, vt alteri tradi nõ possit, nisi ei, cui iudex adiudicauit, & qui patitur alium per iudicem mitti in possessionem ex secundo decreto, videtur habere rem pro derelicta. Bald. *cons.* 44 *Iste Dominus Christophorus, n.* 4. *ver.* 9 *quarto quia, li.* 2. † Extende; quia in tantum est verum, quod si iudex vendit rem debitoris, & obligat debitorẽ de euictione, venditor censetur obligatus, sicuti si ipse vendidisset. *l. si plus. §. si iussu. ff. de euict.* Bart. *q.* 14. *Iudex maleficiorum, ver. contra, in fi. ver. octauo hoc* 10 *probatur.* Vide infra *num.* 13. *& seq. & n.* 18. *& seq.* † Amplia in arbitro, & arbitratore magis, cuius factũ dicitur factum partis; ideo quicquid fecit, partes fecisse dicuntur, si non est reductum ad arbitrium boni viri. Ang. *cons.* 5. *Andreas Ianus, in princ. nu.* 2. vbi hoc dicit maxime in arbitratore; quia arbitram ẽtum est quędã transactio. Dynus *cons.* 50. *in quæstione præmissa. num.* 4. *vers. præterea illud, plene* Signor. *cons.* 189. *in fine,* vbi late, quod repræsentant arbitri partes, & eorum factum dicitur factum partium. † Et maxime in 11 arbitratore, cuius factum dicitur factum partium, quia arbitramentum est transactio, & contractus partium. Signor. *cons.* 215. *n.* 2. Anchar. *cons.* 207. *in quæstione.* † Extende; quia arbitri sunt mi- 12 nistri compromittentium, & illorum personas repræsentant, & illorum sententia, dolus, & factum præiudicant compromittentibus. Signor. *d. cons.* 189. *in fin. vers. præterea arbitri.* † Amplia; quia 13 iudex vendens rem debitoris in causam iudicati obligat debitorem de euictione, quia factum iudicis censetur factum partis, *l. si ob causam.* vbi Bald. Saly c. & alii. *C. de euiction.* latissime Tiraq. *de retract. lignag.* §. 1. *glo.* 14. *n.* 13. vbi hoc maxime dicit in datione in solutum, vel adiudicatione, quæ fit per iudicem in exequutione præcedentis obligationis debitoris *supra n.* 9. & infra *nu.* 18. † Ex- 14 tende; quia sicuti soluitur laudemium, quando res Emphyteutica venditur, vel datur insolutum per emphyteutam, ita quando adiudicatio fit per iudicem. Vide Tiraq. *de retract. lig.* §. 1. *gl.* 14. qui *n.* 10. allegat contrarium tenentes, & *nu.* 14. tenet pro ista parte. † Restringe; quia non per omnia factum iudicis censetur fa- 15 ctum partis, quia sequuta euictione repetit solum pretium, pro quo insolutum datio facta fuit. Bald. *d. l. si ob causam in princ. C. de euict.* † Amplia in arbitro, & arbitratore; quia factum illius cense- 16 tur factum partis. Anch. *cons.* 207. *In quæstione. n.* 4. *& seq.* † Exten- 17 de in arbitro. Socin. *cons.* 124. *& cons.* 69. *lib.* 4. † Amplia; quia quo- 18 ad efficaciam obligationis factum iudicis obligat, sicut factum partis. Bald. *d. l si ob causam. prope fin. C. de euict.* supra, *num.* 13. *& nu.* 9. † Extende; quia datio in solutum facta à debitore creditori non 19 potest reuocari, vt restituat bona recepto pretio, etiam si intra biennium agat ad restitutionem bonorum. *l. si finita. §. postea autem. ff. de damn. infecto,* quicquid in contrarium dixerit Bart. ibi in *§. Iulianus,* qui reprobatur, vt ibi per Alex. & propterea infringi non potest. *l. successores. C. de solutionib. l. cum dominam. C. de pignor.* quæ iura licet loquantur in adiudicatione facta à debitore, tamen procedunt etiam in facta à iudice, ex regula, quod factum iudicis reputatur factum partis. *d. l. si ob causam,* vbi Bald. *C. de euict.* Dec. qui multa ad hæc congerit *cons.* 592. *n.* 4. & hoc maxime, quando lapsus est annus datus à statuto. † Contrarium tenet Bart. in *d. l. si fi-* 20 *nita. §. Iulianus, ad si. ff. de damno infecto,* quod de iure communi potest recuperare soluẽdo pretium intra biennium, per *l. si. C. de iure domi. impetr.* † Declara; quia imo non potest redimere; quia fa- 21 ctum iudicis est factum partis. Alex. *cons.* 11. *Viso processu, in princ. n.* 2. *lib.* 5. vbi, quod ita tenet gloss. à qua in iudicando non est recedendum, & quod ita seruatur de consuetudine, quando adiudicatio fuit facta per iudicem iure ordinario, contrarium procedit, quando adiudicatio fuit facta per rescriptum Principis, & hanc esse communem *opinionem, & apostil. ibi in *ver. contrarium,* dat * in hac concor. † Amplia; quia imo factum iudicis est maioris au- 22 thoritatis, quam factum partis. Bart. in *quæst. 1. Lucanæ Ciuitatis, in ver. è contra, num* 15. *verb quinto probatur.* † Extende; quia factum iu- 23 dicis æquiparatur facto partis, ne dum circa affirmatiuum factum, sed etiam circa negatiuum. Bart. *d. qu. 1. n.* 15. *verb. quinto probatur.* † Amplia; quia in iudicialibus, si iudex inducat testes pro 24 veritate indaganda, illi probant, sicuti si à parte essent inducti, quia factum iudicis censetur factum partis. Bart. in *quæst.* 14. *Iudex maleficiorum, in ver. contra, in fi. vers. octauo, & in vers. solutio. in prin.* vbi extendit. † Limita; quia licet pars possit cedere iura; tamen 25 non potest iudex, vel arbiter. *Ang. cons* 259. † Limita; quia factum 26 iudicis censetur factum partis, si est legitime, & iuridice factum, alias secus. Iaſ. in *l. à Diuo Pio. §. si emptor, nu.* 2. *ff. de reiudic.* Bald. *d. l. si ob causam, circa fin. C. de euictionib.* † Extende; quia factum iudicis 27 censetur factum partis, quando claudit ius sub administratione iurisdictionis, alias secus. Ia in *l. à Diuo. §. si emptor, n.* 3. *ff. de re iudic.* apostilla ad Saly cet. in *d. l. si ob causam. C. de euiction. b.* † Limita; quia 28 plus operatur consensus voluntarius partis, vt renũciatio, quam consensus inuitus, vt sententia iudicis. Oldrad. *cons.* 227. *nu.* 5. *ver. sed ad istud respondetur.* † Extende; quia mitius interpretatur fa- 29 ctum iudicis, quam factum partis. Alex. in *l. peregre ff. de acquir. poſſ.* † Extende; quia iudex non potest vendendo donare, vel viliori 30 pretio distrahere, sed tenetur subhastari facere bona. Bald. *cons.* 498. *Iudex, & creditor, circa med. ver sed hæc ratio. lib.* 5. † Restringe; 31 quia quandoque plus operatur factum iudicis solemne, quam factum partis; quia venditio facta ad hastam per iudicem, præcedentibus solemnibus subhastationibus, non potest rescindi ex capite læsionis, etiam vltra dimidiam; prout possit debitor alienante. Bald. *cons.* 498. *per tot. lib.* 5. † Limita; quia factum iudicis 32 non censetur factum partis per omnia; qui a nemo appellat à facto suo, sed bene à facto iudicis. Angel. *cons.* 203. *Arbiter primus,*

33 *in fin.* † Limita; quia factum iudicis dicitur factum partis per æquipollentiam, & fictionem, non per veritatem; ideo in formalibus quæ debent specifice impleri, non sufficit factum iudicis, vbi forma requirit factum partis. Alex. *cons.* 212. *Ponderatis ita n.* 6. *& seq. ver. nec dicatur, lib.* 6. vbi maxime hoc procedit, & est verum in iis, in quibus iudex non potest inuita parte actum facere, vel si
34 facit etiam ea non citata. † Extende; quia in formalibus, in quibus statutum requirit iuramentum partis, non sufficit, quod iudex in contumaciam partis pronunciet haberi pro iurato, maxime; quando fuit citatus ad iurandum tantum; quia licet sit cõtumax, requirebatur alia comminatio, & citatio ad videndum haberi pro iurato. Alex. *d. cons.* 212. *Ponderatis, n.* 9. *& seq. ver. non fuit etiam seruata forma lib.* 6.

Facultates alicuius non sufficere ad debita quomodo probetur. Concl.

1 VIDE † Masc. plene *Concl.* 737. vbi, quod qui dicit non extare bona, habet intentionem probatã, vbi, quod probatur negatiua, & affirmatiua per testes, æstimum, & aliis modis. Vide, *Paupertas qualiter probetur. Concl.* 162.

Facultas faciendi aliquid alio inuito qualiter intelligatur. Concl. 31.

1 HABENS † facultatem aliquid faciendi, alio inuito, intelligitur de absoluta. Vide, *Verba importantia liberam voluntatem.*
2 *Concl.* 132. † Limita; quia pater, qui potest petere dotem filiæ soluto matrimonio, ipla contradicente, & inuita. *l.* 2. §. *voluntate, cũ ibi notat. ff. sol. matrim.* intelligitur tamen, nisi contradicat ex iusta
3 causa, quia tunc non potest Ioan. de Imol. *cons.* 78. *in fin.* † Limita; quia habens facultatem capiendi propria authoritate, si adiunt iudicem, tenetur ad obseruantiam statuti, & iudicii. Castr. *consil.* 78. *Super eo, quod. n.* 3 *l. b.* 1. allegat Bart. *in l.* 3. *C. de pign.* vbi, quod habens facultatem propria authoritate capiendi possessionem, si adiuit iudicem, tenetur citare partem Vide, *Facere qui potest aliquid propria authoritate, quando perdat authoritatem. Conclus.* 6. Vide, *Pactum ingrediendi propria authoritate quid operetur. Concl.* 37.

Facultas corrigendi, mutandi, & ordinandi, quid contineat. Concl 32.

1 FACVLTAS † data per Papam alicui corrigendi statuta, ac ordinationes Collegii, non se extendit ad correctionem statutorum cõditorum per Papam, nisi specialiter sit dictum. Alex. *cons.* 106. *Perspectis ita n.* 3. *ver. quarto quia. lib.* 2. Vide, *Reformatores electi quid possint, & quid sit reformare. Concl.* 81.

Facultas aliquid faciendi est seruanda. Conclus. 33.

1 HABENS † facultatem testandi de fructibus ecclesiæ, vel aliquid faciendi non potest excedere facultatẽ sibi cõcessam; quia spectanda est facultas ex intentione concedentis, *c. cum dilectus, de donat.* glos. & Dd. *in c. propter, de rescript. in* 6. Gomez. *in reg. de impetrat. benef. per obitum familiar. q.* 7. vbi loquitur in alio casu.
2 † Amplia; quia Comes Palatinus habens facultatem legitimãdi, sine speciali facultate derogandi legibus derogatoris, fatue derogat; quia non est suæ facultatis. Castr. *cons.* 125. *Dubitatur. nu.* 3. *ver. tertio dubitatur lib.* 2. Vide, *Legitimandi facultas qualiter probetur.*
3 *Concl.* 224. † Amplia; quia tenor inuestituræ spectandus est. Vi-
4 de, *Inuestitura feudi attendi debet. Concl.* 356. † Extende in mandato; quia fines mandati seruandi sunt. Vide, *Mandati fines sunt exacta*
5 *diligentia seruandi. Concl. ibi prox. seq.* † Extende in rescripto. Vide, *Rescriptum de vno non extenditur ad aliud, & quando secus. Concl.* 213.

Facultatis quæ esse dicantur. Conclus. 34.

1 FACVLTATIS † meræ, & naturalis esse dicitur illud, quod naturaliter fieri conceditur facere posse, prout quod debitor possit soluere, & offerre creditori suo, & rem suam, & personam suam liberare; item, quod habens pignus possit illud vendere facta trina denuntiatione; item per viam ire, & redire, & alia similia, & huic facultati, nedum non præscribitur, sed neque per pactum renuntiatur. Castrens. plene *cons.* 144. *Pactum*
istud, per tot. lib. 2. Vide, *Præscribi an possint ea, quæ sunt facultatis. Concl.* 537.

* *
*

Falcem in messem alienam quis ponere non debet. Concl. 35.

NEMO † debet ponere falcem in messem alienam. Bald. *cons.* 1
396. *Quod autem, n.* 2. *ver. sed respondeo. lib.* 4. & Anch. *cons.* 11. *eod. ver. quod est idem consilium Baldi.* † Et messis Theologorum est fo- 2
rus poli, vel conscientiæ; ideo ad ipsos spectat hæc cognitio. Ang. *cons.* 59. *Quidam pater, in princ.* Vide, *Peritia in arte standum est, & quãdo secus. Concl.* 286. † Extende; quia vna iurisdictio non debet a- 3
liam impedire, videlicet Ecclesiastica non debet impedire secularem; nec è contra. Anchar. *consil.* 236. *Inhærendo argumento, in princ.* † Extende; quia superior non potest inhibere inferiori, ne 4
vtatur sua iurisdictione. Anchar. *d. consil.* 236. *in fin.* † Extende; 5
quia iudex Ecclesiasticus in causa vsuraria non inhibet seculari, quando non tractatur, an quid sit vsura, nec ne. Anch. *d. consil. per tot.* Vide, *Iurisdictiones an sint distincta, & quotuplices. Concl.* 544.

Falcidia quid sit & eius priuilegia. Concl. 36.

FALCIDIA † est portio quartæ partis debitæ hæredi ex le- 1
gatis, vel fideicõmissis particularibus. Vide, *Trebellianica quid sit, & in quo differat à Falcidia. Conclus.* 375. † Magis priuilegiata est, 2
quam Trebellianica; quia quicquid conceditur Trebellianicæ, conceditur Falcidiæ, non sic è conuerso, & quantum ad imputationem quicquid non imputatur in Trebellianica, neque in Falcidia imputabitur. Crau. *consil.* 571. *num.* 23. & 24. *lib.* 4. † Et de- 3
betur siue ex legatis particularibus ex testamento, siue etiam ab intestato, prout si quis fecerit vltimam voluntatem coram sex testibus, in qua legauit prædium Titio, & nihil aliud supereset; quia hæres ab intestato succedens debet habere Falcidiam ex tali legato. *l. filius familias, qui militauerat.* vbi Bart. *ff. ad l. Falcid.* † Itẽ 4
debetur ex donatione causa mortis. Castr. *cons.* 28. *lib.* 2. *col. penult.* super quo casu etiam consuluit Roman. *cons.* 57. *Nescio, qua ex re. & cons.* 79. *per tot.*

Falcidia potest prohiberi, & ex quibus dicatur prohibita, vel non. Concl. 37.

FALCIDIA † potest prohiberi expresse, videlicet prohibeo, 1
quod non possit hæres deducere Falcidiam. Castr. *cons.* 28. *in princ. lib.* 2. † Extende, vt etiam possit tacite prohiberi, dummodo 2
verba necessario inferant tacitam prohibitionẽ; quia sicuti probatio non releuat, si necessario non concludat; ita etiam verba, quæ necessario nõ concludunt, tacite non probant prohibitionem. Castr. *d. cons.* 28. *in pr. lib.* 2. † Et quod sufficiat tacita, dũmodo 3
concludat necessario, probat Castr. *d. cons.* 28. *nu.* 2. & 3. *lib.* 2. quia regula est, quod tantum valeat tacita voluntas, quantũ expressa; & quia ex tacita voluntate, quæ necessario inferat, inducitur fideicommissam; & quia non reperitur prohibitum, quod tacite non possit prohiberi; quia verba *auth. de hæred. & Falcid.* §. *fivero expressim*, quæ loquitur de expressa, sunt enũciatiua, q̃ non disponunt, & ita dicit intelligi Old. *cons.* 248. *n.* 4. † Quæ verba indu- 4
cant tacitam prohibitionem; dicas, quando testator dixit, q̃ volebat legatũ, vel donatum causa mortis pertinere integraliter, & sine vlla diminutione ad legatariũ, vel donatariũ; quia ista verba necessario inferũt, q̃ nihil deducatur, & alium sensum habere non possunt. Castr. *d. cons* 28. *n.* 4. & *seq per tot. lib.* 2. Vide, *Trebel. tianica potest prohiberi tacite, & quando dicatur prohibita, vel nõ. Concl.* 387. † Limita; quia non censetur prohibita, licet testator, vel de- 5
nans causa mortis omnia bona sua dixerit, *quod volebat legata, vel donata pleno iure spectare ad legatarium, vel donatarium*; quia ista vere necessario non includunt prohibitionẽ Falcidiæ; quia possunt verificari in alio, vid. l. pleno iure, videl. tam vtilis, q̃ directi dominij, vel tam proprietatis, quam fructuum. Castrens. *d. consil.* 28. *colum. pen. ver. præterea in casu nostro, lib.* 2. vbi, quod ita loquitur Oldrad. *consil.* 248. *nu.* 4. & in eodem casu cum Castrens. consuluit Roman. *consil. Nescio, qua ex re, per tot.* vbi plena apostill. *in ver. quod non*, dicit hanc magis communem * opinionem, & idem Rom. * 6
consil. 239. *In re hac. num.* 3. vbi de * communi. † Idem, quando dixit, *omnia bona*; quia stant simul, quod omnia legantur, sed à hære fiat deductio; quia hoc non prohibetur necessario. Castrens. *d. consil.* 28. *num.* 5. *lib.* 2. Roman. *consil.* 75. *per tot.* & repetit *consil.* 79. vbi tollit omnia contraria. † Idem, si dixit, *quod ponebat legatarium* 7
in locum suum; quia non infert necessario, vt supra Castrens. *vbi sup.* † Idem si dixit, *totam hæreditatem*; quia non infert necessario 8
ad prohibitionem Falcidiæ; quia totam, quia non dimidiam, nõ

quoram

quotam tantum. Castr. *d. cons. 28. n. 5. ver. plus videtur, lib. 2.* & Rom. *d. cons. 75. col. 2. ver. secundo hoc,* vbi allegat *l. ita tamen. ff. ad Trebell.* & alias leges in terminis loquentes de tota hereditate, & non, phibetur Trebellianica, vbi apostill. *in ver. prohibitam*, quæ citat pro vtraque, & clarius Roman. *d. cons. 79. n. 3. & per tot.* & plenius idē Rom. *cons. 32. in fin.* vbi apost. *in ver. prohibuisse*, citat plures concor.

† Contrarium tenet Grat. *cons. 103. Viso, n. 14. lib. 2.* cum aliis, quos citat apost. ad Rom. *d. cons. 75. in ver. prohibitam. in fin.*

Falcidia, quādo per hæredem detrahi debeat, vel non. Concl. 38.

1 FALCIDIA † detrahi debet per hæredem ex legatis particularibus. Sign. *cons. 238. n. 10. & seq.* vbi, quod differt à Trebellianica nomine, auctore, effectu, & quod est diuersa ratio; qa Trebellianica non ita respicit commodum defuncti. † Amplia; quia Falcidia detrahitur per matrem ex bonis filii, quando patet infuturo filio, substituit illi in omnibus bonis stabilibus, & mobilibus; qua nō est institutio vniuersalis, vt debeatur Trebellianica, sed est particularis, vt debeatur Falcidia. Bald. *cons. 46. Quidam nomine, lib. 2.* qui extendit, etiāsi modo transfuerit ad secunda vota; quando alius filius non supersit. † Ratio est; quia testator nō pōt erogare in legatis vltra tres quartas partes quæ hereditatis, ex quo quarta pars debet reseruari hæredi. *l. 1. cū ibi not. ff. ad l. Falcid.*

2 † Amplia, vt procedat, etiamsi legaretur vni proprietas, alteri vsufructus; quia debet æstimari, quantū de proprietate relinquatur hæredi, & quantū valeat vsus fructus, & si talis vsus fructus absorberet tres partes hereditatis, seu valoris; ideo qñ quarta nō heredi remaneret; tunc fiet deductio, ita gl. *in l. 1. ff. ad l. Falcid. in §. vsus fructus, in ver. si quæratur*, cū qua omnes transeunt. † Amplia; quia Falcidia deducitur ex legatis conditionalibus. Sign. *cons. 66. n. 4.*

3 † Amplia; quia Falcidia deducitur etiam ex prælegatis factis hæredi, seu cohæredi; quia quatenus exhauriunt substantiam cohēredis, qui non habet quartam, potest à cohærede suo deducere

4 Falcidiam. Bald. *cons. 70. in pr. lib. 3.* † Extēde, vt procedat, etiamsi cohæres, cui est factū prælegatum, esset filius; quia ab eo deducitur Falcidia, quatenus ipsa plegata exhauriunt substantiam, & parte cohæredis. Bald. *cons. 69. Quidā instituit. in fi. ver. quia imo. lib. 3.* † Amplia; quia vbicunq; nihil supereſt de bonis defuncti deductis creditoribus, legatū non debetur, sed redditur inefficax. *l. si vniuersale. C. de legat.* quia debet hæres habere Falcidiā, quæ si nō supersit, non obligatur; q tamen procedit, quādo fecit inuentariū, alias iure nouissimo obligatur hæres de suo etiā ad legata.

5 *l. fin. §. fin vero.* vbi glos. & Dd. *in ver. consueuerunt. C. de iur. deliber.* per *text. in auth. de hæredib. & Falcid. §. si vero non fecerit.* † Amplia; quia detrahitur Falcidia de donatione causa mortis, quæ morte cōfirmatur. Alex. *cons. 7. n. 12. lib. 6.* Castr. *cons. 28. In causa, quæ vertitur,*

6 *in pr. lib. 2.* † Extende etiā in vsufructu donato causa mortis. Alex.

7 *d. cons. 7. n. 12. & seq. lib. 6.* Amplia; quia non fit distinctio, an legatū sit in specie, vel in quantitate, secundū opinionem magis æquā; quia æqualiter debent concurrere ad Falcidiam, & ab omnibus fit diminutio pro rata. ita Alex. *in l. quærebatur, ad fin. ff. ad l. Falcid.*

8 Vide, *Legata, qua excedunt vires hæreditatis, qualiter soluenda, vel non.*

9 *Concl. 55.* † Appellatione Falcidiæ venit Trebellianica, item legitima iure naturæ debita. Sign. *cons. 220. in fi.* † Et appellatione Falcidiæ venit legitima, puta si pater legat filio suo Falcidiam, vel

10 statutum idem diceret: Bart. *in l. 1. ff. ad l. Falcid. n. 2.* † Amplia; quia etiam pro legato dotis deducitur Falcidia; quia non est melioris cōditionis, q̄ sint alia legata. Bart. *in l. qui vxori ff. de auro, & arg. leg.* ideo nō consideratur, vt æs alienum. Castr. *cons. 294. In causa, quæ*

11 *vertitur Bononiæ lib. 2.* Alex. *cons. 45. Habita super iis, in 4. dub. lib. 1.* Extende, † vt procedat, etiamsi esset confessio dotis mariti facta de dote in testamento, quando aliter non constat de promissione, vel solutione; nec constat, q̄ mulier fuerit præsens tali cōfessioni; quia resolutur in merū legatū. Vide *in ver. Dos confessata per ma-*

12 *ritum debetur vxori. Concl. 748. per tot.* maxime *n. 155. & seq.* † Declara, nisi legatum pro dote fieret à marito, quā restituere tenetur; quia dicitur æs alienum. Item, nisi dos esset pia causa, vt in limi-

13 tationibus seqq. † Limita; quia Falcidia cessat, vbicunque legata debentur nō adita hereditate; quia cessante causa Falcid. q̄, cessat ipsa Falcid. a, ita Rip. *in l. 1. §. Denig. ff. ad Trebell. n. 2. in fin.* sequitur Fernan. Vasquius *tract. de succeſſ. lib. 1. de testam. poten. §. octauo. nu. 3.*

14 † Extende eadem ratione in testamēto militis, in quo cessat Falcidia. *In testamento. § ad l. Falcid.* quia valent legata in eo facta, & debentur non adita hæreditate. *l. miles ita hæredem. § fi. ff. de testam.*

15 *milit.* † Extende idem in statuto, quod debeantur legata etiā hæreditate non adita. Ant. Gomez. *tract. variar. resol. tom. 1. c. 12. de le-*

gat. n. 11. ver. hodie tamen. † Limita; quia Falcidia non deducitur ab hærede compulso adire, sed solum ab adeunte sponte sua. Alex. *cons. 139. Eleganter, col. 2. in pr. ver. tertio concludo, lib. 1.* † Limita; quia si maritus legat vxori mille cōputata dote mulieris recepta, quæ voluit ex quodam traffico extrahi, & solui, nulla debetur Falcidia pro rata dotis, quæ debet deduci, tanquam æs alienum, & habet hypothecata omnia bona testatoris. *l. in imponenda. C. ad l. Falcid.* quia hypotheca mulieris ex *l. 1. ff. solut. matrim. & in l. vnica. C. de rei vxor. actio.* quę est in omnibus bonis ad electionem creditoris, *l. creditoris. C. de distr. pign. l. debitorum pactionib. C. de pact.* non potuit restringi ad pecunias traffici; & quia dicta expressio nō fuit causa limitandi legatum, sed potius causa demonstrationis. *l. quidam testamento, in princ. ff. de legat. 1.* Dec. *cons. 324. Consuluit.* In residuo vero extra dotem debet cōcurrere cum aliis legatariis ad deductionem Falcidiæ. Bart. *in l. qui vxori. ff. de auro & argent. leg.* † Limita; quia Falcidia non debetur hæredi, qui adiuit non confecto inuentario. Alex. *d. cons. 139. col. 2. in princ. ver. sed si non confecit, lib. 1.* Ang. Aret. *cons 83. Hæres non conficiens, in princ. per tot.* Vide, *Trebellianica an perdatur per non confectionem inuentarij. Concl. 389.* † Limita; quia Falcidia non detrahitur ex eo, quod hæredes instituti directo capiunt; quia cum capiant à seipsis iure hæreditario, & nō à cohærede, sibi ipsis non debent Falcidiam, vel si debent, nō fit eis diminutio aliqua. Bald. *cons. 70. Præmittendum est in princ. lib. 3.*

16 † Limita, quod Falcidia non detrahitur, si quocunque tempore, ex quacunque causa hæredi portio augeatur, quæ sufficiat pro Falcidia, etiamsi tempore aditę hereditatis esset detrahenda. Oldrad. *cons. 201. Casus talis est. ver. secundo hoc.* † Limita in legato ad

17 pias causas. Sign. *cons. 66. Factum tale est, num. 3. & 4.* Feder. de Sen. *cons. 298. num. 2. in princ. ver. item non obstant.* Vide, *Trebellianica non deducitur ex relictis ad pias causas. Concl. 381.* † Extende, etiamsi pia causa sit in vltimo loco post alios. vbi sup. † Extende, etiam si hæres pia causa; quia nō deducit Falcidiam. Vide omnino Craſſ.

18 *§. Falcidia, q. 3.* vbi allegat pro vtraque parte, & dicit vtramq; opinionem * communem, sed hanc tenendam, quod non deducatur. † Limita in legato facto ad certum vsum; quia si ille vsus per

19 detractionem impediretur, non debet deduci. *l. si seruus. ff. ad leg. Falcid.* Oldrad. *cons. 225. in fin. n. 25. ver. circa decimam quartam.* † Limita in donatione inter viuos. Alex. *cons. 7. n. 13. lib. 6.* † Extende, etiamsi sit donatio inter virum & vxorē, quæ valeat propter iuramentum etiam quoad vsumfructum tantum. Alex. *d. cons. 7. n. 13. & seq. lib. 6.* † Limita; quia Falcidia non debetur, si est prohibita à testatore. Castrens. *cons. 177. Viso supradicto, num. 3. ver. Sed respōdetur.* vbi apostillans dat concord. *lib. 1.* Vide, *Trebellianica quid sit, & in quo differat à Falcidia. Concl. 375.* Vide Concl. prox. seq.

Falcidia non detrahitur multis casibus, & fauore piæ causæ. Concl. 39.

1 FALCIDIA † licet ex legatis ad pias causas non deducatur; tamen deducitur ex legato facto à testatore vltra vires hæreditarias. Oldrad. *cons. 111. Quidam condidit,* & quod nō deducatur Falcidia ex legatis ad pias causas. *authent. sed cum testator. C. ad leg. Falcid.* Federic. de Sen. *cons. 298. num. 2. in princ. verb. item non obstant, & hoc non habet dubium secundum Roman. cons. 239. in re hac, num. 4. verb. Quoad tertium.* † Et quarta debetur parochiano ex legato pio pro cultu diuino facto fratribus ab eo, qui elegit sepultu-

2 ram in eorum ecclesia: licet regulariter Falcidia non deducatur, si vsus, pro quo fit legatum, impediatur. Oldrad. *cons. 225. in fi. ver. Circa 14. num. 25.* † Amplia; quia in testamento militis cessat

3 Falcidia. *l. in testamento. C. ad leg. Falcid.* Federic. de Sen. *cons. 298. num. 2. ver. Præterea video.* † Amplia; quia Falcidia nullo modo deducitur ex legatis ad pias causas. Alex. *consil. 139. Eleganter in princ. col. 2. ver. 3. concludo, lib. 1.* Vide, *Falcidia quando per hæredem detrahi debeat, vel non. Concl. prox. præced.* Vide, *Pia causa habet multa specialia. Concl. 333.* Vide, *Trebellianica non deducitur ex relictis ad pias causas. & quando secus. Concl. 381.* † Limita; quia legatum etiam ad

4 pias causas vltra vires hæreditarias deducitur. Oldrad. *d. cons. 111.*

5 † Limita; quia fideicommissarius, vel substitutus, soluere debens legata facta, siue ab hærede, siue simpliciter facta,

6 non deducit Falcidiam. Roman. *consil. 239. numer. 4. versic. Quo autem ad legata.*

Fallitorum & cessantium pœnæ diuersæ. Concl. 40.

1 FLORENTIÆ † fallitorum, & cessantium bona nō possunt defendi ab vxoribus ex statuto, sub *rubr. de creditor. cessan. & fugit.* sed solum debentur alimenta vxoribus ex lege anni 1477. vsque ad flor. 50. de grossis, sed bene verum est, quod si vxor agit propter inopiam ad dotis restitutionem, & dicat maritū cessantem, obtinebit dotis restitutionem, nisi probetur, quod sit cessans in gradu, de quo loquitur statutum; quia verba libelli largo modo, & ad fauorem libellantis sunt intelligenda. Vide, *Libelli verba late interpretanda, & ad fauorem libellantis, & quando secus. Concluſ.* 308. † Et nota, quod ad hoc, vt quis dicatur cessans, & fugitiuus in casu statuti prædicti, necesse est, quod habeat annexam qualitatem mercaturæ, vel alicuius ex 21. artibus, alias statutum 3 de eo non loquitur. † Amplia; quia isti falliti, & decoctores sunt infames; & ideo repelluntur à testimonio in causa criminali, & etiam in causa graui ciuili; secus in ciuili mera, & non graui, Mascard. *Concluſ.* 738. *Falliti an repellantur.* Vide, *Decoctorum & fallitorum pœna diuersa. Concluſ.* 106. Vide, *Statutum circa fallitos, & decoctores circa diuersa. Concluſ.* 548. Vide, *Statutum circa fugitiuos & fallitos. Concluſ.* 560.

Falsitas quid sit, & quid continere debeat; & est crimen grauissimum, & quæ sit pœna falsi. Concl. 41.

1 FALSITAS † nihil aliud est, quam mutatio veritatis *authent. de tabellionib. in princ.* Bald. *conſ.* 54. *casus breuis, num* 2. *in princ. lib.* 1. *& conſil.* 254. *Dubitatur de quod. n. num.* 2. *in fin. ver. & videtur, quod sic. lib.* 1. & quod falsitas nihil aliud sit, quam adulteratio veritatis idem Bald. *conſ.* 323. *Punctus, vtrum vigore. nu.* 1. *circa fin. verſ. & pro examinanda lib.* 4. Anch. *conſ.* 173. *Circa primum, in princ.* Castr. *conſil.* 364. *in princ. lib.* 2. Vide Concl. prox. seq. † Et in quo differat falsitas à simulatione. Ias. *conſ.* 85. *lib.* 1. † Sed secundum Lagus non sequitur; istud non est verum, vel veritas est mutata; ergo adest 3 falsitas; quia requiritur dolus ad hoc, vt mutatio veritatis inducat falsum. Bart. *conſ.* 199. *Tudertinus, in princ. lib.* 1. vbi, quod requiruntur aliæ qualitates; quia mutatio veritatis cum dolo non inducit pœnam falsi, si falsitas non esset nocibilis, & ita concludit Castr. *conſ.* 364. *Incipiendo, in princ lib.* 2. Vide, *Falsitas quando non sit punibilis. Concluſ.* 50. † Restringe; quia non procedit in eo, qui addidit, vel mutauit veritatem in prothocollo alieno; quia debet 4 puniri vt falsarius, & de falso. Anch. *conſ.* 173. *n.* 7. *& seq.* vbi tollit contraria. † Alia falsitas est visibilis, alia inuisibilis; nā falsitas visibilis commissa in scriptura nulla nō vitiat: inuisibilis vero puniri 5 debet. Soc. *conſ.* 62. *n.* 3. *verſ. secundo hæc concluſio, lib.* 1. quod intelligē, quando scriptura non habet solemnia; si vero habet sua solēnia, siue vitium sit visibile, siue non, semper est punibilis, vt ibid. 6 Soc. *verb. quarto hæc concluſio.* † Triplex est falsitas, videl. primo circa testes: secundo circa instrumenta, & scripturam: tertio circa monetam, & de singulis Clar. *in* §. *falsum. n.* 2. † Quartam etiā addit falsitatem Cuman. *conſ.* 139. *Hoc maxime, in princ.* videlic. circa 7 ponderā, & mēsuras; item circa immissionem, prout si miscetur trementina cum cera, vel aliud metallum cum auro, aqua in vino, & sic de singulis. † Tu dicas, quod quatuor modis committitur falsitas; scripto, vt in Notario scribente falsum instrumentū; 8 item dicto, vt in teste, facto, vt in eo, qui pecuniam falsam cudit, 9 item vsu, vt Mascard. *Concl.* 739 *Falsitatis communia, in fin.* † Falsitas habet plures gradus; quia aliquando instrumentum est falsum, aliquando suspectum tantum de falso, de quo vide Masc. *Concl.* 10 740. *Præsumptiones quædam, in prin.* † Tria continere debet falsitas, mutationem veritatis, dolum, & quod sit nociua alias nō est falsitas. Vide Masc. *Concluſ.* 739. *Falsitatis communia n.* 12. *& seq.* vbi addit quartum requisitum, vt sit in scriptura probante; sed istud vltimum cadit sub tertio requisito, quod noceat; quia si scriptura non probat, non potest nocere; addit etiam quintum requisi- * tum, vt ea falsitate quis vsus fuerit. *n.* 15. vbi dicit * communem. 11 † Falsitas circa monetam consistit in duobus, tingendo, & radēdo; tingere enim est extoto falsam fabricare. Dyn. *conſ.* 38. *Quod contra Benc. n.* 7. Vide, *Moneta falsa ex quibus dicatur, & de pœna falsitatis. Concl.* 353. † Imo ex tribus; quia continet materiam, formam, 12 & pondus; in materia ergo potest violari, in forma, & in pondere. Cuman. *conſ.* 139. *in fin.* † Et in quatuor consistit falsitas monetæ, falsificando, adulterando, tondendo, & expendendo, plene 13 Clar. *in* §. *falsum. n.* 46. *& seq.* † Crimen nullum esse magis pernicio- 14 sum Reipublicæ asserit Clar. quam falsitas; & ideo exclamat, quod seuerissimi pœna puniri deberet; quia tam in ciuilibus, quam in criminalibus inducuntur testes ab vtraq; parte, vt plurimum falsi, & hoc euenire dicit propter impunitatem. Clar. *in* §. *fin. q.* 53. *n.* 7. *verb. frequentissime.* Vide, *Testes contrarij, vel falsi quando de falso puniri possint, vel non. Concluſ.* 242. † Publicum crimen est; 15 ideo quilibet potest accusare, etiamsi sua non interest. Clar. *d.* §. *falsum, in princ.* quod restringit, quando agitur de falsitate testamenti, vel instrumenti publici, & hanc * communem esse atte- * stātur *in* §. 1. *lib.* 5. *n.* 4. † Falsi crimen grauius est quocunque delicto. Marsil. *in l. iu. qui cum telo. num.* 76. *C. ad leg. Corn. de sicar.* † Et 16 17 grauissimum esse crimen falsi propter eius frequentiam, dicit Clar. *in d.* § *falsum, in princ.* Castrens. *conſ.* 130. *Videtur dicendum, in princ. lib.* 1. vbi, quod ita est grauissimum, quod nullum crimē est, quod ita vituperet famam, & statum hominis, sicut ipsum, in tantum, quod falsarius similis est mortuo; & ideo super crimine falsi potest transigi, sicut in aliis criminibus pœnam mortis inferentibus. † Falsum, seu falsitas est multiplex; ideo varia, & multi- 18 plex etiam est pœna falsi; quia committitur falsum scripto, & extra. Cuman. *conſ.* 139. *Hoc maxime, in princ.* † Aliqua est circa pon- 19 dera, aliqua circa immixtionem, vt in eo, qui ponit sepum, & trementinam in cera, aurum adulteratur cum metallo; aliqua est circa corruptionem in eo, qui falsam fabricat, vel expendit monetam, & de aliis speciebus Cuman. *d. conſ.* 139. *in princ.* † Vide ta- 20 men Simon. de Præt. *conſ.* 82. *num.* 8. *& seq.* vbi, quod miscens granum corruptum cum non corrupto, non committit falsum, ex quo videri potest; sic est miscens ceram corruptam cum non corrupta. † Pœna autem falsificantis pondera, quæ sit tam in fo- 21 ro sæculari, quam Ecclesiastico, & animæ, vide text. & ibi Abb. *in cap. 2. de empt. & vend.* text. *in l penult. ff. de falsis, & in l. Annona.* §. *fin. ff. de extraord. crimin. & in l. vxori.* §. *si maiora. ff. de furt.* & notatur in *l. Dardanarios. ff. de pœnis,* & per Ang. Aret. *in tract. malef. in verb. falsarius,* & vide Bonifac. Vital. *in tract. malefic. rubr. de pœna falsificantis mensuras, & pondera,* & quæ ibi ponit apostilla. † Alia est, quæ con- 22 sistit in celanda, & occultanda veritate; nam falsitas non solum committitur ab eo, qui dicit falsum, sed etiam ab eo, qui celat verum, gloss. & Bart. *in l. presbyteri. C. de Episc. & Cler.* & facit *l. eum, qui celauit. C. de falsis.* Azo *C. ad leg. Falcid. circa princ. in summa.* & Hostiens. *in summa de crimine falsi.* Alex. *conſ.* 2. *Viso processu. num.* 6. & 7. *verb. alia ratione. lib.* 7. † Nam vocati in testamento peccant mor- 23 taliter, si tacent, vel celant veritatem, vt 6. *q.* 1. *cap. ille, qui, &* 12. *q.* 1. *cap. prædicandi.* † Et maxime peccant, qui metu alterius veritatem occultant; nam iram Dei super se prouocant; quia magis timent hominem, quam Deum; & præstantes opem, vt veritas per alium celetur, etiam dicidebent falsum commisisse, & eadē pœna puniri debent. §. *interdum. Institut. de obligationib. quæ ex delicto nascuntur. l. is, qui opem ff. de furt.* † Extende; quia prohibens te- 25 stes examinari in causa, vt propterea non possit veritas haberi, potest de falso puniri, supra proxime, & *n. seq.* † Extende; quia 26 is, qui celat testamentum, vel instrumentum, aut aliam scripturam, ita committit falsum, sicut is, qui cōmittit, vel fabricat falsitatem. gl. *in d. l. eum qui celauit. C. de falsis.* per illum text. & est text. *in l.* 1. §. *rationibus. ff. de falsis.* & ideo potest iudex cogere eum, qui retinet scripturam celatam, cuius copia alibi non reperitur ad exhibendum eam; quia de iure tenetur illam manifestare. † Pœna 27 falsum committentis est in libero homine pœna deportationis, & cōfiscationis bonorum, in seruo est pœna mortis, & sic vtroq; casu est pœna capitalis. Socin. Iun. *conſil.* 62. *In præsenti consultatione. nu.* 10. *in fin. verſ. sed hic latet, lib.* 1. *l.* 1. §. *fin. ff. ad leg. Cornel. de falsis.* gloss. *in c. ad falsariorum. de crimine falsi, in ver. legitimas.* † Et indu- 28 bus casibus de iure ciuili imponitur pœna mortis pro falso; primus est in seruo; secundus in partu supposito, aliquando est pœna damnationis in metallum in persona humili, ita Affli. *dec.* 21. *n.* 8. † Item in iudicio commissa est amissio causæ, in qua falsi- 29 tas est commissa. Crau. *conſ.* 400. *Diu actalis. n.* 17. Iarius Bero. *conſ.* 22. *circa fin. lib.* 3. vbi, quod est causa mixta, quæ regulatur secundum ciuilem causam, quando quis fuit protestatus, vt declaret, an velit vti; quo casu pœna parti applicatur, quæ est amissio causæ, & damna passa reficienda. Anchar. *conſil.* 173. *Circa primum, per tot.* maxime *n.* 7. *& seq.* Ioan. de Anan. *conſ.* 12. *Primo ad intellectum, per tot.* vbi Bologn. in apostill. † Declara; quia falsificans acta per- 30 dit causam ipso iure; secus si producat falsa instrumēta, vel falsos testes. Boer. *decis.* 291. *& videtur, quod sic, per tot.* vbi dicit hanc magis * cōmunem opinion. & procedere in quacunque causa ecclesia- 31 stica, & sæculari. Vide eum, vbi ponit alias declarationes. † Dici- tur falsificare acta ille, qui postquam declarauit velle vti, com- busit instrumentum. Anch. *conſ.* 173. *n.* 7. *& seq.* vbi, quod instrumentum productum, & declaratum dicitur de actis. † Extende, 32 quia falsificans testamentum perdit hæreditatem. Boer. *d. decis.* 291. *circa fin.* vbi ponit alias declarationes. † Extende; quia si 33 quis cancellauit mandatum procuræ in actis Notarii, etiamsi ad-

iecit

lecit causam; quia non erat amplius procurator; quia latæ erant tres sententiæ; adhuc tamẽ tenetur pœna falsi, & perdit causam. Ioan.de Anan.*cons.*12.*Primo ad intellectum, per tot.* vbi casus, & Bologn.in apostill.† Extende; quia procedit nedum in falsificante, sed etiam in subtrahente acta iudicii, vt veritas occultetur; quia est delictum publicum, & perdit causam. Bolgn.*in addit ad consil.* 12.*Ioan.de Anan.num.*7. Vide, *Subtrahere quid importet. Concluſ.*858. † Et quid si subtrahat scripturas sigillatas, & sequestratas; quia punitur pœna falsi arbitraria, & contra eum præsumitur, & non auditur volens tales scripturas impugnare. Rom.*cons.*346.*nu.*12. & *seq.* † Extende, quando extaret statutum, vel quando iudex pronunciauit etiam per modum causæ illum, qui produxit falsos testes in causa ciuili, amisisse causam ciuilem; quia statur sententiæ late in criminali, etiam quo ad ciuilem. Socin.*cons.*60.*per tot.lib.*4. † Restringe; quia id, quod dicitur, quod committens falsum in causa amittat causam, non procedit, si est reus, qui cõmisit falsum, & actor non probauit intentionem suam. Ruin. *cons.*15.*lib.*5.† Restringe, seu declara; quia si marit us falsificat acta iudicii in causa vxoris, perdit causam quoad commodum sententiæ, sed non in præiudiciũ vxoris; quia factum vnius non debet alteri nocere; ideo punietur pœna falsi. Ioan.de Anan.*d.cons.* 12.*n.*5.*vers.circa vero secundum.*† An, & qualiter puniatur nuncius, qui fecit falsam relationem in iudicio. Spec.*in tit.de exeq.* §.1.*ver. qualiter.* † Item Notarius falsum instrumentum faciens super immunitate igni comburendus traditur. Crau.*cons.*851.*n*15.† Et qualiter puniatur quis propter falsitatem commissam in iudicio inciuilibus, & criminalibus, vide Guid.Pap.*decis.*89.*circa merita, & dub.ver.circa primum dubium. & decis.*44. † Regulariter de iure communi pœna falsificantis est deportatio cum confiscatione bonorum. Boer.*decis.*82.*& dico vnum esse, nu.*8. vbi, quod augetur pœna ex qualitate delicti, & minuitur, vbi quod quandoque est vltimi supplicii, secundum qualitatem grauis criminis; sed regulariter secus est, & potest manus etiam abscindi Boer.*c.nſ.*15*n.*9. & Corn.*cons.*45.*Eleganter, lib.*3. & Boer.*d.decis.*82*n.*9. dicit, quod regulariter non est pœna vltimi supplicii, vbi in fine dicit, quod fustigatus, bullatus, positus super palcum cum tæda ardenti in manu, & fuerunt combusta falsificata; & perpetuo bannitus cum confiscatione bonorum, vbi fit confiscatio. † In clerico fit degradatio, & signatur in fronte, & mittitur in exilium. Boer.*d. nouiſſ.*2.*in pr.* vbi loquitur in falsificante litteras regias, & ponit multos casus in falsificante litteras Papę, & aliorum inferiorũ; & dicit hanc pœnam clerico esse impositã per *c.ad audientiam, de falſ.* vbi degradatur, in fronte bullatur, & in exilium mittitur, & q hæc est communis*opinio. † In diuersis prouinciis, prout in Regno Neapolis, est pœna mortis; alibi, vt in Burgundia, fustigatio, alibi manus abscissio, vt ex qualitate criminis iudex moueri potest. Boer.*d.decis.*82.*circa fin. & cons.*15.*n.*9. Vide Afflict.*decis.*21.*per tot.* vbi, quod constitutio non habet locum in eo, qui attentauit, & *decis.*404. non habet locum, si alteri non nocuit. † Hodie in regno Franciæ falsificans litteras Regias punitur pœna mortis. Boer.*d.decis.*82.*n.*9. † Et qualiter puniaturis, qui mandauit cõmitti falsam in scriptura, & de pœna committentium falsum, Afflict.*d.decis.*404.*per totam.* vbi, quod pœna est arbitraria. † Et de eo, qui falsificauit litteras regias, & sic principis, qua pœna puniatur, Affl.*decis.*21. late Marsil.*in l.*1.§.*qui in rationibus. ff. ad leg. Cornel.de falſis.* † Pœna falsi reddit falsarium infamem, & ita vituperatum, vt æquiparetur mortuo; & ideo transigi potest super falso. Castr.*cons.*130.*Videtur dicendum, in pr.lib.*1. Et quæ sit pœna plenius. Vide Concluſ. prox. seq.

Falsum quot modis dicatur. Concluſ. 42.

FALSVM † dicitur tribus modis, largissime, vt si quid nõ vere, dicitur falsum, siue sit cum dolo, siue sine dolo. Gemin. *conſ.*6.*n.*3.*ver.quæritur.* Bart.*in l.quid sit falsum. ff. ad leg. Cornel.de falſis.* Alex.*cons.*73.*nu.*5.*lib.*1. quod est Ant.de Prato Veteri. † Amplia; quia suspecta tradit scriptura de falso ex pluribus; videlicet ex persona scribentis, & persona producentis, quando essent soli scribere, vel producere falsas scripturas. Bald.*cons.*398.*Quæritur, an per solam.in princ.lib.*5. † Item si scriptura esset abrasa, vel vitiata. Bald.*d.cons.*398.*in prin.lib.*5. † Item, si esset exemplum sine originalis; quia non constat, vnde habuerit originem. Bald.*d. cons.*398.*in pr.lib.*5. † Restringe; quia per contrarium suspecta nõ dicitur scriptura, si est scripta per personam legalem, vel est producta per personam legalem, vel si non est vitiata; quia cõtrariorum eadem est disciplina, Bald.*d.cons.*398.*n.*3.*ver.sed considera, lib.* 5. † Restringe, quando scriptura esset imperfecta propter omissionem dicti, vel alterius substantiæ; quia si non est omissum in originali, potest suppleri per Notarium, neque dicitur suspecta ex omissione, prout ex vitio. Bald.*d.cons.*398.*n.*6.*ver.sed adhuc quæritur, lib.*5. † Restringe; quia scriptura non dicitur suspecta, quando probata esset hinc inde bona, & mala fama Notarii, vel producentis; quia bona fama præualet, nisi mala melioribus rationibus, vel verisimilioribus præsumptionibus probata esset. Bald. *d.cons.*398.*n.*4.*lib.*5. Vide, *Probationes plures si concurrant plenior præsumptio. Concl.*798. † Large dicitur falsum omnis mutatio veritatis, quæ in se habet dolum. Gemin.*d.cons.*26.*nu.*4.*ver. secundo modo.* Bart.*in d.l.quid sit falsum. ff. de falsis.* Alex.*d.cons.*73.*n.*5.*lib.*1. † Et idem comburens scripturas dolose maxime productas in iudicio dicitur committere dolum. Bald.*cons.*323. *Punctus, vtrum vigore, per tot.lib.*4. maxime *circa med.* quia ea, quæ tendunt ad hoc, vt veritas apparere nõ possit falsum continent. † Cancellans scripturam dicitur committere falsitatem; quia mutat veritatem. Io.de Anan.*cons.*12.*per tot.* † Stricte dicitur falsum id, quod incidit in aliquod caput legis Corneliæ de falsis; & ideo non omnis error, vel deceptio est falsitas stricte & proprie. Gemin.*d.cons.*26.*nu.*5. *ver.tertio modo.* Bart.*in d.l.quid sit falsum ff. ad leg.Cornel.de falsis.* Alex. *d.cons.*73.*n.*5.*lib.*1. † Et isto modo stricte, & proprie sunt intelligẽda statuta imponentia pœnam falsi, vel pro falso. Petr.de Anch. *cons.*24.*n.*8.*ver.primo, quia.* Alex.*d.cons.*73.*n.*5.*ver.& pro hoc etiã.* † Et quod nemo possit puniri pœna falsi, vbi commissum non cadit in aliquod caput legis Corneliæ. Alex.*cons.*74.*in fi.lib.*1.† Falsum igitur est mutatio veritatis, & vbi non cadit ista mutatio, nõ potest esse falsitas. Anch.*cons.*271.*De titulis.n.*6.*& seq.* & quod mutatio veritatis sit falsitas, & quod qui addidit nomen prothocollo alieno Notarii falsum committat, & si eripuit instrumentum, q arguitur de falso, ex manibus partis, vel Notarii, & lacerauerit, vel combusserit, quod perdat causam, & conuincatur de falso, plene Anch.*cons.*173.*n.*7.*per tot.* †. Temeritas potius dicitur, quã falsitas, quando actus fit palam, & in conspectu omnium, per quem non mutatur veritas, sed est actus reprobatus, prout imbussolare Iudæum reprobatum ad offitia ciuitatis. Anch.*consil.* 271.*num.*6.*& seq.* † Extende; quia in casibus, in quibus falsitas nõ est nocibilis, imponitur pœna temeritatis, non autem pœna falsi. Anch.*d.cons.*173.*n.*2. Vide Concl. prox præced.

Falsitas non præsumitur. Concl. 43.

FALSITAS † non præsumitur in dubio. *l.si post diuisionem. C. de iur.& facti ignorant.* vbi Bart.& alii.*decis.Pedemont.*117.*in princip.* quia instrumentum est probatio probata, cui est standum in dubio. Alex.*cons.*70.*Viso processu, n* 8.*& seq.lib.*1. vbi, quod dolus non præsumitur, sed error; ergo falsitas non præsumitur, nisi dolus probetur saltem coniecturis. † Declara, vt per Bero.*cons*1.*nu.*72. *& seq.lib.*2. nisi vitiũ sit visibile, vel patens. † Extende; quia quælibet alia præsumptio potius quam falsitatis admitti debet. Dec. *cons.*175. Cæpoll.*cons crimin.*21. *& cons.*24. *& cons.*30. † Amplia; quia falsitas nõ præsumitur, vbi agitur de modica vtilitate. Menoch *cons*98.*n*27.*lib.*1. † Idem est multo magis, quando tractatur de nulla vtilitate committentis dolum, vel falsum; quia non præsumitur dolo commissum, idem Menoch.*d.cons.*98.*nu.*23.*& seq.lib.*1. Dec.*cons.*42.*col.*4.*& cons.*175. Ruin.*in l.*1.§.*nunciatio, num.* 176.*ff. de nouis operis nunciat.* † Amplia maxime, quando testamentum est conscriptum manu testatoris; quia cessat omnis suspicio falsitatis.*l.fin. C. famil.herciſc. cum ibi notat.* † Declara, vt per Bero. *d.cons.*1.*n.*75.*lib.*2 quãdo sunt descripti testes, & fuit publicatum. † Amplia; quia obseruantia instrumẽti tollit, & purgat omnem suspicionem falsitatis, vt per Crau.*cons.*657.*n*52. vbi late. † Amplia; quia vbi verba possunt trahi ad falsum, & non falsum, semper fit interpretatio, vt non sit falsum; quia falsitas debet ex necessitate concludi. Alex.*cons.*70.*Viso processu, n.*1.*in fi. ver. accedit; quia, lib.*1. Roman.*cons.*940. Vide, *Iniuriosa verba quando animo iuriandi, vel non. Concl.*159. Vide, *Verba interpretari debent, vt excludant delictum. Concl.*107. † Amplia; quia ordo scribendi non seruatus in iis, quæ non sunt de substantia iuris, non inducit præsumptionem falsitatis, sed potius error præsumitur. Ancharan. *cons.*285.*Tria principaliter, in pr.* maxime, vbi veritas scripturæ administratur. † Amplia; quia imo omnis subtilis interpretatio inducitur, & admittitur, vt falsitas euitetur. Becc.*consil.*78.*nu.*12. sequitur Bertazzol. consil. criminali alios allegando *consil.*53. *num.*23.*& seqq.* † Amplia; quia actus, qui fit palam, & in iudicio, præsumitur carere dolo, & falsitate. Bald.*in l. hac consultissima, in fi. C. qui testam fac. poss. l. transactionem C. de transact.* Corne.*cons.*36.

ad fin. lib. 1. Doct. *in l. nemo clericus. C. de summ. Trin. & fid. Cath.* Alex. *cons. 31. in fi. lib. 7.* † Amplia, quando nō potest nocere alicui; quia
13 non præsumitur, neq; est punibilis. Vide infra, *Falsitas quando non*
14 *sit punibilis. Conclus. 50.* † Amplia; quia sicuti falsitas non præsumitur; ita neq; aliquis præsumitur falsarius; imo potius error in dubio præsumitur, maxime in Notario. Vide Masc. *Concl. 745. Falsarius an aliquis præsumatur*, vbi limitat sex modis, vide eum. † Limita, vt in Conclus. prox. seq.

Falsitas ex multis arguitur, & præsumitur. Concl. 44.

1 FALSITAS † arguitur ex rasura scripturæ in loco suspecto. Bart. & alii *in l. si vnus C. de testam.* vbi Alex. late hoc tenet. *n. 6. & 7.* quod reddit suspectum instrumentum, & sit inquirēda veritas, & si est in loco substantiali, maior est suspicio, plene Lanfr. de Oriano *in tract. de fid. instr. n. 36.* vbi, an, & quando vitiet, vel nō, & quando in totum, vel non. Vide, *Instrumentum si falsum dicatur,*
2 *quis probare debeat. Conclus. 256.* † Idem est in omni scriptura etiam antiqua; qa ex rasura redditur suspecta. Bald. *cons. 402. lib. 5.* Dec. *cons. 175.* Bertr. *cons. 184. in pr. lib. 7. & cons. 77. lib. 1.* Curt. Sen. *consil.*
3 *23. col. fin.* Ias. *cons. 168. lib. 4.* Dec. *cons. 448. n. 28.* † Extende, vt etiā rasura in loco non suspecto inducat falsitatem, quando est facta medio tempore post accusationem falsi. Gem. *cons. 26. n. 5. v. & idē*
4 *in sua.* & idem, si rasura est in parte, quæ disputatur. Lanfr. *d. tract. de fid. instr. n. 36.* † Et quod rasura prothocolli vitiet prothocollū in parte substantiali. Anchar. *cons. 431. Præmissa sine. n. 4.* vbi, quod sicuti testi vario non creditur; ita neq; Notario, & maxime, quādo suppleta in rasura non sunt apta. † Extende; quia rasura prothocolli reddit illud suspectum, vt ex eo instrumētum nō possit sumi authenticum, & probans; quia debet esse non abolitū, vel viciperatum, & in omni parte non suspectum. Ant. de Butr. *cons.*
6 *11. n. 8. ver. de tertio*, vbi Caballin. in apost. *in ver. rasura.* † Restringe tamen; quia si non est in loco substantiali, non vitiat. Caballin. in
7 d. apost. ad *cons. 11. Ant. de But.* † Restringe, quando ex præcedentibus, & sequentibus appareret, quod ita debeat stare. Rom. *cons.*
170. & aliis quos citat Caballin. d. apost. ad Ant. de Butr. *cons. 11.*
8 *in ver. rasura, in fi.* † Restringe, nisi esset penes aduersarium; quia non ab eo, ad cuius commodum rasura est facta, præsumeretur sic, & si est penes testatorem, præsumitur cancellatio à testatore facta.
Alex. & Ias. *in l. si vnus. C. de testam.* Vide Soc. *in 1. reg* incip. *Abrasio*
in instrumento. vbi ponit regulam, & ampliat semel, limitat tribus aliis modis, & apost. ibi *in ver. ex literis.* limitat in possessorio, ex-
9 cepto edicto diui Adriani, vide inf. *n. 55. & n. 70. cū seq.* † Litterarum imitatio, quæ nō sit calamo currenti scripta, arguit falsitatē.
10 Decian. *cons. 100. n. 19. lib. 2.* † Scriptura diuersa manu conscripta redditur suspecta. *auth. de trient. & semiss. §. & quod sæpe.* Alex. *consil.*
11 *104. Stanibus rebus, lib. 7.* † Sigilli mutatio, vel antiquatio inducit falsi suspicionē, vt si non appareat sigillū, vel cera diuersa sit mixta incapsula; nā sunt signa falsificationis. Gem. *cons. 26. n. 5. ver. item*
12 *quia.* † Mendacium inquisiti, qui dedit schedulā Notario fillam, vt tanquā rogatus authēticaret; quia si negat dedisse, & cōuincitur de mendacio, est indicium ad torturam pro falsitate. Alex. *cons. 77.*
13 *n. 2. lib. 1.* † Chartæ qualitas arguit ēt falsitatem. Gem. *d. cons. 26. n.*
14 *5. v. & ex qualitate chartæ.* † Imo varietas chartarū induxit suspicionem falsitatis. *c. inter dilectos. §. sed contra priuilegium. de fid. instr.* De-
15 cian. *d. cons. 100. n. 17. lib. 2.* † Et quando ꝓducens instrumētum alias fuit conuictus ꝓduxisse instrumēta falsa, ꝙ ex ista sola suspicione non cassetur, sed bene debeat purgari hęc suspicio; secus si cū ista suspicione cōcurreret rasura, vel defectus apparēs in substantialibus; quia tūc esset instrumentū cassandū. Castr. *cons. 103.*
16 *n. 2. per tot. lib. 2.* † Diffamatio mala Notarii, qui scripsit, vel eius, qui ꝓduxit, reddit scripturā suspectā, veluti si scribens esset solitus falsas scripturas scribere, vel ꝓducens falsas scripturas ꝓducere. Bald. *cons. 398. Queritur, an per solam, lib. 5.* vbi, quod si ꝓbaretur bona, & mala fama, attendi debet bona, tanquā præsumpta, nisi mala melius dici posset probata, plene Crau. *cons. 864. per tot*
maxime *n. 10.* vbi, quod contra Notariū malæ famæ sola conie
ctura falsi sufficit ad eum condemnandū etiam criminaliter, &
ꝙ mala qualitas, & diffamatio Notarii, vel producentis inducat
suspicionem falsi. Crau. *cons. 827. & 862. n. 6.* & de suspicione No-
17 tarii, & ꝓducentis. Castr. *d. cons. 103. lib. 2. per tot.* Vide, *Probationes*
18 *plures si concurrant, plenior præualet. Concl. 798.* † Multo magis, quādo de falso fuit condēnatus. *Decis. Pedem. 117. circa fin.* † Alienum à verisimili arguit falsitatem. Crau. *d. cons. 864. circa fin.* Nam illud, quod non continet verisimilia, habetur pro falso, plura cumulat Crau. *cons. 930. Instrumentum transactionis.* vbi loquitur in instrumento antiquo continente inuerisimilia, & nunquam vsu recepto, vt pro falso habeatur. Soc. *cons. 98. in pr. lib. 3.* vbi, quod sola suspicio ex non verisimili facit, vt nō credatur instrumēto; licet non ꝓbetur falsitas. plenius Crau. *cons. 28. Assertū testamentum, per*
tot. vbi ponit multas inuerisimilitudines, & dicit, ꝓcedere in instrumento, testibus, confessione, scriptura priuata, & aliis, vt etiā
cons. 249. n. 8. & 9. Curt. Iun. *cons. 178. n. 10. Decis. Pedem. 117. n. 8.* vbi, quod falsitas ciuilis per verisimilitudines ꝓbatur. † Occultus 19
locus, & gestio actus in secreto arguit falsitatem. plene Crau. *d.*
cons. 864. in pr. † Mors contrahentis tempore celebrati cōtractus 20
reddit instrumētum falsum, seu falsę suspectissimū. Alc. *resp. 199.*
n. 5. † Contrahentes incogniti, si non sunt adhibiti testes cogno- 21
scentes, faciunt instrumentū esse suspectum de falso. Crau. *cons.*
827. Dubia prima cogitatione, per tot. vbi extendit, quando testes fi- 22
dedigni potuerunt adhiberi, & non sunt adhibiti. † Testes incogniti, & forenses, quando in loco frequentia testiū cognitorum
aderat, Crau. *cons. 862. n. 5.* † Descriptio testium, qui oēs sint mor- 23
tui, in instrumento arguit falsitatē Crau. *d. cons. 864. n. 4.* & latius
cons. 28. ver. 6 oritur. n. 7. d. decis. Pedem. 117. n. 10. † Imo vnus tātum 24
mortuus facit suspectum instrumentū, quando alius viuens non
est pro instrumento. Crau. *d. cons. 28. n. 7.* Alex. *cons. 77. nu. 2. ver. se-*
cundum concurrit, lib. 1. vbi, quod est indicium ad torturam. † De- 25
clara; quia si esset pestilentia, vel mali influxus, mors omniū testium in septem annis nō arguit suspitionem, maxime, si vnus ex
testibus supereset, qui cōcordat cum instrumento. Fulg. *cons. 140.*
col. pen. in fi. ver. ad octautum. † Clausulæ non consuetæ arguunt in- 26
strumentum antiquum falsum. Crau. *cons. 930. n. 14. ver. Quinto ex*
clausulis, plenissime Curt. Iun. *cons. 178. n. 12. & seq.* Crau. *cons. 862.*
n. 7. vbi, quod quando plures contractus propter clausulas permiscentur, oritur suspicio falsi. † Et scriptura antiqua, quæ etiam 27
priuata probaret, non probat, si non est subscripta ab aliquo, vel
si est cancellata, abrasa, apostillata diuerso atramento; quia redditur suspecta. Io. And. *in c. inter dilectos, in fin. de fid. instrum.* Ang. *in*
auth. cod. tit. in pr. † Atramentum recens in charta antiqua, & in- 28
strumento antiquo, reddit suspectum de falso, vt per eundem
Crau. *cons 930. n. 15. ver. sexto recens scriptura.* Anch. *cons. 431. n. 3. ver.*
descendo ergo. qui loquitur in originali. † Diuersitas atramenti in 29
eadem scriptura suspicionem falsi inducit. Menoch. *cons. 199. nu.*
8. Anch. *d. cons. 431. n. 3.* Anton. de Butr. *cons. 11. n. 7. ver. ad secundum.*
Ang. *cons. 341. Pater emit, in fin.* Alex. *cons. 41. in pr. lib. 1.* † Diuersitas 30
coloris, tam in cera, quam in scriptura, & atramento inducit præsumptionem falsi. Ruin. *cons. 68. Super primo. n. 5. lib 4.* Socin. Iun.
cons. 41. n. 7. lib. 1. Curt. Sen. *cons. 55. in fin.* † Declara, vt procedat, 31
quando diuersitas atramēti esset in apostilla aliena manu; secus
si manu eiusdē Notarii, & quæ est approbata, vel solemnis; quia
non vitiat. Crau. *cons. 88. n. 3. & seq. ver. tota difficultas.* † Apostilla 32
etiam manu Notarii circa substantialia, quando in vētre instrumenti non approbatur apostilla. Ruin. *d. cons. 68. n. 4. & 5.* vbi dicit magis* communem. Crau. plene *cons. 641. Domina Loisina, n. 4.* *
vbi procedit multo magis, quando est manu aliena scripta, & late examinat esse iudici arbitrarium. Decian. *cons. 100. n. 10. lib. 2.*
qui loquitur in apostilla manu Notarii non approbata in sub-
scriptione. Vide, *Originale & prothocollum Notarii si discrepat ab ex-*
emplato, statur originali, & quando secus. Concl. 202. † Extende idem 33
esse, quando apostilla nō esset in margine, sed in ventre, seu corpore instrumenti. Curt. Iun. *cons. 145. num. 17.* † Extende, quando 34
apostilla est manu aliena, & incognita. Anch. *cons. 242. Prius de in-*
rib. in princ. Abb. *cons. 10. In causa, & quæstione, n. 2. ver. non obstant ver-*
ba. lib. 1. qui loquitur, quando est circa substantialia, & idem Ab-
bas *cons. 34. col. 2. ver. Non obstat tertio, lib. 2.* † Extende maxime in a- 35
postilla facta à Notario ad fauorem sui consanguinei. Curt. Sen.
consil. 55. num. 18. † Extende maxime, quando extant coniecturæ 36
contra apostillam manu aliena appositam prothocollo, vt per
Abb. *d. consil. 34. colum. 2. ver. non obstat tertio, lib. 2.* † Extende; quia 37
legatum magni præiudicii scriptum in margine originalis suspecti redditur suspectum. Anchar. *consil. 431. num. 4.* † Maxime, 38
quando diuerso atramento est scripta. Anchar. *d. consil. 431. Præ-*
missa col. 2. ver. descendo Curt Iun. *consil. 52. in fin.* † Declara, quando 39
apostilla est manu eiusdem Notarii, & non dubitatur de hoc, vel
quando est solemnis, vt quia habet datam, vel approbationem.
Crauett. *d. consil. 88. num. 3. & 4. ver. tota difficultas.* † Intellige decla- 40
rationem quoad præiudicium partium; secus quoad præiudicium tertii. Crauett. *consil. 134. num. 27.* † Restringe, quando No- 41
tarius in subscriptione approbaret apostillam, Anchar. *d. consil.*
242. num. 5. in fin. & seq. Abb. *consil. 10. num. 2. ver. non obstant verba,*
lib. 1. † Restringe, quando instrumentum approbaretur ex 42
complicatione Notarii; quia asseriti in alio instrumento de hoc
quoque fuisse rogatum; quia valebit sine apostillis. Anchar. *d.*
cons. 241. nu. 5. ver. concludo. Vide, *Apostilla quando vitiet, vel probet, vel*
non,

41 *Rom. Concl. 426.* † Scriptura magis stricta, seu diuersa in folii parte, quæ apparet superaddita, ex quo folium non erat sufficiens, si idē character fuisset prosecutus, reddit instrumentū de falso suspectum. Soc. Iun. *consil. 41. n. 7. lib. 1.* † Cancellatio, & interlineatura in loco substantiali reddit scripturam suspectam de falso, ita vt pferatur vnus testis scripturæ suspectæ. Ioan. de Im. *cons. 106. col. fi. v.* 42 *& idem.* Alex. *cons. 104. Stantibus. n. 2. lib. 7.* Vide, *Cancellatio quando attendenda, & quid operetur. Conclus. 20.* † Et maxime procedit, quando Notarius non facit mentionē de ea in subscriptione, vel alibi. 43 Alex. *d. cons. 104. n. 2. lib. 7.* † Item, quando scriptura interlineata transgreditur in folio marginē, & lineam solitam; quia superaddita præsumitur. Soc. Iun. *d. cons. 41. nu. 7. lib. 1.* Anch. *cons. 431. nu. 4.* 44 Vide, *Instrumentum non probat, si originale est vitiatū. Concl. 246.* Vtēs † instrumento falso præsumitur falsificasse, nisi ostendat, & nominet authorem. Alex. *cons. 77. n. 4. ver. sextum iuduū. lib. 1.* Vide, 45 *Producens testes, qui dicuntur falsi, qualiter declaret, an eis vti velit. Concl. 1077.* † Curiæ Romanæ stylus non seruatus arguit falsitatē rescripti. Rom. *cons. 376. Quæstio est, n. 12.* vbi plena apost. *in ver. suspectū* 46 *sit.* † Vius contrarius instrumento inducit suspitionē falsi. Crau. *cons. 930. n. 16. ver. septimo ex vsu contrario*, & plenius *cons. 949. n. 15.* 47 † Si conuersio vsus scripturæ multum contert illius probationi, & tamē solemnis non sit. Crau. *d. cons. 949. Quia veritati. n. 15.* Legitum † factum personæ mortuæ, cuius mortem testator non ig- 48 norauit, arguit testamentum falsum. Crau. *cons. 28. in pr. n. 2. ver. primo ex legato.* † Registratio instrumenti antiqui de recenti facta per Notarium arguit suspitionem falsi. Crau. *d. cons. 28. n. 3. ver. secundo*, vbi dem propter obliuionem veritimilem ex tarditate re- 49 gistri. † Item, quando est registratum in loco præposterato, vt q̄ antecedunt instrumenta registrata posteriora; quia est suspectū. 50 Crau. *d. cons. 28. n. 5. ver. quarto oritur.* † Folium repertum de per se non affoliatū, neq; compaginatum cum aliis instrumentis indu- 51 cit suspitionē falsitatis. Decia. *cons. 100. n. 15. ver. quinto lib. 2.* † Lacerato, seu inciso folii prothocollorum inducit suspectum libri, & maxime instrumentum, apud quod folium est incisum. 52 Crau. *d. cons. 28. n. 8. ver. septimo*, supra *in prin.* † Suspitio testamenti falsi arguitur, si duobus fratribus institutis, ad quos non spectat hæres, alter repudiat, & dicit nolle esse hæres. Castr. *cons. 231.* 53 *col. 2. in fi. lib. 2.* † Item, si constat de iactantia instituti, quod fecerit fieri legatum piæ causæ, vel potenti, vt substineatur testamē- 54 tum. Castr *cons. 231. col. 2. in fin. lib. 2.* † Testium instrumētariorum omissa examinatio, quæ potuit fieri, inducit suspectum instrumentum iam facta oppositione. Crau. *cons. 134. nu. 28. ver. secunda* 55 *spirito.* Castr. *cons. 231. In quæst. quæ vertitur, col. 2. ver. resultat etiā, lib.* 56 *2.* † Ex non vsu instrumenti producti à producente declarato nō præsumitur falsum, si pars producēs dicat, nō velle illo vti. Crau. *d. cons. 134. n. 30. ver. tertia suspitio. & n. 35.* vbi multas alias suspitiones adducit, & *cons. 350. n. 20.* † Item, qui deserit q̄stionem falsi in- 57 tentatā. Crau. *d. cons. 350. n. 20.* † Tēpus noctis arguit suspitionē, quando de die actus fieri potuit. Crau. *cons. 862. Ambigua primum,* 58 *n. 4. & 10.* † Familiaritas magna Notarii cum eo, ad cuius cōmodum cōtractus est celebratus, inducit præsumptionē falsi. Crau. 59 *cons. 862. ver. 8. parui fieri.* † Solitus delinquere in falsitatibus gratur indicio falsitatis. Alex. *cons. 77. n. 4. ver. quintum indicium, lib.* 60 *1.* Vide, *Malus semel semper præsumitur malus, qualiter procedat. Concl.* 61 *428.* † Solemnitas omissa in instrumento arguit instrumentum suspectum. Crau. *d. cons. 862. n. 8.* & plenius *cons. 494. Municeps ca-* 62 *tellaris, n. 11.* Bero. *cons. 1. n. 46. & 71. lib. 2.* † Item, quia non faciens 63 id, quod debet ratione officii, præsumitur dolosus. Grat. *cons. 61.* 64 *n. 14. lib. 2.* † Falsitas causæ expressæ inducit præsumptionē, Crau. 65 *d. cons. 862. n. 11. ver. nono.* † Falsa latinitas in rescripto Papæ, & litteris Apostolicis arguit suspitionē falsi, q̄ est præsumptio iuris & de iure; & ratio est; quia transeunt per manus tot officialium, q̄ 66 falsa latinitas non pōt admitti. Rom. *cons. 376. Quæstio est, n. 10. &* 67 *per tot.* vbi apost. Vide, *Rescriptum & gratia Papæ ex quibus redda-* 68 *tur de falso suspecta. Concl. 216.* † Notarii stylus cōtrarius, veluti q̄si manu aliena conscriptum est testamētum; quia licet sit subscri- 69 ptum, si non attestatur Notarius q̄ manu aliena, maxime si ad- 70 sint apostillæ, est suspectum. † Abradens instrumēta, seu litteras principis gratiæ, vel iustitiæ, cōmittit falsum. Affl. *decis. 404.* post 71 *n. 4.* Clar. qui dicit * cōmunem, in *§. falsum, n. 32. ver. abradens.* † Abradendo, corrodo instrumēti inducit suspitionem, quod is, qui produxit instrumentum falsum dicitur. Crau. *cons. 400. n. 16.* & supra *in* 72 *pr.* † Rasura, vel cancellatio in parte substantiali reddit instrumē- tum, & testamentum suspectum. Alex. *cons. 104. Stantibus, n. 2. lib. 7.* vbi, quod dicitur circa substantialia, quoniam est circa rem, de qua fit dispositio, & procedit, quando de ea Notarius non facit mentionem. † Declara, vt non procedat, quando obseruātia instrumenti suspecti est diu facta. Crau. *cons. 657. n. 52.* Vide, *Instrumentum nō probat, si originale est vitiatum. Concl 246.* † Restringe, q̄n non est in loco suspecto, & substantiali. Rom. *cons. 369. Circa primum, n. 33. ver. quoad septimum*, maxime *n. 36.* Vide Masc. *Concl. 284. Charta.* † Non regis̄tratio instrumenti ad prothocollum arguit magnam falsitatis suspitionem, quando cæteri contractus sunt regis̄trati. Menoch. *cons. 188. in fi. lib. 2.* † Restringe, quando nō esset principalis Notarius rogatus. Fulg. *cons. 140. col. pen. ver. ad septimum.* † Insolita regis̄tratio pariter arguit suspitionem falsi. Menoch. *cons. 199. n. 6. lib. 2.* † Ordo præposterus substantialis arguit suspitionem. Anch. *cons. 285. Tria principaliter, in pr.* † Secus, si ordo non est substantialis; quia potius error, quā falsitas præsumitur. Anch *d. cons. 285. in pr.* † Diligentia accelerata nimis arguit suspitionem falsi. Menoch *d. cons. 199. n. 7.* † Prothocolli deperditio, quando exemplatum authenticum est suspectum, idem arguit. Fulg. *cons. 140 col. pen. ver. ad tertium.* † Ignorantia Notarii, quando probaretur eum fuisse sine litteris, arguit instrumentum falsum. Fulg. *d. cons. 140. col. pen. ver. ad quartum.* † Non rogitus, videl. non publicatio instrumenti coram testibus, reddit illud suspectū de falso; quia ad hoc, vt possit rogari, requiritur lectura. Alex. *cons. 77. ver. tertium indicium. n. 2. lib. 1.* † Producens falsum instrumentū præsumitur illud fabricasse, nisi doceat authorem. Ias. *cons. 168. col. 2. lib. 4.* Vide alios casus infra, *Falsi pœna pro quibus delictis imponenda. Concl. 51.* Vide, *Instrumentum si dicatur falsum, quis probet. Concl. 256.* Vide Masc. *Conclus. 740.* vbi ponit plures alias præsumptiones; prima est, testium mortuorum in instrumento recenti; secunda est, ex diuersitate manus litterarum; tertia est instrumētum antiquū nouiter regis̄tratum; quarta est diuersitas atramenti, vel chartæ, & scriptura recens in charta antiqua, nolle vti instrumento, falsa indictio, Notarii mala fama, nō adesse prothocollum, clausulæ insolitæ, insolitus modus regis̄trandi, dictamē insolitum, apostillæ contrarietas & diuersitas, non publicatio, rasura reperta extra scripturas Notarii, & vide eū; quia ampliat, limitat, & declarat, vbi etiam ponit plura remedia, quibus potest purgari suspicio falsi.

Falsi suspicio quando habeatur pro falsitate. Conclus. 45.

FALSITAS † in ciuilibus probatur ex sola suspicione. Dec. *cons.* 1 *189.* Natt. *cons. 633. n. 9.* vbi de cōmuni, & cōmunem * dicit, q̄ * sufficiat etiā ad condemnandum in ciuilib. Decian. *cons. 100. nu. 9. lib. 2.* q̄ maxime procedit in instrumento; quia videtur miraculum, q̄ probet, & talem suspicio debilitat instrumentum. Crau. *cons. 56. n. 20. & seq.* & plenius *cons. 134 n. 26.* vbi loquitur in collatione beneficii. Curt. Iun. *cons. 64. n. 5.* & communem * dicit *cons.* * *132. n* 10. & Crau. *cons. 864. n. 2.* vbi reddit rationē, quia debet instrumentum carere omni suspicione, & idem dicit *cons. 641. nu. 3.* communem * dicit *dec. Pedem. 117. n.* cōmunem * dicit Decia. *d. cons.* * * *100. n. 9 lib. 2.* cō munem etiam dicit Abb. *cons. 99.* vbi late declarat. Alex. *cons. 77. In causa accusationis, n. 6. lib. 1.* Anch. *cons. 173. Circa primum n.* 10. & cōmun s * est opinio. Clar. *in §. falsum. n. 39.* Curt. * Iun. *cons. 166. n. 6. & cons. 178. n.* 17. Paris. *cons. 158. in fi. lib. 4.* Soc. Iun. *cons. 41. lib. 2.* Dec. *cons. 615. col. fi.* late Natt. *cons. 315. n. 5.* vbi, q̄ suspicio scripturæ abrogat omnem fidem. Clar. *§. falsum. n. 39.* † Et q̄ 2 suspicio falsitatis habeatur pro falsitate in ciuilibus. Curt. Sen. *cons. 55. n. 16.* Marc. *in rubr. de falsis. n. 19.* Gramm. *cons. 66.* Paris. *consil. 162. n. 34. lib. 4.* Socin. Iun. *cons. 132. lib. 3.* Curt. Iun. *cons. 64.* Achill. Personal. *de adipisc. possess. n. 142.* Iul. Clar. *ind. §. falsum. n. 30.* qui dicit * communem. † Declara, vt procedit ad capturam concedē- * 3 dam, non ad condemnandum. Hipp. Rim. *cons. 58. lib. 1. in pr.* vbi hāc partem tuetur pro vera Grat *cons. 60. n. 17. lib. 2.* plena apost. ad Alex. *d. cons. 77. n. 6. in ver. suspitio. lib. 1.* vbi hoc dicit esse verum quoad suspendendum, vel tollendam fidem, & capturam, non autem quoad punitionem, & allegat multos, plene Dec. *cons. 188. Lætatus sum, in pr.* † Declara secundo, vt procedat, quando vitium 4 est visibile, alias non; quia tunc falsitatis suspitio nō habetur pro falsitate, si vitiū non est visibile. Rim. *cons. 58. in pr. lib. 1.* Alba plene *cons. 99. Dubitationes vltimo loco*, vbi distinguit tres suspicionum species; prima est visibilis, & extrinseca, prout abrahio, & ista in loco substantiali habetur pro falsitate, nisi contrariū probetur; secunda est extrinseca, & non visibilis, vt si contineat non verisimilia; quia ex aliis instrumentis contrariū cōstat, & in hoc habetur, vel non, secundū arbitrium regulatum iudicis, pro falsitate; tertia est, ppriè falsitas, & hæc differt à suspicione. † Et ideo si 5 detur accusatio, quod scriptura sit falsa, nō debet interim illi fides adhi-

adhiberi; quia suspitio falsitatis sola tollit fidem probationis. Dec. *cons.*175. *col.* 4. *ver.* & *ex ijs omnib.* Ias. *in l. licet Imperator. ff. de delegat.*1. maxime, quando apparẽt suspiciones, prout rasuræ, apostillæ, vel similia, quæ reddunt suspectam scripturam. Curt. Sen.
6 *cons.*23. *col. fin.* Ias. *cons.*168. *lib.*4. Dec. *cons.*448. *n.*28. † Declara tertio, vt habeatur suspitio falsitatis, ꝑ falsitate in ciuilibus, ad hoc, vt non detur fides, nisi adiuuetur scriptura suspecta, vel testis suspectus. Crau. *cons.*28. *circa fin.* Grat. *cons.*60. *n.*19. *lib.*2. apostil. ad Alex *d. cons.*77. *n.*6. *in ver. suspitio*, *lib.*1. & quod si adiuuetur, tunc non habeatur pro falsitate sola suspitio. Pet. Surd. *cons.*173. *n.*60. *lib.*2. Dec. *cons.*188. *Latus*, *in pr.* intelligas, quando aliquid visibile apparet, quod reddit scripturam suspectã, prout plene Masc. *Conclus.*739. *Falsitatis cõmunia*, *n.*4. *& seq.* vbi plene *n* 6. *& seq.* quod
7 si non apparet suspitio visibilis, debet probari falsitas. † Declara quarto; quia duæ suspitiones ciuiliter agendo sufficiunt, & plene probant. Io. de Anan. *cons.*49. *Dubium de quo quæritur*, vbi Bolog. in apostil. sequitur Crau. *cons.*134. *n.*59. vbi, quod etiã plures sufficiunt, si criminaliter agatur. Decia. *d. cons.*100. *n.*11. *lib.*2. & ꝙ plures suspitiones requirantur. Petr. Surd *d. cons.*173. *n.*60. & *seq.*
8 *lib.*2. † Declara ita demum suspitionem falsi habere pro falsitate, si fuit declaratum per iudicem. Mars. *in rubr. ff. de falsis*, *n.*23. *v. præterea dato*, *cum seq.* plenius *n.*36. *& seq.* vbi, quod requiritur specifi-
9 ca declaratio, quod falsi suspitio habeatur pro falsitate. † Extende conclusionem; quia imo controuers. scripturis ex sola suspitione fides non adhibetur. Crau. *cons.*827. *Dubia prima cogitatione*,
10 *in fin.* † Declara; quia in dubio falsitas instrumenti non præsumi-
11 tur. Crau. *cons.*350. *n.*29. † Declara sex modis, de quibus Gabr. *lib.* 7. *de criminalib. concl.*6. *per tot.* vbi ponit cõclusionem cum declarationibus, & hanc, (quæ est in ordine vltima) approbat, quod si vi-
12 sum est visibile, suspitio habetur pro fallitate, alias non. † Declara, quando lex contentatur de coniectura; quia tunc etiam suspitio falsi habetur pro falsitate in criminali. Grat. *cons.*60. *nu.*
13 18. *lib.*2. † Declara, vt per Anch. *cons.*173. *Circa primum*, *n.*10. *& seq.* vbi, quod suspitio falsitatis in ciuilibus habetur pro falsitate, et-
14 iã ad pœnam, si suspectus nõ adiuuat veritatem aliquo modo. Ias. *cons.*168. *col.*2. *lib.*4. † Declara; quia scriptura suspecta si habet
15 fidem matricem originalem, ad illam recurri debet, & illi stat ur. Bart. *in l. Sempronius. n.*3. *ff. de legat.*2. Alex. & Ias. *in l. si quis ex argentarijs. § prætor ait ff. de edendo.* Alex. *cons.*105. *In causa*, *lib.*2. Corn. *cons.* 28. *n.*2. *lib.*1. Soc. *cons.*94. *in pr. lib.*1. Dec. post Bart. *in l. si librarius. ff. de reg. iur.* † Limita; quia in criminalibus falsi suspitio non habetur pro falsitate; quia requiritur plena, & clarior ꝓbatio, vt quis in criminali possit condemnari. Clar. *§. falsum. n.*38. *& seq. ver. tertia concluſ.* vbi dicit *communem, secus in ciuilibus. Generaliter
16 † dicas, quod ad hoc, vt credatur scripturæ, vel instrumento, oportet, quod omni prorsus vitio, & suspitione careat, vt dicunt Ant. de But. & Zabar. *in c. cum venerabilis, de relig. domib.* Io. de Ana. *cons* 58. Ioan. de Im. *cons.*106. *col.*3. Curt. Iun. *cons.*64. *n.*5. Soc. *cons.* 189. *n.*61. *lib.*2. Crau. *cons.*134. *nu.*26. cum relatis per Dec. *cons.*615. ☞ *n.*10. *ver. tertio dubitur*. Vide Ant. Gab. *lib.*7. *de crim. Concluſ.*6. *Suspitio falsi an pro veritate habeatur.*

Falsitas ex quibus probetur, vel nõ, & qui testes admittantur. Concl. 46.

1 FALSITAS † nõ probatur commissa ex iisdem testibus, qui deposuerunt falsum, si dicant hoc fecisse ad instigationẽ inducentis; quia illis non creditur, nec etiam faciũt indicium examinati. Petr. de Anch. *cons.*24. *in prin. ver. & si dicatur super dicto crimine.* Vide, *Falsitas circa testes quot modis committatur. Concl.*58. † Ex-
☞ 2 tende, vt non probetur falsitas, etiam si vltra testes falsos imputatus confessus fuisset metu tormentorum; quia reuocata confessione, si aliunde non probetur falsitas, non poterit condẽnari ex confessione reuocata; iuncta depositione testium falsorum. Petr. de Anch. *d. cons.*24. *in prin.* vbi est casus, & dicit *n.*7. ita obtinuisse; sed tamen in illo casu non erat notoria falsitas; quia licet testes essent falsi; quia deposuerant id, quod ignorabant; tamen
3 veritas erat, prout deposuerant. † Amplia; quia falsitas scripturæ non probatur, nisi scriptura falsificata exhibeatur. Castr. *cõs.*372. *Præmittendum est, col.*3. *ver. præterea cum scriptura*, *lib.*1. vbi, quod per testes deponentes vidisse primum originale aliter scriptum, &
4 continere diuersa, non probatur, nisi exhibeatur. † Ego declarem; quia si scriptura originalis à Notario est falsificata; quia fecit sibi aliud originale, non sit necessaria exhibitio; quia necessario primam lacerauit, & absondidit; igitur sicuti quãdo est perdita; sufficit probatio per testes de tenore, & perditio probatur etiam solo iuramento; crederem tunc sufficere, quod de tenore per lecturam, & visum deponerent, ex iis, quæ in ciuilibus deducunt Canonistę *in c. cum olim essemus, de priuil.* vbi Abb. & alii. Surd. plene *cons.*109. *n.*8. *& seqq. lib.*1. quia alias esset aperta via malitiis.
5 † Amplia; quia falsitas non probatur per testes singulares; ideo si arguatur falsitas, vt quia Notarius scripsit falso certos testes fuisse præsentes, vt cõdemnari possit, debet probari absentia ipsorum testium adhibitorum pro præsentibus, & probatio debet fieri per duos testes, qui non sint singulares. Bald. *cons.*33. *Licet ille*, ☞ *in princ. lib.*3. Vide, *Falsitas circa testes quot modis committatur. Concl.* 6
58. † Amplia; quia falsitas non probatur per duos testes solos, sed requiruntur tres, vel quatuor. Castr. *cons.*372. *Præmittendum est, in princ. lib.*1. Vide Masc. *Concluſ.*741. *Falsitas instrumenti an probetur per testes*, vbi dicit, quod sic, dũmodo sint tres, & non minores, & loquitur in falsitate instrumenti. † Limita; quia cancellatio actorũ 7
iudicialium facta per partem probatur per Notarium causæ. Io. de Anan. *cons.*12. *in fin. ver. circa aliud*, vbi Bologn. in apostill. *in fin.*
† Limita; quia falsitas probatur coniecturis pluribus, quando a- 8
gitur de crimine ciuiliter, vt instrumento non credatur. Ioan. de Anan. *cons.*49. *Dubium, de quo. per tot.* vbi Bologn. in apost. & Dec. *cons.*175. *col.*4. *Ver. ex iis omnib.* Ias. *in l. licet Imperator, ff. de legat.*1. Extẽde, † vt idem sit in omni alio crimine, veluti vsurarum, quan- 9 *
do agitur ciuiliter de crimine, communem* dicit Ioan. de Anan. *d. cons.*49. *n.*4. † Restringe; quia si agatur de crimine ad pœnam, 10
non sufficiunt coniecturæ. Bologn. in apost. ad Ioan. de Anan. *d. cons.*49. *in pr.* Ias. *in d. l. si Imperator. ff. de legat.*1. quia tunc requiũtur probationes luce meridiana clariores. Marsil. *cons.*27. *num.*8. Bertrand. *cons.*275. *n.*11. *lib.*3. Crau. *cons.*134. *n.*26. *&* ☞ *n.*39. Vide, *Probatio plena, & plenior, & aliquando plenissima requiritur in criminalib. Concluſ.*789. † Declara; quia si agitur criminaliter ad pœnam, 11
plena requiritur probatio, si per modum agendi; si per modum excipiendi, vel si ciuiliter agitur, tunc si apparent coniecturę falsitatis, vel originale vitiatum, seu suspectum, sufficit. Masc. *Concluſ.*739. *Falsitatis communia, in princ.* † Limita; quia falsitas instru- 12
menti probatur, nedum si totum instrumentũ probatur falsum, sed etiamsi in parte, veluti si apponatur verbum, *quod numerauerit*; cum tamen nulla pecunia fuerit numerata. Clar. *d. §. falsum. n.*27. vbi dicit *communem, & quod Bart. qui tenuit contrarium, * 13
communiter reprobatur. † Extende idem, si Notarius dicat, *quod Titius rogauit*, vel, *quod Mutius promisit*; quia si probantur absentes, instrumentum est falsum, & pœna falsi tenetur Notarius. Clar. *d. §. falsum, nu.*28. *ver. sic etiam.* vbi dicit *communem. Vide plenius * 14
Masc. *Concluſ.*742. *Falsitas in vna parte instrumenti.* † Limita; quia Notarius tenetur pœna falsi, si rogatus de instrumento omittit debitas solemnitates, secundum magis *communem, de qua Corn. *cons.*53. *lib.*4. sequitur Clar. *d. §. falsum*, *num.*28. *ver. pariter.* * 15
† Declara; quia non punitur de falso, nisi in casibus à iure expressis, secundum *communem, de qua idem Clar. *d. §. falsum, nu.* * 28. *in fine.*

Falsitas debet esse certa, & non conditionalis. Concl. 47.

1 FALSITATEM † proponens debet illam proponere certã & nõ conditionalem, alias nõ admittitur; quia nõ debet vacillare. Bald. *cons.*186. *Quia allegationes, in fin. lib.*1. † Amplia; quia 2
nec per viam exceptionis admittitur exceptio conditionalis & incerta super falso; quia debet exceptio esse pura, & certa. Bald. *d. cons.*186. *Quia allegationes, in fin. nu.*9. *ver. cogitandum est*, *lib.*1. quia alias posset variare, seu vacillare. † Vide Mascard. *Concluſ.*739. 3
*Falsitatis communia, num.*4. *& seqq.* vbi, quod excipiens de falsitate dicitur ciuiliter agere, & quod non debet probare plene, sed per coniecturas, & sufficit instrumentum vitiatum, *num.*9. dicit, quod licet accusans teneatur se inscribere; secus si per viam exceptionis.

Falsum non committitur in casibus sequentibus. Concluſ. 48.

1 ACCEDENS † ad Notarium, & portans eidem minutam quietantiæ, & dicens: *Vorrei, che voi mi autenticaste questa quietanza in questo modo, della quale voi sete rogato*; id est, *vellem, vt mihi authenticares hanc Apocham, eo modo quo rogatus es.* non cõmittit falsum, licet neget Notarius se in aliquo rogatum. Alexand. *consil.* 74. *Viso testamento, num.*9. *in fin. & seq. ver. circa vltimum. lib.*1. † Ex- 2
tende; quia faciens fieri relationem à nuntio, prout in schedula præsente nuntio, & sine dolo referente, & Notario sine dolo scribente, non punitur pœna falsi, tanquam fieri fecerit instrumentum falsum, ex quo dolus non adest ex parte scribentis, &

refe-

referensis, sed bene tenetur pœna falsi; quia obrepsit iudici per dolum sententia contra vnum, qui non erat citatus. Bartol. *cons.* 199. *Tudertinus, per tot. lib.* 1. † Contrarium consuluit Alex. *cons.* 77. 4 *In causa accusationis, in princ. lib.* 1. † Amplia; quia faciens imbussolari iudæum ad officia ciuitatis inhabilem, & qui fuerat reprobatus, ne imbussolaretur, non committit falsum in aliquo ex capitibus l. Corneliæ de falsis, sed est quædam temeritas, ex quo publice facta est imbussolatio. Anch. *cons.* 271. *De titulis n.* 6. *& sequentib.* † Amplia; quia falsum non committitur in scriptura priuata, quæ nihil probat. Castr. *cons.* 130. *Videtur dicendum, in princip.* 6 vbi plena apostill. *in verb. falsum. & per tot. lib.* 1. † Amplia; quia ex variatione, seu mutatione scripturarum in Notario bonæ qualitatis non probatur falsitas; quia potius præsumitur error, & culpa, quam dolus ad euitandam pœnam, & falsitatem. Vide, *Nota-* 7 *rium a falso multipliciter excusatur. Concl.* 91. † Amplia; quia excusatur quis a falso multis modis. Vide, *Causa qualibet excusat à pœna. Concluſ.* 52. † Amplia; quia in dubio semper capienda est omnis interpretatio, vt testis excusetur à pœna falsi, & dolo, & Notarius, qui confecit instrumentum falsum, excusetur. Clar. *in* § *falsum. n.* 45. *ver. item debet iudex*, vbi dicit *communem, & nu.* 12. vbi, quod testes omni conatu sunt concordandi, vt euitent falsum, & quod quis non commiserit falsum. Simon de Præt. *consil.* 82. *in fin.* Crau. *consil.* 145. *num.* 2. Alex. *consil.* 74 *num.* 11. *lib.* 1. Alciat. *Regul. præsumpt.* 15. † Amplia; quia falsitas non cadit in iis, quæ habent pro se ordinem veritatis, *l. cum filius*, § *hæres. ff. de leg. 2.* Castrens. *cons.* 364. *incipiendo, lib.* 2. sequitur Crauet. *consil.* 46. *num.* 8. † Et ideo non potest cadere falsum, si Notarius addit id, quod inerat relatum in instrumento, puta dedit rogitum eisdem anno, indictione, &c. potuit addere annum relatum; quia ineſt, & non dicitur committere falsum, etiam stante statuto Cesenæ, quod addens puniatur, ita Angel. Aretin. *consil.* 102. *In casu, per totum*, vbi pro vtraque, & hanc tuetur. † Amplia, si habuit iustam causam credendi; quia excusatur à dolo, & falsi pœna. Ioan. Medoch. *consil.* 35. *num.* 7. *fol.* 23. † Et sufficit probare aliquid, per quod prohibitum fuerit probabiliter licitum. Gramm. *cons.* 46 *num.* 10. † Amplia; quia is, qui scripsit, non vt Notarius, sed vt scriptor testamenti, manutam, in qua aliquid adscribitur scribenti, non incurrit pœnam falsi, prout faceret Notarius sibi adscribens; quia ista scriptura non probat ex se, sed ex fide Notarii. Alex. *cons.* 50. *Ponderatis, in princ. lib.* 3. *& per tot.* † Extende; quia ille, qui scienter dixit notam, ex qua redactum est instrumentum nullum, non punitur de falso; quia talis nota est priuata, quæ non probat, sed expectat post se aliam scripturam, quæ fidē faciat. Alexand. *Cons.* 50. *num.* 3. *ver. confirmatur, lib.* 3. † Extende; quia quilibet scriptor de mandato Notarii excusatur à falso, quando est nudus scriptor adhibitus: patet; quia licet seruus non possit esse Notarius; potest tamen vt scriptor nudus adhiberi. Alexand. *d. consil.* 50. *num.* 4. *lib.* 3.

Falsitas quando non sit punibilis. Concluſ. 49.

1 FAlsitas † non est punibilis, quando non lædit, *l. damus*, vbi Bart. *C. de falsa.* Petr. de Anch. *cons.* 24. *Visa inquisitione. num.* 10. *ver. præterea dolus.* Bald. *cons.* 33. *Licet ille, lib.* 3. *in fin.* plenius, quam alius Natt. *consil.* 588 *Ille, qui conscripsit.* Alex. *cons.* 70 *Viso processu, nu.* 3 *lib.* 1. *& cons.* 145. *lib.* 6. Anch. *in consil.* 173. *num.* 3. Ias. *cons.* 153. *lib.* 2. Bald. *consil.* 14. *lib.* 1. Castrens. *consil.* 130. *Videtur dicendum, in princip. & consil.* 157. *Visa inquisitione, num.* 2. *& cons.* 372. *num.* 4. *in fin. lib.* 1. Socin. *consil.* 103. *& cons.* 104. *lib.* 1. Alexand *consil.* 73. *& 74. lib.* 1. Corne. *consil.* 107. *in princ. & consil.* 172. *num.* 6. *lib.* 4. Felyn. *in cap.* 1. *num.* 4. *de præscription.* Anchar. *consil.* 24. *num.* 6. Ruin. *consil.* 9. *num.* 7. *lib.* 4. Clar. *in* § *falsum, num.* 44. *vers. Item excusatur*, vbi citat plures de * communi attestantes. Ruin. *consil.* 83. *num.* 6. *& seq. lib.* 4. Burſat. *cons.* 322. *num.* 13. Purpurat. *consil.* 591. *num.* 6. *& seq.* Vulpell. *consil.* 129. *in princ.* † Et quod falsitas, quæ non lædit, non sit punibilis. Alexand. *cons.* 53. *In causa, & lite, num.* 14. *ver. præterea falsum, lib.* 3. vbi apostill. citat Alexand. *cons.* 145. *lib.* 6. † Extende, vt procedat etiam in Notario rogante instrumentum falsum, quod non potest valere, prout est testamentum filii familias, quod non valet de iure, vel donatio causa mortis absenti facta; quia nō possunt nocere. Alex. *d. cons.* 53. *n.* 14. *vers. præterea falsum. lib.* 7. † Imo in Notario, qui aliter scripsit instrumentum, quam fuerit dictum, præsumitur error. Alex. *d. cons.* 53. *nu* 15. *& 16. vers. & posito, lib.* 7. vbi pœna apostill. in *ver. Errorem*, dat concordant. plures, & limitat. 5 † Declara; quia si constat de crimine, licet non nocibili, vt quia dolus fuit adhibitus; tūc punitur crimine stellionatus. Bald. *cons.* 53. *in fin. lib.* 3. † Dicitur autem non nociua falsitas, quando est cōmissa in scriptura, quæ non probat; quia non est solemnis, vel caret die, anno, indictione, nomine Domini. Bald. *d. cons.* 33. *circa fin. ver. ad hæc litteræ, lib.* 3. Socin. *cons.* 62. *n.* 5. *ver. ad primum respondetur, lib.* 1. vbi vult, quod falsitas tunc non sit punibilis, quando non probat ratione deficientis solemnitatis requisitæ: si vero est solemnis, licet non probet; quia est priuata, vel alias, sed tamen habet solemnia; tunc puniri debet; quia falsificans fecit, quantum potuit, & ita in puncto Clar. *d.* § *falsum, num.* 44. *in fi. ver. secundus casus*, & infra plenius *num.* 63. *& seqq.* † Et quod si scriptura 7 non habet substantialia, ita quod sit nulla falsitas in ea commissa, non puniatur. Clar. *in d.* § *falsum. nu.* 44. *ver. hinc infertur*, vbi de * communi, & allegat Socin. *cons.* 104. *nu.* 3. *ver. tertius casus, lib.* 1. * † Et idem est in teste falso nullo, cuius depositio nulla nocere nō 8 potest. Clar. *d.* § *falsum, n.* 44. *ver. sic etiam*, vbi de * communi. † In * 9 teste contrarium tenuit Bald. quod omnino pœna falsi teneatur, *in l. fin. n.* 20. *C. si ex falsis instrum.* † Contrarium tenetur * communiter, quod si falsitas testis non est nocibilis, pœna falsi ordinaria * 10 puniri non possit. Clar. *d.* § *falsum, n.* 44. *vers. ego vero.* † Declara; 11 quia si falsitas non est nocibilis, sed apta nocere in futurum, prout in libro probi viri, qui non probat, sed mortuo scribente potest nocere; quia probaret; & tunc si vsus est re falsificata, producendo in iudicio, debet puniri pœna falsi; si vero non produxit in iudicio; tūc punitur pœna extraordinaria, ita Clar. *d.* § *falsum, n.* 44. *ver. sed certe iudicio meo.* † Extende; quia testis non iuratus de- 12 ponens falsum punitur pœna falsi, sed istud procedit, quatenus falsitas sit nocibilis, alias solum pœna extraordinaria puniri debet. Clar. *d.* § *falsum, n.* 16. *ver. tu scis.* † Declara hāc materiam; quia 13 secundum aliquos non est punibilis pœna ordinaria, sed pœna * extraordinaria secus, secundum * communem, de qua Clar. *in d.* § *falsum. n.* 44. *fol.* 157. qui aliter distinguit, vt sit arbitrarium iudici, quando sit punibilis pœna extraordinaria, vel non, & dicit * communem, vbi ponit diuersos casus, quos videas, plene Menoch. *de arbitr. cas.* 306. *n.* 16. *& seqq.* vbi n. 20. quod arbitraria pœna punitur, & quod Doct. tenentes non puniri debent intelligi, pœna ordinaria, sed bene possunt puniri de temeritate pœna extraordinaria, & Clar. *in d.* § *falsum, num.* 44. *ver. intellige*, vbi dicit * communem, & in fin. vbi, quod arbitrium regulat pœnam secundum qualitatem f cti, & personarum, & quod est * communis opinio. Vide, *Temeritas est delictum, & quando puniri possit. Concl.* 25. † Contrarium tenet Crau. *consil.* 755. *Non sinunt temporis, per tot.* 14 Castrens. *consil.* 130. *per tot. lib.* 1. sequitur Crauet. *consil.* 46 *in princ. & per tot.* plene Natt. *consil.* 588. vbi in fine, quod nulla pœna punitur, quando non est nocibilis. Vulpell. *consil.* 129. *num.* 11. *&* 12. vbi, quod neque pœna extraordinaria, quando est sine dolo, nec nocibilis est, vel apta nocere. Bald. *consil.* 14. *num.* 15 *lib.* 3. † Extende; quia falsitas non est punibilis, quando non nocet, veluti si 15 quis conscripsit, vel dictauit notam, ex qua celebratum fuit instrumentum falsum; quia cum illa nota non probaret, non potest puniri de falso. Alex. *cons.* 70 *in fin. ver. præterea, lib.* 1. *& cons.* 74. *Viso testamento, num.* 10. *& num.* 11. *vers. ad prædictorum confirmationem, lib. eod. & consil.* 145. *lib.* 6. † Contrarium tenet idem Alexand. 16 *consil.* 77. *in princ. vers. pro hoc adduco. lib* 1. vbi falsitas habet locum nedum in instrumento sed in scriptura priuata, *l. si quis Decurio. ff. de falsis.* † Idem est in eo, qui conscripsit capitula ad probandum, 17 continentia falsum; quia licet testes super eis falso deponunt, non punitur, qui fecit capitula; quia non probant, neque possunt nocere. † Contrarium videtur velle Bossius *tit. de falsa. num.* 121. vbi, 18 quod producens capitulum falsum, si declarat velle vti, non potest abstinere, sed tenetur pœna falsi. † Restringe; quia si quis 19 dedit notulam Notario præsente nuntio continentem, quod citauit talem, & Notarius scripsit sine dolo, ex qua relatione falsa data fuit sententia, ille, qui dedit schedulam prædictam, tenetur pœna falsi. Alexand. *d. consil.* 74. *num.* 12. *&* 13. *lib.* 1. *& consil.* 77. *in princ. eod. lib.* 1. Bart. *consil.* 199. *Tudertinus quidam, lib.* 1. ex eo, quod falsam obrepserit relationem, non ex eo, quod falsum fieri fecerit instrumentum; quia Notarius caruit dolo. † Et quod pœna 20 falsi cessat, si cessat læsio partis, plene Simon de Prætis *consil.* 82. *num.* 9. † Amplia; quia falsitas proprie non dicitur, quæ non lædit veritatem, sed potius est temeritas; ideo si testes nihil scientes de negotio deponant scire, & deponant id, quod reuera est 21 verum, non puniuntur pœna falsi proprie, sed pœna temeritatis extra ordinem. Petr. de Anchar. *consil.* 24. *num.* 8. *& sequentib. versic. primo*; *quia statutum.* Castrens. *consil.* 372. *Præsupponitur, quod. numer.* 3. *&* 4. *lib.* 1. † Et quod is, qui de falso non pu- 22 nitur, bene puniatur de temeritate. Ancharan. *consil.* 173. *numero secundo.* † Amplia; quia falsitas commissa sine dolo non est 23 punibilis, ideo quando dolus, qui est proprie machinatio,

&fal-

& fallacia ad decipiendũ, non interuenit, non est punibilis. Petr. de Anch. *d. cons.* 244. *n.* 11. & *seq. ver. & si dicatur.* Bald. *cons.* 244. *n.* 2. *v. dubitatur secũdo, lib.* 1. qui loquitur in Notario parum experto, qui confecit instrumẽtum, in quo dicit septẽ moniales interueniſſe, licet tres receſſerint ante ſtipulationẽ, dicentes, q̃ erant contentæ de eo, q̃ aliæ faciebant; quia ceſſat dolus. Bald. *cons.* 53. *n.* 2. *lib.* 3. vbi loquitur in officiali, qui dictauit ſine dolo Notario litteras, quibus Notarius addidit falſo teſtes p̃ſentes, & falſum nõ cadit ſine dolo. Dyn. *conſ.* 38. *Quod contra Benciuenem, n.* 6. Alex. *conſ.* 70. *n.* 8. & *conſ.* 73 *Non puto, n.* 5. & *conſ.* 74. *in prin. lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 153. *lib.* 2. Caſtr. *conſ.* 130. *lib.* 1. Alex. *conſ.* 146. *lib.* 6. Soc. *conſ.* 104. *lib.* 1. qui dicit *communem. Purpur. *con.* 591. *n.* 6. & *ſeq. lib.* 2. Caſtr. *conſ.* 157. *Viſa inquiſitione, in princ. & conſ.* 365. *in princ. & conſ* 372. *n.* 5. *lib.* 1. vbi latius, & plene Caſtr. *conſ.* 203. *Quantum ad primum, n.* 2. *lib.* 2. Alex. *conſ.* 53. *In cauſa & lite, n.* 14. & 15. *ver. ſimiliter. lib.* 7. Vide, *Pœna corporis afflictiua requirit dolum, & quando ſecus. Concluſ.* 222. † Extende in tantum falſum non committi ſine dolo, vt non ſufficiat lata culpa, licet dolo æquiparetur. Alex. *conſ.* 74 *Viſo teſtamẽto, in princ. lib.* 1. † Extende; quia falſitas, quæ ſine dolo eſt, nõ punitur, veluti ſi quis credidit bono viro. Bald. *conſ.* 244. *in fi. lib.* 1. Anch. *conſ.* 24. *n.* 11. *cum ſeq.* † Imo ſunt caſus, in quibus concurrente dolo punitur Notarius pœna ſtellionatus, non aut in pœna falſi, veluti ſi dedit authenticum inſtrumentum de conſenſu partium cancellatum, quia non habet locum pœna falſi. Alex. *d. conſ.* 74. *in princ. lib.* 1. † Extende; qui vendens granum mordum, & pulchrum non poteſt teneri ſa pœna, quando erat malæ conditionis, ſi illud vendens non vidit, quia ceſſat dolus. Sim. de Pr. *conſ.* 82. *n.* 10. † Declara; q̃ ſemper, quod falſitas eſt nocibilis, neſt dolus; quia cum ſit punibilis, neceſſario inclidit dolum, ſecus ſi nõ eſt nocibilis, quia ex quo non eſt punibilis pœna ordinaria, non eſt dolo ſa. Caſtr. *d. conſ.* 157. *Viſa inquiſitione, in princ. lib.* 1. † Extende in Notario, qui fecit inſtrumentum falſum, tãquam quod ſeptem moniales fuerint præſentes; cum tamen probetur, q̃ ſolæ quatuor interuenerunt; quia aliæ tres dixerant Notario, quod ſe remittebant ad illud, quod aliæ faciebant. Bald. *d. conſ.* 244. *n.* 2. *lib.* 1. vbi dicit, quod Notarius inexpertus excuſatur à falſo, cum ſit error, & infra *n.* 59. & *ſeq.* Vide, *Notarius à falſo multiplici ter excuſatur Concl.* 91. † Et quod Notarius, qui fuit rogatus de inſtrumẽto cẽtum ſcutorum occaſione mutui; ſi releuauit in publicam formam proſcutis ducentis, potius per errorem præſumitur; quam ex dolo, ſi oſtendit protocollum loqui de centum. Caſtr. *conſil.* 203. *n.* 2. *verſ. ſuper tertio, lib.* 2. vbi dicit, quod quando ſubeſt cauſa erroris, præſumitur error in dubio; & quia quælibet cauſa excuſat à dolo. † Idem, ſi releuauit inſtrumentum teſtaméti ſine ſubſtitutione, poſtea præextructo errore iterum releuauit cum ſubſtitutione; quia ſi vera fuit ſubſtitutio, ceſſat dolus, & mutatio veritatis, ſed error præſumitur, Caſtr. *conſ.* 364. *lib.* 2. † Extende; quia Notarius extendendo inſtrumentum ſecundum ſuas clauſulas caret dolo, & non poteſt puniri de falſo; quia cenſetur rogatus ſecundum clauſulas ſolitas extendere. Alex. *conſ.* 53. *In cauſa, n.* 14. & 15. *ver. ſimiliter non poteſt, lib.* 7. † Extende; quia ſi Notarius cõmiſit falſum in inſtrumento, & dicat, quod ad inſtantiam partis fecit, ſibi confeſſo de crimine non credit, nec dolus præſumitur in principali, niſi probetur; igitur ceſſat falſitas. Caſtr. *cõſ.* 165. *Notandum eſt, poſt med. vſq; in fin. lib.* 2. † Extende; quia ſi quis accedit ad Notarium actuarium cum nuncio, & dicat: *ſcriuete queſta relatione, come in queſta lista*: id eſt, *ſcribas hanc relationem, ſicut in hac ſchedula.* & nuntius ſine dolo referat, & Notarius ſine dolo ſcribat, licet portans ſcripturam addiderit vnam perſonam non citatam, neque ipſe de falſo poteſt condemnari, ex quo relationis inſtrumentũ eſt ſine dolo ſcriptum, ſed bene tenetur pœna falſi; quia obrepſit à iudice ſententiam contra non citatum. Bart. *conſ.* 199. *Tudertinus, n.* 2. *ver. hoc præmiſſo, lib.* 1. vbi poſt. dat concor. † Extende; quia etiam adiectio clauſulæ appoſitæ in inſtrumento pro validitate inſtrumenti, non eſt punibilis, quando reuera inſtrumentum ſine illa clauſula erat validum, & verum, Alex. *conſil.* 53. *In cauſa, & lite. n.* 21. & 22 *ver. non obſtat, quod circa relictum, lib.* 7. maxime, quãdo Notarius eſt bonæ famæ. † Reſtringe, quando Notarius pendente lite ſuper falſo dedit aliud authenticum ſuper ſumma eadem errata; quia tunc præſumitur ex dolo, & falſum committit. Caſtr. *d. conſ.* 203. *n.* 2. *ver. ſed quia poſtea, lib.* 2. † Amplia, quia falſitas non eſt punibilis, quando non eſt damnoſa, neq; in ſubſtantialibus; ideo Notarius, qui rogauit inſtrumentum monialium, & dixit, actum in parlatorio dictarum monialium; cum tamen non eſſent in parlatorio, ſed in alio loco monaſterii, talis Notarius non poteſt puniri de falſo. Bald. *d. conſil.* 244. *Dubitatur de quod. am, lib.* 1. *in princ.* † Amplia; quia falſitas non eſt, neque falſum cõmittit is, qui dedit articulos Notario ſuper eo, quod Titius eſſet filius ex legitimo viro Seiæ, ſi in originali dimiſit nomẽ viri Seiæ in albis, & in copia, ſuper qua fecit examinare, ſcripſit nomen viri dimiſſum in albis; quia ceſſat dolus, & non nocet parti, ex quo ſufficiebat teſtes deponere, talem filium Seiæ ex legitimo viro, cuius nomen ignorat, ita Caſtr. *conſ.* 157. *Viſa inquiſitione, lib.* 1. † Extende idem eſſe in falſo dicto teſtis contra non ſubſtantialia; quia imo probat, & ſic non punitur, neque annullatur eius dictum. Vide, *Teſtis falſum deponens in parte ſubſtantiali. Concl.* 247. † Amplia; quia falſitas non eſt punibilis, quando id, quod dicitur eſſe falſum, poteſt ſaltem ciuiliter, vel per fictionẽ verificari; quia fictio excuſat à falſitate. Bald. *d. conſ.* 244. *ver. dubitatur ſecundo, vſque in fin. lib.* 1. vbi vult, quod Notarius, qui rogatus fuit de inſtrumento, in quo ſcripſit ſeptem moniales interueniſſe, non poſſet puniri de falſo, licet quatuor ſolæ interuenerint, ſi aliæ ſe remiſerunt ad id, quod quatuor facerent; quia per fictionem omnes feciſſe dicuntur. Vide, *Teſtes à depoſitione falſa multipliciter excuſantur. Concluſ.* 251. † Extẽde; quia excuſatur falſitas, quæ adiuuatur primordio veritatis, * communem dicit Clar. *in §. falſum. n.* 43. *ver. præterea.* † Amplia; quia ſi Notarius non deputatus ad ſcribendum condemnationes, cuius ſcripturæ non ſtaretur, falſum condemnationem ſcripſit, non debet puniri de falſo, ſi eius ſcriptura non probat, neque eſt apta nocere. Bald. *conſ.* 330. *Quidã Notarius, lib.* 2. † Declara, vt non procedat ampliatio, quando falſitas conſiſtit in cancellatione facta falſo; quia ex quo cancellatio etiam à priuato facta, quæ nõ eſſet nocibilis, ſi ſciretur, eſt incognita; dicit eo debet puniri pœna falſi, non attẽto, quod non haberet hanc facultatem. Bald. *d. conſ.* 330. *lib.* 2. *per tot.* † Amplia; quia falſitas non eſt punibilis, vbi ceſſat dolus; quia falſum non poteſt committi ſine dolo; ideo error potius præſumitur in dubio, quam dolus. Alex. *conſ.* 70. *Viſo proceſſu, n.* 8. & *ſeq.* & *conſ.* 74. *n.* 4. *lib.* 1. & quod vbi non eſt dolus, non poſſit eſſe falſitas; quia falſitas dolum requirit. Bart. *in l. Diuus. ff. de falſis.* Bald. *conſ.* 33. *lib.* 3. Caſtr. *conſ.* 371. *n.* 5 & *conſ.* 157. *in pr. lib.* 1. Iaſ. *conſ.* 153. *n.* 2. *lib.* 2. Ruin. *conſ.* 83. *n.* 4. & *conſ.* 86. *n.* 1. *lib.* 4. Clar. *§. falſum, n.* 42. *ver. excuſatur*, vbi dicit * communem; quia falſitas non poteſt eſſe ſine dolo. Caſtr. *conſ.* 130. *lib.* 1. vbi poſt. dat plurimos concord. † Amplia; quia falſitas non poteſt cadere in ſcriptura, q̃ quis ſibi facit, p̃ſua memoria tãtum; quia ſine talem ſcripturam quis faceret, vel tradat, aut cõburat, nullã pœnam pati debet; quia cũ ſcriptura nemini poſſit nocere, non cadit in ea falſitas. Bald. *conſ.* 323. *Punctus, vtrum vigore, lib.* 4. *in pr.* Crau. *conſ.* 755. † Reſtringe, vt non p̃cedat ampliatio in ſcriptura, q̃ quis, p̃ alio ſcribi, vt eſt tabellio, & argentarius; quia tenetur pœna falſi, ſi in ea falſum cõmittit. Bald. *d. conſ.* 323. *in pr. ver. interdum quis conficit. lib.* 4. Natt. *conſ.* 588. *in princ.* † Reſtringe in ſcriptura, q̃ quis facit pro ſe, & alio, vt in ſocio, & alio adminiſtratore; quia ſi in ea committitur falſum, puniri debet, maxime, quãdo talis ſcriptura fuit, p̃ducta in iudicio, vel coram arbitro; quia ſic cõburatur, combuſtens doloſe pœnã falſi incurrit. Bald. *d. conſ.* 323. *circa princ. ver. interdum quis conficit, vſq; in fin. lib.* 4. † Amplia; quia falſitas cognita, & deciſa ciuiliter nõ poteſt criminaliter intentari ſine intereſſe alterius. Gandi. *in tit. qualiter cognoſcatur de crimin. per inquiſit. in eius libello malef.* Fulg. *conſ.* 106. *col.* 2. *ver. ad ſecundum.* Iaſ. *conſ.* 83. alias 85 *poſt med. lib.* 1. † Amplia; quia rubrica facta in inſtrumento: puta, *inſtrumentum continens hoc, & hoc*; licet ſit falſa, non viciat inſtrumentum, neque eſt punibilis; quia non nocet, neque attenditur. Alex. *conſ.* 53. *nu.* 20. & *ſeq. ver. Poſtremo, lib.* 7. † Amplia; quia falſitas non cadit in eo, qui in computatione mentitur. Dynus *conſil.* 38. *num.* 7. *ver. item qui immutat.* † Amplia; quia non eſt punibilis falſitas in libro priuato cõmiſſa, quæ non poteſt nocere; quia neque extra ordinem puniri poteſt. Natt. *conſ.* 588. *num.* 7. & *per tot.* Alexand. *conſil.* 145. *Viſis narratis per tot.* maxime *num.* 2. *ver. tamen præmiſſis non obſtantibus, lib.* 6. † Extende; quia ſcriptura priuata, quæ non probat pro ſcribente, licet ſit falſa, talis falſitas non eſt punibilis. Alexand. *conſil.* 50. *Ponderatis. ver. confirmatur. nu.* 3. *lib.* 3. & *d. conſil.* 145. *num.* 3. *verſ. confirmo, lib.* 6. vbi dicit * communem, vbi plena apoſtill. *in ver. inſerat*, dat concord. † Contrarium, quod imo falſitas commiſſa in libro rationum, vel in apocha priuata, vel in producente falſam ſcripturam; quia licet non inferatur damnum, ſufficit, quod poſſit inferri. Alexand. *d. conſ.* 145. *Viſis narratis, lib.* 6. *in princip.* † Declara; quia procedit ampliatio, quando libri, vel ſcriptura priuata, falſi non probant, vt quia eſt nuda, vel non ſunt approbati libri, vel

bri, vel regulati, secũdum quod statutum Cæsenæ, vel loci requiri; si vero probant; quia solemnis est scriptura, vel libri regulati, procedit contrarium; quia falsificans punitur. Alex. *d.cons.145.nu.* 5. *& sequent. vers. & istud comprobatur, lib.6.* † Extende ampliationem, siue priuata scriptura, & libri rationum sint ad fauorem scribentis, siue ad fauorem tertii; quia si non probant, vtroque casu partio, quod falsitas non est punibilis; secus si semiplene probarent, ita quod iuramentum posset deferri in supplementum, vel fuit delatum. Alex. *d.cons.145.num.2. & seq. vers. idem dixit, lib.6.* † Amplia in eo, qui per modum declarationis animi sui scripturæ addidit; quia nõ punitur de falso. Crau. *d.cons.755.* † Amplia; quia falsitas non cadit in actu, qui non est sortiturus effectum. Castr. *d. cons.139.num.2.lib.1.* vbi apost. † Amplia; quia Notarius non committit falsum, si se rogat absens ad relationem alterius, quando extat stylus, vel consuetudo sic faciendi. Alex. *cons.70. Viso processu, n.3.lib.1.& supra n.29. & seq.* vbi alii casus, quibus Notarius excusatur à falso. † Amplia; quia falsum non cadit in Notario, qui fecit instrumentum indefinite de fructibus possessionũ, vel vniuersaliter omnium possessionum; quia licet vniuersalis, & indefinita non intelligatur, & non verificetur in omnibus, vt quia fuit intellectum de omnibus possessionibus in territorio, non extra territorium, non est falsitas. Castr. *cons.365. Viso instrumento, in prin.lib.1.* † Limita; quia cancellans mandatum procuræ in actis productũ, cum expressione, quod cãcellatio fit; quia finitum est mandatum per tres sententias, licet non videatur nocibilis; si tamen pendet causa nullitatis, vel exequutionis, in qua comparet, censetur dolosa, & est punibilis, & perdit causam; quia in iudicio. Io. de Ana. *cons.12. per tot.* vbi Bolog. in apostilla. † Limita; quia imo testis, qui nõ iurauit, sed in iudicio deposuit falsum, etiam si nulliter sit examinatus; tamen punitur pœna falsi, licet examen non valeat. Vide, *Testes nõ iurati nõ probãt, & quando secus. Concl.166.* vbi declaratur. † Limita, quia falsitas commissa in scriptura priuata est punibilis, licet scriptura non probet, & sic parti non præiudicet, quando constat, quod scribens falsum ex dolo crimen consumpsit, quantum in eo fuit. Soc. *cons.62. In præsenti consultatione, in princ.n.3. ver. his tamen non obstantibus, lib.1.* quod dicit procedere, quando scriptura priuata est solemnis; alias si non probaret; quia non haberet sua solemnia; tunc non esset punibilis, vbi pulchre declarat; dicit tamen, quod si nullitas prouenit à falsificante, debet puniri, veluti si quis scribat falsum in libro suo, vel Notarius ad sui fauorem cõficiat instrumentum falsum; quia non valet culpa falsificantis, *n.* 4. & quia hoc casu non curatur solemnitas, & idem dicit Clar. in *d.§. falsum, n.44. in fi. ver. secundus casus, plures.* Gabr. *lib.7. de crimin. concl.5.n.2. ver. contrarium.* Vide supra *num.6. & seq.* † Contrarium Castr. *cons.130. col.1. lib.1. per tot.* cum aliis per Gabriel. *de crimin. Conclus.5.num.2.* vbi dicit hanc magis *communem, vbi dicit Castren. *quod est* communis, quod non punitur in aliquo, etiam quod posset nocere post mortem; quia non præsumitur immemor salutis, & quod ante mortem delebit, & propterea non potest condemnari ordinaria, neque extraordinaria pœna. † Declara; quia si falsitas est in libro priuato, vel scriptura priuata, quæ nullam facit probationem plenam, nec semiplenam, nec indicium; quia falsum non potest dici in choatum, falsum non punitur ordinarie, neque extra ordinem, quia actus, qui non potest de iure sortiri effectum, non punitur in aliquo. Ratio est; quia maleficium, quod non perficitur, non propter impedimentum facti, sed propter impedimentum iuris, non punitur ex conatu solo. Cast. *cons.130. Videtur dicendum. per tot. lib.1.* † Declara, vt plene per Nattam *cons.588.* quãdo scriptura est vel nocibilis, vel apta nocere, alias secus; quia si non est nocibilis, neque apta nocere, non punitur in aliquo, etiam extra ordinem. Castr. *d. consil.130. Videtur dicendum. per tot. lib.1.* vbi ponit exempla plura. † Declara multis modis p Gabr. *de crim. lib.7. concl.5.n.3. & seq.* † Extende limitationem, vt procedat etiam in libro rationum, quando liber est solemnis, licet non probet; quia scribens vnum debitorem, qui non sit, debet pœna falsi puniri. Soc. *d.cons.62.n.4. vers.5. & vlt. lib.1.* vbi dicit procedere, etiã si falsitas sit circa scripturã Iudæi, vel libri Iudæi vsurarii. Vide Gab. vbi sup. qui pro vtraq; parte citat, & declarat. † Extende; quia falsitas est punibilis, si est apta quoquomodo nocere; & ideo sufficit quod possit adiuuare, vel adiuuari ex aliis, vt noceat; quia semper est punibilis Soc. *cons.60. In præsenti consultatione, in fin. vers. nec obstat, n.4.* Clar. *d.§. falsum nu.44. ver. sed certe iudicio meo.* † Limita maximum debitorem, qui non sit, vel mutet nomen debitoris veri in alium; quia ex quo libri Iudæorum de consuetudine probant in Italia, propter capitula, quæ eis conceduntur, debet pœna falsi puniri. Soc. *d.cons.62. in pr. vsque ad num.8. lib.1.* vbi est casus. † Extende idem in quãcumque scriptura, quæ vel de consuetudine, aut priuilegio posset habere fidem; quia tunc est nocibilis, & puniri debet, licet de iure communi non probaret. Socin. *d.cons.62.n.6. ver. præterea clare, lib.1.* Vide, *Testes deponentes falsum quando puniri non possint. Concl.252. cum duabus Concl. ibi proxime præcedent.* Vide Ant. Gabriel. *lib.7. tit. de crimin. Concl.5. Falsitas non præiudicialis pœna falsi non punitur.* Vide plenius etiam per Mascard. *conclus.739. Falsitatis communia*, maxime *n.12. & seq.* vbi, quod tria requiruntur, vt falsitas sit punibilis, mutatio veritatis, dolus, & quod sit nocibilis, & quartum addit, quod scriptura, in qua est falsitas, probet, licet sit controuersum per aliquos, tamen dicit esse communem pro affirmatiua, & *n.15.* addit quintum requisitum, quod vt puniri possit, requiritur, quod vsus fuerit.

Falsi pœna pro quibus delictis sit imponenda. Concluſ. 50.

FALSI † pœna imponitur multis casibus, de quib' plene Clar. in *§. falsum*, vbi multos casus enumerat, quibus falsi pœna habet locum, quos vide. † Amplia etiam in eo, qui portat insignia Episcopi, cum non sit; quia punitur pœna falsi. Lap. *alleg.18. in prin.* † Idem de portante insignia Doctoratus, cum non sit, Bart. in *l. eos ff. de falsi. §. si.* Lap. *d. allegat.18.* † Idem in eo, qui fecit se militem, cum non sit, *d.l.eos. § si ff. de falsis.* † Idem in eo, qui mutat nomen. gl. in *l. vnica. C. de mutat. nominis.* Lap. *d. allegat.18.* † Idem in eo, qui assumit sibi titulum nobilitatis, cum sit ignobilis. Tiraq. *de nobilit. ca.13.* † Idem in Notario, cum non sit Notarius, & similibus. Tiraq. vbi supra. Menoch. *casu 320.n.8. & seq.* † Amplia in mendicante, qui fucatis coloribus fingit se infirmum, vel leprosum, vt maiores eleemosynas consequatur, quia debet pœna falsi puniri. Lap. *d. all.18. per tot.* vbi, quod etiam furtum cõmittit, vel rapinam. † Amplia in cancellante, vel abradẽte aliquid substantiale ex scriptura, vel libro, quia cõmittit falsum. Alex. *cons.233. Ponderatis, n.17. & seq. vers. præterea tractari nõ potest, lib.6.* † Declara, si modo illud abrasum deducatur in iudicio, alias secus. Alex. *d. cons.233. in fi. lib.6.* † Amplia; quia faciens carcerari suũ debitorẽ prætextu mãdati iudicis, quod non habet, tenetur pœna falsi, si probatur dolus, & etiam tenetur ad damna, & interesse carcerati. Bald. *cons.212. Quidam prætenso, per tot. lib.3.* † Declara tamen; quia si falsitas est commissa contra iudicem pedaneum nõ habentem merum imperium, ipse potest puniri solũ pœna pecuniaria extraordinaria, puta stellionatus, & ad damna reficienda carcerato; si vero est commissa contra iudicem habentem meiũ, vel mixtũ imperium, potest imponi propria pœna falsi. Bald. *d. consil.212. per tot. lib.3.* Vide, *Iudex offensus quando possit punire delinquentẽ, vel non. Concl.402.* † Amplia; quia producens falsos testes in iudicio tenetur, quando productio sit super articulo probando, quod penitus falsum est. Bald. *cõs.106. Quidam dominus Iacobus, in fi. ver super secundo, lib.3.* secus, inquit, si articulus esset verus. Vide, *Producens testes, qui dicuntur falsi, qualiter declaret, an eis vti velit. Conclus.77.* † Extende, vt etiam procedat, si articulus esset verus, quando producens testes subornasset testes, vt depone. ẽt falsum. Bald *d. cons.106. in fin. lib.3.* † Extende idem, quando sciens vteretur quis falsis testibus, quia punitur pœna falsi, etiã si non subornauerit, neq; induxerit. Bald. *d. cons.106. in fi. lib.3.* † Portans litteras, & illas falsificans, vt quia supponat nomẽ pro nomine, numerum pro numero, tenetur pœna falsi. Ang. *cons.370. Creditor volens, in princ.* † Aperiens litteras alienas sigillatas, & illas ostendens aduersario, tenetur pœna falsi. * communem dicit Clar. in *dict. §. falsum, n.33. ver. aperiens.* Vide, *Litteras alienas aperiens qua pœna teneatur. Cõcl.375.* † Restringe; quia ille, qui recipit litteram sic falsificatam, & ille, qui misit talem nuntium, nõ tenentur ad aliquam pœnam falsi. Ang. *d. cons.370. in prin.* † Notarius conficiens instrumentum, & non apponens debitas solemnitates, tenetur pœna falsi, secundum magis * communem, de qua Clar. *d. §. falsum, num.28. ver. pariter etiam*, vbi, quod non punitur hoc casu, nisi in casibus à iure expressis, secundum * communem. † Et conficiens instrumẽtum super re illicita, tenetur Notarius pœna falsi, Clar. *d. §. falsum, n.29.* vbi de * communi. Bald. & Doct. in *l.2. C. de Etnic. h.* plenius Lucas de Penna in *l.1. C. vt nemo ad suum patrocin. lib.11. colum.2. in fi.* vbi de multiplici pœna Notarii rogantis instrumentum in casu prohibito. † Notarius celans instrumẽtum, quo fuit rogatus, pœnam falsi incurrit. Crauett. *cons.864. Duo præcipue n.8.* † Notarius sibi adscribens aliquid in testamento in scriptis, vel nuncupatiuo, pœna falsi tenetur. Vide, *Notarius non potest sibi adscribere, &c. Concl.77.* † Extende, vt idem sit, quando non negat se rogatum, sed dicit se non memorem, quando antiqua res non est. Crauetta. *dict. consil.864. num.9. verb. hoc amplius*, & est * communis opinio per Curt. Iunior. *

24 in l. *qui accusare. posi n.* 12. C. *de edend.* † Declara tamen; quia in Notario bonæ conditionis, quãdo rogitus esset de antiquo, si negaret, excusaretur, quasi ex obliuione; sed si esset sibi pfixus terminus, & negaret, bene teneretur pœna falsi. Clar. *d.* §. *falsum. num.* 30. *ver.*
25 *item Notarius.* † Vtens instrumento, vel testibus falsis, pœna falsi tenetur; quia in dubio procedens præsumitur falsitatem commisisse, nisi doceat, à quo sit commissa. Ial. *cons.* 168. *col.* 2. *lib.* 4. Alex. *cons.* 77. *n.* 4. *ver. sextum indicium. lib.* 1. Castr. *consil.* 203. *Quantum ad*
26 *primum in fin. lib.* 2. vbi dicit procedere in principali, secus in procuratore. † Extende, vt multo magis, quando fuit citatus ad declarandum, an velit vti tali instrumento pro bono; quia intendebat arguere de falso; quia non excusatur ex protestatione, quod velit vti, quatenus bonum, vel in parte non falsa, vel quid simile.
☞ Bero. late *consil.* 22. *in fin. lib.* 3. Vide, *Producens falsum instrumentum*
27 *quando puniatur, vel non. Concl.* 876. *cum conclus. ibi prox. seq.* † Declara tamen; quia ex simplici vsu instrumenti falsi vtens non incurrit falsi pœnam, maxime quando protestatus fuit non velle vti, quatenus sit vel dicatur falsum. Alex. *cons.* 89. *Viso themate. n.* 14. *ver. non*
28 *obstat. lib.* 3. † Pondera, falsificans punitur pœna falsi. Cuma. *cons.* 139. *in princ.* vbi de pœnis diuersarum falsitatum diuersimode im-
29 positis. † Commixtionẽ faciens, & vendens, vel expendens rem mixtam pro simplici, prout ille, qui in cera ponit picem, trementinam, sepum, & similia, vel plumbum cum argento, vel alia metalla confundit cum auro. Cuman. *d. cons.* 139. *in prin.* † Monetam
30 falsificans, vel expendens pœna diuersa punitur; quia si falsificat monetam supremi Principis, comburitur; si monetam alterius inferioris, quandoque ad bestias, quandoq; in metallum damnatur, & de singulis pœnis plene Cuman. *d. cons.* 139. *per tot.* maxime
31 *n.* 5. vbi enumerat. † Addens nomen protocollo alieno, punitur
32 pœna falsi. Anchar. *cons.* 173. *Circa primum. n.* 5. *& seq.* † Testari prohibens incidit in pœnam falsi. Vide, *Testari prohibens quibus pœnis*
☞ *afficiatur. Concl.* 147. † Adscribens sibi aliquid in testamẽto. Vide,
33 *Notarius nõ potest sibi aliquid adscribere in testamẽto à se ipso rogato. Conc.*
☞ 77. † Lacerãs, vel cõburens instrumentũ, q; pars arguebat de fal-
34 so, punitur pœna falsi, hoc est, in amissione causæ. Anchar. *d. cons.*
35 173. *n.* 7. *vsq; in fin.* † Vendens eandem rem duobus tenetur pœna
☞ falsi. Clar. § *falsum. n.* 37. vbi plene declarat. Vide alios casus sup. *Falsitas ex multis arguitur, & præsumitur. Concl.* 44. *per tot.* Vide, *Ven-*
36 *dens rem duobus qua pœna puniatur. Concl.* 63. † Acta iudicii falsificans qua pœna puniatur. Bart. *in l.* 1. *ff. de his, quæ in testam. delent. & in l. in*
fraudem. §. *quoties. ff. de iure fisci.* tex. *in c. cum olim magister. de offic. deleg.*
37 † Testium deponentium falsum quæ sit pœna, Vide Ial. *in l. si duo*
patroni. §. *fin. ff. de iureiur.* vbi *nu.* 2. in parte periurante ponit sex pœnas ciuiles; quia cadit à beneficio transactionis, fit infamis, non admittitur ad dignitatem, neq; ad testimonium, repellitur ab agendo, perdit beneficiũ legis, & clericus priuatur beneficio, criminaliter punitur, fustigatione, vel mitra; testis vero in capitali[b] eadem pœna punitur, extra capitalia tenetur pœna falsi ex l. Cor-
38 nelia de falsis. † Declara; quia si testis deposuit falsum contra innocentem dolo malo, punitur pœna mortis. *l.* 1. *in fin. ff. ad l. Cornel.*
de sicar. plene Clar. *d.* § *falsum. n.* 8. *ver. testis qui falsum.* vbi ponit exempla exequutionis, & seueritatis, & plenius Alex. *cons.* 55. *In causa*
39 *inquisitionis. lib.* 7. † Et pœna mortis imponitur ei, qui delinquit in Principem fingens habere ab eo authoritatem creandi Notarios, quam non habet. Alex. *cons.* 50. *Ponderatis. n.* 7. *lib.* 3. vbi, quod si ex-
40 ercuit talem authoritatem, punitur pœna mortis. † Idem in Notario, qui non fuit creatus Notarius, & tanquam Notarius rogat instrumenta; quia delinquit in Principem, & punitur pœna mortis; secus si fuit creatus, sed priuatus; quia tunc non punitur pœna mortis; quia iuuatur primordio veritatis. Alex. *d. cons.* 50. *nu.* 7.
41 *ver. & idem dicit. li.* 3. † Idem in causa homicidii, si testis falsum deposuit tanquam contra homicidam, tenetur eadem pœna mortis, qua teneretur homicida; ideo pœna mortis, vel furcarum tenetur, & sic ad pœnam talionis. Alex. *d. cons.* 55. *per totum. lib.* 7. vbi
42 apostilla *in verb. talionis*, dat concord. † Contrarium tamen tenet gl. canon. *in summa* 2. *q.* 3. *& in c. hac imago.* 33. *q.* 5. quos citat Alex. *d.*
43 *cons.* 55. *circa princip. ver. glossa tamen. lib.* 7. † Declarat Alex. *d. cons.* 55. *lib.* 7. *versic. tamen in proposito.* quod quando quis dolose falsum deposuit contra aliquem, puta, vt homicidam, vel delinquentem, tenetur pœna talionis, & sic eadem pœna, qua teneretur ille pro illo delicto, super quo falsum deposuit. Si vero testis non directe falsum deposuit contra aliquem, tunc est pœna ordinaria deportationis in libero homine, in seruo pœna vltimi supplicii, & iure antiquo erat etiam pœna confiscationis bonorum, quę hodie cessat; sed quia pœna deportationis, & damnationis in metallũ hodie non est in vsu, erit alia pœna arbitrio iudicis imponẽda, dum-
44 modo non sit pœna mortis, neq; mutilationis membri. † Si deposuit ad defensam, pœna est deportationis cum publicatione bonorum, quæ hodie non est in vsu. Ideo in locum deportationis succedit pœna triremium. Clar. *d.* § *falsum. nu.* 8. *ver. si vero deponat.*
vbi ponit exempla executionis, licet *n.* 40. dicat pœnã esse secundum statuta, vel arbitrariam, vt infra, & ita Alex. *d. cons.* 55. *lib.* 7. vbi
plene. † Si in causa ciuili vnus testis falsum deponat, quandoque 45
amputatur, vel perforatur lingua, quandoque fustigatur secundum qualitatem personarum, & causæ importantiam. Clar. *d.* §.
falsum. n. 8. *in fi.* † De iure Canonico in clerico deponente falsum 46
est detrusio in Monasterium. *c. si Episcopus.* 50. *dist.* † De iure ciuili 47
est deportatio cum confiscatione bonorum, quæ hodie non est in vsu. Ideo, vbi sunt statuta, seruatur pœna statutaria, vbi nõ sunt statuta, imponitur ad arbitrium iudicis, ita Clar. *in d.* § *falsum. nu.*
40. *vers. sed quæro.* licet *n.* 8. *in eod.* §. dixerit pœnam triremium succedere loco deportationis. † Secunda pœna testis falsi est; quia 48
tenetur parti ad refectionem damnorum, & interesse. gl. fin. *in c.*
presbyterorum. de homicid. quod procedere in foro conscientiæ tantum dixit Clar. *d.* § *falsum. n.* 16. *vers. pœna autem. in fin.* vbi, quod in
foro contentioso non tenetur ad damna, licet prima facie quilibet contrarium diceret. † Tertia pœna est, quod pars committẽs 49
falsitatem, amittit causam, sed intelligas, quando falsum commisit circa actus causæ, non autem circa testes, vel instrumẽta, communem * dicit Clar. *d.* § *falsum. n.* 41. vbi, quod magis communis *
* opinio habet locum, siue causa sit cum fisco, siue inter priuatos. *
† Notarius fabricans falsum instrumẽtum punitur pœna falsi, de 50
qua supra est dictum in teste, & de iure communi est deportatio cum confiscatione bonorum, quæ pœna abiit in desuetudinem; ideo seruãda est pœna statuti, vel constitutionis, si extat, alias pœna erit arbitraria. Clar. *d.* §. *falsum. n.* 22. *ver. pœna autem. iuncto n.* 40.
ver. sed quæro. & n. 16. *ver. scias etiam.* † De iure Longobardorum pœ- 51
na est abscissionis manus, quæ etiam seruatur hodie. Clar. *in d. §.*
falsum. nu. 22. † In Regno Neapolis ex constitutionibus pœna est 52
vltimi supplicii. Capic. *decis.* 153. *nu.* 5. † In Ducatu Mediolani pro 53
prima falsitate punitur citra mortem, si pluries, comburitur Notarius. Clar. *d.* §. *falsum. n.* 22. *in fin.* † Vide Rom. *sing.* 385. *pone, quod* 54
Notarius. vbi punitur pœna ignis, si conficiat instrumẽtum exemprionis falsum; si vero instrumentum simulatum, pœna abscissionis manus; si instrumentum vsurarium, quod est periurus, & non potest conficere instrumenta, & pronunciari potest infamis. Pœna † vero producentis falsum instrumẽtum minor est, quam pœ- 55
na facientis falsum instrumentum; quia producens punitur pœna relegationis; faciens vero punitur pœna deportationis, & confiscationis bonorum. Clar. *d.* § *falsum. nu.* 16. *ver. scias etiam.* † Pœna 56
falsificantis litteras Papę & Regum est; quia clericus degradatur, & traditur Curiæ seculari. Clar. relatiue *in d.* § *falsum. n.* 31. sed solum loquitur in falsitate litterarum Apostolicarum, *in q.* 36. *n.* 16.
ver. scias etiam. vbi dicit * cõmunem. † In falsificante litteras alio- * 57
rum Prelatorum est pœna, de qua *in c. cum olim. de off. deleg. & colum.*
de rescript. vbi, quod priuatur beneficio, & perdit causam; sic etiam Boer. *decis.* 82. *nu.* 6. & puniuntur confiscatione bonorum, & bullantur, ac in exilium mittuntur, vt dicit gl. *in c. ad falsariorum. de cri.*
falsi. in ver. legitimas. † Vide omnino Luc. de Penna *in l.* 11. *C. vt nemo* 58
ad suum patrocin. lib. 11. *colum.* 2. *in ver. proscriptione.* vbi ponit pœnam multiplicem Notarii rogantis instrumentum in casu prohibito, vt aliquãdo sit pœna perpetui exilii sine spe reuersionis; aliquando vltimi supplicii, aliquando confiscationis bonorum, amissionis manus, infamiæ, amissionis officii, aliquando deportationis, & aliquando pœnal. Iuliæ Maiestatis. † De iure Canonico pœna 59
falsi ordinaria pro crimine falsi perfecto est depositionis, & detrusionis. *c. si Episcopus, aut presbyter.* 50. *dist.* Castrens. *cons.* 130. *Videtur dicendum. in princ. lib.* 1. † Extraordinaria vero, quæ imponitur, 60
vel quando crimen falsi non est perfectum, vel non nocet, est arbitraria iudici. Castrens. *dict. cons.* 130. *in princip. lib.* 1. Vide, quæ sit pœna falsi diuersa supra, *Falsitas quid sit, & quæsit pœna falsi. Conclus.*
41. *num.* 27. *& seq.*

Falsi pœna quando infamet condemnatum, vel non. Concl. 51.

FALSI † pœna est crimen publicum; & ideo condemnatus de 1
falso efficitur infamis. *l. infamem ff. de publ. iudic.* Cald. *cons.* 479.
alias 1. *de accus. in prin.* Zabarel. *cons.* 117. *n.* 3. *ver. opponitur etiam.* † Et 2
quod condemnatus de falso ita efficiatur infamis, quod mortuo
similis sit. Castr. *cons.* 130. *Videtur dicendum. in princ. lib.* 1. vbi imo dicit, quod nullum aliud crimen ita vituperat famam, & statum
hominis, sicut falsum; & ideo potest super eo transigi, sicut super 3
capitali crimine. † Limita, quando quis cõdemnatur de falso via extraor-

extraordinaria, puta per viam inquisitionis, & ad pœnam pecuniariam; quia licet, si esset condemnatus via ordinaria, &ad accusationem partis, efficeretur infamis; tamen secus est, si via extraordinaria esset damnatus. Cald. *d. consi.* 479. alias 1. *de accus. in princ.* 4 *ver istis suppositis.* † Contrarium Innoc. *in c. asserte. de præsumpt.* Syl- * na. *consil.* 7. *n.* 16. *& seq.* Mascard. *concl.* 459. *n.* 9. vbi de * communi. Eman. Suarez. *lib. receptar. opin. fol.* 53. *n.* 16. qui dicunt omnem pœnam etiam pecuniariam in pecunia infamare, quando pro falso ff est imposita. Vide, *Crimina publica quæ dicantur. Concl.* 1076.

Falsificans litteras Papæ qua pœna puniatur, & qualiter committatur hæc falsitas. Concl 52.

1 FALSIFICANTES † litteras Papæ sunt excommunicati, siue laici, siue clerici; imo clerici sunt priuati omnib. beneficiis, & officiis, & debent degradari, & tradi Curiæ seculari. *c. ad falsariorum. de crimin falsi.* Boer. *decis.* 82. *n.* 5. † Declara; quia non habet locum in litteris iustitiæ, si desistat illis vti. Boer. *d. decis.* 82. *n.* 5. *ver. fal-* 3 *sit.* † Sed procedit in vtente declaratione, non in falsificante. Af- 4 flict. *decis.* 21. *n.* 2. † Amplia in tantum, vt nec possint absolui ab alio, quam a Papa. *c. tua. de crim. falsi.* ideo Abbas non absoluit mo- 5 nachum isto casu. Fed. de Sen. *conss.* 219. *in princ.* † Amplia, vt etiam monachus committens falsum in litteris Papæ sit degradandus per Abbatem, conuocatis vicinis Episcopis, & facta degradatione debet talem monachum consignare Curiæ seculari, & hoc, si crimen est probatum, vel notorium: si vero est suspectus monachus tantum de falso, debet illum Abbas carcerare, & transmittere Papæ, vel significare Papæ, quid agendum. Fed. de Sen. *d. consi.* 6 119. *per tot.* vbi est casus. † Amplia; quia falsificans litteras Regias, & sic Principis punitur pœna falsi ad mortem, & qualiter. Afflict. 7 *d. dec.* 21. vbi late. † Declara; quia pœna mortis imposita in falsificante litteras Papæ non habet locum in litteris Regis, vel alte- 8 rius Principis. Afflict. *decis.* 404. *n.* 21. † Amplia; quia suspectus de falsitate litterarum Papæ, vt quia illas rasas in locis substantialib. produxit, potest, & debet carcerari, donec moneatur Papa, etiam si non extet alia indicia, & dicitur bene carceratus. Alex. *consi.* 205. 9 *Ponderatis in pr. & per tot. lib.* 6. † Extende; quia etiam exemptus, & clericus potest carcerari per secularem, vt consignetur ecclesiastico, & suo iudici, si est suspectus de fuga. Alex. *d. consi.* 205. *nu.* 7. *vers. quimmo. vsque in fin. lib.* 6. vbi apostilla *in ver. capere*, dat concordan. 10 & reprobat Aretin. tenentem contrarium. † Declara; quia falsitas litterarum Apostolicarum magis de facili præsumitur in litteris gratiæ, quam iustitiæ, & eo ipso, quod sunt contra stylum Curiæ, præsumuntur falsæ. Vide Mascard. *Concluſ.* 747. *Falsitas an potius præsumatur.*

Falsi pœna coram quo iudice cognoscenda. Concluſ. 53.

1 IUDEX † causæ ciuilis, etiam delegatus cognoscit de pœna falsi, si producens coram eo instrumentum, illud, postquam pars aduersa arguit de falso, vi arripuit de manibus Notarii, & combibit, vel lacerauit. Anchar. *consi.* 173. *Circa primum. n.* 7. *& seq.* ma- 2 xime *n.* 12. *vsque in fi.* † Amplia; quia iudex ciuilis potest esse iudex in causa falsi criminis, quando agitur ciuiliter de crimine; quia potest agi criminaliter, & ciuiliter; si primo actum est ciuiliter coram iudice ciuili, videlicet, vt non probet instrumentum, potest postea agi criminaliter coram criminali. *l. damus. C. ad l. Cornel. de* 3 *falsi.* vbi Bald. & cæteri. Castrens. *in l. fin. C. de fid. instrum. n.* 13. Bart. *in l. qui agnitis. in fin. ff. de except.* † Extende idem, si actum sit criminaliter, & indulgentia Principis interuenerit; quia nihilominus 4 agere poterit de crimine eodem ciuiliter. *l. si docueris. C. de falsi.* † Et etiam in facultate agere volentis, an agat criminaliter, vel ciuiliter. Bald. *in l. fin. n.* 3. *ver. item quæritur. C. si ex falsi instrum.* vbi, quod bene ordo est circa personas; quia primo agitur contra fabricantem, si viuit, quam contra vtentem; sed quoad causas nullus est ordo, & idem tenet Castr. *in d. l. fin. C. de fid. instrum. n.* 13. Bart. *in d. l. qui agni-* 5 *tis ff. de except. in fin.* † Declara tamen; quia si est primo cœpta causa ciuilis de crimine, & opponatur de crimine criminaliter, non superfedetur in ciuili; & idem econtra, si præuentum est in criminali, prius criminalis debet terminari; si vero vtraque simul vicissim, vt quia habens instrumentum, & petens exequi contra Tium, & Titius opponit de falso ciuiliter, & etiam cœpit agere criminaliter; quia criminalis facit silere ciuilem, vel est in optione agentis de crimine ciuiliter, vel criminaliter, secundum Salyc. *in* 6 *d. damus. circa fin. C. de falsis.* quæ omnia intelligas secundum præ- *tam.* sa, nisi viuat Notarius, qui fabricauit. † Qualiter intentetur

causa ciuilis pro crimine falsi? dic, vt per Bart. *in l. si ex falsis. n.* 6. *C. de transact.* quia intentatur, vel agendo, vel excipiendo, vel replicando: criminalis vero accusando, vel per inquisitionem. Vide, *Iudex ciuilis quando criminaliter possit procedere. Concluſ.* 468.

Falsi querela quanto tempore præscribatur. Concluſ. 54.

QVERELA † falsi præscribitur, & tollitur per spatium quadraginta annorum. *l. querela. C. de falsis.* Bald. *consil.* 142. *Dominantibus magnificis. lib.* 1. *n.* 2. 1

Falsi exceptio quando impediat exequutionem. Concluſ. 55.

EXCEPTIO † falsi an impediat exequutionem depositi, vel contractus iurati, & an sit eadem cum exceptione simulationis, & in quo differant. Ias. *consi.* 85. *lib.* 1. Vide omnino Castr. *consil.* 203. *Quantum ad primum. in pr. lib.* 2. vbi, quod instrumentum habēs exequutionem paratam, si est falsum, puta, quia protocollum loquitur de summa 150. authenticum de summa 200. non habet exequutionem etiam pro summa, de qua in protocollo, siue sit falsitas dolosa, siue per errorem; quia vnica est summa, & per immixtionem falsi cum vero etiam in totum falsum redditur. 1

Falsi accusatio quam specificationem requirat. Concluſ. 56.

ACCVSANS † aliquem de falso, vt quia dicit eum falsificasse litteras Apostolicas, debet exprimere circumstantias, & qua- 1 litates falsitatis, videlicet in qua parte litterarum sit falsitas, aut in totum. Gemi. *consi.* 26. *n.* 5. *circa fin. ver. secundo quia quilibet.* vbi, quod debet etiam exprimi, per quem fuerit falsitas fabricata, & si ab alio, quam ab accusato, quod saltem ipse accusatus mandauerit, vel ratum habuerit, & dolose, alias non procedit accusatio. † Am- 2 plia; quia accusans aliquē de falso debet se inscribere. † Restrin- 3 ge, quando per viam exceptionis opponitur falsitas; quia tunc non debet se inscribere. Crauet. *consi.* 28. *Assertum testamentum, in fine.* Vide, *Accusatio vt procedat, quam specificationem requirat. Concluſ.* 158. Vide, *Libellus in criminali quam specificationem requirat. Concluſ.* 320.

Falsi crimen habet multa specialia. Concl. 57.

SPECIALE † est in crimine falsi tanquam in delicto occulto, 1 quod iudex debet magis de facili deuenire ad tortura. quam in alio crimine non occulto. Alex. *consi.* 77. *In causa accusationis. lib.* 1. † Acerrima indagatio fieri debet in crimine falsi. Alex. 2 77. *in fi. ver. vel dato. lib.* 1. † Suspicio falsi habetur p falsitate. 3 *d. consi.* 77. *n.* 6. *lib.* 1. quod declaratur in ciuilibus secundum * communem. Clar. *in §. falsum. n.* 39. † Crimen falsi licet incidenter 4 ducatur, debet super eo pronunciari. Alexand. *d. consi.* 77. *n.* 7. *l.* † Plura specialia ponit Marsil. *in rub. ff. de falsis.* & inter alia *n.* 7 cit, quod nullum est crimen, quod magis vituperet hominem quam falsi crimen. † Sententia lata ex falsis instrumentis, vel falsis testibus, semper potest retractari, siue sciuerit, siue ignorauerit, qui obtinuit. Io. de Imol. *consil.* 147. *num.* 12. † Statutum, quod 7 non possit iudex inquirere, nec punire de delictis commissis ipso triennio, non comprehendit fabricantem falsum instrumentum; quia est speciale in hoc delicto, vt possit punire. Marsil. *sing.* 507. *Viget quandoque.* † Fideiussoribus non relaxatur carceratus 8 pœna falsi, etiam si pœna pecuniaria veniat imponenda, propter criminis enormitatem. Marsil. *prax. crim. ver. attingam. nu.* 8. † De- 9 clara; quia imo iudex ex causa potest extra carceres audire accusatum de falso. Castr. *consi.* 320. *Clarum est. per tot. lib.* 2. vbi idem in causa capitali ex causa, dummodo causam exprimat. † Falsi ad- 10 mixtio cum vero nō separatur, sed in totum vitiatur, puta instrumentum rogatum pro mutuo centum, relenatur authenticum pro mutuo 150. non habet executionem, etiam pro summa centum vera, sed in totum annullatur. Castr. *consi.* 203. *Quantum ad primum. in princ. lib.* 2. † Publice interest falsum puniri. Roman. *consi.* 11 302. *In proposita. in fin. n.* 16.

Falsitas circa testes quot modis committatur, & probetur. Concl. 58.

FALSITAS † circa testes potest cōmitti quatuor modis; primo 1 subornando, vt dicat falsum; secundo producendo in iudicio

falsum testem; tertio dicendo falsum testimonium; quarto vtendo dicto falsi testis. Clar. *in § falsum n.* 3. † Prima species subornationis operatur, quod subornans ita punitur de falso, sicut dicens falsum. Clar. *d. § falsum n.* 4. † Et an probet testis dicens se subornatum de iure? dic, quod non, & est * communis opinio; sed tamen contrarium seruatur de consuetudine; quia testis dicens se subornatum, licet sit socius criminis, & periurus, admittitur cum tortura, vt nedum sufficiat ad inquisitionem transmittēdam, sed etiam ad torturam inferēdam subornatori, si exta adminiculum, * & ita * communiter seruari dicit Boss. *tit. de inquis. n.* 42. *& in tit. de indic. n.* 156. sequitur Clar. alios citās *d. § falsum n.* 5. † Secunda species est productionis falsorum testium in iudicio; quia ita punitur de falso, sicut deponens falsum. Clar. *d. § falsum n.* 6. *ver. producens.* † Et stante statuto, quod producens falsos testes incidat in certam pœnam, habet locum, etiam si vnicus testis falsus producatur, * communem dicit Clar. & ita seruari *d. § falsum n.* 7. † Tertia species falsitatis in teste est, quando in iudicio dolose deponit falsum, & cōuincitur, si ipse fateatur, vel deponat contraria. Clar. *d. § falsum n.* 8. *ver. testis, qui falsum.* † Conuincitur de falso, si ipsemet fateatur falsum deposuisse, vel conuincatur ex contrarietate, aut mendacio: sed tamen distinguitur; quia si deponit in iudicio contrarium eius, quod deposuit in iudicio, & est falsarius, & potest puniri de falso; si vero in iudicio deponat contrarium eius, * quod dixerat extra iudicium, nō punitur de falso, secundū * communem, de qua Clar. *d. § falsum nu.* 9. *&* 10. † Conuincitur etiam de falso testis per alios testes numero plures, qui contrarium deponant. Clar. *d. § falsum n.* 10. *in fin & nu.* 11. vbi, quod si duo testes sunt contrarii inuicem, non possunt de falso puniri; quia neutri * eorum creditur, secundum * communem; quia singulares sunt. † Contrarium, quod imo de falso possint puniri, etiam quando * sunt singulares, * communem dicit Ariet. *cons.* 71. *nu.* 3. quem citat Boss. *de tortura, n.* 35. *& in tit. de fals. n.* 20. † Declarat Clar. *d. § falsum. n.* 11. secundum qualitatē suspicionis posse eos torqueri, sed quod iudex sit circumspectus, ne destruat intentionem fisci, vel partis, & aduertat, quis magis adiuuetur ex aliis verisimilitudinibus, & *n.* 12. dicit concordari, si possunt, *n.* 13. quod deponens super negotio magis est suspectus, *n.* 14. quod si contrarii sunt nō super principali negotio, non curatur. † Declara; quia testis, qui in iudicio cum iuramento deposuit, licet postea fateatur de posuisse falsum; non tamen nocet parti producenti, quin dicto talis testis vti possit; ex quo dicto primo iurato stetur, & licet diminuatur in aliquo de fide eius; non tamen insurgit suspicio falsi. Alex. *cons.* 124. *Quoniam abunde n.* 5. *& seq. ver. circa secundum lib.* 6. Vide, *Testis sibi contrarius dicitur multis casibus, & quando secus. Concl.* 241. *cum Concl. ibi prox. seq.* † Quarta species falsitatis est, quādo pars vtitur falso teste, vel falso instrumento; quia si scienter, punitur de falso; secus si ignoranter, & quia scientia est difficilis probationis, fuit adinuentus modus interrogandi, an velit vti testibus, vel instrumento, quod pars interrogans intendit arguere de falso. Clar. *d. § falsum. n.* 20. Vide, *Interrogatoria ad effectum arguendi de falso. Concl.* 320. † Contrarium, quod imo licet testis productus deponat falsum; nō tamen vtēs tali teste dicitur falsum cōmittere; quia potest quis credere, quod deponat verum, ita Alex. *d. cons.* 124. *Quoniam abunde n.* 3. *ver. & licet Albertus lib.* 6. † Imo plus dicit idem Alex. *d. cons.* 124. *n.* 3. *& 4. lib.* 6. quod si quis producit capitula, vel articulos veros, & veritatem continentes, & inducat testes ad probandū, & aliqui deponant falsum, potest producens vti dictis testibus, etiam quod sciat falsum deposuisse; quia licet non desistat, nō committit falsum. Ratio est; quia vsus fuit producendo ad verum, non autem vtitur ad falsum. † Declara; quia bene tenetur desistere ab vsu, & declarare non velle vti, si expresse de hoc interrogetur, an intendat vlterius vti, ita Alex. *d. cons.* 124. *n.* 3. *& 4. lib.* 6. † Restringe tamen, licet pars possit interrogare aliam partem; nō tamen iudex procedens ex officio. Rim. Sen. *cons.* 569. *n.* 5. quem notandum dicit Clar. *d. § falsum n.* 20. *in fi.* † Restringe; quia absq; interrogatione, si quis examinauit testes per corruptionem, licet eis non velit vti, tenetur pœna falsi ex ea corruptione. Boer. *decis.* 319. *n.* 6. quia non requiritur isto casu vsus. † Quinta falsitas est, quando Notarius dicit se fecisse instrumentum falsum; quia illi non creditur sine adminiculis; idem in iudice dicente tulisse sententiam per sordes; & idem in teste dicente se falsum pecunia, vel alias deposuisse; quia tertio, cuius est quęsitum, non possunt principaliter iudicare. Masc. *Concl.* 744. *Falsum commissum esse an credatur.* Vide, *Falsitas ex quibus probetur, & qui testes admittantur. Concl.* 46. † Declara; quia bene falsitas probari potest per alios testes, qui interfuerunt corruptioni, & subornationi. Vide plene Mascard. *Concl.* 746. *Falsitas testium an probari possit*, vbi ampliat, & limitat.

Falsitas circa instrumēta quot modis committatur. Concl. 59.

FALSITAS † circa instrumenta pariter potest esse quatuor modis, vt dictum est de testibus, *nu.* 1. *in concl. præced.* † Prima species falsitatis instrumenti est, si Notarius conficiat instrumentum falsum. Clar. *in § falsum n.* 21. vbi *n.* 22. ponit pœnam. † Et dicitur fabricare falsum instrumentum Notarius, nedum quando in totum est falsum, sed etiamsi in eo aliquid scribat, quod nō sit verum, prout plura exempla conscribit Clar. *in d. § falsum n.* 27. *& seq.* † Secunda species est; quia producens instrumentum falsum dicitur falsum cōmittere, si sciuit; secus si ignorauit. Clar. *d. § falsum n.* 23. vbi, quod ad inducendam scientiam fit interrogatio, an velit producens vti; quia interrogans intendit arguere de falso, & debet respondere interrogatus simpliciter. Vide Clar. *n.* 24. *&* 25. † Declara tamen; quia minori pœna punitur producens falsum instrumentum, quam conficiens falsum instrumentum. Clar. *in d. § falsum n.* 16. *ver. scias etiam.* vbi, quod producens punitur pœna relegationis, conficiens pœna ordinaria deportationis, & confiscationis omnium bonorum. † Tertia species est; quia vtens instrumento falso, vel testibus falsis dicitur committere falsum, *l. falsos. C. de falsis.* † Declara tamen; quia licet instrumentum quoad alios sit declaratum falsum, non nocet tertio vtenti, maxime, quando protestatus fuit non velle vti, quatenus falsum est, vel esse dicatur. Alex. *cons.* 89. *in fin. nec obstat. lib.* 3.

Falsum instrumentum & testimonium in vna parte inducit falsi præsumptionem in toto, & quando secus. Conclusio.

VIDE † Masc. *concl.* 742. *Falsitas in vna parte instrumenti.* vbi ponit regulam affirmatiuam, & dicit * com. vbi ampliat, etsi falsitas sit circa loeū, vel ēt per verba enunciatiua circa substantialia; item etiam si continet plura capitula, & falsitas sit in vno capitulo tantum, totum vitiatur, si ex dolo Notarii, alias nō: item quando est circa ea, quæ respiciunt substantiam; limitat, quando non est circa substantialia, & sine dolo, vbi declarat *nu.* 9. *&* 10. Limita in capitulis separatis; secus in connexis, & declara; quia ex sola suspicione vnius capituli totum non vitiatur; item falsitas circa accessoria non vitiat totum; item si Notarius esset in contumaciam condemnatus: item si falsitas est in minimo instrumenti; secus si esset in minima re circa testes; quia in totum eius dictum est falsum. † Amplia; quia falsum testimonium in parte vitiat in totum. Masc. *concl.* 743. *Falsum dictum à testibus in vno*, vbi ampliat, etiam si capitula sint separata, etiam si falsitas sit in vltimis capitulis tantum; item si esset in modico; item etiam si ignoranter falsum deposuit, vbi declarat; itē etiam si falsitas sit in diuersis examinibus; item si in vna causa falsum deposuit, etiam præsumitur falsus in alia causa; limitat, quando deponeret cōtrarium eius, quod confessus esset; item limitat, quando falsitas esset super his, quæ non sunt substantialia: declara, nisi interesset super omnibus dicere veritatem; item limitat, quando testis esset nullīter examinatus.

Falsa demonstratio quando vitiet dispositionem, vel non. Concl. 60.

FALSA † demonstratio in legatis non vitiat dispositionem, si constat de corpore, *l. si quis in fundi vocabulo. ff. de legat.* 1. vbi plene Ias. *n.* 8. *& seq.* vbi in falsa demonstratione nominis proprii, quę non vitiat, si constat de corpore; idē in adiectiuis, & appellatiuis, vide eum. † Extende; quia falsa demonstratio in tempore nō vitiat legatum; ideo valet legatum factum de certis bonis, quæ testator dicit acquisiuisse à tali de tali tempore, licet demonstratio temporis sit falsa; quia si alias constat de corpore, valet legatum. Bald. *cons.* 99. *Quidam Iannolus. lib.* 1. Vide, *Error non vitiat, & quando secus. Concl.* 324. Vide, *Error non vitiat in vltimis voluntatibus, & quando secus. Concl.* 323. Vide concl. prox. seq. † Limita in rescriptis; quia falsa demonstratio, & falsus error circa substantialia vitiat; secus, si error sit circa connexa, & cōstet per relationem de corpore, vel de persona male demonstrata. Bald. *consil.* 341. *Proposito statuto, per tot. lib.* 5. Vide, *Rescriptum ex falsa causa quando subsistat, & quando subreptitium, seu nullum. Concl.* 217. † Extende in falsa causa finali; quia vitiat omnem dispositionem. Vide, *Falsa narratio. Concl.* 62. † Limita; quia falsa demonstratio, licet non vitiet, quando constat de corpore; tamen fallit, quando ipsa falsa demonstratio fuit causa dispositionis, qua cessante, dispositio non emanasset; quia semper reddit dispositionem & subrepticiam, & nullam, plene Rom. *cons.* 327. *Istæ sunt rationes. in fin. ver. secundo dicebatur.* vbi apost. fin. *in ver. vitiat*, dat concordant.

Falsa

Falsa demonstratio quando vitiet instrumentum, vel legatum, aut non. Concl. 61.

FALSA † demonstratio adiecta certæ quantitati non vitiat institutionem, neque legatum in dicta quantitate. *l. si non designata. C. de falsa causa adiecta leg.* Bald. *cons.* 12. *Quidam d. Matthæus, in 2 prin. l.* Crau. *cons.* 781. *n.* 5. † Amplia; quia si fiat legatum pro certa compensatione, licet dictio *pro*, denotet causam finalem; si tamē est de præterito, & falsa non vitiat legatum, sic videtur velle Dec. *cons.* 46. *per tot.* † Declara tamen; quia legatum factum pro omni eo, quod potest legatarius petere pro legitima, censetur in cōpensationem legitimæ. Rui. *cons.* 60. *n* 6. *lib.* 2. † Limita, quando falsa causa cohæret legato, vt *l.* 1. C. *de falsa causa adicta leg.* † Limita, nisi aliamente testator legauerit, puta ad excipiēdum, vel liberandū, quia fidicat, *lego Titio decem, quæ ipsi mutuaui*; quia actio non datur in casu, Bald. *d. cons.* 12. *in pr. ver. sed hoc est dubiū. lib.* 1. † Limita, quando nedum falsa demōstratio fuit, sed etiā demonstrabile falsum est, vt quia non est in rerum natura, neque inesse speratur. Bald. *d. cons.* 12. *in pr. ver. & hæc vera.* † Limita; quia pater instituens filiam in centum 300. in dotem eidem, vt asseruit, datis, dicitur filiam præterire, ita quod testamentum est nullum, si nulla dos fuit data. Bald. *d. cons.* 12. *in pr.* vbi est casus. *lib.* 1. † Limita; quia falsa causa vitiat omnem dispositionem, quando causa est finalis. Anch. *cons.* 207. *n.* 9. † Declara totam hāc materiam, quia falsa causa vitiat legatum, & omnem dispositionem generalem, & incertam; secus si est specialis dispositio, & certa, veluti si legauit, quæ parata sunt pro vsu vxoris, nisi cōstet de causa, quod parata sint pro vsu vxoris, nihil deberi; quia falsa causa vitiat; si vero legatum est certum, prout, *legauerit talem, quæ parata est pro vsu vxoris*; vel; *tale seruum meum Titium, de quo cōstat*; licet addat causam falsam, prout, *quem emi à tali*; tunc falsa causa non vitiat. *l. Quintus Mutius, la* 1 *ff. de auro, & arg. leg.* † Sic donans in genere ea, vel omnia, quæ pater suus donauerat, donatio est nulla, si non cōstat, quod pater donauerit; si vero donatur certum corpus specialiter, licet addatur, quæ pater donando donauerat, licet falsa sit hæc causa, valet donatio. Castren. *cons.* 107. *n.* 2. *ver. secundo quæro. lib.* 1. † Sic etiam in concessione Principis, prout si dixit; *concedo tibi tales res specificatas, quas genitor tuus possidet*, licet genitor non posse deriit, valet concessio; secus si concessio est de rebus non specificatis cum dicta qualitate; quia non valet, si non constat de possessione genitoris. Aret. *cons.* 76. *n.* 5. *in fin. & seq. verb. circa tertium.* quem sequitur Grammat. *d. dec.* 59. *n.* 39. & idem esse* communem attestatur Curtius Iun. *cons.* 67. *num.* 4. vbi ponit exempla. † Sic etiam dicimus, quod vbi relatiuum adiicitur præstationi, seu exequtioni obligationis, non autem ipsi obligationi, semper stat demōstratiue, quādo in diuersa oratione, veluti fiat legatum de decem corbibus grani; licet dicat, *quas volo solui ex grano, quod colligetur ex tali fundo*; decem corbes debentur simpliciter, siue colligātur, siue non ex fundo demōstrato. Bart. & ibi communiter* Doctores in *l. inter stipulatem. §. sacram. ff. de ver. oblig.* & communem* dicit Bero. *cons.* 17. *n.* 23 *lib.* 1. † Contrariū vero dicendum est, quādo relatiuum adiicitur ipsi obligationi; quia semper stat conditionaliter, & taxatiue, quando est in eadem oratione, veluti si est dictū; *lego, vel promitto decem corbes grani, quod ex tali fundo nascetur*; quia si non nascitur, non debetur. Bero. *d. consil.* 17. *n.* 22. *vers. secundam est. lib.* 1. vbi dixit hoc procedere in obligatione, vel legato semel tantum: si vero non esset annua præstatio, idem est, quod nō tenetur soluere eo anno, quo nō colligitur, sed bene tenetur in aliis annis, si colligeretur. † Sic etiam in priuilegiis, cōcessionibus, contractibus, sententiis, rescriptis, & similibus, in quibus de natura eorum est de nouo aliquid disponere, si concessio fiat de re certa specialiter, licet adiiciantur verba, *sicut*, vel *secundum*, aut *prout*, vel *iuxta*, tales dictiones, licet sint conditionales, vel relatiuæ, tunc stant causatiue pro *quia*; secus si dispositio sit incerta, & generalis; quia tunc stant conditionaliter; & primo casu non vitiant, licet non constet de relato; secundo casu vitiant, vt pulchre Aret. *d. consil.* 76. *Diligenter visis. num.* 5. *ver. circa tertium, cum sequent.* plenius Grammatic. *decis.* 59. *num.* 22. *& sequen.* vbi plura ponit exempla. † Declara secus esse, quando nihil conceditur, prout in confirmatione in forma* communi; quia tunc verba ipsa relatiua stant conditionaliter absolute, & nisi constet de relato, nihil est concessum, secundum Abbatem, & * omnes in *cap. examinata. de consuetud. vbi, vel inutili.* Grammat. *d. decis.* 59. *num.* 21. secus, quando confirmatio esset inductiua noui iuris, prout si ex certa scientia sit facta. Aretin. *d. consil* 76 *num.* 5. *in fin.* & optime Grammatic. *d. decis.* 59. *n.* 33. *ver. non obstat.* Curt. Iun. *cons.* 97. *n.* 4. vbi dicit communem. † Limita; quia falsa demonstratio, licet non vitiet institutionē, si constat de corpore in vltimis voluntatibus; tamen secus est, quando respicit charitatem instituti; quia si quis instituat aliquem, tanquam fratrem, vel filium, qui non sit, institutiō est nulla. Ang. *cons.* 39. *Visis & inspectis, col.* 3. *n.* 3. *in fi. & n.* 4. *ver. descendo nunc.* Vide Conclusionem proxime præcedentem, & Conclusionem proximam sequentem.

Falsa narratio, seu falsa causa, quando vitiet, vel nō. Concl. 62.

PLVRES † causæ narratæ in libello, si quælibet est sufficiens ad concludendum, etiam quod omnes sint falsæ, & vna sola vera, quæ sufficiat ad concludendū, subsistinetur libellus. Lap. *allegat.* 55. *Quidam coram iudice, n.* 5. *ver. de hoc patet.* Vide, *Libellus plures cōtinens causas sufficientes non debet inomnibus iustificari, & quando secus. Concl.* 310. † Amplia; quia falsa demonstratio, vel falsa expressio, siue narratio non vitiat legatum, si constat de corpore. *l. demonstratio falsa. ff. de cond. & demonstrat.* † Amplia; quia etiam plures causæ sint copulatiue narratæ, & vna veniat qualificatiue ad aliam; quia nihilominus sufficit, quod vna sit vera, quando adest clausula, *non se astringens.* addit. ad *decision. Rotæ* 7. *de rescript. licet plura*, alias 68. *in nouis.* † Amplia; quia in legato, & donatione falsa causa de præterito non vitiat. Curt. Iun. *consil.* 198. *num.* 21. *& seqq. ver. tertio principaliter*, vbi dicit * communem. † Declara, quando testator non erat aliter legaturus, vel donaturus, & constat. Curt. Iun. *dict. consil.* 198. *numer.* 23. *& sequent.* vbi dicit * communem. † Amplia, vt idem sit in rescripto, in quo plura sunt narrata; quia si ex veris potest sequi conclusio, falso narrata non nocent. Rota *decis.* 7. *licet plura, in nouis. de rescript.* alias 68. Roman. *consilio* 369. *Circa primum, num.* 37. *ver. vnde succedit*, vbi plena apostilla in *ver. rescriptum*, dat concord. Vide, *Narratiua gratiæ debet probari ab impetrante, & quando secus. Conclusio.* 1. † Extende, vt procedat, tam in rescripto ad lites, quam etiam in rescripto gratiæ. Roman. *d. cons.* 369. *num.* 37. vbi loquitur in gratioso. † Contrarium, quod solum in rescripto ad lites id procedat, tenet apostilla ad Roman. *dict. consil.* 369. *num.* 37. *in vers. rescriptum.* † Amplia; quia falsa causa non vitiat vltimam voluntatem, licet per errorem procedat, quando nō cohæret legato; secus si cohæret, & dicitur cohærere legato, quando causa, si esset vera, esset obligatoria; secus si non obligatoria. Rui. *consil.* 73. *n.* 14. *lib.* 2. † Declara tamen; quia etiam si non est obligatoria, & propterea non cohæret; si tamen non fuisset aliter testator legaturus, & constaret per inditia, vel assertionem; tunc vitiat legatum, Rui. *d. cōs.* 73. *n.* 14. *lib.* 2. † Amplia in sententia; quia si est lata ex pluribus causis, quarum vna sit vera, licet aliæ sint falsæ, subsistinetur tamen ex vera. Gemin. *consil.* 52. *nu.* 3. *ver. in contrarium videtur.* † Amplia; quia falsa expressio qualitatis extrinsecæ non vitiat, quando constat de voluntate, & potestate gerentis actum. Gemin. *d. consil.* 52. *nu.* 3. *ver. secundo dic*, vbi loquitur in institutione ordinarii. † Amplia in falsa demonstratione nominis, quando constat de intentione. Gemin. *d. consil.* 52. *num.* 3. *vers. secundo sic.* vbi loquitur in collatione, seu institutione ordinarii. & in matrimonio; quia error non vitiat in nomine, si cōstat de corpore. † Amplia in professione; quia falsa causa obligat profitentem, quando constat de intentione. Gemin. *dict. consil.* 52. *num.* 3. *versicul. ad idem.* † Amplia in legato; quia licet error sit in falsa causa, vt quia dixit. *lego seruum meum Vernam*; & tamen fuit emptus, valet legatum, si constat de mente legantis. Gemin. *d. consil.* 52. *n.* 3. *ver. ad idem.* † Declara omnes ampliationes, vt non procedant in litteris ad beneficia; quia sunt ambitiosæ, & strictæ. Gemin. *dict. consil* 52. *in fi. ver. non obstat.* † Amplia in solemnitate, quia falsa causa solemnitatis non vitiat dispositionem, sed solemnitatem tantum; quia non annullat id, quod cautatur à causa. Anchar. *consil.* 208. *num.* 11. † Amplia in contractibus obligatoriis ab vna parte tantum, prout donatio, & similia; quia falsa causa non vitiat. Alex. *consil.* 43 *Visis. n.* 3. *ver. & falsa causa. lib.* 4. † Amplia; quia adiectio falsæ causæ non vitiat dispositionem ex certa scientia factam. Signor. *consil.* 165. *num.* 20. *ver. & per hoc.* † Extende in inuestitura facta ex certa scientia de feudo, tanquam antiquo, cum sit nouum; quia valet, & censetur potius facta ad maiorem validitatem inuestituræ. Alex. *cons.* 1. *Ponderatis, num.* 25. *in fi. & num.* 26. *ver non obstat etiam, dum dicebatur. lib.* 5. † Declara tamen omnes limitationes, ex quibus concluditur, falsam causam vitiare omnem dispositionem, procedere. si falsa causa sit finalis, & super qua dispositiones essent fundatæ, alias non. Pet. de Anch. *consil.* 207. *n.* 9. † Et quod causa, vt faciat cessare actum tanquam falsa, debeat esse finalis, & cohæreris, puta; quia ex eamotus sit disponens ad disponendum, alias non vitiat. Anch. *consil.* 163. *Visis in fin.* vbi late, & idem dicit *cons.* 154. *num.* 4. † Vel dicas, prout Alexand. *cons.* 81. *Visa consultatione, in fi. lib.* 6. quia si falsa causa est obligatoria;

tunc vitiat, veluti, si lego tibi centum; quia tantundē mihi mutuasti; aut causa non est obligatoria, & non vitiat, & ibi apost. citat
24 Corne. *consil.* 154. *lib.* 2. † Limita, nisi constet, quod Princeps se fundaverit super causis falsis; quia tunc rescriptum esset subreptitium. Lap. *alleg.* 24. *in fi. ver. ita, & in casu isto.* Bald. *cons.* 341. *Proposito statuto, lib.* 5. vbi limitat, nisi constaret de corpore per relationem;
25 quia tunc non vitiatur rescriptum. † Et quod falsa causa, seu falsa demonstratio vitiet rescriptum. Alex. *consil.* 136. *In causa & lite, n.* 6. *ver. & ideo videamus. libr.* 2. Vide, *Rescriptum ex falsa causa quando substineatur. Concl.* 217. † Limita, nisi falso narrata essent posita copulative ad qualificandum libellum; quia si non adest clausula, *non se adstringens*; tunc omnia debent probari, alias non procedit libel-
27 lus, neque rescriptum, dicta additio ad *decis.* 7. *Rotæ in nou. de rescrip.* † Limita in licentia Episcopi interposita in alienatione rei ecclesiasticæ ex falsa causa, vel indecreto ex falsa causa interposito; qa est nulla ipso iure probata falsitate causæ. Geminia. *cons.* 48. *n.* 6. *ver. sed ad hoc respondetur.* Vide, *Decretum super alienatione rei immobilis*
28 *minorum quando, & ex quibus nullum. Concl.* 125. † Limita; quia falsa causa per errorem, vel ab eriāte expressa vitiat actum inter viuos.
29 Ruin. *cons.* 135. *n.* 13 *lib.* 1. † Extende; quia falsa causa expressa vitiat concessionem, & remissionem, puta si falso fuit narratum; quod minor receperat de tali anno libras 200. pro tali fundo, quod nō est, nec esse potest verum; quia est nulla. Alexand. *consil.* 89. *Viso*
30 *puncto, num.* 12. *versic. & bene facit, libr.* 2. † Extende in inuestitura feudali; quia falsa causa expressa, maxime si est finalis, vitiat cum effectu, & non ipso iure. Alexand. *cons.* 1. *num.* 27. *& cons.* 22. *Viso tit.*
31 *num.* 2. *& sequent. ver. secunda ratione, libr.* 5. † Extende; quia liberatio debiti facta ex falsa causa, vel ex erronea, vt quia credebat liberās se teneri liberare, est ipso iure nulla. Roman. *consil.* 517. *In casu propositæ, nu.* 23. *ver. videamus*, vbi apostilla in *ver. quod non.* dat concordant. & idem Roman. *cons.* 520. *Circa propositam, col. final. ver. aduer-*
32 *tendum enim.* † Extende; quia prædicta procedunt, etiam si adsit iuramentum, quod facit valere actum omni meliori modo, quasi possit ex donato valere; quia bene supplet solemnitatem, sed non consensum; ideo nihil operatur. Roman. *d. consil.* 517. *num.* 24. *& cons.* 520. vbi plenissima apost. final. in *ver. non refragari*, citat con-
33 cordant. plurimos. † Restringe quando liberatio non est simplex, sed transit per stipulationem, vel pactum in contractum nominatum; quia tunc non est nulla ipso iure, sed ope exceptionis tantum annullatur. Roman. *d. consil.* 517. *nu.* 23. *versic. si vero transeat, &*
d. consil. 520. *colum si. ver. si vero transeat*, vbi tamen dicit, quod etiam
34 contractus est ipso iure nullus fauore dotis. † Declara; quia si causa erronea, vel falsa fuit causa contractus, vel liberationis, vt quia credebat se teneri, & si sciuisset non teneri, non liberasset, neque fecisset contractum; tunc redditur nullus contractus ope exceptionis; secus si ex illa causa non fuit motus; quia etiam si sciuisset non veram, adhuc contraxisset, & liberasset. Roman. *d. cons.* 517. *n.*
23. *vers. secus vero si fiat, & cons.* 520. *colum. fin. ver. secus vero si fiat.* Alexand. *d. consil.* 22. *n.* 3 *& 4. lib.* 5. vbi, quod probatur erronea, eo ipso,
35 quod probatur rem aliter se habere. † Et prædicta procedunt, siue error sit facti, siue iuris, quando tractat etiam de damno vitando. Roman. *d. cons.* 517. *num.* 23 *in fine. ver nec est curandum*, & repetit *cons.* 120. *num.* 14. *in fine eodem ver.* Alexand. *consil.* 89. *num.*
36 12. *& 13. ver. & eo ipso, libr.* 2. † Limita; quia falsa causa vitiat etiam donationem, quando non fuit expressus titulus donationis. A-
37 lexand. *d. consil.* 89. *Viso puncto. nu.* 12. *ver. & ita etiam, lib.* 2. † Limita in sententia; quia si est lata ex falsa causa, quam iudex sequutus est tanquam veram, sententia est nulla. Gemin. *consil.* 52. *nu.* 2. *ver.*
38 *sed diffinitiua.* † Et quod falsa causa expressa in sententia vitiet sententiam, & reddat ipsam nullam ipso iure, si constat causam esse falsam. Hier. de Tortis *cons. quod est in fine consiliorum Ant. de Butr. nu.*
9 Castren. *cons.* 402. *Viso processu, num.* 3 *ver. Præterea secundo quia. lib.*
39 1. † Declara, dummodo sententia contineat causam falsam expressam, vel per relationem ad acta constet ex actis de falsa causa; secus si ex actis tempore sententiæ se referentis non constaret de falsa causa, sed constitit postea. Alex. *cons.* 107. *Domine Alex. n.* 5.
40 *ver. secundo quia lib.* 7. † Extende, etiam si esset sententia Principis. *Clement. pastoralis: de sentent & re iudic.* vbi Cardin. Zabarella, & alii.
41 Hieronymus de Tortis *d. consil. num.* 9. † Extende multo magis in decreto facto ex falsa causa; quia nullum, licet in eo non fit expressa, neque faciat relationem; quia semper quod est ex falsa causa, est nullum. Alexand *consil.* 207 *n.* 7. *& sequent. ver circa prædicta,*
42 *libr.* 7. † Extende in laudo ex falsa causa; quia est ipso iure nullum.
43 Socin. *consil.* 101. *Visis, libr.* 3. & infra *numer.* 45. Vide, *Laudum arbitri ex quibus nullum dici possit, vel non. Concl.* 29. † Limita idem in confirmatione ex falsa causa; quia vitiatur. Gemin. *dict. consil.* 52. *ver. sed*
44 *non sic. num.* 3. † Limita in diuisione; quia falsa & erronea causa vitiat. Vide, *Diuisio quando, & ex quibus nulla. Concluſio.* 541. † Limita 45
in laudo, & in quacunque alia dispositione; quia falsa causa vitiat laudum, & sententiam. Petr. de Anchar. *consil.* 207. *In quæstione supradicta, num.* 9. *ver. videndum est.* sequitur Socin. *cons.* 283. *Elegantes, & iuridice. num.* 9. *ver laudum autem latum. libr.* 2. Anchar. *cons.* 208.
num. 10. *& sequent. ver. item lata.* supra *numer.* 42. † Limita in in- 46
stitutione hæredis facta ex falsa causa; quia vitiatur. Anchar. *d consil* 207. *numer.* 9. Vide, *Hæredis institutio quibus casibus non valeat. Conclu.* 85. † Item in legato Ancharan. *cons.* 163. *Visis in fin.* Vide, *Legatum* 47
ex falsa causa nullum, & quando secus. Concluſ. 42. † Item datione in 48
solutum; quia falsa causa vitiat. Fulgos. *consil.* 172. *colu.* 3. *ver. vnde in*
toto. Vide, *Datio in solutum ex quibus nulla, vel valida. Concluſ.* 25. † I- 49
tem in sententia interloquutoria; quia vitiatur propter falsam causam. Fulgos. *consil.* 136. *in pr.* † Item in datione tutelæ ex falsa 50
causa. Ancharan. *d consil.* 207. *numer.* 9. † Item in legitimatione. 51
Grat. *consil.* 158. *Difficultas. libr.* 2. Vide, *Legitimatio ex falsa causa ex-*
pressa redditur nulla. Concluſ. 235. † Item in adiudicatione, vel subha- 52
stationē bonorum; quia si creditor plus debito periit, & obtinuit bona vendi, decretum ex falsa causa est nullum. Fulgos *d. cons.* 172. 53
column. 3. *ver. vnde in toto.* † Item in donatione, Curt. Iun. *consil.* 198. 54
numer. 19. *& sequent.* † Item in aditione hæreditatis ex falsa causa. 55
Ancharan. *d. cons.* 207. *num.* 9. † Item in dispensatione. Ancharan. 56
cons. 208. *numer.* 11. Vide, *Dispensatio ex falsa causa concessa non valet.*
Concluſ. 462. † Item in decreto; quia falsa causa vitiat. Ancharan. 57
d. consil. 280. *num.* 11. † Item in collatione præbendæ ex falsa causa. 58
Ancharan. *d. consil.* 207. *numer.* 9. † Item in transactione. Anchar. *d.* 59
consil. 280. *numer.* 13. † Item falsa causa vitiat inuestituram. Curt. Iun. *consil.* 219. *numer.* 61. *& sequent.* Alexand. *cons.* 22. *numer.* 2. *& se-*
quent. ver. secunda ratione. lib. 5. † Item in vnione; quia facta ex falsa 60
causa vitiatur. Vide, *Vnio ex causa facta an sit nulla cessante causa, vel* 61
annullanda. Concluſ. 243. *cum Concl. proxima sequent.* † Item in cessione. Curt. Iunior *consil.* 198. *num.* 19. *& sequent.* vbi in donatione ex causa, si falsa est, causa remanet pura. † Et generaliter in omni dispositione dicit idem Ancharan. *d. cons.* 207. *numer.* 9. *& consil.* 208. 62
numer. 11. Decian *consil.* 19. *numer.* 74. *lib.* 3. vbi, quod falsa causa vitiat omnem actum, quia inest error. † Limita; quia falsa causam- 63
ferra, & expressa in testamento, vitiat dispositionem ipso iure. Bart. in *l. si. n.* 4. *ver. & sic habes. ff. de hæred. instit.* † Extende in legato 64
facto ex falsa causa cohærente legato; quia vitiatur legatum. *l. C. de falsa causa adiecta leg.* Barto. in *l demonstratio falsa. § quod autem. &*
in l. cum tale. § falsa. ff. de condition. & demonstrat. Doctor. in *l. si. §.* 65
1. ff. de leg. 1. Alexand. *consil.* 89. *numer.* 14. *ver. bene faciunt, libr.* 2. † Si vero non cohæret legato, non vitiat. Ancharan. *cons.* 163. *Visis &*
diligenter inspectis. num. 8. *d. l. cum tale. § falsa. ff. de condit. & demonstrat.*
† Extende vt procedat etiam in contractibus; quia falsa causa co- 66
hærens dispositioni, & contractui vitiat. Alexand *d. cons.* 89. *num.*
14. *ver. bene faciunt. lib.* 2. vbi, quod falsa causa vitiat obligationem, stipulationem, & promissionem inter viuos, licet sint strictiuris, iuxta notata in *l. si diuortio ff. de verbor. oblig.* Corne. *cons.* 209. *numer.*
1. *libr.* 3. Ruin. *cons.* 137. *numer.* 11. *libr.* 3 *& cons.* 73. *numer.* 14. *libr.* 2.
Barbat. in *l. cum acutissimi, num.* 74. *C. de fide comm.* † Declara; quia 67
falsa causa non vitiat contractum, vt sit ipso iure nullus; imo si causa falsa non erat obligatoria, dato, quod fuisset vera, tamen non vitiat contractum; sed solum datur repetitio soluti per errorem. Alexand. plene *cons.* 1. *n.* 27. *ver. Præterea etiam posito. lib.* 5. & ne- 68
rum *cons.* 22. *n.* 2. *eodem libr.* † Restringe, quando falsa causa non est expressa, sed tacita; quia tunc non vitiat ipso iure. Bartol. in *l. fin.*
num. 4. *ver. & sic habes. ff. de hæred. instit.* quod dicit menti tenendum. Tiraquel. in *l. si vnquam. C. de reuocan. donation. in præfatione, num.* 86. 69
† Declara, quia quod dicitur, falsam causam vitiare dispositionem, intelligitur, si causa est finalis, videlicet, quia ex ea inducitur testator ad disponendum. *d l. fin. ff. de hæred. instit. & l. fin. ff. de testam.*
tutel. facit, quia cessante causa finali, cessat legatum, & omnis dispositio, etiam si diuersa res legetur. *l. qui tutelam. in pr. ff. de testam.*
tutel. l. tutor petitus. §. primo. ff. de excusat. tutor. l. etiam si partis. ff. de le- 70
gat. 1. Tiraquell. *in tr. cessante causa, in pr. num.* 16 *& nu* 121. † Secus, si 71
causa sit impulsiua, & non cohærens legato. Ioan. Fabri in *§. huic*
proxima. Instit. de legat. Corne. *cons.* 153 *numer.* 12. *lib.* 2. † Idem, si el- 72
semus in dubio, an sit finalis, vel impulsiua, quia non vitiat. Corne. *d. cons.* 153. *num.* 12. *libr.* 2. † Limita in confessione falsa, quia non 73
valet, nec præiudicat, etiā si sit in parte falsa, vel si sit vera, sed causa falsa, plene Mascard. *Concluſ.* 384. *confessio falsa.* Vide, *Causæ plures*
quando requirantur, vel vna tantum. Concl. 143. Vide. *Causa immota, vel*
erronea rescindit contractum, & actum. Conc. 140. Vide. *Error non*
vitiat, & quando secus. Concl. 324. Vide, *Erronea confessio,*
& erroneus consensus nihil operatur.
Concl. 327.

Fama

Fama quid sit, quotuplex, & quid infamia. Conclusio 63.

1 FAMA † est duplex, fama de homine, & fama inter homines. Ioan. Andr. *in cap. vestra. de cohabit. cleric. & mulier.* quem allegat ad hoc Calder. *consil.* 156. alias 1. *de probat. ver. aut quaeritur.* & dupli-
2 catur *consil.* 169. alias 3. *de testibus.* † Fama de homine est illæsæ dignitatis, status, & vitæ, & moribus comprobatus *l cognitionum. ff. de var. & extraord. cognit.* Calder *consil.* 156. alias 1. *de probat* & duplica-
3 tur *consil.* 169. alias 3. *de testibus.* † Fama inter homines est publica, & communis infamatio, vel proclamatio ex sola suspicione ex certo, vel incerto auctore proueniens. *cap. sunt nonnulli. 46. distinct.* Calderin. *consil.* 156. *circa fin. ver. sed fama inter homines.* alias 1. *de pro-*
4 *bat.* & duplicatur *consil.* 169. alias 3. *de testibus.* † Amplia; quia fama etiam est vulgi loci, seu maioris partis opinio rei, de qua agitur, consentiens, *cap. sæpe fit.* 12. *quæst.* 2. Calderin. *dicto consil.* 156. *in fine.* alias 1. *de probat.* & duplicatur *consil* 169. alias 3. *de testibus.* Alexand.
5 *consil.* 117. *Viso processu. num.* 4. & 5 *lib.* 4. vbi, quod fama est, quando aliquid dicitur à maiori parte personarum, vel populi loci. † In-
famia pariter est duplex de homine, & inter homines, quæ diffi-
nitur ex contrario per Calderin. *eodem consil.* 156. alias 1. *de probat.*
6 & duplicatur *consil.* 169. alias 3. *de testibus.* Vide, *Infamis probatur ex instrumentis, & aliis modis. Conclus.* 109. † Communis & opinio & fama in quibus differant, Speculat. *in tit. de notor. crimin. §. sequitur*
7 *de manifesto. in fine.* † Rumor differt à fama; quia fama debet esse consona veritati: alias non est fama, sed rumor. Bald. *consil.* 438. *Ad euidentiam. num.* 10. *ver. Restat à modo. lib.* 5. & quomodo differant
8 inter se fama & rumor, Innocent. *in cap.* 3. *de præscript.* † Et minus importat rumor, quam fama; quia rumor est particularis assertio
9 incerto authore, & ex sola suspicione proueniens, nec requirit, quod ab omnibus, vel maiori parte communiter, & publice, dicatur. Alexand. *consil.* 115. *Viso themate, in fin. num.* 17. *ver. quia ru-*
mor. lib. 4. Vide Mascard. *Conclus.* 748. *Fama quotuplex.* vbi, quod fama est bona & mala; item alia est duplex inter homines, vide-
licet de persona bona, vel mala, & de aliquo facto & quando attendenda, vel non, & quod debeat esse inconcussa, non vaga, ne-
que variabilis, seu contraria.

Fama per quot testes probetur, & quæ requirantur, vt dicatur probata, vel non. Concl. 64.

1 PROBATVR † fama per duos testes, secundum * communem, de qua Iulius Clarus *in prax. criminal. quæst. 6. ver. sciendum*
2 *est autem.* † Ratio est; quia fama licet per modicos testes non in-
ducatur; tamen inducta probatur per duos solos testes, tenent Ang. de Castellione, Aret. & Argentinus di Raynerii *in consil. Bald.*
405. *in fin. lib.* 1. sed Bald. illud reprobat *in consil. seq.* 406. *in fin eod. lib.*
3 Maxime, quia regulariter fama probatur per duos testes, qui di-
cant esse publicam vocem, & famam, si interrogati dicant in cau-
sa scientiæ; quia maior pars populi, vel alicuius Vniuersitatis ita
4 diceret. Ioan. de Anan. *consil.* 1. *num.* 8. *ver* 2 *quod fama.* † Debent ta-
men reddere sufficientem causam scientiæ, alias non probant se-
cundum * communem. Clar. *d quæst. 6. num.* 13. vbi plures allegat
5 de * communi attestantes. † Et generaliter, quod fama vt dicatur probata, debeant testes non simpliciter deponere de fama, sed deponere, ex qua causa habuit originem, & quod à personis fide-
dignis. Alex. *consil.* 166. *In causa & lite nu.* 9. *ver. Præterea, vt fama. lib.* 6.
6 † Extende; quia non solum non sufficit probare famam simpli-
citer, sed imo si testis examinatus dicat vera esse, & interrogatus de causa scientiæ dicat se scire; quia fama est publica, non probat;
quia non reddit rationem per sensum corporis. Alexand. *consil.* 24.
7 *num.* 6. *ver. vbi dixit, quod non sufficit. lib.* 7. † Plus dicit Alex. *consil.* 57. *In causa & lite. num.* 8. *verse. alia insuper ratione. lib.* 7. quod testis sim-
pliciter dicens esse publicam vocem, & famam, illam non pro-
bat, nisi reddat rationem, & causam concludentem dicti sui, et-
iam non interrogatus, allegat Abbatem, & Roman. vt ibi, & apo-
stilla ad Alexand. *in ver. rationem.* citat eundem Alexand. *consil.* 25.
num. 6. *lib.* 4. & confirmat Alexand. *d. consil.* 57. *num.* 9. *lib.* 7. vna ra-
tione; quia intelligere, quomodo fama dicatur legitime probata,
et iuris; ergo debet reddi ratio à teste, etiam non interrogato;
quia ea, quæ sunt iuris, nō probantur, nisi testis reddat rationem,
8 etiam non interrogatus. † Et si constat de causa sui, & non pro-
babit, veluti, quod quis conuersatur in domo mulieris, cum qua
non habitat, non est sufficiens causa famę matrimonii, sed potius
concubinatus. Alexand *consil.* 155. *Alias consultus. num.* 3. & 4. *ver. non*
obstat etiam. lib. 5. vbi apostilla *in ver. originem.* Vide, *Testes etiam non*
interrogati debent deponere causam scientiæ. Conclusione 174. † Et ma-
9 xime in criminalibus, prout loquitur Alexand. *consil.* 2. *Viso pro-*
cessu. in fin. lib. 7. † Imo etiam in ciuilibus non releuat fama per te-
10 stes probata, nisi dicat à maiori parte populi, & à quibus audiue-
rit, seu à quibus traxerit originem fama prædicta, & nisi reddat
sufficientem causam scientiæ, etiam non interrogatus. Alexand.
consil. 24. *Circa processum. num.* 5. & *sequent. ver. Nec etiam per testes.*
lib. 7. vbi apostilla *in verb. causam*, citat eundem Alexandrum *con-*
sil. 25. *num.* 6. *lib* 4. † Et quod etiam non interrogati debeant te-
11 stes deponere, à quibus fama habuit originem, & causas proba-
biles; quia fama simplex probata non releuat. Alexand. *consilio*
94. *num.* 11. *ver. imo secundum. lib.* 2. & *consil.* 25. *num.* 6. & ibi apo-
stilla *in ver. rationem*, dat concordant. & *consil.* 117. *num.* 6. & *lib.* 4.
& *consil.* 90. *num.* 6. *lib.* 2. Petrus Surdus *consil.* 135. *num.* 90. & *seq.*
maxime *num.* 92. Alexand. *consil.* 150. *In causa. in fine, lib.* 6. & *con-*
sil. 173. *Viso, & diligenter. num* 11. *in fine. ver. item non sufficit. lib.* 6. &
consil. 2. *Viso processu. in fine, lib.* 7. & *consil.* 123. *Viso processu, num.* 3.
ver. & *testis. lib.* 7. infra *num.* 56. & *sequent.* & hanc * communem * plu-
ries dicit Mascardus *Conclus.* 749. *Fama per quot testes. num.* 13.
& *seq.* vbi citat infinitos pro vtraque parte, & declarat. † Contra-
12 rium, quod imo intelligitur, si fuit interrogatus; quia testis in-
terrogatus debet assignare causas probabiles, ex quibus induc-
tus fuit populus ad sic credendum, vel dicendum: alias si non
probentur istæ causæ, & à quibus habuit originem, non dicitur
fama probata, sed potius vana vox populi. Alexand. *consil.* 70. *In*
causa inter. num. 6. *lib.* 3. Declara, vt per Clarum *in praxi criminal.* §.
final. quæst. 6. num. 16. & *sequent. versic. Amplius etiam.* vbi, quod pra-
ctica seruat, quod testes interrogantur, sed si non essent interro-
gati, debent nominare eos, à quibus audiuerunt, vt sciatur, à
quibus habuit originem, & maxime in criminalibus non proba-
rent, nisi constaret, quod origo est ab honestis personis; fallit, si
ageretur de re turpi; quia non est necesse, quod habeat originem
ab honestis. † Amplia primo; quia nominare debent, à quibus 13
audiuerunt, quando fuerunt interrogati, alias non probant fa-
mam. Bartol. *l. de minore.* §. *plurimum. ff. de quæstionibus. num.* 23. &
est * communis opinio. Clar. *dicta quæst. 6. num.* 16. vbi etiam atte- *
statur de magis * communi, & de obseruantia. & Alexand. *consil.* *
83. *Viso themate, num.* 6. *ver. nam testis. lib.* 3. † Et quod testis debeat 14
interrogari, à quibus personis audiuit dici, & si testis neminem
nominaret, non probaret, imo debet nominare aliquem, postea
subdere verba; *& audiui etiam à pluribus alias, de quibus non recordor.*
Alexand. *consil.* 166. *In causa & lite. num.* 9. *ver. quod testis super fama.*
lib. 6. & *consil.* 173. *Viso. num.* 11. *ver. Item debent testificari. lib.* 6. † Con- 15
trarium, quod imo etiam si non sunt interrogati, debent depo-
nere de iis, à quibus audiuerunt, & ita seruari dicit Marsil. *dicta l.*
de minore. §. *plurimum ff. de quæstionibus num.* 50. Vide plenissime Fa-
rinacium *quæst.* 47. *num.* 216. vbi de * communi. Alexand. *consilio* *
153. *Visis narratis. in fr. num.* 13. & 14. *ver.* & *Ludouicus. lib.* 5. vbi apo-
stilla *in verb. Fama. & consil.* 155. *Alias consultus. num.* 5. & *sequent. ver.*
& quod testes debeant. lib. 5. † Et quod non probatur fama, vel infa- 16
mia inter homines, puta, quod quis sit diffamatus apud bonos,
& graues, ad effectum procedendi contra aliquem super inqui-
sitione criminis per testes, nisi testes deponant, apud quas per-
sonas sit fama, vel infamia; quia si non exprimant personas, et-
iam non interrogati non probant; quia an sint graues, vel non,
spectat ad officium iudicis. Innocent. *in cap. cum oporteat. de accusa.*
in princ. Calderin. *consil.* 156. *in princ* alias 1. *de probation.* qui declarat
Innoc. loqui hoc casu tantum, & duplicatur dictum consilium
in consil. 169. alias 3. *de testibus.* † Declara, vt per Iulium Clarum *di-* 17
cta praxi criminal. quæst. 6. num. 17. *vers. sed certe*, vbi dicit hoc procedere in criminali, nisi agatur de re turpi, prout de re gesta in lupa-
nari, vel de ludo; quia non requiritur tunc, quod habeat ortum
ab honestis personis. † Declara tamen; quia interrogatus sufficit, 18
quod nominet aliquos, & licet dicat etiam ab aliis, de quibus nō
recordatur audiuisse, sufficit; secus, si neminem nominet, & dicat
non recordari. Alexand. *consil.* 83. *num* 6. *lib.* 3 & *consil.* 50. *num.* 11.
lib. 5. † Imo, quod debent deponere, à quibus audiuerunt, vt sciri 19
possit, an à maleuolis, vel fidedignis, alias non probant. Pet Surd.
cons. 135. *num.* 90. & *seq.* vbi late dicit, etiam si non sint interroga-
ti, *num.* 92. & infra *n.* 28. & *seq.* & *num* 57. & *seq.* † In tantum, quod 20
testes non probant famam, qui dicunt audiuisse dici à maiori par-
te populi, & interrogati, à quibus dici audiuerunt, dicunt à Petro
& Iacobo, & multis aliis; quia illud dictum, *& multis aliis*, verifica-
ri potest in duobus aliis, & sic quod audiuerint à quatuor, quo-
casu non probant. Bald. *consil.* 438. *n.* 13. *ver præterea* 10. *Marini. lib.* 5.
vbi loquitur maxime, quando agitur de probāda fama ad effectū
infamiæ. † Multo magis non probant, si interrogati, à quibus dici 21

audiuerunt, dicunt, non recordari. Cuman. *consil.* 77. *num.* 3. *versic. Quæro qualiter.* Alexand. *consil.* 70. *num.* 7. *lib.* 3. Dec. *consil.* 429. *Licet in causa. in fine.* Petrus Surdus *dict. consil.* 135. *num.* 92. Alexand. *cons.* 101. *Circa primum. num.* 9. *lib.* 6. Dec. *consil.* 57. *ver superest.* qui alios
22 allegat. † Extende; quia non sufficit, quod testis deponens de fama nominet vnum, à quo dicat audiuisse publice dici, licet subiungat, & à pluribus aliis, nisi deponat audiuisse dici à maiori parte populi nominando plures. Corne. *consil.* 127. *colum. final. lib.* 4.
23 Dec. *dict. consil.* 57. *colum penult. & consil.* 210. *colum. final.* † Imo si testis deponi de fama, & interrogatus, à quibus dici audiuerit, dicat, quod fere ab omnibus de terra, & neminem nominat, non probat famam. Alexand. *consil.* 150. *num.* 18. *ver. item super decimo.*
24 *lib.* 5. † Restringe, quando dicit audiuisse quasi ab omnibus de loco, & quando est vltra viginti annos, probat, licet non recordeo,
25 & quando vltra viginti annos, probat, licet non recordeo, & quando est vltra viginti annos, probat, licet non recordeo, tur, à quibus. Barbat. *consil.* 68. *num.* 3. & 4. *lib.* 4. † Amplia secundo; quia debent deponere audiuisse à maiori parte populi, alias non probant. Bart. *in l. de minore.* § *plurimum. num.* 22 *ff. de quæst.* vbi
* Matth. *num.* 46. dicit omnes ita tenere, & * communem dicit Iulus Clarus *in praxi criminali. quæst.* 6. *num.* 14. vbi infinitos citat, & plene Alex. *consil.* 94. *In causa & lite. num.* 10. & 11. *ver. aduertendum igitur. lib.* 2. vbi apostilla *in ver maiori.* dat plures concord. Alexan. *consil.* 70. *num.* 7. *ver. certe talis testis. lib.* 3. vbi, quod non sufficit, si dicit audiuisse à multis; & iterum *consil* 151. *Repetitus. num.* 11. & *seq. vers. & nunc viso summario. lib.* 5. vbi apostilla *in ver. famam,* dat plures concordant. vbi Alexand. reddit bonam rationem; quia potuisset ab vno audiuisse publice dici, infra *num.* 32. & *sequent.* &
* hanc * communem dicit pluries Mascardus *conclus.* 749. *Fama per quot testes.* vbi pro vtraque allegat, ponit hanc pro regula, ampliat,
26 limitat, & declarat, vide eum. † Et quod debeant deponere in causa scientiæ, audiuisse à maiori parte populi, alias non probant famam. Alexand. *consil.* 159. *In causa. num.* 8. *ver. non obstat etiam. lib.* 5. & plene *consil.* 20. *In causa num.* 9. & *sequent. ver. Præterea dicti testes. lib.* 4. vbi apostilla *in ver. famam. & consil* 138. *Visa copia. num.* 8. *lib.* 6 *cum seq.* vbi, quod non sufficit, si dicat audiuisse dici à Titio, & aliis publice, nisi dicat, à maiori parte populi; & iterum *consil.* 166. *In causa, & lite. num.* 9. *ver. sed testis super fama lib.* 6. vbi, quod non sufficit, quod dicat, quod dicitur in loco; quod est publica vox, & fama; neque si dicat, quod audiuit publice dici, nisi dicat à maiori parte hominum loci, & *consil.* 173. *Viso. num.* 11. *vers. fortius dico. lib.* 6. quod debent deponere audiuisse dici à maiore parte populi hoc sciente, & à personis loci, in quo consuetudo viget, &
cons. 59. *In causa appellationis num.* 3. & 4. & *ver. Quinimo. lib.* 7. vbi, quod non sufficit, si interrogatus dicit audiuisse à multis; quia non debet esse iudex, sed deponere audiuisse dici à maiore parte
27 populi. † Extende, vt procedat, quando fuit interrogatus de causa scientiæ; quia debet tunc deponere, quod audiuit publice à maiori parte populi, seu hominum illius loci, in quo est fama. Alexand. *dict. consil.* 94. *num.* 11. *lib.* 2. & plenius *consil.* 70. *In causa inter num.* 6. 7. & *seq. lib.* 3. *consil.* 50. *num.* 10. *lib.* 5. & *consil.* 34. *num.* 6. *lib.*
28 7. † Imo quod debeat etiam non interrogatus deponere, quomodo, & à quibus habeat originem, alias fama simpliciter probata non releuat. Alexand. *d. consil.* 94. *num.* 11. *ver. Imo secundum Innocent. lib.* 2. & *cons.* 25. *num.* 6. & *consil.* 117. *num.* 6. *lib.* 4. & *cons.* 151. *Repetitus num.* 11 *ver. & quod non sufficit. lib.* 5. Surdus *consil.* 135. *n.* 90.
29 & *seq.* & infra *num.* 55. & *seq.* † Declara; quia neque sufficeret dicere, à quibus fama habuit originem, nisi simul deponant, quod habuit originem à personi- grauibus, & nisi simul deponant testes causas verisimiles, vt de fama mortis alicuius; quia intrauit mare, & sequuta tempestate, & amplius non est visus, nec nauis reperta. Item si erat in bello sequuto conflictu, vel si pertinera periculosa amplius non est inuentus, & sic de similibus. Alexan.
30 *cons.* 25. *In causa. num.* 5. *ver. Præterea lib.* 4. vbi plena apost. *in ver. gra-uibus,* dat concord. † Et quod imo sufficiat, quod deponat audiuisse à maiori parte populi, seu à maiori parte non populi, & Ciuitatis, sed vicinæ. Alex. *cons.* 150. *In causa & lite. num.* 13. *verb. quoad*
31 *hoc lib.* 5. † Declarat Alexand. *cons.* 151. *Repetitus. n.* 11. *ver. & nunc viso summario. lib.* 5. quia quando negotium est magnum, de quo est fama, debent testes deponere audiuisse dici publice à maiori parte populi; si vero negotium non est magnum; tunc sufficit, quod
32 audiuerint dici publice à maiori parte vicinæ. † Et quod fama nō probatur per duos testes deponentes in causa scientiæ, quod publice audiuerunt dici; quia debent deponere, quod à maiori parte populi. Bald. *consil.* 406. *In causa Vincentii. ver. tertio quæritur, lib.* 1. vbi dicit, quod hæc est veritas. Alex. *d. consil.* 94. *lib.* 2. vbi apostilla in *verb. maiori.* dat concord. & *consil.* 70. *num.* 7. *lib.* 3. plurimos alle-
* gat Petr. Surd. *consil.* 135. *nu.* 89. vbi dicit * communem & Alex. *cons.*
* 212. *Visis, num.* 5. *verb. prædictus testes, li.* 2. vbi dicit * communem, plene Alex. *d. cons.* 151. *Repetitus, num.* 11. *lib.* 5. vbi, quod alias si audiuisset dici ab vno publice, probaretur fama. Vide supra. *nu.* 25. & *seq.*
† Et quod fama non probetur, licet duo testes deponant audiuisse dici publice. Alex. *cons.* 2. *Viso processu, num.* 16. *ver. Non obstat, lib.* 7. vbi, quod debent dicere, quod audiuerunt publice dici à maiori parte populi, & loquitur in criminalibus, & dicit * communem, *
& ibi apostilla in verbo, *publice.* dat concord. & *cons* 184. *Viso processu, num.* 13. *ver. præterea, lib.* 7. † Idem, si dicant audiuisse dici à quam 34
pluribus, & diuersis personis publice. Alex. *consil.* 123. *Viso processu, num* 3. *lib.* 7. † Idem, si deponunt, quod publice dicebatur, secun- 35
dum * communem, de qua Alex. *cons.* 35. *Consideratis, num.* 6. *verb.* *
& licet quidam, lib. 7. vbi apostilla in verbo, *publice,* citat eundem Alex. *cons.* 94. *in fine li.* 2. Idem; quia non sufficit, quod ita inter ho- 36
mines diceb atur, vel reputabatur in loco; quia non sufficit, plene Alex. *cons.* 195. *Reddito, num.* 3. *& seq. lib.* 2. † Imo etiam si deponant 37
in causa scientiæ, quia audiuerunt dici mille vicibus, & vltra publice à multis, & diuersis personis, non probant famam; quia potuissent audiuisse dici à duob. mille vicibus, & vltra. Alex. *d. cons.*
194. *Viso processu, num.* 14 *vers. nec etiam probat. lib.* 7. † Idem, si inter- 38
rogatus, quid sit fama, dicat esse, quando aliquid de vna reper plures personas dicitur; quia non probat. Alex. *cons.* 184. *nu.* 15 *ver. insuper interrogatus. lib.* 7. † Contrarium, quod imo etiam si testes 39
dicant, quod fuit communiter tentum, & reputatum, probent famam. Alex. *cons.* 101. *Super primo. n.* 19. *ver. nō obstant. lib.* 7. vbi, quod si deponunt, quod audiuerunt communiter dici, probāt famam sine dubio, sed si dicunt, quod fuit communiter dictum, & reputatum. Bart. tenet, quod non probetur fama; quia nihil de auditu à testibus. Contrarium, quod imo probant etiam isto casu, dicit esse magis * communem contra Bart. quia imo implicite inferunt *
scientiam, *n.* 20. *& seq.* vbi ponit multa similia, quæ videas. † De- 40
clara; quia si testis interrogatus, quid sit fama: dicat, quod est illud, quod dicitur à pluribus, & diuersis palam, & publice; & tūc, quia constat, quod ignorat, quid sit fama; quia est, quod dicitur publice à maiori parte populi, vt est magis * communis opinio; & *
isto casu non probat famam; quia ignorat, quid sit fama; si vero sciret, quid sit fama, probaret. Alex. *cons.* 123. *Viso processu. n.* 3. *vers. item non probat. lib.* 7. & plenius *d. cons.* 101. *n.* 16 *& seq. vsq; ad n.* 25. *lib.* 7. &
repetit *d. cons.* 184. *nu* 13. *& multis seqq. lib.* 7. vbi, quod debet deponere, quod à maiori parte populi publice audiuisset, vt probet famam, alias si audiuisset; ublice dici à multis etiam vltra mille vices, non probat. † Imo non probant, si dicunt maiorem partem 41
populi sic tenere; quia debent dicere, maiorem partem populi sic dicere. Cuman. *cons.* 77. *Ad primum. n.* 3. *ver. Quæro. qualiter.* † Ratio, 42
quia potuissent testes audiuisse dici publice ab vno solo; quia illud, *publice,* non refertur ad dictum publicum omnium necessario. Bald. *cons.* 438. *n.* 15. *ver. Quia illa aduerbia. lib* 5. Alex. *cons.* 70. *n.* 8.
ver. sextus. lib. 3. & *consil.* 151. *num.* 11. *lib.* 5. † Imo, quod etiam non 43
interrogati debeant deponere audiuisse à maiori parte populi, & hominum loci. Alexan. *d. cons.* 94. *num.* 11 *ver. imo secundum. lib.* 2. &
cons. 25. *num.* 6. & *cons.* 117. *nu.* 6. *lib.* 4. vel saltem debent etiam non interrogati reddere probabilem causam scientiæ. Alex. *consil.* 123. *Viso processu. num.* 3. *ver. & testes etiam lib.* 7. † Extende, vt nec probe- 44
tur, si testes deponant in causa scientiæ, quod audiuerunt dici à pluribus; quia possent audiuisse à duobus tantum. Baldus *consil.*
406. *in fin. lib.* 1. Alexand. *cons.* 150. *In causa & lite. num.* 13. *ver. item li-* 45
cet ipse dicat. *lib.* 5. † Idem, si dicant audiuisse dici à pluribus, & diuersis publice. Alexand. *consil.* 123. *num.* 3. *lib.* 7. † Extende; quia 46
licet testes deponant audiuisse dici pluries, & à pluribus, non probant famam; quia pluries potest verificari ab vno, & à pluribus potest verificari à duobus, & ad probandam famam necesse est, quod audiuerint dici publice à maiori parte ciuitatis, & seu
vicinæ. Alex. *d. consil.* 150. *n.* 12. & 13. *ver. quia fama non est saltem legiti-* 47
me probata. lib. 5 *& cons.* 151. *num.* 11 *eod lib.* † Extende, vt nec probetur fama per testes deponentes in causa scientiæ, quod audiuerūt dici publice à personis scientibus. Bald. *d. consil.* 406. *in fi. lib.* 1. vbi di- 48
cit hanc veritatem esse. Alex. *cons.* 70. *nu* 7 *lib.* 3. † Plus dicit idem Alex. *cons.* 212. *Ponderatis iis nu.* 20. *ver facit, quod dicimus lib.* 6. quod testis deponens de publica fama, si interrogatus, à quibus audi- 49
uit, dicat audiuisse à maiori parte populi, sed de quibus non recordatur in specie, non probat. † Extende; quia nedum debent deponere audiuisse à maiori parte populi, sed et ā public̄e; quia *
si audiuissent à maiori parte populi secrete, non prebant, * communem dicit Imola *in l. haredes palam. in princ. ff. de testament.* Corn.
consil. 221. *in fin. lib.* 3. † Contrarium dicit idem Iul. Clar. *dict. quæst.* 50
6. *num.* 15. vbi, quod sufficit, quod à maiori parte populi. † De- 51
clara; quia si agitur de probanda infamia, debent testes deponere de auditu publico à maiori parte populi, alias non probant.

Bald.

* Bald. *cons.* 438. *Ad euidentiam, num.* 5. *lib.* 5. vbi dicit * communem.
† Contra ampliationem, & prædicta omnia, quod imo sufficiat quod testes deponant audiuisse dici publice, licet non dicant à maiori parte populi. Bald. in *c. litteras, n.* 2. *de præsumpt.* cuius opinionem in practica seruari dicit Iul. Clar. *dict. quæst.* 6. *n.* 14. *verb. sed vers.* * *ubi* etiam dicit esse * communem, & Curiam Romanam, à qua * aliæ Curiæ non debent discedere, ita seruare, & hanc magis * communem dicit etiam Mascard. *Concl.* 749. *Fama per quot testes*, & dicit Curiam Romanam hanc tenere, à qua non est recedendum.
† Declara; quia si sumus in antiquis, fama probatur per testes deponentes esse famam; quia audiuerunt sic dici publice, & communiter, maxime quando adsunt aliqua adminicula; vel quando redditur rationem, quid sit fama; quia dicunt, quod est illud, quod dicitur per maiorem partem populi; quia tunc dum dicunt audiuisse dici publice, intelligitur eo modo, quo requiritur ad famã, ex quo sciunt requiri, quod ita sit, Alex. plene *cons.* 101. *Super primo, n.* 16. *& seq. vsque ad n.* 23. vbi latissime, *libr.* 7. † Pro contrario facit; quia fama nõ probatur per testes deponentes scire; quia publice dicitur, nisi deponant audiuisse publice dici. Bald. *cons.* 445. *Super prædictis, maxer. præterea omnes lib.* 2. quod est consil. Roselli de Roselli. † Ampliatertio; quia vt dicatur probata fama, necesse est, quod testes interrogati assignent causas probabiles, ex quibus inductus sit populus ad credẽdum, alias si non probatur causa probabilis, à qua traxerit originem, non est probata fama. Alex. *cons.* 70. *In causa inter, nu.* 6. *& sequent. lib.* 3. *& cons.* 94. *n.* 6. *lib.* 2. *infra n.* 69.
† Imo etiam non interrogatus debet deponere de origine famæ, alias non probat. Alexand *cons.* 25. *num.* 6. *& cons.* 117. *num.* 6. *lib.* 4. *supra num.* 11. *& seq. & num.* 28. *& sequen.* † Imo testis deponens simpliciter ita famam esse, nisi exprimat, & declaret causam, vnde fama originem traxerit, vt possit sciri, an sit probabilis, vel vana vox populi, cui non esset credendum. Alexand. *cons.* 150. *n.* 13. *ver. Quimmo, libr.* 5. & plenius *cons.* 117. *nu.* 6. *ver. Quimmo, lib.* 4. † Et maxime, quando fuit de hoc testis interrogatus. Alex. *d. cõs.* 150 *n.* 18. *ver. interrogata, lib.* 5. † Et quod testis nõ probet in ciuilibus famam, nisi deponat, à quibus habuit originem. Alex. *cons.* 50. *In causa, & lite. n.* 11 *ver. fama etiam, lib.* 5. † Et quod in criminalibus etiam non interrogati debeant deponere, à quibus habuit originem, Vide *supra, nu.* 55. *& sequ.* & plenius in Conclusione proxima seq. † Ampliaquarto; quia debet testis intelligere, quid sit fama, ad hoc, vt probet famam; quia testis non intelligens id, quod loquitur, non probat Bald. *cons.* 438. *num.* 13. *verb. & nisi testis, lib.* 5. & ideo, si nescit, quid sit fama, non probat famam, Alexan. *cons.* 70. *num.* 8. *verb. sextus libr.* 3 Bald. *cons.* 445. *Super prædictis, nu.* 1. *vers. Nec est verum, libr.* 2. Castren. *cons.* 141. *Visa quadam. num.* 6. *& sequent. lib.* 1. vbi apostilla in verbo, *testificari*, dat plures concord. Alexan. *cons.* 150. *In causa & lite. num.* 12. *in fine. & n.* 13. *libr.* 5. *& cons.* 117. *Viso processu, num.* 4. *ver. primo quia, libr.* 4. vbi ponit alia similia. Vide, *Testes debent intelligere id, quod dicunt, alias non probant. Concl.* 172. † Scire aute m debent testes interrogati, quid sit fama, vt illã probent, alias non pôt dici probata fama, si ignorant, quid sit fama. Bald. *d. cons* 445. *Super prædictis, nu.* 1. *ver. nec est verum, libr.* 2. quod est Roselli de Roselli de Aretio.
† Et quod deponentes de fama debent scire, quid sit fama, alias non probant, * communem dicit Iul. Clar. *dict. quæst.* 6. *nu.* 20. *ver. Quæro nunc.* Alexan. *cons.* 159. *In causa & lite, in fine. ver. Præterea etiam, lib.* 5. † Amplia quinto; quia fama non probatur, neque probata attenditur, quando prouenit ex ambigua, & varia opinione, & sic ex leuitate, & varietate, maxime ad infamiam alicuius. Anchar. *cons.* 188. *n.* 6. Vide plenius Masc. *Concl.* 750. *Fama si probata fuerit*, vbi, quod si probatur fama affirmatiua, & negatiua, & sic varia, statur probationi magis verisimili; si est contraria super delicto, & innocentia; tunc statur vltimæ, & quæ magis est verisimilis, & in specie probatur. † Fama potest esse tam super affirmatiua, quam super negatiua, & ideo probata fama in concursu, quod Titius commisit delictum, & contraria fama, quod non commisit delictum, attendi debet, quæ processerit ex verisimilioribus præsumptionibus, & causis, & quæ habet digniores testes, vel plures, & in pari rate fama nulla est probata. Alexan. *cons.* 143. *Quoniam abunde, in fine, nu.* 7. *lib.* 2. & qui habet præsumptionem pro se à iure, fama dicitur magis verisimilis, vide Mascard. supr. proxime *num.* 64. allegatum. † Amplia; quia fama non probatur per testes de audito. Castillio. *cons.* 30. *num.* 12. Alexand. *cons.* 94. *In causa, in fine lib.* 2. Vide, *Testes de auditu non probant, & quando secus. Conclus.* 180. † Extende neque de auditu, etiam si dicat de auditu publico, quia potest verificari ab vno, qui publice dicebat. Alex. *consil.* 112. *Visis. n. ver. prædictus testis, libr.* 2. dicit * communem. † Declara, nisi exprimant audiuisse publice dici per maiorem partem populi; quia tunc bene probarent. Castillio. *cons.* 38. *num.* 30. *&* 31. † Et qualiter probetur fama per testes, & quæ requirantur. Bart. in *leg. de minore* §. *tormenta. &* § *plurimum. ff de quæst.* Ias. in *leg. non hoc, col.* 3. C. *Vnde legit*, & melius Alexan. *cons.* 150. *colum.* 5. *num.* 15. *libr.* 5. *verb. quia ad hoc, & consil. sequent. col.* 4. Deci. *cons.* 37. Felin. in *cap. cum causam, col.* 4. *de testib.* Fulgos. *cons.* 184 *post prim.* Alex. *cons.* 2. *in fi. lib.* 7. Aret. *cons.* 73. *col.* 7. *ver. ius breuiter, & cons.* 102. *in fi. & cons.* 121. *col.* 2. *ver.* 2. *respondeo.* Alex. *cons.* 20. *lib.* 4. *ver. Præterea dicti testes.* Deci. notabiliter in *cap.* 1. *col. antepen. de appell.* vbi dicunt duo requiri, quod assignent testes rationem dicti sui, etiam non interrogati, & quod exprimant, à quibus audiuerunt, vt sciri possit, à quibus originem traxit, & an sit probabilis, vel vana vox. Ias. *cons.* 167. *ad finem lib.* 4. Dec. *cons.* 57. *col.* 5. per text. in *l. decurionum. C. de pœnis.* supra *nu.* 55. *& seq.* † Et qualiter fama probetur. Bart. in *leg.* 3. §. *eius quoque ff. de testa.* 70
ment. Ang. in *l.* 3. *ff. ad Maced.* Alex. *cons.* 20. *libr.* 4. † Restringe, quia 71
fama probatur, etiam virtualiter, licet testes de ea nihil dicant, quando hoc elicitur virtualiter. Felin. *cons.* 2. *nu.* 17. *& multis seqq.* vbi, quod si deponant super Vnionis possessione, & dicant, quod semper vidit possidere duas ecclesias tãquam vnitas; quia parochiani ibant ad recipienda sacramenta, & quod nunquam vidit contrarium, est probata fama vnionis; quia illud dicitur probatum, quod resultat ex ratione intellectus. † Restringe, quãdo es- 72
semus in iudicio possessorio, vel in causa summaria sola facti veritate inspecta, vel in causa modici præiudicij, quia leuiores probationes sufficiunt, & potest iudex credere probationi persuasiuæ, & non concludenti. Dec. in *cap. dilecti, col.* 2. *de Iudic.* & ideo licet sola fama in Ciuilibus non faciat plenam probationem, sed tantum semiplenam. *leg.* 3 §. *eiusdem. ff. de testib.* tamẽ in iudicio possessorio sufficit fama pro plena probatione. *leg.* 1. *C. quorum bonorum.* & ibi Bart. & Fulgos. idem Bart. in *leg.* 1. §. *fin. col.* 1. *ff. de prætor. stipulat.* & idem in causis modici præiudicii, quod sola fama sit plena probatio. Bart. *d. leg. de minore.* §. *plurimum. col. fi. ff. de q.* & Ant. de Butr. *cap. Veniens, il primo, de testib.* † Restringe, vt nõ procedat, quod debeat 73
exprimi, à quibus fama prouenerit, quando nõ agitur de probãda fama, vel infamia inter graues ad finem procedendi, sed agitur de probanda fama, vel infamia personæ, & de homine, Cald. *consil.* 156. *per tot.* alias 1. *de probation.* & duplicatur *cons.* 169. alias 3. *de testib.*
† Fama est legitima, quando est in Ciuitate; quia maior pars po- 74
puli scit, vt supra per totam Conclusi. † Si vero agitur de fama de- 75
licti ecclesiastici contra Clericum, vel inter Clericos, & ecclesiasticos, non sufficeret fama laicorum, sed debet esse fama in Clero, & maiori parte Cleri, & sic fama particularis Vniuersitatis suficit. Ludouic. Bolog. in addit. ad *cons.* 1. Io de Anania. *n.* 18. *verb. alio respectu*, sed credo, quod intelligat in fama de homine; quia dicit, q̃ non caperetur clericus diffamatus apud solos laicos; quia requiritur diffamatio apud Clericos. † Imo dicit Io. de Ana. quod 76
sufficit fama alternatiua; quia maior pars populi, vel Cleri sic diceret, *d. cons* 1. *num* 8. Ideo siue in populo, siue in alia Vniuersitate, prout in Clero, sufficit.

Fama in criminalibus qualiter probata dicatur, vt releuet, & quæ requirantur. Concl. 65.

FAMA † ad hoc, vt releuet in criminalibus, duas requirit 1
qualitates, vt fuerit ante capturam, & inquisitionem rei, & quod habuerit ortum ab honestis personis, quæ qualitates debent probari, & apparere, alias non releuat. Anchar. *consil.* 253. *In quæstione presbyteri Caroli, n.* 2. *præterea aduertendum*, idem tenet Fulg. *consil.* 115. *in causa criminatio colum. penult. in fin. verb. Nam fama quidem.* † Et quod debeat habere ortum ab honestis personis, non 2
autem à maleuolis, est communis * opinio, de qua Iul. Clar. in * *praxi crimin. quæstion.* 6. *numer.* 17. *verb. sed quid si non sunt*, vbi limitat, nisi agatur de re turpi, prout de re gestam lupanari, vel de ludo; quia etiam si habet originem ab inhonestis, sufficit. † Extende; 3
quia in criminalibus fama debet habere ortum à probabilibus causis, alias, tam quam vana vox populi, non est in consideratione, Abb. in *cap. veniens. il primo. n.* 8. *verb. primum dictum mihi non placet*, vbi Felin. *num.* 17. *de testib.* Aret. *consil.* 65. *n.* 2. *in fin.* Crauetta *consil.* 260. *num.* 17. Roland. à Valle *consi.* 3. *num.* 5. *libr.* 1. Surd. *cons* 151. *n.* 76. † Declara tamen secundum Calderin. *consil.* 156. alias *primo* 4
de probat. quod duplicatur *consil.* 169. alias *tertio de testib.* vt procedat, quando agitur de probanda infamia personæ inter homines ad inquirendum; secus si agatur de probanda fama, seu voce publica, quod quis sit vsuratius; quia etiam si non deponant testes, à quibus habuit ortum, probant. & dicit ita Innocent. in *cap. cum oporteat. de accusat.* debere intelligi. † Contrarium tenet Bald. 5
consil. 394. *In causa Ludouici, num.* 7. *verb.* 7. *& vltimo. lib.* 1. vt etiam

in cau-

in causa probandi aliquem manifestum vsurarium, debeat habere ortum à coniecturis certis, & personis honestis, maxime, quando sola fama probat, & est præiudicialis. † Declara; quia si agatur de re turpi, vel delicto infami, nō est necesse, quod habeat ortum ab honestis personis. Clar. *dict.* § *fin. quæstio. 6. num.* 17. vbi, quod in criminalibus testes debent deponere, à quibus audiuerunt, & in practica seruatur, quod interrogantur. Mascard. *dict. Conclus.* 749. *num.* 18. vbi, quod de re turpi, prout est factum in lupanari, potest habere ortum à meretricibus & lenonibus, & aliis infamibus. † Imo etiam in causa mere ciuili, quod non probet fama, nisi deponant testes, à quibus habuit originem, vno, vel duobus saltē. Baldus *cons.* 168. *Primo videtur dicendum. n. 3. verb. Nec obstat. lib.* 5. † Non tamen sufficit sola fama probata, ad hoc, vt quis sit manifestus vsurarius, nisi concurrant alia indicia, & adminicula. Bald. *cons.* 465. *Visis dictis articulis, per totum. lib.* 4. sed fama adiuuata bene probaret. † Amplia; quia fama ad hoc, vt faciat inditium ad torturam, debet habere initium ab argumentis verisimilibus, & debet esse solida, inconcussa, crescens, non vaga, non leuis, non contraria; quia si diffamatus probat bonam famā, quæ habet præsumptionem naturæ pro se, elidetur altera. Bald. *cons.* 77. *Ad euidentiam præmitto, lib.* 3. vbi maxime hoc dicit procedere in delictis incertis, & quæ pluribus modis solent contingere, & latius *consil.* 78. *num.* 2. *versic. dubitatur, lib.* 3. vbi dicit idem; sed quod si habet ortum, & est probata ab honestis personis, est arbitrariū iudici, an faciat inditium. Anchar. *consil.* 253. *num.* 2. † Declara; quia regulariter fama sola non facit sufficiens inditium ad torturā, nisi sit ita vehemens, vt inducat iudicem ad sic credēdum, & hoc est arbitrarium, ideo est potius facti, quam iuris. Bartol. *consil.* 191. *Domino Paci, lib.* 1. Vide Mascard. *Concl* 754. *Fama an semiplenam probationem faciat, quando agitur criminaliter*, vbi ponit regulam negatiuam, quod non facit semiplenam probationem in criminalibus, ampliat, limitat multis modis, & declarat: vide eum. † Amplia, quia fama nō probat delictum. Bald. *consil.* 140 *Factum se habet, lib.* 4. † Amplia; quia testes deponentes, quod est fama, per verbum de præsenti non probant; quia potest esse orta post litem. Abbas *ca. licet ex quadam num.* 5. *de testibus.* Decian. *consil.* 82. *in princip.* Crauett. *consil.* 260. *num.* 7. *verb. Quarto respōdeo.* † Amplia, quia ad hoc, vt fama releuet, maxime in criminalibus, vel vbi agitur de infamia, requiritur, quod testes dicant famam esse apud populum, & seu maiorem partem populi, seque audiuisse à maiori parte. Bald. *consil.* 438. *Ad euidentiam num.* 5. *verb. Item non est dubium, lib.* 5. vbi dicit gloss. in *l. cum in lege. ff. de testament.* hoc tenentem esse * communem. † Imo ad hoc, vt fama probet in criminalibus, duo requiruntur, quod testes deponant, quod à maiori parte populi, & quod deponāt de causis, à quibus fama traxit originem, etiam si non essent testes interrogati, debent ista duo deponere, alias non probant. Alexan. *cons.* 72. *Inspecto diligenter, num.* 9. *verb. nec etiam obstaret, lib.* 1. † Amplia; quia fama in criminalibus non supplet cum vno teste, vel alia semiplena probatione, sed requiritur pluſquam semiplena probatio. Mascard. *d. Conclus.* 754. *num.* 24. *& sequen.* † Limita; quia fama cum dicto officialis, qui denunciauit delictum cum iuramento, bene sufficit ad inditium ad torturam. Bart. *cons.* 191. *in fi. lib.* 1. † Limita; quia bene sufficit ad inditium ad torturam sola fama vehemens, quod est arbitrarium iudici. Bart. *d. consil.* 191. *lib.* 1. † Limita; quia ad inquirendum sufficit. Vide Conclusionem proximam seq. *n.* 68. *& seq.*

Fama probatur per instrumenta, & priuilegia antiqua, & per litteras bonorum virorum. Concl.

VIDE Mascard. *Concl.* 751. *Fama an probetur.* Vide Conclusionem proximam sequentem, *n.* 39. vbi, quod plura instrumenta antiqua inducunt famam. Vide, *Infamis probatur ex instrumentis, & aliis modis. Concl.* 109.

Fama probata legitime quādo plene probet, vel nō. Concl. 66.

MORS † probatur per famam. Vide in *ver. Mors qualiter probetur, Conclus.* 400. *in princip.* vbi declaratur. † Extende; quia fama antiqua nedum probat mortem, sed etiam qualitatem mortis, videlicet quod quis per sententiam fuerit decapitatus. Bald. *consil.* 204. *Longum thema, in fin. verb. Item sicut mors, lib.* 3. † Amplia; quia fama publica probata per testes cum adminiculis probata aliquem esse manifestum vsurarium, secundum * communem opinionem, de qua Gemin. *consil.* 59. *in prin.* † Sine adminiculis, quantumcumque vrgeat sola fama, nō probat manifestum vsurarium. Bald. *consil.* 465. *in fi. lib.* 4. † Extende, etiam si fama non conferatur in tempus adminiculorum; quia adhuc probant, veluti si duo testes deponant aliquem publice diffamatum, quod sit manifestus vsurarius; quia si producuntur aliqua instrumenta vsuraria per eū confecta certo tempore, probatur vsurarius manifestus, licet fama non percutiat tempus instrumentorum. Gemin. *d. cons.* 59. *circa pr. ver. Modo restat videre.* † Extende; quia fama publica cum aliquibus inditiis, vel præsumptionibus probat ad defensam factum esse homicidium. Bart. *cons.* 2. *Visa inquisitione, lib.* 2. vbi, quod eo ipso, quod is, qui fecit homicidiū, fuit aggressus cum telo, dicitur probasse defensionem per famam; quia concurrit præsumptio, quod fecerit se defendendo, & in continenti. † Extende; quia fama iuncta adminiculis probat in criminalibus, quando sumus in iis, quæ sunt difficilis probationis, prout quod quis fuerit vulneratus de nocte in domo vulnerantis, in qua vulneratus hora sexta noctis fuit repertus, & impune potuit vulnerari. Alex. *cons.* 24. *Animaduersis, n.* 20. *verb. vltima præsumptio, lib.* 2. † Et procedit extensio, etiam si sit probata contraria fama, & quod fuit vulneratus in strata; quia stant simul, & non sunt contrariæ famæ, sed diuersæ; quia potest esse, quod fuit vulneratus in domo, & etiam in strata; ideo concordandæ sunt, vt probent pro reo; maxime; quia si concurrunt verisimiliores præsumptiones, quod in domo, vbi reperitur sanguis effusus, illa dicitur præualere. Alex. *cons.* 24. *n.* 20. *& seq. ver. vlt. præsumptio, lib.* 2. † Amplia; quia fama probat aliquem suspectum de fuga, si de contraria fama non probatur, Roman. *cons.* 241. *Spectabiles Domini, in princ. verb. secundo dicitur, & num.* 2. *& 3.* † Amplia; quia fideicommissum antiquum probatur per famam, videlicet si constat de fideicommisso antiquo, probatur per famam, quod bona fuerint fideicommittentis. Bald. *consil.* 84. *Res prohibita, in fin. lib.* 1. Alexand plene *consil.* 116. *Perspectis, num.* 5. *& seq. ver. Nunc videndum. vsque in fin. lib.* 5. Vide, *Fideicommisso qualiter bona probentur suppositа. Conclus.* 279. Et quod dicatur tempus antiquum, vt fama probet, infra *num.* 15. *& sequent.* Vide, *Antiquum qualiter, & quando aliquid dicatur. Conclusio.* 342. Vide, *Antiquitas habet priuilegia plura. Conclusio.* 339. † Extende; quia in iis, quæ excedunt vitam hominis, sola fama probat. Bald. *consil.* 400. *Super primo, colum. antepenult. circa med. verb Item posito, lib.* 4. quod est Cyni. Deci. *consil.* 13. *& cons.* 36. & 42. post Bald. in *leg. proprietas. C. de probat.* Angel. in *leg. atqui natura. § cum me absente. ff. de negoc. gestis.* Alexand. *consil.* 12. *lib.* 4. Curt. Senior *cons.* 76. Vide plene Crauettam de *antiquitate temporum, c. Fama an probet*, vbi *n.* 2. dicit * communem: licet aliqui teneant, quod requirantur alia adminicula, & quod plene probet. Roman. *cons.* 109. *colum.* 2. vbi apostill. & plene Alexand. *consil.* 208. *Viso summario, num.* 11. *& sequent. verb. nec etiā prædictis, lib.* 2. vbi dicit * communem, quod requiruntur centum anni. † Et quod fama in antiquis probet, citat plures Alexan. qui etiam hoc affirmat *cons.* 16. *In causa, & lite, num.* 22. *verb. & in istis antiquis. lib.* 5. vbi apostilla in verbo, *fama*, dat concord. & iterum *consil.* 24. *num.* 21. *ver. quia in istis, lib.* 5. *& consil.* 116. *num.* 6. *lib.* 5. *& consil.* 130. *n.* 11. *lib.* 6. *cum sequ.* † Contrarium tenent plurimi, quos eadem apostilla citat ad Alexand. *dict. consil.* 16. *nu.* 22. *in ver. famam, lib.* 5. vbi, quod sibi magis placet, quod non plene probet, citat Alex. *cons.* 13. *lib.* 1. Corn. *consil.* 204. *lib.* 3. † Extende; quia fama, quod quis possederit tanquam Dominus, non probat dominium, nisi sit circa possessionem antiquissimam. Roman. *consil.* 242. *Circa propositum, num.* 5. *verb. præterea*, vbi apostilla in verbo, *antiquissima*, citat Deci. *cap.* 1. *colum.* 4 *verb. septimus casus, de appellat.* & quod requiratur tempus centum annorum, vt fama sola probet res fuisse in bonis. Alex. *consil.* 208. *Viso summario, num.* 11. *& sequen. ver. nec etiam prædictis obstat. lib.* 2. † Extende; quia fama cum possessione probat in antiquis, & antiquum dicitur, quod habet metam centum, vel saltem 40. annorum. Alex. *cons.* 70. *n.* 4. *& 5. lib.* 3. † Contraria, quod necessario requiratur lapsus centum annorum, vt dicatur tempus antiquū, & sola fama plene probet. Alex. *d cons.* 208. *n.* 11. *& seq. vsq. in fi. lib.* 2. vbi reprobat And. de But. & alios tenentes, quod sufficiant 40 anni; quia dicitur procedere in iis, in quibus sufficit probare famam extare, vel non extare, & dicit communem, * & quod debeat excedere centum annos. Alex. *cons.* 75. *Visis, num.* 3. *lib.* 4. *& cons.* 89. *num.* 5. *lib.* 5. *& cons.* 83. *Viso themate, num.* 8. *verb. tamen secundum, lib.* 1. vbi dicit * communem; vbi loquitur in probatione facti distantis per centum annos, vel circa, propter difficultatem probandi, *& cons.* 139. *Circa primum, n.* 9. *& seq. ver. capio aliam dubitationem, n.* 6. † Declara totam istam materiam, quādo sola fama probat factum antiquum, prout res fuisse in bonis, & distinguitur; quia sola fama in iis, quæ excedunt vitam hominis, & sic centum annorum, probat, & non sufficit per tempus 40. annorum secūdum * communem, de qua Alex. *d. cons.* 208. *num.* 11. *& seq. lib.* 2. quia si factum excedit centum annos, non suf-

non sufficit probatio per quadraginta, & plenius *consil.* 139. *Circa*
18 *premium.nu.9. & sequ.libr.6.* vbi tollit omnia contraria. † Extende
declarationem; vt procedat, etiam si agatur possessorio, & inter-
dicto Diui Adriani, vt quis mittatur in possessionem, quia vt fama
probet res fuisse in bonis, requiritur tempus centum annorũ, &
non sufficiunt 40. anni; quia ex quo non datur appellatio, dici-
tur agi de magno præiudicio. Alexand. *consil.139.n.14. & seq. ver. si*
19 *autem dicta substituti.lib.6.* vbi dicit * communem, vbi apostilla in
ver. plena dat concord. pro vtraque, vbi; quod in summariis plena
probatio requiritur. † Contrarium, quod imo fama 40. annorum
sufficiat, imo fama, quod res fuerunt in bonis testatoris, probet
ad effectum possessorij; quia sufficit semiplena probatio, tenent
plurimi, quos citat eadem apostill. ad Alexand. *d.consi.139.n.14. In*
20 *verb plena.libr.6.* quibus adde Afflict. *decis.*364. † Declara tamen;
quia aliqua sunt possessoria summarissima, & fauorabilia, in qui-
bus non datur appellatio ex sola fama, & semiplena probatio
sufficit, prout, quãdo agitur de alimentis, prout de ventre in pos-
sessionem mittendo, cum similibus. Alex. *d. consi.*139. *in fi. libr.* 6.
21 † Extende; quia fama in antiquis probat decimas spectare ad E-
piscopum, maxime, si concurrunt coniecturæ. Ful. *consi.* 226. *in pr.*
22 † Extende, vt procedat, etiam si agatur de graui præiudicio; quia
sola fama probat in antiquis. Innoc. in *cap. veniens, de verb. signifi.*
Bald. in *d. proprietatis, in fin. C. de probat.* Alex. *consi.*4. *col.*5. *lib.*2. Cor-
23 *ne. consi.*48. *col.*2. *lib.* 4. Crauett. *de antiqu. temp. cap. Famam an fidem*
faciat, vbi *n.*2. dicit * communem, licet aliqui tenuerint requiri a-
24 liud. † Declarat Roman. *consi.*109. *In proposita consultatione. colum.* 2.
verb. huic igitur, vbi, quod fama probata in antiquis, quæ excedit
memoriam hominum, plene probat, in recentibus adminicula-
tur, & probat in actis alijs, declara infra *n.* 29. Vide plene Masc.
25 *Concl.*546. *Dominiũ in antiquis*, vbi infinitos cumulat, quod in an-
tiquis fama probat dominiũ, vbi ampliat multis modis, vide eũ.
26 † Restringe; quia bene fama per tempus 40. annorum probat, &
eſt tempus antiquum in casu speciali, quando agitur non de pro-
bando facto, sed de probando famam extare, vel non extare, &
sic vbi agitur de probanda præsumptione, videlicet memoriam
extare, vel non extare; iſto casu sufficit tempus 40. annorum. ita
27 declarat Alex. ex mente aliorum *d. consi.*208. *n.*11. *& 12. lib.*2. *& consi.*
*349. n.*12. *ver. dicit etiam, lib.*6. † Restringe, quando agitur pariter de
probanda præscriptione immemorabili; quia sufficit probare fa-
mam per 40. annos, quod ille, & sui semper possederunt, vel non
extare famam, quod alius possederit. Alexand. *d. consi.* 208. *numer.*
28 *13. ver. neg. ad hoc etiam obstat, libr.*2. & repetit *consi.*139. *n.*13. *verb. quia*
*imo voluit, lib.*6. † Restringe, quando agitur de probando facto
antiquo, puta centum annorum; quia sufficit probatio famæ, &
communis opinionis, quod ita sit, vt transferatur probatio in ad-
uersarium. Geminian. in *cap.*1. *de rescript. in* 6. quem ad hoc allegat,
& declarat Alexand. *d. consil.*208. *num.*13. *verb. nec etiam obstat, libr.*2.
29 † Restringe in ijs, in quibus sufficit sola fama, & communis opi-
nio, etiam si veritas sit in cõtrarium; vt quod quis fuerit officialis,
filius, seruus vel quid simile; quia ad constituendum in possessio-
ne alicuius qualitatis, libertatis, vel seruitutis, sola cõmunis repu-
tatio, & fama probat. Alexand. *d. consil.*208. *num.*13. *in fi. & 14. verb.*
30 *non mirum. libr.*1. vbi dicit * communem. † Restringe; quia in casi-
bus, in quibus sola fama non probat, si adminiculetur, bene pro-
31 bat ex pluribus adminiculis, supra *num.* 23. † Declara, dummodo
adminicula afficiant eum, contra quem fama producitur; secus si
essent inter alios acta, quia non præiudicant. Alexand. *d. consi.*208.
*num.*15. *& 16. vers. quia respondeo, libr.*2. vbi loquitur in informati-
one, & relatione nuncij sumpta, non citato possessore; quia non
32 est adminiculum releuans, & cui non nocet sententia, non no-
33 cet tacita. † Amplia; quia licet fama propria virtute non probet
dominium, neque possessionem; quia aliud est esse, aliud dici, &
aliud est veritas, aliud opinio; tamen quando fama est multum
antiquata, facit notorium. Bald. *consi.*89. *Dominus Thomas, n.* 5. *ver.*
34 *certe præmittendum, libr.*1. † Et quod in antiquis per famam probe-
tur dominium. Dec. *consi.*42. *col.*6. *vers. hinc est quod fama, & consi.*146.
*ver. quarto producuntur, & consil.*26. Angel. & Cuman. in *l. at qui na-*
tura. 8. cum me absente. ff. de negot gest. quos citat, & sequitur Ang. A-
35 *ret. consi.*19. *Visis actis, n.*4. quia si agitur de dominio antiquo, quod
nullus viuens potest scire, probatur per famam. Alex. *consi.*24. *Pon-*
*deratis. num.*21. *ver. quia in istis. libr.*5. vbi apost. in verbo, *fama*, idem
Alexand. *consi.*89. *num.*5. *lib.*5. *& consil.*24. *Circa processum, nu.*12. *verb.*
*præterea fama. lib.*7. vbi apostilla in *ver. antiquis.* citat eundem Alex.
36 *consil.*16. *n.*22. *lib.*5. *& consil.*39. *nu.*11. *& sequent. lib.*6. † Et quod sola
fama, quod Ecclesia à centum annis, & citra, & vltra, & à tanto
tempore, quod memoria hominum nõ est in contrarium, posse-
dit & fuit domina bonorum, probetur dominium Ecclesiæ. Ale-
xand. *consil.*8. *Attentis, num.*1. *verb. alio etiam fundamento, lib.*7. vbi a-
postilla in *verb facta*, citat Alexand. *libr.*5. *consil.*16. *num.*22. † Imo;
37 quod Ecclesia Romana, licet non habeat instrumenta de ciuita-
tibus, quas possidet, sufficiat eam probare generalem, seu com-
munem opinionem, quod de antiquo fuit Domina. Alexand.
*d. consi.*8. *Attentis, in fin. lib.*7. Allegat Bald. in *leg. conuenticula, col. pen-*
ult. C. de Episcop. & Cleric. † Declara tamen; quando fama est legiti-
38 me probata, & essemus in iis, quæ excedunt centum annos. Ale-
and. *consil.*24. *nu.*12. *ver. præterea, libr.*7. † Extende; quia sola fama
39 probat in antiquis, Alexand. *consil.*208. *colum. penult. libr.*2. Felin. in
cap. veniens. il primo. ver. quarta conclusio, de testibus, quod dicit verum
Alexand. *dict. consil.* 208. *nu.*11. *& sequent.* quando fama est de eo,
quod est centum annorum, alias sola fama non probat, & dicit
communem, * *libr.*2. *consil.*89, *Excellentissime, nu.*5. *verb. & in antiquis,* *
*lib.*5. *& consil.*6. *in fine, libr.*1. *& consil.* 12. *in fine, & consi.*75. *num.*37. *lib.*
4. *& consi.*24. *nu.*8. *& consi.*94. *in fine, libr.*7. *& consi.*218. *num.*12. *libr.*6.
† Extende; quia fama in antiquis facit inditium ad torturam. Ias. 40
in repetit. l. admonendi. ff. de iureiuran. † Extende; quia fama in anti- 41
quis centum annorum probat bona esse feudalia. Alex. *consil.*15.
*Visis narratis, in princ. libr.*5. † Extende, quia descendentia in anti- 42
quis probatur per famam solam per testes de auditu etiam con-
sanguineos, & per instrumenta antiqua etiam enunciatiua; secus
si de recenti. Mascard. *Conclus.*511. *Descendentia.* † Et plura instru- 43
menta antiqua enunciatiua probant; quia inducunt communem
opinionem & famam. Alexand *consil.*50. *num.*9. *libr.*5. *& consil.*89.
*Excellentiss. nu.*6. *eodem libr. & consil.*75. *Visis, nu.*3. *verb. & tanto magis,*
*libr.*4. & plenius *consil.*90. *In causa, & lite, in princ. libr.*6. vbi ad effe-
ctum probãdæ filiationis, vt transferat onus probandi in aduer-
sarium, dicit instrumenta 56. annorum, imo 40. esse de antiquo,
*n.*8. *& seqq. per tot.* Vide Mascard. *Concl.*751. *Fama an probetur*, vbi,
quod instrumenta antiqua, & priuilegia probant famam. † Et 44
fama in antiquis centum annorum probat memoriam non ex-
tare circa dominium, tam vtile, quam directum. Alexan. *consi.*159.
*In casu, & lite, num.*10. *verb. Præterea fama. libr.*5. vbi apostilla in *ver.*
plenam, dat concord. † Et fama vltra centum annos probat solam 45
ecclesiam esse collegiatam. Alexan. *consil.*75. *Visis, num.*3. *& 4. verb.*
*& hoc etiam fortificat, lib.*4. Vide Socin. *Regul.* 4. *Fama in factis anti-*
quis regulariter plene non probat, & sic ponit regulam negatiuam, li-
mitat tribus modis, in quibus probat plene in antiquis. Vide
Mascard. plenius *Conclus.*396. *Confines an probentur per famam*, vbi,
quod sic in antiquis, secus de recenti. † Paupertas, & excussio 46
contra aliquem probatur per famam, quando est coniuncta cum
credulitate, & scientia deponentium de fama. Bald. *consi.*222. *Sta-*
*tuto cauetur, n.*2. *lib.*1. Oldrad. *consil.*277. *n.*2. *verb. in hoc enim articulo.*
† Amplia; quia fama probat luxuriosam vitam filiæ exhæredatæ, 47
si cum fama adsit probatio, quod Iuuenes passim ingrediebã-
tur ad mulierem. Bald. *consi.*253. *Filia familias, lib.*2 *circa prin.* † Am- 48
plia; quia fama probat homicidium vxoris factum fuisse per ma-
ritum, iuncta fuga mariti, si constat de morte vxoris, & agitur de
lucro dotis, quod petitur pro parte mariti; quia leuior probatio
sufficit ad excludendum à lucro. Bald. *consil.*254. *Proponitur, quod*
*vxor, per totum, lib.*2. Extende, quod fama probat stuprum com-
missum, iuncta fuga inquisiti, & confessione mulieris. Io. de Ana.
*consil.*1. *n.*7. *&* 8. & ibi Bologn. in *addit. n.*18. *verb. alio respectu.* † Am- 49
plia; quia fama adminiculata per testem de visu probat plene in
ciuilibus. Bald. *consil.*397. *Punctus talis est, n.*2. *in fin. verb. & maxime si*
*fama, lib.*3. Io. de Imol. *consil.*35. *n.*17. Fulgo. *consil.*145. *Quoniam plu-*
rimæ. in princ. Io. de Imol. *consil.*90. Io. de Anan. *consil.*59. *n.* 3. Alex.
*consi.*66. *Viso testamento, in fi. libr.*3. vbi dicit * communem, & reddit *
rationem; quia fama in ciuilibus facit semiplenam, & testis ali-
am semiplenam, quæ iunguntur ad plenam probationem. † Ex- 50
tende; quia etiam probat fama iuncta cum duobus testibus do-
mesticis; quia faciunt ratione numeri pro vno. Io. de Imol. *d. consi.*
35. *n.*17. † Extende; quia pactum de retrouendendo probatur per 51
vnum testem cum fama. Io. de Imo. *consi.*92. † Extende; quia quod
filii percusserint matrem ad effectum, ne teneatur cum illis mo-
rari, & sic ad effectum ciuilem vnus testis cum fama plena pro-
bat. Alex. *consi.*66. *n.*8. *ver. probauit per famam, lib.*3. vbi dicit * cõmu- *
nem. † Imo plus dicit Alexand. *d. consi.*66. *in fi. libr.*3. *verb. Quinimo,* 52
quod in iis, quæ sunt difficilis probationis, à communiter accidẽ-
tibus sola fama probat plene. † Restringe; quia in causa matri- 53
moniali fama non supplet semiplenam probationem; quia in ea
dicitur agi de statu hominis. Alexan. *consi.*143. *& 4. Quoniam abun-*
*de, n.*3. *verb. Non est tractandum, lib.*2. vbi *n.*5. dicit hoc maxime verũ,
quãdo agitur de infringendo alio matrimonio. † Restringe; quia
in causa criminali fama non supplet semiplenam probationem.
Alex. *d. consi.*143. *n.*3. *& 4. verb.*2. *non est tractandum lib.*2. plenius infra

num.79.† Amplia in antiquissimis.quia tanta & tamdiu potuit esse fama, vt inducat notorium.Bald.*cons.*204.*Longum thema,n.*6.
☞ *verb.& etiam quando factum,libr.*3.Vide, *Testes in antiquis qualiter de-*
54 *ponere debeant.Consil.*290.† Et quod in antiqu.s fama plene probet,apostil.ad *consil. Dyni.* 46. *In quæstione. quæ vertitur, num.* 4. *in verb.per famam.in fine,*allegat Felin.in *cap.cum causam. de probationib.*
* Alexand.*consil.*101. *Super n.*17.*lib.*7.vbi dicit magis * communem
55 & apostill.in *verb.fama.*dat concord. †Extende;quia ad probandum dominium multum releuat fama in antiquis. Anchar.*cons.*
* 310.*Tres Domini,num.*6.Alexand.*d.consil.*101.vbi *nu.*17.dicit magis * communem,*libr.*7.Vide, *Dominium qualiter probetur.Conclus.*611.
☞ † Restringe in criminalibus. Vide infra *numer.*79.*verb. Restringe.*
56 † Restringe; quia licet testes deponant super vltimo articulo,
57 quod prædicta omnia sunt vera, & de eis est fama; non tamen probant testes plene famam talem,etiãsi sint in antiquis,nisi reddant causam scientiæ.Signorol.*consil.*70. *In quæstione vertente,num.* 18.*&* 19.*ver.vento ad secundum.* Alexand.*consil.* 25. *In causa, numer.* 3.*verb.imo fortius,*imo *numer.*7.*verb.quinimo,lib.*4.dicit, quod valde sunt diuersa,quod testes probent famam,vel dicant, quod de testificatis est publica vox,&fama;quia non probant.Vide conc.
58 infra in *vlt.limitatione,num.*97.† Amplia; quia fama, & commu-
* nis * opinio probat patriam,& habitationem alicuius esse de certo,
59 seu de incerto loco.Angel.*cons.*194.*Visis processibus,in pr.*† Amplia;quia fama in causis ciuilibus, & pecuniariis probat semiplene.Fulgos.*cons.*145. *Quoniam pluribus in pr.*Alex.*cons.*103. *Super eo.n.*
60 3 *verb.tamen præmissis,lib.*7. † Extende;quia ista semiplena probatio per famam facit plenam probationem, si iungatur cum alia semiplena probatione.Alex.*cons.*103.*ver.tertio præsuppono,n.*5.*lib.*7.
61 † Extende; quia imo probat plusquam semiplene, & prælalet dicto vnius testis,maxime in ijs,quæ propter vetustatem probari
62 nequeunt.Fulgos.*cons.*145.*in princ.ver.quinimo dixit glossa.*† Extende;quia fama operatur, vt possit deferri iuramentum in supplementum; quia facit semiplenam,& plusquam semiplenam probationem,maxime in causa possessorij.Fulg.*d.cons.*145.*in pr.* vbi late,&maxime vbi concurrunt coniecturæ.Alex.*in d.cons*103.*Su-*
63 *per eo num.*8.*ver.si tamen vtrumque,lib.*7.†Extende;quia cum causa possessorij sit modici præiudicii, & sufficiat semiplena probatio, sola fama sufficit in causa possessorij.Alex.*d.cons.*103.*n.*3.*verb. ta-*
64 *men præmissis,libr.*7.† Declara; quia fama probata per plures testes cum dicto vnius testis de visu plene probat metum,&suppressio-
65 nem.Bald.*consi.*162.*Visis actis, libr.*4.† Item si probata fama concurrant aliæ coniecturę;quia plene probat,prout de vsurario manifesto dicit Fulgos.*cons.*137.*n.*2. quod probatur per famam cum
☞ alijs coniecturis.Vide, *Vsurarius qualiter manifestius probetur. Concl.* 341.Vide Soc.*Reg.*3.*Fama cum vno teste in ciuili probat, sed sine teste se-*
66 *miplene probat,*vbi limitat septem modis,in quibus neq; semiplene probat.† Amplia,quia in ijs,quę sunt difficilis probationis,sola fama probat.Alex.*cons.*66.*lib.*3.*& cons.*101. *Super primo,n.*18. vbi
67 apost. in *ver.filiationem,lib.*7.† Amplia in causis possessoriis; item in causis summarijs,sola facti veritate inspecta;item in causis mo-
☞ dici prejudicij sola fama probat.Vide supra.*Fama per quot testes pro-*
68 *betur.Conclus.*64.*num.*72.† Limita; quia sola fama non probat ad inquirendum de delicto, sed requiritur diffamatio clamosa, seu insinuatio clamosa;quæ famam præsertim ad aures iudicis detulerit.
cap qualiter, & quando, de accus. & ideo ponuntur illa verba in in-
69 quisitione,& clamosa insinuatione subsequente.† Contrarium, quod imo sola fama sit sufficiens ad inquirendũ de delicto,com-
*70 munem * dicit Clar.*quæst.*21.*in pr.*† Declara; quia arbitrarium est iudici,& distinguitur;quia contra subditum sufficit fama, contra personam insignem requiritur fama, & insinuatio clamosa. Iul.
71 Clar.in *quæst.*6.*n.*21.*ver.item quæro.*† Sed tamen ad torturam nunquam fama sufficit, licet ad inquirendum possit sufficere, secundum arbitrium iudicis.Iul.Clar.*d.qu.*6.*n.*22.maxime *in fi.*& plenius *quæst.*21.*in pr.*vbi dicit *communem.† Contrarium, quod imo
*72 sola fama sit sufficiens indicium ad torturam,&de consuetudine seruari,dicit Marsil.*cons.*32.*n.*16.prout eum refert Iul. Clar.*d.* §.*fi. quæstio.*21.*in pr.ver.* & *quamuis.*& plenius *qu.*60.*ver.frequens, nu.* 23.
73 †Declarat idem Clar.*d.quæst.*21.*in pr.*esse multum controuersum, sed sibi magis placere, quod non sufficiat sola ad torturam, sed
* requirantur alia adminicula; quia est fallax fama, & dicit * com-
74 munem,& ita communiter obseruari in practica. † Declara melius; quia fama probatur contra diffamatum, in aliis de maleficiis sufficit sola fama de delicto, secus si ipse probaret bonam famam,vel si ipse diffamatus probaret per triennium emendationem.Clar.*d. q.*21.*col.*2.*versi sed pone, quod reus*, vbi dicit esse notan-
75 dum. † Et quod fama faciat solum indicium, non autem probet in criminalibus;ideo ex sola fama non dicatur constare de corpore delicti.Bursat.*consil.*166 *num.*4.Curt. Iunior *consil.*237.*num.* 27.*libr.*5. † Limita; quia fama regulariter non probat, sed facit 76
quandoque semiplenam probationem,quandoque præsumptionem,vel indicium.Bald.*consil.*351.*In bonis feudalibus, num.*2.*verse. item adest fama,libr.*1.Fulgos.*cons.*163.*In causa, & quæstione, nu.*1.Felin.*in cap.veniens,il primo,de testib, ver.secunda conclusio*, nisi essemus in antiquis; quia plene probat.Felin.*ibidem. versic.quarta conclus.*& idem dicit Rom.*cons.*127.*Posito,circa fi.ver.aut enim fama.*†Extẽde; 77
quia in ciuilibus facit semiplenam probationem,&iunctacum v. no teste facit plenam probationem;Aretin.*cons.*61.*col.final.*† Imo 78
dicit Rom.*d.cons.*127.*circa fi.ver.aut enim*, quod si fama semiplene probatur,deferri potest iuramentum in supplementum,& idem, si facit indicium, iuncta cum alia præsumptione; quia duæ præsumptiones faciunt semiplenam. † Restringe in criminalibus; 79
quia fama cum vno teste etiam omni exceptione maiore nõ probat plene,glos.in *cap.veniens,il primo,ver.cum altero ipsorum, de testib.* quam singul.dicit Ioan.de Imola in *leg.interesse.ad fi.ff.de acquirend. possess.*& Bald.in *leg.*2.*in prin.ff.de excusat.tutor.*& sic publica vox,& fama de se in criminalibus non facit semiplenam probationem, vt per Abbat.& Felin.in *d.cap.veniens.* Cardin. Alex. in *cap. sciant,* 80
2.quæst. 8.& ratio esse videtur; quia fama sæpe fallax est;& vana vox populi,*ca.cum in iuuentute,de præsumpt.leg. Decurionum. C.de pœ-*
*nis.*supra *nu.*52.† Imo quod neque probat delictum hæresis fama * 81
cum vno teste,communem * dicit Clar. in §.*fin.quæst.* 53.*num.*19. *circa fin.versic.quinimo.*† Et quod fama publica tollat iustam ignorantiam ad effectum caducitatis, & pœnæ; non tamen quoad pœnam corporalem incurrendam.Crauet.*cons.*193.*minor* 25.*n.*8. quem citat,& sequitur apost. ad Roma. *d.cons.*127.*in ver.famam.* 82
† Declara tamen;quia fama potest quandoq; esse ita vehemẽs,vt nedum faciat indicium, sed etiam probationem; & quandoque ita potest esse debilis, vt nec faciat indicium: ideo facti est,& in
arbitrio iudicis.Bart.*cons.*191.*Domino Paci,libr.*1.† Declara,vt procedat,quando fama est orta ex verisimilibus,de quibus testes fa- 83
ciant mentionem,alias nunquam sola fama sufficit, nec ad probandum,nec ad releuandum ab onere probandi, Bald.*cons.*122. *Vtrum dictus processus,n.*4.*lib.*3.† Transfert tamen onus probandi
in aduersarium.Fulgos.*cons.*137.*ver.circa secundum*, vbi loquitur in filiatione probata per famam, & in morte probata per famam. 84
† Limita;quia ad probandum maleficium nõ sufficit fama. Bald. *cons.*140.*Factum se habet,in princ.lib.*4.Io.de Anan.*cons.*59.*n.*3.vbi
* dicit communem * Cast.*cons.*299. *Visa inquisitione, col.*2.*n.*2.*lib.*1. 85
† Extende; quia fama non probat, etiam si agatur ciuiliter de crimine.Ioan.de Anan.*consi.*59.*n.*3.† Restringe;quia bene in crimi- 86
nalibus fama sufficit ad inquirendum.Ioan.de Anan *d.cons.*59.*n.* 87
3.† Limita; quia regulariter fama non probat, sed probationem 88
factam coadiuuat.Bart.*cons.*92.*In quæstione.n.*4.*lib.*1.Castr.*d.cons.* 89
299.*num.*2.*lib.*2.† Limita, quia regulariter fama non probat, nisi semiplene.Dyn.*cons.*46.*nu.*4.*ver.item de iure.* vbi apostilla dat concord.Alexan.*cons.*90.*In causa,& lite.num.*5.*in fin.& num.*6.*ver.non*
*obstat,lib.*2.*decis.Tholosan.*308.*cum sequent.* Vide plenius per Masard.*Concl.*754.*Fama an semiplenam probationem faciat.*vbi late, in quibus non probet semiplene, vide eum.† Declara;quia vt fama 90
probet semiplene,oportet, quod habeat originem à causis probabilibus,alias si fama simplex est,nõ probat semiplene. Alex.*d.* *cons.*90.*n.*6.*lib.*2.†Declara;quia fortior est probatio per vnum te- 91
stem semiplenã,quam probatio per famam.Socin.*cons.*270. *Consideratis iis,n.*3.*verb.nam vt dicit Abbas,lib.*2.sequitur apost.ad *cons.* *Dyn.*46.*n.*4.*in verb.per famam.* † Limita,quia regulariter sola fama 92
non facit indicium ad torturam. Bald.in *l.milites.C.de quæst.* apostil.ad Castrens.*cons.*299.*ver.coadiuuat.lib.*2.† Restringe,nisi sit fa- 93
ma vehemens;quia tunc bene facit indicium ad torturam in criminalibus.Bart.in *d.cons.*191.*Domino Paci,lib.*1.sequitur apostil.ad Castr.*cons.*299.*n.*1.*lib.*2.*in ver.coadiuuat*,& dicitur vehemens arbitrio iudicis,vt per Bart.*d cons.*191. & Bartol. sequitur Baldus *cons.* 94
465.*in fin.lib.*4.Bart.*cons.*281.*lib.*1.† Maxime, quando cum fama concurrit denunciatoris attestatio, vel relatio cum iuramento. Bartol.*dict.cons.*191.*&* 218.*in fin.libr.*1.sequitur Alexand.*cons.*5.*n.*3. *libr.*1.late Marsil.in *praxi* §.*diligenter,num.*18.*& sequ.*vbi distinguit. 95
† Restringe;quia fama facit indicium ad torturam, quando constat,quod habuit initium ab honestis personis. Bald. in *cap.*1. §.*i-*
*tem si vasallus de controuer.innestit.in vsib feud. col.*fi.quem ad hoc citat 96
apostilla ad Cast.*d.consil.*299.*n.*2.*lib.*2.*in verb. coadiuuat.* †Declara; quia fama potest esse ita vehemens, quod sola probet, vel sola sufficiat ad indicium pro tortura, quandoque non,ideo iudicis arbitrio remittitur.Bartol.*dict. consil.*191.*per tot.lib.*1. quod duplicatur *consil.*218. *An fama.lib.*1. Vide plene per Masard. *Conclusione* 753. *Fama regulariter*, vbi ponit regulam negatiuam; quia fama non

ma non probat,& ampliat duobus modis, & limitat 32. modis,
97 quem videas.† Limita; quia fama nō probatur ex eo,quod testis
in fine examinis super vltimo articulo dicat de prædictis omnib⁹
esse famam publicam,nisi prius in specie hoc deposuisset, & ita
8 *& quamuis.* † Restringe; quia sicuti est reo fauendum in exceptione; quia exceptio fauorabilis; ita etiam actori replicanti fauẽdum in replicatione; quia replicatio est fauorabilis, prout exceptio se-

* cundum* communem, de qua Alexand. *consil.* 235. *Post redditum, in*

9 *fin. num.* 11. *lib.* 6. † Amplia; quia in dubio fauendum est possessoribus. *l. vti frui. ff. si vsufruct petat.* Castren. *consil.* 81 *In causa. quæ vertitur, col.* 2. *in prin. lib.* 2. vbi, quod possessores sunt potiores, licet nullum ius habeant, si actor non probat, & idem dicit clare Roman.

10 *consil.* 156. *Honorande Domine, in princ.* Vide, *Conditio melior cuius sit in pari causa. Conclus.* 603. † Extende; quia fauorabilior est causa rei in absolutione, quam actoris, vt reus condemnetur. Roman. *d. cons.*

11 156. *in pr. vers. secundo præmitto.* † Amplia; quia in pari causa turpitudinis, prout si tam actor, quam reus instrumenta, vel testes fallos produxerunt, vel vsi sunt, adhuc melior esse debet quoad causam

12 illam. Alexand. *cons.* 108. *in fi. lib.* 6. † Amplia; quia si testes à diuersis partibus producti pares numero, & qualitate, fauorabilior est causa rei; quia tunc lex mandat absolui, *c. in nostra, cum ibi not. de testibus.* ita Rom. plene *d. cons.* 156. *Honorande Domine, n.* 2, *ver. tertio præmitto*, vbi plena apost. *in ver. causa rei.* † Ratio est; quia cum probationes reddantur dubiæ, & dubia probatio non releuet; ergo reus

13 debet absolui. Rom. *d. cons.* 156. *num.* 2. *ver. & huius est ratio.* † Extende, vt procedat, etiam si testes possent ad cõcordiam reduci; quia non vt probent, sed vt falsum euitent. Rom. *d. cons.* 156. *num.* 2. *ver.*

14 *quinimo posito.* † Extende, etiam si pro actore concurrat aliqua præsumptio; quia sicuti vna præsumptio tollit aliã, multo magis tollitur ex probatione rei, & ex aliis præsumptionibus. Rom. *d. consil.*

15 156. *colum.* 2. *vers. nec prædictis refragatur, vsque in fin.* † Restringe in fauorem fisci, etiam actoris; quia si pares probationes actoris fisci & rei, præfertur probatio fisci, sicuti in fauorem Ecclesiæ. Ias. *in l. de die. in princ. num.* 3. *ff. qui satisd. cogant.* vbi declarat procedere, vbi fi-

16 scus non tractat de lucro, prout est condemnatio, confiscatio, vel

17 causa criminalis. † Restringe in causa pia & fauorabili. Ias. *d. l. de die,*

18 *in fin. princip. ff. qui satisd. cogan.* † Restringe, quando agitur de iurisdictione iudicis fundata; quia si oritur dubietas super probationibus, in dubio pro iurisdictione præsumitur, Ias. *d. l. de die, in fin.*

princip. ff. qui satisd. cogan. Vide, *Actore non probante reus absoluitur. Conclusio.* 117. Vide, *Actori fauendum, & in quibus. Conclus.* 120. Vide *in ver. Equalitas in iudiciis non seruatur, quia reo plus fauetur. Conclusio.* 307. Vide, *in ver. Equalitas in iudiciis seruanda. Conclusio.* 306. Vide Conclus. proxim. seq.

Fauendum est probationibus accusati. Concl. 86.

1 FAVORABILIOR † est probatio accusati, quam accusantis.
2 Oldrad. *consil.* 145. *Quæritur, si testes, in fin.* † Extende; quia in pari causa probationis est fauendum probationi rei, vt in Concl.
3 prox. præced. † Et quia neutro probante reus absoluitur. Vide, *Actore non probante reus absoluitur. Conclusio.* 117. vbi latissime. † Prohi-
4 bentis melior conditio est in pari causa. Oldr. *cons.* 122. *Citato Capitulo, in fi. ver. præterea.* Vide, *Prohibentis melior conditio in pari causa, & quando secus. Concl.* 893. Vide, *Equalitas in iudiciis non seruatur, & quando. Conclus.* 307.

Fauendum Ecclesiæ, & piæ causæ, & quando. Concl. 87.

1 ECCLESIÆ †& piæ causæ fauendum; ideo valet contractus, testamentum, & donatio facta Ecclesiæ & piæ causæ, etiam si non sit seruata solemnitas statuti laicorum. Bald. *in l. generali t. col. fi.* vbi Castren. *C. de Sacrosanct. Eccles.* Socin. *consil.* 80. *num.* 5. *& sequ. per*
2 *tot lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si pia causa secundario ieu-

tiat commodum; quia fauendum est piæ causæ, vide pro vtraquẽ parte Soc. *cons.* 80. *num.* 5. *& seq. lib.* 1. † Restringe tamen, vt proce- 3
dat, quãdo contractus respiceret præiudicium tertii, prout quod pater donaret Ecclesiæ legitimam debitam filiis; quia magis fauetur filiis, quam piæ causæ. Bart. *in l.* 1. *C. de sacros. Eccl. c. quicunque.* 14. *q.* 4. nam magis fauendum est filiis hoc casu. Bart. *in auth si qua mulier. C. eodem.* Vide, *Animæ fauore multa speciali introducuntur. Conclus.* 333. Vide, *Piæ causæ in dubio fauendum. Concl.* 337. Vide plenius *in ver. Religioni fauendum est, & piæ causæ. Concl.* 134.

Fauorabilis dispositio dicitur ex multis Concl 88.

CONCESSIONES † feudales, cum sint beneficia Principum, dicuntur fauorabiles dispositiones, & late interpretantur contra concedentem. Natta *cons.* 464. *num.* 4. *& sequen & n.* 1
11. *& sequen.* Vide, *Feudum quid sit. Conclus.* 104. *num.* 18. *& seq.* † Et omne priuilegium respectu concedentis dicitur beneficium, & la- 2
te interpretatur contra concedentem, licet contra tertium secus. Ias. *in l. fin. num.* 19. *& seq. ff. de constit. Princip.* † Et donatio est fauora- 3
bilis dispositio, & contra donantem late interpretatur. Vide, *Donatio qualiter interpretanda. Conclus.* 626. † Motus proprius Principis 4
reddit gratiam fauorabilem, & ampliandam. Natt. *consil.* 652. *nu.* 8. Rolan. à Val. *consil.* 67. *num.* 90. *& seq. lib.* 3. † Extende etiam in dis- 5
pensatione, quæ de sui natura est odiosa, si fiat motu proprio, erit quoad concedentem fauorabilis. Gabr. *lib.* 6. *tit. de clausul. Concl.*
2. *num.* 61. *cum sequ.* † Remuneratoriæ dispositiones sunt fauorabi- 6
les, & late intelligendæ, etiam si sint circa materias strictas de sui natura. Natt. *d. cons.* 652. *num.* 6. Tiraquell. *in l si vnquam. in ver. donatione largitus. num.* 48. *& n.* 85. *C. de reuoc. donat.* † Dotis causa fauo- 7
rabilis est, & late interpretatur pro dote. Socin. *consil.* 32. *nu.* 21. maxime *in fin. vers. icul. nec enim conueniens est lib.* 1. Roland. à Vall. *consil.*
86. *num.* 36. *lib.* 1. Ceph *consil.* 583. *num.* 11. *& seq.* Vide, *Dotis fauor est interpretatio in dubio. Conclus.* 741. † Dispositio omnis respiciens pie- 8
tatem, siue vtilitatem publicam dicitur fauorabilis. Alexand. *cons.*
75. *Videtur nu.* 3. *lib.* 5. Vide, *Odiosa materia restringitur & qualiter, &* 9
quando secus. Conclusio. 67. † Item quando dispositio noua reducit nos ad ius commune antiquius; quia licet sit in materia correctoria, vel pœnalis, dicitur tamen fauorabilis. Alexand. *dict. consil.* 75.
num. 5. *vers. icul. pro hoc. lib.* 5. vbi apostill. dat concordan. plures *in ver. larga.* † Et legatum, quod vsufructuarius possit gaudere vsufru- 10
ctu, dicitur dispositio fauorabilis ipsi vsufructuario; ideo operatur augmentum legati, vt propria authoritate possit habere. Alexand. *consil.* 214. *Ponderatis. num.* 2. *ver. patet ex illo verbo, lib.* 6. † Idem 11
in relicto possessionum, licet adiiciatur, *in gaudimentum*; quia illa verba respiciunt fauorem legatarii, nõ restrictionem legati. Alexand. *dict. consil.* 214. *num.* 2. *versic. vnde Baldus. lib.* 6. † Item, si testator 12
reliquit vsum fructum vxori, quod habeat, & gaudeat, vt supra; quia licet legans addiderit *percipiendo, & habendo alimenta toto tempore vitæ suæ*, non restringit ad alimenta, sed augent illa verba; prout dicimus de eo, qui accusat Titium, quod contra eum fecit insultum proiiciendo lapidem; quia illa verba stant augmentatiue, *fecit insultum, & proiecit.* Alex. *dict. consil.* 214. *n.* 10. *versic. nec prædicti obstat. lib.* 6. vbi, q̃ multa sunt priuilegia alimẽtorum, quæ voluit testator cumulare vsufructuario. † Imo dicit ibi Alex. *d. consil.* 214. *n.* 13
12. *versic. & vbi dicta verba lib.* 6. quod etiam si non augerent, ex quo sunt posita ad fauorem legatarii, non possunt minuere. † Idem; 14
quia legatum factum Titio de fundo Seiano ad se alimentandum non restringit legatum fundi ad sola alimenta. Alex. *consil.* 223. *n.* 5.
lib. 2. plenius *consil.* 214. *Ponderatis. num.* 12. *ver. & vbi dicta verba lib.* 6.
Vide, *Beneficium principis late interpretatur. Concl.* 49. *cum duabus aliis*
Concl. ibi seq.

Fauorabilis dispositio late interpretatur. Concl. 89.

FAVORABILIS † dispositio late interpretatur. *ca. odia, de regul. iur. in* 6. † Amplia in tantum, quod dispositio fauorabilis, 1
quæ non præiudicet tertio, loquens generaliter etiam de præsenti comprehendit futura. Calder. *cons.* 1. *de constit. per tot.* Vide, *Dispos.* 2
tio generalis loquens de præsenti quando trahatur ad futura, vel non. Conclusio. 491. † Amplia; quia extensio fit etiam in dispositione ficta, 3
quando materia est fauorabilis. Gemin. *consil.* 66. *num.* 5. *col pen. ver. quia respondetur.* † Amplia; quia fauorabilis dispositio, prout con- 4
cessio exemptionis, & facultatis fabricandi molendinum concessa Titio, & hæredibus, & successoribus suis, comprehendit etiam singularem successorem, qui forte in materia odiosa non veniret. Alexand. *consil.* 193. *Ex themate. num.* 3. *ver. ex quibus. lib.* 2. † Et dictio 5
alternativa ; *prout, seu, vel, aut*, & similes, quæ distinguntur de sui natu-

habita in materia fauorabili, prout in legatis, in donationibus, & beneficio Principis stant augmentatiue. Alex. *d. consil. 193. n. 3. & 4. ver. nemo ad secundum. lib. 2.* vbi pleniss. apost. in *ver. augmentatiue*, dat plurimos concord. & dicit, quod legatum factum filię de prædio 6 rustico, seu ædibus vrbanis includit & prędium, & ædes. † Declarat tamen apostilla ad Alexan. *d. consil. 193. nu. 4. in verb. augmentatiue. lib. 2.* procedant prædicta, quando res legatæ, seu donatæ per distinctum (seu) sunt contiguæ; secus si separatæ, allegat Bald. 7 *in cap. in terras. col. 2. de rese.* † Et priuilegium concessum Titio pro se, heredibus, & successoribus construendi super canale domum, seu quodlibet aliud ædificium cum molendino, seu gualcheria, potestatem dat ædificandi molendinum solum, & gualcheriam solam, & simul etiam molendinum, & gualcheriam; q uia dictio (seu) stat augmentatiue. Alex. *d. consil. 193. n. 3. & 4. ver. venio ad secun-* 8 *dum. li. 1.* † Amplia; quia ex lata significatione, & impropria in materia fauorabili filiorum appellatione veniunt nepotes; secus si 9 materia est odiosa. Alex. *consil. 104. Considerationi. n. 8. lib. 2.* † Auus ve- 10 nit appellatione patris. *l. iusta. ff. de ver signif.* † Fratres appellantur filii fratrum eum adiuncto fratres patrueles, & in materia lata, & fauorabili cõtinentur, imo etiam in materia statuti, quando mẽs statuentium concurrit, vt quia fauor agnationis conseruandæ est causa dispositionis. Alex. *d. consil. 204. n. 11. ver. nec dicatur. lib. 2.* vbi, 11 quod ex lata significatione continentur. Vide, *Fratris appellatione qui veniant, vel non Concl. 448.* Vide, *Patruus quis proprie dicatur, & qui patrueles fratres Concl. 158.* † Masculinum concipit fœmininum se- 12 cundum Alex. *d. consil. 204. n. 9. ver. & similiter. lib. 2.* vbi dicit hoc esse in materia fauorabili, & late interpretanda, secus in contractu se- * cundum magis * communem opinionem. Vide, *Masculinum con-* 13 *cipit fœmininum, & quando secus. Concl. 101.* † Amplia, quia in contra- 14 ctibus licet stricta fiat interpretatio; tamen in vltimis voluntatibus sit latior, in donatione, & beneficio sit latissima. *cap. cum dilecti, de donat.* Vide, *Donatio qualiter interpretetur. Concl. 626.* † Limita, quando detrahere retur pariter fauorabili; quia vnum non extenditur, vt alteri præiudicet. Io. de Im *consil. 140. n. 3.* Vide, *Beneficium* 15 *Principis late interpretatur. Concl. 49.* Vide, *Odiosa materia restringitur & qualiter. Concl. 67.* Vide, *Verba restringuntur in materia odiosa, quæ a-* 16 *liàs late interpretarentur. Concl. 124.*

Fauorabilis dispositio odium operari non debet, neque è conuerso. Concl. 90.

1 NOVCTA † ad fauorem vnius non debent odium operari. *l.* 2 * *quod fauore. C. de legib.* † Extende in casu contrario; quia inducta in odium & damnum non debent operari commodum, vel fauorem. Anch. *consil. 141. nu. 4.* Abb. *consil. 85. In præsenti. colu. fi. ver. venio* 3 *nunc. lib. 1.* vbi clericus effectus bigamus in pœnam subiicitur seculari, & nudatur priuilegio clericatus, sed quoad causas pendentes coram Ecclesiastico ante bigamiam, non potest declinare forum. 4 Vide, *Dolus, & culpa non debet patrocinari doloso, & culposo. Concl. 581.* † Amplia; quia obligatus soluere dotem mulieri si promittat solvere intra certum terminum, & si non soluat, promittit dare in so- 5 lutum certum prædium, nõ liberatur post terminum, volens dare prædium, si mulier velit dotem; quia ad fauorem creditoris obligatio facta fuit. Dec. *consil. 12. Et pro tenui facultate mea, ac temporis an-* 6 *gustia, per tot.* † Extende, vt per Barba. *consil. 15. nu. 28. & seq. lib. 2.* vbi promittens soluere, vel dare pignus intra certũ terminum lapso termino, si velit dare pignus, non auditur; quia electio exigendi 7 est creditoris, electio soluendi est debitoris. † Extende; quia vbicunq; pactum est appositum ad fauorem creditoris, non debet o- 8 dium operari. Ideo si debitor, vel fideiussor promisit soluere, vel consignare principalem, non liberatur, si consignet principalem; 9 quia illud est fauore creditoris. Barbat. *d. consil. 15. n. 3. li. 2.* † Amplia; quia licet alternatiua debiti sit debitoris, tamen secus est, quando alternatiua inducitur ad fauorẽ creditoris, vt si debitor promit- 10 tit soluere intra 10. dies, vel dare pignus, certe dando pignus non liberatur. Dec. *d. consil. 12. in pr. ver. 2. probatur*, vbi ponit multa simi- 11 lia. † Extende in casu conuerso; quia licet copulata plures semper debeant concurrere; quia copula coniungit; tamen distinguitur, an materia sit fauorabilis, vel odiosa, vt si fauorabilis, nõ coniungat, sed augeat, si odiosa, secus, exemplum in legato facto Doctoribus legis, & medicinæ; quia copula qualitatis medicinæ auget, vt dentur legatum simplicibus Dd. legis, & simplicibus medici- 12 næ. Alex. *consil. 20. Ponderatis. nu. 6. & seq. ver. tertio præsuppono. lib. 3. &* 13 *consil. 10. n. 14. & seq.* maxime *n. 16. ver. & ibi dicunt, eodem lib. 3.* † Amplia; quia ciues comitatus si fuerunt facti exempti à Ciuitate, non 14 perdunt priuilegia Ciuitatis; quia fauor non debet odium operari. Castr. *consil. 307. Quod non retineant. col. 2. ver. tertio ad idem lib. 2.* † Idem in scholare effecto ciue per statutũ si, quia intelligitur quoad commoda, non quoad incõmoda, ne fauor odium operetur. Castrens. *d. consil. 307. colum. 2. ver. tertio ad idem lib. 2.* † Amplia in fisco, cui condemnatus est reus ad centum soluen. certo termino, alias amputetur sibi manus, licet debitor condemnatus lapso termino non possit soluere summã; quia debet sibi manus amputari. Bar. in *l. cum duobus. §. idem respondet, ff. 2. ff pro socio*, tamen si fiscus, ad cuius fauorem amputatio manus inducitur, velit potius pœnam pecuniariam, potest ad illam agere. Aretin. *consil. 89. Placet mihi*, quem sequitur Dec. *d. consil. 12. col. 3. ver. non obstat, quod notat Bart.* † Amplia 11 in sententia; quia condemnatus ad vendendum Titio pro tanto, si Titius non vult vti beneficio sententiæ, non potest condemnatus velle vendere eidem inuito; quia fauor odium operatur, & è conuerso. Boer. *decis. 58. & præsuppono nu. 7.* † Amplia in contractu 12 dationis in dotem, vel venditionis; quia si fiat pactum, quod teneatur venditor redimere pro eodem pretio, tale pactum operatur, quod teneatur volente emptore, alias non; quia alias odium operaretur emptori, si posset compelli; cum tamen ad eius merũ fauorem fuerit appositum. Dyn. *consil. 1. In quæstione, quæ vertitur, per* 13 *tot.* maxime *in pr.* vbi est casus. † Extende; vt idem sit in casu contrario; quia inducta in odium alicuius non debent fauorem operari. Dyn. *d. consil. 1. in prin. ver. in contrarium.* sequitur Anch. *consil. 141.* 14 *num. 4.* vbi allegat hoc consilium Dyni. † Amplia in eo, qui tenetur de euictione; quia si fecit pactum emptori de soluendis centum in casu molestiæ, non potest compellere emptorem, vt molestatus teneatur recipere centum; quia ista promissio facta ad sui fauorem non arctat eum. Bald. *consil. 343. Punctus quæstioni. lib. 4.* vbi tamen, quod cum sit pœna conuentionalis, non poterit emptor agere ad maius interesse, quam conuentum. Vide, *Euictione obliga-* 15 *tus ad quæ teneatur facta denunciatione. Concl. 355.* † Amplia in obligato ad aliquid sub pœna apposita in odium moræ, & ad fauorem creditoris; quia debitor non liberatur, licet velit soluere pœnam. Bald. *consil. 309. Punctus. super quo. lib. 4.* † Amplia in eo, qui ex priui- 16 legio honoris portat diuisam imperatoris, vel Principis, seu habitum vestitus; quia si capitur ab hostibus Imperatoris, dicitur male captus; quia concessa in honorem, & fauorem, non debent odiũ reportare. Roman. *consil. 382. Quoad primum. num. 6. vsque in fin. ver.* 17 *quoad tertium.* † Extende; quia non validatur captura ex eo, quod Imperator Dominus mundi habet captum pro subdito; quia captura solum potest substineri, si vere esset subditus, exhibendo subiectionem in specie. Roman. *d. consil. 382. in fin.* † Amplia; quia 18 actus nullus ad fauorem certæ personæ non potest allegari nullus in odium eius, cuius fauore nullitas inducitur; quia potest sanare illam. Angel. *consilio 43. Fratres Seruorum. num. 2. versicul. con-* 19 *cludo.* Bartol. *consil. 159. Visa quadam constitutione. num. 6. & 7. versicul. tertio videndum. lib. 1.* Vide, *Nullitas causata ad fauorem certæ perso-* 20 *næ ab eadem persona sanari potest. Conclus. 145.* † Extende; quia pacta concordiæ ad fauorem creditoris, si non seruantur à debitore, non potest debitor allegare nullitatem concordię in damnum creditoris, ad cuius fauorem inducitur nullitas ex non obseruantia. Anchar. *consil. 141. Super prædicto, in princip.* † Extende; quia sta- 21 tutum inducens certam solemnitatem ad fauorem mulierum contrahentium, si mulier sine solemnitate constituit procuratorem, & eo mediante obtinuit sententiam fauorabilem, non potest condemnatus dare de nullitate; quia ad fauorem mulieris est inducta solemnitas; ergo odium generare non debet. Castr. *consil. 119. Videtur dicendum. num. 2. versi. quantum ad secundum. lib. 2.* † Declara, quia bene repelleret procuratorem talem agentem 22 exceptio, *tu non habes mandatum legitimum*, quando ante sententiam opponeretur, secus si post sententiam. Castr. *d. consil. 119. in fin.* *lib. 2.* † Amplia; quia si auferatur aliquid ab aliquo, & eidem fit alia concessio in recompensam, in dubio iudicatur fauorabilis, & 23 non debet reduci ad sensum, vt noceat; quia inducta ad vnum finem non debent contrarium operari. Roman. *consil. 328. Præsens consultatio. n. 4. vers. secundo casu.* † Amplia; quia verba magis extenduntur, quando sunt prolata super futuro euentu, quam quando habent effectum de præsenti. Alexand. *consil. 37. Viso themate, in* 24 *fin. lib. 6.* † Amplia; quia licet *l. quoniam in prioribus. Cod. de inoff. test.* amoueat omnem conditionem appositam in legitima filiorum fauore ipsorum filiorum; tamen si conditio sit fortuita, & reddens testamentum nullum, non potest in odium filii allegari, quod sit validum, vt habeatur pro non apposita conditio. Angel. *consil. 120. Domina Antonia. numer. 3. ver. non obstat, quod dixi.* † Amplia; quia libertus annulo aureo donatus ab Imperatore re- 25 putatur ingenuus quoad fauorabilia, secus quoad odiosa. gloss. *l. 2. Cod. de iure aureo. annul.* Roman. *consil. 382. in fin. versicul. ad idem.* † Amplia in priuilegio; quia si is qui est exemptus de iure com- 26

muni ab omnibus oneribus, impetrat priuilegium exemptionis quoad certa onera, non censetur renunciare priuilegio generali, quod habet de iure communi; quia inducta ad fauorem non debent odium operari. Dyn. *consil. 53. Quæstio talis est, super eo, in fi. vers.*
27 *ad id autem.* † Amplia; quia verba posita ad fauorem meum semper debent augere dispositionem ad fauorem meum, quod si nõ possunt augere; quia hoc non important; non tamen possunt minuere. Alexand. *cons. 214. Ponderatis. n. 11. & 12. ver. & quamuis. lib. 6.*
28 † Amplia in legato domus ad habitandum; quia censetur legata proprietas; quia quando aliqua conditio, vel modus adiicitur ad fauorem legatarii, legatum nõ restringitur. Alex. *cons. 223. in fi.* vbi
29 apostill. declarat. *n. 5 lib. 2.* † Amplia in Ciue Mantuano effecto, qui erat de Comitatu; quia non perdit priuilegia, & honores Comitatus, quin inducta ad augendum non minuant. Alex. plene
30 *cons. 32. Visa concessione. lib. 5. per tot.* Deci. *cons. 457. n. 10. & seq.* † Contrarium Soc. *cons. 288. lib. 2.* quia nõ substinens onera nõ debet ha-
31 bere cõmoda. † Declarat Alex. *d. cons 32. n. 10. lib. 5.* vt procedat de iure communi, nullo extrinseco priuilegio dato; quia qui nõ sentit incommodum, non debet participare de commodo; secus si superueniat priuilegium hoc concedens. & apost. ad Alex. ibi in
32 *ver. priuilegium.* citat Ang. *cons. 151. Generosus. col 2.* † Declara, vt per
33 Socin. Iun. *cons. 12. lib. 3. per tot.* † Declarat Ruin. *cons. 112. n. 10. ver. nec prædictis obstat. li. 5* vbi dicit, quod ciuis origine remanet ciuis, licet obtineat exemptionis priuilegium; secus si esset ciuis ex priuile-
34 gio, & obtineret exemptionem. † Extende; quia si statutum dispõnit, q̃ scholares tractentur vt ciues, intelligitur quoad commoda, non quoad incommoda; & ideo si scholares ex priuilegio
35 sunt ciues, non possunt ibi conueniri pro debitis alibi contractis. Alex *d. cons. 32. n. 3. & seq. lib. 5.* † Idem in Doctore, qui legit 20. annis, qui efficitur Comes, non perdit emolumenta, & habilitates ad officia, quæ habebat tanquam popularis. Alex. *d. cons 32. n. 5. lib.*
36 *5.* † Et è conuerso statutum Florentiæ, quod nobiles compellantur effici populares, non perdunt suam nobilitatem. Alex. *d. cõs. 32. n.*
37 *6. lib. 5.* † Et honor, & dignitas superueniens quamuis augeat statũ, non facit perdere conditionem priorem; ideo Doctor non desinit esse tabellio, prout erat, monachus factus Episcopus non desinit esse Episcopus effectus, Senatus non perdit domicilium, & alia priuilegia. Alex. *d. cons. 32. num. & seq. lib. 5.* vbi apostilla in *ver. honor.*
38 dat concordantes. † Amplia etiam in Hebræo; quia disposita ad eius fauorem, puta quod posset se facere satisfacere de mense in mensem, non potest operari, quod si non fuit satisfactus, non habeat vsuras concessas; quia inducta in fauorem Hebræi non debent operari contrarium. Alex *cons. 8. nu. 7. lib. 6. ver. nec obstat, si di-*
39 *ceretur.* † Amplia; quia promittens soluere dotem ad omnem voluntatem mariti incurrit moram sine interpellatione regulariter, necilla verba operãtur, quod debeat fieri interpellatio; quia sunt
* ad fauorem creditoris posita. Corn. *cõs. 145 n. 8 lib. 2.* vbi de* com-
40 muni. † Amplia; quia licet conuentum sit in odium nõ seruantis contractum, quod propter inobseruantiam cõtractus sit nullus; non tamen erit nullus ad fauorem non obseruantis; quia contrarium operaretur, & ex mora sua sentiret commodum. Ancharan.
☞ plene *cons. 141 in princ.* Vide, *Mora debet nocere moroso. Conclus. 380.*
41 † Amplia; quia creditor habens tenutam bonorum debitoris nõ prohiberetur obtinere capturam personæ, & è contra, quando de-
☞ bitum habet exequutionem paratã. Vide, *Creditor potest exequi fa-*
42 *cere contra debitorem pluribus modis. Concl. 1063.* † Amplia; quia debitor obligatus intra certum terminum facere, & interim, donec faciat, teneatur ad certum quid, compellitur facere, & potest gtauari pro non facto; quia prouisio illa, & interim teneatur ad certum quid, donec faciat, est ad fauorem creditoris, quæ nõ potest contra eum retorqueri. Dec. *cons. 12.* & est text. in §. 1. *Inst. de legat.* Cast. *cons. 52. col. 2. ad fi. lib. 2.* text in *l. cum duobus. §. idem respondit, il secondo. ff. pro socio.* Bald. in *l. omnis oriæ. C. de pactis inter empt. & vendit.* Ex-
43 tende; † quia obligatus debitor soluere, seu loco solutionis possit consignare tot nomina debitorum ad electionẽ sui creditoris, si interpellatur; vt consignet, si recusat, post litem contestatam perdit electionem eius, quod est in facultate soluendi. Bart. in *l. si stipulatus fuero decẽ in melle ff. de solut.* nec obstat, quod creditor haberet electionem, & non elegerit; quia cum sit in facultate illius mera positũ, & sic ad sui fauorem merum, nõ potest obiici, vt noceat; quia potest renunciasse, vt per Decium *cons. 333. ad fin.* Corn. *consil.*
44 *299. lib. 3.* † Amplia; quia beneficiũ abstinendi concessum à prætore filio in potestate existẽti fuit ad fauorem filii, ne obligaretur inuitus creditoribus paternis: Igitur non debet odium operari, vt tollat suitatem, & beneficia suitatis. Cast. *cons. 356. Postquam iste tu-*
45 *tor. n. 2. col. 1 in fi. lib. 1.* † Amplia, quia concessum doti in priuilegiũ, quod quæsita ex pecunia dotali sint dotalia, intelligit, si expedit doti, & vtile magis est mulieri. *l. ex pecunia dotali. C. de iur. dot. l. ita cũ stante. ff. eod. cum ibi notat.* † Amplia; quia statutum Florentiæ factũ 46
ad fauorem fideiussorum, quod releuẽtur indemnes, licet postea generaliter loquatur, quod aliquis nõ possit in causa, & processu huiusmodi appellare; tamen debet intelligi de appellatione obligati conseruare indemnem, nõ autem, quod fideiussor non possit ipse appellare; quia statutum fauore fideiussorum non debet odium operari, & generalia verba debent restringi secundum fauorem, ad quem tendit statutum. Cast. *cons. 258. Si bene consideretur. lib. 1.* † Extende maxime, quando fideiussor appellauit, & iudex 47
appellationis pronũciauit appellationem deuoluere, & transiuit in iudicatum. Cast. *d. cons. 258. n. 2. & seq. vers. posito autem, lib. 1.* † Et 48
statutum, quod fœmina dotata non succedat cum masculis ab intestato habet locum multo magis ex testamento, quando patet instituit masculos; quia vltra statutum habet voluntatem patris, quæ non debet odium operari, cum sit ad fauorem. Cast. *cons. 363. Si statutum, in fi. lib. 1.* † Amplia in tantum, quod illa interpretatio, 49
quæ fieret contraria, diceretur odiosissima, ideo omnino fugienda. Abb. *cons. 31. Circa primum. col. 2. vers. & hæc interpretatio. lib. 2.* vbi loquitur in statuto Aretino disponente, quod in causis minorum ad euitanda dispendia litium fiat compromissum, & quod à laudo non appelletur, neque possit dici de nullitate, neque de iniustitia; dicit ipse, quod licet tollatur restitutio in integrum, debet intelligi de restitutione ex modica læsione, quæ competit minori, non de magna, quæ competit maiorib. de iure communi, nec retorqueatur statutum fauore minorum in odium eorum, alias esset iniquum. † Amplia; quia caducitas inducta, si emphyteuta a- 50
lienat emphyteusim, vel nõ soluat canonem; ex quo inducta est fauore domini, non potest induci contra eius voluntatem, sed ipso volente, quod valeat emphyteusis, non obstante caducitate valebit. Anto. de But. *cons. 22. nu. 2.* vbi ponit idem in Ecclesia alienante sine solemnitatibus; quia non valet alienatio fauore Eccle. siæ; sed si ipsa Ecclesia velit, quod valeat, valebit; idem in eo, qui dolum adhibuit in contractu bonę fidei; quia non valet ad sui fauorem, sed bene valet ad sui odium. Vide, *Claudicatio non admittitur, & quando secus. Conclus. 287.* † Amplia; quia coloni fauore est 51
inductum, quod si locator non præstat patientiam, teneatur ad interesse; & hoc in pœnam. Ideo non potest locator velle soluere interesse conductori, & illum expellere; quia retorqueretur in odium conductoris illud, quod in sui fauorem est cõcessum. Ang. Aret. *cons. 70. Videtur primo. n. 25. ver. præterea & hoc.* † Limita multis 52
modis, vt per Surd. *cons. 294. n. 21. & seq. vers. minus refragatur.* vbi dicit hoc procedere, quod non potest fauor odium operari principaliter, sed secundario, vel ex necessitate, quæ venit in necessariam consequentiam, bene potest. † Qualiter probetur inductum esse ad fauorem vnius potius, quam alterius? dicas secun- 53
dum Iaſ. in *l. petens. n. 19. ver. tu dic. C. de pact.* quod inspicitur, cui acquiritur actio, & illius fauore censetur dictum. Vide, *Alternatiua* ☞
dat electionem debitori, Conclus. 316. n. 14. Vide, *Inducta ad vnum finem non debent contrarium operari. Concl. 103.* Vide, *Ordinata ad vnum effectum non debent contrarium operari. Concl. 180.*

Fauore alicuius si quid dispositum, conditio, & modus illi non nocent. Concl. 91.

LEGATVM, † & dispositio facta sub modo regulariter non 1
habet effectũ, nisi modus impleatur, vel caueatur de implendo. Imo. *cons. 136. In causa quæritur, in prin.* tamen si modus respiciat fauorem legatarii, vel eius, pro quo disponitur, non tenetur cauere de implendo, neq; cauere, Bar. in *l. quibus diebus. §. Termilius. n. 14. ff. de condit. & demonstr. l. Titio, in pr. ff. eod.* † Declara, quia si respicit 2
modus fauorem etiam disponentis, vel tertii, non habet locum *l. Titio.* per text. in *l. Quintus. §. Pomponius. ff. de annuis legat.* † Extende; 3
quia licet prohibita alienari non veniant in confiscatione, bene veniunt, quãdo prohibitio est ad fauorem personæ, quæ alienare prohibetur. Natt. *cons. 528. in pr.* Vide, *Confiscatio quid sit. Concl. 712.* ☞
& sic alienare potest. † Extende; quia licet conditio importet 4
causam finalem, vt ea nõ impleta nihil ponat in esse, fallit, quando est apposita verbis prolatis ad fauorem recipientis; quia est 5
causa impulsiua. Vide Dictio. *pro*, quid importet. *Concl. 342.* † Extende; quia licet legatum in libera voluntate alterius non valeat, bene valet in libera voluntate legatarii; imo licet dicatur, *cum voluerit*, vel *si voluerit legatarius*, licet moriatur nõ facta declaratione, ta- ☞
lis conditio non facit caducum legatum. Bart. in *l. 1. n. 2 ff. de leg. 2. & in l. seruus. nu. 1 ff. de ver. oblig.* Vide, *Conditio potestatiua quæ dicatur, & quid operetur.*

Conclus. 581.

Felix quem faciunt aliena pericula cautum. Concl. 92.

FELIX, † quem faciunt aliena pericula cautum. Lap. *all.* 94. *in fin. n.* 7. Hinc solet dici, *periculum alienum facit me exemptum à periculo.* † Item illud proverbium: *Ad malos passus semper honora compagum.*

Felonia vt probetur per dominum contra vasallum, requirit quinque testes omni exceptione maiores. Conclusio.

VIDE † Mascard. *concl.* 761. *Felonia vt probetur*, vbi reddit rationem, videlicet, ne per viles & paucos testes dominus habeat occasionem priuandi feudatarios, & vasallos.

Feltri ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl 93.

EPISCOPVS † Feltrensis habet intentionem fundatam in sua diœcesi tota, quod omnes possidentes decimas debent recognoscere in feudum ab Episcopo; quia ita est fama publica antiqua, & ex aliis apparet. Fulg. *consil.* 226. *Præsupposito iure communi.*

1 † Sunt vnite Ciuitates Feltren. & Bellunen. quia Episcopus est vtriusque loci, Zab. *cons.* 90. *In casu consilij.* incip. *Episcopus Feltr. c. exposita. de arbitr.* vbi primo nominatur Feltrensis, quod ponderat

2 Caudin. ratione maioris dignitatis. † Consuetudo Feltrensis est, quod licet Vicarius, & Potestas faciant vnum, & idem Tribunal; tamen est de consuetudine. Cuma. *cons.* 86. *Quamuis de iure, in princ.*

3 † Archidiaconus Feltrensis si probat se habere ius percipiendi decimas à rusticis, & exegisse, debet obtinere in possessorio, & petitorio, non obstante, quod soluere debentes allegent, quod debeat residere in loco. Castr. *cons.* 407. *Visis duobus lib.* 2. † Statutum Feltri circa appellationes disponit, quod à sententia Vicarii Potestatis possit appellari ad Potestatem; tamen non imponit necessitatem: Ideo valet appellatio ad alium superiorem, ad quem de iure communi potest appellari. Io. de Im. *cons.* 120. *In casu præmisso.*

6 † Statutum Feltri permittit cognosci de decimis Ecclesiæ coram Potestate Feltri, quod potest valere, si Ecclesia velit agere, vel si esset decima concessa laico. Cumanus *consil.* 84. *Quia causa decimali.* † Item, quod possidens per 20. annos aliqua bona, vel iura incorporalia non possit molestari. Cum. *d. cons.* 84. vbi, quod non comprehendit decimas Ecclesiæ. † Item, quod per aliquem contractum, vel vltimam voluntatem non possint transire bona in non subiectum, & non substinentem onera Communis. Cuman. *cons.* 85. *Præsupposito casu*, vbi, quod non habet locum in successione filiæ ab intestato, neque contra monialem. † Contrariũ, quod

9 filia est nupta forensi, non succedat, etiam si sit vidua, licet statutũ excipiat filios, fratres, & nepotes ex filio defuncti, tenet Zab. *cons.* 135. vbi inserit statutum; quia oportet, quod tempore delatæ

10 successionis subsistineat onera. † Possessio defuncti cẽsetur transire in defuncti hæredem per statutum Feltri, & intelligitur hæres

11 apprehendisse possessionem. Cuman. *cons.* 86. *n.* 2. † Statutum excludit filias fœminas stantibus masculis, quas mandat arbitrio propinquorum dotari, & valet statutum. Cum. *cons.* 90. *Derisorii. vol. 2. ver. in secundo*, vbi, quod non potest filia dicere se præteritam

12 in testamento, ex quo non debetur successio. † Exequutio instrumentorum datur per statutum, nisi is, contra quem petitur exequutio, intra duos dies excipiat: & ideo non dicitur excipere, qui negat narrata, prout narrantur, & excipiendo post duos dies non

13 fit ac exequutionem, etiam si exceptio extra tempus sit admissa

14 si, & in quantũ. Fulg. *cons.* 13. 8. *In quæstione, & causa, in pr.* † Statutum circa criminalia disponit, quod si accusatus, vel inquisitus de crimine, in quo pœna corporalis imponitur, si non comparet, & nõ constat de delicto, ponatur in banno, & confiscentur bona, donec compareat: si vero constat de delicto, condemnari possit, nisi præsens esset. Castr. *cons.* 365. *Notandum est. circa prin. lib.* 2. vbi, quod est sub rubrica de modo citandi accusatum, & quod condemnatus in casu, in quo non cõstat de delicto, si comparet, cessat condemnatio, & datur copia processus, nec potest torqueri, sed data copia inditorum, & facta defensione.

Fœmine sunt in multis deterioris cõditionis, quam masculi, & quando secus. Concl. 94.

FŒMINÆ † sunt deterioris conditionis, quam masculi in successionibus feudũ; quia de iure communi regulariter fœminæ non succedunt in feudo. Cald. *cons.* 306. alias 3. *de feudis, in pr.* † Extende in tantum, vt etiam si sint vocatę in investitura seu di pro se, & filiis masculis, & fœminis, adhuc, si masculi extãt, excludantur à feudo in tantum, vt etiam deficientibus postea omnibus masculis non admittãtur; quia sunt semel exclusæ Cald. *cons.* 307. alias 4. *de feudis.* † Ratio est; quia imperium fœminarum est insupportabile. Bald. *cons.* 353. *Præsupponendum est circa si. ver. porro de successione. lib.* 1. Vide, *Feudum regulariter non transit ad fœminas. Conclus.* 160. † Amplia in testamento; quia mulier non est idonea testis in testamento. *Inst. de testam § testes* Alex. *cõs.* 11. *Circa primum. n.* 6. *lib.* 1. Soc. *reg.* 29. *Testis mulier in testamento.* Vide Mascar. *Concl.* 763. *Fœmina an possit esse testis in testamẽto.* vbi ponit regulam negatiuam, & rationes, ampliat de iure Canonico & Ciuili; item in testamento inter rusticos, item etiam si venientes ab intestato sunt instituti, limitat octo modis, in codicillis, in testamento inter liberos, ad pias causas, in testamento militis; item tempore pestis, in terris Ecclesiæ; item quando agitur de declaranda voluntate defuncti; item in probanda contraria voluntate. † Extẽde, etiam si testamentum esset ad pias causas. Feder. de Sen. *consil.* 217. *in fin.* Cald. *cons.* 337. *in pr.* alias 8. *de testam.* † Declara secus esse in legato, & codicillis, & aliis vltimis voluntatibus. Cald. *d. cons.* 337. alias 8. *de testam.* Vide Socin. *dict. reg.* 19. *Testis mulier in testamento*, vbi ponit quatuor fallentias, videlicet in testamento inter liberos; item ad pias causas; item in codicillis; item ad probandum testamentum fuisse factum. † Amplia; quia lubricum est consilium fœminarum. Ideo si requiritur præsentia proximiorum in contractibus minorum, fœmina non vocatur, sed masculus. Bald. *cons.* 201. *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 118. *Super primo, in pr. lib.* 4. † Item solent esse mulieres mendaces, fragiles, fraudulentæ, fallaces, & dolosæ, & hac de causa in criminalibus, & in testamento, & multis non sunt idoneæ testes. Masc. plura allegat *d. Cõcl.* 762. *n.* 2. † Amplia; quia non admittitur testis fœmina in causa criminali de iure canonico. Alex. *cons.* 11. *n.* 6. *lib* 1. *& cons.* 19. *in pr. eod. lib.* 1. † Extende; quia fœmina non est idonea testis in criminalibus, neq; in chirographo. Socin. *d. reg.* 19. *Testis mulier in testamẽto, chirographo, & in causa criminali esse non potest.* Vide plenius per Masc. *Concl.* 762. *Fœmina an in causis criminalibus testis esse possit.* vbi ponit regulam negatiuam, ampliat etiã in pœna pecuniaria fisco applicãda, limitat quinque modis, quando ciuiliter agitur de crimine; item quãdo veritas aliter haberi non potest; item, quando per inquisitionẽ, vel denunciationem; itẽ in crimine hæresis, & declarat multis modis. † Restringe, quod ad probandam innocentiam admittatur. Io. de Ana. *cõs.* 59. *in pr.* † Restringe in causa hæresis, si moniæ, & crimine læsæ maiestatis, & aliis casibus per glossi. *in firmatum, 2. q.* 2. Alex. *d. cons.* 11. *n.* 6. *lib.* 1. vbi, quod admittitur, sed nõ est integra. † Restringe de iure Ciuili, quia magis* communis, quod mulier non est idonea in criminali, licet admittatur. Alex. *d. cons.* 11. *n.* 6. *lib.* 1. & quod nõ sit idonea, seu integra de iure Ciuili in causa criminali. apost. ad Alex. vbi sup. in *ver. ciuili*, allegat Cæp. *cons. crim.* 32. & alios plures. † Amplia; quia licet fœmina sit idonea testis in ciuili*; tamẽ sallit in feudali causa, nisi ipsa habeat feudum, itẽ in testamentis; itẽ apocha trino teste subscripta ad effectum, vt concurrat cum instrumento; itẽ in probando tenore instrumenti perditi, nisi esset perita, ita Masc. *cõcl.* 764. *Fœmina an possit esse testis in causa ciuili.* † Extende in causa matrimoniali tanquam ardua, sed contrarium est verius, vide pro vtraq; parte Masc. *Concl.* 762. *n.* 6. *& seq.* † Amplia; quia iurisdictio non transit ad fœminas regulariter. *l. fœminæ. ff. de reg. iur. l. cum prætor. ver moribus ff. de iud.* & patet; quia feudum regulariter non transit ad fœminas. *ca.* 1. § *hoc autem notandum, qui feuda dare poss.* & ista est communis* opinio. Clar. in § *feudũ. q.* 73. *n.* 2. *ver.* * *sed quæro.* † Declara; quia istud est verum regulariter, sed fallit in re hæreditaria; quia si in hæreditate sibi delata est iurisdictio, fœmina exercet iurisdictionem. Alex. *consil.* 1. *Ponderatis. nu.* 24. *ver. & prædicta, lib.* 5. vbi apost. in *ver mulier.* dat conc. & *cons.* 24. *Ponderatis. n.* 12. *lib.* 5. & dicit Clarus *d. § scindum q.* 73 *n.* 2. quod quicquid sit de iure, fœmina non potest habere iurisdictionem; contrarium tamen seruatur de consuetudine; quia potest habere regnum, & omnem iurisdictionem. † Restringe, quando Imperator concedit dignitatem habenteri iurisdictionem mulieri ex certa scientia, vel cum clausula *nõ obstante.* Alex. *cons.* 24. *n.* 12. *ver. & etiam Imperator. lib.* 5. vbi plus dicit, quod si Imperator ex certa scientia, vel motu proprio concessit iurisdictionem pro descendentibus, concessit etiam fœminis descẽdentibus, & idem si cum clausula, *non obstante.* Vide, *Mulier non est capax multorum. Concl.* 414. † Limita; quia fœminæ sunt melioris conditionis, quam masculi in hoc; quia si bãniti possunt impune offendi, & constitutio respiciat delicta, non veniet fœmina bannita in ista impunitate. Ang. de Perus. *cons.* 67. *Municipalis lege, in pr.* † Damnantur filii, propter crimẽ læsæ maiestatis commissi-

commissum per patrem, sed tamen filiæ fœminæ non damnantur, quia non sunt promptæ ad vindictam. Ang. *d. cons. 67. in pr.* † Inimicitiam non habent fœminæ, sicut masculi, quia non possunt ipsæ leuare sardam. † Ang. *d. cõs. 67. n. 2.* Vide, *Mulier habet multa priuilegia de iure communi. Concl. 415.*

Ferrariæ Ciuitas, eiusque statuta, consuetudines, & priuilegia. Concl. 95.

1 FERRARIÆ † ciuitas est de temporali iurisdictione Ecclesiæ; ideo in ea ius Canonicum seruari debet. Card. Zab. *cons. 2. Circa statutum*, vbi, quod est sub Vicariatu Marchionũ Estensium, Ang. *cons. 93. Visis & inspectis, col. 3. n. 3. ver. corroboratur.* vbi, q̃ Notarius habens facultatem rogandi instrumenta in terris Imperii, nõ rogat in Ciuitate Ferrariæ; quia est de iurisdictione Ecclesiæ: tenendo opinionem, quod valeat donatio Constantini, & quod Ferraria sit de rebus donatis Ecclesiæ Romanæ, tenet Alex. *consil. 67. Consideratis iis, in fi. li. 1.* & gl. in *auth. vt Ecclesia Rom. in ver. Petri.* dicit, quod Ferraria est de horto Romanæ Ecclesiæ, late Volaterra.

2 *lib. 4. Geograph. col. 99.* † Et quod sit de statu Ecclesiæ, probatur; quia capitula inter Venetos & Ferrarienses firmata cõfirmata fuerunt p. Clementẽ Papam V. vti supremum dominum Ferrariæ, prout ex deductis per Florian. de S. Petr. *consil. 10. per tot.* vbi in fine dicit, quod per negligentiã Ciuitatis, & Marchionis Estensis in non exigendo datium à Venetis non potuit; raindicari superiori supremo, qui est Papa. Castr. quoque *consil. 102. Videndum. nu. 3. lib. 2.* dicit, quod Ferraria est subiecta Ecclesiæ Romanæ circa temporalem iurisdictionem, & q̃ propterea Marchiones possunt legitimare filios facti dotum; quia habent à Papa potestatem. Ang. Aret. *cons. 19. Videtur omino n. 24. ver. in Papa*, vbi, quod est de temporali iurisdictione Ecclesiæ, & Papa in ea restituit in integrum, & dicit, absit dubitare de contrario; quia nefas esset, & sacrilegium;

3 & iterum *consil. 114. Quoad primum. num. 13. & seq.* † Et quod Ciuitas, & Ecclesia Ferrarien. & Marchiæ sint de horto Ecclesiæ Romanæ, & gaudeant centenaria præscriptione. Felin. in *c. ad audientiam. n. 22. ver. amplia quarto, de præscriptio.* Alex *consil. 112. num. 2. lib. 4.*

4 vbi allegat d. glossam in *auth. vt Ecclesia Romana. § fi. in fi.* † Et q̃ censu, qui soluitur Ecclesiæ Romanæ, sunt obligatæ confiscationes, regalia, & etiam pro salario officialium. Io. de Imol. *consil 35. num.*

5 *23. ver. circa tertium.* † Et quod Imperator Otho non potuerit donare bona aliqua in Bondeno, seu Policino Bondeni; quia est de statu Ecclesiæ. Alex. *cons. 112 In causa. & lite. n. 2. vers. item dato. lib. 4.*

6 † Et licet ciuitas Ferrariæ sit de statu Ecclesiæ; tamen in ea, an possit imperator legitimare tanquam in terris Ecclesiæ, dubium est.

7 Rim. Iun. *cons. 156. n. 2. & 3. & seq & n. 19. & seq. lib. 2.* † Marchio Ferrariæ est subditus Papæ, non Imperatori, & habet Castra Nonantulæ, & Bazani in Vicariatum ab Ecclesia Rom. & non potest illa alienare. Zaba. *cons 85 per tot.* vbi, quod non potuerunt conuenire de dandis castris prædictis Ciuitati Bononiæ etiam pro pace, & videtur loqui etiam respectu Mutinæ, & Regii, licet non expri-

8 mat. † Conuentiones habet cum Venetis, quod fiant remissiones delinquentiũ, & sententiæ hinc inde exequantur. Im. *consil. 35. per totum.* vbi ponit substantiam capitulorum, & disputat, quan-

9 do habent locum, vel non. † Marchio Ferrariæ ex vna fecit pacem cum Communi Florentiæ, Bononiæ, & Astorgio Manfredo colligatis ex alia, Ang. *cons. 337. Inter alia capitula*, vbi consulit super

10 certo capitulo pacis. † Fecit etiã ligam cum Marchione Mantuæ, Domino Paduę, Bononiensibus, & Florentinis, & contenerunt de dandis Castris Nonantulæ, & Bazani Bononien. pro pace, & liga contra Ducem Mediolani, sed Bononienses defecerunt; quia

11 noluerunt contra Ducem Mediolani aliquid facere. Zab. *d. cons.* 85 *per tot.* vbi est casus. † Dux, seu Princeps Ferrariæ non recognoscit superiorem; ideo gaudet centenaria præscriptione, sicut Im-

12 perator. Alex *cons. 84. n. 2. lib. 1.* † Contrarium, quod dux Ferrariæ & Mutinæ non possit ex inobedientia subditi habere eum pro rebelle, qui possit impune offendi; quia hoc procedit solum in eo, qui non recognoscit superiorem. Alexand. *consil. 103. Videtur, in fi.*

13 *ver. non obstat. lib. 1.* † Conuentionem, & pacta habent Ferrarienses cum Venetis, quod sententia Veneti contra Ferrarienſem, & è contra, possit exequi, quando in loco non habet bona. Castr. *cons.* 209. *n. 2. lib. 2.* vbi in fine, quod Veneti tenebant Ferrariæ consulẽ, quem appellant Vicedominum, qui ius facit contra Venetos.

14 † Veneti habuerunt guerram cum Ferrarienſibus, & fuerunt facta capitula, & conuentiones vsq; de anno 1230. tempore Papæ Gregorii, quæ fuerunt confirmata de anno 1313. per Clementem V. & vigore talium capitulorum prætendebant Veneti se exemptos à datio salis, quem conducere tenentur per Padum, dum transeunt per territorium Ferrariæ, sed talis exemptio non suffragatur, neq; probatur ex capitulis; imo contrarium, & Ciuitas † Ferrariæ est in 15
possessione exigendi à Venetis, vt plene consuluit Flor. de Sancto Petro *cons. 10. per tot.* vbi plus dicit in fine, quod dato quod nõ soluerint, quando conduxerunt sal ad Brixillum, & alias terras Lombardiæ tunc nouiter acquisitas; tamen nõ acquisiuerunt exemptionem; imo tenentur soluere pro præterito, & quia Ferratienses, & Marchiones non potuissent expresse concedere exemptionem sine licentia supremi superioris, qui est Papa. † Castra Lugi, 16
& sanctæ Agathæ erant de dominio Ducis Ferrariæ, & inter ista castra erant differentiæ, an homines Lugi forenses habentes bona in territorio S. Agathæ possint collectari pro fortificatione S. Agathæ, & Alex. *cons. 68. Et viso, lib. 2.* concludit, quod sic ex priuilegio Ducis, & quia extat consuetudo. † Lugi castrum, & eius territotiũ 17
non se extendit vltra flumen vetus; & tenuta appellata la Manfreda, non est in territorio Lugi, vt prætendit Commune ex probationibus factis, de quibus Alexand. *consil. 76. In causa, & lite. per tot.* maxime *nu. 7. ver. denique plures, lib. 2.* † Massæ terra est de districtu 18
Ferrariæ, sed habet exemptionem, ne teneatur conducere frumẽtum Ferrariæ. Alex. *cons. 75. Videtur in præsenti. per tot. li. 5.* † Et de Lugo, & Massa, quod fuerunt particularium Comitum, sed vltimo 19
loco Ecclesiæ Romanæ, attestatur Alex. *cons.* 167. *Quoniam. per totum, lib. 6.* maxime *nu. 4. ver. venio ad Antonium, & in fine consilii*, vbi, quod Marchiones Estenses, tãquam quod sint Ecclesiæ, possederunt per quinquaginta annos. † Villa Guardiæ est de districtu 20
Ferrariæ, & subiacet statutis dictæ ciuitatis. Castrens. *cons. 248. Viso puncto, lib. 2.* † Melariæ terra est de districtu Ferrariæ. Ang. Aret. *cõs.* 21
24. Viso dicto themate, & iterum *cons. 29. Quantum ad primum*, vbi, q̃ castrum Melariæ, & Brigantini erant olim sub Castaldaria Castri noui, & quod Episcopus Ferrariæ concessit ius decimarum Marchioni Ferrariæ in territoriis Melariæ, & Brigantini. † Rhodigium 22
est de territorio Ferrariæ, vt dicit Alex. *cons. 143. Viso titulo. n. 6. lib. 6. & cons. 101. Visis instrumentis, per tot. lib. 1.* vbi maxime in fi. de Rhodigio, & Policino Rhodigii, & statutis confirmatis per Nicolaum Marchionem, & Ducem Borsium, & iterum *cons. 180. Viso processu, lib. 7.* † Statuta Rhodigii sunt diuersa à statutis Ferrariæ, quia filia 23
maritata à patre non succedit, neque habet legitimam, & qualiter intelligatur, plene Ang. Aret. *cõs. 40. Circa primum. per totum*, vbi n. 51. *& seq.* q̃ sunt distincta territoria Ferrariæ, & Rhodigii. † Massa 24
Fiscalia est de territorio Ferrariæ, concessa fuit tanquã inculta hominibus Mantuanis, qui venerũt ad habitandum, & cultuandũ, cum exemptione, quod sint exẽpti ab omnibus, prout ciues Ferrariæ, nisi à libra, quæ exẽptio non potest alterari; quia est ex contractu, plene Angel. Aret. *cons. 125. In casu proposito. per tot.* † Potestas 25
Ferrariæ non potest deportare aliquem, prout neque præses prouinciæ deportare potest. Alex. *cons. 26. Circa primum. lib. 1. in princip.* † Consuetudo, & statutum Ferrariæ disponunt, quod litteris Ca- 26
meralibus credatur ad fauorem Cameræ Alex. *cõs. 84. In causa vertente, in princ. lib. 1.* † Consuetudo antiquissima est Ferrariæ, quod 27
Iudæi non deferunt signum aliquod, quo discerni possint à Christianis, & Martinus V. approbat eam ex priuilegio. Fulg. *consil. 155. Proponitur. quod*, vbi, quod est consuetudo rationabilis, & quod *c. In nonnullis de Iudeis*, non est receptum Ferrariæ propter cõtrariam consuetudinem. † Vsus communis loquendi Ferrariæ est, quod 28
appellatione donatiorum veniunt vestes, iocalia, & alia deputata ad ornatum mulieris, & transmissa per sponsum sponsæ ad quamcumque summam ascendant. Alex. *consil. 248. Ponderatis, n. 5. & seq. ver. in contrarium, lib. 6.* vbi, quod donatia legata vxori hæc omnia important. Item secũdum vsum communem Ferrariæ locatio ad vsum, vel in emphyteusim non est alienatio. Alex. *cõs. 76. In causa, & lite, in fi. lib. 7.* † Bonifaciana habet priuilegium de iure speciali, 29
quod emphyteusis Ecclesiastica transit ad quoscumque hæredes extraneos, soluendo nescio quid, inquit Perr. de Anch. *consil. 427. Circa primum, num. 5.* † Declara; quia Bonifaciana, quæ concedit, 30
quod possint bona emphyteutica alienari in extraneos, habet locum, quando inuestitura est facta pro extraneis, vel quando non extant filii, vel alii vocati; secus si extant; quia illis non potest præiudicare primus acquirens. Ang. Aret. *cons. 124. In casu prædicto, per tot. in pr.* maxime *n. 17. ver. nec huic determinationi.* † Non tamen pro- 31
cedit in spurio dispensato, seu legitimato, quando extant descendentes legitimi & naturales, de quibus non fuit facta mẽtio. Anchar. *cons. 241. n. 7. & seq.* conc. Alex. *consil. 128. n. 7. lib. 1.* secus si non extant legitimi. Anch. *cons. 171.* † Et de isto priuilegio, quod est Bo- 32
nifacii VIII. quod sit late interpretandum; quia non concessit fauorem Marchionis, cui conceditur, sed subditorum. Anch. *consil. 393. Visa diligenter, in princip. & per tot.* vbi, quod est lex, quod nepotes non tenentur petere renouationem inuestituræ; alii vero agnati,

gnati, & hæredes non comprehensi tenentur, alias priuantur, sed
rustici ex clausula generali, & minores beneficio minorũ restituũ-
37 tur. † At ista bulla Bonifaciana operatur, quod stipulatio facta an-
te bullam recipiat naturam bullę; quia licet sit dictum, quod non
transeat, nisi ad certam generationem; tamen vigore bullæ est ef-
fecta transmissibilis. Anchar. *d. cons.* 393. Et quod attendatur præ-
sens status tempore bullæ, non status antiquus; quia alterata est
38 ratio status rei mutantur & pacta. Anch. *cons.* 204. *n.* 12. † Et tenetur
Prælatus Ecclesiæ finita generatione alii inuestire, & potius pro-
ximum primi inuestiti, quam extraneum. Anch. *d. cons.* 171. *n.* 3. &
39 *seq. per. ex capite.* † Priuat hæc bulla emphyteutam extraneum non
perentem inuestituram intra annum, & disponi Prælatum teneri
alium inuestire, & appellatione alterius venit etiã is, qui cecidit.
Anch. *d. cons.* 171. *col. fi. vsque in fi.* Alex. *cons.* 14. *Viso, in pr. & per tot. lib.*
40 2. vbi, quod habet annum, & mensem. † Et iste annus non currit
ignoranti; quia generalis regula est, quod tempus præfixum non
currit ignoranti, quando factum hominis requiritur, & mora. A-
lex. plene *d. cons.* 14. *Viso, & considerato, n.* 5. *ver.* 1. *ex eo quia, lib.* 2. vbi
41 apolt. in verbo, *scienti.* † Ista bulla habet locum solum in districtu
Ferrariæ, non extra; ideo illi, qui sunt de Hadria, & de locis extra
territorium Ferrariæ, & qui non subeunt onera in Communi Fer-
rariæ, non gaudent beneficio Bonifacianæ. Ang. Aret. *cons.* 124. *In*
42 *casu pradicto, n.* 19. & 20. *ver. secundo clarissime.* † Et ista Bonifaciana
constitutio, videlicet Bonifacii Papæ IX. quæ est extensa, & decla-
rata per laicos, & posita in volumine statutorum, non obligat Ec-
clesias, sed bene laicos, ita apostilla ad Decium in *cap. quæ in Eccle-*
43 *sarum, n.* 6. *ver Ecclesiæ, de constit.* † Contrarium tenet Soc. *cons.* 99. *In*
causa eximii Doctoris, in pr. lib. 1. vbi, quod statutum laicorum, quod
emphyteuta non soluens pensionem non cadat, habet locum in
44 emphyteusi Ecclesiæ propter æquitatem. † Declara; quia male lo-
quitur Soc. quia prætextu æquitatis non possunt laici statuere de
45 bonis Ecclesiasticis contra ius commune. Vide, *Libertas Ecclesiastica-*
46 *rum quibus consistat. Concl.* 342. † Ferrariæ extat statutum, quod ex-
tantibus masculis fœminæ non succedant, sed si non essent dota-
tæ, dotentur iuxta facultates defuncti, super quo cõsuluit Cald.
cons. 363. alias 34. *de testament. statuto Ferrariensi cauetur, per tot.* quod
consilium est Francisci de Zamponibus, & idem consuluit Cald.
super statuto prædicto, quod nõ habet locum in bonis alibi sitis,
sic loquitur in rem, vel si loquitur in personam, sed is, cui succedi-
tur, erat forensis, & de eodem statuto Ang. *cons.* 311. *In themate præ-*
47 *dicto.* vbi, quod non prohibet, quin ex testamento succedant fœ-
minæ. † Et de huiusmodi statuto, vt vel non habeat locum in fœ-
minis professis; quia in specie fieri non posset, vel saltem, q̃ pro-
fessa debeat dotari; quia dicitur matrimonio contraxisse. Petr. de
48 Anch. *cons.* 107. & 108. *per tot.* † Adde, quod Card. Zab. consuluit
cons. 2. *Circa statutum*, quod huiusmodi statutum tollens in totum
legitimam, non valet; quia est contra ius cãnonicum, ex quo est
49 ciuitas subiecta Ecclesiæ. † Item, quod non extendatur ad bona
50 extra territorium Ferrariæ. Zab. *cons.* 2. *per tot.* † Item, quod nõ liget
51 Marchiones Estenses, Zab. *d. cons.* 2. *per tot.* † Et huiusmodi statutũ
excludit perpetuo fœminas, non autem ad tempus, & ideo suffi-
cit, quod masculus semel exiterit, vt fœmina sit exclusa. Ang. *cõs.*
184. *Ex forma, in fin.* vbi loquitur de fœmina vocata in inuestitura
cum masculis, vt intelligatur, si masculi non extarent propter sta-
tutum Ferrariæ, vt ibi *col.* 2. *ver si tamen, de consuet.* & in fine dicit, q̃
52 semel exclusa propter masculos, est perpetuo exclusa. † Contra-
rium super eodem statuto Ferrariæ consuluit Soc. *cons.* 75. *Viso te-*
stamento lib. 3. vbi, quod excludit fœminas, quas vult esse conten-
tas dote, donec extabunt masculi, & sic cessantibus masculis pos-
sunt venire; quia reintegrantur, & possunt dicere testamentũ nul-
53 lum, vbi dicit * commun. † Statutum circa successionem excludit
fœminas stantib⁹ filiis masculis; imo quod patru⁹, & filius patrui
excludat filiam fœminam. Castr. *cons.* 280. *Præsuppositio statuto, in pr.*
54 *& n. 2. ver nec obstat, lib.* 2. † Et propterea filia exclusa à filio patrui
non potest petere legitimam, neque supplementum legitimę; qa
non debetur, ex quo est portio portionis, quæ debetur ab intesta-
to, ideo nõ potest dicere testamẽtum nullum, etiam si sit præteri-
ta, secundum * communem, de qua Castr. *d. cons.* 280. *col. pen. in pr.*
55 *ver. vero dicta Lucretia lib.* 2. † Imo, quod statutũ Ferrariæ circa suc-
cessionem, quod excludat filias, neptes, & alias descẽdentes fœ-
minas, donec erunt aliqui de descendentibus, vel ascendentibus
masculis, & ideo filiæ transmittunt ius petendi legitimã, vel sup-
plementũ legitimæ; quia exclusa est solum ad tempus, & mortuis
masculis, videlicet agnatis descendentibus possint descendentes
56 ex fœminis petere supplementũ. Alex. plene *cõs.* 188. *Cõsideratis, li.*
6. *per tot.* vbi in casu ponuntur verba statuti. † Item, quod si aliquis

fecerit professionem in aliquo monasterio, omnia bona mobilia
& immobilia, & se mouentia, & nomina debitorum talis personæ
ipso iure perueniant, & applicentur proximiorib⁹, Pet. de Anch.
cons. 107. *Indictione prima*, vbi, quod non valet, & *cons.* 108. *In paucis*
verbis, vbi, quod tale statutum nõ habet locum quoad bona, quæ
spectarent ad professum ex successione delata post professionẽ,
vt in vtroque consilio, in fine. † Et habet locum statutum, quod 52
masculi excludant fœminas etiam in bonis emphyteuticis Eccle-
siæ cõtra bullam Bonifacii IX. de consuetudine obseruata. Io. de
Imola *cons.* 45. † Successio ab intestato ex statuto Ferrariæ defer- 53
tur fratri exclusa sorore, & agnatis, exclusis cognatis etiam ma-
sculis, etiam in ius agnationis translatis. Alex. *cons.* 44. *Videtur pri-*
ma facie, lib. 5. *per tot.* vbi quod loquitur in personam; ideo nõ com-
prehendit foręsem, etiã quoad bona in territorio Ferrariæ, quod
reprobat apostilla ibi in verbo, *contrarium.* † Item, quod iudex te- 54
neatur dare confidentem consultorem in causa, & secundum cõ-
silium pronunciare, vbi datur forma, quod in cõtumaciam eliga-
tur consultor confidens datus per comparẽtem alio contumace.
Ang. *cons.* 180. *Statuto ciuitatis Ferrariæ*, vbi, qualiter intelligatur sta-
tutum prædictum, & quis sit contumax, vel non, & duplicatur idẽ
consilium per errorem per eundem Ang. *cons.* 216. † Item, quod de 55
omni lite inter consanguineos fiat compromissum, à quo non li-
ceat appellare, reclamare, petere restitutionem, neque reductio-
nem, super quo Florian. à sancto Petro consuluit *cons.* 6. Et dicit,
quod non valet, quãdo laudum esset latum per sordes, vel noto-
rie iniustum; quia concernit, & nutrit peccatum. † Extende; quia 56
etiam si valet, cum sit odiosum, & contra ius commune, nõ habet
locum, nisi in compromissis factis super lite, & ex necessitate Flo-
rian. *d. cons.* 6. *n.* 3. & 4. † Et Angel. Aretin. de isto statuto Ferrariæ 57
dante exequutionem laudis, quibus non potest contraueniri in-
ter consanguineos, quod licet non possit glossari, bene secundũ
ius patitur interpretationem, *cons.* 95. *In casu, n.* 9. *& seq. & nu.* 19. *&*
seq. ver. nec obstat. † Item, quod quilibet teneatur soluere gabellam 58
de omni contractu rei mobilis, vel immobilis excedentis solidos
60. & teneantur denunciare intra certum tempus, de quo Angel.
cons. 94. *Cum lis, in fine casus, ver. item, quod quælibet*, vbi, quod habet
locum etiam in transactione, & liberatione. † Quod quis agere 59
non possit post tempus cridarum contra emptorem, qualiter in-
telligatur, & quod procedat, siue agatur contra emptorem, siue
excipiatur. Alex. *cons.* 36. *Visis ijs, quæ, n.* 4. *v. non obstat, dum vltra alia,*
lib. 1. † Statutum, quod ciues vt succedant, debent subire onera, 60
excludit ciuem non subeuntem onera, etiam si tempore succes-
sionis delatæ alteri sit paratus subire. Anchar. *cons.* 169. *Visis puncto,*
per tot. vbi, quod ciuilitas concessa absenti non releuat, nisi sit ac-
ceptata, & subeat onera. † Contrariũ, quod imo sufficiat esse ci- 61
uem; quia eo ipso, quod est ciuis Ferrariæ, ibi sortitur forum, &
forum sortiri, & legibus, & statutis subiici, à pari procedunt. Alex.
cons. 157. *nu.* 14. *ver. Quinimo, lib.* 2. vbi, quod etiam si non subiret o-
nera, non desinit esse ciuis, allegat Bar. in *l.* 1. *ff. ad municipal. ver. ve-*
niamus ad tertiam particulam, & concordat in simili statuto Veronæ
Fulg. *cons.* 101. *Præsuppositio statuto*, quod est subscriptum ab octo ce-
lebertimis Doctoribus, inter quos est Petr. de Anch. sibi contra-
rius. † Declara; quia sufficit, quod quis sit ciuis, & ibi subtineat 62
onera, licet ibi non sit natus, neque habitet, plene Alex. *d. cons.* 157.
Viso instrumento, nu. 12. *in fi. cum seq. ver. nec etiam prædictæ donationi, lib.*
2. Socin. Iun. *cons.* 18. *per tot. lib.* 3. vbi plura de hoc statuto Ferrariæ.
† Statutum, quod forensis litigans teneatur fideiubere de expen- 63
sis reficiendis, ex quo habet verba vniuersalia, quælibet persona
comprehendit etiam Communitatem Regii litigantem Ferrariæ
cum nobilibus de Canossia, pro villa in territorio Regii. Alex.
cons. 17. *In causa, & lite, in fi. n.* 6. *ver. circa secundum lib.* 6. † Statutum, 64
quod non fiat translatio rei immobilis in forensem, sed ipso iure
sit confiscata, est Ferrariæ. Rim. Iun. *cons.* 223. *n.* 34. *& seq.* Mat. ab.
cons. 109 *per tot.* plenius Rimin. iunior *cons.* 551. *n.* 45. *& seq.* vbi ple-
ne, quando non habeat locum. † Et in ciue, nisi fecerit se allibra- 65
ri, quod tamen sufficit, quod fiat ante aditam hæreditatem, quã-
do ciuis est ex priuilegio. Rim. Iun. *cons.* 229. *n.* 11. *& seq.* † Et quod 66
requirat incolatum, sed tamen mater possit succedere in vsufru-
ctu, stante alio statuto Ferrariæ. Rim. Iun. *cons.* 378. *per tot.* vbi late.
† Extende; quia statutum prædictum excludit etiam filios, & de- 67
scendentes, nisi sint nati ex ciuibus originariis Ferrariæ. Rim. Iun.
cons. 457. *n.* 79. *& seq. vsque in finem.* † Declara, nisi Princeps creasset 68
forensem ciuem, & suos descendentes, prout dicit Rim. Iun. *cons.*
551. *n.* 45. *& seq. per tot.* vbi latissime. † Extende; quia statutum 69
Ferrariæ, vt quis possit succedere, requirit duo; primo, quod sit
subditus ille, qui vult succedere; secundo, quod soluat onera,
plene Cephal. *cons.* 246. *per tot.* vbi, quod non sufficit, quod aliquis

sit Fer-

sit Ferrariēsis origine, si alio transtulit, prout Platesii transtulerūt domiciliū Bononiam, licet sint Ferrarienses origine, non possunt succedere, vbi plene de hoc statuto idē consuluit Anch. *cons.*169. *Visis puncto, per tot.* Alex. *cons.*157. *Viso instrum.n.*12. *lib.*2. plenius Soc.
70 Iun. *cons.*18. *in pr. & per tot. lib.*3. †Restringe; quia statutum Ferratiæ licet inducat confiscationem, si forensis instituatur; tamen si Fiscus non agit, nō potest alius de iure Fisci opponere. Marcabrun.
71 *d. cons.*109. *per tot.* † Restringe; quia statutum Ferratiæ de allibratione, non habet locum in minore, & in originario. Rimin. Iun.
72 *cons.*229. *per tot.* † Item, quod maior 18. annis, siue masculus, siue fœmina, possit libere se obligare, agere, & conueniri sine præiudicio parentū, super quo Castr. *cons.*300. *Super primo, in casu ibi præ-*
73 *ced. lib.*1. vbi, quod valet renūciatio iurata filiæ familias. † Item statutum Ferrarię disponens, quod dos data filię censeatur stipulata sibi reddi soluto matrimonio, si cū filiis reperiatur, operatur idē, quod consuetudo Martini, vt filii habeant à matre, non ab auo materno, & ita seruari Ferrariæ attestatur Castr. *cons.*108. *in fi. lib.*2. quasi statutum operetur idem, quod stipulatio in hoc, nō autem
74 idem, quod consuetudo. †Statutum circa præscriptionem 30. annorum debet intelligi de possessore bonæ fidei; ideo spoliator, & hæres eius non præscribunt; quia mala fides defuncti transit in hæredes, etiam si velint incipere præscribere ex persona sua. Castr. plene *cons.*258. *Viso puncto. per tot. lib.*2. vbi late pro vtraque parte, & hanc tuetur, & dicit, quod nō releuat probatio de annis 40. computata possessione defuncti, nisi distinguatur, etiam si contraria opinio admitteretur, & dicit, quod præscriptio 30. annorum ex dispositione statuti Ferrariæ procedit etiam contra minorem.
75 † Statutum circa solemnitatem in contractibus minorum disponit, quod debent interuenire duo consanguinei cum auctoritate iudicis, & curatoris, sed si consanguinei sunt negligentes, vel absentes, non sunt necessarii; quia iudex potest supplere, ita tamen, quod iudex causas teneatur examinare, cuius conscientiam grauat. Alex. *cons.*80. *Visis themate, n.*4. *ver. sed ad hoc respondetur, iuncto n.*
11. *ver. & per prædicta, lib.*5. vbi, q; si iudex cum curatore interposuit decretum, cū clausula, *omni meliori modo*, præsumitur adhibuisse causæ cognitionem, & omnia solemniter acta, & quod consan-
76 guinei non voluerint interuenire, vel quod essent absentes. †Statuta criminalia Ferratiæ, videlicet, quod falsificans monetam puniatur pœna suspēsionis, ignis, & confiscationis bonorum, debet restringi ad monetam vsualem, & expendibilem in loco, ideo is, qui fabricat bagatinos, qui non expenduntur Ferrariæ, non cadit sub pœna statuti; quia moneta est reprobata aliena, & minuta, nō
77 vsualis. Alex. *cons.*104. *Statutū loquens per tot. lib.*1. † Quod sententia absolutoria capitalis criminis debeat ferri in consilio generali, alias sit nulla. Are. *cons.*110. *In themate supradicto, n.*39. *ver. & potissime* declarat melius, *cons.*111. *Dubitatur, nu.*11. *& seq. ver. octauo*, vbi, quod stylus antiquus est, quod habet vim statuti, quod nulla sententia capitalis, imo neque in criminali, neque in pecuniaria ferri potest sine consensu syndici maioris, & massarii Communis Fer-
78 rariæ, & quod est ab immemorabili tempore. †Quod delinquens citatus si non comparet, debet citari super scalis Palatii Communis, & banniatur, & si non est ordo seruatus, potest dici non citatus, & sententia est nulla, etiam absolutoria delinquentis. Angel.
79 Aret. *cons.*111. *in princ.* † Stylus Ferrariæ est, quod lata sententia interloquutoria per iudicem, quod tempus non currat, vel per consensum partium prorogata sit instantia. Florian. de sancto Petro *cons.*6. *num.*13. *ver. hoc etiam.*

Feriati dies in honorem Dei qui dicantur, & quando possit eis derogari, vel non. Concl. 96.

1 FERIATI † dies in honorem Dei dicuntur Natalis Domini, S. Stephani, S. Ioannis Euangelistæ, SS. Innocentium, S. Syluestri, octaua Domini, Epiphania, S. Mariæ, Pascha cū tota hebdomada, Rogationes tribus diebꝰ, Ascensio Domini, dies Pentecostes, S. Ioan. Baptistæ, duodecim Apostolorum, S. Laurentii, Assumptio, & Natiuitas Virginis, S. Michaelis, Dedicatio cuiuscumque oratorii, Sanctorum omnium, S. Martini, festa de præcepto singularum ciuitatum ex constitutionibus Episcoporum, quæ seruantur in locis particularibus. Lap. *allegat.*91. *si quæratur, in princ.*
2 †Solemnes vero dies, in quibus Missa est audienda, ponit in *alle-*
3 *gat.*58. vbi omnes enumerat. † Rogationes sunt de præcepto ieiunii, & in eis non est faciendū opus aliquod; quia in eis propter ieiunii relaxātur serui, & ancillæ ab opere, & fiūt per tres dies ante Ascensionē. Lap. *d. alleg.*91. *n.*2. *ver. soket tamen.* vbi *n.*3. dicit statutas esse Rogationes in Concilio Aurelianensi ab Episcopis Galliarum congregatis in ciuitate Viennæ propter pestem in populis Galliarum. † Derogari q; possit feriis in honorem Dei quoad causas criminales expediēdas tenet, q; sic, Leonardus de Ceris inter consilia Signoroli *cons.*242. *n.*10. *& seq.* vbi multa super hoc; quia nō nutrit peccatū, sed consulit publicę vtilitati, & videtur dicere* communem; quia sicuti statutū potest inducere ferias in honorē Dei: ita etiam restringere, & tollere certis casibus, & dicit, quod ita seruatur de consuetudine. † Et facit; quia sicuti consuetudo, & statutum possunt inducere ferias in honorē Dei; ita etiam possunt tollere plures, allegat Alex. *cons.*53. *Quæritur, n.*3. *lib.*5. licet contrarium teneat. † Contrarium tenet Sign. *cons.*243. *In quæstione vertente, inpr.*
6 vbi, quod statutum factum in honorem Dei, & feriarum, non potest tolli; quia est honor debitus naturaliter; item quia conforme est præcepto Dei; item, quia esset contra bonos mores, & in hoc publica vtilitas non attenditur. † Declara; quia derogati potest
7 quoad quædam, quæ non expediantur, tanquam contentiosa, prout, quia possunt fieri denunciationes, accusationes, inquiri possunt delicta, potest appellatio fieri & similia, sed non procedi ad vlteriora contentiosa, ita Signor. *cons.*244. vbi ponit plura exempla. † Declara; quia in atrocioribus, prout in causis latronum,
8 quando imminet periculum in mora, potest procedi etiam diebus feriatis in honorem Dei, ita admittit Sign. *d. cōs.*244. *n.*6. † Declara tertio; quia quando feriæ adhuc per Ecclesiam non sunt inuiolatæ, si lex ciuilis inducit honorem feriarum, poterit reuocare, sed
9 postquam inducta est feria in honorem Dei per Ecclesiam, cuius præceptum ratione peccati omnes ligat; tunc lex sæcularis non potest reuocare, & ridiculum est dicere contrarium. Signor. *cons.*
10 245. *n.*5. *& seq. ver. ad aliam rationem.* † Extende; quia clausula, *summarie, & de plano, sine strepitu, & figura iudicij*, nō derogat feriis in honorem Dei. Bart. *in extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura, n.*9. *ver.*
11 *item, an procedi possit.* † Et si extat statutum, quod in omni sententia intelligatur factum præceptum de soluendo, non censetur, nec potest statutum derogare feriis in honorem Dei. Alex. *cōs.*53. *Quæritur, nu.*10. *& seq. lib.*5. † Infertur, quod si extat statutum, quod iu-
12 dex procedat summarie, & de facto, non potest facere capturam in die festo in honorem Dei, Bald. *cons.*217. *lib.*4.

Feriæ messium seruantur quoad omnes, & in quibus non seruentur. Concl. 97.

FERIÆ † messium, quod non reddatur ius tempore messium, 1
vel vindemiarum, licet sint introductæ propter impeditos, tamen releuant omnes etiam milites, & qui messionibus, & vindemiis non incumbunt; quia satis est, quod testes, vel aliqui possint esse de illis. Alex. *cons.*2. *n.*6. *ver. Pro hoc, lib.*2. † Limita in iis, quę fiūt 2
in iudicio non formali, videlicet quando nō sunt tres in iudicio, iudex, actor, & reus, sed duo tantum, puta actor, & iudex, vt quia petit associari à curia, vt sine scandalo capiat possessionem, quam potest capere ex pacto, vel quando iudex ex officio procedit, ita Alex. *cons.*130. *In causa, nu.*3. *lib.*4. *cum sequ. ver nec prædictis.* † Limita; 3
quia dictæ feriæ nō seruantur in casibus, in quibus res, morte, vel rēpore potest perire. *l. solet. ff. de feriis*, & specificat plures casus, vel. uti furti, damni, iniuriarūq; atrocių, & quæ incendio, ruina, naufragio, rate, naue expugnata raptaq; fuisse dicatur, itē in artibꝰ liberalibꝰ, & in causis nundinarū. † Extende, quia multis aliis casi- 4
bus non obstant feriæ messiū, put in datione, vel amotione tutoris, in causis exhibitionis alimentorū, missionis in possessionem, suspensionis, contumaciis, & aliorū, quæ enumerat Rex. in *l.*2. *ff. de feriis.* vbi Bar. dicit bene tenendū menti, & notandum, q; valet processus formatus tempore feriatū cōtra contumacem suspectum.
† Limita; quia feriæ messium non seruantur de cōsuetudine, quin 5
fiat exequutio etiam pœnę vltimi supplicii, & aliarum pœnarum, licet de iure cōmuni sit contrarium, & in hoc nullus dubitat; sed in feriis in honorem Dei, licet exequutio possit fieri etiam vltimi supplicii, *l. pen. C. de feriis*, vbi gl. 1. tamen contrariū seruāt timentes Deum; quia horrēdum ēst spectaculum in die festo, vt homo tradatur morti, licet aliæ pœnæ & castigationes minores exequutio-
ni mandentur. Clar. *§. fi. q.*97. *n.*6. † Limita; quia ferię messium, & 6
vindemiarum non habent locum in causis publicis, & fiscalibus, *l. publicas. C. de feriis.* † Limita in causis summariis sola facti veritate 7
inspecta. Bar. in *extrauag. ad reprimendum, in ver. & figura iudicij, n.*9. *ver. Item, an procedi possit*, vbi apostilla; secus, quando sunt in honorem Dei; quia summaria cognitio non tollit eas, & ita etiam Bart. in *l. filius. n.*5. *ff. de donat.* vbi apostilla dat concord.

Feriæ messium, & alterius temporis non suspendunt tempus compromissi, & instantiæ, & quando secus. Concl. 98.

COMPROMISSVM † factum in arbitrū, & arbitratorem du- 1
raturum per 40. dies vtiles expirat, & currit instantia etiam tempo-

tempore feriarũ, messium, vindemiarum, & aliatũ, præterquam in honorem Dei, maxime, quando fuit dictum, quod posset procedere diebus feriatis, & nõ feriatis, etiam in honorem Dei; quia coram arbitratore omnes dies sunt vtiles, nisi morbo, vel impedimento contingeret casus. Bald. plene *cons. 6. Statuto ciuitatis Papiæ, part. lib. 1. & cons. 373. Statuto ciuitatis, & cons. 374. in pr. lib. 5.* quod est Baldi. & Ioan. de Castell. Episcopi Vicentini. † Contrarium tenet Fulg. *d. cons. Baldi 374. circa med. ver. & ita dico. lib. 5.* vbi alleg. gl. *nolem sape. de verb sign.* de qua dicit Baldum non habuisse memoriam. † Declara; quia non currit instantia, si arbiter velit vti beneficio feriarum pro suis recollectionibus, & vindemiis, quando esset homo similibus incumbens, vel etiam si ita declararet, sed si nihil inſtatur, neq; ipse declarat, nec sit foraneus incumbens recollectionibus, currit instantia, quando fuit feriis renunciatum etiam in honorem Dei; ideo licet non possit compelli, debet tamen apud eum instari. Bald. *d. cons. 374. posſ. med. ver. amicæ. lib. 5.* vbi respondet Fulgosio, & ita declarat. † Amplia; quia feriæ non habent locum etiam in arbitratore, licet sint in honorem Dei inductæ. Bart. *in l. fideicom. §. ex compromisso ff de arbitr.* vbi, quod potest arbitrator die feriata in honorẽ Dei sententiare, sed non arbiter. † Amplia; quia ante statutũ, quod tempore messium, si procedatur coram arbitro, vel arbitratore, acta sint nulla, instantia 40. dierum data à statuto nõ currit tempore messium. Castr. *cons. 259. Circa primum. in pr. li. 2.* vbi, q ex quo annullat acta, censetur tollere renũciationem partium. † Extende, vt procedat, etiam si tacite esset renunciatum feriis per comparitionem vtriusque partis; quia sic debet intelligi statutum; quia minus operatur tacita renunciatio, quam expressa. Castr. *d. cons. 259 in pr lib. 2.* † Restringe, quando expressum fuit renunciatum feriis messium; quia tunc valet, & currit instantia. Castr. *d. cons. 259. in pr. lib. 2.* † Limita in arbitro habente inſtar iudicis; quia in eo feriæ haberent locum. Bald. *d. cons. 6. in fine. ver. concludendum est. lib. 1.*

Feriati dies non præsumuntur, sed iuridici. Conclusio 99.

1 REGVLA † est, quod omnes dies iuridici sunt, & præsumuntur, & qui dicit fuisse feriatos dies, debet demõstrare, *l. omnes dies iuridicos esse. C. de feriis.* Alex. *cons. 147. Visis, in fi. n. 11. ver. non obstat, dum dicitur. lib. 6.* † Extende, vt procedat etiam ad annullandam sententiam; quia si quis fuit citatus ad sententiam hora iuris de mane, & sententia feratur de sero, est nulla, & ille, qui dicit de mane fuisse horam feriatam, in qua non redditur ius, vel iudicem fuisse impeditum, debet probare; quia regula est pro die iuridica. Alex. *d. cons. 147. n. 11. ver. non obstat. dum dicitur. lib. 6.* Vide Mascard. *concl. 765. Feriæ per quem probari debeant.*

Feriis durantibus qui actus fieri possint, vel non. Conclus. 100.

1 INSINVATIO † potest fieri die festo, & non iuridico; quia est actus non requirens causę cognitionem, sed voluntarię inſtitutionis. Oldr. *cons. 253. Factum tale est, domina. n. 2. ver. tertio videndum est.* & Feder. *cons. 144. per tot.* vbi, quod ea, quæ cognitionem causæ non desiderant, possunt expediri tẽpore feriato, & in alieno territorio. † Amplia; quia exequutores meri possunt facere suos processus solemnes, & ligant contrauenientes, etiam si contineant censuras, licet sint facti tempore feriato, etiam in honorem Dei. Feder. de Sen. *cons. 11. Quæritur. an excommunicatio. nu. 3. ver. vnde hodie.* vbi, quod ita seruat Curia Romana. † Restringe, quia executio sententiæ fieri nõ potest in die feriata in honorem Dei, maxime, quando fit in alia re, quam petita; quia requirit causæ cognitionem, ideo sententia est nulla. Alex. *cons 53. Quæritur. n. 7. & seq. lib. 5.* vbi dicit* communem, & ibi apost. citat. Guid. Pap. *dec. 215.* † Amplia; quia excommunicatio potest ferri contra citatum tempore feriato, & non comparentem; quia licet sit iniusta; tamen non est nulla; quia solemnitas, & ordo iudiciarius non est de substantia excommunicationis, Feder. *d. cons. 11. in pr. vſq; n. 7.* & in sua responsione ibi inferta, *n. 10. cum seq. vſq; in fi.* quẽ tequitur ibi Abb. antiq. *in cons 161. fine inferto*, & hæc verior est. † Contrarium tenet ibid. Iacob. de Pistor. in suo consilio contrario, quod est in scrtum, & in responsione *n. 7. vſq; ad n. 10.* quia cum sit suspensa iurisdictio tempore feriarum; ergo nulla est excommunicatio, sed prima pars verior. 6 † Amplia; quia exequtio rei iudicatæ potest fieri tempore feriarum, quado fit super re decisa, in qua non requiritur vlterior cognitio. Fed. de Sen. *cons. 144. Dissentiua, in pr.* & idem dicunt Alex. *cons. 131. col. 1. lib. 4.* quando est nuda exequtio. Arer. *Insti. de excep. §. appellantur.* Capell. Tholos. *decis. 158.* vbi apostil. hoc dicit verum. Guid. Pap. *dec. 215.* † Contrarium tenet Sign. Homod. *cons 54. Cum quæritur.* vbi pro vtraque parte, & quod sicuti non potest ferri sententia; ita neq; illius facti exequtio fieri potest, & dicit hanc veriorem. † Amplia; quia testes possunt examinari tempore feriarum etiam die Dominico; quia in examine non requiritur causæ cognitio. Fed. *d. cons. 144. in fi. ver. hinc est.* † Idem, quando iurarunt prius die iuridico. Alex. *cons. 53. n. 9. vers. nec obstat. lib. 5.* Vide, *Testes iurati in termino possunt examinari post terminũ. Concl. 167.* † Amplia; quia omnia, quæ causæ cognitionem, & contentionem non habent, possunt fieri tempore feriato, & in alieno territorio. Fed. de Sen. *d. cons. 144. in fi.* Sign. *cons. 244. in pr.* vbi ponit exempla plura, quod admittitur inquisitio, nunciatio, appellatio, & similia, sed non prosequutio. † Amplia; quia absolutio à iuramento ad effectum agendi potest concedi tempore feriarum. Anchar. cuius est *cons. Calder. 139.* alias *vnicum, de feriis, in prin.* † Contrarium tenet ibi Gaspar. Cald. *in fin. d. cons. 139.* alias *vnico, de feriis.* † Declara, vt opinio Ancharani procedat, quando absolutio fit solum ad habilitandum, vt possit detegere nullitatem, & dolum; quia tunc non requiritur citatio partis, neque cognitio causæ. Rota *in antiq. decis. 8 de iureur.* secus si absolutio fieret ad rescindẽdum contractum, vt dicit Rota; quia ea, quæ non requirunt cognitionem causæ, expediri possunt tempore feriato. Fed. de Sen. *d. cons. 144. in fi* † Amplia; quia tempore feriatũ inductarum à statuto propter messes, & quę non sunt in honorem Dei, possunt testes ad perpetuam rei memoriam examinari, & iurare. Bald. *cons. 2. Confirmatis contentis, lib. 2. per tot.* quia necessitas, & probatio peritura non differtur. Vide, *Necessitas non habet legem. Concl. 19.* † Extende, vt etiam tempore feriarum in honorem Dei possint testes periturі, vel recessuri iurare, & examinari. Bald. *d. cons. 2. circa mediũ. vers. in contrarium lib. 2.* † Amplia; quia laudum arbitratoris de iurẽ & de facto potest ferri etiam die Dominico, & valet; quia est quædam cõcordia. Abb. *inc. Quintauallis in 22. differ. de iureu. & in c. cum dilectus col. 1. de arbit.* † Restringe in laudo arbitri; quia etiam si esset renunciatum quibuscunque feriis, non potest ferri die feriato in honorẽ Dei; quia partes non possunt renunciare. Abb. *d. c. Quintauallis, differ. 22. de iureur.* & Ias. *in l. 1. col. 1. ff. de feriis.* Abb. *d. cap. cum dilectus. de arbitr.* † Amplia; quia potest admitti debitor carceratus ad cessionẽ bonorum, & relaxari etiam tempore feriarum. Bald. *cons. 301. Ad euidentiam. in fi. lib. 5.* † Amplia in criminalibus; quia valet datio libelli criminalis in die feriata. Bart. & Alex. *in l. miles. §. sexaginta dies. ff. de adult.* Dd. *in rubr ff de in ius voc.* † Extende; quia valet sententia lata in causa criminali, etiam super libello dato die feriata, imo quod plus est, valet ipsa sententia lata die feriata in criminali, vel saltem potest confirmari per iudicẽ appellationis, cum sit defectus concernens solam sententiam; ideo potest reparari per iudicem appellationis. Alex *cons. 79. lib. 2. & cons. 64. & cons. 225. lib. 6.* Felin. *in c. ea quæ. de re iud* Rol. à Vall. *cons. 41. lib. 2.* † Extende; quia tempore Quadragesimæ, quod est tempus feriatum in honorem Dei, licet causæ criminales non possint tractari, per tex *in l. quadraginta. C. de feriis.* tamen de consuetudine non seruatur. Franc. Marc. *dec. 409. Quæritur in festis post n. 1.* sequitur Clar. *in § fin. q. 50. n. 3. ver. pariter etiam*, vbi, quod diebus feriatis potest inferri tortura, & fieri condemnatio etiam capitalis, & plenius idem Clar. *q 64. ver. quæro, an tortura. n. 34. & q. 97. vers. quæro etiam. nu. 6.* vbi dicere videtur contrarium, videl. *d. q. 64.* quod tortura non potest inferri diebus feriatis in honorem Dei, sed de consuetudine non seruatur in atrocioribus; quia etiam die Paschatis infertur; non tamen pro leuibus delictis. In *q.* vero *97. in fi. n. 6.* dicit contrarium, quod condemnatio, & exequtio capitalis nõ potest fieri de iure in diebus feriatis in honorem Dei, sed non seruatur; quia leuia delicta puniuntur, & fit condemnatio, & exequtio etiam in die Paschatis, pro grauibus delictis secus; & dicit, quod timentes Deum seruãt ferias in honorem Dei, sed concordat; quia in *qu. 64.* loquitur de tortura, in *q. 97.* loquitur de exequtione sententiæ; quia horrendum est die festo exequi ad mortem, sed non ad emendationem, prout fustigatio, & aliæ pœnæ leuiores. † Extende; quia tortura potest dari reis etiam diebus feriatis in honorem Dei, etiam in die Paschatis, quando sumus in atrocioribus. Clar. *d. q. 64. n. 34.* vbi, quod melius faciunt iudices timentes Deum, si se abstinent. † Extende; quia regula est, quod in criminalib. maioribus, prout contra latrones, & alios similes, qui turbant statum, & quietem publicam, nullæ feriæ attenduntur, etiam si essent in honorem Dei; quia etiã die Paschatis possunt capi, potest procedi, possunt torqueri, condemnari, imo etiam furca iuspendi. *l. prouinciarum. C. de feriis.* vbi gl. quod chartor victima Deo offerri non potest, quam

quod ii, qui in suam, & aliorum perniciem diuagãtur, competen-
24 ti debeant vigore compesci. † Extẽde; quia quoad carceratos ci-
uiles, & criminales, & in omnibus casibus, in quibus versatur pie-
tas, vel dilatio periculum allatura, vel periculum est in mora, po-
test procedi, & aliis casibus, de quibus Bart. *in l. Diuus. ff. de feriis.* &
plures alios casus enumerat, *l. solet. ff. eod.* quę licet loquatur quoad
ferias hominum; tamen Bart. *in d. l. Diuus.* ex eadit etiã in feriis in
25 honorem Dei. † Amplia; quia vbicunq; potest debitor suspectus
de fuga carcerari (prout Tridenti, vbi etiam die Dominico fit ca-
ptura) potest etiam relaxatio examinari pro æqualitate seruanda.
26 Bald. *cons. 166. Statuto ciuitatis per tot. lib. 5.* † Et quod suspectus de
fuga possit capi tempore feriato in honorem Dei, quando muta-
uit conditionem in peius, & possit capi propria authoritate. Bart.
27 *in l. fin. C. de feriis.* † Extende; quia possunt fieri omnia, quæ conten-
28 tiosam iurisdictionẽ non respiciunt, *l. actus omnes. C. de feriis.* † Idem
29 est in pace, transactione, & simlib *l. fi. C. de feriis.* † Idem; quia co-
ram arbitratore potest fieri arbitramentũ; quia est quædam trans-
actio. Bart *in l. si de meis. §. ex compromisso ff. de arbit.* secus coram arbi-
30 tro. † Restringe in exequutione, *d. l. fi. C. de feriis.* † Declara, nisi sit
31 ratione suspicionis fugæ. Bart. *d. l fin. C. de feriis.* idem, nisi ex neces-
☞ sitate alia. Bald. *cons. 2. lib. 2.* Vide Soc. *reg 17. Die feriato ad aliquem ac-
tum iuridicum procedi non potest.* fallit in 12. casibus, quos ibi specifi-
32 cat, vide eos. † Limita; quia instrumenta de iure cõmuni non pos-
sunt celebrari in diebus festiuis in honorem Dei, *c. 1. de fer. l. dies fe-
33 stos. vbi * omnes, *C. de fer.* † Extende, quod in multis locis cauetur
expresse hoc idem, prout Pistorii exrat statutum, *rub. 70. de instru-
34 mentis nõ conficiendis. lib. 2.* † Restringe; quia ex illo statuto excipiũ-
35 tur instrumenta pacis, & treugæ, quod validum est. † Idem erit in
contractibus habentibus similem rationem, prout in concordiis,
& transactionibus. Abb. *in c. ad audientiam. de cl. nic non resid.* Ruin.
36 *cons. 1. n. 6. & 7. lib. 4.* Dec. *in l. 1. n. 42 cum seq. ff. de regul. iur.* † Limita,
quia lites non possunt tractari diebus feriatis in honorem Dei, &
inter alios dies enumerantur tres dies Rogationũ, in quibus non
est licitum opus aliquod. Lap. *alle. 91. n. 4. ver. dicit etiam.* vbi, quod
Curia Romana non seruabat hoc, sed tamen quod hodie seruat,
37 loquens de abstinentia litium. † Et non valet datio libelli, neque
dilatio assignata, neque alius actus iudicialis, prout datio tenutę,
38 vel quid simile. Io. de Imol. *cons. 97. n. 7. & seq.* † Imo si terminus
assignatus ad comparendum in iudicio die 10. & sit dies Domi-
nica, & sic feriata, non valet, & cõparens tali die non accusat con-
tumaciam, neque consequitur expensas à contumace, quia non
39 tenebatur comparere. Castr. *cons 399 Dies per tot. lib. 1* † Et quando
assignatur terminus, puta, vt decima die cõpareat, & decima die
sit Dominica, & sic feriata, in qua non tenetur comparere, an die
antecedenti, vel sequenti debeat comparere? dic, quod licet sint
opiniones, tamen Castr *d. cons. 399 per tot. lib. 1.* tenet, quod non, &
si vnus compareat per diem ante, alter non, contumax non tene-
tur ad expensas, sicut si alter comparuit die sequenti, contumax
40 non tenetur ad expensas. † Limita; quia tempore feriarum non
potest expediri id, quod cognitionem iudicialem desiderat. *l fin.
41 C. de feriis.* † Limita, quia testes publicari non possunt tempore fe-
riarum messium, & publicatio facta eo tempore non valet. Bald.
42 *d. cons. 2 post med. ver. solutio lib. 2.* † Extende, quia iuramentum, &
inductio testis examinandi non possunt præstari, vel fieri diebus
feriatis in honorem Dei, nisi necessitas vrgeat, vel nisi sit examen
☞ non solemne. Vide, *Testes non iurati non probant. Conclus. 166. num. 3.*
Vide, *Statutum circa ferias operatur multa. Conclus. 550.*

Feriis qualiter possit renunciari, & quid operetur renunciatio. Concl. 101.

1 FERIIS † potest renunciari expresse per pactum, & aliis mo-
2 dis. Iason *in l. 1. circa princip. ff. de feriis.* † Et maxime feriis mes-
sium potest renunciari, & renunciatio operatur, quod tempus
messium est vtile, & currit instantia. Alexand. *consil 36. Viso the-
3 mate. num. 6. & 7. lib. 2.* † Extende, etiam si lex, vel statutum negatiue
loquatur, videlicet, quod tempore messium non reddatur ius;
quia poterit illis renunciari. Alexand. *d consil. 36. num. 6. lib. 2. vers.
4 quoad 3. & nu. 7.* † Ratio est; quia feriæ messium principaliter sunt
inductæ fauore singularum personarum. Alexand. *d consil 36. n 7.
5 in fin. lib. 2.* † Extende, quia talis renunciatio valet, nedum in præ-
iudicium renunciantis, sed etiam hæredis ipsius. Alex. *consil. 188.
Viso proces. 1. num. 8. in fin & num 9. ver nec obstat. lib. 2.* vbi secus dicit,
6 quoad non hæredem. † Declara tamen, quia renuncia facta feriis
non includit ferias futuras, si non est dictum expresse, sed præ-
7 sentes tantum. Alex. *d. cons. 188. in fi. n. 11 & 12. lib. 2.* † Amplia, vt et-
iam tacite possit renunciari feriis, & dicitur renunciatum eo ipso,
quod quis non comparet citatus tempore feriarum, quia cũm
contradicendo possit impedire, tacẽdo videtur consentire. Fed.
de Sen. *cons. 11. n. 10. circa fin.* in cons. Abbatis de Podio Bonicibi
inserto, *vers. præterea iste Iacobus.* Ias. *in l. 1 in princ. ff. de feriis.* Alexand.
cons. 213. Viso, & opportune. n. 3. vers. nec potest dici. lib. 2. † Contrarium 8
tenet apostill. in fine d. consil. in *ver. tacuit*, vt solum tacite censea-
tur renuntiatum, si venisset, & procedente iudice tacuisset, alias
secus, & credo, quod sit Lapi. † Extende, quia si vtraque parte 9
comparente coram iudice tempore messium feratur sententia,
censentur ambæ renunciasse, ex quo comparentes non allegant
ferias, & processum passæ sunt. Io. de Imol. *cons. 88. In casu præmisso.*
vbi dicit esse casum *in l. 1. §. 1. ff. de feriis.* Alex. *cons. 213. n. 3 & seq. vers.
nec potest. lib. 2.* vbi dicit idem in quolibet alio actu, si citatus com-
paret, & non opponit, valet ille actus. † Declarat Castr. *cons. 259.* 10
Circa primum. lib. 2. in pr. vt si statutum annullat acta facta tempo-
re messium, videatur prohibere, quod possit renunciari, sed in-
telligitur, quod in contumaciam sint acta nulla; item si fuit tacite
renunciatum per comparitionem; secus si expresse fuit renun-
ciatum, quia plus operatur expressa, quã tacita renunciatio. † De- 11
clara, quia potest renunciari feriis inductis à lege, vel statuto non
prohibitiue, sed inductiue, quando sunt inductæ non in hono-
rem Dei; secus est, quando statutum induceret ferias in honorem
Dei, vel in honorem, aut commodum hominum, quando simul
prohiberet ius reddi. Bald. *cons. 122. circa princip. vers. item allegatur,
quod iste processus. lib. 3.* Ias. plene *in l. 1. circa princip. ff. de feriis.* † Con- 12
trarium, quando sunt feriæ messium, quia etiam si statutum lo-
quatur negatiue, potest illis renunciari. Alex. *d. consil. 36. n. 7. lib. 2.
& cons. 213. num. 2. in fin. & num. 3. lib. 2.* vbi loquitur in statuto Cæ-
næ negatiue. † Amplia, quia citatus ad exequtionem laudi, 13
vel sententiæ, si non opponat de feriis, sed opponat nullitatem
laudi, & petat pronunciari super nullitate, censetur renunciare
feriis tacite, quia non posset pronunciari, nisi esset renunciatum
feriis. Castr. *consil. 119. Videtur dicendum. in princip. lib. 2.* † Amplia, 14
quia renunciatio facta feriis indistincte, & indefinite, quibus po-
tuit renunciari, ipsa renunciatio trahitur ad omnes causas, sicuti
procurator constitutus indistincte censetur etiam in causa appel-
lationis constitutus. Alex. *d. cons. 36. num. 8. & 9. ver. sed ita est. lib. 2.*
† Renunciatio feriis facta per litigantes operatur, quod tempus 15
feriarum est vtile. Bald. *cons. 467. Quæritur. si ost renunciatũ. lib. 1.* vbi
loquitur in tempore messium. Alex. *cons. 36. Viso. n 6. & 7. ver. quoad
tertium. lib. 2.* † Amplia, quia iudex tenetur procedere tempo- 16
re feriato. Bald. *d. cons. 467.* vbi est casus, *lib. 1.* & dicit non esse ta-
ctum ab aliquo Doctore, quod intellige, si partes renunciarunt
feriis. † Limita, quia feriis repentinis, & aliis principaliter indu- 17
ctis ob publicam vtilitatem, prout quod die mercatus, vel pro
aduentu Principis non reddatur ius, non potest illis renunciari.
Alex. *d. cons. 36. n. 8. lib. 2. ver. secundo dicit.* † Limita in testibus, quia 18
non possunt compelli tempore feriarum venire, licet partes re-
nunciauerint feriis. Bald. *d. cons. 467. lib. 1.*

Fesulana Ciuitas, & aliquid de ea. Concl. 102.

FESVLANA † Ciuitas est solo æquata, & desolata notorie. & 1
in diœcesi Fesulana non est aliquis locus insignis, neq; copia
peritorum, sed Episcopus Fesulanus retinet suam sedem in Ciui-
tate Florentiæ in Ecclesia sanctæ Mariæ in Campo, vbi reddit ius
suis subditis. Lap. *alle. 124. Ciuitas Fesulana.* & de concessione iustus
Ecclesiæ Sanctæ Mariæ in Campo facta libere Episcopo Fesula-
no, quod sit exempta ab Episcopo Florentino in totum, ex verbis
concessionis consuluit idem Calder. *cons. 325 per tot.* licet ibi in fi-
ne reprobetur quoad iurisdictionem temporalem, quia solum
Fesulanus habet institutionem, & destituritionem in illa, & circa
ea, quæ sunt ordinis, iurisdictionem quod est 6 *de donat.* † Mona- 2
sterium Vallis Vmbrosæ est in diœcesi Fesulana, & habet latissi-
mas possessiones in diœcesi Florentiæ; sed tamen de obseruantia
& consuetudine possessiones prædictæ soluunt decimas, & col-
lectas in Episcopatu Fesulano, non autem in Florentino. Fed. de
Sen. *consil. 151. in fin. vers. præterea omnia.* vbi attestatur de ista obser-
uantia.

Feudorum principia qualia, & quomodo inuenta sint. Concl. 103.

FEVDA † iure gentium erant incognita, ideo originem sum- 1
pserunt à iure ciuili, siue cõsuetudinario; & ideo Princeps de-
rogat de facili pacto feudali; quia dicit ex beneficio domini po-
tius, quam iure pacti, & prouidentia legali. Castill. *consil. 20. num. 21.*
vers.

2 ras cæterum. Cuman. *consil.168.n.5.ver.cæterum.* † Et feudum trahit originem à consuetudine, & de iure Romano, & ciuili non erant * feuda, neque vasalli, vt per Clar. *in §. feudum.q.1.* vbi dicit * communem, & magis communem, & iterum *q.6.ver.quæro etiam.* † Et hodie feudales leges etiam dicuntur consuetudines, non autem 4 ius scriptum, secundum * communem. Clar. *d.§ feudum.q.2.* † Et quod veteres iurisconsultos non fuit feudorũ cognitio, sed postea fuit introductum feudum. Fulgo. *cons.228. Antonius de Morando. ff n2.ver.nec mirandum.* Vide, *Feudorum leges sunt consuetudines, & quæ iura seruentur in feudis. Concl.169.* † Feuda ab initio erant manualia, & appellabantur beneficia; ideo nullam habebant soliditatem, neq; certus ordo succedendi in eis erat; & ideo libera erat facultas domino inuestiendi, & inuestituras reuocandi. Ang. *cons.110. finissima in pr.* vbi dicit, quod vestigium feudi est peculium, & precarium hodie, & *cons.287. Factum, super quo consilium.n.7.ver.viso de allatio.* † Postea vero cæperunt feuda extendi in successores descendentes filios ob merita parentum. Ange. *d.cons.110.col.2.in pr. ver.merito igitur. & d.cons.287.n.7.* † Deinde, dum Corradus Romam proficisceretur, cõdidit legem, per quam feuda ad nepotes extendebantur. Ang. *d.cons.110.col.2.ver.cum vero Corradus. & cons. 287.n.7.* † Et fuit incognita feudalis concessio de iure communi; ideo lex prohibẽs alienationem nõ prohibet concessionem feudi, licet sit alienatio. Signor. *cons.210. Quæstio, per tot.* maxime *n.11.* † Natura enim feudi est, vt postquam ad descendentes transiuit, & deficiat descẽdens, reuertatur ad superstitem ex posteris primi inuestiti, triplici ratione, videlicet natura rei, consuetudinis, & conuentionis, non autem reuertitur ad dominũ. Ang. *d.cons.110. col.1.ver.secundo est notandum.* vbi reddit rationem, & *cons.287.n.7.* 10 † Non tamẽ per saltum vadit feudum, videl. de fratre in fratrem, quando nõ sunt descẽdentes ex primo inuestito. Ang. *d.cons.110.* 11 *n.ver.3.est notandum. & cons.287.n.7.ver.sed si feudum.* † Declara; quia feuda Regni Siciliæ vadunt per saltum de fratre primo inuestito in fratrem etiam vterinum; qui tamẽ non admittitur de na- 12 tura feudi. Ang. *d.cons.110.col.4.n.4.& 5.ver capitulum autem.* † Inhabiles ad seruitium sunt etiam inhabiles ad beneficiũ; ideo fœminæ non admittuntur ad feudum. Ang *d.cons.110.n.3.ver.primo, quod in feudo.* † Feuda autem dignitatis, prout Regnum, Ducatus, Marchia, Comitatus, & similia de iure finiũtur vita eius, cui sunt concessa, sed de consuetudine hodie transeunt, prout alia, ad filios, & descendẽtes cum distinctione, quod solus primogenitus succedat, etiam si ex inuesti ura omnes succederent, & vocarentur. Ang. *d.cons.287.n.8.ver.prædicta tamen.* Vide, *Feudum alicui consignatum fuit personale, vel transeat ad hæredes. Concl.129.*

Feudum quid sit, & qualiter constituatur. Conclusio 104.

1 FEVDVM † est beneuola concessio, seu actio, quod prece, & amore conceditur, non autem pretio. *c.1.§.1.de feudo dato in vim log.commiss.* Angel. Aret. *cons.41. In hoc themate.n.33.in fin.& seq.* vbi quod tenetur solum ad iuramentum fidelitatis, & infr. *n.10.* 2 *& n.18.& seq.* † Feudum est vsusfructus quidam, qui cohæret personæ, & non transmittitur, nisi quatenus consuetudo feudi disponit. Bald. *cons.38. D. Thom. de Scarampis.n.2.ver.nam feudum.lib.1.* 3 † Dicitur autem feudum à fidelitate, & fide. *c.fi. per quos fiat inuest. Iode. An. cons.7.* vbi Bolog. *n.17.ver.præterea confirmando.* Castr. *cõs.* 4 *154. In præsenti causa.col.fin.lib.2.* Abb. *cons.82. Quanquam.n.2.ver.2. principaliter.lib.1.* Bart. *cons.161. Proponitur.nu.1.ver.nam feudum.lib.1.* 5 *n.3. nulla. per quos fiat inuestit.* Clar. *in § feudum.q.5.* vbi dicit * communem, & licet in omni contractu requiratur fides; tamen exuberantius requiritur in feudo; quia sumpsit nomen à fide. † Corpus hæreditarium non dicitur feudum, sed est quoddam quid, quod aliquando est in hæreditate, aliquando non, aliquando est in bonis, aliquãdo non; ideo non transit cum vniuersitate bonorum. Bald. *cons.207. Quæstio est.n.5.ver.sed ad hoc respondeo.lib.2.* † Est concessio feudi contractus vltro citroq; obligatorius; quia datur gratia vtriusque, & est actus in suo esse perfectus, cui addi, & minui non potest, & est contractus de iure gentium, plura Io.Iac.de Leonardis inter consil. Bruni *cons.114.n.203.& seq.* ideo Princeps 6 tenetur ad obseruantiam. † Item est contractus, siue innominatus secundum aliquos, siue nominatus secundum alios, siue anomalus, satis est, quod est contractus, cui nihil addi, vel minui potest inuito feudatario. Bald. *cons.327. Pridie enim in pr.lib.1.& consil. 291. Ad euidentiam.n.12.ver.sed videamus.lib.2.* vbi, quod est contractus innominatus, secundum * omnes Doctores, & quod sit nominatus, est * communis opinio, vt attestatur Clar. *d. § feudum.q.6.* * vbi dicit * communem, quia habet nomen singulare, & formam à cæteris contractibus differentẽ; non tamen est inter contractus bonæ fidei numeratus; quia inuentus à consuetudine, & post ius ciuile. Vide, *Feudũ non potest reuocari. Concl.110.* † Est feudum concessio rei pro homagio facta ad differentiam iuris emphyteutici 7 propter annuam præstationem. Alex. *cons.136.n.4.ver.sed quatum. lib.1.* † Item est quædam seruitus præter naturam rerum, quæ aliquando fuerunt liberę. Bald. *cons.351. In bonis feudalib.n.7.ver.& feudum est quæda. lib.1.& cõs.308. Ad euidentia præmittendũ.n.5.ver.& feudum est quædam. lib.3.* plene Crau. *cons.615.n.6.* vbi alios allegat arguendo, quod si feudum ex coniecturis probatur, cuius sit seruitus; multo magis ex coniecturis probatur non feudum, & quod sit species seruitutis; ideo bona potius allodialia, quam feudalia præsumuntur. Clar. *in § feudum.q.18.in pr.* vbi dicit * commun. † Et 9 quod feudum sit quædam seruitus respectu vtilis dominii, & valeat argumentum de seruitute ad feudum, vbi non est dispositum contrarium iure speciali feudi. Castr. *cons.261.col.fi.ver.sequitur ergo. & in fi.lib.2.* † Et feudum dicitur gratia; quia quamuis pro feu- 10 do præstetur iuramẽtum & seruitium; tamen consideratis extremis concessionis feudi, dicitur ex lucratiua potius, quam ex onerosa causa pendere, ita Bald. *in prælu.feud.col.6.ver.quæro, vtrum feudum possit gratia nuncupari,* quem sequitur Alex. *cons.7. Attentis.nu.2. & seq.lib.7.* vbi plena aposs. dat plurimos concord. & Alex. ponit ibi plura similia, prout etiam in emphyteusi concessa pro modica recognitione; quia præpõderat lucratiua causa, vt dicatur gratia, & beneficium; secus si à principio esset datum pretium. Clar. *in §. feudum.q.4.* allegat tex. *in c.1.§.beneficium. tit.in quib.casib feud.amitt.* & dicit, quod ibi Affl. *n.69.* dicit hanc * communẽ diffinitionem, * licet aliam ibi ponat, quam videas, & *in n.18.& seq.* † Vide tamen 11 Clar. *in d.§ feudum.q.4.in fi.* vbi, quod feudum est beneuola, libera & perpetua concessio rei immobilis, vel æquipollẽtis cum translatione vtilis dominii, proprietate retenta, sub fidelitate, & exhibitione seruitiorum; & dicit, quod vtraque diffinitio habet difficultates, & quod hæc vltima sibi magis placet, & *in d.§ feudum.q. 51.in fi.* dicit, quod feudum de sui natura est concessio gratiosa, & species beneficii. † Non potest esse feudum, vbi non adest iura- 12 mentum vasalli; ideo non dicitur feudalis concessio facta de vtili proprietate castri sine seruitio, & sine iuramẽto, sed est cõcessio vtilis; secus si sit cum seruitio, & iuramento, seu cum iuramento solo etiam non obtentu seruitiorum; quia tunc est feudum franchum, quando non debetur seruitiũ. Bald. *cons.345. Ad euidentiam præmittendum.n.2.ver.ad euidentiam.lib.1.* † E conuerso, non tamen 13 sequitur, fuit fidelitas reseruata: ergo est feudum. Menoch. *cons.1. n.32.& seq.* vbi, quod nihil refert fidelitas ad feudum; quia multi sunt contractus, in quibus requiritur, & non sunt feudales, vbi alios allegat, idem tenet Ruin. *cons.42.n.7.ver.non obstat præstatio iuramenti.lib* 1. Rol.à Val. *cons.50.n.53.& 54.lib.3.* † Item, licet concedens appellet eum, cui concedit, fidelem; non tamẽ sequitur, ergo concessio est in feudum. Castr. *cons.164 in fin.lib.2.* † Extende; 15 quia feudum non potest esse neq; liberum, neque alias, quando concederetur omnimoda proprietas, tam vtilis, quam directa, quod fieri potest solum, quãdo concessio fit maiori; ideo Imperator talem concessionem nõ potest facere, nisi Ecclesiæ Romanæ. Bald. *cons.345.n.2.ver.ad euidentiam.lib.1.* Vide cõtrarium *in ver. Donatio facta per Constantinum Ecclesiæ Romanæ. Concl.689.* † Declara; 16 quia talis concessio, & donatio libera de castris non potest dici feudum; quia ista sunt bona castrensia, & disponitur de eis, sicut de aliis bonis liberis, sed quod imo possit Imperator donare libere, tenet Bald. *cons.351. In bonis feudalib.n.5.ver.2.rerum qualitas. lib.1.& cons.308. Ad euidentiam præmittendũ.n.3.vers.2.rerum qualitas.lib.3.* & infi. *nu.33.* Vide Conclusionem prox. seq. *n 6.& seq.* vbi latius. † Consuetudines feudorum dicuntur de iure naturali, imo ius 17 naturale. Io.Iac. de Leonardis inter consilia Bruni *cons.114.n.221.* † Origo feudorum est quædam benignitas, & gratiositas; & ideo 18 cum feudatariis benigne est agendum, nec sufficit omnis occasio ad feudum auferendum; quia contra eos, tanquam contra infestos nõ agitur. Bald. *cons.429. Quidam nobilis.n.2.ver.item regula est, lib.1.& supra n.10.& seq.* † Beneficium appellatur feudum; ideo in 19 eo sit lata interpretatio contra concedentem, vt omnis vtilitas sit feudatarii. Castr. *cons.354 per tot.* maxime *n.2.circa fi.lib.1.* & clarius *cons.63. Quod dicit reditus in pr.eod.lib.1.* Vide, *Feudum non potest reuocari, neq; alterari inuito feudatario. Concluf.110.* † Et quod feudum sit 20 beneficium, seu beneuola actio tribuens gaudium capienti pro retribuendo, & in id, quod facit, & propria sponte sua parata, vel est beneuola actio tribuens gaudium capienti cum retributione seruitii, ita Alex. *cons.136. Viso & examinato.n 3. in fin.vers.hoc confirmo.lib.1.* † Et quod dicatur fauorabilis dispositio, ita quod ad fa- 21 uorem eius, cui fit concessio feudi, lata fiat interpretatio contra concedentem. Becc. *cons.88.n.36.& seq.* Burlat. *cons.4.n.19.* Natt.

*conſ.*464.*n.*4.*cũ ſeq.& n.*11.*cum ſeq.* Alciat.*lib.*3.*de verb.ſign.pag.* 164.

22 *ver.ſed in hoc.* † Contrarium, quod imo feudum ſit contractus conſuetudinis, & ſtricti iuris, & nõ proprie beneficium; quia plus participat de onere, quam de lucro; & ideo ſtricta fiat interpretatio.

23 Ruin.*cõſ.*45.*Habita ſuper his, n.*16.*lib.*1.† Declara; quia quandoque conceſſio caſtri facta per Imperatorem dicitur feudum, quandoque nõ; quia ſi fiat conceſſio ad vtilem proprietatem ſine ſeruitio certo, vel incerto, & ſine iuramento, non eſt feudũ, ſed vtilis con-

24 ceſſio. Bald.*conſ.*345.*n.*2.*ver. ad euidentiam.lib.*1.† Si vero conceſſio ſit vtilis proprietatis ſine vllo ſeruitio certo, vel incerto; ſed tamẽ præſtatur iuramentum cum obtentu ſeruitiorum; tunc eſt feudũ

25 franchũ. Bald.*d.conſ.*345.*n.*2.*lib.*1.† Quando vero donantur caſtra libere ab Imperatore, tunc ſunt tanquam bona caſtrenſia, & libera, nõ autem feudalia, & de iſtis priuatus poteſt diſponere, prout de aliis bonis. Bald.*conſ.*351.*In bonis feudalibus, n.*5.*ver.*2.*rerum qualitas, lib.*1.*& conſ.*308.*Ad euidentiam præmittendum, n.*3.*ver. ſecunda rerũ*

26 *qualitas, lib.*3.† Et idem, quando poſſidens caſtrum præſcriptione immemorabili vult ſe tueri; quia ea probata cum ſcientia, & patientia Imperatoris, vel locum tenentis, bona ſunt libera. Bald.*cõſ.*

27 352.*n.*13.*ver. item qui poſſedit tanto tempore.lib.*1.† Actus legitimus nõ eſt feudum; quia nõ deſcendit à iure ciuili ſcripto. Sign.*d.conſ.*218.

28 *nu.*5.† Dignitatis appellatione non venit feudum in conceſſione

29 legitimandi. Sign.*conſ.*218.*n.*6.† Nobilitatem confert feudũ propter ſui puritatẽ; ideo ſpurius nõ eſt capax; quia eſt infamis. Bald.

30 *cõſ.*207.*Quæſtio eſt, ſpurius.n.*4.*ver. ex his infero.lib.*2.† Ruſticus tamẽ poteſt emere feudum, & dignitatem feudi iuriſdictionalis. Abbas *conſ.*3.*Nitar.n.*12.*lib.*2. quod dicit procedere, quando vendens ha-

31 bet iuriſdictionem, tanquam patrimonium.† Feudum nõ eſt de iure gentium, ſed tamen qualitas, ſeruitutes, & vtilia ſunt iuris gẽ-

32 tium. Bald.*conſ.*275.*n.*9.*verſ. nam & ſi feuda.lib.*2.† Dominium vtile transferturin feudatarium; ideo habet ius in re. Bald.*conſ.*182.*Caſus talis eſt.n.*1.*ver. in cõtrarium.li.*5.*& n.*5.*cum ſeq. ver. venio ad ſecundã*, vbi, quod omnis cõceſſio, & priuilegium ſonans in feudum dici-

33 tur reale, & non eſt perſonale.† Natura feudi, & ſubſtantia eſt, vt dominus in feudãs, & inueſtiens debeat transferre in vaſallum vtile dominium, & naturalem poſſeſſionem. *c.*1.§.1.*de controuerſ.inter vaſal.& alium.* Chriſtophor. Caſtillio.*conſ.*4.*Illuſtriſſime Princeps, n.*

14. vbi, quod propterea feudum eſſe non poteſt, ſi plenum domi-

34 nium eſt in vaſallo.† Et vbicunque conceditur tam vtile, quam directum dominium, nõ poteſt eſſe conceſſio in feudum, in quo ſolũ vtile transfertur. Caſtr.*conſ.*164.*in fi.lib.*2. vbi, quod licet poſſit eſſe feudum franchum; tamen non eſt proprie feudum, neque habet propriam naturam feudi, prout in depoſito, in quo transfertur dominium; quia non eſt proprie depoſitum. Crauett.*conſ.*

35 293.*nu.*10.*& ſeq. ver. quarto reſpondeo*, ſupra *n.*15.*&* 16.† Vide, & declara; quia licet ſit regula, quod dominium directum ſit penes infeudantem, & vtile penes infeudatum; tamẽ ſi infeudatus ſubinfeudat alteri feudum, quod habet; tunc aliud dominium directũ inferius cauſatur, vel dominium vtile ſuperius; & tunc ſubinfeudans habet dominium directum inferius, vel dominium vtile ſuperius. Curt. Iun.*de feudis in* 4.*parte, n* 83. Bald.*cõſ.*16.*Facti euidentia,*

36 *lib.*1.† Alienatio dicitur conceſſio in feudum. Sign. Homo.*conſil.* 210.*Quæſtio præſupponitur, in pr.* vbi *n.*11. quod eſt adinuẽtum feudũ

37 à conſuetudine; quia fuit incognitum de iure ciuili.† Et quod dicatur feudum omnis cõtractus, qui ſit per inueſtituram, cum iuramento, & homagio, etiam ſi interuenit pretium, quando alia cauſa concurrit, quam pecunia. Ægi. Bella.*conſ.*39.*n.*23.*in fi. ver. itẽ*

38 *dicit.*† Natura feudi dicitur, quod eſt regulare in feudis, quod vero per pactum, vel conſuetudinem in feudis alteratur, nõ dicitur

39 natura, ſed accidens. Bald.*conſ.*275.*Quod pro regula, in pr.lib.*2.† Et ideo magis attenditur natura, quã inueſtitura in iis, quæ ſunt dubia. Bald.*conſ.*198.*Quod conſentiente, circa fi. ver. item contractus feudi,*

*lib.*3. vbi, quod licet feudũ antiquum ex inueſtitura deueniat ad proximiores agnatos; tamen non prohibetur feudatarius ſuã partem de conſenſu domini vendere, vel legare magis vni agnato,

40 quam alteri, quãdo ſunt in pari gradu.† Scientia eſt de per ſe materia feudalis; ideo in ea ſtandum eſt magiſtris in ea. Bald.*cõſ.* 198.

n 2.*ver. ſed magiſtri lib.*3.† Conſtituitur feudum per inueſtituram feudalem factam, & non aliter ſine cauſa; ideo vbi non eſt inueſtitura, non eſt feudum, etiam ſi dominus iuberet me tenere rẽ, tanquam feudum. Cuma.*conſ.*138.*Conſultationibus.n.*2.*ver. quia feudum inſtituitur.* Ex inueſtitura igitur feudũ conſtituitur, & recipit natu-

41 ram feudi.† Intellige, & declara; quia duo ſunt text. repugnantes, videlicet *c.*1.*quib. modis feud. conſtitui poteſt*, qui prohibet poſſe conſtitui, niſi per inueſtituram. ex *c.*1.*de conſuet. reãi feudi.* & vult, & ſola miſſione in poſſeſſionẽ conſtituatur feudũ; ideo cõmuniter concilantur; quia ſi miſſio in poſſeſſionẽ fiat corã paribus Curiæ, habet vim inueſtituræ, ſi vero fiat in abſentia pariũ Curiæ, nõ habet vim inueſtituræ, neq; dicitur conſtitutum feudũ. Clar. in § *feudũ, q.*15. vbi dicit* communẽ declarationẽ Doctorum. Vide in, *Feudi conceßio ex quib. phetur. Cõcl.*170.*n.*33.*& multis ſeq.* † Reſtringe: quia ad conſtituendũ feudũ nõ ſufficit ſola inueſtitura, niſi ſit trãſlata poſſeſſio & dominiũ, ideo ſi fiat in abſentia rei feudalis inueſtitura, & nõ appareat poſſeſſio capta, nõ eſt cõſtitutũ feudũ, ſecus ſi trãſferatur poſſeſſio fictẽ, vel vere, vel ſi inueſtitura fiat in conſpectu rei. Cuma.*d.cõſ.*138.*n.*2. Vide, *Inueſtitura quid ſit. Cõcl.*353. Vide, *Feudi conceßio ex quibus probetur, vel nõ. Cõcl.*170.*cũ duab. ſibi pröx. Concl. ſeq.*

42 † Et an, & cq̃ ſufficiat ſola recognitio rei, ꝓpriæ in feudũ, vel reialienæ, vel nõ, pleniſſime Surd.*cõſ.*135. vbi ꝙ vtraq; parte, & declarat.† Amplia; quia põt conſtitui feudũ, et ſi quis vendat caſtra alicui ciuitati, deinde ciuitas reinueſtiat vendentẽ, tanq̃ feudatariũ,

43 qa valet talis inueſtitura, & dicta caſtra feudalia efficiuntur. Bald. *conſ.*337.*In primis videndũ eſt, lib.*1.† Extẽde, vt ꝓcedat, et ſi fieret inueſtitura de caſtris Cõmunitatis cũ pacto, ꝙ omnia caſtra acquirenda per vaſallũ deberẽt eſſe feudalia Cõmunitatis inueſtientis,

44 quia tale pactum valet, & inducit feudum, et in acquirẽdis Bald. *d.conſ* 337.*in pr.li.*1.† Extende, vt procedat. ꝙ caſtra acquirenda, de

45 quib. vaſallus fecit recognitionẽ, ita ſint feudalia, vt ꝓ alienationem cadant in commiſſum, etiã ſi poſſeſſio non ſit tradita; quia ꝓ recognitionẽ fingitur facta traditio ſtatim poſt acquiſitionẽ Bal. *d.conſ.*337.*n.*5.*ver. ſed vltra procedamus.li.*1. vbi reddit rationẽ ſpecialitatis in Eccleſia, & Cõmunitate ciuitatis inueſtiente, ſecꝰ in aliis.

46 † Amplia, quia per iuramentum vaſallagii conſtituitur feudũ & efficitur quis feudatariꝰ. Spec. *tit. de feud.* § *quoniã. de homagiis.* Bald. *cõſ.*291.*col.*1.*vol.*2. Iacobus de Sãcto Georgio *de Homagio.* Vide, *Feudale homagiũ &c. Concl.*117.† Amplia; quia feudum cõſtituitur ſola

47 confeſſione feudatarii, ideo ſi cõfitetur ſe tenere in feudum talẽ rem aliẽ; probatur conſtitutio feudi. Dyn plene *conſ.*48.*In qu.n.*5. *& ſeq. ver. ſuper eo vero.*† Extende, quia ex tali confeſſione tranſfertur

48 proprietas in dominum, quia cũ æquiparatur fructuario, ſicut donans reſeruato vſufructu trãſfert dominium, ita cõfitens tenere in feudum. Dyn. *d.conſ.*48.*n.*7.† Limita, ſeu declara, quia fructus, vinum, bladum, & animalia ſup bonis feudalibꝰ nõ dicũtur feudalia, ſed allodialia, qñ extrinſecꝰ ſunt quæſita, ideo in eis inceditur, prout in allodialibus, nõ aũtẽ, prout in feudalibus. Bald.

49 *conſ.*222.*Caſus talis eſt, in fi.li.*3.† Idẽ eſt in bonis, & fortimentis exiſtentib. in feudo; quia ſi nõ ſunt talia, quæ adhærẽt caſtro, & feudo, non ſunt feudalia, ſed allodialia, & ſuccedunt pariter fœminę cum maſculis in iſtis paramentis nõ adhærentib. Bald.*cõſ.*232. *Fœmina regulariter, li.*3.† Limita; quia emẽs caſtrum à Principe nõ dicitur feudatarius. Crauett.*conſ.*293.*Ardua, in pr.*† Et quod feudum conceſſum gratis dicatur beneficium, feudum vero emptum nõ

50 ſit feudum proprie, ſed feudum mercenariũ. Alex.*conſ.*12.*Viſo themate.in fi.li.*2. vbi arguit de eo, ꝙ mutuo habuit pecunias, vel cauſa remunerationis donat pro fructib. mutui, nõ eſt vera remunerario; ſecus, ſi donaret pro ſorte.† Extende, vt procedat, et ſi poſt

51 emptionẽ recognoſcat in feudum à vendente, & vendens concedat franchitiã rei recognitæ; quia nõ poteſt eſſe feudum, qñ dominiũ vtile, & directũ eſt in eadem perſona; quia vtile ſeruire debet directo, quod non caditin eadem perſona. Crauet.*d.conſ.*293. *per tot.* maxime *n.*10.*& ſeq. verſ.*4.*reſpondeo.*† Limita; quia feudũ nõ

52 dicitur proprie, ſi quis det alteri bona ſua, & illa recipiat ſtatim in feudũ; quia non conuenit diffinitio feudi, quod eſt quædã liberalitas, & beneficium proueniens à cõcedente, *c.*1.§.*pen. quib. cauſ. feud. amitt.* Alc.*conſ.*168.*n.*8.& cꝙ hoc caſu non dicatur beneficium

53 domini. Bald.*cõſ.*56.*Commune Aſtenſis, n.*2.*li.*3.† Et quod tale feudũ dicatur emptitium, & pluſquam emptitium, quãdo pro illo conſtituendo præceſſit donatio rei in feudum datę; ideo non eſt proprie feudum. Gozadin.*conſ.*9.*n.*55.*&*56.*& conſ.*10.*n.*47.† Et quod

54 feudũ emptum non iudicetur proprie ſecundum naturam feudi, quia non eſt gratuitum, probat Alciat.*conſ.*163.*n.*15.*& conſ.*76.*n.*4. vbi, quod ſapit naturam allodii. Crauet.*conſ.*293.*in pr.* † Et quod

55 feudum emptum dicatur improprium, & tranſeat ad quoſcunq; etiam extraneos. Bald.*d.conſ.*56.*Commune Aſtenſis. lib.*3. Dec.*conſ.* 300.*n.*7. Gozadi.*conſ.*57.*n.*18.*&* 19. Brun.*conſ.*14.*n.*2. Bero *conſ.*65. *n.*45.*lib.*1.*& conſ.*73.*n.*37.*eod. lib.*1. Alciat.*conſ.*172.*n.*10.*& conſ.*190.

56 *n.*4.*& conſ.*192.*n.*3.† Et quod poſſit alienari. Pariſ.*conſ.*4.*n.*38.*li.*1. vbi dicit *communem Clar. *in* § *feudum q.* 73. *verſ. ſed quid in feudo** *emptitio.*† Et nõ perditurdictum feudum ex cauſa ingratitudinis;

57 quia non prouenit ex liberalitate, & nõ eſt proprie feudum. Bald. poſt Iacob. de Rauenna, quem allegat in *cap.*1.*n.*4.*ſi vaſall. feud. prætor. & in cap.*1.*n.*2.*an mut. vel imperfect. feud retin.* & ibi: Præpoſit. *n.*1. Lauden. *n.*2. Iacob. in *ver. dictique vaſalli promiſerunt, nu.*58. *verſicul. quarto limitabilis.* Curt. Iunior *tract. de feud. in* 5 *parte concl.*1.*nu.*7.*in fin.* Abb.

*fin.Abb.cons.30.in fine.lib.2.*Lupus *in repetit.rubr.de donatio.inter vir. & vxor.§.50.in 2.limitat.nu.7.*Ias.*in l si pecunia, in prin.n.12.ff. de condition.ob cauſ.*Crauett.*conſ.6.nu.* 109. & de feudo conceſſo ob benemerita Tiraq.*in l.ſi vnquam, in ver.donatione largitus.num.15.C. de rcuoc.donat.* † Et quod feudum datum ex magna cauſa remunerationis non perdatur ob ingratitudinem; quia non eſt proprie feudum. Alciat.*conſ.188.n.4.* Tiraq. vbi ſup. facit in ſimili Iſernia *in c. 6.n.8.* Garron.*n.24 & 25.quæ ſit prima cauſa benef.amit.* † Et quod imo feudum datum ex cauſa magnitudinis meritorum, puta, quia inueſtitus liberauit inueſtientem à latronibus, vel quid ſimile, non poſſit ex aliqua cauſa ingratitudinis deuolui, ſed fit compenſatio ingratitudinis cum meritis; quia conceſſio non eſt ex liberalitate. Abb. *ff quoſ.30. Videtur primo.nu.3.ver.quinto, & vltimo.lib.2.* Vide, *Feudi conceſſio ex quibus probetur, vel non. Concluſ.170.* Vide Concluſio. proxima ſeq.

Feudi conceſſio non eſt donatio. Concl.105.

1 FEVDI † conceſſio non eſt donatio, ſed ob cauſam datio. Old. *conſ.159.ver.in contrarium.n.3.* & communem *dicunt Rolan.à Vall.conſ.50.n.52.lib.3.* Iul. Clar. in § *feudum, q.17.* Ceph. *conſ.1.n.16.* vbi plures concord. citat, ſequendo Oldr. quia donatio transfert
2 directum, & vtile dominium; feudum vero ſolum vtile. † Et ideo conceſſio feudalis eſt permiſſa, & obligat Papam, & Imperatorẽ, vt non poſſit reuocare conceſſionẽ feudalem, licet reuocare poſſint conceſſionem iuriſdictionis per modum priuilegii. Bald. *cõſ. 30. Ad euidentiam præmitto n.3.verſ.ſecundo præmittendum. lib.5.* etiam ſi facta fuerit non ſubdito, vt dicit Caccialup. in *l.imperium.q.16.n.*
3 *45.ff.de iuriſdict.omnium iudic.* † Amplia, quod propterea non dicitur lucrari dominus feudi, ſi feudum ad eum reuertatur; quia amittitur vaſallus, & ſeruitium. Oldrad. *conſ.148. Factum tale eſt, qui-*
4 *dam Comes, col. fin.verſ.tertia ratio.* † Amplia, quod in feudatio non dicitur alienatio talis, quę non permittatur in Principem; quia nõ ſolum videtur deſiſſe eſſe concedentis, prout de ſeruo liberto
5 facto. Oldr. *d. conſ.159.n.11.ver.circa quod etiam.* † Declara; quia licet donatio non ſit feudum, nec è contra, tamen ſi donatio fiat de cenſu feudali, regulatur ſecundum naturam feudi, & ſic ſecundum ſuum ſtipitem. Bald. *conſ.49. In primis videndum circa ſi.verſicul.*
6 *preterea in contractibus.li.4.* † Limita, ſeu declara, quia caſtra donata ab Imperatore differunt ab iis quæ conceſſa ſunt in feudum; quia donata ſunt libera donatarii, & efficiuntur caſtrenſia, & poteſt de eis diſponere, prout de aliis bonis, nec amplius ſunt in bonis fiſci, vel donatoris, ſed donatarii, quod non eſt in bonis conceſſis in feudum. Bald. *conſ 351. in bonis feudalibus.nu.5. ver ſecunda rerum qua-*
lias.lib.1.& conſil.308. Ad euidentiam præmittendum, nu.3. ver. ſecunda rerum qualitas.lib.3. Angel. *conſil.242. Punctus talis eſt, Dominus, in fin.* ſequitur Dec. *conſil.390.num.6.* Oldrad. *d. conſil.159 num.4.* ſequitur * Ceph. *conſ.1.num.16.* vbi alios citat, & dicit * communem. Alexan. *conſ.24. Ponderatis.n.11.ver.quia reſpondeo.lib.5.* vbi, quod propterea transit ad fœminas. Dec. *conſ.208.n 2.ver.poſtremo,* & in multis conſiliis, quos allegat, & ſequitur Soc. Iun. *conſ.102. Non ſum immemor,*
nu.9.& ſeq. vbi *nu.11.* dicit * communem, *lib.2.* & iterum *nu.17.* vbi multos citat. Iul. Clar. in § *feudum, q.17.* vbi dicit * communem, & citat Grat. *conſ.9.n.78 lib.1.* qui dicit * communem, & pleniſ. Rolan. à Val. *conſ.50.n.52.lib.2.ver.ſeptimo pro hac parte,* vbi infinitos citat, & ele magis * communi teſtatur pleniſ. Bero. *conſ.65. Pluribus.n.*
15.& ſeq. vbi citat plurimos, & *n.21.* dicit * communem, *lib.1.* & iterum *conſ.67. In cauſa, quam Illuſtriſſ. Duciſſæ Mantuæ.n.19. & multis*
ſeq.lib.1. Ruin. *conſ.38. Quoniam de pluribus.n.3.ver. & clarius probatur,*
& tunc 39. Viſis, in pr.lib.1. † Extende, vt procedat, quod ſit libera donatio, & non feudum, quando dicit, *concedimus, & donamus,* erſi non ſi reſeruetur iuramentum fidelitatis in inueſtitura. Bero. *d.*
conſ.65.n.18.verſ.licet in caſu ſuo.lib.1. imo etiam ſi reſeruetur iura-
mentum, & ſeruitium. Rui. *conſ.39. in pr.lib.1.* † Extende; quia etiam alium dominium cenſetur conceſſum, quãdo verba dicunt, *concedimus & donamus, acius, & dominium & actionem omnimodam*
plenarie transferimus. Bero *d. conſ.65.n.33 & ſeq.ver. pondero ad hæc lib.*
1. & idem, quando nihil ſibi donans reſeruauit. Ruin. *conſ.38.n.3.*
9 *& conſ.39 in pr.lib.1.* † Extende; quia donatio caſtrorum facta mi-
litiæ fiducia, & libera, ita quod donãs ſibi nihil retineat in eis, cum ſit rex, qui concedit, erit libera donatio, & continet regalia, etiam ſi fatiatur concedens recepiſſe ſcut. tria millia, & nõ poteſt eſſe feudum; quia verba repugnant; & quia in dubio pro Eccleſia interpretatio facienda, Ias. *conſ.45. Aggredior primam dubitationem.*
lib.1.per tot. vbi, quod regalia tranſeunt in donatione facta incipiendo ab vniuerſalibus, prout à Caſtro, ſeu territorio, ſecus, ſi à particularibus. Vide Concluſionem prox. præced. *num.15. & 16.* Extende; † quia caſtrum donatum liberum eſt reſpectu domini 10
directi ipſius donatarii; quando vero eſt conceſſum in feudum, feudatarius non habet, niſi vtile dominium. Fulg. *conſ.1. in pr.* maxime *verſ.clarum eſt.* Alex. *conſ.24.n.11.lib.5.* † Vide tamen apoſtil- 11
lam ad Alex. *d. conſ.24.n.11.lib.5.in ver. Naturam,* quæ dicit, quod licet donatio Caſtri, & donatio libera ſit contra naturam feudi; ſi tamen retinetur fidelitas, nõ eſt contra ſubſtantiam feudi, ita etiam tenet Soc. Iun. *conſ.102.n.25.li.2.* allegat Dec. *conſ.413.* † Con- 12
trarium, quod Imperator non poſſit libere donare caſtra, & iuriſdictiones abſq; reſeruatione ſuperioritatis, niſi donaret eccleſiæ Romanæ; quia tenetur augere imperiũ, ſed donãdo minuit, præterquam ſi donat eccleſię Romanæ, penes quam habitu exiſtit iuriſdictio imperii; quia imperium habet ſolum exercitium, & quia imperium eſt à Deo, & ab eccleſia. Alex. *cõſ.24. Ponderatis, in ſi.n.22.*
vſque in ſi.ver.denique, lib.5. † Declarat Dec. *conſ.190. in prin.* quod ſi 13
nõ eſt in magnam læſionem Regni, vel Imperii, valet, & transfert poſſeſſionem abſque apprehenſione, quãdo fit ex certa ſcientia, vide eum; quia allegat concor. plures. Vide, *Imperator iura imperij* M
alienare non poteſt, & quando ſecus. Concl.40. † Reſtringe tamen; quia 14
ſi donans reſeruaret ſibi ſuperioritatem, non eſſet conueniens, & illam retineret. Bero. *d. conſ.65.nu.31.lib.1.* † Reſtringe, quando ha- 15
bens in feudum ab alio, prout Dux Mediolani ab Imperatore, donat alteri; quia cenſetur donare in feudum eo modo, quo poteſt. Bero. *conſ.66. In cauſa Caſtri Turricellarum, lib.1.* quia aliter donare libere nõ poteſt, cum ipſe in feudum habeat. † Reſtringe, quando 16
donatio fieret in Marchionatum; quia Marchia denotat conceſſionem feudi; ſecus ſi appellaretur Marchio ille, cui fit donatio. Bero. *conſ.67.nu.30. & ſeq.ver. præterea non obſtat, lib.1.* † Limita; quia 17
dicitur donatio, & non feudum, licet adſint aliqua verba de feudo; quia ſi non eſt reſeruatum directum dominium, in dubio donatio iudicatur, quando per verbum, *donamus,* vel quando omnia iura vtilia, & directa ſunt translata. Cephal *conſ.1.n.16. & ſequ.* vbi *n.20. & ſeq.* quod ſaltem erit franeum feudum, quod tranſit ad eccleſiam, & omnes; imo ſi adſunt verba, *inueſtimus,* & alia ſimilia, quæ feudum important, & verbum, *donamus,* erit donatio, & non feudum, Iacob. de S. Georgio in ſua *inueſtitura feudali, in ver. inueſti-*
uit talem n.10. † Extende; quia in dubio potius præſumitur dona- 18
tio, quam feudum, etiam ſi adſint verba, quę poſſint importare vtrunque. Rolan. à Vall. *conſ.50. Viſa conceſſione. per tot. lib.3.* maxime *n.31. & ſeq.* vbi dicit * communem, & tollit contraria. Vide plenius, * M
Feudum qualiter eſſe probetur. Concl.171.n.5. & ſeq. maxime *n.8. & ſequ.*
† Extende, quando adſunt verba, *libere, & integre.* Ruin. *conſ.18. n.* 19
7. & ſeq.lib.1. † Extende, quando in conceſſione dicitur, *quod poſſit* 20
diſponere. & facere prout ſuus appetitus voluerit, plene Ruin. *d. conſ.18.n.*
9. & ſeq. vbi ponit idem, quando verba important liberam voluntatem; quia repugnant feudali conceſſioni. † Limita, vt datio in 21
ſolutum caſtri, vel vẽditio pro certo pretio iure proprio, & in perpetuum nõ poſſit dici feudum, etiam ſi adſint verba, quod teneatur ſoluere conſuetum cenſum, quem alii nobiles pro terris propriis, & patrimonialibus ſoluere tenentur Romanæ Eccleſiæ, & Cameræ Apoſtolicæ; quia cum dominium vtile, & directum ſi conceſſum, non poteſt dici feudum, ita Ang. Aret. *conſ.73.n.6.* &
ſeq.ver. veniamus ad caſtrum, vbi loquitur in caſtro Alpræ in Sabin.
Vide, *Donatio differt à feudo. Concl.623.* Vide, *Feudum qualiter eſſe probetur per ſigna, & in quibus differat à donatione. Concl.171.*

Feudorum conceſſiones ſunt litteræ priuatæ. Concluſ.106.

1 LITTERÆ † in feudationum ſunt litteræ priuatæ ab Imperatoribus procedentes; ideo non vitiantur ex defectu diei, vel conſulis. Oldr. *conſ.312.n.2.ver.non obuiat.* † Et conceſſio feudi fa- 2
cta alicui per dominũ ex vna cauſa, pura ob deuolutionem propter alienationem, vel feloniam, debet verificari, vt conceſſio habeat locum. Ruin. *conſ.35.n.13.lib.5.* † Extende; quia non ſuffi- 3
ceret verificare deuolutionem ex alia cauſa non expreſſa. Iacobi. *in ver.inueſtiui talem.n.14.*

Feudatarius an dicatur ſubditus domino ſuo, & in quibus. Concl.107.

1 FEVDATARIVS, † qui cõmiſit feloniam domino, iuxta antiquam, vel nouam inueſtituram, ſi non eſt alias ſubditus domino, licet poſſit feudo priuari; tamen non cadit in eum crimen læſę maieſtatis. Rol. à Vall. *conſ.1.n.29. & ſeq.li.3.* † Extende, etiam ſi ſit 2
eccleſiaſtica perſona; qa etiã laicus domin° poteſt priuare feudatarium ſuum ex delicto, licet nõ ſit ſub iuriſdictione ſua; quia eſt

speciale in causa feudali. Bart. *in extraua. ad reprimendum. in ver. conditionibus*, vbi, q. Henricus Imp. priuauit quosdam Episcopos ob rebellionem commissam feudis, quæ ab Imperio habebant, est
3 tex. *in c. verum. de for. comp. auth. statuimus. C. de Episc. & cler.* † Declara; quia ecclesiastici, qui nõ subsunt domino feudi, nisi ratione feudi, si efficiantur rebelles, non vtiq; incidunt in crimen læsæ maiestatis, sed solum feudo priuãtur. Card. *in clem. pastoralis. §. rursus. & §. deniq; de re iud.* Soc. Sen. *cons. 27. col. 1. lib. 3.* Alciat. *resp. 451. n. 3.* siue secundũ nouam impressionẽ *resp. 36. n. 4. lib. 3.* Rol. à Val. *d. cons. 1. n.*
4 28. *& seq. lib. 3.* † Et iudex amissionis feudi contra clericum, quãdo agitur criminaliter, debet esse ecclesiasticus. Soc. Sen. *cons. 12. col. pen. lib. 1.* Rol. à Val. *cons. 4. n. 5. lib. 1.* Imol. *in c. cæterũ.* & ibi Aret. *n. 24.*
5 *de iud.* Menoch. *de retin. poss. remed. 3. n. 402.* † Secus, si ageretur de re ad feudũ spectãte, vel de priuatione feudi ciuiliter; quia dominꝰ feudi ẽt laicus est iudex. Dec. *in d. c. cæterũ. n. 4. de iud.* Guid. Pap. *dec. 139.* Clar. *in §. feudũ. q. 90.* Menoch. *d. remed 3. retin. poss. n. 396. & seq.*
6 † Amplia; quia feudatarius, licet sit maior in dignitate, q̃ dominꝰ feudi, tenetur tamẽ iure feudi versus dominum suum ad omnia; ideo si Imperator, vel ẽt Papa haberent feudum à Comite, dicerentur feudatarii ipsius Comitis, nec liberantur ab obligatione feudali, ita Zasius *de feud. in 7. part. n. 21. Rubr. in quitd vasallus domino.*
7 † Declara; quia habet locũ, quando Papa vti priuata persona haberet feudum, prout loquitur Bald. *cons. 275. Quod pro Reg. n. 8. & 9.*
☞ *ver. quid igitur de Papa. vsq; in fi. lib. 2.* Vide, *Feudũ recipere possunt Papa, & alij. Concl. 119.* Vide, *Feudalis cognitio ad quem spectet. Concl. 212.*

Feudũ regulatur secundũ inuestituram. Concl. 108.

1 FEVDVM † regulatur, & iudicatur secundum inuestituram, à qua dignoscitur quid, & quale. Oldr. *cons. 59 in pr.* Rom. *cons. 1. Visis in facto. in pr.* maxime *n. 3. vers. ex quibus omnib. Pedemont. decis. 23. Secundus, qui se offert. nu. 2 & seq.* vbi, quod attenditur quid concessum, non autem quid supplicatum. Rom. *cons. 33. circa fi.* vbi apost.
2 *in ver. seruandus.* Castr. *cons. 176. in pr. li. 1.* † Amplia in tantum, quod ex pactis inuestituræ alteratur natura feudi, ita quod etiam contrariam assumat naturam; quia contractus ex cõuentione legem accipiunt. Oldr. *cons. 234. n. 2. ver. pro cuius intelligentia.* Roma. *cons. 1. Visis in facto, in princ.* & Cald. *cons. 314. ante med. ver. ad cuius declarationem*, alias 11. *de feudis*, vbi, quod propter diuersas consuetudines statur inuestituræ; quia potissime in hac materia ex conuentione feuda legem accipiunt, plene Bald. *cons. 353. Præsupponendum est, nu. 3. ver. & quia feudum. lib. 1.* vbi, quod feudum masculorum ex pacto potest spectare ad fœminam; quia alteratur natura feudi secundũ tenorem inuestituræ, & *cons. 207. Quæstio est. spurius. n. 2. ver. nam potius. lib. 2.* vbi, quod regulæ feudorum fallunt propter verba inuestituræ, & *cons. 327. In hoc conueniunt. lib. 3. in pr.* vbi, quod natura feudi accedit verbis inuestituræ. Io. de Anan. *cons. 7. n. 7.* Rom. *d. cons.*
☞ *31. in fi.* Castr. *cons. 176. Videtur dicendum, in pr. lib. 1.* Vide, *Feudum requirens seruitium. & illud admittens per subst itutum. Concl. 153.* Amplia;
3 quia † licet feudum de sui natura non transeat ad fœminam; tamẽ secus est, si hoc ex tenore inuestituræ exprimitur. Cald. *cons. 306.* alias 3. *de feudis, & d. cons. 314.* alias 11. *de feud.* Bald. *d. cons. 353. n. 3. vsque in fi. lib. 1. & cons. 327. in pr. ver. item conueniunt, li. 3.* vbi, q. omnes
☞ ita conueniunt. Vide, *Feudum quando transeat ad fœminas. Concl. 161.*
4 † Extende; quia an sit succedendum in capita, vel in stirpes, si inuestitura hoc aperit, illam sequi debemus. Bald. *cõs. 199. Ad euidentiam, n. 4. ver. sed quicquid sit, lib. 3.* † Amplia; quia natura feudi plus pendet ab inuestitura, & pacto, quam à iure communi. Cald *d. cõs. 310. circa pr. ver. ipsorum enim feudorum.* alias 7. *de feudis.* Io. de Anan. *cons 7. Visis, & ponderatis, n. 7.* vbi, quod semper recurrimus ad inue-
6 stituram. † Et ideo transit etiam ad extraneos, quando in inuestitura ita est conuentum; quia istud nõ est contra substantiam feudi. Cald. *cons. 314.* alias 11. *de feudis, in pr. & ver. ad cuius declarationem.*
7 † Extende, vt etiam ex tenore inuestituræ possit effici alienabile ad quoscunque sine licentia domini, & possint alterari accidentia, vt vasallus non teneatur, nisi intra quinquennium præstare iuramentum nouo domino successori; item quod possit testari, & quod transeat ad fœminam, etiam si feudum de sui natura ista
8 omnia reiciat. Cald. *d. cons. 314.* alias 11. *de feudis.* † Et quod possit alienari, quando est data licentia in inuestitura. Fulg. *cons. 1. per tot.*
9 † Extende quoad hoc, an dicatur diuisibile, vel non; quia omne feudum est diuisibile, si contrarium ex inuestitura non disponitur, vel nisi sit Regnum, Ducatus, vel Marchionatus. Calder. *cons.*
10 *315.* alias 12. *de feudis.* † Extende etiam quoad successionem in feudo; quia secundum inuestituram regulatur successio, non autem sit de iure communi; ideo in feudatio facta primo inuestito pro se, & suis filiis masculis, & ipsis deficientibus pro filiabus fœminis, si decedat primo inuestitus, deinde filii masculi, & superstit filia primi inuestiti, & filia vltimo masculi mortui, succedit filia primi inuestiti ex cõuentione, licet sit remotior vltimo decedenti, quã
12 propria filia. Cald. *cõs. 316.* alias 13. *de feudis.* † Amplia; quia quando inuestitura est gratiosa, nec dirigitur alicui; tunc sola inuestitura probat infeudationem; secus si esset in forma commissionis; quia requiritur exequutio, alias non probaretur feudi cõcessio. Gem.
13 *cons. 14. n. 5. ver. quoad secundum. vsque in fi.* † Prima inuestitura attenditur, nec illi derogatur ex sequentibus inuestituris, quæ aliter, quam prima, loquantur, plene Dec. *cons. 184. in causa, & lite. n. 3. ver. nec obstat, quod in alia posteriori*, vbi plene apost. dat cõc. in *ver. prima*, & concludit non censeri derogatum primæ inuestituræ in præiudicium tertii. Card. *cons. 92. Fauendo pupillis in pr.* & hanc cõmunem
14 dicit * Clarus in *§. feudum, q. 20. n. 2. ver. sed pone*, vbi citat plures de communi * attestantes, quod non potest alteratio inuestituræ præ-
15 iudicare vocatis; sed tamen dicit, q. multum animaduertere debet vasallus; quia si antiquę inuestituræ essent perditæ, starent ture. nouationi, & sic præiudicaret, vide infra *n. 21.* † Et ideo feudũ ac-
16 quisitum, p se, & hæredibus, si in aliis inuestituris addatur verbũ, *pro se, & quibuscunque hæredibus, & successoribus*, illa verba, *quibuscunq;*, intelliguntur de descendentibus, qui sunt vocati in prima inuestitura. Dec. *cons. 185. n. 3. & 4.* † Extende; quia primæ concessioni feudali non censetur derogatum, etiam si census, qui soluitur pro feudo, sit auctꝰ, vel supplerus in alia re; quam feudali; quia prima
17 concessio firma manet, & confirmatur. Alex. *cõs. 79. Circa primũ. n. 8. & seq. ver. Circa septimum, li. 1.* † Extende; quia neque censetur derogatum in præiudiciũ eorũ, qui recipiunt inuestituram, nisi anti-
18 quæ inuestituræ sit expresse derogatum. Dec. *cons. 184. n. 3. ver. nec obstat.* † Extende multis modis, de quib. *in ver. Feudum non potest re-*
19 *uocari. Cõl. 110. & in ver. Feudũ quando competat per iura accrescendi. Cõl.* 182. *& ver feudum antiquum. autum, vel paternũ. Cõl. 140.* † Restringe; quia bene, por in præiudiciũ domini inuestitura alterari; ideo si feudum esset nouum, & dominus concedit nouã inuestituram, de cernendo, quod sit antiquum; tũc bene valet talis inuestitura; & feudum iudicabitur antiquum. Dec. *d. cõs. 184. n. 8. ver. non omit-*
20 *to.* † Imo q. in feudo nouo, de quo vasallus posset de feudo disponere, quod ex noua inuestitura possit præiudicare sibi, & vocatis,
21 tenet Clar. in *§ feudum. q. 20. in fi.* † Amplia in tantum feudum regulari ex prima inuestitura, vt licet fiat noua inuestitura feudi, diuersa ab antiqua, non recedatur à prima in præiudicium vocatorum ex prima. Zab. *cons. 92. in pr. per ca. vnicum. de vasallo decrepitæ-*
22 *tatis.* Ant. de Butr. *cons. 47. in pr.* quia noua inuestitura habens causam ab antiqua regulatur secundũ antiquam. † Extende; quianõ
23 valet dispositio testatoris diuersa ab inuestitura, vel natura feudi. Zab. *cons. 100. in fi. ver quoad feuda.* † Extende; quia si vasalli supplicant Imperatori, quod bona tenta per eos, & suos authores
24 sibi confirmentur, & concedantur in feudum, prout tenuerunt, non intelligitur recessum à prima inuestitura, neq; feudũ alienatum. Alex. plene *cons. 29. Perspectis. n. 21. in fi. cum seq ver. nunc de 5. lib.*
25 *5.* vbi *n. 25.* quod bona propria nõ transeunt in feudalia, licet dicat, quod interim omnia feudalia præsumuntur, donec contrarium probetur. † Extende; quia nouæ inuestituræ cẽsentur factæ ad cõ
26 firmationem præcedentium, non ad derogationẽ. Alex. *d. cõs. 29. n. 23. & seq. ver. nam vt Bal. li. 5.* vbi apost. in *ver. innouationes* citat Alex. *cons. 18. n. 13. eodem lib.* & ratio est; quia in dubio non censetur velle
27 præiudicare, vel tollere ius, *supra n. 12.* † Extende; quia bene in casu conuerso, si Imperator concedit feudũ nomine feudi antiqui possidendum, erit paternum, & antiquum, quoad qualitates, &
28 priuilegia, licet sit nouum. Alex. *d. cons. 29. n. 24. lib. 5.* vbi apost. in *ver. paterni*, dat conc. † Amplia; quia tenor inuestituræ seruandus est, etiam si repugnet naturæ feudorum. Rom. *cõs. 33 Visa inuestitu-*
29 *ræ tenore, in fi.* vbi apost. in *ver. seruandus*, allegat eundem Rom. *cons. 494. In casu propositæ, circa pr.* vbi apost. in *ver præponderare*, allegat plurimos conc. Castr. *cons. 176. in pr. li. 1.* † Limita; quia seruatur re-
30 gnor inuestituræ in feudo nouo; si vero est feudum antiquum, inuestitura posterior in præiudicium primæ non attenditur. Cast. d.
31 *cons. 176. n. 3. lib. 1.* quia sufficit, quod habeat causam ab antiqua. Ant. de But. *cons. 74. in p.* Vide, *Feudum non potest reuocari, neq; alterari inuito feudatario, & quãdo secus. Conc. 110.* † Regula igitur sit, quod
32 feudum concessum Titio, & suis filiis descendentibus masculis, omnino excludit fœminas, & pterea cessantib. masculis, reuertitur ad dominum; quia tenor inuestituræ est clarus, Bald *cõs. 327.*
33 * *In hoc cõueniunt, in pr. lib. 3.* vbi, quod oẽs * Doctores in hoc cõueniunt, & allegat ttiplicẽ rationem, videlicet verba; itẽ natura feudi; item ratione finalem; quia fœminæ nõ possunt pro feudo seruire.
34 † Extende, vt procedat, etiã si extarent masculi ex fœmina; quia succedunt, qa masculi de masculis intelligi debẽt. Ant. de But. *cõs.*
35 *46. in fi.* † Et idem, qñ pro se, & filiis, seu prole, & libris; quia non est hæ-

est hæreditarium, sed ex pacto, & prouidentia, & soli masculi descendentes admittuntur. Clar. *in §. feudum, qu. 9. num. 3.* Anton. de Butr. *consil. 46. in fin.* † Secundus casus est, quando feudum alicui conceditur pro se, & fœminis; quia sine dubio fœminæ admittuntur, & in hoc etiam conueniũt omnes * Doctores, vt inquit Bald. *d. cons. 327. in princ. ver. item conueniunt, lib. 3.* & allegat tres rationes, verba clara; item quia natura feudi regulatur à verbis inuestituræ; item quia maxime in feudis seruantur pacta etiam facta alteri per stipulationem directam; quia apices iuris omittuntur in materia feudi. † Tertius casus est, quando feudum conceditur indistincte, & promiscue, veluti Petro, & illis de domo sua; aut Petro, & hæredibus; aut Petro, & descendentibus; & discrepant DD. quia aliqui tenent, quod includantur fœminæ. † Contrariũ tenent alii, quod imo fœminæ non includantur ex natura feudi, * & hanc veram, & communem * dicit Bald. *dict. consil. 327. num. 2. versicul. sed in hoc non conuenerunt, lib. 3.* vbi, quod reddit feudum ad dominum deficientibus masculis. † Quartus casus est, quando feudum conceditur pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque; quia hoc casu transit etiam ad extraneos hæredes, communem * dicit Ripa *in l. ex facto. §. si quis ita, nu. 16 ff. ad Trebell.* Clar. *in d. §. feudum. qu. 9. nu. 2.* vbi, quod in practica ita seruatur. † Quintus casus, quando conceditur pro se, & filiis, & hæredibus, seu filiis, & liberis, ac descendentibus hæredibus; quia tunc est hæreditarium secundum quid, sed non absolute; ideo non succedunt filii, & descendentes, nisi etiam sint hæredes. Clar. *d. § feudum. qu. 9. num. 4. & 7.* † Et debent esse hæredes primi inuestiti, non autem vltimi descendentis. Clar. *d. §. feudum quæst 9. num. 5.* vbi recitat opiniones, & quod senatus iudicauit pro ista opinione. † Extende quintum casum, etiam si sit dictum. *pro se, & filiis, & hæredibus legitime descendentib* vel sit dictum, *pro se, & filiis, & hæredibus masculis*; quia adhuc erit hæreditarium secundum quid, non absolute, idem Clar. *d. § feudum, q. 9. n. 8. & 9.* † Sextus casus est, quando simpliciter feudum conceditur Titio, & non dicitur, *pro se, & filiis*, neque aliud, an se extendat ad filios descendentes masculos; dic, quod sic, & non est personale. Clar. *d. §. feudum, quæst. 9. nu. 6.* † Dicas, quod imo isto casu erit feudum hæreditarium secũdum quid, vide infra in octauo casu. † An autem feudum sit hæreditarium, vel ex prouidentia quæsitum filiis, vt filiis. Vide, *Feudum pro se, & filiis, an desin simpliciter, an de filiis vt hæredibus. Concl. 158.* † Septimus, quando conceditur Titio, & filiis, seu liberis, & descendentibus, nec dicitur, *hæredibus*; quia tunc non est necesse, quod sint hæredes, neque quod veniant ex persona patris, sed ex persona sua veniunt. Castr. *consil. 462. Visis & consideratis, n. 4. ver. secundo* cõsiderandum, *lib. 1.* † Octauus, quando feudum conceditur pro se, & suis, & non exprimit, an de filiis, & descendentibus, an de hæredibus; & tunc iudicatur hæreditarium secundum quid, vt filii, & descendentes debeant esse hæredes, ita Alexan. plene *cons. 26. Ponderatis, num. 3. ver. ideo cum neutrum, lib. 5.* vbi idem, si recipit feudum simpliciter sine dictione, *suis, & num. 6.* Alex ibi reddit rationem; quia magis expedit domino; quia ad eum de facili magis reuertitur, & magis expedit vasallo; quia non carebit hærede, vt. de supra in sexto casu.

Feudum quot modis acquiratur, tam inuestito, quã domino. Concl. 109.

1 FEVDVM † acquiritur feudatario in inuestitura, cum aliquis tradit possessionem rei immobilis alicui nomine feudi corporaliter; quia proprie dominus dicitur facere inuestituram, quãdo hasta, vel aliquid corporeum porrigitur à domino dicente se facere inuestituram. Oldr. *cons. 272. n. 3. ver. præterea feudum.* Alexa. 2 *consil. 136. in princip. lib. 1.* † Secundo acquiritur, quando inuestitura habetur pro facta, veluti si dominus dixerit alicui: *Vade in possessionem illius feudi, & illud teneas pro feudo*; licet alia non interuenerit inuestitura. *cap. sciendum est. de consuet. recti feudi.* Oldr. *d. consil. 272. ver.* 3 *acquiritur etiam, num. 3.* † Restringe, quando concederetur in feudum sub annua præstatione frumenti, vel respõsionis; quia diceretur emphyteusis potius, quam feudum, seu diceretur contractus innominatus. Alex. *d. cons. 136. Viso. num. 5. lib. 1.* vbi, quod non teneatur ad iuramentum fidelitatis, & in eo succedũt, surdus, mutus, & alii incapaces feudi, & iterum *n. 8. ver. præterea si dicamus*, vbi * dicit * communem. † Tertio acquiritur, quando feudum habetur pro inuestitura, vt ex præscriptione 30. annorum, quando per tantum tempus quis possedit feudum, & præstitit seruitium, *c. si quis per 30. annos. de feud. fuerit controuers. in lib. feudor.* Oldr. *d. consil. 272. n. 4. ver. acquiritur etiam & alio.* Alex *cons. 136. Viso, & examinato,* 5 *n. 2. in fin. ver. secundo præmitto, lib. 1.* † Declara, vt infra *in ver. septimo*, quia si acquiritur extraneo, tequiruntur 30. anni; si acquiritur agnato, qui est & ipse inuestitus, sufficit negligentia per annum: Castr. *cons. 84. n. 1. in fi. lib. 2.* † Quarto acquiritur per successionem ab intestato; quia ex testamento non admittitur successio. Oldr. 6 *d. cons. 272. n. 3. ver. acquiritur etiam feudum per successionem.* Alexan. *d. cons. 136. in pr.* † Quinto possessio feudi acquiritur ex testamento, 7 non autem proprietas feudi; ideo hæres missus in possessionem feudi debet manuteneri, donec de pertinẽtia sit cognitum. Bald. *cons. 244. Non tangendo substantiã, li. 3.* † Sexto feudum acquiritur, si 8 ecclesia habens directum dominium in villa facit inuestituram Titio, vt omnia bona, quæ acquiret in tali villa, sint feudalia; quæ erunt talia, *c. ex parte, de feud. in fi. coniuncto ver. alia quoque.* Castr. *cons. 11. in pr. lib. 2.* vbi, quod eo casu inuestitura trahitur ad acquisitionẽ, non autem acquisitio ad inuestituram. † Septimo acquiritur, 9 quando sunt plures inuestiti, & aliqui scientes, & patientes vnum solum possidere, certe alii sibi præiudicant, & tacite cadunt à sua parte per lapsum anni, text. cum gloss. *in c. Titius. si de feudo fuerit cõtrouers. in fin.* Castr. *cons. 84. Quæstio ista, n. 1. in fi. si vero de expresso, lib. 2.* vbi, quod quando remanet agnato, sufficit negligẽtia anni, si extraneo, requiruntur 30. anni. † Et multo magis si expresse cõsentiunt, quod vni, vel aliquibus sit facta concessio; quia statim sibi 10 præiudicant. Castr. *d. cons. 84. n. 1. in fi ver propter quæ dico, lib. 2.* allegat *l. sicut. §. si voluntate. ff. quibus modis pign. vel hypoth. soluitur.* † Octauo acquiritur feudum, quando aliquis rem immobilem per 11 annum possedit iure feudi, sciente, & patiente domino, ac seruitium susciepiente; quia si hoc probatur, censetur probata inuestituta præsumpta. Alex. *cons. 136. Viso, & examinato, in pr. lib. 1.* † Nono acquiritur, etiam si de inuestituris fiat mentio per Dominum, 12 & possidentes feudum, vel rem ipsam iure feudi. Alex. *d. cons. 136. in princ. ver. secundo ad probandum, lib. 1.* quod intelligit idem Alexa. ibi *col. pen. num. 10. & 11. ver. non obstat etiam*, quando verba concludunt & inter personas descriptas in instrumentis, non alias. Vide, *Feudum ex quibus probetur Conclus. 170.* † Absenti acquiritur feu- 13 dum à die acceptationis. Alexan. *cons. 92 Perspectis. num. 9. ver. circa secundum, lib. 6.* † Et frater potest acquirere fratri absenti, & sibi, & 14 sufficit, quod frater, vel hæredes fratris ratum habeant, & quatenus non habeant ratum, acquiritur totum ipsi acquirenti. Alex. *d. consil. 92. num. 9. & seq. lib. 6.* † Decimo acquiritur per pecuniam 15 ex generali consuetudine, licet de iure debeat esse gratuitum. Clar. *in §. feudum, q. 16.* † Domino autem acquiritur feudum per 16 recognitionem feudatarii possidentis rem, quam recognoscit in feudum; quia si possidet, sufficit recognitio sola. Bald. *cons. 337. In primis videndum. n. 8. ver. & si dicatur, lib. 1.* qui loquitur in ecclesia & ciuitate acquirentibus, Dyn. *cons. 48. col. 3. ver. super eo. n. 5. & seq.* vbi latissime. Crauett. *consil. Pro genero, num. 431. & seq.* vbi alios citat. † Amplia; quia acquiritur feudum domino per inuestituram fa- 17 ctam feudatario recognoscenti, quandõ est vel facta realis traditio rei, vel inuestitura est realis facta in re, vel in conspectu rei. Bald. *d. cons 337. n. 7. ver. præterea si nõ esset acquisitum, lib. 1.* † Declara; 18 quia res mea, quam possideo, efficitur feudalis ecclesiæ ex sola mea recognitione sponte facta in feudum ad fauorem ecclesiæ, quando scio esse rem meam liberam, sed volo facere feudalẽ ecclesiæ; si vero ignoro esse meam, cum sit, nõ efficitur feudalis per recognitionem; quia est erronea, ex quo credidi esse feudalẽ, & qui errat, non consentit, ita Cast. *cons. 11 in pr. ver. si vero non constat, lib. 2.* allegat Bar. *in l. si aliquam rem ff. de acquir. poss.* vbi, quod quando sciens censetur donare directum dominium in ecclesiam, & sine traditione transfert illud. † In dubio, an sciens, vel ignorans 19 fecerit recognitionem rei suæ, standũ esse coniecturis, dicit Cast. *d. cons. 11. n. 1. in fi. ver. in dubio vero, lib. 2.* † Restringe; quia si quis con- 20 ducat rem propriam à principe seculari in feudum, nõ est feudalis, neq; perdit sic recognoscens ius suum secundum * commu- *
nem, de qua Alex. *cons. 136. Viso, & examinato, in fi lib. 1.*

Feudum non potest reuocari, neque alterari inuito feudatario, & quando secus. Concl. 110.

1 FEVDI † concessio licet sit beneficium principis; tamen non potest Imperator reuocare cõcessionem factam, quæ habuit suum perfectũ, neq; maius onus imponere inuestitis reuocãdo, & alterando consuetudines feudorum. Bald. *cõs. 326. Rex Romanorum, n. 4. ver pone, quod ego, lib. 1.* vbi, quod Imperator, qui concessit Duci Mediolani Ducatum, & mandauit sibi inrari fidelitatem reuocaris omnibus in feudationibus contrariis, non potuit omnia subuertere, & dicit, quod potest recurri ad pares Curiæ, & si hoc non sufficit, potest fieri bellum, & de eodem latius *cons. 327. Pridie enim, n. 8. ver. videtur igitur, lib. 1.* Alex. *cons 203. n. 9. lib. 6.* late Natta

*cons.*122.*num.*4.*& seq.* sequitur Cephal. alios allegans *cons.*12.*In facto præsupponitur num.*6. Castren. *cons.*311.*Circa id, quod primo num.*2.*ver. constat autem lib.*1.*& cons.*142.*Videtur dicendum.nu.*3.*lib.*2. Christophor. Castillio. *cons.*8.*In facto supposito.n.*13.*& seq.* Vide, *Feudum quid sit, & qualiter constituatur. Conclu.*104. † Et quicquid sit in aliis contractibus & priuilegiis, quæ possunt reuocari, solum feudum est irreuocabile, nisi propter delictum reuocetur. Bald. *consil.*182.

3 *Casus talis est.n.*2.*in fin.ver. preterea quid plura lib.*5. † Declara, vt plene per Socin. *cons.*10.*inter consilia feudalia, nu.*19.*& seq. vers. circa tertiam*, vbi, quod potest iure ordinario in sui præiudicium; item iure absolutæ potestatis, quando non est apprehensa possessio, nec dominium absolute quæsitum; secus, quando ius est plene quæsitum; quia non potest Princeps auferre feudum, neque alterare in præiudicium feudatarii, & quod nõ possit Imperator sine causa priuare feudatarium feudo etiam de plenitudine potestatis, est

* communis *o, inio Clar. *in* § *feudum. q.* 59. Vide, *Princeps tenetur ad obseruantiam contractus. Concl.* 690. † Declara; quia est donatio, & contractus de iure gentium, quo non potest sine causa legiti-

5 ma, de qua constet, priuari. Castill. *d. cons.*8.*n.*13.*& seq.* † Amplia, vt idem sit in Papa, & quocunq; alio superiore; quia non potest reuocare, nec alterare, neque mutare feudum, & eius naturam, contra voluntatem feudatarii; imo neque aliquid addere, vel minuere potest. Bald. *cons.*327. *Pridie enim. in princip. lib.*1. vbi allegat Christoph. Castill. & Paulum de Arzonibus, & alios ita consu-

6 luisse. Alex. *cons.*124.*Omissis. num.*2.*ver. ex quibus lib.*1. † Extende in Episcopo, vt per Castr. *d. cons.*311.*Circa id, quod primo n.*2.*ver. constat*

7 *autem lib.*1. † Amplia; quia hoc maxime procedit in feudis ecclesiasticis; quia non possunt Prælati concedere feudum vni, quod spectat ad alterum, sed nec contra consuetum Ecclesiæ. Fulgos.

8 *cons.*10.*Dominus Bonazunta. in princ.* † Amplia, vt procedat nedum quoad inuestituram feudalem propriam, sed etiam quoad pacta inserta in inuestitura circa exemptionem bonorum concessam, vt sit valida; quia tanquam deducta in causa onerosa talis iudica-

9 tur. Alex. *cons.*30.*Ponderatis.nu.*4.*in fin.ver. quinimo.lib.*5. † Amplia, quod Imperator non potest mutare statum, neq; minuere honorem veterum vasallorum. Bald. *d. cons.*327.*Pridie enim.n.*4.*ver. vide-*

10 *tur igitur. lib.*1. † Extende, vt procedat, etiam si Princeps talem mutationem faceret motu proprio; quia ex quo facit contra ius alienum, præsumitur circumuentus taliter, quod non potest pro-

11 bari contrarium. Bald *d. cons.*327.*n.*4.*ver. videtur igitur lib.*1. † Amplia; quia si dominus inuestiuit primum acquirentem pro se, & filiis, & descendentibus, non poterit concedere aliquibus descendentibus totum feudum in præiudicium aliorum ignorantium, & non petentium inuestituram; quia non propterea ceciderunt non petentes inuestiri, quando fuerunt ignari, & non pos-

12 sederunt. Castr. *cons.*181.*Notandum est.per tot. lib.*2. † Amplia; quia dominus feudi non potest vasallum inuitum in alium alienare, vel transferre. Bald. *d. consil.*327.*Pridie enim.n.*5.*& seq. vers. vltimum*

*sciendum. lib.*1. vbi diuersas opiniones recitat, & ita cõcludit. Vide,

13 *Feudatarius inuitus non potest per dominũ alienari. Concl.*125. † Declara, nisi semel fuerit facta alienatio; quia semper fieri poterit, vt *in ver.*

14 *Res facta semel alienabilis perpetuo efficitur alienabilis. Concl.*246. † Amplia; quia feudum concessum antiquitus pro masculis & fœminis non potest restringi ad solos masculos, & inuestituræ receptæ etiam per 50. annos, in quibus soli masculi inuestiuntur, non præiudicant fœminis vocatis in primis inuestituris. Bald. *cons.*215.*Proponitur, quod inuestitura, in pr. lib.*1.*& n.*3.*& 4. ver. in eo autem.* quia noua inuestitura, vel noua recognitio est confirmatio antiquę. Bald. *cons.*205.*Dubium, super quo, in princ. lib.*5. quod est Roberti filii Riccardi Salyceti, sequitur apostil. ad Castr. *cons.*179.*col.*4.*ver. auferre.*

15 *lib.*1. † Extende, vt procedat, etiam si feudum sit hæreditarium; quia non obstabunt filiæ inuestituræ restrictæ per patrem ad solos masculos; quia in hoc potest filia impugnare factum defun-

16 cti. Bald. *d. cons.*215.*circa pr. ver. & si dicatur lib.*2. † Extende, vt procedat, quod neq; potest alterari inuestitura feudi in casu conuerso, vt si prima inuestitura loquitur de masculis tantum, nõ potest renouari, vt succedant masculi & fœminæ simul; quia fieret præiudicium masculis; secus si diceret; pro masculis, donec supersint, & illis deficientibus pro fœminis; quia tunc non præiudicatur inuestitis. Bal. *d. cons.*215.*n.*4.*ver. aduerte hic lib.*2. sequitur Dec.

*cons.*185.*n.*3.*ver. non obstat, quod in alia.* vbi alios adducit. Vide Clar.

in § *feudum. q.*73.*in fin.* vbi Imperator non potest dispensare, vt fœ-

* mina succedat in feudo in præiudiciũ masculorũ, & dicit * com-

17 munem. † Et idem, si feudum est concessum pro se, & hæredibus masculis; quia non alteratur ex nouis inuestituris, dicentibus, pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque. Deci. *d. cons.*185.

18 *In causa istorum nobilium. num.*3.*ver. non obstat, quod in alia.* † Extende; quia feudum concessum pro se, & masculis, & fœminis, non potest concedi postea fœminæ filiæ vltimi descendentis, si exrant masculi descendentes ex primo inuestito. Sign. Homod. *cons.*11.

Quidam nomine Fatius, per tot. † Contrarium, quod imo non possit 19
Princeps habilitare fœminam ad feudum concessum pro masculis, quando hoc facit, antequam ius sit quæsitum, sed pender, & feudatarius consentit; quia istud est restituere fœminam ad ius primæuum. Bru. *cons.*1.*n.*56.*cum seq. ver. tertio pro prædicta.* vbi, quod per istam habilitatem non tollitur omnino ius, vel spes successionis, maxime de plenitudine, *n.*61.*& seq.* & *cons.*5.*n.*4.*& seq.* & *cons.*

6.*per tot.* † Idem est habilitando, vel legitimando illegitimum, vt 20
succedat; quia si est ante ius quæsitũ, legitimatus succedit. Brun. *d. cons.*1.*n.*57.*& seq.* † Imo contrarium procedit etiam in casu contrario, videlicet, si Princeps inhabilitaret habiles, & vocatos ad feudum, ne possent succedere; valebit inhabilitatio facta à Prin-

cipe, vel à lege, seu statuto. Bru. *d. cons.*1.*n.*64.*& seq.* † Amplia; quia 22
sicut vasallus committens feloniam contra dominum priuatur feudo; ita etiam dominus diffuestiens sine causa vasallum priuatur directo dominio, & superioritate. Angel. *cons.*371.*Illustris, & magnificus.n.*2.*ver. nõ autem licuisset.* Vide, *Feudi dominus ad quæ teneatur versus vasallum. Concl.*116. † Amplia; quia nõ potest dominus al-

terare consuetudinem feudi, quando est ecclesiasticum; ideo si 23
consuetudo est, quod nõ transeat ad fœminas, non potest Prælatus concedere pro fœminis. Fulg. *d. cons.*10. *Dom. Bonazunta, in pr.* vbi reddit rationem; quia nõ possunt facere conditionem Ecclesiæ deteriorem, & super eodem casu idem plenius concludit Castrens. *cons.*425 *Ponitur in facto lib.*2. sequitur Crauett *cons.*592.*n.*23. qui idem dicunt etiam nõ facta mentione de Ecclesia, quod dominus in præiudicium vocatorum nõ alterat inuestituras. † Am- 24
plia; quia non potest dominus sine cõsensu vasalli inuestire alium pure de feudo; secus est de cõsensu, vel si inuestiat, quãdo feudum erit apertum. Signor. Homod. *cons.*60. *Magnificus D. Lucius. per tot.*

Vide. *Feudum apertum, & deuolutum quando alteri concedi possit. Concl.* 25
111. † Amplia in casu conuerso; quia feudatarius non potest reuocare exemptiones, & concessiones factas vasallis per dominum, antequam esset facta inuestitura in feudum. Ang. Aret. *consil.*113.

Quia in casu. in fi. ver. nunc videdum. † Amplia; quia si dominus feudi 26
inuestiat vasallum de feudo antiquo cum nariatiua, quod ob nõ petitam inuestituram esset deuolutum, & renouatio fiat alterando in præiudicium agnatorum, quibus feudum debebatur, non valet talis inuestitura. Castr. *d. cons.*425 *Ponitur in facto. li.*2. sequitur Crauet. *cons.*592 *n.*23. quia alias esset aperta via fraudibus; & quia requiritur sententia priuationis. Vide, *Feudum quando compleat per*

*ius accrescendi. Concl.*182. † Extende, vt procedat, etiam si constaret 27
de deuolutione, vt quia non petit inuestituram; quia adhuc non præiudicat agnatis, quãdo priuatio non est facta per sententiam; quia ipso iure non inducitur priuatio. Castr. *d. cons.*425.*nu.*2.*lib.*2.

† Declarat Alex. *cons.*124. *Omissis*, nisi clare constaret de deuolu- 28
tione, alias in dubio requiritur sententia. Alex. *cons.*124.*Omissus, n.*

2.*ver. plus circa prædicta. lib.*1. † Extende, vt procedat, etiamsi agnati 29
acceptauerint renunciationem feudi à vasallo, qui alteranit feudum; quia censentur accepisse feudum in vita vasalli resignatis, & hoc respectu cõsensus, non autem respectu iuris, quod habent mortuo vasallo, ita Castr. *d. consil.*425.*vers. tertio & vltimo. lib.*2. vbi, quod in dubio per acceptationem non censentur sibi præiudicare in iure competituro. † Restringe, nisi agnati consentirent sim- 30
pliciter tali renunciationi, & inuestituræ; quia consentientes sibi præiudicarent, alias non. Castr. *d. cons.*423.*col.*2.*in pr. lib.*2. allegat *c.*1.*de vasallo decrep. ætat. & c.*1.*de alie feud. pater.* plene Castr. *cons.*44.

*lib.*2. vbi, quod in dubio inuestitura secundum antiquas intelligi- 31
tur, nisi sit antiquis expresse renunciatum. † Amplia; quia si inuestiti de feudo antiquo, vel emphyteusi, diuidant pro se, & hæredibus suis, & volũt portiones diuisas ad singulos spectare, & posse nouam inuestituram fieri, debet intelligi de hæredibus, videlicet descendentibus, & noua inuestitura secundum antiquam, ita vt ius accrescendi non sit sublatum. Alex. *cons.*107. *In causa. nu.*14.

*& seq. vsq; in fi. lib.*4. † Amplia; quia nisi sit in specie dictum in no- 32
ua inuestitura, quod fieret alteratio, & derogatio primæ inuestituræ, non censetur illi derogatum. Menoch. *consil.*1 *n.*119. vbi dicit * communem Rol. à Vall. *cons.*50.*n.*60.*& seq. lib.*3. † Amplia; * 33
quia in præiudicium tertii aliæ inuestituræ non valent. Dec. *cons.*

184. *In causa, & lite, num.*3. vbi late. † Amplia; quia Papa conce- 34
dendo in vicariatum ciuitatem Cęsenæ dominis Malatestis, cum territorio, castris, & villis, non præiudicat aliis habentibus ius in castris ratione feudi, vel dominii. Io. de Imol. *cons.*116.*in fin. ver. circa sextum. & ver. circa septimum.* † Extende idem in Duce Medio- 35
lani concedente castrum Boxeti, cum villa san Boxeti Pallauticinis;

vinis; quia nõ censetur derogare primæ cõcessioni factæ D. Francisco Lupo de castro Soranæ cum parte villæ san Boxeti. Io. de Imol. *cons.121. In causa. quæ vertitur. per tot.* † Amplia, vt id, quod dicitur de feudo, idem sit in emphyteusi, & quocunque contractu Principis; quia non potest reuocari, neque alterari. Vide, *Princeps tenetur ad obseruantiam contractus. Concl.690.n.50. & seq.* † Amplia; quia non potest dominus imponere noua onera aliqua vasallis concessis in feudum, maxime soluentibus feudatario aliquid, ne duplici onere grauentur. Brun. *consil.32.nu.7. & in fin. inter feudalia.* † Vide plenissimum consil. Io. Iac. Leonardi, quod est inter *consil. feud.117.* vbi, quod Dux Vrbini non tenetur, neq; sui subditi possint granari à summo Pontifice extra iuramentum fidelitatis, etiam ex causa vrgẽti, & necessaria, vbi in principio ponit multa generalia de authoritate absoluta supremi Principis, & concurrente necessitate, vel vrgenti causa, tandem concludit contrarium. † Amplia; quia non potest Princeps post concessionem feudi liberam etiam per viam legis inducere maiorem magistratum. Iaf. *cons.1 & cons.75. lib.1.* sequitur Decian. *cons.35.n.62. lib.2.* † Amplia; quia non potest dominus sine causa, quæ cõstet, priuare vasallum feudo, etiam de plenitudine potestatis, latissime Ceph. *cons.302. n.129. & seq. li.3.* Vide, *Vasallus feudo priuari non potest sine causa. Concl.31.* † Amplia; quia neque potest alterare naturam feudi circa successionem in feudo antiquo; secus in feudo nouo, & quid circa legitimationem spurii, vel naturalis; & quid, si spes est probabilis, vel non tantum, plenissime idem Ceph. qui plene examinat materiam, & declarat *cons.302. per tot.* † Amplia; quia feudum ecclesiasticum antiquum cõcessum francum, & liberum ab homagio, & quod ob non petitam inuestituram non cadat, & quod possit alienari, si in noua inuestitura dicatur; *saluo iure omnium, & sine præiudicio Ecclesiæ*; non videtur recessum ab antiquis inuestituris; quia si vltima inuestitura est conformis primæ circa libertatem, talis relatio tanquam contraria reiicitur; si vero in vltima inuestitura non est insertus tenor primæ; & siquidem procurator recipiens inuestituram habebat mandatum speciale, præiudicat primę, sine mandato vero speciali secus est. Castr. *consil.312. Circa id, quod. col.2. versus circa secundum. lib.1. n.2.* † Amplia; quia si duo vasalli habentes feudum Ecclesiæ antiquum illud diuidant, & accipiat vtero; nouam inuestituram, videl. quilibet pro dimidia, tanquam de feudo nouo, & renunciet inuestituris antiquis; adhuc tamen poterunt succedere descendentes vnius in parte alterius, qui sine filiis decessit; quia non potuerunt præiudicare successoribus. Cuman. *cons.167.* † Contrarium; quia inuestitura noua præiudicat, tenet Castr. *cons.44. in prin.* quando renunciatum est antiquis inuestituris, *lib.2.* Angel. *cons.110. n.4. ver. tertio est notandum.* Castr. *cons.462. Visis & diligenter. lib.1.* Alex. *cons.30. in prin. lib.1.* † Declara; quia præiudicat consentientibus, vel hæredibus eorum, aliis vero secus. Osasch. *decis. Pedemont. 23. n.20. & seq.* Ferret. *cons.396. num.2.* vbi dicit * cõmunem. † Extende; quia ampliatio procedit, quando inuestitura est simpliciter facta de feudo antiquo, vel in dubio; quia semper remanet antiquum, si de inuestitura antiqua potest constare. Castr. *d. cons.44. ver. in dubio autem. col.2. lib.2.* † Declara tamen; quia ipsa diuisio, & inuestitura facta tanquam de feudo nouo ecclesiastico in ipsos duos fratres, operabitur, quod masculi A. præferri debent in portione A. filiis B. & econtra; sed non operabitur, quin mortuo A. sine filiis non succedant filii B. & sic econtra. Castr. *d. cons.44. in pr. ver. si vero. lib.2.* † Amplia; quia si facta est cõcessio feudi antiqui pro se, & omnibus masculis descendentibus, non poterit dominus, & feudatarius successor à primo restringere inuestituram ad primogenitum in præiudicium aliorum vocatorum. Castill. *cons.10. In facto proponitur, per tot.* vbi citat pro vtraque parte, & dicit * communem, & tollit contraria, maxime *num.44. & seq. vers. quo quidem insertur.* Imo quod neque possit restringere legando plus vni filio, quam alteri, quando feudum est antiquum. Clar. *in §. feudum. quæst.40. num.5. ver. secundo inferitur.* vbi pluries dicit * communem, & *quæst.41. num.2.* extendit etiam accedente consensu domini, nisi esset feudum antiquum hæreditarium absolute, vel feudum nouum, vbi dicit * communem. † Extende, vt procedat, etiam si feudatarius renunciaret feudum in manibus domini expresse, & dominus concederet, vt feudum esset nouum, & de primogenito in primogenitum; quia adhuc non valeret in præiudicium vocatorum non consentientium, licet valeret quoad præiudicium eorum, qui consentiunt. Castill. *d. cons.10. n.51. & seq. ver. quinimo.* † Amplia; quia neque potest feudatarius de feudo in vltima voluntate disponere in præiudicium filiorũ, & agnatorum, puta vni soli feudum relinquendo, vel legando, etiam si de consensu domini hoc faceret. Castill. *d. cons.10. n.3. ver. ad testamentum.* vbi dicit * communem, *cum seq. & cons.24. n.30. & seq.* vbi allegat consilium Butrii. † Restringe, nisi testator pater habens bona allodialia, & feudalia, vnum instituat in omnibus feudalibus, vel in maiori parte, alterum in allodialibus tantum, vel cum particula feudalium; quia ex quo honorat pro æqualitate seruanda inter filios, potest eo casu grauare in feudalibus alterum, quem honorauit in allodialib. Castill. *d. cons.10. n.54. & seq. v. quod si fortassis.* vbi *n.59* dicit, quod ex quo potest rem hæredis legare; quia plus de suo hæredi reliquit, valet; quia hæres vult, & sic causatiue, & idem repetit *consil.240. nu.30. & seq.* Vide, *Emphyteusis paterna in filios renouata non mutat naturam. Concluſ.177. cum concl. ibi prox. seq.* † Limita in Regno Franciæ; quia hoc permittitur testituto pretio. Natta *cons.554. n.16.* † Limita; quia bene potest alterari, videlicet potest Imperator creare maiorem dignitatem, pura ducalem in ciuitate, vel territorio, in quib. est Vicarius perpetuus, & alterare, & appellatur à Vicario ad Ducem, & quod maior dignitas erigatur, sicut potest Papa creare Archiepiscopũ, cui subiiciantur Episcopi, & Imperator creare Regem, cui subsint alii inferiores. Bald. *cons.328. Quæritur. si Rex Romanorum. in princ. per tot. & n.5. & 6. ver. quoad quintum. li.1.* † Extende, vt procedat, quod talis creatio potest etiam fieri, ita quod in solidum vterque habeat iurisdictionem, & qui præuenerit, præferatur. Bald. *dict. cons. 328. n.3. ver. quoad tertium. li.1.* † Limita, quando feudum esset concessum in Vicariatum etiam perpetuum; quia ex quo Vicariatus est officium, potest reuocari. Bald. *d. cons.328. n.2. vers. quoad secundum. lib.1.* † Limita, nisi ex causa respiciente publicam vtilitatem. Cephal. *cons.302. n.136.* qui alios allegat. † Limita; quia potest Imperator & Princeps in feudis à se concessis superaddere visitatorem, si feudatarius male tractat subditos, & noua vectigalia imponit. Bald. *d cons.328. in fi. n.10. ver. sed nunquid Imperator. lib.1.* vbi, quod feudatarius æquiparatur vsufructuario, qui non debet discrepare à directo domino, nec male versari, & *consil.333. Ad intelligentiam. col.2. circa fi. ver. sed nemo dubitat. lib.1.* vbi, quod sicut potest per se Imperator cognoscere, & visitare feudatarios, & ad terminos iustitiæ reducere; ita etiam per alium potest hoc facere, sequitur Brun. *cons.1. n.70.* † Limita; quia ante deuolutionem feudi ad alios potest Papa habilitare fœminam ad Ducatum Camerini, in præiudicium vocatorum, sicut legitimatio. Bru. *cons.115. Requisitus. n.6. & seq.* pluta ad hoc allegat Io. Iac. de Leonardis inter consilia Bruni *cons.114. n.126. & seq.* vbi *n.229. & 230.* dicit habere locum in feudo antiquo secundum aliquos, sed ipse non admittit, nisi ex authoritate Principis supremi. Brun. tamen *cons.2. n.56. & seq.* dicit esse indubitatum. & *cons.2. n.15. & seq.* quod est Ioannis Campegii. † Et quod possit Princeps de consensu inuestitorum legitimando spurium ad feuda ipsum facere habilem, vt succedat. late Ruinus *consil.81. Viso processu. per tot. lib.3.* Crauett. *consil.135. n.5. & seq.* plenius Curt. Iun. *cons.1. n.22. vers. quarta conclus.* plenissime Franc. Beccius *cons.56. n.39. & seq.* vbi citat infinitos, & dicit * communem, & extendit, vt ibi, etiam constituendo primogenituram. † Contrarium tenet idem Ruin. *in cons.82. per tot. lib.3.* vbi loquitur, quando non fuit facta mentio de legitimis. † Limita; quia licet Princeps non possit etiam de plenitudine potestatis tollere feudales inuestituras; tamen si aliquod motiuum etiam leue mouet Principem ad tollendum de plenitudine potestatis. id facere potest. Bald. *cons. 333. Ad intelligentiam. in princ. lib.1. & col. fin. ver. quid plura.* vbi, quod si facit ex certa scientia, præsumitur ex causa iusta, plene Bru. *cons. 1. n.61.* † Limita, antequam feudatarius præstiterit iuramentum; quia non quæritur feudatario aliquod ius, etiam si esset facta traditio; ideo potest alteri dominus facere donationem, vel alienationem in præiudicium feudatarii, qui non iurauit. Cuman. *cons. 102. Ducissa Mediolani. in fin.* † Limita; quia potest Princeps introducere inuestituram in primogenito. Franc. Bec. *d. cons.56. n.4.* vbi plures citat, dummodo faciat, quando ius est in spe, & in præiudicium habentium ius in spe tantum. † Limita; quia vbi Comites, vel Marchiones adeo sunt multiplicati, quod sunt effecti rurales, potest Imperator vel Princeps vnicum constituere, qui præsit omnibus, & ad quem alii recurrant, tanquam ad communem præpositum. Bald. *d cons.333. Ad intelligentiam sequendorum. col.2 post med. ver. vbi ergo sunt multi. lib.1.* † Limita; quia potest Princeps ponere feudum sub regula iustitiæ. Fran. Becc. *d. cons.56. n.44.* † Extende; quia pro futuro tempore potest alterare successionem. Becc. *d. cons.56. nu.45. & seq.* † Limita in feudo manuali; quia potest reuocari ad placitum Principis concedentis. Bald. *consil. 345. Ad euidentiam. num.6. vers. fallit in Principe. lib.1.* † Extende in iurisdictione concessa alicui ad vitam; quia potest quandoque reuocari à concedente. Roland. à Valle *consil.80. num.18. vers. quinto etiam, lib.2.* † Limita, quando Princeps ex causa reuocaret feudum; quia ipsi creditur; sed tamen licet ipse causam probare

non

non teneatur; si tamen causa aliter probaretur inter inuestitos; tunc validitas penderet à veritate causæ. Bald. *cons.* 345. *n.* 6. *ver. sal-*
70 *lit. lib.* 1.† Limita, nisi culpa vasalli fieret reuocatio; quia quod dicitur inuestitum feudatarium non posse disuestiri, intelligitur si-
71 ne culpa. Roland. à Valle *cons.* 3. *nu.* 28. *lib.* 1.† Declara, dummodo culpa sit probata, & priuatio cum causæ cognitione præcedat. A-
72 lex. plene *cons.* 124. *Omissis, per tot. lib.* 1.† Limita; quia licet non possit feudum reuocari; tamen potest vasallus alteri subiici ex causa necessitatis, vel vniuersalis alienationis; ideo si ecclesia habet castrum, cuius territorii ratione habet multos vasallos inuestitos de territorio, & bonis; tũc ea potest alienare castrum cum territorio & iurisdictione, & tenebuntur vasalli iurare fidelitatem feudatario castri, vel tenentur dimittere bona feudalia. Bald. *cons.* 97. *Pro-*
☞ *ponitur. quod, lib.* 3. Vide, *Feudatarius inuitus nõ potest per dominum alie-*
73 *nari, & quando secus. Concl.* 125.† Limita; quia potest dominus ponere feudum sub regula iustitiæ, & æquitatis, & sic opponere conditionem pro futuro tempore, si non ex vi contractus, saltem ex
74 vi legis. Becc. *d. cons.* 56. *num.* 44. *& seq.*† Limita; quia licet prima inuestitura sit attendenda, non autem posterior in præiudicium vasalli, tamen secus est, si secunda est ad præiudicium domini concedentis; quia attenditur secunda *cap.* 1. *in fi. de eo, qui fin. fecit agnat.* Castr. *cons.* 191. *n.* 3. *lib.* 2. Paris. *cons.* 6. *n.* 11. *lib.* 1. Alcia. *respons.* 176. *n.* 6.
75 †Extende; quia sicut dominus potest in sui præiudicium concedendo feudum nouum dare ad naturam feudi antiqui; ita etiam potest vasallus habens feudum simplex, quod de consuetudine potest alienari, sumere inuestituram, tanquam de feudo recto, & non alienabili, & sibi præiudicat, si facit sciens; secus si ignorans.
76 Alex. *cons.* 55. *Perspectis, num.* 17. *& seq. ver. circa aliud dubium, lib.* 4.† Et quod possit feudatarius, sicut dominus sibi præiudicare in natura feudi, quando facit ex certa scientia, admittit Alex *d. cons.* 55. *nu.* 17. *&* 18. *lib.* 4. imo, quãdo feudum est nouum, de quo vasallus potest libere disponere; quod si recipiat inuestituram alteratam, vel renouationem alteratam etiam per errorem, vel impressionẽ, sibi
77 noceat, & vocatis, tenet Clar. *in* §. *feudum, q.* 20. *n.* 2. *ver. sed pone*, ma-
78 xime *in fin.*† Declara; quia in dubio præsumitur ignorantia, & per errorem fecisse. Alex. *d consil.* 55. *nu.* 17. *&* 18 *lib.* 4.† Limita; quia secũda inuestitura potest declarare magis explicite id, quod in prima continetur; & tunc statur secundæ. Dec. *cons.* 38. *nu.* 60 Curt. *in*
79 *tract. de feudis, in* 3. *parte principali. q.* 2. *&. q.* 28. Affict. *decis.* 195. *nu.* 5. *& seq.*† Limita; quia licet non possit alterari inuestitura in præiudicium vocatorum, vt si vocantur masculi, & fœminæ, semel extantibus masculis fœminæ sunt perpetuo exclusæ, ita vt mortuis masculis omnibus fœminæ exclusæ amplius nõ admittantur; tamen potest concedens feudum in sui præiudicium alterare antiquam inuestituram, & addere, quod fœminæ exclusæ semel admittãtur
80 mortuis masculis. Cast. *cons.* 191. *n.* 3. *& per tot. lib.* 2.† Extende; quia si per errorẽ, vel dolũ esset facta alteratio, noceret in feudo antiquo vocatis, si nõ possunt apparere inuestituræ antiquæ; quia staretur renouationi, quod aduertendum dicit Clar. *in d.* §. *feudum. q.*
81 20. *n.* 2.† Extende; quia si oritur controuersia inter dominũ, & vasallum, q̃ pacta insolita velit dominus adiicere, debet vasallus
* hoc asserens probare secundum* communem, de qua Clar. *d.* §.
82 *feudũ. q.* 20. *in pr.*† Limita; quia pro assecuratione status potest accipere castrum, illud munire durante bello, licet postea cessante bello teneatur restituere cũ fructibus. Decian. *cons.* 35. *n.* 34. *& seq. lib.* 2. vbi contra Senatum Mediolani, & Serenissi. Regem Philippũ, super restitutione castri Terdonę acceptum tempore belli. Gram. *cons.* 13. *in causa Miloniana, n.* 11. Boer. *tract. de custod. clauium. n.* 49. *& seq. & decis.* 212. *n.* 10 *& seq.* vbi, quod dominus castri inuitis homini-
bus* potest ponere capitaneum ad custodiam castri, plene Capic.
dec. 27. *n.* 6. *& seq.* vbi, quod potest apponere custodem, item fortificare, ecclesiam in castellare, vide plenissime Rol. à Val. *cons.* 69.
per tot. lib. 2. vbi idem in castro Valentiæ, & quod princeps tenetur
83 ad interesse.† Declara; quia istę custodię expensis dominorũ sunt faciendæ, nõ autem vasallorum, nisi in inuestitura sit dictũ, quod ad excubias, seu focolaria teneantur. Boer. *d. decis.* 212. *per tot.* vbi, q̃ etiam si tenerentur, non potest onus tale alteri cedi, vel vendi, neque domino deberur extra locum, & quod teneatur dominus reficere damnum. Rol. à Val. *d. cons.* 69 *lib.* 2. vbi ponit plura exem-
84 pla.† Extende; quia imo potest princeps castrum in confinio non aptum ad bellum ex toto deuastare tempore necessitatis. Capic.
85 *d. decis.* 27. *num.* 7.† Limita, quando concessio feudalis tenderet in magnam diminutionem coronę, & principatus; quia eo casu non valet, & potest reuocari. Rol. à Val. *cons.* 1. *n.* 127. *lib.* 2. vbi licet in sequentibus numeris restringat, quando conceditur ad vitam; tamen requiritur, quod ille, cui fit concessio, talis sit persona, in
☞ qua omne consilium principis quiescat. Vide, *Emphyteusis non po-*
test concedi in præiudicium primæ concessionis. Concl. 178. Vide, *Emphyteu-* ☞ 84
sis non potest auferri, vel alterari. Concl. 200.† Limita; quia potest va- 85
sallus renunciare feudo. Vide, *Feudo potest vasallus renunciare. Concl.*
128. maxime *num.* 9.

Feudum apertum, & deuolutum quando alteri concedi possit. Concl. 111.

FEVDVM† si est deuolutum ad dominum ob alienationem, t
vel aliam causam, licet de facto possideatur à tertio; potest tamen concedi per dominum alteri ante acquisitionem possessionis. Bald. *cons.* 9. *Factum tale est, in fi. n.* 7. *ver. postremus articulus, lib.* 1. *&*
cons. 94. *Mortuo Gregorio, lib.* 3. *ver. si vasallus.* Soci. *cons.* 167. *n.* 23. *lib.* 2.
Vide, *Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum. Concl.* 98. Vi- ☞
de, *Emphyteusis non aperta non potest concedi, & qualiter procedat. Concl.*
187.† Declara; quia si est feudum antiquum, non potest in præiu- 2
dicium agnatorum priuatio fieri, & concedi alteri non data sententia; quia ipso iure non inducitur priuatio. Castr. *cons.* 425. *nu.* 2.
lib. 2.† Amplia, vt idem sit, si feudum esset deuolutum, & apertum domino per mortem vasalli, quando non adsunt vocati ab 3
inuestitura. Calder. *cons.* 304. alias 1. *de feud.* Fulgos. *consil.* 218. Petrus
q. Vide, *Feudi deuolutio quando fiat ipso iure, vel per sententiam. Conclus.* ☞
200.† Extende in feudo ecclesiæ, & decimarum; quia extincta li- 4
nea descendentium reuertitur ad ecclesiam, quæ potest alium inuestire. Fulg. *cons.* 218. *per tot.*† Extende; quia feudum ecclesiæ de- 5
uolutum per mortem feudatarii sine filiis nõ extantibus vocatis ex inuestitura, potest Prælatus inuestire alium pro se, & fratre, ité pro se, & agnatis deferentib. arma sua. Castr. *cons.* 417. *Super primo, in pr. lib.* 2. vbi apost. dat conc. ibique Castr. tollit contraria; quia si in prima acquisitione non esset receptum feudum pro agnatis, tunc non posset induci alia persona extranea, prout si stipulatus pro se vellet adiicere post inuestituram aliam personam post se; quia non valeret.† Extende; quia si exrat filia sola, nõ succedit, si 6
non est dictum in inuestitura; ideo potest Episcopus alterum inuestire, nec tenetur renouare in filia; quia non est capax, etiam si extet constitutio (prout Paduæ) quod teneatur inducere in possessionem eum, qui possedit per 20. annos mediantibus authoribus; quia intelligitur, dummodo habeat titulum, vel sit capax. Fulgos. *cons.* 222. *Nobiles quidam.*† Amplia; quia feudum non aper- 7
tum potest concedi ab Episcopo domino feudi de consensu vasallorum, seu feudatariorum. Sign. Homod. *cons.* 60. *Magnificus dominus Lucyfius, n.* 3. *ver. secundo casu.*† Et ita declarat Capic. *decis.* 121. *n.* 8
7. secus si agatur de feudo tertii non aperto concesso expectanti.
† Contrarium dicit Castr. *cons.* 245. *In casu præsenti. col.* 2. *n.* 2. *ver. ex* 9
quibus infero. lib. 2. vbi, quod si feudum est concessum pluribus, cum pacto, quod vno mortuo sine filiis succedat alter, nõ potest vnus renunciare feudum in manibus Episcopi, vt alium inuestiat in præiudicium vocati.† Extende, etiam si pactum sit factum ab 10
eodem Prælato, & conditio euenerit tempore eiusdem Prælati, quia tenetur pactum seruare, quando non est facta concessio de feudo alterius, ita Castr. *d. cons.* 245. *n.* 2. *vsque in fi. lib.* 2. vbi declarat, quod contrarium procedit, quando sit concessio de feudo alterius, & præter eius voluntatem, si moriatur; quia eueniente conditione etiam tempore concedentis, non tenetur stare concessio- 11
ni; secus si pactum esset de feudo deuoluto, nõ alterius.† Extende, vt procedat, etiam si consensus sit tacitus, vt quia feudatarii re- 12
cognouerunt inuesticum. Sign. *cons.* 60. *n.* 3.† Declarat Sign. *d. cons.*
60. *n.* 3. *ver. secundo casu*, vt consensus intelligatur, quando à se abdicat consentiens omne ius, & ita videtur loqui tex. *in d. ca.* 1. *qui*
succeff. feud. dar. teneantur, vbi requirit, quod mittatur inuestitus de nouo in possessionem de consensu primi inuestiti, & sic intelligit 13
Fulg. *cons.* 10. *n.* 2. *ver. confirmantur. in ver. declara, quia.*† Extende; quia valet inuestitura feudi non aperti, si tacite, vel expresse consfertur in tempus, in quo feudum erit apertum, etiam sine consensu feudatarii, ex quo sua non interest de tempore, quo non erit 14
feudatarius. Sign. *d. cons.* 60. *n.* 4. *ver. secundo casu pr.* & sequitur Soci.
Iun. *cons.* 76. *n.* 119. *& lib.* 1. vbi dicit, quod est controuersa opinio; sed verior est, quod si conferatur expresse, vel tacite in tempus aperitionis, valet, & non requiritur consensus vltimi inuestiti; qa sua non interest, quando erit apertum, & istam esse communem * 15
opinionem* dicit Clar. *in* §. *feudum, qu.* 14. exemplificat, quando sit sub conditione, si vasallus decedat sine descendentibus, vel si contingat feudum deuolui ad dominum; dicit tamẽ debere abstineri; quia inest votum captandæ mortis viuentium.† Declara 16
extensionem, vt procedat; quia inuestitus interim nihil potest, donec feudum aperiatur. Signor. *d. cons.* 60. *in fin.*† Declara, vt per
Castr. *d. cons.* 245. *n.* 2. *lib.* 2. *per tot.*† Imo si conditio, vel extensio ve-
niat

niſi citato poſſeſſore, qui priuatur, & eſt Bartholomæi Salyceti. † Contrarium Rol. à Val. *conſ. 2. nu. 175. lib. 1.* Vide, *Vaſalli inuiti non poſſunt alienari, & quando ſecus. Concluſ. 30.*

Feudum eccleſiæ quod dicatur, & in quibus differat ab aliis feudis. Concl. 112.

FEVDVM † eccleſiaſticum dicitur conceſſum à Papa, & Epiſcopo, & quocunque Prælato, vel perſona eccleſiaſtica de rebus eccleſiæ. Vide, *Papa poteſt infeudare, & alienare, & qualiter. Concluſ. 58.* † Extende; quia quicquid poteſt Imperator in ſtatu Imperii, longe latius poteſt Papa in ſtatu Eccleſiæ; quia Papa in ſtatu Eccleſiæ eſt Imperator, & ſupra Imperatorem. Vide, *Papa in temporalibus Eccleſiæ Romanæ eſt Imperator, & ſupra Imperatorem. Concl. 64.* † Amplia; quia feudum, videlicet ciuitas, vel caſtrum conceſſum per viam donationis ab Imperatore, vel alio principe ſæculari eccleſiæ priuatæ efficitur ſub dominio, tam vtili, quam directo eccleſiæ. Oldrad. *conſ. 159. Ex præſenti themate, num. 3. & ſequ.* Roland. à Valle *conſ. 50. num. 52. lib. 3.* vbi dicit * communem, prout etiam communem dicit Iul. Clar. *in § feudum quæſt. 17.* & Cephal. *conſil. 1. num. 16.* Vide plenius, *Feudi conceſſio non eſt donatio. Concluſ. 105. nu. 6. & ſeq.* † Et maxime, quando adſunt verba, *libere donamus.* ſed etiam quod poſſit vendere, *vel nihil nobis reſeruato.* Ruin. *conſ. 28. nu. 9. lib. 1.* † Imo licet aliqui teneant, quod feuda conceſſa, & donata Eccleſiæ Romanæ cenſeantur libera tranſire in Eccleſiam Romanam; non tamen ſi conceduntur, & donantur eccleſiæ particulari; quia ſuperioritas remanet donanti, vt per Ias. *conſil. 123. lib. 1.* tamen in contrarium eſt communis * opinio; quia etiam ſi donetur feudum Eccleſiæ particulari; tamen acquiritur Eccleſiæ Romanæ, ita Iacob. Mandell. *conſ. 62. nu. 14. & ſeq.* & magis * communem dicit Couarr. *pract. quæſt. cap. 4. num. 2.* Vide plenius, *Donatio facta per Conſtantinum Eccleſiæ Romanæ. Concl. 689.* † Amplia; quia in terris Eccleſiæ omnis infeudatio eſt pro legitimis, & naturalibus; quia illegitimi, & legitimati ſemper ſunt excluſi. Bald. *in l. generaliter, num. 2.* vbi Ias. *num. 11. C. de inſtit. & ſubſtit.* Maluat. *conſ. 116. num. 65.* Dec. *conſ. 171. colum. 1.* Cephal. *conſ. 23. num. 45.* quia eccleſia illegitimos abhorret, & niſi expreſſe ſint vocati, cenſentur excluſi Gabriel. *conſ 84. num. 53. lib. 2.* † Extende in tantum, vt ſi feudum ſit conceſſum pro ſe, & quibus dederit, non cenſeatur conceſſum pro illegitimo etiam legitimato. Gabriel. *conſ. 83. n. 7. cum ſeq. libr 2.* & in Concluſ. proxima ſequente *num. 15.* † Et hodie ex Bulla fe. re. Pii. V. ſuper reuocatione facultatum teſtãdi, res eſt ſine dubio; quia ſunt incapaces nedum feudorum, ſed omnium, quæ ab Eccleſia, pueniunt. † Papa poteſt infeudare, & concedere omnia feuda eccleſiaſtica etiam Epiſcoporum; quia concurrit cum quolibet Prælato. Bald. *cap. 1. circa princ. qui feud. dare poſſunt.* Brun. *conſil. 129. circa fin.* Caſtrenſ. *conſil. 46. nu. 3. lib. 2.* Vide Concl. prox. ſeq. † Extende; quia imo etiam poteſt Papa inhibere Epiſcopis, ne feuda Eccleſiæ ſuæ concedant. Brun. *d. conſ. 129. in fi.* allegat Curt. *de feud. 1 parte, quæſt. 10.* & eſt ratio; quia cum Papa concedat, & auferat vniuerſalem adminiſtrationem totius Epiſcopatus; poteſt etiam illam quoad aliqua reſtringere, Caſtr. *conſ. 46. nu. 3. verſ. reſtat nunc. lib. 2.* † Declara tamen; quia licet Papa poſſit reſeruare ſuæ collationi beneficia quædam eccleſiaſtica, & etiam feuda deuoluenda; tamen de conſuetudine Curiæ Romanę nunquam cõſueuit reſeruare prophana, quæ conceduntur per contractum, ſed ſolum ea, quę danturin titulum, prout beneficia, & ſi fiant tales reſeruationes; ſunt contra omnem conſuetudinem, & fiunt con rarei veritatem. Caſtr. *cõſ. 46. col. 2. in fi. ver. veriſimile. n. 3. & col. ſeq. lib. 2.* † Reſtringe; quia Epiſcopus non poteſt concedere feudum nouum ſine licentia Papæ; ſecus ſi eſt antiquum, & ſolitum concedi. Zaſ. *in 5. parte feudor. n. 24. & ſeq.* Alex. *conſ. 10. Ponderatis. n. 3. & ſeq. ver non obſtat, li 3.* vbi, quod non ſtatur aſſertioni Epiſcopi, quod ſit antiquum & ſolitum infeudari. † Reſtringe; quia eccleſia non poteſt concedere in feudum caſtra eccleſiæ, *cap. vnico. Epiſc. vel Abbatem.* † Declara; quia procedit in feudo iam eccleſiæ incorporato, ita Ægid. Bellam. *conſ. 33. nu. 42. ver. nec obſtant*, ſecus in feudis datis eccleſiæ, vt concedatin feudum, vel ſolita concedi non incorporata. † Et idem in feudo ſolito concedi; quia ſede vacante poteſt Capitulum concedere feudum ſolitum concedi. Zaſ. *in 5. parte feudor. n. 29.* Vide, *Feudum eccleſiaſticum ſolitum infeudari quando & qualiter concedi poſſit. Concluſ. 114.*

Feudum Eccleſiæ quando poſſit concedi, vel non. Concluſ. 113.

FEVDVM † eccleſiæ ad hoc, vt valide concedi poſſit, tria requiruntur, poteſtas cõcedentis, cauſa conceſſionis, & habilitas eius,

2 tas eius, cui sit concessio. Gemin. *cons.* 14. *per tot.* † Potestas concedentis est in legitimo Prælato, & in Papa, qui est omnium ecclesiarum Prælatus. Gem. *consil.* 14. *in pr.* Vide, *Feudum qui possint concedere, vel non. Concl.* 175. Vide Conclusionem præced. *nu.* 2. & 9. *cum*
3 *seq.* † Ratio est in Papa; quia ipse non comprehenditur sub prohibitione. Bald. *cōs.* 324. *n.* 3. *lib.* 1. vbi, quod tamen debet facere cum
4 consensu Cardinalium. † Extende in bonis solitis infeudari; quia Prælati possunt de nouo infeudare. Bald. *d. consil.* 324. *in fin. ver.* & *si*
5 *habeo, lib.* 1. † Extende; quia imo decima de antiquo laico concessa ad liuellum, si renuncietur in manibus Episcopi, vt alteri concedat in feudum, potest concedere; quia licet nō possit de nouo laico decima concedi; tamen si fuit de antiquo concessa, & non constat, quod post concilium Lateranēse fuit concessa, præsumitur concessa ante Cōcilium, & valet concessio, nec obstat, quod prima concessio esset ad liuellum, secunda in feudum; quia valet tāquam magis fauorabilis ecclesiæ, maxime stante cōsuetudine, quod emphyteusis ecclesiastica transeat ad extraneos. Cast. *cons.* 139. *per tot.* vbi est casus, *lib.* 2. vbi addit alias vtilitates; quia feudatarius iurat fidelitatē, item tenetur petere inuestituram intra an-
6 num. † Restringe; quia regulariter Prælati non possunt infeudare res, quæ sunt de plena proprietate ecclesiarum. Bald. *d. consil.* 324. *Quæritur, vtrum Papa. n.* 2. *in fin. ver. nec obstat, lib.* 1. Guid. Pap. *dec.* 153.
7 Castr. *cōs.* 139. *Dubium facit, in pr. lib.* 2. Vide Concl. prox. seq. vbi latius. † Restringe maxime in decimis, quæ nō possunt laicis infeu-
8 dari post Concilium. Castr. *cons.* 139. *in pr. lib.* 2. † Restringe, vt procedat, etiam si feudū fuit solitum infeudari, quando fuit ad mensam ecclesiæ reuersa, & incorporata, plene Guid Pap. *dec.* 153. *sexta cōcl. per tot.* & 154. vbi latius declarat, & dicuntur effecta de mensa, & incorporata, quādo Episcopus, vel Prælatus possedit per annū, & diem; ideo post tale tempus nō potest infeudare sine solemni-
9 tatibus. Card. Zab. *cōs.* 34. *Circa primum. per tot.* † Et procedit restrictio; quia si non valet concessio feudi tanquam facta de re incorporata ad mensam ecclesiæ, non etiam valet confirmatio facta p successorem concedentis; quia potest cōtrauenire. Card. Zab. *d.*
10 *cons.* 34. *per tot.* † Restringe; quia licet possint Prælati infeudare res solitas infeudari; tamen nō possunt alterare consuetum modum
11 infeudandi. Fulg. *cons.* 218. *Petrus quondam, nu.* 2. † Causa est multiplex; nam pro redemptione captiui Episcopi licitum est bona Ec-
12 clesiæ infeudare. Gem. *cons.* 14. *n.* 4. *ver. de secundo.* Vide, *Alienatio bonorum ecclesiæ, vt valeat, multa requirit. Concl.* 271. † Habilitas eius cui cōceditur, vt si concedantur temporalia, vel spiritualia alicui, sit
13 habilis inuestitus. Gem. *consil.* 14. *n.* 5. *ver. tertium.* † Declara tamen; quia etiam si spiritualia, prout sunt decimæ, infeudat ēt̄ur à Papa,
14 valeret infeudatio facta laico. Gem. *d. cons.* 14. *n.* 5. *ver. tertium.* † Itē quod sit habilis secūdum naturam feudi, vt quia possit reuerti ad ecclesiam; ideo Capitulum, vel Collegium, non dicitur persona habilis, vt Prælatus concedat feudum. Card. Zab. *cōs.* 34. *Circa pri-*
15 *mum. n.* 3. *ver. sed ex defectu inuest.* † Item debet esse habilis natalib⁹, quia illegitimi etiam legitimati sunt inhabiles ad feuda ecclesiæ.
16 Bald. *in l. generaliter. n.* 2. vbi Ias. *n.* 11. *C. de instit. & substit.* Vide Cōcl. præced. *n.* 7. & 8. † Leges feudorum, licet sint seculares; tamen ligant ecclesias, & ecclesiasticas personas, quæ recipiunt feudum;
* quia secundum iura feudorum obligantur, communem * dicit Curt. *tract. de feud. q.* 2. *prin.* vbi dicit hoc; quia sunt leges ex consuetudine generali, tam clericorum, quam laicorum, & *in* 4. *parte pr.*
* *nu.* 84. dicit * communem, vbi declarat & limitat. Vide, *Feudorum*
17 *leges sunt consuetudines. Concl.* 169. *n.* 19. & *seq.*

Feudum ecclesiasticum solitum infeudari, quando, & qualiter concedi possit, vel non. Concl. 114.

1 FEVDVM † ecclesiasticum solitum infeudari antiquitus potest sine solemnitatibus concedi ab episcopo etiam sine consensu Capituli. Cald. *cons.* 314. alias 11. *de feudis. in princ.* vbi, quod ita se habet communis consuetudo Italiæ. Anch. *cōs.* 156. *n.* 3. & *seq. ver. dixi.* Ias. *consil.* 10. *lib.* 3. *col. pen. ver. pro eadem parte.* Castr. *consil.* 312. *Circa id, quod, col.* 2. *in prin. lib.* 1. *ver.* & *prædicta procedunt*, vbi, quod secunda & posteriores concessiones dicuntur in exequutionem primæ, plene Rom. *cons.* 70. *Visis themate, in prin.* vbi plena apost. *in ver. solemnitas.* citat infinitos. Rui. *cons.* 41. *num.* 39. *lib.* 1. Alex. *cons.* 92. *Perspectis, num.* 7. & *seq. ver. potuit etiam, lib.* 6. Clarus *in* § *feudum, qu.* 13. *in princ.* allegat text. *in c.* 1. *de iis, qui feudum dare possunt*, & plenius ibidem *nu.* 6. *ver. item quæro.* vbi pro conclusione allegat plures at-
* testantes de * communi, quod solus Prælatus sine Capitulo, & sine solemnitatibus possit feudum solitum infeudari ad ecclesiam
18 reuersum iterum infeudare. Vide, *Alienatio bonorum ecclesiasticorū*
2 *solitorum infeudari. Conclus.* 277. † Declara, vt non procedat quoad consensum Capituli, si feudum esset de mensa Capituli commune cum Episcopo; quia solus Episcopus non potest infeudare. Calder. *dict. consil.* 314. *in princip. versic. & per hoc respondetur.* alias 11. *de feudis.* † Amplia, vt procedat, etiam si apponat in reinuestitura pacta, quæ omnia non erant in antiqua inuestitura, videlicet quod 3
vasallus possit petere inuestituram, & sufficiat, quod petat à nouo successore intra quinquennium; item quod tale feudum trāseat ad masculos, & fœminas, ac etiam hæredes extraneos; item quod possit vasallus de eo testari, & alienare, & extranei debeant inuestiri. Calder. *dict. consil.* 314. *in princip.* alias 11. *de feud.* & idem tenet Castr. *cons.* 417. *Super primo*, vbi, quod potest alterari, vt etiam agnati inuestiti de nouo succedant. *lib.* 2. *per tot.* † Extende in tan- 4
tum valere inuestituram prædictam, vt si fiat alteri concessio feudi, tanquam, quod ista non valeat, erit nulla, tanquam de feudo alieno facta. Castr. *d. consil.* 417. *in fin. lib.* 2. † Contrarium videtur 5
velle Bald. *consil.* 475. *Quidam Ioannes Abb. num.* 5. *ver. sequitur videre. li.* 1. vbi, quod si fiat contra, vel præter consuetudinem, non valet concessio; & idem absolute dicit Cuma. *consil.* 100. *Quædam possessio*, vbi, quod non potest, nisi secundum tenorem antiquæ inuestituræ, & quod non possit Prælatus alterare consuetudinem, & inuestituram antiquam, est communis* opinio, vt dicit Alexan. *
consilio 9. *num.* 2. *lib.* 3. quem refert & sequitur Clar. attestando de
* communi *in* § *feudum. Conclus.* 13. *num.* 13. *vers. scias tamen.* † Decla- *
ra, vt procedat, quando constat consuetudinem Ecclesiæ esse in 6
contrarium, quod non detur feudū, nisi masculis, alias secus, & non probatur consuetudo ex vna inuestitura antiqua, ita Fulgos. *consil.* 220. *Nobiles de Fortiate, in princip. vers. super est.* † Declara secun- 7
do, vt non procedat, quando Papa ex certa scientia confirmauit inuestituram, quæ extendit antiquam. Fulg. *d. consil.* 220. *circa med. ver. postremo.* † Declara tertio; quia non habet locum, quando feu- 8
dum per lineam finitam reuertitur ad dominum, & extant filiæ; quia possunt petere inuestiti, & si negatur inuestitura, possunt appellare. Fulgo. *d. consil.* 220. *circa fin.* † Declara quarto; quia quate- 9
nus sit nulla inuestitura, est nulla in ea parte, non in totum, ita Fulgos. *d. cons.* 220. *circa princip. ver. quod vero subiungitur*, ita Curtius Iunior *in tract. de feud. in* 1. *parte* 2. *partis, quæst.* 6. vbi dicit * commu- *
nem, quod vitiatur in eo, in quo excessit, & subsistetur in eo, in quo est conformis antiquæ alienationi. Clar. vero *dict.* § *feudum, quæst.* 13. *in fin.* distinguit relatiue, vt prædicta procedant circa diuisibilia, sed circa indiuisibilia annulletur, vide eum in loco relato ibi, vide infra *num.* 29. & *sequ.* † Amplia, vt procedat, etiam si E- 10
piscopus reinuestiens iurasset non alienare bona Ecclesiæ suæ inconsulto Romano Pontifice, quia non comprehendit hunc casum tale iuramentum. Calderi. *dict. cons.* 314. *in princ.* alias 11. *de feud.*
† Amplia, vt procedat etiam in feudo de cimarum solito laicis in- 11
feudari; quia si reuertitur ad Ecclesiam, potest Prælatus alteri laico in feudum concedere, secundum* communem, de qua Clar. *
d. § *feudum, quæst.* 13. *nu.* 2. *ver. sed quæro*, vbi citat plures de * communi attestantes; quia licet regulariter decimæ apud laicos esse non possint; tamen ex quo præsumuntur à principio concessa licite, non mirum, si consequenter aliis laicis concedi possunt, vt asserit Clar. vbi sup. vide infra *num.* 24. & *seq.* † Amplia; quia potest con- 12
cedi feudum solitum infeudari sine solemnitatibus, siue sit apertum tempore concedentis, siue sit apertum, & deuolutum tempore prædecessoris, secundum* communem, de qua Clar. *d.* § *feu.* *
dum. q. 13. *n.* 3. *ver. sed nunquid*, vbi declarat esse verum, quatenus nō fuerit incorporatum mensæ Ecclesiæ; quia tunc non posset concedere sine licentia Papæ, & seruatis solemnitatibus, & si per annum Prælatus tenuit pro Ecclesia, dicitur effectum de mensa Ec-
clesiæ, & est * communis, vide infra *n.* 25. & *n.* 26. & *seq.* † Amplia; * 13
quia non requiritur, vt dicatur antiquum feudum solitum infeudari, vt sit facta concessio ante Vrbanum, & ante Concilium Lateranense, de quibus *in tit. feud. Episcopum, vel Abbatem*, sed sufficit, quod etiam si constet de posteriori inuestitura, quod non sit nul- 14
la. Cald. *in d. cons.* 314. alias 11. *de feudis, ver. nec puto antiquitatē.* † Amplia; quia etiam procurator cum libera potest infeudare nomine Ecclesiæ, & priuati feuda solita in feudari per 40. annos. Alex. *cōs.* 92. *Perspectis, in pr.* maxime, *n.* 7. & *seq. lib.* 6. † Amplia etiā in feudo 15
deuoluto non solito, quando occupatur ab eo, qui non vult recognoscere; quia potest Ecclesia alteri concedere in odium non volentis recognoscere. Anchar. *consil.* 156. *num.* 3. *in fi. ver. dixi. nu.* 2. † Extende; quia res Ecclesiæ, quæ nō possunt alienari, alienantur, 16
quando sunt occupatæ; & sunt difficilis recuperationis; quia potest inuestiti alius habilis ad recuperandum. Ias. *cons.* 10. *num.* 3. *ver. pro eadem parte. lib.* 3. † Amplia in feudo solito infeudari, quod re- 17
uertitur ad Ecclesiam ob non solutum canonem; quia potest si ne solemnitatibus alteri concedi, vt de castro Linarii, quod est

Ecclesiæ

Ecclesiæ Sarsinatensis, q. Episcopus poterit illud concedere in feudum Carolo Malatestæ sine solemnitatib. Rom. *d. cons.* 70. *in pr.* vbi plena apost. *in ver. solemnitatis*, sequitur Ruin. *cons.* 41. *nu.* 39.
38 *lib.* 1. † Extende, siue Ecclesia apprehenderit possessionem feudi
39 deuoluti, siue non. Rom. *d. cons.* 70. *in pr.* † Extende, siue feudum sit proprium, siue conditionatum, siue emphyteusis; vt quia cõcessum fuit, & solitũ concedi sub annua respõsione. Rom. *d. cons.* 70. *in pr. n.* 1. & 2. vbi, quod tale feudum sub annua responsione rectius dicitur feudum conditionatum, videlic. habens condi-
40 tionem soluendi censum, vel responsionem. † Restringe, quãdo cessaret causa, propter quam fuit facta prima locatio, puta si res fuit concessa pro modico canone, vel responsione, & hodie plus repetiri posset; quia non põt cõcedi secundum antiquam inuestituram, & concessio esset nulla, vt est text. *in extrauag. ambitiosæ. in princ.* & fuit opinio Abbatis *in c. vt super. n.* 11. *ver. ego vero, de rebus Eccles. non alien.* quam opinionem canonizauit Rota Romana, a-
41 liis concordãtes adducens, vt in decisione bonæ memoriæ Cẽsaris de Grass. 135. alias 4. *de reb. Eccles. n.* 12. & *seq. vers. quinto quia*, in-
42 *tran.* 23. † Amplia; quia sicut potest Prælatus concedere extraneo feudum deuolutũ solitum infeudari; ita etiam potest illud *concedere consanguineo suo, & est communis* opinio, & ita de cõsuetudine obseruari dicit Clar. *d.* §. *feudum. q.* 13. *ver. vlterius quæ-*
43 *ro. n.* 5. dicit tamen prædicta procedere, dummodo non sit onerosa Ecclesiæ, vel suspecta concessio de fraude, & monet, vt ca-
44 ueant, ne damnent animas proprias, dum quærunt ditare consanguineos. † Limita, nisi cõstaret, quod prima infeudatio esset
45 nulla, ita videtur velle Calder. *d. cons.* 314. *circa pr. vers. nec puto an-*
te tamen, alias 11. *de feud.* † Limita; quia licet feudum solitum infeudari possit de nouo in feudum concedi absque solemnitatibus requisitis; tamen esto, quod mero iure valeat talis infeudatio; tamen si adesset læsio, vt quia alius repertus fuisset, qui plus dedisset Ecclesiæ, competit Ecclesiæ restitutio, dummodo intra tempus debitum petatur. Cald. *d. cons.* 314. *in fin. ver. sed ex isto facto*, alias 11. *de feud.* & ita loquitur Abb. *in c. vt super. n.* 11. *vers. ego credere, de reb. Eccles. non alien.* & hanc eandem limitationem tenet Rota Rom. vt per Cæs. de Grass. *d. dec.* 135. alias 4. *de reb. Eccles. n.* 15. vbi alios citat, quod si fiat locatio in forma solita pro minori pretio, q̃ reperiretur ab alio facta diligentia, Ecclesia est læsa, & compe-
46 tit restitutio, & contractus, qui mero iure valet, rescinditur, su-
pra *n.* 20. † Limita in decimis; quia si reuertantur ad Ecclesiam, etiamsi sint solitæ infeudari laicis; tamen non possunt infeudari
47 vlterius. Cald. *cons.* 317. alias 14. *de feud.* q. duplicatur *cons.* 384. ali-
48 as 1. *de decimis*, vide supr. *n.* 11. † Contrarium Anch. *cons.* 24. *nu.* 3. & *cons.* 256. *n.* 4. & *seq.* vbi loquitur, etiamsi diu steterunt deuolutæ, quando Prælatus non possedit pacifice; quia non potuerunt effidi de mensa. Castr. *cons.* 139. *Dubium facit. lib.* 2. *n.* 2. vbi, quod cum
49 sit concessio antiqua, præsumitur ante Concilium, nisi de cõtrario appareat. † Limita, quando feudũ concedi solitum non esset apertum tempore secundæ infeudationis; quia si moriatur Prælatus, qui concessit, antequam aperiretur, talis concessio nõ obligat successorem. Bald. *cons.* 475. *Quidam Ioannes. n.* 5. *vers. sequitur*
50 *videre. lib.* 1. Cuman. *cons.* 100. *in prin.* vbi plene, supra *n.* 12. † Ratio, quæ feudum non apertum, non possit concedi alteri, est; quia inducitur votum captãdæ mortis, & ex voto sæpe peruenitur ad actũ facinoris; quia auaritia insatiabilis lupus est. Bald. *cons.* 301.
51 *Proponitur, n.* 12. *in fi. lib.* 1. † Limita, quando feudum fuisset incorporatum mensæ Prælati; quia tunc amittit naturam, quod possit concedi, licet fuerit solitum infeudari ante. Guid. Pap. *dec.* 154. vbi, q̃ incumbit asserenti fuisse factam incorporationem, & si per annum post deuolutionem fuit nomine Ecclesiæ possessum, di-
52 citur facta incorporatio, supra *n.* 12. Vide tamen Clar. *d.* §. *feudum. q.* 13. *n.* 4. *ver. nunc pro intelligentia*, vbi, quod vt sit factum de mensa, requiritur expresse, quod Prælatus describi fecerit inter bona Ecclesiæ, vel quod per multum tempus collegerit fructus nomi-
53 ne Ecclesiæ, & dicit magis communem. † Limita; quia nõ procedit, quod feudum ecclesiæ solitum infeudari possit sine solẽnitatibus concedi, quando consuetudo alteratur; quia intelligitur cum eisdem pactis, & modis solitis, communem dicit Clar.
54 in d. §. *feudum. q.* 13. *n.* 7. Bald. *cons.* 475. *Quidam Ioannes. n.* 5. *vers. sequi-*
tur videre. lib. 1. † Extende in tantum, vt si inuestitura fiat alteratis pactis, non valebit in parte alterata, communem dicit idẽ Clar.
55 *d.* §. *feudum. q.* 13. *in fin.* & plenius *in* §. *emphyteusis. q.* 6. *n.* 2. vbi dicit vtramque communem, & tandem distinguit, quod si vnicus est
56 cõtractus; tunc vitietur in totum; quia vnica est inuestitura, nec diuiditur; secus si plures sint inuestituræ, vel diuisibiles, supra *n.*
57 9. † Contrarium, quod sit nullus contractus in totum, si debuit fieri inuestitura feudi ad tertiam generationem, & facta fuit in
perpetuum. Afflict. *dec.* 107. & ibi Cæsar Vrsill. † Qualiter autem 32
feudum, vel bona Ecclesiæ dicantur solita infeudari, vel alienari. Clar. *d.* §. *feudum. q.* 13. *n.* 4. *ver. nunc pro intelligentia.* dicit, quod requiruntur duæ alienationes cum lapsu 40. annorum, secũdum
*communem; & licet aliqui teneant, quod sufficiat vnica con- *
cessio cum solemnitatibus sine lapsu temporis, & pariter ista sit
communis* opinio; tamen sibi magis placet prima; sed certe est *
verior secunda, ne plus operetur præsumptio, quam veritas; id-
eo duæ concessiones non solemnes sufficiunt cum lapsu 40. annorum; quia præsumitur solemnitas; ergo quando apparet solẽnitas; multo magis id procedere debet. † Regulam facias, quod 33
Ecclesiæ non potest concedere aliquid in feudum sine Papa, & sine solemnitatibus, *c.* 1. *qui feud. dare possunt.* Iaf. *cons.* 10. *col. pen. vers. pro eadem parte, lib.* 3. & sic regula pro limitationibus. † Et Papa li- 34
cet possit concedere castra ecclesiæ in feudum benemeritis; tamen secus est, si essent pretiosa, & magnę importantię; quia non
potest, nisi de consensu Cardinalium. Iaf. *d. cons.* 10. *col.* 3. *n.* 4. *ver. præterea, lib.* 3. vbi, quæ dicantur magnæ, vel paruæ importantiæ.
† Et Legatus non potest concedere in feudum bona Ecclesiæ, 35
nisi specialem habeat facultatem. Gozad. *consil.* 62. *num.* 13. Vide
Concluſ. præced.

Feudi Dominus ad quæ teneatur aduersus vasallum. Concluſ. 115.

FEVDI † Dominus si recusat facere inuestituram, & recipere fidelitatem à vasallo parato illam præstare, priuatur proprietate. Oldrad. *cons.* 270. *in fin.* qui nihil allegat. Franc. Aret. *cons.* 14. 1
Viso, & diligenter. n. 19. *ver. secunda concluſ.* allegat text. *in c.* 1. *de forma fidelitat.* † Vide Afflict. *decis.* 265. *per tot.* vbi, quomodo, & ad quæ teneatur Domino feudatarius, & è contra. † Et facta inuestitura 2
feudi tenetur Dominus inducere inuestitum in vacuam possessionem feudi, & si deficiat, tenetur omnem vtilitatem præstare. *c.* 1. *de noua forma fidelit.* Abb. *cons.* 30. *Videtur primo. col.* 2. *ver. secundo principaliter. lib.* 2. & communem* dicit Clar. *in* §. *feudum. q.* 26. vbi *
dicit, quod inuestitura realis dicitur, quando Dominus induxit vasallum in possessionem; abusiua, quando inuestiuit per traditionem annuli, quæ importat, quod possit capere possessionem, quam tenetur tradere, si potest, alias tenetur ad interesse. † Ob- 4
ligatur Dominus inuesti.o de feudo illud feudum præstare liberum, alias tenetur, vel liberare, vel aliud feudum liberum æque bonum præstare ad electionem inuestiti, quãdo inuestitus ignorauit seruitutem, vel etiamsi sciuit, quando Dominus promisit de euictione, vel disbrigare; secus si sciuisset, & non adesset pactum. Abb. *d. cons.* 30. *lib.* 2. *col.* 2. *ver. sed prædictis non obstantib.* per *c.* 1. *de inuestit. de bonis alien. fact.* vbi, quod si feudum fuit datum, tanquam franchum, & nobile, Dominus tenetur. † Idem, quando 5
vasallus post semel traditam possessionem cecidit ab ea; quia si deuenit ad Dominum, tenetur iterum tradere illam vasallo; quia obligatur ad duo, ad traditionem, & ad præstandam patientiam, communem * dicit Clar. *d.* § *feudum. q.* 26. *in fin.* † Extende, vt idẽ * 6
sit, quando feudum fuit concessum alicui ob magna merita expressa; quia Dominus tenetur manutenere, & liberare; quia est quasi emptitium, & non cadit ob demerita; quia fit compensatio. Abb. *d. cons.* 30. *n.* 3. *ver. quinto, & vlt. lib.* 2. † Amplia; quia tene- 7
tur Dominus vasallo eodem modo quo vasallus Domino, excepto, quod vasallus iurat Domino, & non è contra; & ideo tenetur præstare auxilium vasallo circa concernentia feudũ, Bald. *cons.* 353. *Præsupponendum. num.* 2. *ver. quapropter. lib.* 1. Ioan. Iacob. de Leonardis inter cons. Bruni *cons.* 117. *num.* 112 *& multis seqq.* vbi, q̃ sunt correlatiua, & ad paria iudicantur, & allegat plures. Bartol. *cons.* 161. *Proponitur, n.* 2. *ver. item contra pacta. lib.* 1. quod est Bart. Angeli de Ameli, Franc. Abbatis Saximi, & Thomæ de Eugubio, plene Franc. de Aretio *cons.* 14. *Viso, & diligenter, in fi. n.* 19. *ver. se-*
da concluſio. vbi, quod ex illis causis, ex quibus priuatur vasallus, ex eisdem priuatur Dominus, & quod ad paria omnino tenẽtur, & iudicantur, exceptis duobus. Primo; quia vasallus, si cadit à feudo, ipso iure cadit; sed Dominus semper per sententiam. Secundo; quia si vasallus perdit feudum propter offensam Domini, semper applicatur Domino, extra offensam Domini applicatur agnatis, in feudo antiquo, si Dominus perdit feudum, semper applicatur vasallo. † Vide Clar. *d.* §. *feudum. q.* 27. *in fi.* vbi, quod 8
regula de vasallo ad Dominum non procedit, è conuerso semper, sed duntaxat in casibus à iure expressis. † Et quod Dominus 9
teneatur auxiliari vasallo, quemadmodum vasallus Domino, est text. *in cap.* 1. *ver. Dominus vero, in tit. de forma fidelit.* Alex. *cons.* 15. *Visis narratiis. n.* 5. *ver. sed Dominus. lib.* 5. Afflict. *dec.* 265. *in pr.* † E. multo ma- 10

gis tenetur vasallum defendere, sicut vasallus dominum. Clar.
* 11 *ind.§.feudum,q.27.in prin.*vbi dicit*communem.†Extende; quia dominus tenetur adiuuare,& defendere vasallum etiam contra patrem & filium, & fratrem ipsius domini, secundum communem*de qua Iul.Clar.*d.§.feudum.quæst.27.ver.sed nunquid,num.2.*
12 † Amplia; quia dominus tenetur bene tractare vasallum suum; quia tenetur vicem reddere in iis, quæ à vasallo expostulat,alias facit contra naturã feudi, & potest vasallus pro vltimo remedio, & subsidio mouere guerrã domino male tractanti ad defensam; secus ad offensam.Bald.*cons.311.Quidam dominus homagium,in prin.*
13 *lib.3.* †Extende; quia ex illis causis, ex quibus vasallus ob feloniam versus dominum priuari potest feudo, ex eisdẽ causis priuatur etiam dominus,si committat contra vasallum. Ang. *consil.*
14 371.*Illustris,& Magnificus,n.2.*†Et si dominus vasallo iustitiam denegat,vel iniustitiam facit,& nõ defendit eum, feudo priuatur, sicut vasallus è contra priuaretur feudo. Gozad.*cons.9.num.21.*& quod eisdem causis, quibus feudatarius priuatur vtili dominio feudi, pariter priuetur directus suo directo. Vide Ioan.Bart.de Scarampis *cons.11.n.3.inter cons.feudalia,*& Clar.*in d.§.feudum.q.68.* vbi,quod de hoc est gl.*in c.1.§.item qui domino, in ver.iustitiam.quæ fuit prima causa benef.amit.*& dicit,quod illam gloss. Dd.sequun-
15 tur. † Restringe,nisi dominus sit Rex, vel absolutus Princeps; quia tunc non priuatur,prout vasallus. Affl.*decis.265.n.13.ver.tertia sallentia.*†Restringe;quia non semper est verum, quod dominus teneatur vasallo ex eisdem causis, quibus vasallus tenetur
16 domino; quia vasallus tenetur iurare fidelitatem domino, sed
* dominus non tenetur iurare fidelitatem vasallo, *communem dicit Clar.*ind.§.feudum*, q.70. vbi in fin.dicit, quod totus mundus ita seruat. Amplia; quia sicuti vasallus alienans feudum sine licentia Domini,priuatur feudo; ita etiam Dominus alienans vasallos inuitos in casu non permisso perdet ius feudi,ne ad impatia iudicentur.Clar.*ind.§.feudum.q.28.n.3.ver.sed quæro,* vbi dicit
*17 *communem,licet alleget etiam tenentes contrariũ. †Amplia; quia vasallus, qui iusta ignorantia ductus non præstitit homagium, nec petiit inuestituram intra debitum tempus,excusatur, si petat eam post scientiam intra tempus, & offerat se paratum facere omnia,ad quæ tenetur, & dominus recusat,habetur pro præstito,& inuestitura profecta; imo dominus tenetur ad interesse vasallo,& priuatur iure suo.Abb.*cons.3 Nitar.n.7.col.12.ver.tredecima.lib.2.* †Amplia;quia ficuti hæres Domini non potest priuare vasallum feudo, si dominus non est conquestus; quia tacendo videtur remisisse iniuriam;ita etiam hæres vasalli non potest priuare dominum, si vasallus offensus non est conquestus in vita sua;quia tacendo videtur remisisse.Franc.Aretin.*dict.consil.14.*
19 *Viso.& diligenter,in fin.num.20.ver.sed remanet vna dubitatio.*†Limita quatuor decim modis, in quibus dominus non tenetur vasal-
20 lo,sicut vasallus sibi.Afflict.*decis.265.in princ.* † Et quando dominus priuatur,directum dominium perdit,quod consolidatur
* cum vtili,& acquiritur vasallo,secundum*communem, & magis receptam opinionem,de qua Clar.*in d.§ feudum,q.72.*vbi impugnat;quia dicit,quod non seruatur in practica;quia directum dominium deuoluitur ad agnatos directi domini vocatos,si extant;sin minus,ad dominum supremum, si extat;alias ad vasallum habentem vtile dominium,si non extant vocati,neque dominus supremus.

Feudatarius ad quæ teneatur versus dominum. Concl. 116.

1 FEVDATARIVS † tenetur sequi dominũ suum requirentem ad exercitum,& illum coadiuuare, vel tenetur mittere alium,si ipse non potest,aut dare medietatem reddituum vnius anni suorum feudorum,vt 10.*collatio de prohibita feudi alienatio.per Federic.cap.Imperialem.§.similiter etiam statuimus.* Oldrad.*consil.235.in princ.ver.circa hoc primo.*Ioan.de Anan.*cons.7.num.10.& seq.*maxime *num.12.*Clar.*in §.feudum.q.22.* vbi, quod in istis alternatiuis,si dominus velit medietatem introituum vnius anni, & vasallus velit ire per se ipsum,electio est vasalli,& non domini,se-
* 2 cundum*communem,quicquid aliqui distinxerint. †Vide omnino Afflict.*decis.265.per tot.* vbi multa, ad quæ teneatur dominus vasallo,& ad quæ feudatarius domino,vide eum,vbi declara-
3 rat, quid contineat iuramentum fidelitatis.*n.40.& seq.* † Item tenetur ad omnia contenta iuramento fidelitatis, etiamsi feudũ esset datum liberum,& franchum;quia ne inducatur contrarietas, tenetur ad ista.Oldrad.*d.cons.235.Factum tale est, quidam miles. num.2.ver.huius autem verbi.*Cuman.*cons.161.per tot.*plene Ioan.de Anan.*consil.7.Visis, & ponderatis,per tot.*maxime *nu.9.& seq.* & Bologn.ibi *nu.16.& 17.*dicit, quod quantumcunque sit franchum feudum,obligatur,ne possit offendere dominum. † Declara tamen,quod vltra contenta in iuramento fidelitatis non tenetur recognoscens feudum franchum,&liberum. Cald.*cons.310.*alias *7.in fi.ver.nota feudum,de feudis.* †Personale tamen est tale iuramẽtum,& præstitum non ligat successorem in feudo;etiamsi sit hæres,quando erat liberum. Anch.*cons.310.n.4.& 5.iuncto n.16.ver. non obstat.* † Extende; quia iuramentum & recognitio facta per vnum feudatarium versus certum dominum non transfert dominium directum feudi in eũ,cui iuratur, sed requiritur apprehensio. Anch.*cons.310.n.16.ver.non obstat lex.* † Declara; quia vasallus non tenetur postponere salutem suam saluti domini; ideo seruitium debetur, ita quod salus vitæ vasalli præponatur. Gramm.*decis.18.n.7.& seq.* † Amplia; quia vasallus non potest mouere guerram contra dominũ suum, nisi ad defensam,quando male tractaretur ab eo,sed ad offensam secus est; quia est cõtra formam iuramenti fidelitatis. Bald. *cons.311. Quidam dominus homagium,in princ.lib.3.* † Amplia;quia neque potest vasallus facere ligam cum inimico domini sui;neque cum inimicis domini habere amicitiam.Bald.*d.consil.311. in princ. vers.secundo casu.lib.3.* Cuman.*cons.161.in fin.ver.ad decimum.*Ioan.de Anan.*cons.7.in fin. n.15.* Afflict. plene *decis.265.*†Extende,etiamsi sit dictum, quod possit conuersari cum omnibus libere, & vnire amicitias saluis iuramentis fidelitatis; quia intelligitur de conuersatione, quæ non sit contraria iuramento. Cuman.*d. cons.161.in fin.ver.nec obstat.* † Extende maxime in vasallo ligio,qui iurat fidelitatem domino contra omnem personam Bald.*d.cons.311. circa princ.ver.secundo casu.lib.3.* † Extende; quia imo non potest conuersari cum inimicis domini;quia esset inimicus. Ioan.de Anan.*cons.7.in fin.* †Declara; quia potest habere conuersationem,& ligam cum inimicis domini, dummodo non noceatur domino. Cuman.*d. cons.161.in fin.vers.possit præterea.* † Declara; quia si quis esset vasallus duorum dominorum habentium guerram simul,vel duarum Ciuitatum inimicarum, tenetur pro feudis cuiusque ciuitatis,vel domini, tueri personam domini, ita, quod non potest esse in tractatu,vel consilio cõtra aliquem ex dominis, nisi vnus dominus esset superior altero;quia superiorem sequi tenetur. Bald.*d.cons.311.n.3.ver.si habet duos dominos, vsq; in fin.lib.3.*†Declara secundo; quia vasallus duorum dominorum habentium guerram simul tenetur imponere collectas, & subsidia pro dominis respectiue in castris, pro quibus recognoscit quemlibet dominum,exemplo eius,qui habet bona in duabus ciuitatibus guerram facientibus; quia soluit collectas in vtraque, & de habitatione cum persona sua potest gratificari, quam partem voluerit, dummodo non sit in consilio, vel machinatione contra personam,vel statum domini.Bald.*d.cons.311.num.2.ver.est verum,lib.3.* †Declara tertio; quia vasallus habens plures dominos ratione plurium feudorum tenetur antiquiori dominio magis, quã nouo. Bald.*d.cons.311.in fi.lib.3.* † Amplia;quia vasallus tenetur contribuere domino in sumptibus burgalibus, iuxta portionẽ feudorum, quæ retinet à domino, in subsidio guerræ. Bald. *d.consil. 311.nu.2.lib.3.* vbi, quod tenetur imponere collectam in castris feudalibus, non in aliis. † Declara; quia vasallus tenetur opem ferre domino, si bellum faciat ad offensam, quando bellum est iustum, vel dubium, alias secus, si esset iniustum. Cuman.*consil. 161.nu.5.* & tenetur vsque ad dimidium tedditus feudi tantum. †Si vero ad defensam, tenetur vasallus adiuuare dominum, etiamsi bellum esset iniustum. Cuman.*d.cons.161.n.5.ver.ad defensionem vero.* † Imo tenetur subministrare pecunias domino, si potest,etiam vltra redditus feudi,quando ad defensam.Cuman.*d. cons.161.n.5.ver.sequitur etiam.* † Extende; quia tenetur hospitam ambasciatores,& fideles domini,dummodo cum cautela,nec periculo certo exponat.Cuman.*d.cons.161.nu.5. ver.sequitur etiam determinatio septimi.* † Extende; quia tenetur accommodare sodalitium etiam non feudale domino suo, si id facere potest sine periculo,sed cum cautela competenti.Cuman.*d.cons.161.n.5.ver. in octauo.*† Vide,*Feudi dominus in quibus exerceat iurisdictionem in feudo.Conclus.210.n.27.& seq.* † Extende;quia tenetur extollere dominum, quantum potest, & illi benefuere; quia non sufficit abstinere à malo, nisi fiat,quod bonum est. Affl.*decis.307.n.4.& seq.* Vide infra *n.48.& seq.* † Extende; quia si vasallus expendit in adiuuando domino ab inimicis, non potest expensas repetere, quia fecit,quod debuit. Gramm.*cons.crim.13.num.43.* † Extende; quia imo vasallus deferens dominum suum in bello potest ab eo priuari feudo. Clar.*in §.feudum.q.55.* vbi dicit esse text.*in cap.i. in princ.quib.mod.feud.amitt.*†Declara tamen; quia si vasallus esset sine brachiis,ita,quod non posset bellare,si fugiat,non priua-

tur feu-

tur feudo. Clar. *in d. §. feudum. q. 21. num. 2. ver. item quæro*, vbi dicit
38 *communem. † Item declara; quia etiamsi vasallus sit sanus, nō
priuatur feudo, si deferat dominum in bello mortuum, vel mor-
39 tifere vulneratum. Clar. *d. §. feudum. q. 55.* † Amplia; quia vasalli
tenētur ad datiuas domino suo pro nubendis filiabus domini,
vel sororibus, & ad alia multa, de quibus plene Affl. *decis. 265. per
tot.* vbi enumerat omnia, ad quæ vasalli in Regno tenentur, ma-
40 *xime n. 54. in 3.* obligatione, vbi in 34. obligatione tenetur ad ho-
spitium versus dominum. † Amplia; quia vasalli angarii tenen-
tur ad multa, & possunt reuocari ad habitandum, si recedant ex
terra eis assignata. Capic. *decis. 118. In causa Magnifici*, & qui dican-
tur angarii vasalli, & qualiter sint introducti, plene Capic. exa-
minat *decis. 168.* vbi, quod ab initio non erant, tempore secundo
Imperatorum solebant, esse adscriptitii, nūc vasalli angarii; qui
41 tamen non præsumuntur. † Extende; quia tenentur ad dandū
Camerarium, & baiulos domino aliquando vasalli. Capic. *d. dec.
118.* sed tamen dicitur, quod propterea non sunt angarii, *& decis.*
42 *168.* vbi plenius. † Declara; quia in Regno non valet conuentio,
quod teneantur vasalli putare, seminare, & colligere fructus pro
43 domino gratis. Capic. *d. decis. 118. in fin.* † Amplia; quia vasallus
non potest dare transitum, & aditum ambasciatoribus, & milити-
bus inimici sui, si potest resistere, quando occasione belli immi-
nentis transitum peterent. Cuman. *cons. 161. Miles inuestiuit, in pr.*
44 vbi, quod debet prohibere, si potest. † Extende; quia idem est per
loca vasalli libera, & non feudalia; quia nedū tenetur per se non
nocere, sed etiam curare, ne alii noceant. Cuman. *d. cons. 161. n. 2.*
45 *& seq. vers. ad generale*, maxime *n. 4. & n. 5. ver. ex his igitur.* † Restrin-
ge; quia potest dare iter Ambasciatoribus, & subditis inimicorū
sui domini, quando petitur ob cōmercium, vel citra causam bel-
li, ne videatur iter publicum prohibere. Cuman. *d. cons. 161. nu. 3.*
46 *vers. illud præterea.* † Declara; quia non est causa priuationis feudi, si
47 daret transitū inimicis domini sui. Cuman. *d. cons. 161. n. 4.* † Am-
plia; quia vasallus non potest dare victualia inimicis domini sui;
quia esset dare opem; ideo contra formam iuramenti est. Cuma.
48 *d. cons. 161. n. 4. ver. ad secundum.* † Amplia; quia vasallus sciens im-
minere periculum domino, siue circa personam, siue circa grauē
iacturam bonorum, si non certiorauit dominum, quanto citius
potuit, priuari potest feudo. Clar. *d. §. f udum. q. 57. in princ.* allegat
49 text. in § *præterea ca. quæ fuerit prima causa benef. amitt.* † Restringe,
vt non procedat, quando vasallus non certiorauit; quia non po-
cuit, communem dicit Clar. *d. §. feudum. q. 57. ver. hac tamen con-*
50 *clusio.* † Declara; quia licet nō potuerit certiorare; si tamen potuit
facere resistentiam, & obuiare periculo, & non fecit; non excu-
satur à priuatione feudi; secundum * communem, de qua idem
Clar. *d. §. feudum. q. 57. n. 2. ver. sed quid si tunc.* quia licet quis nō te-
neatur obuiare delicto; secus, si potest commode, & in casu isto.
51 † Amplia; quia non solum obligatur feudatarius non offendere
dominum, & illum adiuuare ratione feudi, videlicet in locis feu-
dalibus; sed etiam ratione aliorum bonorum, & castrorum non
feudalium; quia obligatio feudatarii est personalis, & iuramen-
tum fidelitatis indiuiduum; ergo omnia respicit bona, & castra.
Ioan. de Anan. plene *cons. 7. Visis, & ponderatis, per tot.* vbi Bologn.
52 in apost. *n. 16. & 17.* vbi extendit etiam in feudo francho. † Exte-
de, maxime, quando in proœmio inuestituræ dicitur, quod con-
ceditur feudum propter amicitiam præteritam conseruandam,
& spem auxilij, consilij, & fauoris; quia denotat causam finalem.
53 Ioan. de Anan. *d. cons. 7. n. 4. & 5. ver. sed ijs & aliis.* † Extende; quia
feudatarius, qui refutauit feudū, vel illud abdicauit à se, nihilo-
minus tenetur iuuare, & non potest offendere dominum; quia
obligatio est personalis, Bologn. *in addit. ad d. cons. 7. Ioan. de Anan.*
54 *in princ. n. 16.* † Extende; quia nedum tenetur non offendere, ne-
que damnum inferre domino per se ipsum, sed etiam tenetur a-
lios prohibere; & ideo non potest inimicis domini se coniunge-
re, neque dare victualia, vel auxilium, aut transitum, alias priua-
ri potest feudo, plene Ioan. de Anan. *d. cons. 7. n. 11. ver. secundo potest*
55 *addici.* † Extende; quia etiamsi sola persuasione aliquid fecit cō-
tra dominum, potest feudo priuari. Ludou. Bologn. *in additio. ad*
56 *consil. Ioan. de Anan. 7. n. 17. ver. præterea confirmando.* † Extende; quia
procedit ampliatio, nedum in feudatario inuestito, sed etiam in
successore; quia obligatur domino ratione feudi, & aliorum bo-
norum non feudalium adiuuare dominum. Ludou. Bologn. *d. a-
postilla ad consil. 7. Ioan. de Anan. n. 18. ver. non obstat tertium.* vbi, quod
57 bene sunt libera bona, non feudalia, quæ peruenerint ad filios
non feudatarios. † Restringe tamen, & declara; quia licet feu-
datarius obligetur personaliter domino, & sic pro omnibus bo-
nis etiam non feudalibus; tamen si contrafaciat, priuatio non
potest respicere, nisi feudum, & bona feudalia. Ioan. de Anan. *d.*

cons. 7. in princ. vbi dicit * communem, & ita declarat Bologn. ibi * 58
in addit. n. 17. ver. verum quia. † Amplia; quia tenetur feudatarius
defendere dominum contra omnes inimicos eius, Ioan. de A- 59
nan. *d. cons. 7. Visis, & ponderatis, nu. 10. & seq.* † Extende; quia tene-
tur nedum defendere, sed exaltare dominum. Ioan. de Anan. *d.*
cons. 7. n. 11. ver. tertio principaliter. Vide supra *n. 24.* † Extende; quia
si dominus indiget, vel esset captus, vel pauper factus, tenetur 60
feudatarius illum adiuuare, etiam submini strando pecuniam, si
requiratur. Ioan. de Anan. *d. cons. 7. n. 14. ver. circa.* † Extende; quia
si vasallus expendit pro domino in recuperando castrum, vel 61
tuendo, non recuperat expensum; quia tenetur. Grammat. *consil.
crimin. 13. n. 40. & seqq. ver. & si obijceretur.* † Amplia; quia vasallus
tenetur recuperare amissa per dominum suum, & illa domino 62
restituere. Alex. *cons. 30. Quoniam. n. 18. ver. ad tertium. lib. 1.* allegat
text. qui hoc dicit, *in feudis, tit. de noua forma fidelit. vers. & si contige-
rit rem aliquam, quam habes.* † Amplia; quia vasallus non seruans
iuramentum fidelitatis priuatur feudo, communem * dicit Clar. * 63
in § feudum. q. 53. † Restringe, quando feudum esset modicum.
Boer. *cons. 42. n. 6.* † Restringe; quia non pro omni controuersia, 64
seu contrauentione priuatur feudo, sed solum pro ea, quæ in iu-
re est expressa. Crau. *cons. 224. n. 7.* Alex. *cons. 103. nu. 15. lib. 1.* Curt. 65
Iun. *cons. 288.* † Amplia; quia tenetur vasallus obseruare omnia, 66
quæ sunt de sui natura feudi, & omnia pacta inuestituræ. Afflict.
d. decis. 265. n. 101. & seq. † Amplia; quia vasallus tenetur liberare, si 67
potest, dominum captum, seu carceratum, vt est tex. *in c. 1. §. item
si delator. quæ fuerit prima causa benef. amitt.* & hanc esse regulam di-
cit Clar. *in d. §. feudum. q. 24. ver. cæterū.* vbi dicit, quod tenetur per
pecuniam, vel saltem adhibere operam personalem, & licet ali-
qui moderni dicant non seruari de facto; tamen ipse dicit esse
de iure clarum. † Declara, seu restringe in duobus casibus; quia 68
si dominus est carceratus pro debito ciuili, & pecuniario, non
tenetur vasallus eum excarcerare, vel soluere pro eo, secundum
*communem, de qua Clar. *in d. §. feudum, q. 24. in princip.* vbi dicit * 69
*communē, & idē dicit, qñ pro crimine, vel alias iuste esset car-
ceratus; quia qui iniuste deliquit, iuste plecti; & puniri debet, &
dicit * cōmunem, vbi supr. in fi. † Amplia in vasallo Eccle sie; quia * 70
tenetur Prælato suo ad aliqua diuersa, quæ explicat Boer. *decis.
134. nu. 3. & 4.* plene Affl. *decis. 136. & Gramm. decis. 88. nu. 3. & seq.*
vbi, quod exigi potest à vasallis subsidium charitatiuum hone-
stum, alias potest appellari ab eo. † Amplia; quia feudatarius pri- 71
uatur feudo, si denegat facere iustitiam domino. Ludou. Bolog.
in addit. ad d. cons 7. Ioan. de Anan. nu. 17. vers. & eodem modo. Affl. *decis.
265. n. 75.* † Amplia; quia vasallus seu feudatarius vigore iuramē-
ti, & feudi tenetur adiuuare dominum sumptibus suis. Ioan. Ia-
cob. de Leonardis inter consil. Alberti Bruni *cons. 117. nu. 6. & seq.*
vbi ponit plura, ad quæ tenetur, videl. adiuuare etiā amicos do-
mini, obuiare offensionibus domini, & si nō facit, priuatur feu-
do. † Et quod teneatur vasallus adiuuare dominum, & defende- 72
re contra omnes, est text. *in c. 1. quibus modis feud. amitt.* † Extendit 73
Clar. *in d. §. feud. q. 21.* vt teneatur adiuuare dominum contra om-
nes sumptibus propriis, si potest; si vero nō habet modum, non
tenetur sumptibus suis, vbi dicit * communem. † Extende, vt in * 74
tantum teneatur adiuuare dominum contra omnes, vt etiam te-
neatur contra proprium patrem, & fratrem vasalli adiuuare do-
minum. Clar. *d. §. feudum. q. 21. n. 4. ver. sed nunquid tenebitur.* vbi di-
cit * communem. † Restringe; quia non tenetur adiuuare domi- * 75
num contra seipsum; quia prima charitas incipit à seipso, com-
mun. * dicit Clar. *d. §. feudum. q. 21. in fin.* † Restringe; quia licet va- * 76
sallus teneatur adiuuare dominum in omni periculo, & bello;
non tamen tenetur præponere salutem domini propriæ salu-
Ideo excusatur, si non adiuuat, vt se ipsum saluum faciat. Clar. *d.
§. feudum. q. 21. n. 3. ver. sed quæro*, vbi citat plures de * communi at- *
testantes. † Restringe; quia vasallus existens in bello cum domi- 77
no, sed est inhabilis ad pugnandum; quia est sine brachiis, si au-
fugiat, non potest priuari feudo, qui alias, si esset habilis priuari
posset. Clar. *d. §. feud. q. 21. n. 2. ver. item quæro.* vbi pariter citat plu-
res de * communi attestantes. † Amplia; quia feudatarius sic ti * 78
ex causa expressa potest priuari feudo, quæ sunt multæ: ita etiam
ex causa non expressa, quando est similis vel maior expressa, &
in hoc statur arbitrio iudicis, ita Ioannes Iacobus de Leonardis
d. cons. 117. n. 34. & seq. inter consilia Bruni. † Extende; quia domi- 79
nus pariter tenetur versus vasallum, prout vasallus domino;
quia sunt correlatiua. Ioannes Iacob. de Leonard. *d. cons. 117. n. 12.
& seq. & n. 152 & seq.* † Restringe; quia excusatur vasallus versus 80
dominum, & è contra ex multis causis. Ioan. Iacob. de Leonar-
dis *d. cons. 117. inter consilia Bruni n. 172. & seq.* vbi, quod pauperes
excusat; item necessitas; item impotentia. *n. 199.* † Limita; quia 81
vasal-

vasallus non tenetur alere dominum, & licet opinio sit contro-
* uersa; tamen negatiua est communis* opin. vt attestatur Clar. in
72 §. *feud.q.23.* † Restringit idem Clar. *d.§.feudū.q.23.* duobus modis:
primus est, quando dominus ex culpa vasalli deuenit ad paupertatem; secundus, quādo vasallus superabundaret diuitiis, & maxime à feudo prouenientibus, quibus duobus casibus compellendus esset vasallus secundum eum; ita tamen, quod non per-
73 dat feudum, si recusat. † Limita; quia feudatarius, seu vasallus Vniuersitatis non obligatur singulis personis de Vniuersitate; ideo si offendat priuatum, qui non sit administrator, non priuatur
74 feudo. Zasius *tract. de feudis, part. 7. n. 50.* † Limita in vasallo vasalli versus primum dominum; quia non tenetur, nisi versus dominum immediatum; quia vasallus vasalli mei meus vasallus non
75 est. Oldr. *cons. 235. n. 3. ver. præterea.* † Limita, nisi vasallus à maiori domino suo vocaretur, vtà Rege, vel supremo Principe; quia tunc excusatur, si non sequitur dominum feudi, quia nō potest.
76 Oldr. *cons. 235. n. 3. ver. præterea.* † Limita; quia licet vasallus debeat exhibere reuerentiam domino; tamen non tenetur petere veniam ab eo, si vult eum vocare in iudicium, communem* dicit
* Clar. *in d. §. feudum. q. 25.* licet in fin. in interdicto, vnde vi, & simi-
77 libus, non decidat, sed se remittat. † Limita, quando male tractantur vasalli; quia tunc possunt rebellare, dominum expellere, & tyrannum occidere. Capic. *decis. 69. n. 30. & seq. & per tot. de-*
78 *cis.* † Et quid possit feudatarius cum vasallis, Vide, *Feudatarius quid possit circa subditos. Concluſ. 122.* Vide, *Vasallus quis dicatur, & ad quid obligetur domino. Concluſ. 28. & Concluſ. ibi prox. seq.*

Feudale homagium & fidelitas quid sint, & in quo differant. Concluſ. 117.

1 HOMAGIVM † est sacramentum fidelitatis, quod fit pro aliquo feudo, *c. vlt. de reg. iur.* Bald. *cons. 291. Ad euidentiam, nu. 3. ver. & rursus, lib. 2.* Ægid. Bellam. *cons. 48. n. 33. & seq. ver. secundum dubium.* † Et quod homagium licet includat iuramentum fidelitatis; tamen aliud etiam importare potest, videlicet feudi recognitionem, ac exhibitionem honoris, & reuerentiæ. Ægid. *cons. 33. n.*
3 51. † Vide tamen Alex. *cons. 136. Viso, & examinato, col. 2. in fin. nu. 4. ver. sed quantum ad propositum, lib. 1.* vbi, quod homagiū, quod pro feudo præstatur, sumitur pro fidelitate, obedientia, & seruitio personali, allegat *cap. grauem, cum ibi not. de excess. Prał.* & alia iura.
4 † Homagium, & fidelitas differūt, quia homagium est ille actus præstationis iuramenti, qui fit per feudatarium cum sua solēnitate: fidelitas vero est obligatio permanens, & tractum habens successiuum oriens exillo iuramento, prout dicimus de contractu, qui momento celebratur, sed obseruantia, quæ durat perpetuo, oritur ab actu illo. Bald. *d. cons. 291. n. 4. & 5. ver. differunt autem lib. 2.* & quod differant; quia ponit pro diuersis, text. *in c. vnico de stat. u reg. in 6. §. verum.* ibi, *homagium vel fidelitatis sacramentum,* & *in §. porro. in fin.* ibi, *homagia fidelitatis sacramenta,* & est text. *in c. vertitatis, de iureiur* ibi, *homagii, & fidelitatis,* & ibi Hostiens. Anton. de Butrio, & Abbas. Vide, *Fidelitas quotuplex & quid sit. Concluſ.*
5 312. † Declara; quia etiam sumitur pro fidelitate, vt per Æg. Bell. *d. cons. 33. n. 49. ver. Dominus Petrus dicit.* & *n. 51.* dicit, quod licet importet iuramentum, & illud includat; tamen importat aliquando fidelitatem, & honoris exhibitionem, *& num. 51. ver. Dominus*
6 *Petrus.* † Pertonam feudatarii obligat fidelitas, & iuramentum feudatarii, adeo, quod tanquam indiuiduum obligat ad fidelitatem vbique, & in omnibus locis, & ratione quorumcunq; bonorum, etiam non feudalium; ideo si feudatarius habet alia castra non feudalia, in quibus daret transitum, & hospitium inimicis domini, potest priuari, sicut si in bonis feudalibus. Ioan. de
7 Anan. *cons. 7. per tot.* vbi est casus. † Et quando quis recognoscit in superiorem illum, qui non est, dicitur potius homagium respiciens obligationem personalem, non realem, seu vasallaticā. Bald. *in l. 2. n. 4. C. de oper. libert.* sequitur Præpolit. *in prælud feud. nu.*
8 69. † Declara; quia nunquam reperitur alia pœna imposita feudatario, nisi priuatio feudi; ideo non tenetur versus dominum, nisi ratione feudi, & quoad alia non subiicitur domino, & consequenter foriuris forum in loco sui domicilii, nec dominus extra rem feudalem potest eum conuenire alibi. Ioan. de Anania
9 *cons. 16. Viso puncto, n. 7. ver. hinc est.* † Et istud homagium, seu iuramentum fidelitatis præstari potest per procuratorem, *cap. tibi domino,* & ibi gloss. 63. *distinct.* & quia, quod per me possum, etiam per alium possum, nisi reperiatur prohibitum, *cap. 1. in fin.* & ibi
10 glossa, *quo temp. miles.* † Contrarium, quod imo debeat præstari personaliter, & non per procuratorem, probatur per argumentum à speciali; quia est speciale in monialibus, quod illud præ-

stent per procuratorem; ergo in contrarium est ius commune, *cap. vnico. §. verum, de stat. regul. in 6.* & ibi *in §. Porro, in fin.* † Declara; quia volente domino potest præstari per procuratorem, alias non, ita videtur tenere Ægid. Bellamer. *cons. 48. nu. 34. & seq. vers. secundum dubium.* vbi pro vtraque parte, & sic declarat, & est text. *in d. c. vnico. §. verum, de stat. monach. lib. 6.* & ibi *in §. porro, in fin.* † Declara; quia Papa, vel Imperator, aut alius effectus superior domini sui præstat per procuratorem propter dignitatem. Item, si est impeditus vasallus, vel absens causa Reipublicæ, vel est locus non tutus; quia tunc bene per procuratorem præstatur. Ægid. *d. consil. 48. num. 35. & multis seqq. vsq; ad num. 40.* † Declara; quia ha-
13 benda est ratio, an Episcopus debeat præstare homagium Regi, & maiori suo; & tunc cessante impedimento teneatur per seipsum; aut inferiori, & propter indecentiam admittitur procurator. Ægid. *d. consil. 48. num. 37. vsq; ad num. 40.* † Declara; quia in
14 feudo nouo specialiter conditionato certo personali seruitio per vasallum personaliter exhibendo, ipse non potest deseruire per substitutū, nisi ad tempus esset impeditus; si vero esset feudum paternum, & antiquum, nullo tali seruitio personaliter exhibendo conditionatum; tunc per substitutum potest seruire. Ægid. Bellam. *d. cons. 48. n. 48. ver. verum quia.* Vide, *Feudum requirens seruitium, & illud admittens per substitutum. Concluſ. 153.* † Et in
15 omnibus casibus, in quibus seruitium potest præstari per substitutum, etiam iuramentum, & homagium potest præstari per substitutum. Ægid. Bellam. *d. cons. 48. n. 50. ver. circa secundum.* Alex. *consil. 9. Viso instrumento, num. 7. & seq. lib. 5.* vbi dicit* communem.*
16 † Quid contineat iuramentum fidelitatis, vide *in cap. vnico. qualiter iurare debeat, & duobus tit. seq.* videlicet *forma fidelitatis,* & rubrica, *Nouæ forma fidelitatis* & plenius Iacob. à S. Georgio in sua *inuestitura feudal. §. qui quidem inuestiri præstiterunt. per tot.* maxime *n.*
17. *& seq.* vbi, quod continet incolume, tutum, honestum, vtile, facile, possibile. † Et dicit Zasius *in tract. de feud. part. 7. Rubr. in*
17 *quid vasallus domino, num. 20.* quod iuramentum fidelitatis est species seruitutis, & continet inductionem seruitutis versus dominum. † Et inter alia iuramenta adest vnum, quod vasallus exhibebit dominum suum, quantum poterit. gloss. singul *in c. 1. Qualiter vasallus iurare debeat fidelit.* Iacob. *in d. inuestitura §. qui quidem in*
18 *princ.* vbi, quod triplex est iuramentum vasalli. Ioan. de Anan. *consil. 7. num. 11.* vbi, quod tenetur exaltare dominum. Affli. *dec.*
19 *307. n 4.* vbi, quod non sufficit abstinere à malo. † Item; quia vasallus *in tit. de noua forma fidelitatis, ver. & si contigerit.* tenetur adiuuare dominum, vt recuperet, & retineat dominum suum, quem
20 textum adducit ad hoc Iacob. *in forma inuestit. feudal. §. & promiserunt. n. 5. & seq.* † Et huiusmodi iuramentum, licet non contineat expresse prohibitionem alienationis feudi, & in indiuiduo; tamen illam continet virtualiter, dum iuratur, quod non erit in damno possessionibus domini. Item dum iuratur, quod nō procurabit, quod dominus amittat aliquem honorem; ergo nō potest alienare; quia dominus amitteret honorem, quod debet propter vasallum perdium, & sic argui potest ab effectu contentorum in iuramento, & fidelitate. Franc. Aret. *consil. 14. Viso, & diligenter, in princ. num. 3. ver. sed tam ex verbis.* Vide Concl. prox. sequentem.

Feudum obligat vasallum ad iuramentum. Concluſ. 118.

1 FEVDVM † habet suam formam iuramenti, ad quam vasallus obligatur in inuestitura, de qua *in cap. 1. de noua forma fidel.* cuius verba recensēt Alexand. *consil. 30. Quoniam omne datum, col. penult. ver. ad tertium, lib. 1.* plene Ioannes de Anan. *consil. 7. num. 9. & seq.* vbi plurima contenta in iuramento exponit. † Et huiusmodi iuramentum obligat personam feudatarii, & omnia eius bona; quia iuramentum est indiuisibile, vt per Ioan. de Anan. *d. consil. 7. per tot.* vbi est casus, maxime *num. 13.* † Ampliatantum,
3 quod quantumcunque sit franchum feudum, obligatur vasallus ad contenta in iuramento fidelitatis. Oldrad. *consil. 234. Actum tale est, num. 2.* Calder. *consil. 310. in fin.* alias *7. de feudis.* Ludou. Bologn. *in addit. ad d. consil. 7. Ioan. de Anan. n. num. 16.* Castrens. *consil.*
312. *Circa id, quod, in princ. lib. 1.* vbi loquitur etiam, quando remissum est homagium; quia tenetur ad ea, quæ sunt in forma fidelitatis. † Extende in tantum, vt non quæratur ius feudatario, ne-
4 que possessio, donec præstiterit iuramentum. Cuman. *consil. 102. Ducissa Mediolani, circa fin.* qui loquitur, etiamsi facta esset traditio, allegat *c. penult. de consuet. recti feudi.* † Amplia; quia etiam filius
5 obligatur ad iuramentum, non obstante, quod pater iurauerit, quia iuramentum est personale. Bald. *consil. 301. Proponitur, quod*

Petrus,

Petrus, nu. 7. ver. fidelitatem tamen, lib. 1. †Extende maxime quando est conuentum, quod renouetur. Ægid. Bellam. consil. 33. num. 50.
7 †Amplia; quia in tantum iuramentum est necessariũ, quod consuetudo non dicitur feudalis sine iuramẽto, sed potius est concessio vtilis. Bald. cons. 345. Ad euidentiam, n. 2. vers. ad euidentiam, lib. 1.
8 †Amplia; quia vasallus nedum obligatur ad iuramentum fidelitatis versus dominum ratione feudi, sed etiam si esset ciuis eiusdem, vel alterius domini ratione originis, vel domicilii, tenetur
9 iurare aliam fidelitatem. Bald. cons. 327. Pridie eum, n. 7. ver. solutio, lib. 1. Vide, Iuramentum fidelitatis quotuplex. Concl. 537. †Extende; quia
10 imo vasallus tenetur iuuare dominum cõtra proprium patrem, filium, & fratrem, Alex. cons. 235. Post reditum, n. 6. v. Confirmantur, li.
6 †Amplia; quia etiam Clerici, & Ecclesiastici ligantur consuetudinibus feudalibus; ideo sicuti tenentur laici præstare iuramentum fidelitatis domino, ita etiam Clerici succedẽtes in feudo. De laicis res est clara c. 1. in princ. & §. 1. quæ fuit prima causa, & c. 1 §. nulla & ibi Aluarot. n. 6. Præpositi. n. 9. per quos fiat inuestitura, & quod Clerici, & Ecclesiastici obligentur legibus feudalibus, sicut laici; quando habent feudum, vel sunt feudatarii, est magis
11 communis opinio, de qua Iason in prælud feud. nu. 5. Curt. Iunior de feud. qu. 2. in 1. parte princ. n. 5. † Extende in Papa, & Ecclesia Romana, & Episcopo recognoscentibus feudum ab Imperio; quia eiusratione feudi vasalli, licet Ecclesia Romana alias sit mater, & superior; ita Iason in vsibus feud. n. 5. in fin. citat Baldum, qui hoc dicit in l. sed si hæc. §. si liberta, in fi. ff. de in ius vocan. vbi Baldus dicit idem in duobus vasallis, quia ego possum esse ex causa alterius feudi vasallus vasalli mei, si ipse recognoscit vnum feudum à me,
12 & ego aliud ab ipso. †Amplia; quia etiam hæredes tenẽtur innouare iuramentum fidelitatis, licet non sit aliud iuramentum defuncti, & aliud hæredis, sed vnum & idem; tamen iuramentum defuncti est quoddam exemplum; iuramentum vero hæredis est
13 sumptum, Bald. cons. 347. Imperator concessit, in princ. li. 1. †Amplia; quia vasallus tenetur ad homagium, & iuramentum versus dominum suum, etiam si dominus sit proximus pubertati, vel pubes, quando agitur de feudo antiquo; quia agitur de cõseruatione iuris ipsius domini, vel quando proximus infantiæ habet tutorem, vel administratorem. Ægid. Bellam. cons. 48. n. 40. ver. terrium, vsq; ad vers. quartum dubium, & n. 42. & sequ. ver. alii tenent. quia licet pupillus alteri se obligare non possit; tamen obligationem
14 acquirere potest. †Extende; quia de generali consuetudine est, quodin quacunq; ætate sit Dominus, debet vasallus obligatus ad homagium se offerre paratũ, & poterit obtinere per iudicem ordinarium deputari personam, quæ recipiat, vel saltem debet protestari, quod per se non stet. Ægid. Bellam. d. cons. 48. n. 44. &
15 seq. ver. quid dicendum. Limita, quando subest legitima causa, puta mors, inimicitia, vel infantia vasalli; quia excusatur. Ægid. Bella. d. cons. 48. n. 40. & nu. 51. † Extende idem, quando dominus esset infans; quia sicuti vasallus infans excusatur, ita etiam quãdo dominus esset infans, ne ad imparia iudicentur. Ægid. d. cons. 48. n.
16 40. & n. 51. ver. circa tertium. †Extende, vt procedat etiam in minore 14. annis; quia non tenetur vasallus præstare homagium, si est minor 14. annis, 6. si quis decesserit, si de feudo fuerit controu. Ægid. Bellam. d. cons. 48. n. 40. ver. ad idem, vbi, quod idem est, si dominus sit
17 impubes, ne ad imparia iudicẽtur. † Extende; quia etiam minor potest retinere feudum absque præstatione iuramenti, durante minoritate. Alex. cons. 10. Viso instrumento, n. 8. in fin. ver. potest enim,
18 li. 5. †Extende, vt idem sit, quando dominus, vel vasallus est proximus infantiæ, & dicitur proximus in fantię, si est in decimo anno cum dimidio; quia non potest se obligare; quia similis est pro-
19 digo. Ægid. Bellam. d. con. 48. n. 40. ver pro prima parte. †Restringe; quia vbi non agitur de alienando, sed conseruando feudo, prout de recipienda inuestitura feudi antiqui, minor potest illam facere per se solum, & magis cum administratore. Ægid. d. cons. 48. nu.
20 40. ver. quid dicendum. †Restringe; quia de generali consuetudine seruatur, quod etiã impuberi, vel eius administratori præstatur homagium. Ægid. Bella. d. cons. 48. n. 40. ver. sed dicunt. & tunc non
21 excusatur vasallus, sed caderet in commissum, ibi, v. sed hic habet, & ver. quid dicendum, & n. 52. †Restringe, quando infans habet tu-
22 torem. Ægid. d. cons. 48. n. 40. in pr. & n. 52. †Restringe etiã, quãdo habet infans suum consiliũ, prout consueuit apud magnos Principes, quia tale cõsilium tutorem, & administratorem repræsen-
23 tat. Ægid. d. cons. 48. n. 52. vsque in fin. vers. sed si non apparet. † Limita, quando ex tenore inuestiturę iurata est fidelitas recipienti pro se, & suis hæredibus, & successoribus; quia ex parte recipientis est reale, licet ex parte iurantis sit personale, & ideo non tenentur præstare inuestiti nouum iuramẽtum nouo successori. Bald. cons.
24 315. Præsupponendum, circa fi. ver. itẽ ex pacto, li. 1. †Extẽde in casu con-

uerso; quia si est præstitum iuramẽtum domino pro se, & successoribus, & hæredibus, est idem, quia non debet renouari Ægid. Bellam. cons. 33. n. 49. ver. Dominus Petrus dicit. † Limita, nisi sit feu- 25
dum, quod non requirat iuramentum. Bald. cons. 301. n. 8. vers. nisi sit tale, li. 1. †Limita, nisi adsit cõsuetudo, quod sufficiat semel pro 26
semper iuramentum fuisse præstitum. Bald. d. cons. 301. n. 8. in fi. li. 1. †Limita in feudo, pro quo soluitur census, vel seruitium reale; 27
quia non tenetur feudatarius ad iuramẽtum, si non exprimatur. Deci. cons. 58. n. 41. & seq. lib. 2. maxime nu. 43. vbi cæteros allegat. Alex. plene cons. 9. Ponderatis, n. 6. & seq. lib. 5. † Declara, nisi præsti- 28
tisset iuramentum fidelitatis, quia tunc est feudum proprium. Pro quo vide, Feudum aliud simplex, aliud conditionatum. Concl. 155. ✠
†Limita, & declara, quia iuramentum non arguit necessario sub- 29
stantiam feudi, vel cõcessionem esse feudalem, quia potest conuenire omni subdito, vt iuret fidelitatem domino, & in aliis casibus. Rol. à Valle cons. 50. n. 53. & seq. li. 3. vbi alios citat, late Ruin. cons. 42. num. 3. & seq. lib. 1. vbi, quod præstatur ab omni subdito, & non arguit necessario feudum. Menoch. cons. 1. nu. 28. & num. 31. cum seq. † Neque valeret consequentia; præstitum est iuramen- 30
tum fidelitatis; ergo sumus in feudo. Socin. cons. 76. n. 47. lib. 1. Berro. consil. 65. n. 81. 82. lib. 1. Menoch. cons. 191. num. 31. vers. & propterea fidelitatis iuramentum. Rol. à Valle cons. 1. n. 53. & seq. li. 4. Burs. cons. 4. n. 11. Iacobin. in tract. de feud. §. qui quidem. n. 8. Isernia de noua forma fidelitat. §. omnem vilitatem. ver. vasallus ergo. †Extende maxime, 31
quando fidelitas est de præterito; quia est potius causa concessionis gratiæ, quam quod denotet feudum, quia fidelitas denotans feudum est de futuro, non de præterito. Soc. Iun. cons. 102. nu. 23. & seq. lib. 2. †Limita; quia licet vasallus semper censeatur obliga- 32
tus ad ea, quæ continet iuramentum fidelitatis, versus dominum; tamen non tenetur ad personale seruitium, videlicet sequi dominum in bello, si non est dictum, maxime, quando feudum est pro censu, vel responsione, sic loquitur Decian. d. cons. 58. n. 47. & seq. lib. 2. †Et tale iuramentum præstandum per vasallum potest 33
præstari per interpositam personam, & sic per tutorem, & procuratorem. Alex. cons. 10. Viso instrumento, nu. 8. in fin. vers. potest enim. li. 5. allegat c. 1. §. penult. in tit. per quos fiat inuestitura. †Declara, vt ple- 34
nius supra Conclusio. proxima præcedente, nu. 9. & seq. ver. & i- 35 ✠
stud. †Limita; quia vasallus obligatus versus Imperatorem ratione feudi ad iuramentum non potest obligari etiam alteri per Imperatorem ad præstandum simile iuramentum; quia esset alterare feudum, quod non permittitur. Bald. cons. 326. Rex Romanorum, nu. 4. versic. pone, quod ego. lib. 1. Alexand. cons. 235. n. 6. & 7. lib. 6. †Ex- 36
tende limitationem, in tantum vasallum obligari vnico dominoad iuramentum, vt si est immediatus vasallus vasalli Imperatoris, non obligetur versus Imperatorem, sed versus dominum immediatum. Bald. consil. 327. num. 10. ver. loquor autem de subditis, lib. 1. Vide, Feudum non potest reuocari, neque alterari, & quando secus. ✠
Concl. 110.

Feudum recipere possunt Papa, & alii. Concl. 119.

PAPA †& Imperator licet sint supremi, qui non recognoscunt 1
se feudatarios; tamẽ possunt ab inferiore inuestiri de feudo, & tenentur ad iuramentum fidelitatis, sed illud præstant per procuratorem. Zasius in 5. par. feud. in fi. allegat Bellam. cõs. 48. † Am- 2
plia; quia Papa & Imperator habentes feudum ab inferiore tenentur adiuuare, & ad omnia, ad quæ iure feudi obligãtur; quod tamen intelligas, quando habuerunt ante Papatum, & Imperium. Vide, Feudatarius an dicatur subditus domino. Concl. 107. & ma- ✠
xime in fin. Cõclusionis.

Feudatarius, cui ex pluribus Dominis seruitium præstare debeat, vel non. Concl. 120.

DOMINVM † antiquiorem tenetur iuuare primo loco is, 1
qui plura feuda recognoscit à pluribus; quia cum non possit omnes iuuare, & necessitas non habeat legem, excusatur iuuando primum cum persona sua, & alios per substitutum. Bald.. cons. 291. Ad euidentiam, nu. 8. ver. item est manifesta. vbi secus dicit in feudatario ligio, nisi plura feuda ligia ex successione haberet. lib. 2. † Extende; quia Episcopus vocans ad seruitium vasallum su- 2
um, si vocetur idem vasallus à Rege, debet Regi obedire, & excusatur, nisi Episcopus vocasset ad seruitium, etiam non obstante vocatione facta à Rege. Alex. cons. 124. Omissis num. 3. lib. 1. ver. & confirmantur prædicta. † Extende; quia nec tenetur sequi domi- 3
num suum, quando vocatur ad seruitium à maiori domino, quia tunc cum non possit duplici seruitio eodem tempore onerari,

excusatur. Oldrad. *cons.* 235. *n.* 4. *vv. præterea.* vbi loquitur, quando seruitium factum maiori domino tēdit ad idem bellum pro eodem Principe; puta in vasallo respectu feudi Franciæ; quia vocatus à Rege Franciæ excusatur, si non sequitur suum dominum.

4 †Restringe; quia vasallus non tenetur præstare seruitium domino domini sui; quia vasallus vasalli mei non est meus vasallus, ideo si non sequitur eum, non est in culpa. Oldr. *d. cons.* 235. *Factum*

5 *tale est, quid am miles.* †Dominus non est iudex competens in causa feudi contra vasallum; & ideo non potest imponere taxam vasallo pro seruitio præstando. Oldr. *d. cons.* 235. *in fi. n.* 5. *ver. secun-*

6 *do videndum.* † Feudum nō potest alterari, neq; nouum onus imponi per dominū, & recurritur ad pares Curiæ, & si hoc nō sufficit, potest feudatarius gerere bellum. Bald. *cons.* 326. *n.* 5. *ver. & si*

☞ *dominus, lib.* 1. Vide, *Feudum non potest reuocari, neq; alterari inuito feudatario, & quando secus. Concluſ.* 110. Vide, *Feudatarius an habeat potentius ius, quam dominus. Concluſ.* 209. Vide, *Vasallus vasalli mei an sit mihi vasallus. Concluſ.* 27.

Feudatarius tenetur ostendere domino fines feudi, & alia facere. Concl. 121.

1 VAsallvs † tenetur ostendere domino requirenti fines feudi, alias omnia bona vasalli censentur feudalia. Zas. *de feu. in*

2 7. *part. n.* 49. † Extende; quia tenetur domino ostendere inue-

☞ stituram. Vide, *Feudatarius tenetur domino ostendere inuestituram, &*

3 *quando secus. Concluſ.* 206. † Extende; quia nouus vasallus tenetur

☞ petere nouam inuestituram intra annum, & diem. Vide, *Feudatarius quando teneatur petere nouam inueſtituram. Concluſ.* 124.

Feudatarius quid possit circa subditos feudales, & quæ non. Concl. 122.

1 FEvdatarivs † potest pacisci, & conuentionem facere cum vasallis, dummodo conuentio non offendat dominum feudi. Bald. *cons.* 492. *Inter magnificos, lib.* 5. *in pr.* vbi, quod non requi-

☞ ritur auctoritas domini isto casu. Vide, *Vasallus quis dicatur, & ad*

2 *quid obligetur domino. Concl.* 28. *& Concl. ibi prox. seq.* † Amplia; quia valet conuentio inter vasallum, & subditos, per quā subditi obligantur ad seruitia vasalli. Bald. *d. cons.* 492. *n.* 4. *v. quarto quæritur,*

3 *lib.* 5. † Declara; quia si vasalli tenentur ad portandum literas, & alia seruitia, & operas domino, intelligi debet cū temperamēto, dummodo nimis non grauentur, vel non trāsmittantur ad loca

1 FEVDATARIVS † hæres an, & quando possit venire cõtra factum defuncti in feudo antiquo, vel paterno. gl. *in cap. 1. §. hoc quoque, de succes. feud. in ver. quid igitur erit*, quam sequitur Bald. *l. cons. 127. In hoc conueniunt, in fin. lib. 3.* Vide, *Feudatarius non obligatur facto prædecessoris, & quando secus. Concl. 205.* Vide *Feudum si alienetur, hæredes alienantis reuocant, & quando secus. Concl. 195.* † Et feudũ concessum pro se, & hæredibus non spectat ad filios, nisi etiam sint hæredes; quia vtrumque requiritur; & ideo siue ipse filius repudiet hæreditatem, siue etiam per patrem exhæredetur, non habebit feudum huiusmodi. Ang. *cons. 184. Ex forma, n. 2.* † Restringe, quia sufficit, q̃ sit hæres institutus in re certa, vt habeat tale feudum, dummodo alteri non sit relictum. Ang. *d. cons. 184. n. 2. ver. Quando, non succedit.* † Vide, *Emphyteusis quando dicatur exproprietaria, vel hæreditaria. Conclus. 175.* † Contrarium, quod etiamsi non esset hæres, nihilominus succedat, quãdo sine sua culpa cessat vel exhæredatus, vel non hæres, tenet Ferret. *cons. 178. n. 7. & seq.* quia tunc licet vocentur hæredes; tamen succedunt, licet alii instituantur hæredes per defunctum, & hoc, siue excludatur ex testamento, siue ab intestato, vt ibi declarat. † Declara; quia, quod dictur, feudum non deberi descendentibus, nisi sint hæredes, quando fuit receptum pro se, & descendentibus hæredibus, vel simpliciter pro hæredibus, procedit, quãdo esset delata hæreditas, & vellet repudiare hæreditatem, & habere feudum; quia nõ admitteretur; secus si vellet excludere ex statuto, prout descendentes ex fœmina vocata, vel etiã ex testamento sine sua culpa. 2 Ferret. *d. cons. 178. n. 7. & 8.* † Amplia; quia feudum hæreditarium antiquum, quod non potest haberi, nisi sit hæres, operatur, quod talis hæres non põt venire contra factum defuncti. Alex. *cons. 18. n. 8. ver. ex ea secundum, lib. 5. & cons. 19. n. 11. & seq eod. lib. 5.* † Declara; quia quando non stat per filium, vel vocatum proximiorem, qui non sit hæres, vltimus inuestitus, qui alium hęredem fecit, habetur pro hærede, & potest venire cõtra factum vltimi inuestiti, ita 3 Capic. *dec. 64. n. 7. ver. Nec obstat.* † Extende, etiamsi sit hæreditarium ex prima inuestitura, & ex prouidentia ex posterioribus inuestituris; quia cũ prima inuestitura attendatur, & aliæ censeantur ad confirmationem primæ, adhuc tenetur. Alex. *d. cons. 18. n. 12. & 13, lib. 5.* † Extende; quia si hæres agat ad feudum, põt excludi per exceptionẽ, si hæreditati se immiscuit; quia est hęres. Alex. 4 *d. cons. 18. n. 9. lib. 5.* † Si vero hæres possideat feudum hæreditariũ; tamen poterit conueniri, & compellitur obseruare factũ defuncti, cuius est hæres, quãdo est aliquo modo hæreditarium. Alex. 5 *cons. 18. n. 10. lib. 5.* † Extẽde, quod hęres tenetur pro facto defuncti, quando feudum est concessum pro se, & hæredibus; quia est hæreditarium, etiamsi adiuit cum beneficio legis, & inuentarii. Alex. *cons. 19. n. 11. & seq. ver. in ea dubitatione, & n. 14.* & plenius *nu. 20. vsq. in fin.* vbi latissime, & *cons. 28. n. 18. lib. 5.* quia cum bona esse effecta vnicum patrimonium defuncti etiã feudalia, & iste sit hæres, quia aliter non põt habere feudum, nisi iure hæredis, inuentarium non potest separare; imo *d. cons. 19. n. 20. & seq. lib. 5.* ostendit, q̃ sicuti cõputatur in legitima; ita debet satisfacere creditoribus, qui legitima potiores sunt, & inuentario nõ operatur, nisi vt non teneatur vltra vires, & hanc partem vti veriorem 6 *ver.* vbi citat concord. † Contrarium absolute, quod imo hæres cum beneficio legis, & inuentarii possit petere feudũ alienatum per patrem, cui est hæres cum beneficio legis, & inuentarii, etiamsi sit hæreditariũ, videl. concessum pro se, & hæredibus, plene tuetur Dec. *d. cons. 184. In causa istorum nobilium, nu. 5. & seq.* vbi late, idem tenet Alex. *cons. 124. n. 8. lib. 4. & cons. 13. lib. 5. n. 3.* est magis communis* opinio, Clar. *in § feudum, q. 40. c. ſi.* † Declara; quia si feudum est hæreditarium secũdum quid, vt quia in inuestitura dicitur, *pro se, & filiis, & hæredibus masculis*, vel *pro se, & hæredibus masculis*, & quia verbum (hæredibus masculis) intelligitur de descẽdentibus; tunc sine dubio dicitur esse feudum ex prouidentia, non autem hæreditarium, & potest hæres cũ beneficio velle habere feudum, & non tenetur pro facto defuncti, ita pulchre, & plene Dec. *d. cons. 184. In causa istorum nobilium, nu. 2. & seq.* vbi late tollit contraria, vbi *n. 40.* dicit non habere difficultatem, & plenius Clar. *in d. § feudum, q. 40. n. 2.* vbi recitat opiniones cõtrarias, & dicit vtramque* cõmunem; sed tamen, quod in feudo secundum quid inuentarium conseruatius feudatarii, & dicit magis communem* opin. Vide, *Feudum si alienetur, hæredes alienantis non 19 reuocant, & quando secus. Conclus. 195.* † Idem, quando feudum esset ex prouidentia, vt quia dicitur, *pro te, & liberis*, vel *pro te, & descendentibus*; quia semper, quod fecit hæres inuentarium, non obligatur. Dec. *d. cons. 184. n. 1. in fin.* vbi, quod omnes ita tenent, & *n. 4.* dicit communem* opinionem. † Idem etiam, quãdo feudum * 16 non est simpliciter, & absolute hæreditarium, vt quia ad extraneos hæredes non transit; quia ex quo intelligitur de hæredibus descendentibus, facto inuentario nõ obligantur hæredes. Dec. *d. cons. 184. n. 3. ver. vlterius etiam. & n. 5. & seq.* vbi latissime. † Extende, vt procedat, etiam in feudo non hæreditario, quando nõ extant bona patris; quia in subsidium creditores debent mitti in possessionem commoditatis, etiamsi sit receptum pro se, & filiis vt filiis, Castr. quem refert, & sequitur Alex. *cons. 19. n. 20. ver. Casum, lib. 5.* † Restringe, quando feudum esset concessum ex pro- 18 uidentia, videlicet filiis vt filiis; quia licet sint hæredes patris; tamen pro facto patris circa feudum non tenentur. Alex. *consil. 18. n. 12. ver. aut filii. lib. 5. & cons. 19. n. 13. & seq. eod. lib.* † Contrarium, & 19 male tenet Alex. *d. cons. 19. num. 14. lib. 5.* dum respondet Baldo *in l. quisque patris. C. vnde liberi*, inquit enim Alex. Bald. non loqui in feudo hæreditario secundum quid, sed in feudo ex prouidentia, videlicet, pro filiis; quia si adiuit cum beneficio inuentarii, non tenetur; & tamen Alexand. ibidem *num. 13.* dixit, distinctionem inuentarii non habere locum, quando feudum non est hæreditarium; quia siue fiat inuentarium, siue non, non tenetur, & sic pugnat secum Alexand. eodem in consilio; vnde restrictio procedit. † Amplia; quia non potest vasallus imponere seruitutem 20 feudo in præiudicium domini, neque in præiudicium agnatorum; imo mortuo vasallo si feudum aperitur domino, vel agnatis, liberum erit ab omni seruitute. Clar. *in d. § feudum, quæst. 37. in princip. ver. quo vero.* vbi dicit * communem, & citat plures de * communi attestantes. † Restringe; quia bene potest vasallus in 21 sui præiudicium constituere seruitutem, communem * dicit * Clar. *d. § feudum, quæst. 37. in princ.* † Amplia; quia non potest vasallus constituere vsumfructum super feudo sine licentia domini, communem * dicit Clar. *d. § feudum, quæst. 37. in fin. num. 2.* * *ver. sed nunquid.* Vide, *Feudum non potest alienari sine licentia domini. Conclus. 192.*

Feudo potest vasallus renunciare inuito Domino, & quando secus. Conclus. 128.

FEVDATARIVS † potest inuito Domino renunciare feudo, 1 ita tamen, quod nũquam potest dominum offendere. Bald. *cons. 291. Ad euidentiam, n. 12. ver. sed videamus. lib. 2.* vbi dicit pro hoc esse text. *in c. vnico. § fin. de vasallo, qui contra constitut. Lotharij*, licet ipse Bald. per argumenta videatur dicere, quod talis cõstitutio sit contraria iuri; quia cum feudum sit contractus nominatus, & æqualitas sit seruanda, & interueniat iuramentum, non deberet esse locus pœnitentiæ, & hanc * commuxem dicit Clar. *in § feu- * *dum, q 34. in pr.* † Extende maxime, vt procedat, quando Dominus alienaret inuitos vasallos; quia in istis casibus possunt vasalli renunciare feudo, & nolle subesse inferiori. Bald. *cons. 97. Proponitur, quod*, maxime, *in fi. lib. 3.* † Contrarium, quod imo non possit 3 vasallus inuito domino renunciare feudo, est magis comm. * opinio. Clar. *d. § feudum, q. 34. in princ. ver. contrariam autem*, & dicit hanc sibi magis placere. † Declara; quia feudatarius potest re- 4 nunciare feudo inuito domino, quando feudum est simpliciter concessum, non determinato aliquo seruitio, alias si seruitiũ est determinatum, non potest illi renunciare. Dyn. *cons. 48. In quæstionib. circa fi. n. 9. v. Item super eo.* vbi apost. *in ver. feudo*, allegat Felin. *in c. qua in ecclesiarum, n. 76. & seq.* vbi ponit regulam, quod potest renunciare, & limitat quinque modis, & hanc esse * communẽ * distinctionem dicit Clar. *d. § feudum, q. 32. ver. esset tamen forte*, vbi citat plurimos de communi* attestantes. † Declara; quia in feu- * 5 do antiquo renunciatio non præiudicat agnatis. Clar. *dict. § feudum, q. 34. num. 3. ver. & hæc quidem.* † Amplia, vt procedat etiam in 6 feudo ecclesiæ concesso ad vsum feudorum; secus si concessio feudi per ecclesiam est facta simpliciter; quia consuetudines feudorum non nocent ecclesiæ. Bald. *d. cons. 291. n. 13. vers. Ego dico, lib. 2.* † Amplia, etiamsi feudum sit concessum ad certum seruitium; quia nihilominus potest vasallus renunciare feudo inuito domino, & cessabit seruitium. Bald. *d. cons. 291. num. 13. vers. si autem sunt apposita, lib. 2.* † Limita in feudo ecclesiæ simpliciter con- 8 cesso; quia non habet locum pœnitentia. Bald. *d. consil. 291. nu. 13. ver. ego dico, lib. 2.* † Limita; quia licet feudatarius possit renunciare 9 feudo inuito domino; tamen non potest dominus priuare feudatarium inuitũ sine causa. Bald. *d. cons. 291. n. 12. ver. Pro cuius quæstionis, lib. 2.* Vide, *Feudum non potest reuocari, neque alterari. Conclus.* 110. † Limita in feudo ligio; quia non potest vasallus illi renun- 10

ciare

ciare inuito Domino; quia talis cõtractus habet vim legis. Bald.
11 *d.consil.291.n.14.ver.modo seq.lib.2.* † Limita, nisi renunciatio esset
nimis intempestiua. Felin. *in c. quæ in ecclesiarum, n.77. de constit.* quę
12 est prima fallentia. † Limita, quando renunciaret in manibus alterius, & non domini; quia non præiudicat Domino. Felin. *d. cap.*
13 *quæ in ecclesiarum. n.77. ver. secundo fallitur. de constit.* † Limita, quando pro feudo præstatur certum seruitium; quia tunc non potest
14 renunciare feudo, inuito domino. Dyn. *consil.48.n.9.* † Declarat Fel. *d.c. quæ in ecclesiarũ, n.78. de constit.* hoc procedere, quando seruitium consistit in dando; secus, si in faciendo, nisi specifice cum iuramento factum esset promissum; & ratio est; quia in obliga-
15 tionibus facti succedit interesse. † Limita, quando feudum esset concessum per stipulationem. Fel. *d.c. quæ in ecclesiarum. n.80. ver.*
16 *quarto fallit*, vbi hoc non firmat. † Limita; quia licet possit renunciare; non potest tamen vnquam offendere Dominum propter memoriam feudi. Fel. *d.c. Quæ in ecclesiarum, nu.81. ver fallit quinto, de constit.*

Feudum alicui concessum an sit personale, vel transeat ad hæredes. Concluſ.129.

1 FEVDVM † concessum alicui, nulla facta mẽtione filiorum, vel hæredum, aut successorum, nihilominus transit ad hæredes descendentes capaces, & sic ad filios masculos; quia est beneficium Principis. Fulg. *consil.225. Serenissimũ Ducale.* & hanc* cõmunem dicit Clar. *in §. Feudum, q.9.n.6.* Vide, *Feudũ hæreditarium absolute. Concluſ.157. num.11. & seq.* Vide Masc. *Concluſ.767. feudum*
2 *hæreditarium, n.9.* † Amplia; quia in dubio feudum præsumitur
3 perpetuo concessum. Masc. *Concluſ.770 feudi concessio.* † Differẽtia est, an filii, & descendentes sint in inuestitura feudi nominati, vel nõ; quia licet vtroq; casu feudum transeat ad filios, & descendentes; tamen est differentia, si sunt nominati; quia non põt primus inuestitus delinquendo, vel alienando præiudicare filiis, neque totum feudum vni filio reliquere, & filii tunc nõ habẽt necesse esse hæredes; si vero tacite vocantur, debent esse hæredes necessario, & potest illis præiudicare delinquendo, & alienando. Castr. *consil.244. Viso. & examinato, col.2. ver. sed si essent plures.*
Vide, *Feudorum principia qualia. Concluſ.103. n.5. & seq.* † Limita; qa
4 omnia feuda, quæ sunt paterna, auita, vel antiqua, dicuntur personalia; quia statim mortuo feudatario vno extinguitur feudum in persona ipsius, & sequens admittitur suo iure Domini beneficio soliusque primi inuestiti prouidentia, ita quod nullum est medium inter mortem vasalli, & acquisitionem sequentis. Castill. *consil.10.n.35. & seq. ver. Cæterum verius.* vbi *nu.39.* quod feudum antiquum condemnati non potest transire in fiscum; quia non potest dici vacans; & quia, si de eo feudatarius fecit obligationẽ, resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, & hæc omnia re-
5 petit *consil.24.num.27. & seq.* † Extende; quia feuda non veniunt in restitutione vniuersalis fideicommissi; quia non transfertur in successorem iure hæreditario vasalli, sed ex concessione Domini, & prouisione primi parentis, pro se, & omnibus futuris descendentibus separatim acquirentis; & ideo cum vasallus sit vtiliter Dominus permissione primi parentis, & beneficio Domini, morte illius finitur dominium, & de nouo vtiliter fit dominus iure suo. Tot igitur sunt feuda, & dominia vtilia distincta, quot sunt vasalli, & tot sunt stipulationes primi parentis, quot sunt successores, & cuique successori prodest propria stipulatio, seu alia acquisitio sibi facta à primo defuncto, hæc omnia ad litteram Castillion. *d.consil.24.n.27. & seq.* Vide, *Feudum hæreditarium absolute, vel secundum quid, aut ex prouidentia. Concl.157.* Vide Concluſ. prox. seq.

Feudum, quando transeat ad successores concedentis, vel non. Concluſ.130.

1 FEVDVM † concessum per Regem, vel alium Principem sub nomine dignitatis est perpetuum ex parte concedentis; quia contractus procedentes à fede, vel à dignitate, perpetui sunt, & transeunt ad successores in illa dignitate, etiamsi exstinguatur linea Regis, vel Principis concedentis, & alius eligatur; quia nihilominus successor obligatur. Bald. *consil.159. Super eo quod, lib.3.*
Vide, *Principis contractus quando obliget successorem, vel non. Concluſ.*
2 *691.* † Declara; quia ab initio erant personalia. Vide, *Feudorum principia. Concluſ.103.* sed postea per leges, & consuetudines effecta sunt transitoria ad descendentes, & hæredes, tam concedentis, quam inuestiti. Vide, *Feudatarius quando teneatur petere nouam inuestituram feudi. Concl.124.*

Feudatarius qua actione agat, vel conueniatur à Domino. Concl.131.

FEVDATARIVS † conuenitur ad præstandum seruitium ex 1
stipulatu, si in inuestitura est stipulatio, alias agetur actione præscriptis verbis, vel condictione ex moribus. Dyn. *consil.48. In quæstionib. in fi. n.10. ver. super eo.* Vide, & declara plenius Concluſ. 2
proxima seq.

Feudatarius qua actione agat contra possidentem feudum, de quo est inuestitus. Concl.132.

FEVDATARIVS † inuestitus de feudo inuestitura reali, vt 1
quia habuit possessionem, vel actualem traditionem, potest exercere vtiles actiones contra tertium detinentem feudum, prout posset Dominus exercere directas actiones; ideo sibi cõpetit vtilis rei vendicatio, nedum contra extraneum, sed etiam contra dominum, communem* dicit Clar. *in §. feudum, q.89.* vbi * etiam, quod competit actio ex lege, vel ex consuetudine, & licet Dd. loquantur in emphyteusi, idem est in feudo. † Amplia; quia 2
feudatarius, & emphyteuta, & vsufructuarius, dicuntur procuratores constituti in rem propriam. Calder. *consil.309.* alias *6. de feudis, in princ.* † Limita in eo, qui abusiue fuit inuestitus de feudo 3
reuerso ad dominum, sed ab alio detento; quia inuestitus non potest exercere directas, neque vtiles, sed procuratorio nomine agere debet. Bald. *consil.9. in fin. nu.8. ver. & ad clariorem, lib.1.* † Ex- 4
tende, seu declara; quia inuestitus abusiue, puta, quia non ponitur in possessione, vel quia sola est facta promissio de inuestiendo, si interuenit stipulatio, competit actio ex stipulatu, si nõ interuenit stipulatio, competet actio ex moribus, communem dicit Clar. *d. quæst. 89. in fin.* Vide, *Emphyteusi iniuste ablata, quæ actio competat emphyteutæ. Concluſ.199.* Vide, *Inuestitura quid sit. Concluſ.*
353.

Feudum qua actione debeatur descendentibus, & aliis. Concluſ.133.

FEVDVM, † siue paternum, siue auitum, siue antiquum, de- 1
betur filiis, & agnatis beneficio Domini, & prouidẽtia patris, & primi inuestiti, non autem iure hæreditario, nec petitione hęreditatis, & licet filius non possit repudiare hæreditatem patris, & velle habere feudum, sicut possunt agnati; tamen non habet feudum iure hæreditario; debet igitur vtrumque simul repudiare, videlicet hæreditatem, & feudum, vel si vult feudum, debet etiam hæreditatem patris acceptare. Castill. *consil.10. In facto proponitur, n.41. & seq.* vbi *n* 43. dicit* communem, & omnium DD. *
† Contrarium, quod filius petitione hæreditatis consequatur 2
feudum paternum. gl. *in l. Item videndum. ff. de petit. hæredit.* quę non tenetur, licet Bald. eam saluet impropriè; quia f. udũ paternum, licet non sit hæreditarium, est tamen hæreditati annexum, sed *communis contra, vt idem Castillion. *d.consil.10.n.43.* † Declara; * 3
quia si pater prælegasset filio vni feudum, & postea omnes filios hæredes instituisset; poterit tamen ex prælegato velle habere feudum adinstar agnatis, & repudiare hæreditatem. Castillion. *d.consil.10.n.58. ver. hinc est*, vbi *n.2.* respondet ad consilium Butrii, qui dixit prælegatum non valere; quia morte legantis euanescit ius suum; quia non dicit non posse prælegari, quando honoratur in alio, quod maioris est vtilitatis.

Feudatarius spoliatus feudo debet restitui. Concl.134.

FEVDATARIVS † si spolietur Castro, vel feudo ob felo- 1
niam, vel aliam prætensam offensam, siue sententia Pariũ Curiæ, debet restitui, tanquam spoliatus. Bald. *consil.323. Proponitur, quod, in princ. lib.2.* † Extende, vt procedat, etiamsi non sit ali- 2
ter probata spoliatio, quando est notoria, veluti, quia spoliatio est de Castro notabili, & insigni. Bald. *dict. consil.323. in princ. lib.2.*
† Amplia, vt nedum debeat restitui aduersus Dominũ, qui spo- 3
liauit, sed etiam aduersus successorem in spolio. Bald. *d.consil.323. n.2. & seq. ver. quarto præmitto, lib.2.* † Amplia; quia si vasallus legi- 4
time inuestitus cecidit à possessione, quæ peruenit ad dominum quouis titulo, tenetur restituere possessionem vasallo; quia ad duo tenetur, videlicet ad tradendum & ad præstandam patientiam, exemplo eius, qui debet seruitutem. Clar. *in §. feudum, quæst.26. nu.4. ver. sed quærõ*, vbi de* communi restatur.

Feuda-

Feudatarius in quibus sine Domino possit esse in iudicio, vel non. Conclus. 135.

1 FEVDATARIVS † potest esse sine Domino in simplici iudicio possessorio, & illi præiudicat quoad simplex possessorium. Bald. *cons.*370. *Ad euidentiam præmittendum, n.2. ver. ex quibus* 2 *aperte, lib.5.* † Amplia; quia licet vasallus debeat exhibere reuerentiam domino, sicut libertus domino suo; tamen non tenetur petere veniam, si vult agere contra dominum; quia consuetudines feudorum non admittunt istud, * communem dicit Clar. *in* 3 *feudum, q.25.*

Feudum commune qualiter possidendum, & quomodo fiat distributio. Conclus. 136.

1 VASALLI † plures si habent feudum indiuisum, omnes pro portione contingenti sunt Domini, & debent sentire onus, & commodum. Vide, *Feudum an possit diuidi. Concl.*189. Vide, *Diuisio qualiter fiat tam circa diuisibilia, quam non diuisibilia. Conclus.*535. 2 † Amplia, vt procedat etiam circa pœnas, & confiscationes. Vide, *Diuisio iurisdictionis qualiter fiat. Conclus.*537. † Extende, etiamsi persona subiecta vni vasallo tantum delinquat in loco communi quia debet ibi communiter puniri; quia attenditur locus delicti, non autem qualitas personæ. Bald. *consil.*304. *Donatio, quam Antonius, n.2. ver. super alto, lib.2.* Vide, *Communio excusat, & multa operatur. Conclus.*533. *& Concl. ibi prox. seq.*

Feudorum multæ denominationes, & quæ. Conclus. 137.

1 SIMPLEX † & rectum feudum dicitur, quod non habet certum seruitium. Iacob. à S. Georg. in sua *inuest. in ver. in feudum,* 2 *n.6.* † Rectum dicitur feudum, in quo non sunt determinata seruitia, vel quando præstente Domino datur possessio feudi; quia tunc rectum feudum dicitur. Curt. Iun. *de feudis, q.8. c.9. in princ.* 3 *ver is.* † Proprie dicitur feudum simplex, & rectum, & non conditionatum, quod libere conceditur, non apposita aliqua cõditione, sed vasallus fuit simpliciter inuestitus, nihilque ei fuit impositum præter Sacramentum, de quo solum Deum habet vltorem, si contra fecerit, fidelitatem iurauerit, & ad nihilum est domino obligatus ex natura feudi, nisi, quod Domino tenetur seruire, & si non seruierit, secundum quod ex natura feudorum debuerit, ipsum feudum amittit, secundum gl. *in cap. in fin. de Ca-* 4 *pit. qui cur. vend.* quam per omnes teneri dicit Ang. Aret. *cons.*41. *In hoc themate, num.4. & 5. ver. feudum autem dicitur.* Vide, *Feudum aliud* 5 *simplex, & rectum, aliud conditionatum. Conclus.*115. † Feudum honorificum idem est, quod feudum liberum, vel nobile, vel Franchum, vel gentile. Calder. *cons.*310. alias 7. *de feud circa fin. ver. No-* 6 *ta feudum.* Vide, *Feudum Franchum & liberum quod dicatur. Conclus.* 7 139. † Indiuiduum dicitur feudum nobile, & habens dignitatem annexam. Vide, *Feudum indiuiduum quale. Concl.*151. † Liberum, su- 8 *pra num.3 & 4.* Vide, *Feudum franchum, & liberum quid sit, vel quale. Concl.*139. Vide, *Feudum quando sit liberum ab obligatione concedentis.* 9 *Conclus.*176. † Vide omnino Boer. in sua *Declaratione feudorum*, vbi ponit 20. diuisiones feudorũ *in parte prima*, 10. *vol. tract. at. fol.*300. 10 † Nobile supra *n.* 5. Vide Iacob. de S. Georgio in sua *inuestitura.* 11 *ver. in feudum, in diuis. n.24. & seqq.* Vide, *Feudum nobile quale. Concl.* 12 142. † Et aliud est feudum aliquale nobile. Vide. *Feudum aliqua-* 13 *liter nobile. Conclus.*144. † Et aliud minus nobile. Vide, *Feudum mi-* 14 *nus nobile quale. Conclus.*144. Franchum, supra *num.*4. † Feudum Francorum iure est, quod transit ad primogenitum solum. Ale- 15 *xand. cons.*30. *Visis dubitationibus, in princ. lib.*1. Vide, *Feudum Franco-* 16 *rum iure quale. Conclus.*138. † Gentile vbi supra. Vide, *Feudum genti-* 17 *le quale. Conclus.*147. † Paternum idem est, quod antiquum, vel auitum, quod de sui natura trãsit ad omnes descendentes ex primo inuestito, etiamsi sint transuersales vltimo morienti. Castr. 18 *cons.*462. *Visis, & diligenter examinatis, in princ lib.*1. & de isto feudo plene Iacobin. in sua *inuestitura, ver. in feudum, n.*8. vbi, quod paternum dicitur concessum patri, & pariter, quando conceditur vt 19 *paternũ*; quia extenditur vsq; ad quartam generationem. Vide, *feudum antiquum, auitum, vel paternum quale. Concl.*140. † Auitum 20 vbi supra *n.*13. † Ante cessoribus acquisitum dicitur, quod est acquisitum per antecessores vltra quartum gradum; quia nõ adest nomen speciale ascendentium, neq; descendentium vltra quartum gradũ; quia ascendentes appellantur progenitores, descen- 21 dentes vero de prole. Bald. *cons.*337. *In primis videndum, num.*13. *ver.* 22 *quoad primum, lib.*1. † Antiquum vbi supra, *num.*13. *& in ver. Feudum antiquum, vel nouum quando dicatur. Concl.*178. † Progenitorum, vt supra *n.*13. † Nouum dicitur feudum, quod ab ipso primo acquirente procedit, & nondum fecit transitum ad alium gradum. Baldi *cons.*337. *n.*13. *ver. quoad primum, lib.*1. Vide, *Feudum nouum quid sit, & quale. Concl.*141. † Personale, & seu temporale feudum est illud, quod personam inuestiti non egreditur, & tale feudum non potest pro anima legari, neq; in dotem dari, nisi pro tempore, quo habet vasallus. Calder. *cons.*313. *in princ. ver. nam si feudum*, alias 10. *de feud* & de tali feudo Calder. *cons.*270. *num.*9. *ver. vel aliter.* Vide, *Feudum alicui concessum an sit personale, & an transeat ad hæredes. Conclus.*129. † Ecclesiasticum quoque feudum, & solitum in feudi ri, vel insolitum repetitur, vt per Cald. *cons.*314. alias 11. *de feudis.* Vide, *Feudum Ecclesiæ quod dicatur, & in quibus differat ab aliis feudis. Conclus.*112. *cum duabus conclus. seqq.* † Ecclesiasticum, & seculare differũt; quia feuda ecclesiæ sunt strictiora; quia Prælati magis ligantur cõsuetudine ecclesiæ, quam laici; ideo si feuda ecclesiæ consueuerint solis masculis concedi, non potest Prælatus concedere pro fœminis; secus in feudo laici; quia habet plenioré rei suæ administrationem. Fulg. *cons.*10. *Dominus Bonazunta, in princ.* Iacobin. in sua *inuestitura feudi. in ver. in feudum, n.*32. *& seq.* † Item aliam differentiam; quia feudum laici concessum filio potest dari, vt spectet ad patrem mortuo filio sine filiis, vel ad fiattem; secus est, si feudum sit ecclesiasticum. Fulg. *d. cons.*10. *n.2. ver. Nec his refragatur.* † Adde tamen, quod Episcopus non potest concedere in feudum aliquid non solitum concedi sine licentia Papæ, & non statur assertioni Episcopi, Zasius *de feudis, in* 3. *par. n.*14. † Et si est solitum concedi, non potest Prælatus alterare pacta, & conuentiones antiquas in præiudicium ecclesiæ. Zasius *in tract. feudor. in fine.* † De tabula dicitur feudum rusticum, quod conceditur ab inferiore infeudato de consuetudine Regni Neapolis. Affl. *decis.*243. *Nardus Cocus, in princip.* vbi, quod de consuetudine non requiritur consensus supremi superioris, & ista etiam dicuntur feuda plana. Affl. *decis.*282. *n.*3. & plenius dicit, quod omne feudum, quod non est Castrum, neque descriptum in quaternis Regiis, dicitur planum, & de tabula. † Quaternatum feudum secundum vsum Regni Neapolis dicitur omne feudum Castri, vel feudum concessum à Rege sub ista expressione, vel quando vere spectat ad solam inuestituram Regis, tanquam descriptum in quinternis, & libris Regiis. Affl. *decis.*282. *nu.*3. *& seq.* vbi, quod etiam feudum quaternatum dicitur, quando Rex concedit sub hac expressione, *& decis.*265. *nu.*18. dicit, quod feuda quaternata non sunt titulata, neque dignitatis; ideo omnes filii in eis succedunt, *& decis.*324. dicit, quod feuda quaternata solus Rex concedere potest. † Vicariatus etiam dicitur feudum concessum in Vicariatum; sed tamen licet sit concessum in perpetuum Vicariatum; tamen potest reuocari; quia nõ est reale, sed sonat in nomen officii. Bald. *cons.*328. *n.2. ver. quoad secundum, lib.*1. *in cip. Quæritur, si Rex.* † Bene trãsit Vicariatus ad hæredes, si hoc est dictum in inuestitura; sed tamẽ non significat dignitatem, sed officium. Bald. *consil* 353. *Præsupponendum est, nu.2. ver. tertia via, lib.*1. † Imo. quod non sit feudum, sed officium, quod de sui natura transitorium non est ad hæredes; tenet Ruin. *cons* 34 *num.6. & seq. lib.*1. vbi, quod potest ex pacto effici hæreditarium, sed propriè nõ est feudum; quia spectat ad omnes, non ad primogenitum, licet sit dignitatis; ed tamen retinet, & regulatur in aliis secundum feudum, vbi *n.*9 † Sed Natta *cons.*661. *n.*24. dicit, quod est feudalis, seu feudo assimilatur. Vide plenius, *Vicariatus est officium & cuius natura, & quotuplex. Conclus.*182. † Feudum iurabile, infe. *num.*50. Vide, *Feudum iurabile, redibile, & ad tempus, quod dicatur. Conclus.*152. Feudũ † Marchiæ, & Ducatus dicitur feudum maius, quod non transit ad filios; tamen de consuetudine Imperii filii admittuntur. Oldr. *cons.*272. *n.3. ver. quod succedit.* Vide, *Feudum maius, & feudum minus, & in quo differant. Conclus.*150. † Feudum ligium est, quod non excipit aliquem alium Dominum, & non potest dari ab eo, qui recognoscit superiorem, & iste feudatarius ligius subiicitur domino, etiam quoad alia bona sua libera. Iacobin. de S. Georgio in sua *inuestit. ver. in feudum, nu.19. & seq. & in 7. diuisione.* Vide, *Feudum ligium quale. Conclus.*148. *cum Conclus. ibi prox. seq.* † Feudum requirens seruitium. Vide, *Feudum requirens seruitium, & illud admittens per substitutum quale. Concl.*153. † Feudum soldatæ dicitur, quod finitur morte concedentis, vel morte recipientis, licet possit prorogari. Rola Vall. *cons.*16. *n.*14. *lib.*3. *cum seq.* † Feudum apertum dicitur, quando est deuolutum domino. Vide, *Feudum apertum. & deuolutum quando alteri concedi possit. Conclus.*111. † Feudum cõcessum pro annuo censu æquiparatur emphyteusi in eo, quod transit ad fœminas, non in eo, quod deuoluatur propter censum non solutum, proat emphyteusis ipso iure; quia re-

quiritur sententia. Cuman. *cons.*164. *Prælatus certæ ecclesiæ, in princ.*
Vide, *Feudum quando transeat ad fœminas. Concluſ.*161. *cum duabus ibi prox. seq.* Vide plenius, *Feudum concessum pro annuo censu an proprie sit feudum. Concl.*153. † Extende; quia imo feudum pro censu, qui soluitur in recognitionem dominii, æquiparatur emphyteusi; quia licet non deuoluatur census, vel feudum, ob nõ solutionem, nisi præuia sententia; tamen secus est, quando soluitur census in recognitionem directi dominii. Fulg. *cons. fin. n.*2. Alex. *cons.*136. *Viso, col.*2. *n.*3. *lib.*1. † Et appellatur tale feudũ pro annuo censu conditionatum, & transit ad fœminas. Fulg. *cons.*8. *in pr.* Vide, *Feudum requirens seruitium. & illud admittens per substitutum. Concl.*153. † Imo appellatur fictuale, quando pro eo soluitur annuatim certũ quid nomine afflictus, & istud æquiparatur emphyteusi. Alex. *cons.*5. *si vera sunt, n.*6. *lib.*5. † Manuale dicitur feudum, quod est cõcessum ad nutum Principis, & quod potest reuocare ad placitum suum. Bald. *cons.*345. *Ad euidentiam, n.*6. *ver. fallit. lib.*1. Vide, *Feudum manuale quid sit, & quale. Concl.*146. † De canena feudũ dicitur, quando aliqua annua præstatio in feudum est data à Principe concedente. † Et est eius naturæ, quod non debet dari, nisi commode Dominus possit tale feudum præstare. Bald. *cons.*182. *Casus talis est in princ. ver. tertio quia, lib.*5. † Aduocatiæ feudum etiam reperitur, & quandoque sumitur pro iure patronatus, quandoq; pro feudo proprio, & alienabili de consensu eccl. ſiæ, vt late per Zabar. *cons.*123. *Super præmisso Themate, in princ.* & latius *in fin. n.*5. vbi de talifeudo per episcopum Taruisinum. † Feudum habẽs propriam naturam differt à feudo conditionato, quod nõ habet propriam naturam feudi, & dicitur conditionatum, quando soluitur aliquid annuum. vide Iacobin. in sua *inuest. in ver feudum, n.*13. *& seq. ver. quæ ta diuisio.* † Et sunt text. clari, quod extat feudum non habens propriam naturam, vt *in tit. de feudo non habente propriam naturam, c.*1. Castr. *cons.*312. *in princ. lib.*1. vbi dicit idem esse in deposito non habente propriam naturam depositi. † Masculinum, & fœmininum, de quibus idẽ Iacobin. vt supra *in* 5. *diuis. n.*16. † Reale, personale, & personalissimum; Reale, quando transit ad hæredes propter rem; personale, quando nõ transit, prout castaldiæ, custodiæ, &c. personalissimum, quando extinguitur cum persona dantis, vel recipientis. Iacobi. dicto loco *in* 6. *diuis. n.*16. † Annale, & perpetuum. Iacobin. vbi supra *in* 9. *diuis. n.*28. vbi, quod regulariter feuda sunt perpetua. † Iurabile, & non iurabile. Iacobin. vbi supra in 10. *diuis. n.*30. & vide supra *n.*11. † In Curia, seu in curte, & extra Curtem sunt feuda diuersa: In Curia dicitur, quãdo Dominus Villæ habens iurisdictionem concedit aliquid sub illa vniuersitate, si extra illam, dicitur extra Curiam; ita Zasius, & multum applaudit *in tract. feud. part.*11. *in pr.* † Hæreditaria hodie in Regno sunt omnia feuda. Affl. *decis.*140. *per tot.*

Feudum Francorum iure quale. Concluſ.138.

1 FEVDVM † iure Francorum solum transit ad primogenitum, etiamsi esset dictum, *pro se, & filiis hæredibus descendentibus*, quia si est additum, *iure Francorum*, ad solum primogenitum spectat.
2 Alex. *cons.*30. *Visis dubitationib. in pr. lib.*6. † Et quod de iure Francorum soli primogeniti succedant in feudis dignatum. Angel. *cons.*287. *Factum, super quo consil. um, n.*8. vbi, quod de consuetudine in omnibus feudis solus primogenitus succedit iure Francorum. † Declara tamen; quia de consuetudine Franciæ feuda hodie sunt redacta ad instar allodialium, & transeunt ad fœminas.
Vide, *Franciæ statuta, & consuetudines. Concl.*447.

Feudum franchũ, & liberum, quid sit, vel quale. Concluſ.139.

1 FEVDVM † franchum, & liberum dicitur, si cum istis verbis conceditur, videl. *franchum, & liberum*, vel si dicatur, quod nõ teneatur ad aliqua seruitia, vel si actum esset, quod nullum iuramentum præstare teneatur, vel quod ex toto proprietas transiret in vasallum. quod fieri potest. Alex. *cons.*30. *Quoniam omne datum, n.*19. *vsq; in fin. ver. feudum aliquale, lib.*1. & quod dicitur franchum, quando est remissum omne seruitium. Osasch. *decis. Pedemon.*163. *n.*1. Præpositi. *in prælud. feudorum, nu.*34. vbi Bald. *in* 8. *diuisione.* Aluarott. *in* 2. *diuis.* Curt. Iun. *in tract. de feudis, in* 8. *quæst.* † Contrariũ, quod imo feudum franchum dicatur, quando est facta concessio feudi, videlicet vtilis dominii absque alio seruitio, & aliquo iuramento, sed tunc demum dicatur franchum, si iuramentum præstatur absque obtentu seruitiorum, tenet Bald. *consil.*345. *Ad euidentiam, num.*2. *ver. ad euidentiam, lib.*1. vbi, quod nec Imperator potest concedere feudum taliter franchum, quin superior proprietas concedenti remaneat, nisi concessio fieret maiori, prout est Ecclesiæ. † Immo non desunt, qui tenent feudum franchum esse, nisi in inuestitura retenta sint seruitia. Grat. *consil.*9. *num.*126. *lib.*1. † Et quando apponitur pactum in inuestitura, quod ad nullum seruitium teneatur, impropriè dicitur feudum. Bero. *consil.*65. *num.*48. *cum seq. & num.*78. *&* 80. *lib.*1. Bald. *in cap.*1. *§. & quia. qui feud. dare poss.* Brun. *consil.*14. *ver. caterum*, vbi regulatur secundum naturam aliorum contractuum, & transit ad omnes extraneos. † Et sufficiunt verba æquipollentia, ex quibus infertur ad feudum franchum. Capic. *in inuestit. feud. §. feudorum genera, in ver. feudum franchum*, & ita intelligit Alexand. *consil.*30. *in fin. lib.*1. & intelligi debet Bald. *in cap. inter dilectos de fide instrumen.* ita Ruin. *consil.*18. *num.*12. *lib.*3. † Declara; quia verba, *franchum, liberum*, indefinite prolata non important, quod sit franchum ab omni seruitute, ita vt possit sine licentia Domini, vt res allodialis, alienari. Vide infra *n.*16. *& seq.* † Declara; quia franchum dicitur feudum, & potest alienari, quando Dominus transtulit dominium in totum in vasallum, tam vtile, quam directum, & ita declarat Franc. Aret. *consil.*14. *Viso & diligenter, num.*4. *&* 5. *ver. Nec obstat.* † Declara, quod illa verba, *franchum, & liberum*, non excludunt seruitia promissa, neque iuramenti fidelitatem, si est præstitum iuramentum, sed intelligũtur illa verba quoad alia non promissa. Alexand. *consil.*30. *col. fin. num.*19. *vsque in finem. lib.*1. Oldrad. *consil.*234. *Factum tale est, quidam miles, num.*2. *ver. huius autem verbi*, vbi, quod tenetur præstare ea, quæ veniunt ex forma iuramenti, licet sit dictum *franchum, & liberum*, plenissime Osasch. *decis. Pedemont.*163. *in princ.* vbi dicit* communem, & idem dicit* Iacobin. à sancto Georgio *in inuestitura, in ver. in feudum, in* 8. *diuis. num.*27. vbi, quod illa verba, *franchum, liberum, nobile, gentile*, non liberant à contentis in iuramento fidelitatis, & idem plenius Franc. Aretin. *consil* 14. *in princip. vsque ad num.*4. † Vide Clarum *in §. feudum, quæst.*12. vbi, quod duo sunt necessaria, vt feudum franchum dicatur; primum, quod hoc expresse dicatur in inuestitura; secundum, quod feudatarius non teneatur, nisi ad seruitia expressa in inuestitura, & dicit* communem opinionem. † Amplia, vt feudum franchum concessum intelligatur ab omni seruitute liberatum, quando indefinite verbum, *liberum*, pronunciatum fuit. Oldrad. *d. consil.*234. *Factum tale est, quidam miles, num.*2. *ver. ego considerabam*, vbi *num.*2. *ver. pro cuius*, dicit, quod tanta est potentia pacti, vt mutet etiam naturam feudi, idem tenet Cald. *consil.*310. *ver. Nota feudum*, alias 7. *de feud.* vbi, quod idem importat feudum honorificum, liberum, nobile, franchum, vel gentile; quia sonanti ista omnia in idem quoad libertatem. † Et huiusmodi feudum franchum, & liberũ, quod non requirit seruitium personale, transit etiam ad clericos, & Episcopos, & Ecclesiasticos. Calder. *consil.*305. *circa fin. ver. secus ergo*, alias 2. *de feudis.* Vide, *Feudum transit ad Clericos, & Ecclesiasticos, & quando secus. Concluſ.* 166. † Extende; quia tale feudum franchum, & liberum transit etiam ad fœminas secundum aliquos. Alexand. qui pro vtraque parte allegat, licet teneat contrarium, quando est antiquum, *consil.*29. *Quoniam abunde, in princip. & per totum, in fin. lib.*1. † Extende; quia transit ad omnes extraneos, & ad Ecclesiam. Curt. Iun. *in tract. feud. in* 8. *quæst. princip. num.*29. *&* 31. † Et quod feudum franchum possit alienari Domino irrequisito, tenent Hostien. *in cap. fin. de rebus Eccles. non alienan.* Bald. *in l.*1. *Cod. si à non competen. iudice.* Curt. Iun. *tract. de feud. in prima parte, in* 8. *quæst. num.*30. *ver. tertius effectus.* Bero. *cons.*67. *n.*15. *lib.*1. Intrigl. *de feud. cent.*1. *q.*29. *n.*63. 64. *&* 65. † Contrarium tenent multi, videlicet Bald. ibi contrarius in *prælud. feud. sub nu.*53. Intrigl. *d. q.*29. *n.*66. *cum seqq.* vbi attestatur hanc esse communiorem* sententiam. † Declara; quia si feudum est franchum, & liberum, ita vt non teneatur ad aliqua seruitia, tunc potest alienari irrequisito Domino. Iaſin *Prælud. Feudor. n.*115. *circa fin.* Camer. *in cap. Imperialem, chart.*36. *col.*3. *circa med. cum seq. de probib. feudi alien. per Federic.* Io. Paul. Balzeran. *in cap.*1. *n.*15. *de feudo non habente propr. natur.* & iuxta istos terminos Ruin. *cons.*28. *n.*14. *lib.*1. dicit, quod franchigia, & liberras feudi est in rem, ita quod potest transire ad omnes, ad quos transiret res allodialis, & hoc casu homagium dicitur respicere personam, non rem, quo casu dicitur improprium feudum. Bero. *consil.*65. *n.*47. *& sequent. lib.*1. † Contrarium tenet Franc. Aret. *consil.*14. *Viso, num.*3. *ver. Præterea verba*, vbi, quod franchum, & liberum, secundum naturam feudi intelliguntur, & ita intelligere videtur Oldrad. *consil.*234. *nu.*2. Ioan. Andr. *in addit. ad Specular. in rubr. de prascript. circa fin.* dum dicunt, quod verba, *liberum, & franchum*, indefinite prolata non faciunt feudum ab omni seruitute liberum; secus si verba essent clara, & vniuersalia. Iacob. *in ver. in feudum, n.*27. † Declara; quia feudum concessum per Imperatorẽ, vtin-

ueritus

uestitus sit in locum Principis; & quod nihil Principi sit reseruatum, nisi superioritas dominii, & fidelitas imperio debita, etiam si nullum seruitium fuerit præstitum, sed fuerit franchum; tamé quoad hoc, vt possit alienari, non est franchum, neq; põt alienatio quia ex quo tenetur ad ea, q̃ continentur in iuramento fidelitatis, ad quæ obligatur Vasallus, etiamsi expresse iuramentũ fidelitatis fuit remissum, q̃ fieri potest, non potest alienari, neque obligari tale feudum, & alienatio facta non valet, ex quo forma fidelitatis, licet nõ contineat ꝓhibitionem alienationis expressam, bene cõtinet illam virtualiter, q̃ sufficit, plene Franc. Aret. *cons.14. Viso, & diligenter considerato, in prin.* vbi, quod in iuramento fidelitatis vasallus tenetur non esse in damno Domino: Item iuratur non ꝓcurare contra honorem Domini, & alienatio est in damno, & contra honorem Dominij; & subiungit, quod verba debent intelligi secundum naturam contractus; ideo non important, q̃ possit alienari; quia est contra naturam feudi. † Et nõ habet propriam naturam feudi; q̃a transfert dominium vtile, & directum, licet improprie sit feudum, ꝓut in depositio, in quo trãsfertur dominium in depositarium; quia non est proprie depositum, & non habet ꝓpriam naturam depositi. Castr. *cons.*164. *In* [10] *posuit causa, col. fin. lib.*2. † Amplia; quia feudum concessum cum mero, & mixto imperio, cũ facultate libere alienandi; ita tamen, q̃ teneantur succedentes in feudo recognoscere Dominum, nõ facit feudum alias liberũ esse sine libertate exercitii iurisdictionis, quia clausula, *quod teneantur recognoscere dominum*, intelligitur quoad iuramentum, & ea, quæ sunt de natura feudi debita. Ideo feudatarius potest sine licẽtia Domini facere iustitiam, & punire [11] Vasallos vltimo supplicio. Fulg. *cons.*1. *per tot.* † Dicitur etiã franchũ, & liberum feudum, q̃n est facta donatio Castri cum mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, ac separatione ab omni suppositi iurisdictione; quia tũc liberũ dominiũ translatũ dicitur, & directum, vel saltem vtile, prout est de natura feudi. [12] Fulg. *cons.*1. *in pr. ver. ex quibus omnibus.* † Item dicitur franchum, & liberum, quando dicitur liberum, & expeditum ab omni debito, quæstione, molestia, obligatione, onere census, & cuiuslibet [13] alterius seruitii. Alex. *cons.*29. *Quoniam abunde, in princ lib.*1. † Item dicitur franchum, & libertum, quando non constat de iuramento, & præstatione homagii; sed tamen castrum est in territorio [14] Principis. Castr. *cons.*179. *col.*2. *ver. si autem diceremus, lib.*1. † Duplex autem est feudum franchum, aliud franchum absolute, & illud non obligit ad seruitium, & mulier est capax, etiamsi teneatur iurare fidelitatem; quia iuramentum regulatur secundum naturam feudi franchi, ita Rota *in nouissimis decis.* 41. *lib.*1. vbi, quod [15] maior pars ita tenuit. † Contrarium, quod imo, si teneatur iurare fidelitatem, sit franchum, si est dictum, quod sit franchũ; sed tamen non succedet fœmina; quia dicitur franchum secundum quid, & non simpliciter, eadem Rota *in nouissimis d. decis.* 41. *in fin. lib.*1. vbi, quod aliqui Domini ita tenuerunt, licet maior pars cõtrarium teneat. † Item dicitur franchum, & liberũ feudum etiam [16] ecclesiasticum, quando inuestitura habet pacta contra naturam feudi; quia valent; non tamen contra substantiã feudi; quia non valent, sed faciunt transire in allodium, & dicuntur contra naturalia, si dicatur, quod non teneatur ad homagium, quod non perdatur feudum propter non petitam inuestituram, q̃ possit alienare irrequisita ecclesia, vel domino; quia sicuti ista, & similia possunt poni caducitatem remitti, & remanet feudum; ita etiam a principio; quia ista non possunt sine voluntate Domini fieri, & non refert, an voluntas sit vno tempore, vel alio, & ista denotãt feudum franchum; sed substantialia dicuntur, & quæ remitti non possunt, reseruatio directi dominij, item fidelitas; Ideo pacta circa ista duo non valent; quia licet remittatur iuramentum, & fidelitas; tamen tenetur semper feudatarius ad ea, quæ continentur in forma fidelitatis. Castr. *cons.*312. *Circa id, quod, in pr. lib.*1. [17] † Amplia; quia alienari potest feudum franchum sine consensu Domini; quia imo non dicitur franchum, nisi sit data facultas alienandi. Alex. *consil.*30. *lib.*1. repetito *cons.*2. *lib.*5. *num.*13. ex men- [18] te Bald. & Olasch. *decis.*163. *num.*10. † Contrarium Dec. *cons.*184. *In causa, & lite, num.*6. *ver. & hoc etiam videtur.* Castrens. *consil.*179. *in* [19] *prin. lib.*1. *n.*2. † Declara; quia feudum franchum, & liberum non differt ab alio feudo quoad hoc, quod non potest alienari, & nõ valet dispositio testatoris; quia solum habet vtile dominiũ feudatarius, directum vero habet Dominus; Ideo non valet testamentum, quod succedat vnus, & non alius. Castr. *d. cons.*179. *n.*2. *lib.*1. *cum seq.* vbi limitat, nisi adsit scientia, & patientia Domini, quæ inducat inuestituram secundum talem dispositionem, puta per tempus immemorabile, vel 40. annorum, *num.*4. vbi late Olasch. *decis.*163. *n.*10. & 11. vult tamen Castr. *d. cons.*179. *col.*3. *ver.*

sed contrarium, quod ex causa primogenituræ possit magis de facili in franchum, quam in alio feudo regulari successio; quia expedit publicæ vtilitati, vt vnus solus dominetur, ad tollendas discordias. † Declara secundo; quia si dictum esset *franchum, & liberum*; tunc posset alienari, quando nõ obstarent inuesturæ verba: Si vero verba inuesturæ obstarent, vt quia esset dictum, *in feudum franchum, & liberum, ac rectum*; illud, *rectum*, tollit facultatẽ alienandi; idem est, si alia similia verba essent apposita; quia sufficit, quod franchum, & liberum verificetur in aliquo. Olasch. *d. decis.*163. *per tot.* maxime *n.*10. *& seq.* vbi allegat plures. † Amplia; [31] quia si bona Domini confiscantur; non tamen confiscatur feudum ab eo concessum, sed feudum remanet franchum, & liberum. Brun. *cons.*176. *col. pen. prope ante ver. alter vero casus.* † Limita, [32] quando in concessione feudi Princeps supremus reseruat altum dominium, & superioritatem; quia tunc potest accumulatiue exercere iurisdictionem. Rol. *cons.*1. *n.*143. *lib.*2. † Extende; quia [33] non dicitur franchum, & liberum, neque potest alienari, etiamsi concedens Imperator nihil sibi reseruauit, nisi superioritatem dominii, & non potest alienari. Franch. Aret. *consil.*14. *Viso. & diligenter, in princ.* † Limita; quia quantumcunque conceditur feu- [34] dum franchum, & liberum, ac absolutum ab omni subiectione concedentis, & transferuntur omnia Regalia in feudatarium; tamen semper remanet altum, & supremum imperium, suprema q; iurisdictio in concedente; quia non potest supremus Princeps tantam iurisdictionem alteri concedere, quin etiam maior in concedente remaneat; Ideo poterit semper exercere illam accumulatiue. Roland. à Vall. *cons.*1. *n.*134. *& seq. ver. Quimo respondetur, lib.*2. plenius *cons.*80. *n.*13. *& seq. lib.*2. † Extende, vt procedat, [35] etiamsi ex contractu sit facta concessio; quia potest reuocari ea casu; quia non potest supremus Princeps se expropriare in totum alta iurisdictione, de qua alii non sunt capaces. Roland. *d. cons.*1. *n.*137. *& seq. ver. Nec obstat, lib.*2. † Extende; quia etiam po- [36] terit supremus Princeps concedere immunitatem vasallis vasallorum, & illis reddere exemptos à feudatario sine ipsius iniuria. Roland. à Vall. *d. consil.*1. *num.*141. *& seq. lib.*2. † Extende; quia cõ- [37] cessa iurisdictione Ciuitatis Comiti Sarni, ita quod magna Curia non se intromittat, intelligitur; nisi aliter Princeps mandauerit, quia non se excludit concedens. Roland. à Vall. *d. consil.*80. *num.*17. *& seqq. lib.*2. † Extende; quia Princeps concedendo iu- [38] risdictionem, etiam in crimine læsæ maiestatis, non se excludit, quin possit eueniente casu cognoscere. Roland. à Vall. *d. cons.*80. *num.*19. *lib.*2. † Declara; quia Princeps in omnibus Castris habet [39] duplex ius, videlicet generale ius, vt Princeps, & speciale ius, vt Dominus Castri; ideo si concedat Castrum cum omni iure Principis, non veniunt Regalia, & iura, quæ habet vt Princeps generalis, ita late Roland. à Vall. *consil.*4. *num.*45. *& seq. lib.*3. Vide, *Libere, vel liberum*, quid importet. *Conclus.*335. Vide, Dictio, *liberum*, quid importet. *Conclus.*306. Vide, *Feudum quando sit liberũ ab obligatione concedentis, vel non. Conclus.*176.

Feudum antiquum, auitum, vel paternũ, quale, & qualiter probetur antiquum. Concl. 140.

FEVDVM † antiquum, auitum, vel paternum dicitur, quod [1] est concessum suis antiquis maioribus, aut auo, vel patri, à quo succedentes descendunt, & in istis feudis succedunt descẽdentes ipsi legitimi & naturales. Castr. *cons.*462. *Visis, & diligenter examinatis, in*1. *part. in princ.* Alex. *cons.*29. *Quoniam abunde, nu.*3. vbi apostill. *& cons.*30. *Quoniam omne datum, in princ. ver. sed præmissis non obstantib. lib.*1. *n.*5. Oldr. *cons.*270. *n.*9. *ver. est, & aliud*, vbi appellat paternum, seu antiquum, & reale feudum, quod transit ad hæredes, & in quo quis potest seruire per alium, & dicit de eo posse testari, quod intellige, prout in principio dixi inter coniunctos, vel melius secundum Alexand. *consil.*39. *num.*13. *lib.*5. non alterata inuestitura. Petr. de Anchar. *cons.*34. *In hac causa, ver. secundo suggesserunt. n.*5. vbi feudum paternum dicitur, si fuit parentis communis agnationis. Zabarell. *cons.*92. *in princ.* † Dicas, quod feu- [2] dum paternum dicitur acquisitum à communi parente vsq; ad quattum gradum. Antiquum vero, quod fuit acquisitum ab antecessoribus vltra quartum gradum; sed tamen paternum sumitur pro antiquo à Doctoribus secundum * communem, de qua * Clar. § *feudum, q.*8. *in princ.* † Et in feudo antiquo feudatarius di- [3] citur habere à genere suo, & à superioribus primogenitoribus: ideo pater non potest præiudicare descendentibus. Castr. *consil.*179. *col. ver. & quia filij, lib.*1. † Restringe; quia imo delictum patris [4] nocet succedere debentibus in feudo antiquo absolute, quando delictum est in dominum: quando vero nõ est in dominum,

nocet filiis, sed non agnatis. Castr. *cons.* 179. *n.* 4. *ver item facit, lib.* 1. vbi dicit hoc procedere, quando cõcessum est simpliciter; si vero est concessum pro se, & filiis, & descendentibus, non etiã nocet filiis, nisi quando delictum est in dominum. † Amplia, vt dicatur feudum antiquum, licet noua inuestitura cõcedatur inter transuersales; quia debet intelligi renouata inuestitura secundũ antiquas concessiones. Alex. *d. cons.* 30. *nu.* 5. *ver. & licet noua inuestitura, lib.* 1. Rom. *cons.* 1. *Visis in facto, in fi. ver. ex quib. infero.* Castr. *cons.* 44. *col.* 2. *ver. in dubio, lib.* 2. † Extende; quia si vasallus habens feudum antiquum recipiat nouam inuestituram tãquam de feudo nouo, licet sibi præiudicet; tamen non præiudicat aliis vocatis non consentientibus, quando sit antiquum, Clar. *d.* § *feudum, q.* 8. *n.* 5. *ver. quæro nunc.* † Declara; quia si in renouatione esset renũciatũ antiquis inuestituris, & recepta noua inuestitura; tunc feudum esset nouum; si vero non esset expresse renunciatum, in dubio procedit ampliatio; quia secundũ antiquas inuestituras præsumitur facta renouatio. Castr. *cons.* 44. *lib.* 2. *in princ.* vbi, quod incumbit onus actori probandi, quod sit antiquum, si negaretur. Clar. *d. q.* 8. *n* 5. *ver. quæro nunc.* † Amplia, vt feudum dicatur antiquum, etiamsi vasallus habens feudum antiquũ cecideri ab eo, & tandem fuerit sibi renouata inuestitura; quia adhuc nõ est nouum feudum, sed dicitur facta renouatio secundum antiquam inuestituram. Alex. *d. cons.* 30. *n.* 6. *ver. ad idem glossa*, plenius Clar. *d.* § *feudum. q.* 8. *n.* 6 *ver. sed pone.* † Declarat Clar *d.* § *feudum q.* 6. *in fi.* vt procedat, quando vasallus non erat priuatus ipso iure, neque per sententiam; quia tunc remissio non facit nouum feudum; secus si post priuationem per sententiam, vel ipso iure, & dicit * communem. † Extende; quia imo si superadditur qualitas noua, adhuc tamẽ in reliquis retinet suam naturam feudi antiqui, ita Marcabrun. *cons.* 23. *n.* 24. *& seq.* vbi plures citat. † Si tamen fiat inuestitura cum qualitate noua superaddita; tũc antiquum feudum fit nouum. Marcabrun. *cons.* 64. *nu.* 24. allegat Afflict. *in constitut. Regni, cum circa iustitias, in* 8. *notabili, n.* 9. † Declarat idem Marcabrun. *cons.* 23. *n.* 155. *& seq.* procedere, q̃ facta alteratione feudi in aliquo feudum ipsum alteratur quoad omnia consecutiua alterationis, sed non quoad alia non cõsecutiua. † Amplia fortius; quia si vasallus habens feudum antiquum illud renũciet in manibus Domini, de consensu agnatorum, & ipse iterum inuestiatur à Domino, tanquã de feudo antiquo; quia adhuc erit feudũ antiquũ, & succedent agnati, nõ obstante renunciatione. Alex. *d. cons.* 30. *n.* 6 *col.* 3. *ver. & Bald. in c.* 1. *lib.* 1. † Amplia in concessione de nouo facta vasallis de feudo antiquo, cum omnibus clausulis in aliis successionibus factis suis maioribus; quia censentur omnia repetita. Alex. *d. cons.* 30. *col.* 3. *ver. & ita etiã tolligitur, n.* 6. *lib.* 1. † Amplia in noua concessione facta de feudo nouo; quia, si dicatur, quod concessio fiat iure antiqui feudi, adhuc assumit naturam antiqui feudi. Alex. *d. cons.* 30. *n.* 7. *ver. fortius dixit Bald. lib.* 1. Dec. *cons.* 184. *In causa istorum nobilium, n.* 8. *ver. non omitto etiam*, vbi apostill. *in ver. fortitur*, & ista est communis * & magis communis opinio, Clar. *d.* § *feudum q.* 8. *n.* 2. *ver. sed hic occurrit.* † Contrarium quod imo dicatur nouum isto casu. Ias. *cons.* 152. *post n.* 1. *lib.* 2. qui * dicit * communem, prout eum refert Clar. *d.* § *feudum, q.* 8. *num.* 2. † Declara; quia prima opinio est verior, dummodo concessio talis fiat à Principe absoluto, qui possit ita concedere. Clar. *dict.* § *feudum, q.* 8. *n.* 2. *in fin.* † Declarat Clarus alio modo; quia erit antiquum in præiudicium concedentis, & ideo transit ad descendentes in casu priuationis, & non ad dominum, prout si esset nouum, sed in præiudicium inuestiti secus erit; quia potuit alienare, & vni prælegare, prout feudum nouum, ante consensum descendentium. Clar. *d.* §. *feudum, q.* 8. *n.* 4. *ver. sed circa hanc conclusionem*, vbi dicit, quod ita consuluit in magna causa Neapolis, & q etiam Rimin. *cons.* 96. *n.* 31. *& seq.* ita consuluit. † Extende ampliationem, vt procedat, siue verba sint vniuersalia in feudum antiquum, *in omnibus, & per omnia*, siue ẽt sint simpliciter dicta. Clar. * *d.* §. *feudum, q.* 8. *n.* 3. *ver. & hoc quidem.* vbi dicit * communem. Vide Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de feudis. Concl.* 1 *feudum quamuis nouum.* vbi latissime. † Extende, etiamsi verba inuestituræ sonent, quod recipiẽtes recipiunt in feudum antiquum; quia etiam cõcedentem obligant; quia verba Notarii sunt verba partiũ. Dec. *d. cons.* 184. *n.* 8. † Amplia; quia præsumitur feudum antiquum, eo quod à multis progenitoribus sic fuit possessum, & sic nominatum; quia antiquitas præbet causam præscribendi, & præsumendi. Bald. *cons.* 351. *In bonis feudalibus, nu.* 6. *ver. tertia qualitas, lib.* 1. *& cons.* 308. *Ad euidentiam præmittendum, n.* 4. *ver. tertia materies, lib.* 3. † Extende; quia feudum in dubio antiquum præsumitur. *Pedemont. decis.* 23. *n.* 7. apostillans ad Anton. de Butr. *cons.* 47. *In verb. Noua.* allegat Dec. *cons.* 252. *n.* 6. *& cons.* 269. *n.* 5. Tiraq. *de retract. lignag.* §. 32. *n.* 91. & alios. † Declara; quia si is, qui agit, dicit antiquum, ipse debet probare; quia præsumitur pro possessore. Castr. *consil.* 44. *col.* 2. *ver. si vero non constaret, lib.* 2. † Amplia; quia feudum antiquum dicitur, etiamsi in inuestitura dicitur, *de nouo concedimus*, quando etiam inuestituræ antiquæ confirmantur generaliter. *Pedemont. decis.* 23. *secundus, qui se offert, n.* 8. *ver. Nec obstare videntur, & n.* 44. *ver. non obstant.* † Extende; quia si fratres succedentes in feudo antiquo recipiunt nouam inuestituram, non mutat naturam antiqui feudi, neque dici potest nouum. Roman. *cons.* 1. *in fin.* & plenius *cons.* 315. *In casu propositæ consultationis, in princ.* vbi apostilla prima, *in ver. non desinit*, quæ dat plurimos concord. † Restringe; quia quando inuestitura noua fit de consensu agnatorum, sine confirmatione antiquarum; tunc feudum dicitur nouum. *d. Pedemont. decis.* 23. *n.* 20. *& seq.* † Restringe, quando fieret alteratio feudi antiqui circa naturalia; secus si circa accidentalia; quia tunc dicitur noua concessio in præiudicium recipientis inuestituram. *d. Pedemont. decis.* 23. *n.* 9. & plenius *n.* 20. *& seq.* vbi idem, quando alteratur inuestitura respectu consentientium, est nouum feudum. † Paternum potest dici largo modo omne feudum, quod originẽ sumpsit in persona transmittentis. Bald. *cons.* 337. *nu.* 14. *ver. largo tamen modo, lib.* 1. & ita Zabar. *cons.* 92. *in princ.* vbi, quod est paternum, quando fuit parentis communis transmittentis, vel communis agnationem. † Natura feudi antiqui, vel paterni est, quod finita generatione vnius ex descendentibus masculis transit ad aliam generationem eiusdem stipitis descendentem. Alex. *cons.* 29. *n.* 3. *lib.* 1. vbi apostill. in verbo, *inuestitura.* Vide, *Feudum antiquum ad agnatos spectat. Conclus.* 180. † Et probatur antiquum feudum, seu paternum, vel auitum, si extant inuestituræ factæ in istis maioribus auo, vel patri, à quibus succedentes descendunt, dummodo ipsę inuestituræ sint claræ; secus si sunt de bonis in genere, quæ in feudum solui sunt tenere; quia nisi aliter conster, nõ probatur feudum antiquum, auitum, vel paternum. Castr. *cons.* 462. *lib.* 1. *col.* 1. *ver. nunc videndum.* Signor. Homod. plen. *cons.* 10. *In quæstione vertente, n.* 5. *vsq. in fin.* Castr. *cons.* 44. *n.* 2. *ver. si vero non constaret, li.* 2. Vide, *Feudi concessio, qualiter, & ex quibus probetur. Concl.* 170. *cum duabus Concl. ibi prox.* † Extende; quia feudum non probatur antiquum, licet fiat inuestitura de feudo, quod habuit N. progenitor vltimo loco inuestiti; quia, nisi probetur per asserentem, illud relatiuum facit dispositionem conditionalem. Sign. Homod. *d. consil.* 10. *n.* 5. *ver. Præterea in prima inuestitura.* † Antiquum feudum, & paternum proprie differunt; quia paternum dicitur proprie vsque ad quartum, in quo continentur quinque personæ, videlicet pater, auus, proauus, abauus, & atauus; ab infra vero, vel supra non dicitur proprie paternum, sed antiquum. Arig. Aret. *cons.* 41. *In themate, in princ.* vbi *num.* 2. *& seq.* quod etiam paternum dicitur, quod fuit illius parentis, qui fuit genitor agnationis communis. Alex. *cons.* 26. *Ponderatis, num.* 7. *lib.* 5. vbi paternum dicitur receptum à communi parente vsque ad quartum gradum, antiquum vero à quarto gradu supra. † Declara; quia duplex est feudum, videlicet paternum, quod à patre descendit vsque ad quartum gradum liberorum; si vero excedit quartum gradum ascendentium, dicitur feudum antecessoribus concessum, vel progenitoribus concessum; quia supra quartum gradũ ascendentes non habent propria vocabula, sed appellantur progenitores, & descendentes vltra quartum gradum non habent propria vocabula pariter, & appellantur proles, siue descendentes. Bald. *d. consil.* 337. *In prima videndum. num.* 13. *ver. quoad primum, lib.* 1. † Amplia, quod probatur feudum antiquum, auitum, vel paternum esse per inuestituras insertas in concessionibus, & cõfirmationibus de nouo factis, ex quibus patet feudum per antiquiores Dominos maioribus fuisse factas, à quibus ista descendunt. Castrens. *d. consil.* 462. *col.* 1 *ver. Nunc videndum, lib.* 1. † Declara; quia si inuestituræ insertæ essent generales, nec probarent feudum, de quo agitur, esse inclusum in inuestitura inserta, licet dicatur; *quod concedit, prout, vel sicut sui maiores habuerunt*; tamen inducitur noua inuestitura, & feudum est nouum. Castrens. *d. consil.* 462. *col.* 1. *ver. Nunc videndum, cum seq. & lib.* 1. Vide, *Feudum antiquum, & nouum dici potest diuersis respectibus. Concl.* 177. Vide, *Feudum antiquum, vel nouum, quando dicatur. Conclus.* 178.

Feudum nouum quid sit, & quale. Conclus. 141.

FEVDVM † nouum dicitur id, quod est concessum, & prouenit à transuersalibus succedere debentium; quia si conceditur, vel est concessum patruo, fratri, vel etiam maioribus transuersalibus, dicitur nouum respectu succedentium, & in hoc nõ succedunt proximiores. Castr. *d. cons.* 462. *Visis, & diligenter examinatis, in pr.*

in prin. lib. 1. vbi, quod reuertitur ad dominum, nisi sit dictum aliter in inuestitura, quando inuestitus moritur sine descendentibus; quia nepotes transuersales, & alii non succedunt, sequitur *Alex. cons. 30. Quoniam omne datum, in princ. lib 1. & cons. 10. Ponderatis, in prin. lib. 3.* allegat *c. 1. de gradu succes. in feud.* † Extende, etiamsi in inuestitura facta duobus fratribus inseratur priuilegium antiquum generale, & dicatur; *quod concedit, sicut genitores sui habuerũt;* quia adhuc est nouum; quia illa verba si non verificantur, cõcessio non subsistinetur, vt noua. Castr. *d. cons. 462. col. 2. ver. ex quibus apparet, lib. 1.* † Et proprie feudum nouum dicitur, quod quis sibi acquisiuit, & non habet ex successione tanquam acquisitum à suis antiquis. Ang. Aret. *cons. 41. In hoc themate, n. 3. & seq. ver. Nouum autem.* Alex. *cons. 150. In causa, n. 14. ver. Rursus, lib 6.* vbi dicit esse textum meliorem de iure hoc declarantem *in cap. 1. de grad. succes. in feudo.* † Amplia, quod feudum dicitur nouum cõcessum duobus transuersalibus fratribus, etiamsi in priuilegio adsint verba, & *pro tenebant vestri maiores*; quia adhuc, si non constat de inuestitarum illorum, vel enunciatiua verba non sint certa, & clara, nõ inducunt feudum antiquum. Castr. *d. consil. 462. in princ. ver. Nunc videndum est, lib. 1.* Ang. Aret. *cons. 41. In hoc themate, n. 16. in fin. & nu. 17. ver. Nam eo ipso.* allegat *c. 1. de duo bus fratrib. à Capit. inuestit.* † Extende, vt procedat, etiamsi duo fratres in solidum de eodẽ feudo fuerint inuestiti; quia adhuc erit nouum, & non habet locum ius accrescendi, si fiuiatur linea vnius: quia non succedit linea alterius; quia dictio (in solidum) potest importare pro indiuiso; item, quod ambo obligentur ad totum censum; item, quod vnicuique totum sit concessum; & hoc stare non potest. Item, quod linea vnius alteri succedat, sed cum dubia sit interpretatio, non relenat probatio dubia. Ang. Aret. *d. cons. 41. n. 17. in fin. cum seq. ver. Nec etiam obstat, & n. 24. & seq.* maxime procedit in contractu inter viros, & fauore ecclesiæ. † Amplia, quod feudum diciturnouum, si vasalli habẽtes illud antiquum ab vno domino iure belli contra dominum feudum amiserint, & nouam inuestituram acceperint ab eo, qui feudum occupauit; quia erit nouũ feudum, etiamsi in inuestitura diceret; *quod concedit tanquam feudum antiquum*, & sic agnati, & transuersales non succedent. Oldrad. *consil. 178. Factum tale est, quidam nobilis.* † Contrarium, quod imo dicatur antiquum feudum, licet vasallus renũciasset in manibus domini de consensu agnatorum; quia si reinuestiatur, censetur antiquum, & eo modo reinuestitus, quo prius. Alex. qui multa adducit *cons. 30. Quoniam omne datum. ver. sed pramissis non obstantib. lib. 1.* sed declara, quod Alex. loquitur, quando ab eodem domino fit inuestitura. Oldr. quando à nouo domino, qui occupauerat iure belli feudum. † Declara, quia si is, qui retinet iuellum antiquum ab ecclesia, renunciat, vt Titius inuestiatur in feudum, q valet; quia magis expedit ecclesiæ; tamen quoad recipientem erit feudum nouum, & reuertitur ad ecclesiam, si moritur sine descendentibus, sed quoad ecclesiam, vt possit inuestire alium, remanet antiquum, Castr. *consil. 139. per tot.* & maxime *nu. 4. lib. 2.* † Declara; quia si ius primę inuestituræ antiquæ esset finitum, vel præscriptum, vt quia feudum fuit confiscatum, quod non potest confiscari; quia est ecclesiasticum, & tantum tempus efluxit, quod inuestiti perdiderunt illud. postea mutato statu; quia Dux Mediolani successit in Ciuitate Veronæ, & restituit feudum ecclesiæ, & ecclesia inuestiuit eosdem, erit nouum feudũ; quia ius primæ inuestituræ erat extinctum. Castr. *cons. 44. col. 2. in fin. & col. ult. in prin. lib. 2. ver. sed ex alio.* † Amplia; quia nouum feudum propriè dicitur, quod ab ipso primo acquirente procedit, & nondũ fecit transitum ad alium gradum. Bald. *cons. 337. In primis videndũ, n. 13. ver. quoad primum*, vbi dicit, quod initium facit feudum nouum; quia si est vlterius deriuatum in alium gradum, nõ dicitur nouum. *c. 1. de succes. feud.* vbi gl. & idem tenet Clar. *in § feudum, q. 8. in princ.* † Amplia; quia nouum dicitur feudum acquisitum per nepotes eius, qui recognouit in feudum omnia Castra per eum, & suos hæredes acquirenda, & acquisita; quia licet ipsi nepotes sint hæredes aui, qui fecit talem recognitionem; tamen ex quo ipsi sunt primi acquirentes, dicitur feudum nouum, nec transuersales vocantur, licet inuestitura, & recognitio sit facta per patrem; quia non adest realitas acquisitionis feudi, sed solum obligatio personalis. Bald. *d. cons. 337. n. 14. ver. ex iis sequitur, lib. 1.* † Amplia; quia feudum antiquum, si de nouo cõcedatur alterata forma inuestituræ antiquæ, dicitur nouum, quoad consentientes, & recipientes; ideo sibi præiudicant. *Pedemont. decis. 23. n. 20. & seq.* † Secus quoad non consentiẽtes; quia feudum dicitur antiquũ, non obstante noua inuestitura, in qua est facta alteratio antiquæ inuestituræ. Ferret. *cons. 396. n. 2.* vbi dicit * communem. † Amplia; quia feudum nouum dicitur quoad acquirentem, quando non apparet alia inuestitura. Alex. *cons. 26. Põderatis, n. 7. ver. ex quo infertur, lib. 5.* vbi apostill. *in ver. nouum*, dat concord. † Extende; 15
quia feudum nouum dicitur emptum per A. ab eo, qui emerat prius dictum feudum à B. patre A. inuestito pro se, & filiis, & hæredibus; quia cum semel exierit de familia, & ematur, dicitur nouum, maxime, si accessit consensus domini. Alex. *consil. 28. In causa, & lite, in princ. lib. 5.* † Amplia; quia feudum nouum dicitur 16
illud, quod ab antiquo fuit concessum alicui pro se, & descendentibus, tam masculis, quam fœminis, si continuauit in masculos, & postea ipsis masculis deficientibus fœminæ inuestiuntur; quia, cum de iure communi inuestitura pro masculis, & fœminis euanuerit quoad fœminas, cum primum habuit locum in masculis; idcirco mortuis masculis, postquam in eis habuit effectũ inuestitura, nouum erit quoad fœminas, si post masculos inuestiantur. plene Ang. Aret. *cons. 41. In hoc themate, per tot.* vbi pro vtraque, & hanc tuetur, maxime *nu. 13. & seq. ver. sed tamen iis non obstantib.* vbi tollit omnia contraria. † Amplia; quia feudum nouũ 17
sine dubio dicitur, quãdo prima inuestitura fuit facta certis personis; ideo soli descendentes inuestitorum succedunt, non autẽ transuersales. Castr. *cons. 46. Viso, & examinato. in princ. lib. 2.* Alex. *cons. 10. Ponderatis, in princ. lib. 3.* † Extende, vt procedat, etiamsi E- 18
piscopus concedens feudum ecclesiæ dixisset in inuestitura, *concedo inuestituram de feudo, tanquam antiquo, & antiquissimo*; quia in Episcopo, & Prælato, qui non potest concedere feudum sine solemnitatibus requisitis, non operantur; quia ipsis non creditur, neque suæ assertioni statur. Alex. *d. cons. 10. Ponderatis, nu. 3. & seq. ver. non obstat etiam, lib. 3.* † Extende, vt procedat, etiamsi Episco- 19
pus adderet, *quod inuestit de feudo veteri, & antiquo ipsum innouando feudum, cognoscens, & recognoscens, quod tu illud habuisti, & tenuisti iure feudi antiqui*; quia non probat tale esse. Alex. *d. cons. 10. n. 4. lib. 3.* vbi ponit alia similia. † Idem, si fiat inuestitura quibuscunque aliis 20
verbis de antiquo; quia erit nouum quoad successionem, nec succederent agnati, & transuersales, etiamsi de eis mentionem fecisset; quia pro non adiectis haberentur; quia nisi specifice illorum nomine fuisset stipulatus, & ipsi ratum habuissent, illis non acquiritur. Alex. *d. cons. 10. n. 5. ver. ius consonat, lib. 3.* vbi apostil. *in ver. feudum.* citat Castr. *cons. 191. Visis, & diligenter, lib. 2.* † Restrin- 21
ge in fratre; quia potest in feudis frater pro fratre stipulari. Alex. *d. cons. 10. n. 5. ver. & hoc clare decidit. lib. 3.* vbi apostill. *in ver. in fratre.* dat concord. † Contrarium verius esse dicit apostilla, quod ne- 22
que in fratre potest in feud alibus acquiri, nisi verbis inflexis, & fratre ratificante, prout in quocunque tertio, allegat Curt. Iun. *tract. de feud. part. 2. q. 7. ver. secunda cadit dubitatio.* † Restringe forte 23
in Rege, & alio absoluto Principe concedente Castrum nomine, & iure antiqui feudi possidendum, vt per Bald. *in c. 1. de alien. feudi pater.* quia illud feudum poterit habere formam, & naturam antiqui feudi, & valebit in Rege, quod non valeret in Prælato, nisi seruatis solemnitatibus; sed tamen non valebit quoad successionem transuersalium, nisi in specie sit dictum, & pro eis facta acquisitio, & secuta ratificatio. Alex. *d. cons. 10. nu. 6. ver. Nec obstat id, quod, lib. 3.* † Amplia; quia nouum feudum dicitur, vbi- 24
cunque pluribus fratribus, seu aliis fit inuestitura de feudo, vel de decima, & eo casu vno mortuo sine descendentibus, vel repudiante, non succedit alter inuestitus, sed illa portio reuertitur ad dominum feudi. Castrens. *cons. 46 in princ. lib. 1.* & plenius *consil. 262. Dico, quod Episcopus. lib. 2.* Alexand. *consil. 150. num. 14. ver. rursus. lib. 6.* † Extende; quia dicitur feudum nouum, si conce- 25
datur pluribus etiam de diuersa familia; quia deficiente linea inuestiti ex vna familia, non deuoluitur ad inuestitos ex alia familia; quia in feudo nouo non habet locum ius accrescendi, etiamsi per mille annos steterisset in dictis familiis; quia licet efficiatur antiquum quoad ratam cuiuslibet familiæ per transitum ad descendentes; non tamen quoad hoc, vt de vna familia in aliam transeat; quia non habet locũ ius accrescendi, plene Castr. *d. cons. 262. Dico, quod Episcopus, lib. 2. in princ. & per tot.* † Extende, vt 26
procedat, etiamsi duo fratres, vel duo ex diuersis familiis essent in inuestitura coniuncti, siue verbis tantum, siue re tantum, siue etiam re & verbis; quia in feudo nouo non habet locum ius accrescendi. Castr. *d. cons. 262. per tot.* quod est Castr. & Prosdocimi de Comitibus, & Angeli Iunioris de Vbaldis. † Restringe; quia 27
si sunt coniuncti re, vel re & verbis, vt quia inuestiuntur de eodem feudo, sine diuisione portionum, licet non habeat locum ius accrescendi; tamen habet locum ius non decrescendi, quod operatur, quod si ante acquisitionem aliquis ex inuestitis moriatur, non decrescit aliis, sed post acquisitionem factam omnibus, non potest esse locus iuri non decrescendi, neque iuri accrescendi quoad lineas diuersorum inuestitorum, vt de vna

transeat ad aliam, sed reuertitur ad dominum. Castr. *d. consil. 262.*
28 *Dico, quod Episcopus, per tot. lib. 2.* † Restringe, nisi in inuestitura sit dictum, quod deficiente linea vnius altera succedat. Castr. *consil.*
29 283. *De vtroq; , inpr. lib. 2.* † Restringe, nisi in inuestitura adsit clausula, *quod post mortem eorum redeat ad concedentem*; quia videtur cõcessum, quod redeat demum, si omnes moriũtur, & sic per mortem vnius alter succedat. Castr. *d. consil 46. in pr. ver. nec obstat. lib. 2.*
30 † Limita; quia feudum antiquum si concedatur de nouo, & noua fiat inuestitura, nihilominus est antiquum. † Extende, etiamsi
31 feudatarii ceciderint à feudo antiquo, & de nouo fuerint inuestiti; quia adhuc erit feudum antiquum, si inuestiatur illi, qui ce-
32 ciderunt. Corn. *consil. 239. n. 15. & consil. 16. n. 16. lib. 1.* † Limita; quia feudum nouum dicitur, quando fit renouatio cum noua quali-
33 tate. Affl. *decis. 112.* † Contrarium, quod imo sit antiquum quoad omnia, præterquam quoad qualitatem nouam; quia in ea dicitur nouum. Cæsar Vrsil. in add. ad Affl. *d. dec. 112. n. 7. vsq; in fin.* vbi citat plurimos, & dicit veriorem. Vide, *Feudum nouum ad descendentes spectat, & quando ad alios. Concl. 182.*

Feudum nobile quale. Concl 142.

1 FEVDVM † nobile dicitur habens annexam dignitatem, vt est Comitatus. Alex. *consil. 30. Quoniam omne datum in pr. ver. secundo quia*, vbi de feudo Comitatus Concordiæ concesso à Sigismundo & Federico Regibus Romanorum Francisco & Ioã-
2 ni Francisco Comitibus Mirandulæ *lib. 1.* † Contrarium, quod feudum non dicatur nobile propter dignitatem annexam; quia etiam vilissima castra conceduntur in dignitatem; sed tunc demum dicitur nobile à seruitio, & præstatione, quando sit præstatio nobilis, vt quia solum soluit feudatarius vnum accipitrem, vel vnum canem, aut quid simile. Castr. *consil. 462. Visis, & consideratis. n. 5. lib. 1.* † Declara, vt per Socin. *consil. 165. & seq. n. 6. & seq. lib. 2.*
3 quia multum refert, an feudum concedatur ab initio, tanquam feudum Comitatus, vel Ducatus, & hoc modo est indiuisibile, secundum propriam naturam feudi dignitatis; si vero concesso feudo primum sine dignitate, quod transeat ad plures, Princeps illud feudum erigat in Comitatum, licet sit quædam concessio feudi in Comitatum, quæ erigitur; tamen non præiudicat aliis, neque proprie erit feudum Comitatus, vide eum; quia loquitur
4 subtiliter. † Amplia, quod imo feudum nobile dicitur ex persona concedentis, vt quando conceditur ab Imperatore Regi, Duci, vel Marchioni, vel alteri habenti dignitatem. Alex. *consil. 30. col.*
5 *pen. ver. ad septimum. lib. 1. n. 19.* † Et idem in feudo cõcesso per Regem; quia dicitur nobile. Bald. *consil. 207. Quæstio est n. 4. ver. & ex iij.*
6 *lib. 2.* † Amplia; quia feudum ligium dicitur feudũ nobile, quando conceditur à Papa. Bald. *consil. 253. Præsupponendum est, n. 2. ver. alia*
7 *via. lib 1.* † Amplia; quia feuda Regalia, & feuda dignitatis dicũtur, quando conceditur in feudum regnum, seu dignitas, prout Ducatus, Marchionatus, Comitatus, si modo cõcessio fiat à Papa, vel ab Imperatore, Rege, vel alio supremo Principe. Clar. in
8 §. *feudum. q. 10.* vbi dicit communem. † Amplia in feudo Ducatus; quia ex sui nobilitate subiectũ illustrat. Bald. *d. consil. 353. Præsupponendum est. n. 2. ver. quapropter. lib. 1.* Ang. *consil 187. n. 8. ver. prædicta autem* † Amplia; quia feuda, quæ sonant in nomen dignitatis,
9 sunt multa, nempe Marchia, Ducatus, Comitatus, Delphinatus, & prout dicitur in Vngaria, bannus. Bald. *consil. 291. Ad euidentiam.*
10 *n. 6. ver. item sicut est lib. 2.* † Natura feudi dignitatis est, quod licet inter plures fratres feudum sit commune; tamen inter eos nõ est partibile propter dignitatẽ; ideo primogenitus habebit dignitatem Comitatus. Bald. *consil. 275. Quod pro regula. n. 6. vers. & ad-*
11 *uidentiam. lib. 2.* Ang. *consil. 87. n. 8. ver. prædicta tamen.* Vide, *Feudum induiduum dignitatis, & nobile quale. Concl. 151.* † Appellatione feudi nõ venit feudum dignitatis in odiosis; ideo in legitimatione facta ad feuda non veniunt feuda dignitatis. Anch. *consil. 308. Prima*
12 *facie, insi.* allegat Bald. *in l. eam quã. C. de fideic.* † Vide tamen Castr. *consil. 462. Visis, & consideratis, n 5. lib. 1.* vbi quod subreptio non cadit ita de facili in feudo nobili; quia maior cura est in feudo nobili, & ponderoso, quam in ignobili, & paruo, propter consequentias, quas habet iuramentum fidelitatis.

Feudum aliqualiter nobile quale. Concl. 143.

1 FEVDVM † aliqualiter nobile est, quod conceditur à minimis vasallis, & aliis inferioribus, à quibus nulla nobilitas, vel dignitas consequi possit. Alex. *consil. 30. col. pen. ver. feudum aliquale nobile. num. 19. lib. 1.*

Feudum minus nobile quale. Concl. 144.

1 FEVDVM † minus nobile est illud, quod conceditur à Rege, Duce, vel Marchione. Alexand. *consil. 30. num. 19. ver. feudum minus nobile. lib. 1.*

Feudum si est in controuersia, quale sit, & quis probet. Conclus. 145.

1 FEVDVM, † si est in controuersia, an sit antiquum, vel nouũ, si potest apparere inuestitura, illi statur, sin minus, ille, qui agit, probare debet suam intentionem. Castr. *consil. 44. n. 1. in fin. ver. in dubio autem. lib. 2.* & plene *consil. 279. Visa petitione. col. 2. in pr. ver. & videtur, quod, lib. 2.* vbi apost. allegat Socin. *consil. 24. circa med. ver. & ideo dicitur. lib. 1.* & ita etiam Alex. *consil. 10. Ponderatis, inpr. lib. 3.* † Et
2 quod feudum reguletur secũdum inuestituram, vt tale sit, quale inuestitura repræsentat, etiamsi inuestitura contineat pacta extranea à feudo; quia semper attenditur inuestitura. Becc. *consil. 88.*
n. 15. & seq. Natt. *consil. 49. n. 19.* plenius *consil. 467. n. 20. & seq.* Rol à
3 Vall. *consil. 16. n. 8. & seq. lib. 3.* † Extẽde; quia imo is, qui agit ad feudum, tanquam antiquum, & ad se iure accrescendi spectans, debet non solum probare, quod feudum sit antiquum, sed etiam, quod ipse sit agnatus, & in gradu, per quem succedere debeat; quia sufficit, quod possit esse contrarium; quia, qui agit, vt talis, debet probare se talem. Castr. *d. consil. 279. col. 2. in pr. ver. & videtur,*
4 *quod non. lib. 2.* † Prout in casu conuerso, si inuestitus est in possessione, præsumitur antiquum, si dominus est in possessione per decolutionem, præsumitur nouum. Alex. *d. consil. 10. in princ. lib. 3.*
5 † Declara; quia prædicta procedunt respectu actoris, qui nõ possidet; secus est in eo, qui est in possessione feudi, & non est actor, sed solum petit à domino inuestituram sibi fieri, seu confirmari; quia ex quo possidet feudum, releuatur ab onere probandi, nisi actor probauerit contrarium, & sufficit, quod possidens iuret se talem, & feudum antiquum. Castr. *d. consil. 279. col. 2. circa med. ver.*
6 *in contrarium. lib. 2.* maxime, quando adsunt coniecturæ pro iuramento. Alex *d. consil. 10. in pr. lib. 3.* † Extende; quia si non cõstat de aliqua inuestitura, in dubio feudum præsumitur antiquũ. Alex.
7 *d. consil 10. Ponderatis, in pr. lib 3.* qui loquitur, quando fuit ab vltimo moriente possessum. † Et maxime, quando is, qui dicit feudum nouum, est de descendentibus inuestitorũ antiquorum, in quo facta reperitur inuestitura antiquata; quia præsumitur tunc feudũ antiquum in dubio. Alex *consil. 15. Visis narratis, n 6. in fin. ver. videtur*
8 *etiam, & n. 7. lib. 5.* †. Contrarium tenet Castr. *consil. 383. De vtroque*
9 *quæsito, ver. in contrarium, lib. 2.* vbi, quod si non potest testificari de antiquo, ita nec potest iurare. † Vna est coniectura; quia duo primi inuestiti de eodem feudo semper solent esse fratres, vel de
10 agnatione eadem; ergo descẽdentes ab eis; quia agnatus agnati mei est mihi agnatus. Castr. *d. consil. 279. col. 2. in fi. & col. fi. in pr. lib. 2.*
vbi, q̃ argumentum à communiter contingentibus probat. † Amplia est; quia inuestitura duorum primorum inuestitorũ est; quia
11 tanquam de feudo antiquo fuerunt inuestiti, & licet non concludat in actore non possidente; quia parentes eorundẽ primorum inuestitorum erant etiam diuersi; tamen ex quo adest renũtiatio feudatarii vnius lineæ in feudatarium alterius lineæ cum possessione, & iuramento, probat aliis concurrentibus. Castr. *d.*
consil. 279. col. 2. in fin. ver. sunt etiam plures. † Imo, quod illa verba in
12 inuestitura feudali, videl. *de feudo antiquo inter duos fratres*, licet nõ sit probata antiquior inuestitura, probent inter inuestitos hæredes, & successores, & item in vim pacti. Castr. *consil. 283. col. 1. in fin.*
& col. seq. in prin. lib. 2. † Declara; quia in feudo laicali proceditur, quod proxime dicitur, in feudo ecclesiastico secus; quia nõ fiat
13 verbis inuestientis, ex quo Prælatus non potest facere nouam inuestituram. Castr. *d. consil 283. circa fin. ver. sed hoc in domino. lib. 2.*
† Alia, si confessio eius, à quo habet causam actor, probat esse de eadem agnatione, & ad vtramque lineam spectare. Castr. *d. cons.*
14 *279. col. 2. per tot. lib. 2.* † Alia; quia non præsumitur pluralitas, sed vnitas linearum, & licet non possit iurare, qui non est certus, sufficit tamen, quod per relationem maiorum suorũ potuerit certificari. Castr. *d. consil 279. in fin. lib. 2.* vbi apost. citat Socin. *consil 205.*
15 *ver. quarto optime ad propositum, lib. 2.* † Declara hanc materiã; quia si constat, quod inuestitura est de feudo facto duobus fratribus, præsumitur nouum; si vero inuestitura facit mentionẽ de feudo antiquo quoad laicale feudum præsumitur antiquũ; quia verba inter partes probãt, & habent vim pacti; secus si Ecclesiasticum sit feudum; quia Prælatus nouum concedere non potest, ideo ipsi non creditur, quod sit antiquum vel relinquitur arbitrio iu-

dicis.

dicis Castr.d.consil.283.col.2.lib.2. Vide, Probatio incumbit asserenti. Conclus.768.

Feudum manuale quid sit, & quale. Conclus. 146.

1 FEVDVM † etiam manuale dicitur, quando ad manus, & placitum domini conceditur, & potest reuocari ad placitum domini concedentis. Bald.*consil.*345.*Ad euidentiam.num.6.ver.fallit in*
2 *Principe.lib.*1. † Amplia in feudo concesso in Vicariatum, etiam perpetuum; quia ex quo vicariatus est officium, potest reuocari ad placitum tale feudum. Bald.*cons.*328.*n.2.ver.quoad secundum,lib.*
3 1. † Amplia in feudo, quod soldatæ dicitur, quod finitur morte dantis, vel concedentis; potest tamen ex pacto expresso transire ad hæredes. Rolan. à Vall.*cons.*16.*n.*14.*lib.*3. Vide, *Precaria concessio quæst; & quid operetur. Concl.*472.

Feudum gentile quale. Conclus. 147.

1 FEVDVM † gentile est, quando non datur pretio, sed honore, & amore domini acquiritur. Bald.*cons.*215.*Proponitur, quod inuestitura, in fin.lib.*2. quod est secundum propriam naturam feudi. Intrigl.*de feud.q.*18.*n.*2.*cent.*1.

Feudum ligium quale Conclus. 148.

1 FEVDVM † ligium dicitur, quando in concessione solum iuramentum fidelitatis à primo inuestito fuit exactum, nec reseruata fidelitas alterius succedere debentis. Alex.*consil.*30.*Quo*
2 *mo omne datum.lib.*1.*in princ.num.*3.*vers.quarto pro hoc*, vbi, quod in isto feudo fœmina filia succedit de cõsuetudine. † Et vt feudum ligium dici possit, tria necessario requiruntur; primum, quod feudatarius iuret absolute nullius alterius domini reseruata fidelitate; secundum, quod fiat expressa mentio, quod sit ligium; tertium, quod vasallus principaliter personam suam, & bona etiam non feudalia in consequentiam subiiciat domino suo. Curt. Iun.
* *tract.de feudis,q.*8.*cap.*9.*num.*22. vbi dicit * communem, quem refert, & sequitur attestando de communi, Clar.*in* §. *feudum. quæst.*
3 11. † Amplia; quia feudũ ligium dicitur in feudatio facta per Papam de Ciuitate erecta in Ducatum, vel Marchionatum cum præstatione generalis, & specialis iuramẽti fidelitatis. Bald.*consil.*
4 323. *Quæritur, vtrum Papa.num.*2.*lib.*1. † Extende; quia omnis infeudatio facta per Papam potest dici feudum ligium; quia cum non debeat alium superiorem recognoscere, videtur, quod non
5 cedat, nisi in inuestito à Papa, ita Bald. *in cap. ad audientiam.col.fin.*
* *de præscript.* sed tamen * communem in contrarium dicit Curt. Iun.*d.quæst.*8.*cap.*9.*num.*22.*&seq.* quia hoc feudum non tollit, quin authoritas iuramenti sit Papæ reseruata, prout omnia iura-
6 menta. † Amplia; quia feudum ligium non obligat feudatarium ad iurãdum fidelitatem, nisi superiori principali, à quo feudum ligium habet, nec tenetur alteri iurare, licet supremus dominus subinfeudaret ciuitatem, cuius contemplatione habet feudum ligium; quia non tenetur iurare fidelitatem, nisi supremo domino. Bald. *consil.*326.*Rex Romanorum.num.*4.*vers.pone, quod ego.lib.*1. qui loquitur in feudis ligiis Imperii, vt Dux Mediolani de Ducatu inuestitus non possit compellere ligios ad iuramẽtum, etiam si Imperator hoc mandet expresse, qñidem Imperator sibi reti-
7 net superioritatem. † Amplia; quia feudum ligium dicitur propie, pro quo vasallus inuestitus de feudo contra omnes homines fidelitatem debet. Bald. *consil.*291.*in princ.vers.ex quo quidem*
*textu.lib.*2.*&num.*8.*in fin.&seq.ver.amplius notissimum*, vbi latius &
8 *consil.*311.*ista quæstio.circa princ.vers.secundo casu.lib.*3. Syluan.*cons.*11. † Item dicitur feudum ligium, quod consistit in superiori fidelitate, vel homagio, quæ debetur supremo Principi contra omnẽ personam, veluti Papæ, Imperatori, vel Regi non recognoscenti superiorem, vel si ille, cui præstatur tale iuramẽtum, si recognoscit superiorem, recognoscit secundum quid, & non absolute. Bald.*d.consil.*291.*num.*6.*vers.apparet igitur.lib.*2. vbi, quod non refert, quod fiat mentio de isto vocabulo, *ligio*; quia attenditur realitas, non nuda verborum vocabula; & ideo vbicunque vasallus iurat fidelitatem supremo domino contra omnem personam, & nemine excepto, feudum erit ligium, licet inuestiatur, tanquam de Marchia, Ducatu, vel Comitatu, & procedit, etiãsi ille, cui iuratur, subsit Imperatori, prout Rex, dummodo non absolute subsit, sed secundum quid, & idem Bald. referens pro
9 *amplius notissimum.lib.*2. † Et ideo nemo potest esse ligius, nisi Imperatoris, vel Regis, non recognoscentis superiorem. Ægid. Bellam.*consil.*33.*num.*57. & non potest esse ligius duorum dominorum. Clarus *in* §.*feudum, quæst.*11.*num.*2.*vers.hinc infertur*, vbi dicit
* communem, & hoc vltimum declara, vt in Conclusione proxima sequent.*num.*3.*&seq.* † Declara; quia ligium feudum non
9 probatur in iure, nisi in duobus text. videlicet in *clement.pastoralis, de re iudic. & clement.*1. §. *denique, de iureiurand.* vbi fit mentio, quod Rex Robertus erat homo ligius Papæ, & in quodam cap. feudorum extraordinario, quod licet non habeatur; dicit tamen Bald. *consil.*291. *Ad euidentiam præmittendum, in princip.lib.*2. quod est tex. authenticus, ita dicit Bald. vbi supra, vbi ponit verba illius text. vbi *num.*2. dicit, quod ligietas nihil aliud est, quam suprema fidelitas, seu supremum homagium contra omnem hominem, nullo excepto, & Bald. sequitur. Ioan. Neuizan.*consil.*11.*num.*7. vbi, quod isti duo textus sunt extraordinarii, & apocryphi. † Limita; quod feudum ligium ad fœminam de con-
10 suetudine transit, si constat de consuetudine in loco feudi, alias non succedit fœmina. Alexand.*d.consil.*30.*col.penult.vers.ad quar-*
*tum.lib.*1. † Limita; quia feudum ligium non dicitur, licet præsteti-
11 tur iuramentum domino feudi contra omnem personam, nemine excepto, quando idem dominus, cui præstatur tale iuramentum, esset vasallus alterius. Bald.*d.consil.*291 *num.*6.*vers.si quis*
*autem acciperet.lib.*2. † Limita; quia ligium feudum nunquam es-
12 se potest, quando in iuramento vasallus excipit aliquem, contra quem non vult iuuare dominum. Bald.*dict.consil.*291.*num.*11.*vers.*
*notandum est lib.*2. † Ligius autem dicitur, quasi ligatus domino
13 suo, vel ligius quasi legalitatem continens. Bald. *dict. consil.*291. *num.*10.*vers.dicitur autem.lib.*2. & quod ligius sit idem, quod legalitatem seruans in fidelitate, & auxiliis præstandis. Rom.*consil.*
47. *Visis necessariis. num.*6. † Seruitium personale non requirit
14 feudum ligium, neque alia feuda, nisi fit dictum expresse, etiamsi ligius se obligauit ad omnia contenta in forma iuramenti antiqua, & noua; quia in eis non exprimitur seruitium personale. Ægid. Bellam.*cons.*48.*in fin.& n.*49.*ver.nec obstat.*

Feudum ligium in quibus differat ab aliis feudis. Conclus. 149.

FEVDVM † ligium differt ab aliis feudis circa iuramentum, 1
& fidelitatem; quia ligius contra omnem hominem, nemine excepto, tenetur iuuare dominum. Bald.*consil.*291.*num.*7.*ver.dico*
*igitur.lib.*2. Roland. à Vall.*cons.*44.*n.*2.*lib.*2. † Declara; quia licet 2
ligius vasallus teneatur domino, nemine excepto; potest tamen per substitutum seruire alteri domino. Roland. à Vall.*d cons.*44.
*num.*19.*lib.*2. † Secundo; quia ligius non potest esse duorum do- 3
minorum pro duobus feudis ligiis, nisi respectu successionis; quia non posset ipse recipere inuestituram à duobus dominis pro duobus feudis ligiis. Bald.*d.consil.*291.*num.*8.*vers.item manife-*
*sta.li.*2. vbi secus in aliis feudis; qa licet teneatur iuuare dominũ; tamen primo domino magis obligatur; quia non iurat, prout in ligio, nemine excepto, sed in ligio tenetur præcise per se ipsum iuuare dominum, & dominus non tenetur admittere substitutum, sed debet feudatarius dimittere aliud feudum ligium propter impossibilitatem, & non excusatur, nisi quando præter culpam suam habet plura feuda ligia ex successione. Roland.*d.con-*
*sil.*44.*num.*13.*lib.*2. vbi dicit hoc repugnare naturæ feudi; tamen si hoc esset ex necessitate, vel alias ex accidenti, primo domino seruire debet, vt ibi *num.*15.*&seq.* vbi, quod debet dimittere alterum ex feudis ligiis duorum dominorum, & hanc * commu- *
nem dicit Clar. *in* §.*feudum. quæst.*11.*num.*2.*ver. hinc infertur*, vbi alios citat pro * communi. † Contrarium per plura consulnit Neu- * 4
izan.*consil.*13. vbi pro vtraque parte allegat, & dicit, quod non procedit, quin habens feudum primo loco ab alio teneatur adiuuare dominum, & *num.*6.*&seq.* dat plura exempla, quibus potest quis esse ligius plurium. † Declara; quia in proprio feudo 5
ligio potest procedere conclusio, sed in improprio potest procedere contrarium; ideo proprium ligium cadit solum in inuestitura Papæ, Imperatoris, vel Regis non recognoscentis superiorem. In alio inferiore non datur feudum ligium vere, & proprie, & sic, quando est improprium, datur lig um feudum, etiam diuersorum dominorum in eodem feudo, immo possunt plures species feudorum habere tales ligii, ita Neuiz n. *d. con-*
*sil.*13.*num.*7.*&seq.vers.non obstat.* † Declara melius; quia feuda- 6
tarius ligius potest esse plurium, dummodo secundum feudum ligium recipiat sine præiudicio primi, & secundi. Roman. *consil.*47. *numer.*6.*&seq.* allegat text. *in cap. eam te. & in cap. veniens, de*
iureiurand. & ibi apostilla *in ver. iure primi*, & allegat Aret. *consil.*
150. *in primo dubio.* & ibi Roman. comprobat hanc declaratio-

nem per tria similia; quia ligius, & cõfœderatus Principis potest cum altero iuratam fidelitatem, seu confœderationem facere, saluo iure Principis, & dicit esse text. *in c. Imperialem. §. fin. de prohib. feudi alien. per Feder.* & apostill. ad Rom. allegat Mart. Lauden. *tract. de confœd. Princip. q. 60. Dux Mediol.* † Tertio; quia licet vasallus possit renunciare feudo etiã inuito domino; tamen non procedit in feudo ligio; quia non potest renunciare, si dominus nõ consentit. Bald. *d. cons. 291. n. 12. 13. & 14. lib. 2.* Iacobin. de S. Georgio in sua *inuestit. ver. in feudum. n. 19. in 7. diuis. & nu. 22.* † Quarto; quia omnia bona vasalli ligii etiam non feudalia subsunt domino, & sunt effecta de illius iurisdictione, ita Iacob. à S. Georg. in sua *inuestitura, in ver. in feudum. n. 20. in 7. diuis. feudorum.* † Et secũdum præmissa patet, quod iuramentum, quod præstant Episcopi, & Abbates Papæ, dicitur iuramentum ligium; quia contra omnes tenentur Papam adiuuare, ita Bald. *in c. ego N. n. 10. vers. item contra omnes. extr. de iureiur.* & alii, maxime Alex. de Næuo sub *nu.* 24. Vide, *Episcopus tenetur iurare fidelitatem Papæ. Concl.* 302. Quinto; † quia feudum ligium non potest recipi ab eo, qui recognoscit superiorem propter obligationem præcisam, quã debet habere ligius domino suo. Iacobin. vbi supra *num.* 19. & ideo solus Papa, Imperator, & Reges non recognoscentes superiores, concedunt feudum ligium. Boer. in sua *declar. feudor. in* 10. *diuis.* Iaf. *in vsib. feudorum, in 7. diuis.* † Et ideo habens feudum ab Imperatore non potest habere feudum ligium ab alio. Ægid. Bellam. *cons.* 33. *n.* 41. *in fin. & nu.* 42. vbi quod imo nullus subditus Imperatori potest recognoscere feudum ligium ab alio. † Conuenit autem in aliis feudum ligium cum aliis feudis, nẽpe circa naturam feudi, vt masculis filiis transmittatur; item ob feloniam perdatur, & similia. Bald. *d. cons. 291. nu. 7. ver. modo venio. lib. 2.* † Item alia bona vasalli ligii sunt libera, & de eis potest disponere libere, prout alii vasalli. Bald. *d. cons. 291. n. 15. ver. sequitur quartum. lib. 2.* vbi in fine, quod dominus bene habet regressum ad alia bona vasalli deficientis in seruitio, vel debentis ex tenore inuestituræ. † Sexto magis ligat feudum ligium, quam alia feuda. Curt. Iun. *d. tractat. feud. quæst. 8. cap. 9. num. 24.* † Nobile dicitur feudum ligium. Bald. *consil. 353. Præsupponendum est. num. 2. vers. alia via. lib. 1.* † Imo omnis in feudatio magnarum dignitatum potest dici ligia, secundum Bald. quem citat, & reprobat Curt. Iun. *in tract. de feud. quæst. 8. cap. 9. num. 22.*

Feudum maius, & feudum minus quid sit, & quale. Concl. 150.

FEVDVM † aliud est minus, quod transit ad filios; aliud est maius, quod neque ad filios transit, vt est Marchia, Ducatus, & similes. Oldrad. *cons. 272. num. 3. ver. quod succedit filius patri*, vbi, quod de consuetudine imperii admittitur filius etiam in istis magnis. † Adde, quod huiusmodi feudum non est de sui natura transmissibile; & ideo si est acquisitum pro filiis, intelligitur de filiis, vt filiis, non vt hæredibus, & appellatur feudum regalis dignitatis, puta Marchiæ, vel Ducatus. Bald. *cons. 337. In primis videndum. in fin. lib. 1.* Vide Concl. prox. seq.

Feudum indiuiduum dignitatis, & nobile quale. Concl. 151.

FEVDVM † indiuiduum dicitur feudum nobile, & habens annexam dignitatem. Alex. *cons. 30. Omne datum. n. 18. ver. nono pro hoc. lib. 1. & cons. 25. Attentis narratis in themate, in princ. lib. 5.* Oldrad. *cons. 237. Perlectis. in princip.* vbi quod in istis habet locum ius primogenituræ, ne per diuisionem minutatim priuetur dominus seruitio vasalli. Ang. *consil. 287. Factum. super quo consilium, nu. 8. ver. preterea.* & quod feuda maiora dignitatis non possint diuidi, prout est Regnum, Ducatus, Marchia, & Comitatus, commu- * nem dicit Iul. Clar. *in §. feudum, q. 44. in princ.* Zabarell. *consil. 129. in fin.* Abb. *consil. 12. col. 3. vers. venio ad tertium. lib. 1.* plenius *consil. 82. col. penult. ver. nam si sunt feudalia, eod. lib. 1. & cons. 3. col. 2. & seq. vers. venio ad secundum, lib. 2.* vbi, quod istud est introductum lege diuina, vt succedat primogenitus; item lege canonica, *cap. licet, de voto.* item lege feudali, *cap. Imperialem. §. præterea, de prohib. feud. alienat. per Federic.* item iure consuetudinario, vbi supra, & est bonum publicum. † Extende, vt procedat etiam in feudis dignitatum maternis; quia non diuiduntur, sed spectant ad primogenitum masculum, si extant masculi; sin minus, ad primogenitam fœminam Abb. *cons. 3. Nitar. col. 2. in fin. ver. venio ad secundum, lib. 2.* † Extende in tantum ad primogenitum, vel primogenitam spectare Regnum, Ducatum, Comitatum, & feudum dignitatis, vt nec ex eo legitima filiorum extrahi possit, seu debeatur, sed est ipsum feudum dignitatis totum pro legitima primogeniti. Abb. *d. consil. 3. col. 2. venio ad secundum, cum seq. lib. 2.* vbi plura ad hoc, & propterea ibi *col. 3. in fin. cum seq.* dicit, quod querela inofficiosi competit primogenito, quando pater non totum debitum ex primogenitura reliquit. † Ratio, quare diuisio nõ habeat locum in feudis dignitatum, est, ne per diuisionem minutatim diuiso obsequio dominus seruitio debito fraudetur. Oldrad. *consil. 237. num. 2. ver. hinc est.* & quia expedit, ne fiat diuisio Regni; quia melius est regi ab vno, quam à pluribus, ita Abb. *d. consil. 3. num. 3. lib. 2.* † Extende, vt neque sit diuisibile de consensu omnium feudatariorum. Iul. Clar. *d. § feudum, q. 44. in princ.* vbi de * communi. † Amplia in Regno, Ducatu, vel Marchionatu; quia ista non sunt diuidua de sui natura. Calderin. *consil. 315.* alias 12. *de feudis, in fin.* & idem in Comitatu, vel Regno. Bald. *consil. 275. Quod prorogula. num. 6. ver. & ad euidentiam, lib. 2.* vbi, quod licet feudum sit commune pluribus filiis; tamen non est partibile; ideo primogenitus erit Comes de consuetudine. Abb. *consil. 82. col. penult. in fin. lib. 1.* Vide, *Diuisio qualiter fiat tam circa diuisibilia, quam indiuisibilia. Concl. 535. cum duabus Concl. ibi proxim. seqq.* † Idem in Comitatu; quia est indiuiduum. *Pedemont. decis. 23. num. 10. ver. quarto pro patruo.* Vide, *Feudum an possit diuidi, & quid operetur diuisio. Concl. 189.* † Amplia; quia feudum dicitur indiuiduum, quod non potest commode diuidi. Calderin. *dict. consil. 315.* alias 11. *de feudis, circa fin.* † Ius accrescendi habet locum in feudo indiuiduo; ideo plures si sunt inuestiti, succedunt vnus alteri. *d. Pedemont. decis. 23. num. 11. & seq.* † Amplia; quia Ducatus Regii, Ferrarię, & Mutinæ, sunt primogenitorum; quia sunt dignitates. Marcabrun. *consil. 54. num. 54. & seq.* † Extende, vt idem sit in aliis feudis dignitatum, prout Ducatus, Marchionatus, & Comitatus. Marcabrun. *d. consil. 54. num. 49.* † Contra extensionem, quod imo hodie in Italia omnia feuda dignitatum, exceptis Regalibus feudis, de consuetudine diuiduntur, & in eis primogenitura non habet locum. Grat. *consil. 4. num. 29. & seq. lib. 1.* vide in repert. ad consil. Bruni *in ver. Feuda omnia dignitatum.* vbi plurimos allegat. Vide, *Feudum nobile, & dignitatis quale. Concl. 142.* Limita † de communi obseruantia, & consuetudine Italiæ; quia omnia feuda dignitatum præter regales dignitates diuiduntur, & præsertim in Lombardia. Alexand. *cons. 30. Visis dubitationibus, in princ. lib. 6. & consil. 18. Visis capitulis. num. 6. lib. 2. ver. quinimo, & consil. 25. Attentis narratis in themate. num. 7. ver. fortificantur etiam prædicta, lib. 5.* vbi idem dicit de consuetudine Italiæ, & certis partibus Alemaniæ, quod diuiduntur feuda omnia nobilia, vt Ducatus, Marchionatus, & Comitatus, exceptis Regnis. Curt. Sen. *consil. 68.* Ia. *in l. stipulationes non diuiduntur, num. 31. ver. vltimo quærit. col. 18. ff. de verbor. oblig.* Oldrad. *consil. 237. Perlectis. num. 3. vers. verum de iure.* Hieron. Schurff. *inter consil. feud. consil. 127. num. 5.* vbi, quod hæc consuetudo est in Italia, & Alemania. Iul. Clar. *in §. feudum, q. 44. in fin.* Socin. *consil. 67. Visis inuestituris, num. 25. & seq. lib. 1.* vbi, quod ista consuetudo est in Italia, & Alemania, & maxime in Lombardia. Iul. Clar. *d. §. feudum, quæst. 44. in fin.* Incertus Auctor post regulas Socin. *regul. 1. Feuda dignitatum. in 3 fallentia.* † Et de hac communi obseruantia, seu consuetudine Italiæ attestatur Tiraquell. *de iure primogen. quæst. 4. num. 37.* vbi citat infinitos, & *num. 38.* vbi dicit talem consuetudinem esse validam, plene Roland. à Vall. *consil. 80. in princ. num. 9. vers. nec obstat, lib. 1.* Alexand. *consil. 25. Attentis narratis, num. 7. vers. fortificantur. lib. 6.* & ibi *num. 9. & 10. ver. præterea.* † Contrarium videtur tenere Bald. *consil. 275. num. 6. vers. & ad euidentiam. lib. 2.* quod licet sint communia ista feuda; non tamen partibilia; ideo de consuetudine primogenitus erit Comes. † Declara tamen, quod hæc consuetudo dicit dendi, cum sit odiosa, non se extendit ad prælegata, licet prælegatum sit quædam diuisio. Oldrad. *consil. 237. num. 3. in fin. vers. sed contrarium*, vbi, quod differunt diuisio, & prælegatum. † Declara tamen duobus modis. Primo, dummodo sit inducta sciente, & patiente domino feudi. Secundo, quod sit obtenta in contradictorio, alias non releuaret. Tiraquell. *de iure primog. q. 4. n. 39. & n. 40.* vbi alios citat. † Declara; quia non sufficit generalis consuetudo, quæ potest verificari, consentientibus vasallis, vel simpliciter; quia debet allegari, & probari specialis in illo casu, vt releuet. Roland. à Vall. *consil. 80. num. 10. vers. quia respondetur. lib. 1.* † Declara; quia si extat consuetudo, quod feuda dignitatum diuidantur, valet; sed tamen debet probari. Angel. *consil. 287. num. 9. ver. ergo viget.* † Imo talis consuetudo tunc procedit, quando fuit inducta sciente, & patiente domino, & non alias. Baptista

pisita de S.Blasio *inter consilia feudalia cons.66.n.5.& seq.* vbi, quod
82 in Principe vniuersali præsumitur ignorantia. † Creditur tamen
Doctoris attestanti de hac consuetudine feudi, vt inquit Socin. *d.*
2 cons.67.n.29.lib.1. † Extende; quia eadem cõsuetudo est in Foro
83 Inlii. Baptista de S.Blasio *cons.66.inter cons.feudalia.n.5.* † Limita, q
licet feuda habentia dignitatem non diuidantur cessante cõsue-
tudine; tamen secus est de volũtate domini. Alex. *cons.25.Attentis*
narratis,n.8.v.vbi etiam concurreret.lib.5. allegat And. de Isern. *in c.1.*
tusi.de feud.March. Angel. *d.cons.287.n.8. ver. alia autem. & n.9.ver.si*
84 *ergo viget.* plene Tiraq. *de iure primog q 4.n.43.* vbi plures citat. † Li-
mita, quod feudum nobile potest diuidi quoad administratio-
nem, vsum iurisdictionis, & alias cõmoditates, licet iurisdictio
ipsa quoad habitum sit indiuidua. Alex. *d.cons.25.nu.4. & seq. ver.*
tamen præmissis non obstantib.lib.5. & in cons.18. Visis capitulis, n.6.ver.
ex his ergo, lib.2. vbi, quod diuidi potest administratio per tempora
& loca, licet quoad diuisionem per loca contrarium teneat ibi a-
postill. *in ver. vno loco.* Tiraq. *de iure primog. q. 4.n.50.* vbi plurimos
citat, & plenius *n.52.& 53.* Roland. à Vall. *cons.80.n.27. & seq ver.*
85 *quarto respondetur.lib.1.* Alex. *d.cons.25.n.4.& seq.lib.5.* † Extende à
simili; quia Ecclesia, quæ non potest diuidi, quando esset in con-
stitio subiecta duobus Episcopis, ne grauetur indebite, debet
diuidi per tempus, vt vno anno vnus Episcopus, alio anno alter
gubernet, & sic vsus alternus per singulos annos potest diuidi, i-
ta Alex. *d.cons.25.n.3.ver.nam dixit ibi glossa, lib.5.* † Idem in tutela
competente pluribus tutoribus; quia licet non possit diuidi, be-
ne vsus diuiditur per alterna tempora. Bart. *in l.inter tutores, in fin.*
86 *ff. de admistr.tut.* Alex. plene *d.cons.25.n.5.lib.5.* † Idẽ in rebus mi-
norum, quæ non possunt diuidi; quia bene diuiditur vsus per al-
terna tempora. *l.Lucius.* cum gl. *in ver. patrimonium. ff. famil. hercisc.*
87 Alex. *d.cons.25.n.6.ver.ad idem bene facit.lib.5.* † Extende, vt procedat, etiamsi aliqui contradicant ex consortibus. Alex. *d.cons.25.n.*
88 *7.ver.confirmantur, lib.5.* † Extende, vt procedat, etiamsi vsus iuris-
dictionis fuit primo tentus diuisus etiam per 10. annos, quando
aliqua emolumenta remanẽt communia; quia debet totalis di-
uisio fieri vsus, & exercitii, & emolumentorum, eo modo, quo
fieri potest per alternata tempora, vel alias. Alex. *d.cons.25.n.14.&*
89 *seq.ver.non obstat etiam, quod videatur.lib.5.* † Extende, etiamsi vnus
ex consortibus habeat plura bona allodialia in territorio castro-
rum, quam alius; quia propterea non impeditur diuisio, quæ est
de genere permissorum. Alex. *d.cons.25.nu.25.ver.quoad aliud, lib.5.*
90 † Extẽde, etiamsi vasalli non cõsentirent; quia eorum fauor ver-
satur, vt fiat diuisio, neque requiritur eorum consensus. Alex. *d.*
91 *cons.25.n.23.& seq lib.5.* † Extende, vt procedat, etiamsi conuen-
tum sit, quod appellationes deuoluantur ad antiquiorem con-
sortem; quia non impeditur diuisio, & illa facta non amplius ap-
pellationes ad seniorem deuolui debent; quia illa conuentio vi-
gebat durante communione. Alex. *d.cons.25.in fi.n.26.ver.circa a-*
92 *liud dubium, lib.5.* † Contrarium, quod imo, quando est dignitatis,
etiam quoad vsum non possit diuidi iurisdictio, idem Tiraq. vbi
94 *sup.n.51.* † Declara; quia titulus dignitatis, & feudum dignitatis
nõ est partibile, sed communicabile quoad commoditates. Ti-
95 raq. vbi *supr.n.53.* † Limita in feudis, quæ nõ sunt dignitatis; quia
de consuetudine Italiæ diuiduntur. Ang. *cons.287.n.8.ver.alia au-*
tem. Baptista de S.Blasio *inter consilia feudalia cons.66.nu.16.& 17.*
declarat, quod Angel. debuit dicere feuda inferiora possunt di-
uidi de iure de cõsensu omnium, sed de consuetudine Italiæ di-
96 uiduntur, etiamsi omnes non consentiant. † Extende; quia feu-
da minora possunt diuidi, etiam sine consuetudine, quando o-
mnes consentiunt ad diuisionem. Baptista de S.Blasio *inter consil.*
feudalia, cons.66.n.17. & est text. *in l.imperialem. §. præterea Ducatus. de*
97 *prohib. feud. alien. per Federic.* † Extende; quia etiam si aliquis con-
tradicat, possunt feuda minora diuidi coram iudice. Baptista de
S.Blasio *d.cons.66.n.18.ver.fateor tamen.* Alex. *d.cons.25.n.5.ver.con-*
98 *firmantur, lib.5.* † Extende quoad vsum iurisdictionis; quia potest
diuidi in feudo minori, etiamsi omnes non consentiant; secus, si
diuisio fieret de proprietate feudi. Baptista de S.Blasio *d.cons.66.*
99 *n.22.& seq.ver.capio secundum.* † Declara in feudo minori, vt possit
diuidi, etiamsi aliqui contradicant, plene Alex. *cons.25. Attentis,*
num.11.& seq.ver.non obstat, quod alia feuda, lib.5. vbi, quod sufficit,
quod aliqui velint diuidere, quia argumentum à cõtrario sensu
100 non debet sumi contra ius cõmune, etiam in feudalibus, & tol-
lit omnia contraria. † Limita, quando diuisio fieret consentiente
domino. Baptista de S. Blasio *inter cons.feudalia.d.cons.66.n.9.ver.*
101 *secundo sallit.* Alex. *d.cons.25. Attentis, n.8.lib.5.* † Limita; quando es-
sent facta diuidua ex longo vsu, cuius memoria nõ extat in con-
102 tratium. Baptista de S.Blasio *d.cons.66.n.15.ver.sexto fallit.* † Limi-
ta, quando totum feudum de consensu omnium feudatariorum
vni concederetur. Baptista de S.Blasio *d.cons.66.n.12.ver.tertio fal-*
lit. † Limita in feudo dignitatis secundum quid; quia potest diui- 43
di, quando simpliciter non est feudum dignitatis. Rol. à Vall. *con-*
sil.80.num.25.& seq.ver.tertio respondetur, lib.1. † Limita, quando in 44
loco extaret statutum factum sciente Domino. Baptista de S. Bla-
sio *d.cons.66.nu.13.ver.quarto fallit.* idem in consuetudine sciente
Domino, vt de vtroque Tiraq. *de iure primog.q.4.n.39.* † Limita, 45
quando extaret priuilegium. Baptista de S.Blasio *d.cons.66.n.14.*
ver.quinto fallit. † Vel esset datum feudũ dignitatis ea lege, quod 46
posset diuidi. Rol à Vall. *d.cons.80.n.13 ver.quibus non obstantib.lib.*
1. † Limita; quia regulariter omnia feuda sunt diuisibilia, nisi sint 47
data ea lege, vt non diuidantur. Calder. *cons.315.* alias 12. *de feudis,*
dummodo non sit indiuiduũ; quia non possit diuidi; vel quia sit
Regnum, Ducatus, vel Marchionatus, quæ non sunt diuisibilia,
vt ibi. † Extende; quia feudum diuiditur secũdum communem 48
opinionem. Socin. consil.67.n.25.& seq.& de communi num.45. *
ver.septimo dato, lib.1. Iul. Clar. *in §. feudum, q.44. per tot.* vbi concor-
dant. allegat, & loquuntur in feudis castrorum, & iurisdictionis,
quæ dicuntur inferiora. † Declara, quod dicitur feuda posse di- 49
uidi, quando sunt castra plura, intelligi, quando sunt plura ca-
stra, & plura feuda; secus si plura castra in vnum feudum, seu Co-
mitatum concessa; quia diuidi non possunt. Bart. *consil.189. Primo*
quæritur, vtrum.nu.8.ver.secundo oportet, lib.1. quem sequitur Bapti-
sta de S.Blasio *inter consil. feudalia, d. consil.66.num.19. ver. vnde ex*
prædictis. † Extende; quia licet feuda maiora dignitatis non pos- 50
sint diuidi, bene potest diuidi administratio vsus, exercitium iu-
risdictionis; Baptista de S. Blasio *d.consil.66.inter consil.feudalia, n.*
25.& seq.ver.superest, quod videamus. Alexand. *consil.25. Attentis, num.*
2.lib.5. vbi, quod possunt diuidi, vt alternis annis possideant, sic-
que alter vno anno, & alter alio anno, & ibi apostill. *in ver. alter-*
nis, dat concord. plures, & maxime instantibus vasallis, & ple-
nius *num.4.& seq.ver.fallit in feudo,* vbi *num.6.* quod licet iurisdi- 51
ctio sit indiuidua quoad habitum, secus quoad vsum. † Qualiter
autem fiat ista diuisio vsus? dic, quod tribus modis; imo quatuor,
de quibus per eundem Baptistam de S. Blasio *d.cons.66.inter con-*
sil.feud.alia, num.34.ver.sed quæritur, vsque in fin. vbi, quod etiam per
istam diuisionem possunt diuidi feuda, & quod diuisio hoc mo-
do facta præsumatur, ibi etiam examinat, maxime *num.37. ver.sa-*
teor. † Limita quoad diuidentes; quia tenentur obseruare. Tiraq. 52
de iur.primog.q.4 num.42.& seq. vbi ponit sexdecim limitationes.
† Limita; quia potest feudum dignitatis diuidi, quando continet 53
plura castra, & plura corpora, sed non dignitas, prout Ducatus,
Marchionatus, & similia; quia soli primogenito remanet, ita Ti-
raq. *de iure primogen.q.48.& 49.* Roman. *consil.80.n.14.lib.1.* Alex.
d.consil.25. Attentis narratis, num.6.ver.& ita etiam in feudo Comitatus,
lib.5. † Extende idem, quando essent plura bona libera, vel feu- 54
dalia, & simul etiam feudum dignitatis. Tiraquell. *d.q.4.num.46.*
vbi dicit esse verum *nu.47.* nisi fiat fraus Domino, vt qu.a detur
totum feudum dignitatis habenti filios, & non habenti dentur
bona libera. † Extende, quando à principio fuit pluribus con- 55
cessum. Tiraquell. *de iure primogen.q.4.num.55.* † Idem, si concessio 56
fuit facta, ita vt feudum dignitatis habeat vim paterni feudi. Ti-
raquell. vbi *supr.num.57.* † Idem, si concessio fuit facti vni, & o- 57
mnibus eius filiis, & descendentibus. Tiraq. *d.q.4.nu.56.* † Idem, 58
si semel fuerunt diuisa sciente concedente, vbi *supra n.58.* † Idẽ, 59
si concessio esset in feudum dignitatis secundum quid, & non
absolute, vbi *supra num.50.* † Limita; quia ratione scandali tol- 60
lendi conceditur diuisio. Tiraquell. *d. tract. de iure primog. q.4. in fi.*
num.60.& seq. † Limita; quia quando cessat ratio præiudicii Do- 61
mini propter diminutionem seruitii in partes, vel si subest causa
iusta, puta timor scandali ex communione, vel quod venirent
ad arma; tunc permittitur diuisio. Roland. à Vall. *d.consil.80.num.*
18.& seq.ver. secundo respondetur, lib.1. † Limita, quando diuisio es- 62
set necessaria. Roland. à Vall. *d.consil.80.num.48.lib.1.* † Limita; 63
quia iurisdictio quando adhæret territorio, & castro, potest di-
uidi vere, & proprie, sicuti ipsa res corporalis. Alexand. *cons.25.*
Attentis, num.4.ver.quia regulariter, lib.5. Vide, *Feudum an possit diui-*
di, & quid operetur diuisio. Conclus.189. Vide incertum auctorem
post regulas Soc. *reg.1. feuda dignitatum.* vbi ponit regulam,
quod non possunt diuidi, & tres limi-
tationes.

Feudum

Feudum iurabile, redibile, & ad tempus. Concluſ. 152.

1 FEVDVM † iurabile, & redibile commemorat Oldr. *conſ.* 270. *n.* 4 *ver. ad ſecundum.* de quo inf. *eod. conſ. n.* 9. dicit quoddã feudum, quod non tranſit ad hæredes, ſed ad tempus datur, vel in quo tenetur pars propria perſona inſeruire, & de iſto non poteſt teſtari, neque diſponi.

Feudum requirens ſeruitium, & illud admittens per ſubſtitutum, quale, & an ſit proprie feudum, vel non. Concl. 153.

1 FEVDVM † aliquando requirit ſeruitium; ſed tamen admittit, quod ſeruiri poſſit per ſubſtitutum. Calder. *conſ.* 305. alias 2. *de feudis*, vbi, quod in tali feudo ſuccedit clericus, & Eccleſiaſticus, *circa fin. ver. ſecus ergo*, & fœmina etiam ſuccedit. Decian.
2 *conſil.* 58. *num.* 40. *lib.* 2. † Extende; quia vbicunque feudum eſt antiquum, & non habet neceſſitatem ſeruitii perſonalis præſtãdi per ſe ipſum, poteſt præſtari per ſubſtitutum. Ægid. Bellam.
3 *conſ.* 48. *ver. verum quia.* † Et vbicunque feudum conceditur inhabili, prout clerico, monacho, mulieri, & ſimilibus, cenſetur ſemper diſpenſatum, quod per ſubſtitutum præſtet ſeruitium. Alex.
4 *conſ.* 10. *Viſo inſtrumento. col. fi. n.* 16. *& ſeq. ver. nõ obſtat, li.* 5. † Amplia; quia etiam fœmina ſuccedit in feudo cum maſculo, ſi eſt vocata, & ſeruitium per alium põt præſtari. Cuma. *conſ.* 100. *n.* 3. *vento ad*
5 *ſecundum.* Alex. *conſ.* 10. *Viſo inſtrumento, n.* 7. *& ſeq. lib.* 5. † Amplia in feudo cenſuali, & conditionato; quia põt ad fœminas pertinere. Fulg. *conſ.* 8. *Dominus Petrus Longus in pr.* & iſta eſt communis, & ma-
* gis, *communis opin. de qua att. ſtatur Menoch. *conſ.* 65. *Niſi certo*
ſcirem, in pr. n. 4. vbi, quod non eſt proprie feudum, & ꝙ fœminæ
* ſuccedant, prout ſunt priores ſing adu, *n.* 16. dicit et * communẽ,
* & magis *comunem, & communem dicit Pariſ. *conſ.* 4. *n.* 19. *lib.* 1.
6 † Imo quando eſt feudũ cenſuale, ꝙ non diff. rat ab emphyteuſi. Fulg *conſ. ſi n.* 2. *& per tot.* imo ꝙ eſt ſimile emphyteuſi; idẽ Menoch *conſ.* 65. *n.* 5. imo quod ſit emphyteuſis, & trãſeat ad fœminas. Fulg. *conſ.* 224. *Reuerendus Pater.* Alex. *conſ.* 136. *n.* 3. *lib.* 1. pleniſſime Ang. Aret. *conſ.* 41. *In hoc themate, nu.* 31. *& ſeq. ver. & prædicta confirmantur.* vbi, quod eſt conditionatum, nõ proprie feudum, ſed
7 emphyteuſis. † Extende; quia procedit, etiamſi verba ſonant in feudum, vt ſi inueſtitura dicat; *concedo tibi in feudum hanc rem pro annua reſponſione frumenti*; quia eſt emphyteuſis. Alex. *d. conſil.* 136. *Viſo, & examinato. nu.* 3. *lib.* 1. vbi, quod potius eſt emphyteuſis, vel contractus innominatus, quam feudum; quia feudum requirit ſeruitium perſonale, non reſponſionem realem, & *n.* 8. *v. præterea.*
* 8 dicit *communem. † Extende, vt idem ſit, ſi ſoluatur vna ſpalla porci, vel vnum par capponorum ſingulo anno, vel quando alia ſolutio burſalis ſoluitur, prout fit in Lombardia, vbi potius attendunt burſales reſponſiones, quam ſeruitium armorũ. Alex. *d. conſ.* 136. *n.* 3. *lib.* 1. & idem, ſi ſoluatur frumentum, vel vnum par capponorum; quia eſt conditionatum, non proprie feudum, ſed
9 potius emphyteuſis. Ang. Aret. *conſ.* 41. *n.* 31 *& ſeq.* † Et talia feuda conditionata non requirunt iuramentum, & tranſeunt ad mutum, ſurdum, & quoſcunque inhabiles etiam ad extraneos hæredes. Alex. *d. conſ.* 136. *n.* 3. *lib.* 1. Gramm. *decif.* 77. *n.* 8. *& ſeq.* imo ꝙ non teneatur præſtare iuramentum fidelitatis. Ang. Aret. *d. conſ.*
10 41. *n.* 32. † Declara tamen; quia ſi eſſet præſtitum iuramentum fidelitatis, tũc eſſet feudum proprie. Alex. *conſ.* 79. *n.* 7. *lib.* 1. *& conſ.* 8. *n.* 6. *cum ſeq. lib.* 5. Dec. *conſ.* 139. *inſt.* Brun. *conſ.* 41. *in princ.* Decian.
11 *conſ.* 58. *n.* 45. *lib.* 2. † Contrarium dicit Ang. Aret. *d. conſ.* 41. *In hoc themate, n.* 34. *in fi. ver. nec obſtat, cum ſeq.* vbi, quod iuramentum ſequitur naturam contractus, & non mutat contractum, & idem dicit Menoch. *conſ.* 65. *n.* 39. *& ſeq.* vbi tollit contraria, & dicit cõ-
* 12 munem. * † Extende, etiamſi cenſus, ſeu annua præſtatio ſolueretur tertio, non autem inueſtienti, idem Menoch. *conſ.* 65. *n.* 8. *&*
13 *ſeq.* † Reſtringe; quia ideo non cadit habens cenſuale feudum, li-
14 cet non ſoluat, vt infra † Amplia in feudo vendito; quia non eſt proprie feudum; quia feudum debet eſſe gratuitum. Iul. Clar. *in*
15 *§. feudum, q.* 16. *n.* 2. vbi, quod omnes *ita tenent. † Declara, vt procedat, quando pretium correſpondet, & venditio fit à domino; ſecus, ſi ab initio eſſet liberum, & ab inueſtito venderetur de licentia domini, aut ſi pretium non reſponderet. Curt. Iun. *conſil.*
16 49. *in princ.* † Contrarium, quod imo ſiue feudum ſit emptum à domino, ſiue à feudatario, non ſit proprium, & ſemel factũ vendile, poſſit ſemper vendi, dicit Decian. *d. conſ.* 58. *n.* 49. *&* 50. *lib.* 2.
* 17 vbi dicit veriorem, & *communem. † Imo, quod feudum emptum, quando pretium non correſpondet valori feudi tempore conceſſionis, adeo vt magis participet de gratia, quam de emptione, dicatur feudum rectum, & proprium, tenet Roland à Vall. *conſ.* 23. *nu.* 26. *& ſeq. lib.* 1. vbi latiſſime comprobat, & docet
* 18 eſſe *communem. † Et quod fœmina non ſuccedat in feudo empto. Roland. *d. conſ.* 23. *n.* 32. *lib.* 1. vbi dicit *communem. † Con-
* 19 tratium, quod imo ſuccedat fœmina in feudo empto, nõ ex natura feudi, ſed ex natura contractus, Fulg. *conſ.* 228. *Anton. de Morando, in princ. n.* 1. † Declara; quia ſi pater habens filias fœminas
20 vendat bona patrimonialia, & emit tot feuda, ſuccedent fœminæ, ne patiantur fraudem, ſaltem vſque ad congruam dotem, &
alimenta. Fulgoſ. *d. conſ.* 228. *per tot.* Vide, *Legitima filiorum non poteſt minui per fraudem parentũ, & quando ſecus. Concl.* 188. † Amplia, quã-
21 do feudũ datur pro certo determinato ſeruitio; quia dicitur improprie feudum, ſed eſt feudum conditionatum. Menoch. qui multos allegat *conſ.* 65. *n.* 6. † Extende, etiamſi in inueſtitura eſſet
22 dictum, *quod ſit feudum rectum, nobile, & gentile*; quia nihilominus verba ſtant improprie. Pariſ. *conſ.* 4. *n.* 17. *lib.* 1. † Extẽde; quia in ta-
23 li feudo conditionato non præſtatur iuramentum, ſi non eſſet expreſſe dictum. Pariſ. *d. conſ.* 4. *n.* 16. *lib.* 1. † Amplia in feudo, pro
24 quo nullum præſtatur ſeruitium; quia non eſt proprie feudum, ſed improprium, & quoad alteratum non regulatur ſecundum naturam feudi; ideo fœmina in eo ſuccedit. Pariſ. *conſ.* 23. *nu.* 24. *&*
ſeq. lib. 1. † Extende, etiam ſi ſit reſeruatum, vel præſtitum iuramẽ-
25 tum; quia non propterea fœmina excluditur. Pariſ. *d. conſ.* 23. *n.* 33. *& ſeq. lib.* 1. † Extende multis caſibus enumeratis per Bero. *conſil.* 26
65. *per tot. lib.* 1. † Reſtringe; quia licet feudum ſit alteratum, vel
27 conditionatum; tamen remanet feudum, & retinet naturam feud. in iis in quibus non fit alteratio. Dec. *conſil.* 184. *In cauſa, &*
lite, n. 6. vbi late. † Fragilem eſſe hanc opinionem dicit Gozadin.
28 *conſ.* 4 *n.* 57. *lib.* 1. quia in iis, in quibus fit alteratio, procedit etiam in conſectariis, & ita apoſtillans ad Dec. *d. conſ* 184. *in ver. in aliis.*
† Imo dici feudum ſimpliciter tenet Præpoſit. *in pralud. feudor. in*
29 4. *differentia, n.* 37. & idem dicit Socin. quod feudum habens pacta contra naturam feudi nihilominus eſt feudum. *conſ.* 165. *ver.*
quinto probatur, lib. 2. † Quod non dicatur feudum, quando pro
30 maiori parte, & in pluribus natura feudi fuit alterata. Bero. *conſ.*
65. *n* 78. *lib.* 1. Rol. à Vall. *conſ.* 50. *in fin. lib.* 3. † Contratium, quod
31 imo ſit feudum, licet alteratum, etiamſi in omnibus ſit facta alteratio contra naturam feudi; quia dicitur feudum non habens propriam naturam feudi; ſecus, ſi pacta eſſent contra ſubſtantiã feudi, veluti quod non recognoſceret concedentem; quia tunc tranſit in alium contractum ex neceſſitate, declarat Caſtr. *conſil.*
312. *Circa id, quod primo, lib.* 1. quod videtur innuere Socin. *in l. Gallus, §. etiam ſi parente, n.* 6. *& l.* 7. *ff. de liber. & poſthum.* Vide Concluſ. prox. ſeq. Vide, *Feudale homagium, & fidelitas quid ſint. Concl.* 117. *nu.*
9. *& ſeq.*

Feudum conceſſum pro annuo cenſu, vel annua præſtatione, aut pretio, an proprie ſit feudum, vel non. Concluſ. 154.

FEVDVM † conceſſum ſub annua præſtatione cenſus, vel annua ſolutione præſtãda Domino, quod ſit proprie feudum, quando interuenit iuramentum, licet annua penſio ſoluatur, quando conceſſio eſt facta in feudum. Alex. *conſil.* 79. *num.* 7. *lib.*
1. qui ad hoc allegat Ioan. de Imol. *in cap. ad noſtram. num.* 7. *de reb. Eccleſ. non alienan.* nam dicit Imola, quod in feudo non habet locum *l.* 2. *C. de reſcind. vend.* ſed bene in feudo, pro quo præſtatur certum ſeruitium; quia ſi maius ſeruitiũ potuiſſet reperiri, quod excederet dimidiam, haberet locum læſio, prout in locatione; & ſic videtur Imola tenere, quod non ſit feudum. Alex. *conſil.* 9.
n. 6. *lib.* 5. *ver. præterea. cum ſeq.* vbi late, ſequuntur Dec. *conſ.* 139. *inſt.*
Brun. *conſ.* 41. *in princ.* Tiber. Decian. *conſ.* 58. *n.* 45. *lib.* 2. † Contra-
2 rium, quod imo ſi eſt facta conceſſio in feudum, & præſtitum iuramentum, quod nihilominus ſit emphyteuſis, ſi præſtatur annua reſponſio; quia iuramentum abundat; & quia nomen non attenditur, ſed effectus, plene Fulg. *conſil.* 224. *Reuerendus Pater,*
per tot. & hanc tuetur Menoch. *conſ.* 65. *n.* 39. *& ſeq.* vbi dicit *com-
munem Ang. Aret. *conſil.* 41. *In hoc themate, in fin. verſ. nec obſtat, cum*
ſeq. vbi quod iuramentum ſequitur naturam contractus, & non
alterat contractum. † Declara; quia ſi conceditur etiam ab Ec-
3 cleſia iuriſdictio, vel penſio, in dubio cenſetur feudum potius, quam emphyteuſis, vel cenſus. Iaſ. *in l. ſi prius, nu.* 42. *ff. de noui oper.*
nunciat. allegat Bald. *in cap. ad audientiam, de præſcript.* Gabriel. *tit. de*
feudis, concluſ. 3. *in* 3. *limitat. num.* 4. vbi alios allegat. Ruin. *conſil.* 22.
n. 7. *circa fin. ver. & per hoc manifeſte, lib.* 1. Caſtren. *conſ.* 179. *nu.* 5. *lib.*
1. vbi, quod conceſſio iuriſdictionis pendet ex publico; quia ius

publicum

publicum est. † Dicas, quod castrum concessum sub annua re-
sponsione, vel annuo censu, vel canone, proprie non posset dici
feudum, quia solutio non est de substantia, vel forma feudi, sed
solum seruitium personale, & iuramentum fidelitatis, *c. 1. in ver.*
fidelitatis, de pace Constant. Roman. *consil. 70. Visis, col. 2. ver. rectius au-*
tem, vbi apostill. *in ver. pecuniaria*, dat concord. plures, vbi Roman.
n. 2. dicit, quod est feudum conditionatum; quia habet condi-
tionem soluendi; sed tamen retinet naturam feudi, quoad amis-
sionem, & apostillans in verbo, *sortitur*. & in verbo, *amittitur*, ci-
tat plures concordantes, quos videas. † Declara; quia ex conie-
cturis probatur feudum, veluti, si primogenitores professi sunt
obedientiam Romanæ Ecclesiæ, vel appellauerit se fideles, & ser-
uitores Romanæ Ecclesiæ; quia præsumuntur tenere feudum ab
Ecclesia Romana, ita Ruin. *consil. 22. nu. 7. lib. 1.* † Amplia; quia
imo, quod sit feudum proprium, licet soluatur annuus census,
seu annua pensio, & non sit emphyteusis, tenet Castrens. *consil.*
63. Quod dicit redditus, in princip. lib. 1. vbi dicit hoc verum; quia so-
lutio fit in recognitionem superioritatis, & directi dominii, non
pro pretio. † Et quod possit esse feudum sub solutione census.
Ioan. de Arnono *sing. 88. habeb. am feudum*, vbi allegat text. *in c. 1. v.*
fateor est alia iustior causa, tit. qua sit prima causa benef. amitt. vbi Bald.
dicit quod Apollo non respõderet illi text. † Contrarium, quod
feudum sub annua responsione non sit feudum, facit argumen-
tum; quia sicuti feudum, quod est seruitus, præsumitur ex con-
cturis; quanto magis ex contrariis coniecturis iudicabitur non
feudum ad fugiendam seruitutem, quæ est odiosa; sic arguit
Cruett. *consil. 615. nu. 6.* & ante eum Gozad. quem allegat. † Imo,
quod concessio in feudum pro annua responsione non sit feu-
dum, sed emphyteusis, vel contractus innominatus, tenet Bald.
in l. liberi libertaque, C. de oper. libert. in vlt. col. num. 36. vers. item nota.
allegat Cynum *in authent. ingressi, quæst. antepenult. C. de sacrosanct.*
Eccles. & quod non teneatur ad iuramentum, neque censeatur
iure feudi. Alexand. *consil. 136. Viso, & examinato, num. 3. lib. 1.* Corn.
consil. 16. aperta fronte, num. 10. lib. 1. & consil. 239. num. 7. eodem lib. 1.
Afflict. *in constit. Constitutionem duæ memoriæ, num. 23. & 69.* quem
citat ad hoc, & sequitur Grammat. *decis. 77. num. 8. & 9.* clare Ia-
son *consil. 63. Vidi motiua. num. 3. vers. secundo respondeo.* Socin. *consil.*
27. num. 3. in fin. vers. aliquando, & secundo. lib. 2. Cephal. plenissime
consil. 151. num. 39. & seq. vbi *num. 48.* dicit, si desit fidelitas, non est
feudum; idem tenet Brun. *consil. 41. num. 4. inter consilia feudalia.*
Alexand. *consil. 9. num. 5. & seq. lib. 5.* vbi apostilla *in ver. proprie*, citat
concordant. plures. Gozadin. *consil. 8. numer. 26. & seq.* & melius
consil. 56. num. 17. Menoch. *consil. 65. num. 65. lib. 1.* allegat Claudium
de Seyssello *in speculo feudor. pag. 42.* Afflict. *decis. 129. num. 3. & seq.*
Iason *consil. 155. col. penult. vers. quinto facit, & consil. 156. circa fin. vers.*
secundo principaliter. lib. 2. vbi, quod transit ad quoscunque. Dec.
consil. 138. Diligenter pro tenui, num. 7. Ruin. *consil. 42. num. 3. & seq.*
lib. 1. & consil. 18. num. 17. lib. 1. Crauett. *consil. 6. num. 109.* Curtius
Iunior *in tractat. de feud. in 3. part. colum. 4. vers. sexto limita.* Marinus
Freccia *in suo opere de subfeudis, fol. 194. num. 5. in quarta auctoritate,*
& fol. 240. numer. 14. plene Chaslan. *in consuetud. Burgund. tit. Des*
fiefz. rubrica 3. num. 8. & seq. fol. 98. & seq. Socin. *in l. Gallus. §. etiam si*
parente, num. 6. vbi Iason *num. 20. ff. de liber. & posthum.* & commu-
nem * dicit Ferret. *consil. 120. num. 5. lib. 1.* plurimos allegat in con-
trario Gabr. *de feud. conclus. 2.* vbi dicit * communem, & *num. 6.* dicit
magis * communem. Guid. Pap. *decis. 155.* Et ita vt licet apostilla
teneat contrarium, plene Fulgos. *consil. 224. Reuerendus Pater.*
Paris. *consil. 4. num. 2. lib. 1.* Socin. Iun. *consil. 65. num. 23. lib. 1.* Duen-
as reg. 309. *in princ. & limit. 9.* Paris. *consil. 23. num. 38. lib. 1.* † Ex-
tende, vt procedat, etiamsi expresse esset dictum, quod in feu-
dum fiebat concessio. Ioan. de Imola *in cap. ad audientiam, de rebus*
Ecclesiæ non alienand. circa fin. num. 7. sequitur Alexand. *consil. 14. nu-*
mer. 8. lib. 2. Grammat. *d. decis. 77. num. 10.* Iason *d. consil. 156. in fine,*
lib. 2. vbi late. Socin. *in d. l. Gallus. §. etiam si parente, num. 6.* vbi late *ff.*
de liber. & posthum. sequitur ibi Iason *num. 20. vers. secundo limita*, cu-
ius opinionem, & limitationem communem * dicit Ferrett. *con-*
sil. 120. numer. 5. lib. 1. Alexand. *consil. 136. Viso processu, num. 3. lib. 2.*
Chassan. *in Consuetud. Burgund. fol. 99. in princip.* Fulgos. *consil. 224.*
in princip. vbi late. † Et quod non retineat naturam feudi, tenet
Aretin. *in dict. l. Gallus, §. etiamsi parente, num. 56. vers. in textu ibi ff. de*
lib. & posthum. † Declara, quod imo sit feudum, sed improprium,
& conditionatum, tenent quamplures. Roman. *consil. 70. colum.*
2. vbi quod est improprium, licet quoad alia non impropria re-
tineat naturam feudi. Paris. *consil. 4. num. 13. & seq.* & *consil. 12. num.*
19. & seq. lib. 1. plene Decian. *consil. 58. nu. 43. & seq. lib. 2. & num. 37.*
& 38. Alexand. *consil. 79. num. 8. lib. 1.* & hanc communem * dicit
Gabriel. qui multos allegat *de feudis, conclus. 2. num. 3.* licet magis
communem dicat esse contrariam. † Alio modo etiam decla- * 13
ra, vt plene per Socin. *d. l. Gallus, §. etiamsi parente, num. 6. ff. de liber.*
& posthum. vt si pactum alterat, ita vt possit esse feudum quoad
alia; tunc non habeat naturam feudi in alteratis, & iis, quæ veni-
unt consecutiue, in aliis sic. Si vero pacta, nedum alterant, sed
faciunt transire in alium contractum, non retinet aliquo modo
naturam feudi. Bero. *consil. 65. num. 49. lib. 1.* † Imo, quod sit pro- 14
prium feudum, quando interuenit iuramentum vasalli; quia
tunc pensio est in sequelam. Alexand. *consil. 9. Ponderatis, num. 6.*
& seq. & num. 9. lib. 5. Dec. *consil. 139. in fin.* Brun. *consil. 41. in princip.*
Decian. *d. consil. 58. num. 45. lib. 2.* † Contrarium, quod etiam si va- 15
sallus præstitit iuramentum fidelitatis, adhuc sit feudum condi-
tionatum, & improprium, & transeat ad fœminas, plene Me-
noch. *consil. 65. num. 39. & seq.* vbi dicit * communem, & respon- *
det ad motiua Alexandri. † Declara; quia si vltra censum requi- 16
rit seruitium personale, & sic præstitum est iuramentum, est feu-
dum improprium; secus si iuramentum non interuenit. Brun.
consil. 41. num. 4. inter consilia feudalia, & ita declarat Menoch. *con-*
sil. 65. num. 39. & seq. vbi reprobat Alexand. & dicit * communem, *
quod est improprium, quando soluitur pensio, licet sit præsti-
tum iuramentum. † Declara; quia si in maiori parte est altera- 17
tum, iudicatur, vt de contractu innominato, & regulatur secun-
dum naturam contractus nominati, cui assimilatur magis. Bero.
consil. 65. numer. 78. lib. 1. & num. 50. Roland. *consil. 50. in fine, lib. 3.*
† Amplia; quia feudum conditionatum, & non habens quoad 18
aliqua proprium naturam recti feudi, bene regulatur prout rec-
tum feudum quoad reliqua; quia ex particularibus non arguit-
ur, non habet naturam feudi in hoc; ergo neque in alio. Ca-
strens. *consil. 406. Super primo, in fin. ver. super aliis, lib. 2.* † Extende; 19
quia pro tali feudo conditionato debent seruari leges feudales,
non autem leges communes, vbi est decisio feudalis, plene Ale-
and. *d. consil. 9. Ponderatis, num. 9.* vbi allegat Zabarell. Gemin. &
Aluarott. & ibi apostill. *in ver. iudicatur*, citat plures concordant.
† Contrarium tenet Bald. quem citat Alexand. *d. consil. 9. num. 8.* 20
in fin. lib. 5. † Adde, quod aliquando feudum non rectum dicitur 21
improprium, seu informe, de quo Alexand. *consil. 15. in fin. num.*
12. vbi apostilla *in ver. informiter, lib. 5.* † Tu videas in hac materia 22
varias esse opiniones; quia aliqui, quod non sit feudum in ali-
quo, aliqui, quod feudum, aliqui, quod sit feudum, quoad ali-
qua, non quoad omnia, vt infra. † Bartol. *consil. 161. Proponitur,* 23
quod syndicus, lib. 1. loquitur in emphyteusi concessa, cui etiam pa-
cta feudi sunt apposita, vt sit emphyteusis habens in se pacta
feudalia, seu iuramentum fidelitatis, per text. *l. 1. §. quod si rem, ff.*
depos. † Angel. Aret. *consil. 41. in fin. vers. nec obstat*, dicit, quod iura- 24
mentum est accessorium, & quod non mutat naturam contrac-
tus; ideo cum sit emphyteusis, & improprium feudum, non
fit proprium per iuramentum. † Idem tenet Menoch. *consil.* 25
65. numer. 65. vbi alios allegat, & dicit census solutionem caus-
sam finalem demonstrare, cum sit loco seruitii personalis in-
determinati, & ita declarat Cardin. Zabarell. *consil. 92.* † Ex- 26
tende, etiamsi interuenerit iuramentum fidelitatis. Ruin. *con-*
sil. 42. numer. tertio & sequent. lib. primo, vbi *numer. 7.* dicit, quod ta-
le iuramentum præstatur etiam à subdito, licet non ratione
feudi; ideo inuestitura census, in qua fuit iuratum, non ar-
guit feudum. † Vide igitur Roman. *consil. 70 n. 2.* vbi, quod tale 27
feudum retinet naturam feudi, quoad amissionem, licet sit con-
ditionatum. † Et ideo non cadit ob non solutionẽ, sicut emphy- 28
teuta, Corn. *consil. 16. n. 13. lib. 1.* Menoch. *cons. 65. n. 63.* communem
* dicit Matsil. *sing. 446. Magna profectò, in fi.* Alex. *d. cons. 9. n. 9. lib. 5.* *
& hanc tuetur apost. ad eundem Alex. *consil. 11. lib. 5. in ver. incidit.*
† Contrarium Alex. *d. cons. 11. Viso processu. n. 5. ver. nã vbi feudum, li. 5.* 29
licet nõ firmet pro absoluto. † Paris. *cons. 12 n. 26. lib. 1.* dicit, quod 30
feudum conditionatum retiner naturam feudi quoad cõcessio-
nem, & quoad amissionẽ; ideo dicit Alex. *d. cons. 9. n. 9. lib. 5.* quod
non cadit feudatarius, prout emphyteuta, propter cessationẽ so-
lutionis. † Menoch. *cons. 65. n. 68.* dicit, quod retinet naturã feudi 31
quoad omnia, quę nõ sunt alterantia feudũ. † Alex. *d. cons. 9. Pon-* 32
deratu, n. 6. & seq. ver. præterea, lib. 5. dicit, quod tale feudum, si præ-
statur ex eo iuramentum fidelitatis, retinet propriam naturã feu-
di; secus est, si non præstatur iuramentum, & *n. 9.* dicit, quod tũc
pensio est impulsiua, iuramentum principale, aliàs secus. Vide
Concl. prox. seq. Vide, *Feudum quando transeat ad fœminas, & quo or-*
dine. Conclus. 161. † Amplia; quia feudum debet esse gratuitum; id- 33
eo pecunia emi non potest gloss. *in cap. 1. de benef. fratr. in ver. tenuit.*
† Contrarium de consuetudine seruatur; quia feuda venduntur. 34
Clar. *in §. feudum, q. 16.* vbi, quod communiter * Dd. tenent hanc *
partem propter vsum & consuetudinẽ. † Amplia; quia feudum 35

concess-

concessum per pecuniam non habet propriam naturam feudi, ex quo non est gratuitum, *c.1. de feudo non habente propr. natur. feudi.* * sed tamen regulatur secundum leges feudales, cõmunem* dicit Clar. *in d. § feudum, q.16. in fin.* Vide plene per Ant. Gabr. *lib.3. tit. de feud. conclus. 2. feudum concessum per pecuniam non habet naturam veri feudi.*

Feudum aliud simplex, aliud conditionatum. Concl. 155.

1 FEVDVM † simplex, & rectum dicitur, quando libere conceditur, nulla apposita conditione. Ang. Aret. *cons.41. In hoc the-*
2 *mate. n.4. ver feudum autem dicitur.* † Extẽde; quia feudum rectum, & simplex, seu proprium dicitur concessum iure feudi, non ad certum seruitium præstandum, *cap. fin. cum ibi notat. de Capitan. qui*
3 *curiam vendidit.* † Extende; quia feudum præscriptum, & de quo non apparet inuestitura, neque alia natura feudi, præsumitur rectum, & non transibile ad fœminas, neque ad legitimatos, sed regulabitur secundum propriã naturam feudi. Alexand. *cons.15.*
4 *Visis narratis, col. fin. n.12. lib.5.* † Conditionatum dicitur non sub conditione, sed sub qualitate, vt si quis concedit feudum habitationis, conditio semper incipit à priori; id est, à sui existẽtia, sed
5 modus, vel vsus incipit à posterioti. Bald. *tit. de feud. in 2. diuis.* † Et quando feudum datur ad certum seruitium, ad quod obligatur vasallus, & potest conueniri, dicitur conditionatum, text. & gl.
6 *in cap.1. in fin. de Capitan. qui curiam vendid.* Ang. Aret. *cons* 41. *num.5. ver. feudum autem conditionatum.* † Conditionatum quandoque dicitur non respectu concessionis, sed respectu fruitoris; nõ enim dicitur conditionatum ex eo, quod sint præstãda seruitia, & obsequia, sed ex eo, quod determinata sunt percipienda commo-
7 da. Bald. *d. tit. de feudis, diuis.2.* † Non perditur feudum conditionatum eisdem modis, quibus feudum rectum; quia non fit ex-
8 tensio in pœnalibus. Crau. *cons.6. n.109.* † Contrarium Roman.
9 *cons.70. n.2.* vbi apostill. *in ver. amittitur.* † Diff. runt tamen feudũ abusiuum, & feudum conditionatum; quia abusiuum non regulatur, vt feudum conditionatum, sic in iis, in quibus natura feu-
☞ di non est alterata, ita Bero. *consil.65. num.77. lib.1.* Vide Conclus. prox. præced.

Feudum non requirit seruitium. Concl.156.

1 FEVDVM † regulariter non requirit seruitium personale, ni-
2 si sit dictum. Ægid. Bellam. *cons.48. n.49.* † Amplia etiam in feudo ligio; quia licet importet alterius Domini exclusionem; non tamen importat personale seruitium. Ægid. Bellam. *d. consil.*
3 *48. n.18. in fi. ver. nec obstat.* † Amplia, etiamsi sit facta obligatio ad omnia cõtenta in antiqua, & noua forma, & quæ tenetur homo
☞ ligius. Ægid. *d. cons.48. nu.49.* Vide plenius, *Feudum non deuoluitur ob non præstitum seruitium, & quando secus. Concl.119.*

Feudum hæreditarium absolute, vel secũdum quid, aut ex prouidentia, & sic non hæreditarium, in quibus differant. Conclus.157.

1 FEVDVM † dicitur hæreditarium, quando est receptum pro se, & filiis, & hæredibus, vel pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque; quia iis casibus feudum est hæreditarium, & non pertinet, nisi vocatus sit hæres. Dec. *consil.184. In causa filiorum nobilium. n.1. in fin. & n.2. ver. circa primum.* vbi dicit, quod omnes habent hoc pro constanti. Vide, *Feudum non hæreditarium quo*
☞ 2 *iure spectet ad feudatarium. Concl.184.* † Vide Alex. *cons.55. Perspectis, n.6. ver. prout præsupponitur, lib.4.* vbi, quod dicitur hæreditarium, quando est cõcessum pro se, & hæredibus; sed si conceditur pro se, & liberis, non hæreditarium est, sed ex pacto, & prouisione
☞ concedentis. Vide, *Feudum pro se, & filiis an de filiis simpliciter, an de filiis vt hæredibus. Conclus.158. prox. seq.* Vide Mascard. *Conclus.767. Feudum hæreditarium*, vbi, quod est hæreditarium, si facta est mentio de filiis, & hæredibus, vel si nihil est dictum; sed si de filiis, & descendentibus, est ex prouidentia, non autem hæreditarium.
3 † Contrarium, quod imo feudum non dicatur hæreditarium, nisi quando transit ad omnes hæredes etiam extraneos; &, ideo si inuestitura cantat in filiis, & hæredibus, vel simpliciter pro se, & hæredibus, licet participet de hæreditario; quia filii & alii non capiunt, nisi sint hæredes; tamen non dicitur feudum hæreditarium proprie. Dec. *d. consil.184. num.3. ver. vlterius etiam considero*, v-
* bi dicit* cõmunem. Vid. *Feudũ pro se, & hæredibus, de quib. intelliga-*
4 *tur. Concl.159.* † Declara; quia feudũ dicitur ex prouidentia acquirentis, & non hæreditarium, quãdo est acquisitum pro se, & hæredibus; quia non veniunt hæredes extranei, qui non sint de descendentibus; & idem, quando est dictum, *pro se, & hæredibus masculis*; quia dicitur ex prouidentia, nõ autem hæreditarium, communem* dicit Ferret. *cons.396. num.10. & seq.* plene Clar. *in § feu-* * *dum, q.83. in fin.* vbi plures de * communi attestantes adducit, & * quod non transit, nisi ad descendentes, & hæredes; dum tamen per eos non stet, quin sint hæredes; quia si non essent hæredes sine culpa; tamen succedunt, vt dicit idem Ferret. *cons.178. n.7. &*
5 *seq.* & inf. *n.8. & seq.* † Contrarium, quod imo feudum acquisitum pro se, & hæredibus, vel pro se, & filiis, & descendentibus, & hæredibus, sit partim ex prouidẽtia, & partim hæreditarium; quia requiritur concursus, quod sit filius & descendens, & etiam quod sit hæres, communem, & magis communem* dicit Clar. *d.* * *§. feudum. q.9. nu.4. ver. quandoque & tertio.* vbi, quod alias verba, *hæredibus*, essent superflua, & infra *n.8.* & ideo dicitur feudum mixtum; quia est ex prouidentia, & requirit hæredem. Clar. *in d. §.*
6 *feudum, q.40. num.2. ver. sed quia. & quæst.41. num.3. ver. sunt autem. vsque in fin. & quæst.42. in fin. num.14.* † Declara; quia feudum hæ- 6
reditarium absolute dicitur receptum pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque, communem, & magis * communem * dicit Clar. *in d. § feudum, quæst.9. num.2. ver. hoc præmisso*, vbi citat plurimos de communi, & magis * communi attestantes, & * transit ad omnes hæredes. Vide, *Feudum non potest alienari, & quando secus. Conclus.188.* † Idem, quando est acquisitum pro se, & qui- 7
bus dederit. Vide, *Feudum non potest alienari per vasallum, & quando secus. Concl.186. num.81. & seq.* † Feudum vero hæreditarium se- 8
cundum quid dicitur, quando est receptum pro se, & filiis, & hæredibus, vel pro se, & hæredibus; quia intelligitur de descendentibus, & sic hæredibus sanguinis. Alexand. *consil.26. Ponderatis, num.3.* & plenius *consil.28. In causa, & lite, num.18. & seq. ver. consimo, lib.5.* vbi *num.19. & 20.* apostill. *in ver. nisi*, dat concord. & ibi Alexand. dicit idem, si est receptum pro se, filiis, & hæredibus, & successoribus; quia successores de iure prætorio intelliguntur, secundum magis * communem, infra *num.12. & num.31.* & * *seq. & num.36. & seq.* Vide plenius per Clar. *in d. § feudum. quæst.9.*
num.7. ver. nunc prosequendo, vbi, quod feudum hæreditarium secundum quid non potest transire ad extraneos, sed bene requiritur, vt descendens sit etiam hæres, & dicit * communem; quia * licet verbum, *hæredes*, in materia feudali exponatur pro descendentibus; tamen retinet etiam propriam significationem, vt sit hæres. † Extende, vt dicatur hæreditarium secundum quid, et- 9
iam receptum pro se, & filiis, si in aliquibus locis specificatur de filiis hæredibus, licet non semper. Alex. *cons.28. n.18. ver. confirmo: lib.5.* † Extẽde idem, quando receptum est pro se, & suis; quia in- 10
telligitur de hæredibus sanguinis, & sic est hæreditarium secundum quid. Alex *cons.26. Ponderatis. n.2. & seq. ver. tamen præmissis non obstantib. lib.5.* † Extende; quia etiam est hæreditarium secundum 11
quid, quando est receptum pro se, & filiis, & hæredibus legitime descendentibus, secundum * communem. Clar. *d. § feudum. q.9.* *
n.8. ver. sed quid si feudum, & n.9. vsq; in fin. idem dicit, etiamsi sit dictum, *pro hæredib. masculis*, & dicit * communem, & declarat, vide * eum. † Idem quando est concessum simpliciter nulla facta men- 12
tione de filiis, vel descendentibus, neq; de hæredibus; quia præsumitur in dubio hęreditariũ secundum quid, videl. pro descendentibus hæredibus. Alex. *d. cons.26. n.3. ver. ad hoc esse verum. lib.5.* vbi, quod in dubio videtur voluisse prouidere hæredibus, *& n.6. ver. debet ergo*, reddit rationem; quia magis expedit concedenti; quia feudum magis de facili ad eum reuertitur; & magis expedit recipienti; quia hæredem habebit magis de facili, quod cupiunt homines, vide contrarium infra *nu.42.* † Vide omnino Clar. *d. §.* 13
feudum, q.9. n.6 ver. sed quid dicendum. vbi, quod tale feudum transit ad hæredes, videl. ad eos, qui alias ex natura feudi succedunt, & dicit * communem, & dicit, quod perinde est, ac si concessum es- *
set pro se, & filiis masculis tantum, & dicit * communem, & ci- * 14
tat plures de * communi attestantes. † Imo, quod dicatur hære- *
ditarium potius, quam ex prouidentia, etiamsi sit dictum, *quod conceditur eo modo, quo fuit concessum maioribus suis*, quando non cõstat de specificatione aliqua. Alex. *d. consil.26. num.6. in fin. ver. nec*
habet obstare. lib.5. † Idem est, etiam si esset appellatum feudum pa- 15
ternum, & antiquum; quia adhuc præsumitur esse potius hæreditarium, quam ex pacto, vel prouidentia; quia paternum dicitur, quod fuit receptum ab eo patente, qui fuit genitor communis vsque ad quartum gradum; antiquum à quarto gradu supra. Alexand. *d. consil.26. num.6. in fin. & num.7. ver. nec habet obsta-*
re. lib.5. † Et isti vocati tanquam hæredes excluduntur à feudo, 16
nisi sint hæredes, & cum debeant esse hæredes, non possunt re-

vocare

uocare alienationem factam de feudo hæreditario, secundum quid, quando vel ipsi, vel eorum authores fuerunt hæredes alienantis sine beneficio inuestarii. Alex. *d. cons. 26. n. 4. lib. 5.* & plenius
17 *n. 7. ver. ex quo infertur.* † Et quod requiratur vtraq; qualitas, quod sit descendens, & hæres, si vult succedere in tali feudo, secundum * communem, * & magis communem, de qua Clar. *in d. § feudum. q. 9. num. 4. vers. quandoque*, vbi citat aliquos tenentes contrarium,
18 quod sufficiat, quod sit hæres sanguinis, & sic proximior. † Contrarium, quod imo possit descendens hæres vocatus habere feudum, licet non sit hæres, quando non stat per eum, vt quia vltimus inuestitus alium hæredem fecit, & non solum habebit feudum, sed & poterit contrauenire facto prædecessoris. Capic. *decis.*
19 *64. n. 7. ver. nec obstat.* Vrsill. ad *decis. Affli. 112.* † Imo Ferret. *cons. 396.*
n. 10. dicit, quod tale feudum hæreditarium secundum quid, & sic ad descendentes restrictum dicitur ex prouidentia, & potest haberi per vocatum, licet non sit hæres, quando per eum nō stat,
20 & *cons. 178. nu. 6. & seq.* vbi latius. † Et sufficit, quod sit hæres in re certa, licet non vniuersalis, vt succedat in feudo isto hæreditario * secundum quid. Clar. *in d. § feudum q. 86.* vbi dicit * communem,
21 & citat de communi attestantes. † Et sufficit, quod etiam sit hæres primi inuestiti mediante persona suorum antenatorum, licet non sit hæres vasalli vltimo defuncti, & licet vtraque opinio sit * communis; * ista tamen est verior, vt per Clar. *d. § feudum. q. 9. n.*
22 *ver. sed quæro. & q. 76 in fin.* † Et quando non est feudum hæreditarium, filius, vel agnatus, qui acceptauit hæreditatem vltimi vasalli, non tenetur ad debita eiusdem in feudo, si cum beneficio
23 legis, & inuentario est hæres. Alex. *cons. 19 nu. 5. lib. 5.* † Si vero simpliciter adiuit hæreditatem, videtur obligari ad debita defuncti.
24 Alex. *d. cons. 19. n. 16. lib. 5.* † Declarat Alex. *cons. 124. Super primo. n. 9. & seq. lib. 4.* quia non potest agere reali contra feudum; quia non venit in obligatione, cum sit feudum, sed competit personalis
25 contra feudatarium; quia adiuit hæreditatem. † Si vero feudum est paternum ex pacto, vel prouidentia, potest vasallus, qui adiit cum beneficio, reuocare alienationem factam à defuncto, sed si esset paternum pro se, & hæredibus, non poterit contrauenire alienationi, prout nec posset defunctus, etiam si cum beneficio
26 adiuit. Alexand. *cons. 18. num. 18. ver. alio principali. lib. 5.* declara, vt per Dec. *cons. 184.* † Feudum non hæreditarium, sed ex prouidentia dicitur feudum acquisitum pro se, & filiis, & descendentibus
tois masculis; ideo poterunt filii, & descendentes habere feudum, licet non sint hæredes. Alexand. *d. cons 26. num. 3. ver. aut vasallus. lib. 5.* & quod dicatur ex pacto, & prouidentia. Alexand. ibi
num. 4. vbi apostilla *in verb. pacto*, citat eundem Alexand. *cons. 44.*
27 *num. 1. lib. 1.* idem Alexand. *cons. 28. num. 18. & seq. ver. licet aliud esset. lib. 5.* † Vide omnino Clarum *in d. § feudum. quæst. 6. num. 6. ver. sed*
quid dicendum. vbi, quod duplex est prouidentia; vna legis, quando conceditur feudum simpliciter, vel quando concessum est pro se, & hæredibus; quia semper lex prouidet secundum naturam feudi, quod transeat ad descendentes masculos; altera pro-
28 uidentia est hominis, quando exprimitur pro se, & filiis, vel pro se, & descendentibus; quia de masculis intelligitur, & est ex prouidentia hominis. † Vide tamen, quia aliqui tenuerunt, quod feudum etiam non hæreditarium sit, tamen hæreditari annexum.
29 Castill. *cons. 10. n. 43.* † Adde tamen, quia feudum concessum pro se, & hæredibus, debet intelligi de hæredibus sanguinis, absque eo, quod habeat ius, & nomen hæreditatis. Ideo sufficit eos esse
30 descendentes. Bald. *in c. 1. de eo, qui sibi, vel hæred. suis masculis.* † Contrarium, quod imo debeant esse hæredes, alias non succedant in * tali feudo. Alex. *cons. 19. Super eo. n. 16.* vbi dicit * communem, &
ibi apost. dat plurimos pro vtraque parte, *lib. 5.* & idem dicit *n. 17.*
31 & 18. † Declarat Alexand. *cons. 13. Perspectis, num. 9. & seq.* maxime *n. 12. lib. 5.* quod imo feudum concessum pro se, & hæredibus, vel pro se, & filiis, & hæredibus, licet sit hæreditarium secundum quid, non absolute; tamen quia debent esse hæredes succedentes ei, cui succedunt, quod factum vnius nocet sequentibus, ex quo non possunt habere feudum, nisi sint hæredes eius, cui succe-
* dunt, & dicit * communem, & clarius *cons. 12. num. 3. ver. accedit, eodem lib. 5.* vbi, quod nepos non potest habere feudum ab auo, nisi prius adeat hæreditatem patris, quando pater fuit hæres auī; secus si feudum esset pro se, & liberis, & supra *num. 8. & seq.* & infra
32 *n. 19. & seq.* † Dicas, quod in feudo hæreditario secundum quid, sufficit, quod descendens, seu vocatus ad illud sit hæres primi inuestiti, à quo prouenit feudum, secundum * communem, de qua
Clarus *d. § feudum. q. 9. n. 5. ver. sed quæro.* vbi, quod ita iudicauit Senatus Mediolani, & quod ista est verior; quia dicitur habere à
* primo inuestito, non ab vltimo, licet dicat, quod etiam * communis opinio est in contrarium; quia sufficit, quod sit de vocatis,

& hæres vltimi vasalli. † Declara tamen; quia dicitur hæreditarium nō corpus feudi, sed illud ius incorporale feudi, quod com- 33
petit feudatario, videlicet vtile dominium venit in petitione hæreditatis, & est hæreditarium. Alexand. *d. cons. 19. n. 18. ver. illud bene*
videtur. lib. 5. † Declara; quia intelliguntur illa verba, *pro te, & hæ-* 34
redibus, secundum naturam feudi, videlicet de descendentibus hæredibus, quando ad extraneos feudum non est transitorium, ita Deci. *d. cons. 184. n. 3. ver. vlterius etiam.* vbi dicit * communem, *
quod licet descendentes debeant esse hæredes, non tamen feudum est hæreditarium absolute, sed secūdum quid, & in emphyteusi Ecclesiæ. Deci. *cons. 170. nu. 6.* vbi verba, *pro hæredibus quibuscunque*, debent intelligi de habilibus, & ita loquitur Alex. *cons. 13.*
Perspectis, n. 9. lib. 5. vbi apostill. *in ver. hæreditarium*, dicit, quod est hæreditarium secundum quid, non absolute. † Declara plene, vt 35
per Cæsar. Vrsill. in addition. ad Afflict. *decis. 112.* vbi citat Alex. & alios, & dicit, quod in feudo nouo alienato de consensu domini, & primi inuestiti non potest hæres etiam cum beneficio legis, & inuentarii contrauenire, secus si feudum esset antiquum, & ex prouidentia; quia potest vocatus contrauenire, etiam si dicatur hæreditarium, etiam si contraueniens non fecerit inuentarium; quia etiam si non sit hæres; quia per eum non stat, non excluditur isto casu. † Amplia; quia dicitur feudum hæreditarium, 36
quando est concessum alicui pro se, filiis, & hæredibus; & idem, quando pro se, & hæredibus; quia tale feudum est hæreditarium. Alexand. *cons. 18. num. 7. lib. 5.* vbi apostilla, & plenius *cons. 19. n. 4.*
eodem libro. vbi apostilla, & dicit tale feudum venire in petitione hæreditatis, & filium, & agnatum non posse repudiare hæreditatem, & habere feudum, *num. 6. & seq.* supra *num. 8. & seq. & num. 31.*
& seq. † Extende, vt idem sit, quando feudum est simpliciter con- 37
cessum; quia præsumitur pro se, & hæredibus, & sic præsumitur hæreditarium. Alexand. *d. cons. 18. num. 7. lib. 5.* vbi apostilla *in ver.*
dubio, & apostilla ad Deci. *d. cons. 184. in causa, & lite, in ver. literam*, allegat Ruin. *cons. 15. num. 6. & cons. 17. lib. 1.* † Extende, quia talia 38
feuda pro se, & hæredibus, vel filiis, & hæredibus, nedum veniunt in petitione hæreditatis, sed etiam in diuisione hæreditatis. Alexand. *d. cons. 19. num. 8. lib. 5.* † Extende; quia etiam venit 39
in restitutione fideicommissi tale feudum pro se, & hæredibus, dummodo fideicommissarii non sint extranei, sed de vocatis. Alexand. *d. cons. 19. nu. 9. lib. 5.* † Idem est in emphyteusi, quod di- 40
citur de feudo; quia si est recepta pro se, & hæredibus, est hæreditaria; si vero pro se, & filiis, secus; & procedunt prædicta, prout in feudo. Alex. *d. cons. 19. num. 8. lib. 5.* † Idem in operis stipulatis à 41
liberto per patrem, quæ sunt incertæ; quia licet non transeant ad extraneos, sed ad filium, tamen præferuntur creditores filio, ex quo proueniunt à patre. Alexand. *d. cons. 19. num. 10. lib. 5.* vbi apostilla dicit opinionem satis æquam. † Restringe; quia bene suffi- 42
cit quilibet titulus nominis hæredis. Ideo institutus in re certa habebit tale feudum. Alexan. *d. cons. 19. num. 17. versic. non obstat etiam.*
lib. 5. & plenius *cons. 22. num. 5. & num. 8. eod. lib.* vbi, quod in materia non transitoria ad omnes hæredes verbum, *hæres*, non accipitur proprie, & dicit * communem; imo *nu. 6.* dicit magis * com- * *
munem; quia in re transmissibili ad hæredes appellatio hæredis intelligitur de vniuersali, sed in transmissibili nō ad hæredes, sed filios, venit hæres in re certa, & dicit, quod hoc modo concordātur opiniones variæ, & ibi apost. *in ver. filios*, dat conçord. licet re- 43
probet. † Contrarium tamen tenet idem Alex. *cons. 128. col. fin. lib.*
1. & cons. 94. lib. 5. & hoc placet apostill. ad Alexand. *d. cons. 19. n. 17.*
in verb. certa, lib. 5. & plenius apostill. ad Alexand. *cons. 22. num. 6. in*
ver. filios, vbi, quod verbum, *hæredibus*, quandoque est additum fauore concedentis, & eius, cui fit concessio, verbum autem, *filij*, est appositum animo restringendi ad fauorem concedentis, *lib 5.*
† Declara, vt hæres in re certa, prout, filia, bene succedat, quando alii hæredes masculi deficerent, ita declarat apostilla ad Alex. 44
d. cons. 22. nu. 4. in ver. certa, lib 5. alias secus. † Restringe, vt etiam 45
hæres in re certa succedat in tali feudo, vel emphyteusi concessa Titio pro se, & filiis, & hæredibus masculis legitimis, & naturalibus, quos si non habuerint, vel si habuerint, & penitus defecerint, tunc deueniat ad filias eorum, & cuiuslibet eorum, quæ virum accipiant, & rem patrum possideant. Alexand. *d. cons. 22. n. 4.*
& seq. versic. tertia ratione. lib. 5. maxime *num. 8.* † Idem est, siue ex- 46
tent plures filii, quorum aliqui in re certa, alii in quota, vel vniuersaliter sint instituti; quia ita succedent in re certa hæredes, sicuti in quota; vel vniuersales, & non habebunt iure hæreditario, sed ex prouidentia. Alexand. *dict. consil. 22. num. 8. & sequent. lib.*
5. vbi *num. 9.* dicit, quod licet hæredis appellatio intelligatur de vniuersali in re transmissibili ad hæredes; tamen ratione subiectæ materiæ intelligitur etiam de hærede in re certa, & *num. 7.*

confirmat, quia verbum speciale iuncto verbo generali alterat genus, prout verbum *filijs hæredibus*; quia illud genus ad filios, vt
47 filios restringitur. † Et procedit restrictio, quod hæres in re certa succedat in feudo, vel emphyteusi quæsitis per Titium pro se, & filijs hæredibus, etiam si institutus in re certa sit prohibitus plus petere posse. Alexand. *d. cons. 22. n. 13. & 14. vers. tamen hoc quartum,*
48 *lib. 5.* † Declara tamen, vt procedat, quando ille, qui instituit in re certa, & prohibuit talem institutum plus petere posse, erat de descendentibus primi acquirentis; secus si esset primus acquirens; quia prohibēdo plus petere posse, censetur reuocare acquisitionem, & donationem filijs factam ex ipsa acquisitione, quod facere potest primus acquirens, ita Alexand. *d. cons. 22. nu. 12. & 13. vers.*
49 *sed ita est. lib. 5.* † Restringe, quando non est dictum *pro se, & hæredibus*, sed *pro se, & filijs*, quia tunc non præsumitur hæreditarium, sed ex prouidentia; ideo nullo modo dicitur hæreditarium, & filius, ac extraneus, videlicet agnatus potest repudiare hæreditatem, & velle feudum habere. Alexand. *consil. 19. Super eo, de quo. num. 5. lib. 5. cum sequent.* & iterum *cons. 26. ponderatis, num. 3. vers. aut vasallus. lib. 5.*
50 vide contrarium supra *num. 12.* † Dicas, quod est opinio controuersa ad effectum, vt filius possit hæreditatem patris repudiare, quia siue dictum sit *pro se, & hæredibus*, siue *pro se, & filijs*, non potest velle habere feudum, & repudiare hæreditatem patris secundum vnam opinionem, secundum veram aliam secus, ita vt sit controuersa, plene Aretin. *cons. 14. num. 13 & 14.* vbi recitat opiniones, & non audet decidere. Et vide Conclusionem proximam sequent.
51 in princip. maxime *num. 7. & sequ.* † Idem in emphyteusi recepta
52 pro se, & filijs. Alexan. *d. cons. 19. nu. 8. & seq.* † Ampliatio; quia vendi-
tio facta in feudum cum pacto, quod possit vendi, & alienari in quoscunque subditos, facit Ciuitati, quæ vendidit feudum hæreditarium, & in eo deducenda est legitima, prout in aliis bonis hę-
53 reditarijs. Bald. *cons. 56. Commune Asti. lib. 3. per totum.* † Amplia; quia quando feudum esset hæreditarium acquisitum per patrem, cui filius esset hæres; quia obligatur ex facto patris. Alex. *d. cons. 19. nu.*
54 *11. vers. siue enim quæratur. lib. 5.* † Extende multo magis, quando esset hæreditarium absolute, & transiret ad quoscunque; quia et-
* iam si adiuisset cum beneficio inuentarij; tamen secundū * omnes tunc iudicatur, vt de alijs bonis; quia transit ad quoscumque, &
55 obligatur. Dec. *d. cons. 184. nu. 2. vers. & quod in casu nostro.* † Amplia; quia vasallus delinquendo; non tamen in personam domini, nec contra legem feudi præiudicat vocatis in feudo etiam antiquo, quando est hæreditarium; secus si acquisitum pro se, & filijs, quia
* tunc non præiudicatur vocatis secundum * communem, & ma-
* 56 gis communem, * de qua Alex. *d. cons. 19. num. 15.* † Limita, quando adiiceretur qualitas masculinitatis; quia si diceretur *pro se, & filijs suis, & hæredibus masculis*, non esset feudum hæreditarium, sed intelligeretur de descendentibus masculis. Decius *d. consil. 184. n.*
☞ *3. vers. sed tamen ijs non obstantibus.* Vide, *Feudum pro se, & filijs an de filijs simpliciter, an de filijs vt hæredibus. Conclus. 158.* Vide, *Feudum non hæ-*
57 *reditarium quo iure spectet ad feudatarium. Conclus. 184.* † Extende, etiam si aliæ sequentes inuestituræ alterassent concessionem feudi; quia dictum esset, *pro te, & hæredibus quibuscunque*; quia adhuc non erit hæreditarium ex alteratione prædicta. Decius *d. cons. 184. n. 3.*
58 *& 4. ver. non obstat.* † Extende, vt procedat limitatio, etiam si diceret, *pro te, & hæredibus tuis*; quia si posset probari, quod intellexit de masculis hæredibus, tunc etiam esset pro descendentibus. Deci-
59 us *d. cons. 184. num. 3. vers. & idem si dixit.* † Limita; quia feudum non dicitur hæreditarium, quando est acquisitum pro se, & liberis; quia non videtur recipere pro hæredibus. Castrens. *consil. 462. Vi-*
☞ *sis. & consideratis, num. 4. vers. secundo considerandum, lib. 1.* Vide Conclusionem proximam sequentem. Vide plenius, *Emphyteusis quando dicatur ex prouidentia, vel hæreditaria. Conclus. 175.*

Feudum pro se, & filiis, an de filiis simpliciter, an de filiis, vt hæredibus Conclus. 158.

1 REGVLA † est, quod acquirens feudum simpliciter pro se, & filiis; quia non est expressum, quod filio, & hæredi, neque de filio vt filio, sed simpliciter est facta mentio de filiis, & siquidem sumus in feudo transmissibili, & stipulatio sit facta per patrem, & in dubio intelligitur de filiis, vt hæredibus. Bald. *consil. 337. in fin. versicul. restat vnum. lib. 1.* allegat *cap. 1. an agnatus, vel filius*, idem tenet Alexand. *consil. 18. Attentis narratis, num. 7. lib. 5.* vbi a-
2 postill. in *v. r. dubio.* † Contrarium tenet Angel. *consil. 184. Ex forma colum. 2. in fin. versic. descendo ad secundum*, vbi, quod in iis, quæ non sunt trāsitoria de sui natura ad hæredes, censetur facta stipulatio
3 filijs, vt filijs. † Declarat tamen, quod si est stipulatio paterna, censeatur stipulatio facta filio etiam hæredi; si vero est feudum antiquum, secus. Angel. *dict. consil. 184. num. 2.* † Extende, vt pro-
4 cedat, siue pater stipulatus fuerit per se ipsum, siue tertius nomine patris, idem Bald. *d. cons. 337. in fin. num. 18. versic. sed si aliquis lib. 1.* † Restringe, vt non procedat, si stipulatio sit facta per tertium, si tanquam negociorum gestorem, vel interuenientem, tam nomine patris, quam filij; quia stipulatio censetur facta filio, vt filio, non autem vt hæredi. Bald. *d. cons. 337 num. 18. versic. sed si tanquam, lib. 1.* vbi, quod solum ordo censetur appositus eo casu, vt primo
5 pater vocetur, deinde filij, vt filij. † Declara tamen; quia appella-
6 tione filiorum in materia feudali veniunt nepotes. Alexand. *consil. 124. Super primo. num. 7. versic. quia in feudis. lib. 4.* † Amplia; quia li-
7 cet feudum possit competere filio, vt filio, & non vt hæredi, si hæreditatem repudiet, tamen istud procedit in filio, qui est, vel esse potest hæres voluntarius, secus si esset hæres suus & necessarius, quia tunc, vel debet esse hæres, & feudatarius simul, vel ab vtraque debet necessario abstinere. Bald. *consil. 345. Ad euidentiam in*
8 *fine. lib. 1.* allegat *cap. 1. an agnatus, vel filius.* † Vide omnino Franc. Aretin. *consil. 14. Viso, & diligenter, num. 13. & sequent.* vbi allegat pro vtraque parte, videlicet, quod si feudum est receptum pro se, & filijs, non potest filius repudiare hæreditatem, & habere feudum, & allegat etiam contra, quod imo videatur vocatus ex prouiden-
9 tia, tandem dicit, quod in paterna hæreditate non potest repudiari, in fraterna secus, & vltimo dicit non decidere, quia controuersa est opinio. † Extende, quia propterea si filius à patre exhæ-
redatus, ad quē spectat feudum, siue sit nouum, siue antiquum, & siue feudum sit ex prouidentia, siue hæreditarium, vera conclusio, & communis * est, quod si exhæredatio est nulla, videli-
cet sine causa iusta, filius non perdit feudum. Clarus in §. *feudum. quæst. 74.* si vero exhæredatio est valida, distinguitur, quia si feudum est ex prouidentia maiorum, ex quo sibi debetur etiam si non sit hæres, iusta exhæredatio sibi non nocet, si vero est hæreditarium, quia non potest feudum habere, nisi sit hæres, exhæredatio iusta sibi nocet. Clarus *d. quæst. 74. per totam.* † Extende, quia
10 filius non potest repudiare hæreditatem patris sibi delatam, & velle habere feudum, secus in agnato, & sic filii sunt deterioris conditionis, *c. 1. an agnatus, vel filius.* Clarus in *d. § feudum. quæst. 76.*
in princip. † Declara plenius, quia si feudum est nouum, non po-
11 test filius, neque agnatus repudiare hæreditatem, & habere feudum, sed debet vtrunque repudiare, vel vtrunque acceptare, & idem est, quando feudum est antiquum hæreditarium absolute, si vero feudum est antiquum informe, videlicet simpliciter receptum nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, & filius non potest repudiare hæreditatem, & habere feudum, secus in agnato, & est communis * opinio, & ita iudicauit Senatus Me- *
diolani, aut feudum est mixtum vel ex prouidentia, & secundum aliquos non potest habere feudum, & repudiare hæreditatem, & est communis * opinio, sed secundum alios potest habere feu- *
dum, & repudiare hæreditatem, secundum * communem, & * 12
veriorem, quam tuetur Clarus *d. § feudum qu. 76.* vbi plenissime. † Restringe ampliationem, vt non procedat, quando pater re-
set stipulatus sibi, & filijs, vel etiam sibi, & hæredibus partitiue, & sic non ordine successiuo; quia tunc necessario intelligitur de filijs, & hæredibus tanquam sanguinis. Bald. *cons. 347. Imperator con-*
cessit per tot. vbi in fine dicit esse alterius intentionis, licet motiua sint subtilia, *lib 1.* † Restringe, quando in feudatio nihil diceret 13
de hæredibus, sed solum de filijs, & descendentibus, quia non requiritur, quod sint hæredes. Bald. *consil. 215. Proponitur. quod, circa*
princip. versic. & si dicatur. lib. 2. † Amplia in casu contrario, quan- 14
do inuestitura est facta pro se, & hæredibus, quod intelligatur de filijs, vt filijs, & descendentibus masculis, quando feudum est antiquum. Roman. *cons. 1. num. 5. ver. verbum enim hæres.* Bald. *cons. 207.*
Quæstio est. nu 1. in fin. versic. sed in materia. lib. 2. Fulgos. *cons. 218. Petrus*
quandam, circa fin. num. 2. Alexand. *cons. 30. Quoniam omne datum. lib.*
1. in princip. † Contrarium, quod intelligatur de filijs, & descen- 15
dentibus masculis, ac etiam hæredibus, Alexand. *cons. 19. Super,*
num. 16. vbi dicit * communem, *lib. 5.* vbi apostilla in *verb. contrario.* *
† Declara, quia aut sumus in materia non transitoria ad extra- 16
neos, vt est feudum, emphyteusis Ecclesiastica, & similia; & tunc si est facta inuestitura pro se, & hæredibus; quia de necessitate transire debet ad filios de natura feudi, & illam qualitatem, *hæ-*
redibus, facit restringere, vt intelligatur de filijs, & hæredibus, secus, si materia est transitoria ad extraneos, quia, *pro hæredibus*, extendi-
tur ad omnes hæredes, ita conciliando multa, quæ videntur contraria, dicit apostill. ad Alexand. *consil. 120. in ver. extranei. lib. 1.* vbi, quod idem operatur pactum, quod natura rei, vt non sit transito-
ria. † Limita in feudo non transmissibili, vt in feudo dignitatis Re- 17
galis, puta Marchiæ, & Ducatus, quia nomen *filij*, semper intelli-
gitur

gitur simpliciter de filio, non vt hærede. Bald. *consil.337. in fin. nu.* 18 *10. versic. hæc natura in feudo, lib.1.* † Extende, vt procedat limitatio, etiam si nihil sit dictum de filiis, sed de hæredibus; quia in materia non hæreditaria intelligitur de filiis, & sic hæredibus sanguinis. Bald. *consil.347. Imperator concesit, per totum. lib.1.* maxime *circa* 19 *med. vers. quod autem dicta copula.* † Extende, vt procedat limitatio in feudo concesso etiam pro fœminis; quia non intelligitur de hæredibus, ex quo fœmina non venit ex successorio edicto ad feudum, sed ex pacto. Bald. *dict. consil.215. colum.2. circa princ. versic.* 20 *secundo respondetur. lib.2.* † Declara; quia etiam si feudum sit hæreditarium, potest filia, vel filius impugnare factum defuncti circa feudum hæreditarium, quando illud factum esset ad fraudādum hæredem. Bald. *d. consil.215 colum.2. num.1. versicul. tertio respondetur.* 21 *ff. lib.1.* Vide conclusionem proximam præcedentem, & proximam sequentem. † Vide tamen; quia feudum si est receptum per patrem prose, & filiis, vt filiis, non potest per eum alienari in præiudicium filiorum; imo per alienationem aperitur via filiis. Bald. 22 *consil.357. Inprimis videndum. in fin. num.18. versicul. restat vnum. lib.1.* † Si vero est receptum pro se, & filiis, & hæredibus, tunc potest per primum recipientem inuestitura alienari. Bald. *d. consil.337. in* 23 *fin. ver. restat. lib.1.* plene Alexand. *consil.28. In causa & lite. in princ. n.2.* 24 *& 3. vers. stante itaque. lib.5.* vbi *num.16.* dicit † communem. * Vi- 25 *de, Acquirens pro se, & filiis an filiis possit præiudicare. Conclus.439.* Vide Mascard. *d. conclus.767. Feudum hæreditarium*, vbi, quando sit hæreditarium, & quando ex prouidentia, & quæ sit differentia, & male præsumatur in dubio.

Feudum pro se, & hæredibus de quibus intelligatur. Concl 159.

1 FEVDVM † concessum pro se, & hæredibus censetur pro descendentibus masculis. Alexan. *cons.30. Quoniam omne datum,* 2 *in princip. lib.1.* qui loquitur in feudo nobili, & antiquo. Roman. 3 *cons.1. num.5. ver. verbum enim hæres.* Bald. *consil.207. Quæstio est. nu.1.* 4 *in fin. vers. sed in materia. lib.2.* Fulgos. *consil.218. Petrus quondam. circa* 5 *fin. num.2.* Anchar. *cons.339. num.7.* Roman. *cons.494. In causa pro-* 6 *positæ. num.2.* vbi plena apostilla plurimos allegat in verbo, *extra-* 7 *neus*, & dicit hanc * communem Franciscus Beccius *cons.101. n.37.* * vbi dicit * communem Alexand. *cons.107. In causa, circa fin. nu.16.* 8 *vers. secundo respondeo lib.4.* † Contrarium, quod imo debeant esse hæredes, & non sufficiat, quod sint descendentes. Alexand. *cons.* 9 *19. Super eo. num.16.* vbi dicit * communem, *lib.5.* vbi apostill. *in ver.* 10 *contraria*, & idem dicit in feudo decimarum Castr. *consil.93. In causa quæ vertitur. in fi. lib.2.* vbi, quod cum debeant esse hæredes, non 11 possunt facto defuncti contrauenire. † Declara; quia si est dictum, *pro te filiis, & hæredibus*, debent esse filii, & hæredes. Alexan. 12 *consil.44. in princip.* vbi apostill. *in ver. vtrumque, lib.1.* secus, si esse- 13 mus in materia transitoria ad extraneos; quia sufficeret, quod esset hæredes, & non filii, ita apostill. *ad consil. Alexand. 128. lib.1. in* 14 *verb. extranei*, quæ declarat. Vide, *Feudum pro se, & filiis, an de filiis* 15 *simpliciter, an de filiis vt hæredibus. Conclus.158. prox. præced.* † Declara; quia si est dictum, *pro te, & hæredibus masculis*, intelligitur de descendentibus. Deci. *consil.184. num.3. vers. sed iis non obstantibus*, vbi 16 apostill. *in ver. masculis.* † Contra declarationem tenet Rub. Alex. 17 *consil.18.* & dicit * communem contra Deci. licet eum errare do- 18 ceat eadem apostilla ad Deci. *d. consil.184. vers. in masculis.* † Et semper est vera conclusio, quando fuit dictum negatiue, *si decesserit sine hærede*, intelligitur sine descendente. Alexand. *consil.10. Ponde-* 7 *ratis. num.9. vers. pro qua etiam. lib.3.* † Et quod in materia feudi nomine hæredum legitimorum intelligātur soli filii masculi, & non fœminæ. Calder. *consil.311.* alias *8. de feudis*, vbi dicit * communem, * & repetit eandem * communem *consil.560.* alias *15. de verbor. sign.* Bald. *consil.327. In hoc conueniunt. num.2. vers. sed in hoc non conueniunt.* 1 *lib.3.* vbi dicit * veram, & communem, vbi loquitur, siue dicatur, *pro te, & hæredibus*, siue dicatur, *pro te, & illis de familia, vel, pro de-* 2 *scendentibus*; quia restringitur ad masculos secundum * commu- 3 nem. † Imo, quod inuestitura facta alicui pro se, & suis hæredibus descendentibus masculis, & fœminis, intelligatur solum de filiis primi gradus, & non extendatur ad nepotes. Angelus *consil.* 4 *311. Dominus Cordamus. num.2. ver. contrarium credo.* † Extende magis, quando fuit concessum simpliciter, nulla facta mentione hæredum, neque filiorum; tunc ex prouidentia vocantur soli filii, & descendentes. Clar. *d. §. feudum. quæst.83. in princip. versic. si* 5 *vero.* † Extende, quando fuit concessum pro se, & filiis, & descendentibus; quia res non habet difficultatem, quod non veniunt 6 extranei. Clar. *d. §. feudum. quæst.83. in princip. versic. aut vero feudum.* 7 † Extende, etiam si sit dictum, *pro se, & filiis, & hæredibus*; quia non veniunt extranei. Clar. *d. §. feudum quæst.83. circa med. versic. aut est receptum.* † Extende, vt procedat, etiam si sit dictum simpliciter, 12 *pro se, & hæredibus*; quia licet sit controuersa opinio, tamen communis * opinio est, quod ad solos descendentes transit, non au- * tem ad extraneos. Clarus *d. §. feudum. quæst.83. in fin. versic. sed quid si feudum.* vbi citat plurimos de * communi attestantes. † Amplia * 13 in tantum, quod etiam si sit dictum in inuestitura feudi, *pro se, & hæredibus suis quibuscunque*, intelligitur de hæredibus masculis descendentibus. Alexand. *consil.30. num.11. vers. octauo quia. lib.1.* Baldus *in cap.1. §. donare. colum.2. versic. dubitari potest. qualiter olim feud. poter. alien. in vsibus feu.* Præpositus ibidem. Aretinus *in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liberis & posthumis.* Iacob. *in tract. feudorum, vers. & quibuscunque hæredibus.* Zasius *in exeges. feudorum. parte 8.* Decius, qui dicit hanc veriorem *in cap. in præsentia, colum.19. versic. prædicta conclusio, num.48. de probat.* & pro hac parte videtur Oldrad. *consil.* 272. *num.3. ver. & qualiter.* vbi, quod nisi specialiter de fœminis sit dictum, non succedunt in feudo, plene Bald. *cons.207. num.3. ver.* *sed considera. lib.2.* vbi, quod verba, *pro hæredibus quibus vellet*, restringuntur ad personam habilem, vt non comprehendantur Ecclesia, spurii, & alii inhabiles. Socin. *in d. l. Gallus. §. etiam num.6. versic. secundo limita. ff. de liber. & posthum.* Ruinus *cons.39. n.9. lib.1.* & hanc partem tenet per plura Decius *cons.139. n.5. col. antepenult. & penult.* vbi late, vide aliquos per Gabriel. *in tit. de verbor. significa. concl. 4.* *num.8.* vbi, quod non veniunt extranei hæredes. Decius *cons.170.* vbi, quod clausula, *quibuscunque*, secundum materiam subiectam ad habiles restringitur, & loquitur in emphyteusi Ecclesiastica. Franciscus Beccius *cons.101. num.38. & seq. versic. imo sunt, qui velint*, vbi citat plurimos. † Contrarium, & erit limitatio, quod si est dic- 14 tum, *pro se, & hæredibus suis quibuscunque*, veniant extranei, & inhabiles exclusis agnatis, & masculis, tenet Baldus *in l. 1. quæst.34. ff. de rerum diuis. & in c. imperialem. in princ. col. penult. ver. sed quid si sit concessum, de prohib. feudi alien. per Federic.* Alexand. *in d. l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de liber. & posthum. & cons.7. col.1. in fin. num.6. lib.7.* Curtius *in tract. feud. in 3. parte. quæst penult.* Iason *in prælud feudor. num.48. col.* 15. vbi respondet ad contraria, & *cons.57. colum.2. lib.1. & cons.155.* *colum.2. & cons.156. col.2. lib.2.* Roman. *in l. id tempus. ff. de vsucapion.* Corn. *cons.6. & cons.239. lib.1.* Alb. Brun. *cons.10.* quod est Socin. Sen. vbi dicit * communem, *colum.1. & cons.14. inter consilia feuda-* * *lia.* Decius *cons.108. num.8. & fin. & cons.599. in princip.* vbi ampliat etiam verificari in legatario; quia hæres large dicitur. Curtius Senior *cons.82. colum.4. num.7.* Anton. Rub. *cons.84. col.1. & cons.110.* *col.2.* Paris. *cons.23. num.170. lib.1.* vbi dicit * communem. Alexan. * *cons.30. num.15. lib.5. & cons.195. num.4. lib.6.* & alios allegat addit. ad Alexand. *cons.30. lib.1 ver. quibuscunque*, qui dicit hanc * verio- * rem. Alexand. *cons.95. Requisitus. num.7. ver. nec obstat. lib.7.* pro qua vide late Clar. *in § feudum. in 9. quæst. versic. hoc præmisso*, vbi multos allegat, & dicit, quod hæc est magis * communis, & in practica * obseruatur, quicquid ex aduerso per aliquos dicatur, & hanc dic- * it * communiorem Socin. Iun. *cons.103. In causa istorum nobilium.* * *n.28. lib.2. ver. & hoc in simili*, vbi plures citat, & * communem dicit * Iaf. *in d. l. Gallus. §. etiam. num.16. ff. de liber. & posthum.* vbi recitat opiniones pro vtraque parte, & hanc * communem dicit etiam Iaf. * *cons.9. num.7. inter consilia feudalia.* & Curtius Iunior *consil.4. in fine.* *lib.1.* qui dicit * communem, plene Gabriel. *de verbor. significat. con-* * *clus.4.* communem * etiam dicit *decis. Pedemontan.26. num.18. vers.* * *neque subfuit.* & * communem dicit Decian. *cons.58. num.30. lib.2.* * vbi etiam extendit ad legatarium, communem * dicit Deci. *cons.* * 184. *In causa & lite, num.2. vers. & quod in casu nostro.* Bologn. in addit. ad *consil. Ioan. de Anan. 84. num.5.* vide omnino apostill. ad Roman. *cons.31. in ver. quacunque ver. nono prædicto*, vbi infinitos allegat, & dicit hanc * communem. Curt. Iun. *consil.183. num.5 & 6.* * vbi magis * communem, & magis veram, & magis * communem * ** dicit Crauer. *cons.414. in princip.* vbi citat infinitos. Brun. *cons.117.* *colum.46 in princ.* Clar. *in § feudum quæst.41. in fin. & quæst.46. in fine.* *& quæst.83. in princip.* Vide Anton. Gabr. *lib 6. tit. de verbor. signific. §1* *concluf. 4. Hæredum appellatione propter dictionem, quibuscunque.* † Et 15 quod feudum concessum plenoiure, seu liberum transeat ad fœminas. Brun. in causa propria consuluit *consil 117. col 46. in princip.* *vers. quia fœmina succedit, in princip.* & per totum consilium, vbi exprimit, in quibus bonis fœmina succedat patri feudatario tanquam hæres. Abbas *cons.3. colum.4. post med. versic. concedo tibi. lib.2.* † Extende, etiam si sit dictum, *hæredibus quibuscunque de more capa-* 16 *cibus*; quia fœmina extranea admittitur. *Pedemont. decis.26. n.18. &* 19. † Declara, vt procedat prima opinio, quod soli masculi vo- 17 cantur, etiam si sit dictum, *hæredibus quibuscunque*, quando verba non sunt superflua; secus, si nihil operarentur. Soc. Iun. *cons.103.* *num.28. vers. & ad hoc in simili. lib.2.* † Declara; quia si est dictum, 18

pro se, hæredibus, & successoribus legitime descendentibus quibuscunque, nõ venit fœmina, neque legitimatus, neque inhabilis. Ruinus *cons.* 39. *nu.* 9. *vers. restat ergo, lib.* 1. sed bene legitimatus per subsequens
* matrimonium, magis * communem dicit Bursat. *cons.* 10. *nu.* 6. &
19 *sequent.* vbi, quod ex communiori succedit.† Declara; quia verba sunt attendenda in dispositione, non autem in clausulis exequutiuis; ideo si fiat inuestitura pro masculis, & in clausulis dicatur de quibuscunque, non ampliatur natura feudi. Deci. *cons.* 133.
20 *circa fi. vers. secundo respondetur.*† Declara, vt si esset facta mentio de masculis tantum, & diceretur, *& hæredibus quibuscunque*; id restringeretur secundum præcedentem intentionem ad masculos. Decius *consil.* 184. *num.* 3. *vers. non obstat, quod in alia posteriori, & num.* 4. & latius *cons.* 139. *colum. penult. num.* 5. vbi loquitur, quando aderant verba, *quibus dederit*, vt important, quod potest alienatio fieri, dummodo in masculos extraneos, quando inuestitura est facta
21 masculis, fiat alienatio.† Declara; quia si in specie est dictum de masculis, & fœminis, fœminæ non censentur vocatæ. Alber. Brun. *consil.* 14. *inter consilia feudalia*, & expresse dicit Baldus in *cap.* 1. §. *donare, qualiter olim feudum.* quia concurrunt duæ inhabilitates, videlicet, quod extraneus & fœmina succedant, prout in vxore.
22 Socin. Senior *inter consilia feudalia Brun. consil.* 10. *in princip.*† Declara tertio secundum Iason. *in prælud. feudor. num.* 48. vt prima opinio habeat locum in verbis vniuersalibus prolatis à lege, statuto, vel constitutione, secus ab homine; quia si ab homine, omnes hære-
23 des comprehendit.† Declara, quia si prima inuestitura loquitur de hæredibus masculis, quæ importat descendentes masculos, licet in posteriori inuestitura dicatur de hęredibus quibuscunque, intelligitur secundum primam inuestituram de descendentibus masculis, non de extraneis. Deci. *d. cons.* 184 *num.* 4. *vers. secundo re-*
24 *spondeo.*† Declara, vt prima opinio procedat, quod non transit ad quoscunque hæredes, licet sit dictum, quando repugnaret mens concedentis; secus si feudum solueret aliquid pro censu; quia tunc clausula, *quibuscumque*, includit fœminas, & extraneos. Iason. in *l. Gallus.* §. *etiam, n.* 17. *& seq. vers. limita, nisi adjiceretur. ff. de li-*
25 *ber. & posthum.*† Extende secundam opinionem, videlicet contrariam, vt procedat, etiamsi sit dictum, *pro se, & quibus dederit*, quia omnes extraneos comprehendit. Alexand. *consil.* 228. *Ponderatis iis, num.* 6. *lib.* 6. vbi apostill. in *verb. dederit*, allegat Curt. Sociorem *consil.* 63. *colum. penult.* Socin. *cons.* 252. *lib.* 2. & multos alios. Crauet. qui
26 alios allegat, *cons.* 84. *Magister Anselmus, num.* 11.† Extende, vt idem sit, quando est dictum, *pro se & hæredibus masculis, & fœminis, & habentibus causam ab eis*; quia talia verba importãt, ac si esset dictum, *& quibus dederit.* Brun. *cons.* 39. *nu* 6. *inter consilia feudalia*, & idem di-
27 cit *d. cons.* 14. *in princip.*† Extende tribus modis, vt per Gabriel. in *dict. concl.* 4. *de verbor. significat.* vt nedum veniat fœmina, sed extra-
28 neus hæres, & filij fœminæ hæredes.† Extende secundam opinionem, vt procedat; etiam si non sit hęres vniuersalis, sed legatarius, qui licet improprie sit hęres; tamen ad illum transibit, quando adest dictio, *quibuscunque*, apostill. ad Roman. *cons.* 31. *vers. quacunque, vers. octauo praedicta*, & in specie hoc tenet Alexand. *consil.* 7.
29 *Attentis, num.* 6. *lib.* 7.† Declara; quia multum relenat consuetudo, seu obseruantia subsequuta per longum tempus. Franc. Beccius *cons.* 101. *num.* 48. *& sequent.* vbi citat plurimos, & dat infinita
30 exempla.† Extende contrarium; quia feudum etiam ligium concessum alicui pro se, & successoribus quibuscumque, importat, quod omnes etiam extranei succedãt indistincte. Aegid. Bellam.
31 *cons.* 48. *nu.* 50. Alex. *cons.* 195. *Perspectis, n.* 4 *vers. vnde dicit lib.* 6.† Extende; quia imo etiam si est concessum feudum nouum pro se, & hæredibus, admittuntur hæredes extranei. Ægid. *d. cons.* 48. *num.*
50. vbi quod si adijcitur verbum, *quibuscumque*. nõ habet difficul-
32 tatem.† Extende; quia paria sunt, quod sit dictum, *pro te, & hæredibus tuis omnibus*; vel sit dictum, *pro hæredibus tuis quibuscumque*; quia vtroque casu veniunt hæredes extranei. Alexand. plene *cons.* 195.
33 *Perspectis, num.* 4. *vers. vnde dicit, lib.* 6.† Amplia; quia in tantum est verum, quod succedant agnati descendentes à primo inuestito, vt etiam si vasallus alienasset feudum antiquum, propter quam alienationem ad dominum feudi debuisset reuerti; tamen ipsi agnati excludunt dominum. Alexand. *consil.* 30. *num.* 13. *vers. fortius tenuit, lib.* 1. Curtius *in tractat. feudor parte* 5. *conclusio.* 4. Albert. Brun.
34 *cons.* 306. *in princip.*† Declara, nisi ipsi agnati consensissent dictæ alienationi, vel præsentes non contradixissent, ita videtur velle
35 Alex. *d. cons.* 30. *n.* 13. *ver. pro hoc facit, lib.* 1.† Amplia, vt in tantum intelligatur de hæredibus masculis, vt etiam si dicat inuestitura, *pro masculis, & fœminis*, vt neque intelligatur ordine successiuo, quod si etiam adsint masculi, excluditur fœmina perpetuo. Roman. *cons.* 1. *in princip. num.* 2 *& 3. vers. item eo casu*, Calderin. *cons.* 307. alias 4. *de feudis*, per text. in c. 1. *Episcop. vel Abbatem*, §. *Quin etiam*, vbi glossa, *collat.* 10. Ruin. *cons.* 39. *nu.* 5. *lib.* 1. Vide, *Ordo successiuus quando attendatur inter vocatos. Conclus.* 129.† Declara tamen, vt non procedat, si inuestitura dicat, *pro masculis, & ipsis deficientibus, pro fœminis.* Roman. *dict. consil.* 1. *num.* 3. *versic. aut inuestitura.* Vide plenius, *Feudum quando transit ad fœminas, quo ordine transeat. Conclus.* 161. *numer.*
59. *& sequent.*† Amplia, vt licut feudum excludit fœminas, do- 37
nec extant masculi, si ita cantat inuestitura; ita etiam excludat filios masculos ex fœmina; Roman. *dict. consil.* 1. *num.* 4. *vers. ex quo infertur*, allegat *cap.* 1. *de grad. success feud.*† Extende; quia feudum de 38
sui natura non admittit fœminas secundum sus commune; tamen hoc non est de substantia feudi; quia per pactum potest contrarium disponi. Calderin. *cons.* 314 alias 11. *de feudis per tot.*† Amplia; 39
quia si in concessione feudi non est facta mentio masculorum, neque fœminarum; tamen fœminæ excludũntur. Angel. *cons.* 142. *Punctus talis est, dominus, in fine, in vers. a successione.*† Amplia, quia si 40
est dictum, *pro se, & hæredibus, & successoribus masculis & fœminis*, intelligitur de descendentibus tantum, non de extraneis & transuersalibus. Fulgos. *cons.* 218. *Petrus quondam, circa finem.*† Amplia; 41
quia clausula, *pro se, & hæredibus, quos volet*; non comprehendit incapaces; quia restringuntur ad personam habilem, & hæredem habilem; ideo non comprehendunt spurium, & alias prohibitum in feudo. Baldus *cons.* 207. *nu.* 1. *& sequent. circa finem, vers. sed in materia feudorum*, vbi pro vtraque parte disputat, & ita distinguit *nu.*
3. *vers. sed considera, lib.* 2. Decius *cons.* 179. *num.* 6.† Amplia; quia 42
feudum receptum pro se, & hæredibus dicitur hæreditarium, in tantum, vt filio in legitima computetur, & veniat in petitione, & diuisione hæreditatis. Alexan. *cons.* 19. *nu.* 21. *vsque in fin lib.* 3.† Am- 43
plia; quia etiam si fiat diuisio feudi, vel emphyteusis Ecclesiæ, & maiorum suorum, & promittant diuidentes pro se, & hæredibus, non propterea censentur recedere à iure accrescendi, quod inest; quia hæredum, & successorum appellatione de descendentibus solis censentur intellexisse in materia differenti. Alexand. *consil.*
107. *In causa, num.* 16. *vers. secundo respondeo. lib.* 4.† Amplia; quia 44
non solum fœminæ de iure communi excluduntur à feudo, sed etiam descendentes ex fœminis, licet sint masculi, & habiles ad seruitium feudale. Antonius de Butrio *consil.* 46. *in fine*, allegat *cap.* 1. *versicul. hoc quoque, qui feuda dare possunt, in lib feudorum.*† Ex- 45
tende; quia fœmina excluditur à feudo, si non est vocata, in tantum, quod neque mater vasalli, neque filia, quod plus est, admittitur, *cap.* 1. *de succession. feudi, capit.* 1. *de alienation. feud. paterni.* Abbas *consil.* 82. *quanquam, column.* 4. *num.* 7. *in fine, versicul his tamen non obstantibus, lib.* 1.† Amplia; quia feudum bene transit ad de- 46
scendentes primi inuestiti, sed non ad ascendentes. Abbas *dicto consil.* 82. *num.* 8. *versicul. item ex alio, lib.* 1.† Limitam feudo pro 47
quo nullum venit seruitium præstãdum; quia de sui natura transit ad fœminam. Alexand. *consil.* 30. *Quoniam omne datum, in princip. num.* 2. *vers. tertio quia, lib.* 1. quod declara, vt idem Alexan. ibidem, *colum. penultim. vers. ad tertium*, quando est ita conuentum in inuestitura. Brun. *cons.* 217. *col.* 45. *vers. item differunt.*† Vide, *Feudum quan-* 48
do transit ad fœminas, quo ordine transeat. Concl. 161 *cum ducibus conclusionibus ibi proxime sequent.*† Contrarium tenet Alexand. *consil* 29. 49
Quoniam abunde, in fi. lib. 1. vbi, quod text. qui allegatur ad hoc, non est authenticus. Vide, *Feudales leges aliqua non authenticæ. Conclus.*
168.† Limita, quia feudum concessum pro se, & hæredibus ius 50
descendentibus licet comprehendat filios masculos, tamen secus est, si sit dictum, *siue Francorum*; quia tunc ad solum primogenitum pertinet. Alexand. *cons.* 30. *Visis dubitationibus, lib.* 6. *in princip.*
† Limita, quando feudum esset pecunia emptum; quia ad fœmi- 51
nas transit. Curtius Iunior *cons.* 222. *Placent mihi, num.* 18. *lib* 3.† Li- 52
mitain feudo, quod potest alienari sine consensu domini; quia transit ad quoscumque extraneos. Clarus in § *feudum, quæst.* 41. *in fine. versicul. tu vero dic. & quæstio.* 83. *in princip.*† Limita, quando feu- 53
dum est concessum pro se, & quibus dederit; quia transit ad quoscumque. Curtius Iunior *consil.* 4. *numer.* 4. Paris. *consil.* 71. *numer.* 54.
* *lib.* 3. Roland. à Valle *cons.* 79. *num.* 20 *lib.* 2. vbi, quod ita per * o-
mnes tenetur. Vide plene in informatione, quam feci pro Illustriss. Domino Cardinali ab Altaemps, vbi late de importantia huius clausulæ, & quod æquiparetur clausula, *quibus dederit*, clausulæ, *hæredibus, & successoribus quibuscumque. Decisio Pedemont* 26. *nu.*
18. *vers. neque subsistit.* Vide Curt. Iunior. *consil.* 4. *num.* 3. Alexand. *consil* 228. *Ponderatis iis. numer.* 6. *lib.* 6. vbi apostilla in verbo, *dederis*, allegat Curtium Seniorem *consil.* 63. *colum penultim.* Socinum *consil.* 252. *lib.* 2. & multos alios. Crauett. qui alios allegat *consil.*
84. *Magister Anselmus, numer* 11. Clarus in § *feudum, quæstio.* 31. *num.*
8. *& quæstio.* 41. *in fin. & quæstio.* 46. *in fine, & quæstio.* 83. *in princip. & in*
§ *emphyteusis, quæstio.* 13. *num.* 7. Vide, *Feudum non potest alienari per*
vasallum, & quando secus. Conclusio. 186. *numero* 81. *& sequent.*† Con- 54
trarium

trarium tenet Gabriel. *consil.* 84. *num.* 41. *& sequent. lib.* 2. vbi, quod dictio, *quibus dederit*, non æquipollet dictioni, *heredibus quibuscunque*, quia licet plus operetur, videlicet inter viuos; tamen non operatur tantum, quantum clausula, *quibuscumque hæredibus*, quæ etiam incapaces includit. † Declara, vt per Decium *consil.* 170. *In causa, num.* 2. *& sequent.* vbi, quod si ponitur absolute, & sola, importat hæredem extraneum, & successorem vniuersalem, etiam ex testamento, & etiam ex contractu; si vero ponitur post illa verba, *heredibus, & successoribus, & quibus dederit*, importat solum inter viuos. † Declarat Alexand. *consil.* 10. *Ponderatis num.* 8. *versicul. item respondeo, lib.* 3. quod feudum receptum pro se, & hæredibus, & quibus dederit, non transit ad agnatos, nisi sint hæredes; * vbi dicit magis * communem. Alexand. *consil.* 7. *Attentis, num.* 6. *versicul. adhuc haberet locum, lib.* 7. vbi dat exemplum de dictione, *alia*, quæ importat similitudinem: secus, si addatur dictio, *quæuis alia*; quia tunc comprehendit maiora expressis. † Limita, quando est concessum pro se & filiis, & hæredibus, & successoribus quibuscunque; quia transit ad omnes hæredes extraneos. Vide *supra num.* 13. *& multis sequent.* vbi plenius. † Limita, quando titulo donationis liberæ est facta concessio. Vide. *Feudi concessum est donatio. Conclusio.* 105. Vide, *Feudum qualiter esse probetur, & quibus differat à donatione. Conclusio.* 171. *num.* 3. *& sequent.* † Limita, quia feudum, pro quo soluitur pecunia, transit ad extraneos, licet non sit dictum in inuestitura. Bologn. in *addit. ad consilium Ioan de Anan.* 84. *num.* 5. *versic. item in proposito*, allegat Baldum in *cap. Decedentes, qui feud. dare possunt.* † Et quando pecunia est acquisita feudum, quod transeat ad extraneos, tanquam concessum allodium. Baldus in *l. qui se patris, num.* 14. *C. vnde liberi.* Iason in *prælim. feudor. num.* 10. *& sequent.* Bero. *consil.* 152. *num.* 29. *lib.* 2. Brunus *consil.* 14 *colum. fin. versicul. cæterum.* Roman. *consil.* 463. vbi apostilla. Ioan. Lup. in *repetit. rubr. de donatio. inter virum & vxorem.* §. 7. *num.* 3. *versic. & dixit.* † Et in dubio feudum concessum pecunia censetur vt allodium, licet non sit dictum. Currius Iunior *tractat. feudal. part.* 1. *cap.* 7. *quæstio.* 6. *num.* 32. *versicul retenta tamen.* Decius *consil.* 193. *num.* 5. *vers. non obstant allegata.* Bero. *dict. consil.* 152. *num.* 17. *lib.* 2. Purpurat. *consil.* 402. *num.* 59. *versic. tertio etiam, & consil.* 367. *num.* 47. *versicul. secundo etiam.* Socin. Iunior *consil.* 102. *num.* 10. 23. *& 33. lib.* 2. † Restringe, nisi esset dictum, quod concessio sit in feudum: Clarus in §. *feudum. quæstio.* 16. † Limita; quia licet fœmina sit incapax feudi, & iurisdictionis; tamen non procedit hoc, quando esset feudum, vel iurisdictio in hæreditate mulieri delata. *Pedemont. decisio.* 26. *num.* 9. *versicul. nec in contrarium vrget decretum.* † Fulgos. *consil.* 222. tenet, quod fœmina filia non mittatur in possessionem feudi; quia est incapax. † Limita, quando feudum est concessum in remunerationem meritorum, & vocantur fœminæ; quia tunc est capax. *Pedemont. decisio.* 23. *num.* 30. *versicul. quarto quæ.* † Limita, quando feudum reuertitur ad dominum, & concurrunt agnati, & filia vltimi feudatarii, vt fiat renouatio; quia si est feudum nouum, licet fœmina sit incapax, debet ipsa præferri agnatis, vt maritus inuestiatur, qui poterit præstare seruitiũ. Fulgos. *consil.* 4. *Ad id, de quo per totum*, maxime *circa finem.* † Et hoc procedit, quando feudum est nouum, & dominus vult inuestire fœminam; puta plures fratres sunt inuestiti de nouo, vnus moritur cuius filia, potest dominus inuestire filiam; quia ad eam, & non ad fratres defuncti, ectat feudum nouum. Fulgos. *consil.* 224. *circa finem.* † Limita, quando feudum venditur tanquam liberum; quia præsumitur tale. Socinus Iunior *d. consil.* 102. *num.* 30. *versicul. quinto, quod non haberet, lib.* 2. Socin. sen. *consil.* 187. *num.* 16. *lib.* 2. † Et procedit maxime, quando sumus in antiquissimis; quia præsumitur allertio cuiuslibet vera, vt de constituente se nomine emptoris possidere; quia præsumitur possessio apud eum. Socin. sen. *d. consil.* 87. *num.* 12. *& 13. lib.* 2. *& consil.* 106. *num.* 2. *versicul. concurrit etiam, lib.* 4. Decius *consil.* 302. *num.* 91. Natta *consil.* 235. *num.* 11. Marsil. *sing.* 321. † Extende idem, quando in venditione dicitur, quod pleno iure spectat ad vendentem. Tiraquell. in *l. si vnquam. ad finem, num.* 10. *C. de revocan. donat.* † Extende, vt idem sit, quando venditio est facta iure proprio; quia est idem, quod iure directi dominii. Baldus *in titulo de feudo non haben. prop natur feudi, capit.* 1. *num.* 2. *& 3. & num.* 13. *C. si non competen. iud.* Socin. sen. *consil.* 9. *num.* 30. *versic. quarto modo, lib.* 1. Socin. Iunior *d. consil.* 102 *numer.* 31. *lib.* 2. Bologn. *consil.* 2. *num.* 12. *& 13.* qui bene declarat. Grat. *d. consil.* 9. *num.* 49. lib. 1. † Limitam feudo bonorum constituto per aliquem, prout contingit, quod bona sua fecit feudalia, seu emphyteutica; quia succedit fœmina. Brun. *consil.* 117. *colum.* 45. *versicul. item succedit fœmina.* † Extende in feudo, pro quo non iuratur fidelitas. Brun. *dict. consil.* 117. *colum.* 45. *versic. item differunt.* † Limita; quia fœmina habens feudatarium bene succedit in melioramentis factis in feudo, Brunus *consil.* 117. *colum.* 46. *versic. item succedit in iure petendi melioramenta.* † Extende in furnis, in columbario, in emolumentis macelli, in mobilibus, & in omnibus acquisitis per feudatarium. Brunus *d. cons.* 117. *col.* 46. *vsque in fin.* † Limita in feudo concesso à principio constituto in sacris pro se, & hæredibus; quia non intelligitur de descendentibus, sed de transuersalibus. Clar. in §. *feudum, quæst.* 79. *in fin.* vbi dicit * communem.

Feudum regulariter non transit ad fœminas. Concluſ. 160.

REGVLA † est, quod fœmina non succedit in feudo, *cap.* 1. §. *hoc autem notandum est, qui feud. dare poss.* Angel. Aretin. *cons.* 41. *In hoc themate. num* 6. *& 7. versic. præmittendum*, & est communis regula, & * communis opinio. Clar. in §. *feudum, quæst.* 73. *in princip.* † Imo regulariter fœmina reputatur inhabilis ad feuda. Alexan. *consil.* 10. *Viso instrumento, num.* 6. *versic. sed præmisso non obstantibus. lib.* 5. † Ratio est; quia fœmina non potest pugnare, neque dominum adiuuare, secundum * communem. Alexand. *dict. consil.* 10. *num.* 6. *lib.* 5. & alii, quos citat idem Clar. *d.* §. *feudum, quæst.* 73. *in pr.* licet dicat non sibi satisfacere. † Aliam rationem ponit Baldus *consil.* 353. *Præsupponendum est, circa fin. versic. porro de successione, lib.* 1. quia imperium fœminarum est insupportabile, gloss. vero in *d. cap.* 1. §. *hoc autem, in ver. successione feudi.* dicit, quod fuit pro ratione voluntas. † Amplia; quia nedum fœminæ, sed neque filij earum, licet sint masculi, non succedunt in feudo. Angel. Aretin. *dict. consil.* 41. *num.* 6. *& 7. versicul. secundo præmittendum.* † Limita, quando prima concessio feudi fuit facta fœminæ; quia dicitur fœmineum. Clarus in *d.* §. *feudum, quæst.* 75. *num.* 5. *versic. præterea.* † Limita, quando inuestitura est pro fœminis. Angel. Aretin. *dict. consil.* 41. *num.* 7. *versic. & prædicta procedunt.* † Item si dictum sit, vt ad fœminas transire possit. *capit.* 1. *de feudo, seu beneficio fœmin.* † Declara tamen; quia si feudum accipitur pro se, & hæredibus masculis, & fœminis; tunc fœmina succedit in feudum, filiis masculis non extantibus, *capit.* 1. § *filia vero, de success. feud.* & si masculi extarent, qui successerint semel, licet decesserint; tamen fœmina non amplius succedit, sed perpetuo remanet exclusa ipsa, & filii eius etiam masculi, & feudum reuertitur ad dominum, text. cum gloss. in *capit.* 1. §. *quia etiam, tit. Episcopum vel Abbatem*, & ita plene Angel. Aretin. *d. consil.* 41. *nu.* 7. *& sequent. vers. vel nisi dictum*, vbi *nu.* 10. dicit, quod omnes Doctores * ita tenent, Calder. *consil.* 307. alias 4. *de feud.* † Contrarium, quod imo deficientibus masculis fœmina succedat, * communem dicit Clarus in *d.* § *feudum, quæst.* 73. *num.* 3. *vers. item quæro*, allegat Patil. *cons.* 12. *num.* 33. *lib.* 1. & dicit habere modicam difficultatem. Vide Conclusionem proximam sequentem. Vide, *Hæredum appellatio an intelligatur de masculis, & fœminis. Conclusio.* 81. † Limita, quando pater habens bona libera, & illa vendit, & emit feuda; quia pro legitima fœminarum talia feuda transeunt ad filias fœminas. Vide, *Feudum requirens seruitium, & illud admittens per substitutum. Concluſ.* 153. *num.* 18. *& seq.*

Feudum quando transeat ad fœminas, & quo ordine transeat. Concluſ. 161.

FEVDVM † concessum, pro quo nullum seruitium venit præstandum, etiam si sit nobile, transit ad fœminas de sui natura. Alexand. *cons.* 30. *Quoniam omne datum, in princip. num.* 2. *versic. tertio quia, lib.* 1. Decius *cons.* 139. *Et diligenter pro tenui. in princ.* Roman. *consil.* 33. *Viso inuestitura, versic. secundo*, plenius *consil.* 367. *num.* 12. *versic. fallit*, vbi apostilla dat plurimos concordantes in *verb. fiat.* Clarus in § *feudum, quæstio.* 73. *num.* 7. *vers. vlterius quæro*, vbi citat plures, & dicit * communem. † Extende idem, si requirat certum seruitium, quod per fœminam non potest præstari, si fœmina redemit. Roman. *consil.* 367. *Circa primum, num.* 12. *vers. fallit quinto*, vbi si fœmina redemit à domino seruitium, vt præstare non teneatur, erit fœmineum, vbi apostil. in verbo, *redimeret.* † Contrarium, quod imo fœmina non succedat in feudo franco, pro quo nullum seruitium præstatur. Alexand. *consil.* 29. *Quoniam abunde, in fi. lib.* 1. vbi, quod illi text. super quibus contraria opinio fundatur, magis * communiter non habentur, & sunt apocryphi, & non authentici. † Declara, quia Conclusio est vera, & contrarium procedit, quando verba inuestituræ repugnant; quia inuestitura attendi debet, ita Clarus in *dict.* § *feudum. quæstio.* 73. *num.* 6. *circa med. versicul. quam tamen intelligo. & num.* 7. *in fin.* † Declara; vt procedat, quando nullum est præstitum iuramentum à feudatario; secus si in priuilegio illud sit præstitum; quia non transit ad fœminas, ita Alexand. *dict. cons.* 30. *num.* 18. *versic. ad tertium.* † Amplia, vt procedat, etiam si feu-

si feudum requirat tale seruitium, quod potest per fœminam explicari, sicut per masculum; quia tunc si vocatur, succedit cum masculo; & idem, quando per alium potest explicari. Cum. *consil.* 100. *num.* 3. *versicul. venio ad secundum.* Roman. *cons.* 367. *num.* 12. *versic. fallit*, vbi apostilla in *ver. certum seruitium*, quæ dat plures conc. Clarus *d.* §. *feudum, quæstio.* 73. *nu.* 8. *vers. item quid si feudum*, vbi dicit * communem, & licet habeat aliquas difficultates; tamen seruatur in practica. † Amplia, quando feudum non debet seruitium, quod præstari non possit per fœminam. Decian. *consil.* 58. *n.* 39. *lib.* 2. vbi dicit * communem. † Extende, quando seruitia possunt per substitutum præstari. Decian. *dict. consilio* 58. *num.* 40. *lib.* 2. † Amplia; quia feudum fœmineum; quia non habet annexum seruitium personale aliquod, sicut transit ad fœminas, transit etiam ad clericos, & Ecclesiasticas personas. Calder. *consil.* 305. alias 2. *de feudis.* Decius *consil.* 208. *num.* 4. *versicul. præterea etiam natura.* † Declara, quod vbicunque feudum transit ad fœminam, etiam si ex eo præstari debeat seruitium personale, censetur tacite dispensatum, quod possit seruire per substitutum. Bald. *cons.* 353. *circa fin. vers. vnde in feudo masculino, lib.* 1. † Amplia, quando pro feudo soluitur census; quia tunc transit ad fœminam. Corne. *cons.* 16. *num.* 9. *lib.* 1. *& sequent.* vbi, quod de feudo, pro quo soluitur taxa argenti, succedit fœmina. Socinus Sen. *consil.* 157. *per totum, lib.* 1. Cuman. *consil.* 164. *Prælatus certæ Ecclesiæ, in principio*, vbi dicit census præstatione operari, quod æquiparetur emphyteusi, in eo, quod transit ad fœminam, non in eo, quod cadat ipso iure non soluendo, & plene ibi *num.* 3. *versic. circa secundum*, & hanc * communem, & magis communem tenet Menoch. *consil.* 65. *num.* 12. vbi, quod nullus dissentit. Cardin. Zabarell. *consil.* 64. Vide *Feudum differt ab emphyteusi in multis. Conclusio.* 215. † Extende idem in feudo censuali iuramentum habente, si conceditur personæ vili, prout magistro artifici; quia transit ad fœminas. Menoch. *consilio* 65. *num.* 30. *versicul. non etiam.* † Extende; quia feudum, pro quo præstatur annua pensio, potius est emphyteusis, quam feudum, & in eo habet locum rescissio, quando pensio non respondet, vt est text. *in capit. ad nostram, de rebus Ecclesiæ non alienan. cum ibi notat.* Alexan. *cons.* 136. *num.* 3. *lib.* 1. *& consil.* 14. *num.* 8. *& 9. lib.* 2. † Contrarium, quod licet in aliquo alteretur natura feudi; tamen propter iuramentū; & quia feudum conceditur ob amorem, & seruitium, non fit emphyteusis propter pensionem. Alexand. *consil.* 79. *Circa primum, num.* 7. *lib.* 1. *& cons.* 9. *nu.* 8. *& 9 lib.* 5. † Declara; quia si pensio præponderat iuramento, & seruitio, vt quia sit magna; tunc fit emphyteusis; secus si modica; quia iuramentum, & seruitium præponderat. Albert. Brun. *consil.* 41. *in princip. inter consilia feudalia.* Vide plenius, *Feudum concessum pro annuo censu an proprie sit feudum, vel non Conclusio.* 154. † Restringe, vt procedat, quando census esset correspondens, & præponderans seruitio feudali, alias secus. Albert. Brun. *dict. consil.* 41. *in principio, & per totum*, maxime, si concessio cantat in feudum. † Amplia, vt fœmina succedat in feudo acquisito ex emptione; quia magis admittitur ex contractu, quam ex inuestitura. Deci. *consilio* 139. *in princip. versicul. similiter si feudum.* Brun. *d. cons.* 14 *In facto proponitur, num.* 2. *inter consilia feudalia.* Rom. *cons.* 367. *num.* 12. *vers. fallit quarto*, vbi apostilla in *verb. iure emptionis*, dat plures concord. † Extende; quia fœmina succedit in feudo empto, secundum * communem. Deci. *consilio* 390. *num.* 7. Paris. * *consilio* 4. *num.* 39. *lib.* 1. & alii, quos citat * communem attestando Clarus in *dict.* § *feudum, quæstio.* 73. *nu.* 6. *vers. sed quid in feudo.* † Contrarium, quod imo fœmina non succedat in feudo etiam empto, * communem dicit Brun. *consil. feudali* 18. *num.* 9. † Declarat Clar. d. § *feudum, quæstio.* 73 *n.* 6. *vers. sed quid in feudo*, vbi allegat pro vtraque, vt supra, & dicit, quod ampliatio, & extensio sunt veræ, & pro eis est magis * communis opinio, nisi ex tenore inuestituræ vocarentur masculi, non autem fœmina; quia attendenda est inuestitura, & fœmine nó succederent. † Declarat alio modo Clar. vbi supra, quod secundum aliquos, vt feudum emptum transeat ad fœminas, duo sunt necessaria; primū, quod sit emptum iusto precio; secundum, quod pro feudo nullum seruitium sit præstandum, & est communis * opinio, allegar Socinum Iun. *consilio* 65. *n.* 16. *& sequent. versicul. vel tertio, lib.* 1. sed Clar. reprobat quoad secundum requisitum; quia feudum nó habens seruitium transit ad fœminas, licet non sit emptum, vt supra. † Restringe, vt non procedat, quando in feudo empto debet præstari iuramentum, & seruitium, quia tunc non transit ad fœminam. Decius *dict. cons.* 139. *in fin. versicul. & per prædicta.* † Restringe, quando feudum esset pro parte emptum, pro parte non. Curtius Senior *cons.* 49. *circa principium.* † Amplia in feudo conditionato, in quo succedit fœmina, & dicitur conditionatum, quando pro eo nullum seruitium præstatur, vel potest præstari per se, vel per alium. Decius *d. consil.* 139. *in princip. versicul. secundo princip.* Zabarell. *consil.* 64. *num.* 2. *versic. & quicquid*, vbi idem, si seruitium est tale, quod per fœminam potest præstari. Vide, *Feudum aliud est simplex, aliud conditionatum. Conclusio.* 155. † Restringe; quia si iuramentum fidelitatis est præstandum, non dicitur conditionatum, nec transit ad fœminam. Decius *dict. consil.* 139. *num.* 3. *versicul. non obstant* & idem Brunus *consil.* 41. *inter consilia feudalia, num.* 4. *versic. non obstat*, vbi quod proprie est feudum, licet soluatur pensio, quando fuit facta concessio in feudum cum iuramento fidelitatis. Alexand. *consil.* 9. *nu.* 7. 8. *& 9. li.* 5. † Contrarium, quod imo, etiam si iuramentum præstetur, quando est conditionatum, vt quia censuale feudum, tūc. eat ad fœminam. Menoch. *consil.* 65. *num.* 16 *& sequent.* vbi reprobat Alexand. tenentem contrarium, & dicit * communem, & magis communem, maxime, quando feudum est Episcopi, & Ecclesiastici, qui non potest mouere arma, & *num.* 39. *& sequent.* tollit fundamenta. † Amplia; quia feudum transit ad fœminas, si ex tat consuetudo, quæ valet etiam in feudis Regalibus, Ducatus, vel Marchiæ. Baldus *consil.* 275. *Quod pro regula, num.* 4. *versicul. sed quæritur, vtruen, lib.* 2. Alexand. *consil.* 29. *Quoniam abunde, num.* 2. *lib.* 1. Zabarell. *dict. consilio* 64. *colum. fin.* Ægid. Bellam. *consil.* 48. *num.* 1. *versicul. ad primum.* † Amplia; quia feudum transit ad fœminas de consuetudine; ideo si consuetudo generalis hoc admittit, standum est consuetudini, & intellige, dummodo sit præscripta cēte, & patiente domino feudi. Baldus *consil.* 397. *Casus talis asseritur, lib.* 5. vbi declarat procedere, dummodo probetur etiam in feudis supremi Principis. Menoch. *consil.* 65. *num.* 34. Clarus *dict.* § *feudum, quæstio.* 73 *in fin. versic. sed quid si adsit consuetudo.* vbi dicit * communem. † Amplia, nisi de consuetudine loci, vel Regni, vel Prouinciæ fœminæ admittantur, apostill. ad Roman. *cons.* 367. *in verb. non succedere. ver. ex consuetudine etiam*, vbi commemorat de consuetudine Regni Apuliæ, de feudis Patauinis, & Galliæ; quia de consuetudine transeunt ad fœminas. Vide, *Francia statuta. Conclusio.* 447. † Amplia; quia hodie de generali consuetudine feuda paterna, & antiqua sunt redacta ad modum, & naturam patrimoniorum. Ægid. Bellam. *consil.* 48. *num.* 48. *versicul. nam hodie, & in versicul. aliud vero.* vbi, quod in istis succedunt, mulier, presbyter, & alii. † Declara; quia licet feudum non transeat regulariter, & de consuetudine ad fœminas; tamen tales consuetudines excludentes fœminas sunt exorbitantes; & ideo sunt intelligendæ in casu proprio, & vero, nō in improprio, & simpliciter, non secundum quid, apostillans ad *consil.* 2. *Dyni in ver. succedere. circa medium*, allegat Socinum *cons.* 257. *Visis instrumentis Romanorum, lib.* 2. † Amplia; quia succedunt fœminæ in feudo, si extat constitutio, vel statutum, prout in Sicilia, apostill. ad Roman. *consil.* 367. *in ver. non succedere, ver. in regno tamen*, & similis apostill. ad Rom. *consil.* 1. *in verb. perpetuo. in fin.* & idem, si extat statutum, * communem dicit * Clarus *dict.* § *feudum, quæstio.* 73. *in fin.* † Amplia, quando feudum est absolute hæreditarium, videlicet vt ditum cum pacto, quod feudatarius possit illud in quoscunque alienare; quia transit, prout alia bona hæreditatis. Baldus *consil.* 56. *per totum, lib.* 3. † Amplia in castro, & iurisdictione libere donatis ab Imperatore; quia non est feudum, ex quo sibi non reseruauit dominium; ideo tālit ad fœminas, prout alia bona allodialia, Alexand. *cons.* 24. *Ponderatis, numer.* 11. *& sequent. vers. quia respondeo, lib.* 5. † Amplia; quia si concessio est facta per viam donationis; tunc fœmina succedit in tali feudo, quando donans nihil sibi reseruauit. Angel. *cons.* 242. *in fine*, sequitur Decius *cons.* 390. *numer.* 6. *Quoniam ex facto, vers. & stante ista.* Alexand. *dict. cons.* 24. *numer.* 11. *& sequent. lib.* 5. † Extende, vt in dubio potius præsumatur donatio, quam feudum. Oldrad. *cons.* 159. † Extende; vt imo, quando verba concessionis dicunt, *damus, concedimus ex causa donationis*; tunc in tali donatione de feudo, vel Baronia veniunt fœminæ. Decius *cons.* 208. *numer.* 6. *vers. postremo.* † Restringe, vt procedat, quando est facta inuestitura per verbum, *donamus*, & nihil est dictum de feudo; alias si facta est mentio feudi, erit feudum. Decius *cons.* 185. *Et pro tenui. numer.* 5. *versicul. non obstant allegata.* † Amplia; quia fœmina est capax iuridictionis, & feudi per modum successionis in hæreditate; quia si in hæreditate, in qua mulier succedit, est castrum, mulier est capax. Alexand. *consil.* 1. *num.* 24. *& cons.* 24 *Ponderatis, num.* 12. *lib.* 5. † Amplia in feudo exiguo, pro quo non præstatur fidelitas aliqua; quia transit ad fœminam. Roman. *cons.* 367. *numer.* 12. *versicul. fallit tertio*, vbi apostil. in *verb. Exiguum*, dat plures concordantes. † Amplia, vt idem sit in feudo ligio; quia filia fœmina in eo succedit, & dicitur ligium, quando est præstita fidelitas à primo inuestito pro omnibus; quia tab eo solo fuit exactum iuramentum, & nullius alterius fuit fidelitas conseruata, neq; reseruata, dicitur ligium. Alexan. *cons.* 36. *Quoniam omne datum, in principio nu-*

Cap. minor. 3. verficul. quarto pro hoc, lib. 1. & ita de consuetudine admitti fœminam in feudo ligio. Specul & Ioan. Andreas *in titulo de feud. §. quemam. verficul 31.* quos refert Decius *cons. 139. in princip. verficul. similiter, & cons. 208. Et ad clariorem, num 5. vers. in tali feudo*, vbi, quod fœmina de consuetudine succedit in tali feudo. † Amplia; quia feudum antiquum concessum pro masculis, & fœminis non potest restringi ad solos masculos, quin ipsis deficientibus fœminæ succedant; quia inuestituræ receptæ post antiquas magis stricte non præiudicant fœminis vocatis in prima inuestitura, ex quo non potuerunt agere. Baldus *cons. 215. Proponitur, quod. lib. 2. in prin. cip. & cons. 137. Dominus Iordanus, in fi.* in subscriptione incip. *de quæstione. lib. 2.* Alexand. *consil. 9. Ponderatis ijs in princip. lib. 5.* Decius *dict. consil. 208 in princip.* & * communem dicit Paril. *cons. 12. numer. 33.* * *lib. 1.* quem sequitur attestando de communi * Clarus in §. *feudum, quæst. 73. num 3. vers. item quæro.* † Amplia; quia si duo fratres simul inuestiti pro se, & masculis, & fœminis, & nullis masculis, vel fœminis existentibus succedant superstites, vel eius descendentes, si ex vno fratre extant solæ filiæ, vel descendentes fœminæ in suapontione, censetur magis fœminas suas dilexisse, quam masculos ex transuersali; ideo fœminæ debent succedere. Castrens. *consil. 176. Videtur dicendum, in princip. lib. 1.* allegat tex. in *cap. 1. de duobus fratribus à Cap. inuest.* & repetit *consil. 159. Punctus, in princ. lib. 2.* † Declara, vt procedat in feudo nouo; secus in antiquo. Castrens. *dict. consil. 176. numer. 3. vers. similiter non obstat, lib. 1. & cons. 159. in princip. lib. 2.* † Amplia; quia si feudum est occupatum per tyrannum, & dudatarius recuperat, videtur tanquam ab eo recuperatum posteriam per fœminas retineri. Castrens. *dict. consil. 176. colum. 2. versficul. quarto quia, lib. 1.* † Declara; quia imo feudum remanet, vt eius pius, neque alteratur natura feudi. Castrens. *dict. cons. 176. in fi. & vers. item non obstat vltimum, lib. 1.* † Amplia; quia tenor inuestiturarum derogat naturæ feudorum, vt fœmina vocetur, si ita loquitur inuestitura. Castren. *d. cons. 176. Videtur dicendum, in princ. lib. 1.* Amplia † ad effectum possessorij; quia filia hæres patris debet mitti in possessionem feudi, tam contra agnatos, vt per Gozadin. *cons. 10. num. 30.* quam contra dominum prætendentem feudum ad se reuersum, vt vbi in fine consilij, per text. in *cap. 1. § si defuncto milite, si feudo fuerit controuersia inter domi. & agnat.* † Amplia, quod feudum tribus modis ad fœminas transit. Primus modus est, quando feudum est fœmineum, *capit. 1. de natur. feud.* Roman. *cons. 1. in princ. vers. fallit.* Calder. *cons. 306. alias 3. de feudis, in fi. vers. & idem, quando.* Roman. *cons. 33. Viso inuestitura tenore*, plenius *consil. 367. numer. 12. vers. fallit.* vbi apostilla in *vers. fœmineum*, dat plures concor. * intelligit, dummodo non extent masculi, vbi dicit * communem. † Et dicitur fœmineum, quando deuenit ad fœminam, quæ successit. Zabarell. *consil. 127. numer. 2. versficul. præsupposito vero*, & hoc appellat Abb. maternum. *cons. 3. column. 2. in fine, versficul. vero ad secundum, & column. 3. in princip. lib. 2.* † Dicas, quod dicitur fœmineum, & seu maternum, & transit ad fœminas, quando à principio fuit concessum fœminæ, *capit. 1. de natur. successio. feudi*, ita Clarus *dict. §. feudum. quæstio. 73. nu. 5. versficul. præterea*, vbi declarat, quod transit ad fœminas, si non extant masculi, alias secus, & dicit * communem, & citat plures. † Secundus modus est, si expresse fit actum, vt fœminæ succedant in feudo. Roman. *cons. 1. in princip. & cons. 33. in princip. vers. tertio, nisi hoc.* Calder. *dict. consil. 306. vers. quantum ad secundum*, alias 3. *de feudis. & consil. 314. in princip.* alias 11. *de feudis.* Baldus *consil. 353. Præsupponendum est, num. 3. versficul. & quia feudum, lib. 1.* Alexand. *dict. cons. 9. in princip. lib. 5.* Decius *consil. 208. in princip.* Zabarell. *consil. 64. numer. 2. vers. fallit*, plenius Romanus, *cons. 367. numer. 12. vers. fallit sexto*, vbi apostilla in *verb. conuenit*, vbi plurimos allegat, & dicit * omnes concordare in hoc, & Bellam. *consil. 48. in princip.* † Tertius modus est; quando dominus feudi nouiter inuestiret fœminam; quia tunc ad fœminas transit, *capit. 1. quem admod. feud. ad fœmin. pertin.* Roman. *cons. 1. in princip.* Calderin. *dict. cons. 306. in fi. vers. idem ipsoft mortem*, alias 3. *de feudis.* Baldus *cons. 351. In bonis feudalibus, num. 9. versficul. & hoc in primis, lib. 1.* Cardin. Zabarell. *consil. 64. num. 2. vers. fallit.* Roman. *consil. 367. num. 12. vers. fallit vltimo*, vbi apost. in *verb. inuestierit*, quæ allegat plures, & dicit * communem. † Declara; quia mulier potest obtinere feudum franchum, & liberum, etiam si requiratur seruitium, si est dictum, secundum * communem opinionem. Menoch. *consil. 65. numer. 32.* † Amplia septem modis, quibus feudum transit ad fœminam, de quibus relatiue Corne. *cons. 16. numer. 9. lib. 1.* † Limita; quia in feudo antiquo non releuat noua inuestitura, per quam vocantur fœminæ deficientibus masculis; quia si ex vna linea primi inuestiti non sunt masculi, sed fœminæ tantum, succedent masculi, qui extant ex alia descendentia ex primo inuestito; quia inuestitura noua non potest præiudicare, Castrens. *consil. 176. Videtur dicendum, lib. 1. per totum.* † Limita; quia feudum, etiam si transeat regulariter ad fœminas inuestiti; non tamen transit ad matrem feudatarii. Baldus *cons. 95. Quæstio est, circa princip. lib. 4.* † Limita; quia in tantum fœminæ excludntur à feudo, si non sunt inclusæ, vt licet fuerit conuentum inter masculum & fœminam de diuidenda æqualiter hæreditate, non includantur feuda; quia non sunt hæreditatis. Dynus *cons. 2. Visis, & diligenter, in princ. & per totum.* † Extende in tantum fœminas excludi à feudo antiquo in præiudicium agnatorum, vt nec valeat inuestitura facta per dominum, etiam de consensu feudum tenentis in fauorem fœminarum, quando extant agnati. Bald. *cons. 250. Ad euidentiam præmittendum, per totum lib. 2.* vbi hoc limitat in feudo nouo, vel fœmineo. Zabarell. *consil. 92. in princip.* Decius *consil. 184. numer. 3.* Vide, *Feudum antiquum ad agnatos spectat, & qualiter. Concluſio. 180.* † Limita; quia feudum concessum alicui maiori pro se, & descendentibus masculis, & fœminis, intelligatur, vt si tempore primæ successionis masculi adfuerint, fœminæ sint perpetuo excluſæ. Roman. *cons. 1. num. 2. in princip. versic. item eo casu, & numer. 3.* vbi, quod etiam non admittentur, licet postea omnes masculi decederent, & ibi apostilla in *verb. perpetuo*, quæ allegat pro vtraque parte, dicit hanc esse * communem. Paris. *cons. 22. num. 15. lib. 1.* Calderin. *cons. 307.* alias 4 *de feudis*, allegat text. in *tit. Episcopum, vel Abbat. §. quin etiam, collatio. 10.* idem tenet apostilla ad *consil. 2. Dyni, in verb. succedere*, quæ allegat Socinum *cons. 19. lib. 1.* & est * communis opinio. *Pedemont. decisio. 23. numer. 17.* & ita etiam tenet Cuman. *cons. 100. numer. 3. vers. ad secundum*, vbi restringit, nisi feudum esset sine seruitio, vel cum tali, quod posset per fœminam explicari, & idem dicit Fulgos. *cons. 8. Dominus Petrus Longus*, vbi latissime hoc tuetur in feudo conditionato, videlicet pro quo soluitur census, vt fœmina cessantibus masculis subintret, & quod excluſa fœmina semel semper sit excluſa. Fulgos. *consil. 122. colum. 2. versficul. ad hoc quoque adducitur.* Alexand. *consil. 29. Quoniam abunde, num. 5. lib. 1.* vbi apostilla in *verb masculis*, & hæc fuit opinio glossæ à contrario sensu in §. *quin etiam, tit. Episcopum, vel Abbatem*, vbi Bald. prout Castrens. *consil. 191. num. 2. lib. 2.* vbi dicit, quod est communis * consulentium, & est text. de hoc expressus in *cap. 1. §. quin etiam Episcopum, vel Abbatem*, & est * communis opinio, vt per plures, quos citat Clarus in §. *feudum, quæst. 80. numer. 2. versficul. sed quæro.* † Et quod limitatio sit vera, quod si semel extitit masculus, fœmina sit perpetuo excluſa, etiam si masculus moriatur sine filiis, plene Castrens. *consil. 159. Punctus istius quæstionis, num. 3. versficul. præterea posito, lib. 2.* † Contrarium tenet Fulgos. *consil. 8.* vbi plura allegat, per quæ subuertit limitationem, quam videas, & hanc partem benigniorem, tam exiure scripto, quam ex conuenientia naturalis iustitiæ, dicit Fulgos. *cons. 12. num. 2.* cui Cuman. subscripsit. Socin. Iunior *cons. 76. Cum duebus. num. 111. & sequent. lib. 1.* Ferret. *consil. 108. Vertitur difficultas.* Roman. *cons. 22 post principium*, & hanc * communem, quod imo deficientibus masculis fœminæ admittantur. Clarus in *d. §. feudum, quæstio. 73. num. 3. vers. item quæro.* vbi allegat Paril. attestantem de * communi, *consil. 12. num. 33. lib. 1. & numer. 17.* & iterum Clarus *dict. quæstion. 73. numer. 4.* vbi de * communi, & citat plures, quod fœminæ veniunt ordine successiuo, si non extant masculi.

† Et pro contrario, quod fœmina semel excluſa non sit semper excluſa, sed imo mortuis omnibus masculis admittatur ad feudum, plura allegat Castrens. *d. cons. 191. in princip lib. 2.* vbi late, quia vt dicit, licet filia sit excluſa à feudo patris; quia extat frater patris; illo tamen mortuo sine filiis filia iterum admittitur ad feudum, à quo excluſa fuerat per patruum, & idem tenet *consil. 390. Visa supradicta, in princip. lib. 2.* vbi tenet, quod extantibus masculis fœminæ non admittuntur, sed iterum deficientibus masculis ad fœminas aperitur via, vt semel excluſæ perpetuo sint excluſæ, sed succedant filiæ vltimi masculi. Vide alios circa prædicta pro vtraque, *Feudum pro masculis & fœminis. Concl. 163.* † Declara, vt per Socinum *cons. 19. vers. & posito in casu fortiori, & consil. 92. vers. circa quintam dubitationem, cum vers. sequent. lib. 1.* † Declara; quia limitatio est vera, quod stantibus masculis à principio, fœminæ non succedunt, & fœmina semel excluſa semper est excluſa, nisi in inuestitura renouata per duos fratres de feudo antiquo pro se, & descendentibus masculis, & fœminis; nam si duo filii masculi accipiant de concordia nouam inuestituram pro se, & filiis eorum masculis, & fœminis, & cuiuslibet eorum, vel alterius eorum; tunc, ne verba sint fruſtratoria, operantur, quod fœminæ semel excluſæ deficientibus omnib. masculis, iterum admittuntur, ex illis verbis additis, *& alterius eorum*, quæ licet non possint alterare inueſtituram antiquam in præiudicium vocatorum; secus

est in præiudicium Ecclesiæ concedentis, & præiudicare suæ deuolutioni. Castrens. plene *d.cons.*191.*nu.*3.*vers.nam præsupposito, per*
66 *tot.lib.*2. † Declarat pulchre Castrens. *consil.*290.*in princip.lib.*2. vt si extant filii masculi, & filiæ fœminæ, masculi soli admittantur excluſis fœminis, quæ extant perpetuo, sed quoad alias fœminas, quæ natæ sunt ex masculis, postea deficientibus masculis bene feudum transit ad fœminas, quæ nunquam fuerunt excluſæ, ne-
67 que natæ ex excluſis. † Et ideo, si dominus feudi inueſtiret iſtas fœminas semel, & perpetuo excluſas, tanquam de feudo deuoluto ad dominum, non valeret in præiudicium fœminarum ex masculis natarum post dictam excluſionẽ; quia eis debetur feu-
68 dum. Castrens. *dict.cons.*290.*in princip.verſic.mortuo vero, lib.*2. † Imo neque valeret inueſtitura facta in iſtas mulieres non excluſas, quando fieret tanquam de feudo ad dominum deuoluto; quia illis debetur ex antiqua inueſtitura. Castr. *d.consil.*290.*in princip.*
69 *verſic. & ex hoc, lib.*2. † Declara plene, vt per Clar. *d.* §. *feudum, quæſt.* 80.*num.*2.*verſ.ſed quæro*, vbi dicit, quod limitatio poteſt eſſe vera, quando controuerſia eſſet inter agnatum maſculum & fœminã proximiorem; quia ſemel fuit excluſa exiſtentibus maſculis, non poteſt reuerti ad fœminam, ſemel excluſam; ſecus, ſi nulli extarẽt maſculi vocati, & dominus prætenderet feudum ad ſe ſpectare; quia iſto caſu fœmina admitti debet, vbi Clar. tollit omnia con-
70 traria, vide eum. † Declara; quia ſi maſculus decederet poſt obitum patris illico, vel paruo tempore poſt, bene ex æquitate fœmina ſubintraret in feudo, ita apoſt. ad Rom. *conſil.*1.*in verb. perpe-*
* *tuo*, vbi plures allegat, & dicit hanc * communem opinionem, prout etiam communem dicit Clarus in *d.* §. *feudum.quæſt.*80.*in ſi.*
71 † Declara, quia ſi in inueſtitura ſunt verba duplicata, quod inueſtiuit pro ſe, & hæredibus filiis maſculis, & fœminis, & alterius eorum; nam iſto caſu, ne verba ſint ſuperflua, admittitur fœmina ſemel excluſa ex illis verbis, *& alterius eorum*; quia eſt noua inueſti-
72 tura. Caſtren. *d.conſil.*191.*num.*3.*verſ.nam præſuppoſito, lib.*2. † Declara; quia ſi inueſtitura ſit pro ſe, ſuisque hæredibus maſculis, & iis deficientibus pro fœminis; quia nunquam transit ad fœminas, donec ſuperſunt maſculi. Roman. *d.conſil.*1.*n.*3.*verſ.aut inueſtitura*, vbi, quod eo caſu bene deficientibus maſculis tranſit ad fœminas, vbi apoſt. in *verb. admittuntur*, & idem Rom. *conſil.*33. vbi apoſtill. in *verb. deficientibus*. Bald. *conſil.*353.*in fin. verſic. porro, de ſucceſſ. fœminæ, lib.*1. vbi, quod non eſt æquum facere inueſtituras alio modo; quia imperium fœminarum eſt inſupportabile, & quod feudum non tranſeat ad fœminas vocatas, donec maſculi ſuperſint, late Deci. *conſil.*139.*num.*2.*verſic.ſed tamen, & num.*3. qui alios alle-
73 gat. *Pedemont. deciſ.*23.*num.*35.*& ſequent.* Roman. *d.conſ.*33. † Declara; quia magna eſt controuerſia, an in feudo conceſſo pro maſculis, & fœminis excludantur fœminæ perpetuo, ſi extant filii maſculi, an ad tempus, donec maſculi extabunt, vt pro vtraque opinione conſuluerunt Fulg. & Cuman. videlicet inter conſilia Ful-
74 goſii *conſ.*12. vbi, quod hæc de cauſa debet eo concordari. † Declara; quia quando in inueſtitura feudi vocantur maſculi, & fœminæ ſimul; tunc bene ſimul admittuntur fœminæ cum maſculis. Bald.
75 *conſi.*215.*num.*4.*verſ.aduerte hic, lib.*2. † Declarat Clar. in *d.* §. *feudum. qu.* 73.*n.*4.*verſ.& in hoc propoſito.* quia ſi conceſſio feudi eſt pro maſculis, cum fœminis venũt ſimul ad ſucceſſionẽ; ſi vero pro maſculis & fœminis, fœminæ veniunt ordine ſucceſſiuo, videlicet
* quando nulli maſculi extabunt, & dicit * communem opinio-
76 nem. † Extende limitationem, etiamſi adeſſet Conſtitutio, prout in regno, quod in feudo ſuccedat maſculus, & fœmina; quia intelligitur ſecundum ius commune. Alexand. *conſil.*29.*num.*5.*lib.*
77 1. † Extende primam declarationem, vt multo magis procedat, quod fœminæ ſuccedãt ſolum deficientibus maſculis omnibus, quando in inueſtitura fuit hoc expreſſe dictum, videlicet, quod ſuccedant fœminæ deficientibus maſculis. Bald. *conſ.*137. *D. Iorda-*
78 *nus. per tot. lib.*2. & ita loquitur Roman. *d.conſ.*1. *& conſil.*33. † Idem, quando eſſet dictum, quod fœminæ non ſuccedant, donec ſu-
79 perſit maſculus. Alexand. *conſil.*29.*in fin. lib.*1. † Imo in tantum eſt verum, quod fœminæ non ſuccedant, donec ſuperſunt maſculi, vt etiam ſi adſit maſculus remotior ex fœmina deſcẽdente à primo inueſtito, ipſe præferatur filiabus fœminis vltimo morientis maſculi inueſtiti, quia ex quo nũquam feudum eſt effectum fœmineum, magis tranſit ad maſculum ex fœmina remotiorem, quã ad fœminas ex maſculo proximiores. Bald. *d.conſ.*137.*per tot.* quod eſt Philippi de Caſulis de Regio, & aliorum 16. Doctorum, *lib.*2. & hanc partem tuetur Fulg. *d.conſil.*12. *Id de quo.per tot.* quod etiam eſt ſubſcriptum à Cumano, vt procedat, quando maſculus poſſi-
80 det. Ancharan *conſil.*174.*in princip.* † Et procedunt etiam in feudo Eccleſiæ conceſſo pro maſculis, & ipſis deficientibus pro fœminis; quia maſculi ex fœminis præferri debent fœminis. Anchara. *d.conſ.*174. *Dominus Lazarius, in princip.* † Extende, etiam ſi feudum 81
eſſet effectum fœmineum; quia nulli maſculi adeſſent, neque ex maſculis, neq; ex fœminis; quia ſi ex duabus ſororibus, quæ ſucceſſerunt in defectum maſculorum, vna dimittat filium maſculum, alia fœminas, feudum reuertitur totum ad maſculum, quãdo eſt conceſſum pro maſculis, & ipſis deficientibus pro ſuis mi-
nis. Bald. *d.conſ.*137.*circa med.verſ.& quod iſta opinio ſit vera, lib.*2. & idem tenet Anchar. *d.conſ.*174.*in princ.* † Contrarium eſt, quando 82
feudum eſſet fœmineum, & primogenituræ de conſuetudine; quia ſecunda filia præfertur nepoti maſculo ex filia primogenita defuncta. Bald. *conſil.*275.*num.*6.*verſ.ſed videamus, lib.*2. † Declara, 83
vt fœmina ſimul admittatur cum maſculis, quando feudum eſt conditionatum, videlicet, quod ſeruitium nullum eſt præſtandum, vel præſtari poteſt perſe, vel alium; quia tunc non ſuccedit fœmina ordine ſucceſſiuo. Dec. *conſ.*139.*in princip.verſic.2.principaliter*, vbi *n.*3.*verſic.non obſtat*, dicit hoc non procedere, quando debet præſtari iuramentum; quia nõ poteſt eſſe conditionatum.
† Extende, vt procedat, quod fœmina ſuccedat ordine ſucceſſi- 84
uo in feudo, & non ſimul cum maſculis, etiam ſi adſit ſtatutum, quod ad ſucceſſionem conſanguineorum ita ſuccedãt fœminæ, ſicut maſculi; quia non ſe extendit ad bona feudalia, ſi ſpecifice non loquitur de feudalibus. Deci. *d.conſil.*139.*in fine, verſic.vltimo non obſtat.* † Extende, vt procedat, etiam ſi in inueſtitura vocantur 85
deſcendentes vtriusque ſexus; quia debent intelligi fœminæ ordine ſucceſſiuo ex natura rei, non ex natura verborum. Alexand. plene *conſ.*9. *Ponderatis ijs in princip.num.*5.*lib.*5. Fulgo. *conſil.*85.*num.* 2.*verſic.vt eſt exemplum.* † Contrarium tenet Dec. *conſil.*208.*num.*4. 86
vbi late, quod imo fœminæ vocantur ſimul cum maſculis, quando eſt dictum, quod tranſeat ad deſcendentes vtriusque ſexus, vel ad maſculos ſimul cum fœminis, vel ad maſculos cum fœminis. † Declara; quia iſta eſt natura feudi tranſitorii ad maſculos & 87
fœminas; quia ſi extat maſculus etiam ex fœmina, ille ſolus admittitur, excluſa fœmina, vt eſt text. in *ca.*1. *Epiſcopum, vel Abbatem.* §. *quin etiam*, & ita declarat Fulgoſ. *conſil.*85. *Ex facto proponitur, colu.* 2.*circa ſi.verſic.vt eſt exemplum in feudis.* Alexand. *conſil.*29.*num.*5.*verſic.fortificantur, lib.*1. vbi apoſtilla in *verb. maſculis.* † Imo ſi feudum 88
tranſiuit ad fœminas; quia nulli maſculi extarent, ſi vna ex duabus ſororibus reliquit filium maſculum, alia fœminam, feudum totum tranſit ad maſculum, & pro parte ſororis, quæ dimiſit filiam, vt eſt text. in *c.*1. §. *ſimiliter, de Capitan. qui Curiam vendidit.* Fulg. *dict. conſ.*85. vbi ſupra. † Idem, ſi feudatarius reliquit duos fi- 89
lios, & vnus ex filiis reliquit filium maſculum, alter fœminam, filius maſculus habebit totum feudum, *c. vnico. de eo, qui ſibi, & hæredibus ſuis.* † Et ſi in feudo paterno ſuccedunt duo filii, & alter de- 90
cedat relicta vnica filia ſuperſtite fratre, frater habebit totum feudum. Fulgoſ. *dict. conſil.*85.*colum.*3.*in princip. verſicul. amplius.* † Quid 91
ſi duæ ſorores ſucceſſerũt in feudo debito fœminis in defectum maſculorum, quarum altera ſuſcepit filium maſculum, an fœminæ iam admiſſæ excludantur à tali maſculo. Clar. *d.* §. *feudum. qu.* 80.*in princip.* vbi pro vtraque, & dicit, quod non excludit fœmi-
nam admiſſam ante natiuitatem maſculi, vbi dicit * commu-
nem. † Quid ſi quis accepit feudum pro ſe, & filiis maſculis, & 92
fœminis, & tenet quat A. & B. filios maſculos, & C. filiam fœminam, & decedat A. relictis duabus filiabus fœminis, B. maſculus frater ſuccederet; mortuo vero B. ſine filiis, ſi ſuperſunt filiæ A. necnon & D. maſculus filius C. qui eſt hæres inſtitutus, quis ſuccedet ex ipſis: Vide plene Fulgoſ. *conſil.*12. vbi, quod in medietate B. in qua eſt hæres, ipſe ſuccedat in alia medietate; quia maſculus, & poſſeſſor, debet fieri diuiſio propter dubias opiniones, an maſculus, & fœmina ſuccedat, vel ne. Vide concluſionem proxime
ſequentem. † Limita; quia excluduntur fœminæ, quando ocurrũt 93
extabunt maſculi, niſi ſit dictum, *quod ſimul cum maſculis*, & res eſt ſine difficultate. Roman, *conſ.*1. & plenius *conſil.*33. vbi plena apoſtill. in *verb. ſuperſtite*, quæ dat plurimos concord. & ita etiam Caſtrenſ. *conſil.*176. *Videtur dicendum, lib.*1. *per totum.* † Et quod ſi feu- 94
dum ſit conceſſum pro deſcendentibus maſculis, & fœminis, niſi ſit dictum, *ſimul*, intelligitur ordine ſucceſſiuo, vt fœminæ non ſuccedant, niſi deficientibus maſculis. Bald. *conſil.*215. *Proponitur, quod. in princip. verſicul. præterea fœmina, lib.*2. Alexand. *conſil.*9. *Ponderatis iis, in princip. lib.*5. Decius *conſil.*208 *in princip.* apoſtill. ad *conſil.* 2. *Dyni, in verb. ſuccedere*, vbi allegat Alexand. in *l. quod dicitur, circa fin. ff. de verb. obligatio.* & alios. Ruinus *conſil.*139.*num.*5 *lib.*1. Cald. *conſil.*307. alias 4. *de feud.* Fulgoſ. *conſil.*8. † Et ſi maſculi ſint nati ex 95
fœminis; quia iſta eſt natura feudi. Baldus *conſil.*275. *quod pro regula. num.*6.*verſic.nam regula, lib.*2. Fulgo. *conſ.*85.*num.*2 *verſic. vt eſt expreſſum in feudis.* † Reſtringe, quando feudum eſſet acceptum pro 96
ſe, & hæredibus vtriuſque ſexus; quia intelligitur coniunctim,

apoſtill.

97 apostill. ad Roman. *consil.* 33. *in verb. superstite.* † Restringe, quando concessum esset feudum masculis cum fœminis; quia intelligitur coniunctim, d. apost. ad *consil. Roman.* 33. *in verb. superstite, in fi.*

98 † Restringe in feudo conditionato, videlicet propriam naturam feudi non habente; quia transit æqualiter ad fœminas cum ma-

99 sculis, apostill. ad Roman. *dict. consil.* 33. *in verb. superstite. in fine.* † Restringe, quando esset concessum masculis, quamdiu supererunt, & postea fœminis. Castrens. *consil.* 159. *prope fin. num.* 3. *vers. præterea*

100 *lib.* 2. † Restringe, & intellige hanc declarationem, vt succedat fœmina ex primo inuestito, non autem fœmina ex vltimo masculo moriente, quando inuestitura est pro filiis masculis primi inuestiti, & ipsis deficientibus pro filiabus fœminis; quia licet sit remotior, attenditur conuentio ex inuestitura, non autem ex iure succedendi. Cald. *consil.* 316. alias 13 *de feudis*, & ideo si adsunt filiæ vltimi masculi decedentis, & filiæ primi, vel secundi inuestiti,

101 præferuntur magis proximæ respectu primi inuestiti, etiam si esset facta inuestitura in vltimo masculo decedente. Baldus *consil.* 237. *D. Iordan circa med. ver. & sic non debet attendi. lib.* 2. quod est Phi-

102 lippi de Cassolis de Regio, & aliorum 16. Doctor. Fulg. *consil.* 229. *in fine.* † Contrarium, quod imo fœmina filia vltimi succedat, quando fuit dictum, quod transeat ad fœminas decedentibus masculis, quando veniunt ab vno inuestito; quia semel exclusæ perpetuo excluduntur, videtur velle Baldus *cons.* 185. *per totum, in*

103 *fi. lib.* 3. secus, si ex diuersis inuestitis. † Declara; quia si feudum est nouum, succedit filia vltimi feudatarii mortui in rata sui patris; si vero est antiquum, succedit filia primi inuestiti, si extat, vel eius

104 filius masculus, ita consuluerunt Fulgos. & Cuman. *consil.* 12. *Fulg.* licet in fine dicant causam concordandam. † Et hoc est verum, quando feudum nouum duobus fratribus est concessum; secus si vni. Fulgos. qui ita videtur velle *dict. cons.* 229. maxime *in fin. &*

105 *cons.* 232. *in princip.* vbi extendit, etiam si vni sit facta inuestitura prose, & duobus fratribus absentibus; quia fœmina vnius absentis succedet, & non fratres, neque masculi fratrum; quia censetur quilibet propriè posteritati prospexisse, & ita etiam Castrens. *dict.*

106 *cons.* 159. *Punctus, lib.* 2 *per totum.* † Declara; quia si feudum est antiquum, succedit fœmina, vel masculus ex fœmina primi inuestiti, non autem filiæ vltimi feudatarii; secus est, si feudum esset nouum concessum duobus fratribus, & filiis masculis, & fœminis;

107 quia tunc fœminæ succederent patri in sua rata decedenti sine masculis. Fulgos. *dict. cons.* 12. *per totum*, licet dicat dubium, & causam concordandam. † Intellige restrictionem, vt non procedat, quando inuestitura esset facta tribus fratribus pro se & eorum

108 descendentibus masculis, & quod vnus succedat alteri, donec masculi extiterint, alias ipsis deficientibus succedant fœminæ; quia mortuis duobus fratribus, qui reliquerunt fœminas, & successit frater tertius, & post eum filius eius masculus; si postea ille

109 masculus decedat relicta vna filia; tunc succedet ista filia in terra, & aliæ fœminæ ex aliis præmortuis in suis stirpibus; quia patetum videtur respectiuum, vt vnusquisque suis fœminis stipula-

110 tus sit eo casu, Bald. *consil.* 185. *Factum tale est, lib.* 3. † Et idem in emphyteusi. Fulgos. *cons.* 3. vbi late. † Limita regulariter in omni

111 alio feudo; quia fœminæ in eo non succedunt, nisi expresse sit dictum. Oldrad. *consil.* 272. *num.* 3. *vers. & qualiter olim feudum.* Calder. *cons.* 306. *in princip.* alias 3. *de feud.* Bald. *consil.* 151. *In bonis feudalibus, n.* 9. *vers. & hoc in bonis. lib.* 1. Decius *cons.* 139. *in fi.* Brun. *cons.* 14. *inter cons.*

112 *feud.* Cuma. *cons.* 138. *Consultationibus, num.* 2. *vers. propterea, quia licet.* Dynus *cons.* 2. *Visis, & diligenter, in princip. vers. fic. præterea constat*, vbi apostill. in *verb succedere*, & Baldus *cons.* 327 *In hoc conueniunt, num.* 2.

113 *lib.* 3. vbi dicit *communem, & cons.* 232. *lib* 3. Alexand. *cons.* 29. *Quoniam abunde per totum lib.* 1. Zabarell. *cons.* 64. *in princip. & per tot.* Roman. *cons.* 1. *in princip. & cons.* 33. *in princ. & cons.* 367. *num.* 12. *in fi. dubio*, vbi dicit hanc esse regulam, vbi vide apostill. in *verb. non succedere*, quæ citat infinitos, & Ægid. Bellam. *cons.* 18. *num.* 1. & est text. in

114 *cap.* 1. §. *hoc autem notandum, qui feud. dar poss* Castrens. *cons.* 179. *colu. penult. in fine. & colum. fin. lib.* 1. Vide, *Feudum pro se. & hæred. &c. Consil.* 159. † Extende; quia feudum paternum, & antiquum, tam de iure communi, quam ex constitutione Regni non transit ad fœminas, sed ad masculos. Alexand. *cons.* 29. *Quoniam abundè, num.* 3.

115 *vers. sed præmissis non obstantibus, lib.* 1. Zabar. *cons.* 64. *per totum.* † Extende; quia fœminæ non succedunt in feudo, siue sit nouum, siue antiquum. Roma. *d. cons.* 1. *num.* 6. *vers. tertio videndum.* † Extende; quia vbicunque fœmina admittitur in feudo, intelligitur cessan-

116 tibus masculis. Alexand. *dict. cons.* 29. *num.* 5. *vers. Fortificantur prædicta. lib.* 1. vbi apostilla in *verb. masculis*, quæ dat concord. † Extende in tantum feudum non transire ad fœminam, vt ex eo mulier non possit conlequi legitimam, neq; dotari. Zab. *d. cons.* 64. *in fin.* † Extende in tantum fœminas, & descendentes ex eis excludi, stantibus masculis; vt neque valeat legatum, vel alia dispositio facta in fœminas, vel in extraneos, non vocatos in præiudicium domini. Roman. *dict. cons.* 1. *num.* 5. *vers. nec ius dicti Iacobi*, vbi apostilla in *ver. legare*, allegat Roman. *cons.* 476. vbi plena apostilla in *ver. voluntatis.* † Extende, etiam si sit concessum pro masculis, & fœminis; 113
quia intelligitur pro fœminis, quando non extant masculi, *c.* 1. *de eo. qui sibi, & hæred. mascul. & femin.* Castren. *cons.* 179. *In causa, colum. penult. in fin. lib.* 1. & in fine consilii idem repetit. † Extende, vt ne- 114
dum fœminæ excludantur, sed etiam descendentes ex filia fœmina, etiam si sint masculi. Calder. *d. cons.* 306. alias 3. *de feud. in princip.* Roman. *dict. cons.* 1. *num.* 4. *vers. ex quo infertur ad secundum*, vbi plena apostilla in *verb. fore*, quæ plurimos allegat, & extendit in Regno, vt si filia non succedit, neque nepos ex ea. † Declara ex- 115
tensionem procedere in feudo antiquo; secus in feudo nouo; quia licet nepos ex sorore habeat ius agnationis circa successionem; tamen secus est in successione feudi. Bald. *cons.* 250. *nu.* 5. *vers. ex ijs, lib.* 2. † Limita; quia si feudum concessum pro masculis, non 116
potest Princeps absolutus dispensare, quod transeat ad fœminas in præiudicium masculorum, commun. * dicit Clar. *d.* §. *feudum, qu.* 73. *in fin.* Vide, *Feudum non potest reuocari, neque alterari, & quando secus. Concl.* 110. *

Feudum quando ad fœminas transit post masculos, quæ personæ præferantur. Concl 162.

FEVDVM † concessum pro se & hæredibus suis masculis, & 1
fœminis ex eo descendentibus, ita quod masculis deficientib⁹ fœminæ succedant, si deueniat ad duos descendentes fratres, quorum alter moritur cum filia, feudum in totum spectat ad fratrē superstitem donec viuat, exclusa filia. Bald. *cons.* 200. & 205. *per tot. lib.* 5. Ang. *cons.* 321. *nu* 4. † Et quod feudum non transeat ad fæ- 2
minas, donec extant masculi, etiam si sint vocati masculi, & fœminæ; quia intelligitur ordine successiuo. Anch. *cons.* 339. *Pro maiori, nu.* 7. *ver.* 3. *quia simile.* † Amplia; quia si decedat postea secun- 3
dus masculus frater, patiter relicta filia, & concurrant simul filia primi fratris defuncti, & filia secundi fratris vltimo defuncti, totum feudum de iure spectat ad filiam vltimi masculi defuncti, ex quo feudum semel fuit consolidatum in vltimo masculo, cuius filia præfertur aliis fœminis semel exclusis. Bald. *dict. cons.* 200. *Feudum sub ista forma*, vbi, quod successio non habet respectum ad eos, qui semel retropositi sunt, *lib.* 5. vbi tamen dicit in fine esse satis dubium, & latius *dict. cons.* 205. *Dubium, super quo eodem lib.* 5. quod est Roberti Salyceti filii Ricardi. Angel. *cons.* 321 *per tot.* vbi recitatis multis opinionibus hanc veriorem dicit. Bald. *cons.* 185. *per tot. in fin. lib.* 3. qui hoc tener, quando inuestitura est ab vno tantum recepta; secus si à duobus à principio. † Contrarium tenet 4
Bald. *consil.* 202. *Inuestitura domini Iordani, lib.* 5. vbi allegat pro vtraque parte, & in fine dicit, quod vtraque opinio potest teneri, & licet rigor admittat filias vltimi masculi in totum; tamen dicit magis consonare æquitati, vt filia fratris, quæ fuit exclusa ad tempus, reuertatur ad portionem sui patris; quia perpetuo non fuit exclusa, sed fuit quædam suspensio; quia si masculus nō reliquisset descendentes, ipsa admittebatur, quæ fuit propter masculos ad tempus exclusa. † Declara; quia si facta fuit inuestitura duo- 5
bus fratribus de feudo prose, & eorum descendentibus masculis ex linea masculina cuiuslibet eorum, ita quod quandiu ex altero, vel eis extiterint masculi, fœminę non succedant; quia si deueniat feudum ad masculos descendentes, & tandem vnus decedat relictis fœminis, alter relinquat masculum, in quo totum feudum consolidatur, postea moriatur sine masculis, fœminæ ex eo non excludent fœminas ex alio stipite primorum inuestitorum; quia vnusquisque ex primis duobus inuestitis suæ posteritati censetur consuluisse deficientibus masculis. Bald. *cons.* 185. *Factum tale est, lib.* 3. vbi secus, si prima inuestitura prouenit ab vno stipite tantum. † Declara secundo; quia si concedatur feu- 6
dum pluribus fratribus pro se, & hæredibus, & descendentibus masculis, & illis deficientibus pro fœminis, quilibet censetur prospicere suæ posteritati; ideo si veniat casus, quod ex vno fratre extent masculi descendentes, ex alio vna fœmina in parte lineæ, in qua deficiunt masculi, succedet fœmina; quia intelligitur illa clausula, deficientibus masculis in hæreditate, & descendentia cuiuslibet, & respectiue, non amborum, vel omnium frattum, Fulgos. *consil.* 229. *Cum nobiles, & consil.* 232. *In proposita q.* † Extende 7
declarationem proximam, vt procedat, etiam si vni fratri sit facta inuestitura pro se, & duobus fratribus absentibus; quia adhuc fœmina sola superstes ex fratre absente succedet; quia aut pater ratum habuit, & sufficit, aut ratum non habuit, & ipsa potest ratum habere. Fulg *d. consil.* 232. *per tot.* † Extende, vt idem sit, quando 8

descen-

descendentes essent duo fratres, & vnus relinquat filiam fœminam, & alter filium masculũ, quia si vltimus filius masculus moriatur relicta filia fœmina, illa succedet in toto feudo exclusa amita, ex quo feudum fuit semel consolidatum in patre suo. Bald. *cons.*200. *circa med. ver. modo ponamus, lib.*5. & concor. Fulgo. *consil.*3.
9 lieet loquatur in emphyteusi. † Extende, vt procedat, quod filia vltimi masculi decedentis præferatur exclusis filiis masculis descendentibus ex fœmina descendente à primo inuestito, veluti si duo sunt fratres descendentes masculi, vnus moritur relicta filia, alter moritur relicto filio. Nam totum feudum consolidatur in masculo; sed pone, q filia primi fratris mortui habet filios masculos, & vltimus feudatarius moritur relicta filia, inter quam & filios masculos amitæ suæ est quæstio, præfert ipsa filia vltimi masculi habentis feudum, ita Bald. *cons.*205. quod est Roberti Salyceti filii Riccardi, *lib.*5. vbi *circa med. vers. restat modo*, tollit cõtraria, & Ang. *consil.*321. *Dominus Iordanus. per tot.* vbi multa pro contraria
10 parte, sed *n.*4. *vsq; in fi.* reſidet in hoc, & tollit contraria. † Contrarium de directo tenet Philippus de Cassolis inter *consil. Bald.* 137. *Dominus Iordanus. per tot. lib.*2. quod est subscriptum à 16. Doctoribus, vbi, quod succedit masculus ex fœmina descendente à primo inuestito, etiam si sit remotior vltimo masculo; quia feudũ, quod transit ad fœminas in defectum masculorum, non transit ad eas, vbi adsunt masculi ex fœminis, siue sit effectum fœmineum, & multo magis si nunquam transiuit ad fœminas; & est idem casus cum præcedentibus consiliis contrariis. Anchar. *cons.*359. *Nos Petrus, num.*3. & 4. quod est Ancharani, Floriani de S. Petro, Iacobi Marescalgi, & Ioan. de S. Petro fratris Floriani, qui dicunt non esse speciale in feudo, sed ex interpretatione prudentum. Ideo idem est in emphyteusi pro masculis, & fœminis cõcessa, ita quod
11 masculi præferantur. Anch. *consil.*174. *in pr. & cons.*339. *n.*7. † Extende hoc contrarium, vt etiam procedat in feudo Ecclesiastico.
12 Anch. *d. consil.*174. *n.*1. *& sequ.* † Aliud contrarium, quod imo tale feudum concessum pro inuestito, & suis hæredibus masculis & fœminis ex eo descendentibus, ita quod fœminæ succedant solum deficientibus masculis, non excedat primos filios, & filias, neque transeat ad nepotes, vel neptes, videtur tenere Ange. quia hæredum appellatio de solis filiis intelligitur in materia feudali.
13 *cons.*321. *nu.*2. *ver. contrarium credo.* † Restringe, quando inuestitura esset pro filiis masculis, & descendentibus masculis primi inuestiti, & ipsis deficientibus pro filiabus fœminis; quia si viueret filia ex primo inuestito, & moriatur descendens masculus, relicta filia fœmina, succedet filia ex primo inuestito, exclusa filia vltimi masculi, licet sit remotior ipsi decedenti. Cald. *cons.* 316. alias 13. *de feudis*, conc. Ang. *d. cons.*321. *per tot* maxime *n.*4. qui hoc tenet; quia fuit totum consolidatum in vltimum masculum, & ideo illius fi-
14 lia sola præfertur. † Quod imo succedat filia vltimi feudatarii in feudo patris sui. Fulg. *cons.*3. *per tot.* qui loquitur in emphyteusi regulata ad masculos, & fœminas. Vide plenius in conclusione proxima præcedente, & in Concl. seq.

Feudum pro masculis, & fœminis qualiter ad fœminas deueniat. Concl. 165.

1 FEVDVM † concessum alicui pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis ex eo descendentibus, nisi sit dictum, quod simul succedant, semper intelligitur ordine successiuo, vt fœminæ non succedant, nisi deficientibus masculis. Bald. *cons.*215. *Proponitur, quod, in prin. ver. præterea, lib.*2. Dec. *consil.*208 *in princip.* Anchar.
* *consil.*339. *num.*7. Alexand. *cons.*9. *Ponderatis iis, in princip. lib.*5. * com-
2 munem dicit Clar. in § *feudum, q.*73. *nu.*3. & 4. *ver. item quæro.* † Extende; quia donec extent masculi descendentes à primo inuestito agnati, non succedit fœmina, etiam si sit filia vltimi feudatarii, & hæres instituta. Sign. *consil.*11. *Quidam nomine Fatius, in princip. & per tot.* vbi, quod neque valet consensus domini in præiudicium masculorum. Castrens. *cons.*300. *Viso quodam, in princ. colum.*2. *lib.*2.
3 † Declara; quia secundum aliquos feudum concessum alicui pro se, & descendentibus masculis, & fœminis, intelligitur de fœminis solum in tempus primæ successionis, vt si mortuo primo inuestito non extarent masculi, succedant eo casu fœminæ; secus si extarent masculi in prima successione; quia fœminæ perpetuo erunt exclusæ, & non succederent, etiam si postea omnes masculi decederent superstitibus fœminis, ita Cald. *cons.*307. alias 4. *de feudis*, allegat text. ad hoc in *tit. Epist. vel Abbat.* §. *quin etiam, collat.*10. idem tenet Rom. *cons.*1. *n.*2. *in princ. vers. item eo casu, & num.*3. apostill. ad *cons.*2. *Dyni, in verb. succedere*, quæ allegat Socin. *consil.*19. *lib.*1. Castr. *d. cons.*300. *colum.*2. *vers. idcirco, lib.*2. & ita tenet Angel. Aretin. *cons.*
* 41. *In hoc themate, num.*8. *& sequ.* vbi *num.*10. dicit, quod omnes * Doctores ita tenent. † Et quod fœmina semel exclusa sit perpe- 4
tuo exclusa. *Pedemont. decis.*23. *num.*17. *versicul.*8. vbi dicit communem * † Contrarium, quod omnibus masculis mortuis succedat 5
fœmina, videtur simpliciter tenere Menoch. *consil.*65. *num.*37. vbi * dicit * communem, plura pro hac parte dicit Castrens. *consil.*191. *
*Visis, & diligenter, in princip. lib.*2. vbi plura adducit pro hac parte, licet non firmet. Vide plenius ad prædicta, *Feudum quando transit ad fœminas. Concl.*161. *num.*59. *& sequent.* † Declara, nisi esset dictum 6
in inuestitura, *pro masculis, & illis deficientibus pro fœminis*; quia tunc fœminæ bene succederent post masculos defectos. Angel. Aret. 7
*dict. consil.*41. *num.*10. *cum sequent. versicul. nisi quis acceperit.* † Extende in tantum fœminas vocari ordine successiuo post masculos, quãdo non est dictum, quod simul succedant in feudo cum masculis, vt procedat, etiam si extaret statutum, quod ad successionem consanguineorum ita succedant fœminæ, sicut masculi; quia non se extendit ad bona feudalia, quando specifice de eis non facit mentionem. Decius *consil.*139. *in fin. versicul. vltimo, non obstat.* † Re- 8
stringe, quando in inuestitura vocarentur simul masculi, & fœminæ; quia tunc bene admitterentur fœminæ cum masculis. Bald. *consil.*215. *num.*4. *versicul. aduerte hic, lib.*2. † Vide plenissime multos 9
casus in hac materia per Goza. *cons.*53. *Prima facie videtur*, vbi multa congerit, & videtur hoc admittere, q quandiu sunt masculi, fœmina non admittitur, nisi sit dictum, vel nisi inuestitura sit facta duobus de nouo; quia bene fœmina ex vno succedet, vide eũ, ex cuius dictis hæc materia potest satis distingui, & idem dicit Castrens. *dict. consil.*300. *colum.*2. *versic. adcirco, lib.*2. † Amplia; quia 10
si esset dictum in inuestitura, *pro se, & suis hæredibus, & ijs deficientibus pro fœminis*; quia nunquam transibit ad fœminas, donec extent masculi, sed demum ad fœminas transibit, si masculi cessabunt. Bald *cons.*353. *Præsupponendum est, in fin. vers. porro de successione femin., lib.*1. vbi, quod no est æquum facere inuestituras alio modo; quia imperium fœminarum est insupportabile, & quod deficientibus masculis quandocumq;, tunc deueniat ad fœminas, est *consilium Baldi* 137. *Dominus Iordanus*, quod est Philippi de Cassolis; quod est subscriptum à sexdecim Doctoribus, *lib.*2. & *cons.*200. *Feudum sub ista fama, & cons.*202. *Inuestitura domini Iordani, lib.*5. & *cons*205. *Dubium. super quo*, quod est Roberti d. Ricardi Salyceti, *lib.*5. Calder. *consil.*316. alias 13. *de feudis*. Roman. *cons.*1. *num.*3. *vers. aut inuestitura*, late Decius *d. cons.*139. *num.*2. *vers. sed tamen, & num*3. qui alios allegat. † Extende, vt procedat, etiam si feudum esset effectum 11
fœmineum; quia si semel deuenit ad duas sorores, quarũ vna reliquit masculum, alia reliquit fœminam, totum feudum reuertitur ad masculum, exclusis fœminis. Bald. *d. cons.*205 *circa med. versica. restat modo ad vnum, lib.*5. quod est Roberti Salyceti filii Ricardi, qui dicit hoc procedere solum, quando feudum est effectum fœmineum; secus, si nondum esset effectum fœmineum; quia masculus ex fœmina remotior non excluderet filiam vltimi masculi, in quo finitur linea masculina. † Contrarium tenet Phi- 12
lippus Cassola de Regio *inter cons. Baldi* 137. *lib.*2. quod est subscriptum à sexdecim aliis Doctoribus, vbi, quod imo multo magis transit ad masculum ex fœmina remotiorem, quando non est effectum adhuc fœmineum, & excluduntur filiæ fœminæ ex vltimo masculo, in quo defecit linea masculorũ; quia facilius est, q detur continuatio in masculos, quam quod detur regressus. † Ex- 13
tende, vt in tantum fœminæ veniant ordine successiuo, non extantibus masculis, vt etiam masculi extantes ex quibuscunque descendentibus fœminis à primo inuestito excludant fœminas. Baldus *consil.*275. *Quod pro regula. num.*6. *versic. nam regula, lib.*2. vbi, quod omnia commenta, & omnes summæ * Doctorum in hanc *
sententiam concordant. † Declara extensiones, quod feudum 14
effectum fœmineum, vel deuentum ad duas sorores in defectum masculorum, non reuertitur ad masculum ex vna fœmina, quando haberet ius primogenituræ, & fœmina esset primogenita. Baldus *dict. cons.*275. *nu.*6. *lib.*2. † Restringe, nisi feudum esset datum 15
primogenito, vel primogenitæ; quia tũc primogenita proximior excludet masculum remotiorem. *Pedemont. decis.*23. *num.*27. 35. & *multis sequent.* vbi ponit alias limitationes, quando inuestitura loquitur de descendentibus; tunc fœmina descendens excludit masculum transuersalem: & idem, quando ob merita conceditur feudum. Abb. *consil.*3. *col.*2. *in fin. cum seq. ver. venio ad secundum. lib.*2. vbi, quod semper, quod feudum est indiuisibile; quia dignitatis est, prout regnum, Ducatus, Comitatus, &c. transit ad primogenitum. † Amplia; quia fœminæ vocãtur ordine successiuo, etiam 16
si inuestitura dicat, *pro inuestito, & eius descendentibus vtriusq; sexus.* Alexand. plene *consil.*9. *Ponderatis iis, in princip. num.*5. *lib.*5. vbi, *num.*4. & 5. *versicul. nec prædictis obstat*, extendit, siue loquatur inuestitura pro se, & filiis masculis, & fœminis. † Idem, si dicat, *pro se, & he-* 17
redibus

vtriusq; sexus ex eo legitime descendentibus, quia si extat masculi, fœminæ excluduntur; quia non admittuntur, nisi in casu, in quo masculi non extent, quando agitur de successione feudi, ita loquitur Alex. *d. cons. 9. Ponderatis, in pr. lib. 5 & per tot.* allegat. *c. 1. §. 1. in fin. Epis. vel Abbat.* & dicit Alex. *ibi, n. 4. & seq. ver. nec prædictis obstat*, quod paria sunt, quod vocentur filii masculi, & fœminæ, siue vocentur hæredes vtriusque sexus; quia licet primo vocentur masculi, secundo casu non; quia verbum, *vtriusque sexus*, pariter & æqualiter masculos, & fœminas complectitur; quia natura copulatiua hoc non operatur, sed natura rei; & quia æquiparantur in hoc signum collectiuum, & copula, allegat Angel. *consil. 38. incip. Quidam Ioannes decessit condito testam.* † Contrariũ tenet Deci. *cons. 208. n. 4.* vbi, quod imo vocantur simul fœminæ descendentes cum masculis, quando est dictum, *quod secundum transeat ad descendentes vtriusque sexus, vel ad masculos simul cum fœminis*; quia tunc simul, & semel vocantur, non per prius, vel posterius. † Extende maxime, vt procedat, quando in loco extat statutũ, vel consuetudo, quod masculi succedant excluſis fœminis; quia & pater recipit feudum emphyteusim pro se, & hæredibus suis masculis, & fœminis ex descendentibus, fœminæ veniunt ordine successiuo, non extantibus masculis, vt videatur se conformare cum statuto. Bart. *in 1. cum furandi. §. filiberi. ff. de oper. liber.* secus, si non extaret statutum, & sumus in emphyteusi, sequitur Alexand. qui plures cumulat *dict. consil. 9. in princip. lib. 5.* † Declara extensionem; quia etiam cessante statuto fœminæ vocantur ordine successiuo, videlicet non extantibus masculis, quando esset emphyteusis ecclesiastica; multo magis, si extat statutum, vel consuetudo; quia habet locum etiam in bonis Ecclesiæ quoad vtile dominium laicorum, vt plene Alexand. *d. consil. 9. in principio.* maxime *vers. & sic patet. n. 1. & 2. lib. 5.* † Extende, vt procedat, etiam si inuestitura dicat, *pro se, & hæredibus vtriusque sexus*, in terminis iuris communis, licet fœminæ sint institutæ in re certa, quando hæredes vniuersales sunt masculi. Alexand. *dict. consil. 9. Ponderatis, num 3. & 4. vers. & hoc etiam esset. lib. 5.* vbi apostilla *in verb certa*, dat concordan. † Extende, vt procedat, etiam si vnus frater masculus recipiens nouam inuestituram, illam recipiat suo nomine, & frattum, & sororum; quia quoad fratres non præiudicat vllo modo quoad se; quia errauit, non sibi præiudicat, neque transtulit dominium vti* in sorores, secundum * communem opinionem, plene Alex. *d. consil. 9. num. 9. & seq. versic. nec etiam obstat dicto Iulio, lib 5.* vbi apostil. *in ver. sicuti*, declarat. † Amplia, etiam si feudum esset concessum duobus fratribus pro se, & descendentibus tam masculis, quam fœminis, ita tamen, quod stantibus masculis, fœminæ non succedant. Nam, si ex vno fratre extant duo pronepotes, & alter moriatur relicta filia, & altero consobrino, succedet consobrinus, & non filia; quia licet quoad vltimum feudatarium non adsint masculi; tamen sufficit, quod adsunt masculi ex primo inuestito, a quo fit consideratio, non ab vltimo feudatario. Fulgos. *consilio 229. Cum nobiles, num. 1. & per totum.* Castrens. *consil. 316. in fine, lib. 2.* † Restringe, vt non procedat respectu alterius fratris ex duobus primo inuestitis; quia si ex vno sint fœminæ tantum, ex alio masculi, isti masculi non excludent fœminas in parte feudi alterius fratris primo inuestiti; quia vterque censetur voluisse primo loco prouidere suis fœminis, & illas præferre masculis ex altero fratre. Fulgos. *d. cons 229. per tot.* maxime *col. fin.* & plenius Castr. *consil. 316. Supradictus Dominus in fin. lib. 2.* vbi dicit esse text. *in c. 1. de eo, qui fil. & hæred. sui masc. & fœmin.* † Limita; quia regula, quod in feudo fœminæ ita demum admittantur, non obstantibus masculis, & sic ordine successiuo, procedit in feudo proprio, & recto; secus est in feudo conditionato dato ad certum seruitium, seu censum, quando seruitium potest præstari ita per fœminam, sicut per masculum. Alexand. *dict. consil. 9. num. 5. ver. non obstat etiam, lib. 5.* vbi allegat textum de hoc *in cap. si cui militi. tit. de feud. & benefic.* quia tunc si vocantur masculi & fœminæ, omnes succedunt, non autem ordine successiuo; quia talia feuda concessa pro annua quantitate potius emphyteuses, quam feuda iudicantur, & non tenetur feudatarius ad iuramentum fidelitatis, vbi apostilla in *verb. proprie*, citat plures concordantes. † Restringe, nisi extet statutum in loco, vel consuetudo, quod masculi excludant fœminas; quia censetur acquirens se conformare cum statuto, siue sit emphyteusis, siue feudum impropriũ, & censuale. Alexand. *d. consil. 9. num. 6. ver. ad hoc respondetur lib. 5.* sequitur Brun. *consil. 41. in principio.* † Imo etiam si esset feudum ecclesiasticum, isto casu attenderetur consuetudo, & statutum laicorum quoad successionem in vtili dominio feudi, & emphyteusis Ecclesiæ, Alexand. *d. consil. 9. Ponderatis n. 2. lib. 5.* † Restringe, quando talis feudatarius præstiterit etiam iuramentum fidelitatis; quia tunc, licet feudum sit censuale, & conditionatum; tamen regulatur, vt proprium, & rectum feudum. Alexand. *dicto consilio 9. num. 6. & 7. versic. præterea dictus Ioannius. lib. 5.* sequuntur Alexand. Decius *consil. 139. in fin.* Brun. *d. consil. 41. in princip.* Decian. *consil. 58. num. 45. lib. 2.* Alex. *d. consil. 9. num. 8. & 9.* dicit, quod *cap. si cui militi*, non est authenticum, sed apocryphum. † Contra restrictionem tenet Menoch. *consil. 65. num. 39. & sequent.* vbi respondet ad omnia adducta per Alexand. & dicit eum erasse; quia quando feudum est conditionatum, etiam si adsit iuramentum fidelitatis præstitum, non efficitur rectum, & dicit hanc * communem opinionem. Vide duas proximas præcedent. Conclusiones, vbi late de eadem materia. Vide, *Emphyteusis concessa pro se, & filiis masculis, & fœminis quo ordine transeat. Concl. 170.*

Feudum nõ transit ad spurios, seu naturales, & alios incapaces. Concl. 164.

FEVDVM † non transit ad spurium; quia spurii sunt incapaces feudorum, vt capiant, & retineant. gl. *in c. 1. §. naturales. si de feudo fuer. controuers.* † Extende; quia bastardi in nullo succedunt, nisi quod debent alimentari. Bald. *cons. 232. Fœmina regulariter. circa fin. lib. 3.* vbi loquitur in successione fratris, vt spurius nullo modo admittatur. † Amplia, vt procedat, etiam si adsit consuetudo, vel constitutio, prout in Cathalonia, quod vasallo sit licitum de feudo inter viuos, vel vltima voluntate disponere in capacem; si vero disposuerit in Ecclesiam, vel incapacem; tunc incapax intra annum possit feudum alienare; quia non propterea spurius admittitur etiam, vt vendat intra annum; quia est incapax ad capiendum, & ad retinendum feudum. Bald. *consil. 207. Quæstio est, per totum. lib. 2.* qui loquitur in spurio instituto hærede à transuersali. † Amplia, vt procedat, etiam si spurius instituatur hæres vniuersaliter à transuersali habente feudum cum inuestitura pro se, & hæredibus, quibus voluerit relinquere; quia adhuc spurius non succedet in feudo. Bald. *d. cons. 207. per tot.* maxime à *vers. primo, an tenorem inuestituræ, vsque in finem, lib. 2.* † Amplia, vt neque emphyteusis castri nobilis transeat ad spurium; quia turpis persona, & aliena non comprehenditur. Bald *d. cons. 207. an in. ver. porro. lib. 2.* † Amplia; quia feudum, vel intis dictio concessa vni, & illis de familia sua, non transit ad naturales; quia ipsi non succedunt in dignitate. Bald. *cons. 49. Inprimis videndum. in fin. lib. 4.* † Et quod naturalis non succedat in feudo, est tex. *in d. cap. 1. §. naturales. si de feudo defuncti.* † Amplia; quia feudum non potest transire in mutum, surdum, rusticum. Ecclesiam, & alios incapaces ad seruitium præstandum; & ideo si inuestitura fiat nobili, non erit admittendus rusticus, si fiat robusto, non admittetur debilitatus. Bald. *d. consil. 207. n. 3. ver. sed considera. lib. 2.*

Feudum transit ad legitimatum, & quando secus. Concl. 165.

FEVDVM † de iure communi Romano transit ad spurium legitimatum ex quocunque coitu, sed de iure, & consuetudine feudorum redacta in scriptis nõ succedit legitimatus ad feudum. Oldr. *cons. 247. Factum tale est, quidam Rex, in fin. ver. ad quartum.* per *§. naturales. si de feud. defuncti content. sit inter dom.* & concordat Calderin. *consil. 376. alias 46. de testament.* quod duplicatur 465. alias 1. *qui filij sint legitimi, in fine.* Bald. *consil. 219. Factum proponitur, num. 5. ver. vt ergo intelligamus. lib 2.* vbi restringit, nisi de consuetudine iurisdictiones sint patrimoniales. † Contrarium, quod imo de iure communi legitimatus non succedat in feudo, videtur text. *in cap. 1. §. naturales filij. si de feu. defunct. fuer. controu. coll. 10.* & hanc partem tenet Odofred. *in tract. at. feud. titul. qui feud. succed. poss. post 1. col.* & ibi Andr. de Isern. Bart. Brixia. & Ioan. Andr. qui eum allegat *in c. sine culpa. de reg. iur. in 6.* vbi etiam allegat Iacobum de Beluis. † Declara; quia legitimatus per rescriptum Principis non ita de facili admittitur ad feudum, sed bene admittitur, quando est legitimatus per subsequens matrimonium, & ita tenere Iacobum de Beluis. *in dict. cap. 1. §. naturales. si de feud. defunct. fuer. controu. fuer.* & ibid. Bald. & Bernard. *in cap. innotuit. extra, de elect.* prout omnes citat Florian. de Sancto Petro, ita declarans, *quæst. 3. dubio 2. n. 21. & 22. cum seq.* vbi tenet affirmatiuam, quod succedat legitimatus per subsequens matrimonium. † Declara; quia si legitimatio fiat per subsequens matrimonium, vel etiam per rescriptum Principis, non suffragatur, vt succedat in feudo in præiudicium iuris tertio quæsiti. Florian. *d. q. 3 m 2. dubio num. 11. ver. octauo*, & plenius *num. 19. versic. decimo, & nu. 3. vers. non obstat octauo.* vbi secus dicit, quando ius non est quæsitum, sed quærendum; quia impeditur de facili. † Declara tamen,

tamen vt procedat, quod naturales legitimati non succedunt in feudo, quando in legitimatione facta Princeps in specie non fecit mentionem de feudis; quia sunt odiosæ dispensationes. Cald. *cons.* 308. *in prin. ver. & secundum hoc.* alias 5. *de feud.* & Bald. *cons.* 214. *Casus est talis, in pr. lib.* 2. & q. requiratur specialis mentio de feudo in legitimatione. idem Bald. *cons.* 141. *Thema huiusmodi. nu.* 2. *ver. ad vltimum. lib.* 2. & ita declarat Roman. *cons.* 33. *in fine*, vbi plena apostilla in *verb. legitimatum*, dicit * communem opinionem, & restringit, nisi sit legitimatus per subsequens matrimonium, & plenius in apostill. in *dict. consil.* 33. *in verb. exprimatur*, clare Castrens. *consil.* 462 *Visis, & diligenter. nu.* 2. *versic. nunc transeamus. lib.* 1. est tex. cum gl. in *d. cap.* 1. § *naturales, in verb. defuncti, si de feudo defuncti fuerit controuers.* † Declara secundo, vt procedat, quando legitimatio ad feuda esset facta post mortem patris, quando iam erat ius quæsitum agnatis. Calderi. *d. cons.* 308. *circa finem. versic. vel loquitur de legitimatione*, alias 5. *de feudis*, vbi, quod tunc non tollitur ius agnatorum, Bald. *consil.* 214. *Casus est talis, in fi. ver. hæc vera sunt, lib.* 2. † Imo, quod feudum antiquum nō possit habere legitimatus etiam ad feuda, & cum clausula, quod perinde habeatur, ac si de legitimo matrimonio esset natus; & conceptus, etiam consentiente patre, Anchar. *cons.* 308. *Prima facie*, vbi loquitur in legitimatione facta per habentem facultatem ab Imperatore, vbi, quod non veniunt feuda dignitatis. Item non veniunt feuda antiqua, in quibus Imperator fecit inuestituram, quod soli nati, & concepti in matrimonio succedant; quia per mandatum generale non recedit̃ à speciali dispositione. † Amplia; quia non valet legitimatio spurii, vel naturalis facta per Imperatorem ad feudum ecclesiæ, nec è contra; quia requiritur legitimatio Papæ Bald. *d. consil.* 214. *circa med. versic. & quod dixi, lib.* 2. etiam si in specie Imperator fecisset mentionem in legitimatione de feudo ecclesiæ. Bald. *cons.* 129. *in pr. versic. licet Bartol. lib.* 3. Signorol. *consil.* 218. *num.* 11. *& sequent.* † Extende; quia legitimatus ab Imperatore, vel Comite Palatino non succedit in feudo, nisi Dominus feudi consenserit. Angel. *consil.* 402. *Titius ab ecclesia, num.* 2. *versic. & hoc confirmatur.* † Amplia; quia imo legitimatio facta ab Imperatore ad feuda non comprehendit feuda antiqua, quæ de consuetudine debentur legitimis & naturalibus; quia minueretur seruitium Domini. Signor. *d. cons.* 218. *num.* 24. *vsque in fi. ver. venio ad quintum.* † Amplia, etiam si in inuestitura sit dictum *pro hæredibus quibuscunque*, vel, *hæredibus, & successoribus, & quibus dederit*. Deci. *consil.* 170. *num.* 2. *& sequent.* maxime *in fine*, vbi reprobat Soc. contrarium consulentem, & licet ibi apostilla tueatur Socin. tamen nihil allegat, & hanc ampliationem in feudo ecclesiæ tuetur Gabriel. *cons.* 83. *num.* 7. *cum sequent. lib.* 2. † Amplia; quia legitimatio facta per patrem instituendo filium naturalem, tanquam filium in testamento, licet legitimet ad bona allodialia; non tamen legitimat ad feuda; quia non potest pater præiudicare agnatis testando, vel alienando in feudo antiquo. Bald. *cons.* 195. *in fi. vers. quid de feudo, lib.* 3. † Restringe, nisi feudum esset nouum; quia posset componere cum Domino feudi, & facere inuestire filium naturalem legitimatum in suo testamēto. Bald. *d. cons.* 195. *in fine lib.* 3 Castrens. *consil.* 462. *Visis, & diligenter, per tot. lib.* 1. maxime *in pr. & num.* 4. *ver. secundo considerandum.* † Amplia; quia non succedit legitimatus in feudis concessis pro se, & filiis legitime conceptis, vel legitime natis. Castrens. *cons.* 462. *Visis, & consideratis. col. penult. vers. restat vltimo, lib.* 1. vbi dicit secus esse, si dicat. *pro se & filijs legitimis & naturalibus*; quia reuera legitimatus dicitur legitimus & naturalis, & plus est, quam adoptiuus, qui solum dicitur legitimus filius, sed non naturalis, prout filius spurius legitimatus. † Amplia; quia feudum non transit ad legitimatum, etiam si sit legitimatus ad feuda, quando in specie non erat concessa facultas etiam quoad feuda; quia requiritur mentio specialis, vt facultas comprehendat feuda. Signorol. *d. cons.* 218. ☞ *Factum sic se habet, in pr. n.* 3. Vide, *Legitimatio nō habilitat legitimatum in multis. Conclus.* 226. † Declara, nisi concessio feudi esset facta patri pro se, & filiis legitimis; quia tunc filius legitimatus dicitur effectus legitimus, & venit ex persona sua ad feudum; secus si feudum esset pro se, & filiis legitimis, & hæredibus; quia non potest venire ex persona sua ad feudū, sed ex persona patris, ita declarat pulchre Castrens. *consil.* 462. *numer.* 4. *vers. quo præmisso, lib.* 1. † Amplia; quia legitimatio Imperialis facta amplissime ad feuda non comprehendit feuda ecclesiastica, etiam in statu suo existentia. Signorol. *d cons.* 218. *n.* 11. *& sequ.* † Extende maxime contradicente Episcopo, vel ecclesia. Signorol. *d. consil.* 218. *num.* 13. *& sequ.* † Amplia; quia legitimatio ad feuda non comprehendit feuda dignitatum, & maiora, vel nobiliora, prout si sunt libera à seruitio, & soluitur vnus canis, vel quid simile. Castrens. *d. cons.* 462. *n.* 5. *lib.* 1. vbi declarat. † Extende, etiam si facultas legitimandi esset ad dignitates, & honores, &c. quia non venit feudum. Signorol. *d. consil.* 218. *num.* 6. † Amplia; quia feudum non transit ad filios ciuiles, prout sunt adoptiui, & adrogati. *cap.* 1. § *adoptiuus, si de feudo fuerit controuersa inter Domin. & agnat.* Alex. *cons.* 10. *Viso instrumento, num.* 2. *versic. septimo, lib.* 5. † Extende; quia propter ea Monasterium, quod loco filii habetur, non succedit in feudo; quia filius ciuilis dicitur. Alexand. *d. consil.* 10. *num.* 2. *versic. septimo, quia, lib.* 5. vbi in fine, *vers. & non obstat, quod filius ciuilis*, dicit, quod non succedit, vt habeat feudum perpetuo, sed durante vita vasalli professi retinet, si est feudum requirens seruitium, & siccen. suale; vel improprium. † Amplia nedum in filio naturali legitimato, sed etiam in spurio; quia potest Imperator, vel habens causam ab eo, & auctoritatem sufficientem, legitimare spurios; secus si haberet mandatum ad legitimandum naturales. Bald. *consil.* 214. *circa princip. versic. non autem gloss. lib.* 2. † Et quod legitimatio valeat de spuriis, & aliis illegitimis, sicuti de naturalibus, quando est facta per principem non recognoscentem superiorem, vel per Comitem Palatinum, quando habet expressam facultatem ad feuda. Clar. *d.* § *feudum. q.* 82. *n.* 2. *& 3. ver. & nota, quod*, vbi dicit * communem. † Declara; quia si extat filia legitima, & feudum transeat ad fœminam; tunc per legitimationem factam ab Imperatore licet admittatur spurius ad feudum; tamen id procedit, vt succedat pariter cum fœmina; quia non debet excludi; & hoc, quando viuente patre est facta legitimatio, vel etiam patre mortuo, ante quam sit acquisitum feudum fœminæ. Bald. *d. consil.* 214. *circa pr. vers. an autē, lib.* 2. † Restringit illam gl. in *d.* § *naturales.* Salicet. vt non habeat locum in feudo concesso, & subinfeudato in præiudicium immediati Domini, prout si dux Mediolani infeudauit Baroni Castra, & Baro alteri pro legitimis & naturalibus, non potest Imperator legitimando præiudicare primo feudatario non citato, & non consentienti, plures citat ad hoc Curt. Iun. *cons.* 157. *num.* 7. quos vide, licet ipse teneat contrarium, sed Salyceti opinionem tenet, & comprobat Alexand. *consil.* 6. *in princip. lib.* 2. † Contrarium, quod imo illa glossa procedat etiam in præiudicium immediati domini; quia legitimatio præiudicat in consequentiam, non principaliter; ideo nullus potest conqueri; quia actus est iuridicus. Curt. *d. consil.* 157. *num.* 19. & plenius *nu.* 24. vbi plura adducit. † Restringit illam gloss. Alexand. *d. cons.* 60. *Visa legitimatione, in princip. vers. sed hoc non obstante. lib.* 2. vt non habeat locum, quando extant legitimi & naturales; quia tunc non sufficit, quod Princeps dicat, quod succedat in feudo, ex mente Iacobi de Beluis. in *d. § naturales.* † Declarat Alexand. *d. cons.* 60. *n. principi.* quod legitimatio facta ad feuda de naturali, ipsum habilitat, vel quando non extant alii filii legitimi & naturales, vel quando dominus feudi consensit, vel quando feudum est dominilegitimantis, alias non. *lib.* 2. vbi apostill. in *verb. nisi dominus.* † Limita in filio naturali legitimato a Principe expresse ad feuda; quia succedit, & excludit omnes remotiores secundum * communem, & magis communem, de qua Clar. in § *feudum, quæst.* 82. *inpr.* vbi citat plurimos, vbi, quod sufficit, quod legitimentur, & in genere ad feuda, absque expressione feudorum. † Limita tamen in naturali filio legitimato per subsequens matrimonium; quia bene succedit in feudo. Calderin. *consil.* 308. alias 5. *de feud. in princip. & per tot.* vbi quod *d. c.* 1. § *naturales, tit. si de feudo contr. fuerit*, non habet locum in hac legitimatione; & quia hæc legitimatio, & dispensatio est fauorabilis propter sacramentum matrimonii, & idem tenet Bald. *consil.* 129. *Ad euidentiam, in princip. lib.* 3. vbi dicit * communem opinionem, apostill. ad Roman. *cons.* 33. *in fin in verb. legitimatum*, vbi allegat eundem Rom. *cons.* 367. *n.* 9. qui contrarium tenet, sed apostilla ibi in *verb. non censetur*, dicit hanc magis * communem, & hanc etiam communem * dicit Clar. in *dict.* § *feudum, quæstio.* 82. *n.* 4. *vers. item quæro*, vbi, quod legitimati per subsequens matrimonium reputantur legitimi. † Extende, vt procedat etiam in feudo Ecclesiæ; quia talis legitimatio per subsequens matrimonium est fauorabilis. Bald. *d. consil.* 129. *in princip. lib.* 3. vbi, quod ista legitimatio maxime confirmatur per Ecclesiam. † Extende, vt procedat, etiam si inuestitura dicat, *pro descendentibus legitimis*; quia legitimati per subsequens matrimonium admittuntur. Burs. at. qui dicit * communem, *cons.* 10. *num.* 6. *& sequent.* † Declara; quia refert, an dicatur, *legitimos descendentes*, vel, *de legitimo matrimonio*; quia plus important verba, *legitimi descendentes*, quia isti non sunt de legitimo matrimonio, sed bene nati ex legitimo matrimonio sunt legitimi descendentes. Curt. Iun. *consil.* 1. *num.* 7. Vide, *Legitimatio per subsequens matrimonium operatur multa. Conclus.* 229. † Restringe, vt non procedat, quando matrimonium subsequens non esset permissum iure diuino, & humano, sed dispensatum, vt quia fuisset contractum inter consanguineos. Salic. quo gra-

quogradu prohibito ; quia licet Papa dispensaret, vt contraheretur matrimonium ; tamen filii non erunt legitimati per subsequens matrimonium, sed ex rescripto Papæ, quando in dispensatione adesset, *quod proles susceptа, & susciptenda legitima esset*, & ideo succedent in feudo in casibus, in quibus legitimati ex rescripto possent succedere. Bald. *d. cons.129. circa med. ver. legitimati autē. lib.* 3. † Imo si matrimonium contraheretur ex dispensatione Papæ; quæ in specie non legitimaret prolē susceptā, ipsi filii illegitimi nullo modo efficerētur legitimi per subsequens matrimonium. Bald. *d. consil. 129. num. 3. versic. & hoc verum, lib.* 3. † Restringe; quia legitimatio per subsequens matrimonium non habilitat ad feuda, quādo in inuestitura esset in specie prouisum, quod nō transiret, nisi ad legitime genitos. Bald. *d. cons. 129. post med. ver quando igitur. lib.* 3. † Contrariū, quod imo legitimatio facta per subsequēs matrimonium faciat admittere legitimatū ad feudum prosē, & filios legitime natis, communem * dicit Clar. *in dict. § feudum quæst. 52. in fin. ver. sed quid si.* Declara vltimam restrictionem ; quia licet feudum non transeat ex inuestitura ad filium legitimatum ; tamē potest Princeps talem legitimatū inuestire, & in dubio præsumitur esse qualitatem illius. Bald. *d. cons. 129. in fi. ver. sed posito. lib.* 1. quem intelligo, quando reuertebatur ad dominium ; secus, si declaret ad agnatos. † Limita, nisi castra, & feuda, seu iurisdictiones sint patrimoniales ex cōsuetudine ; quia sicuti possunt libere alienari, prout alia bona ; ita succedit legitimatus in illis, sicut in aliis bonis. Bald. *cons. 129. Factum proponitur. n. 6. ver. vt ergo intelliga. nu. lib.* 2. † Limitā, quando legitimatio filii naturalis facta esset per Principem habentem potestatem etiam ad feuda ante mortem patris ; quia succederet isto casu. Calder. *d. cons. 308. circa med. vn. eidem duo.* alias *5. de feudis.* vbi allegat glossi. *in d. § naturales. in fide fiuido defuncti. cont.* quæ dicit ita de facto fuisse obtentum Mutinæ, *in ver. legitimi.* Bald. *cons. 214. in prin. lib.* 2. & quod legitimatio Imperatoris admittat naturalem ad feudum etiā in præiudicium legitimorum, si de agnatis est facta mentio, Bald. *cons. 105. in hac causa, in fi. lib.* 3. † Et quod legitimatus naturalis per Principem nedum succedat in castris liberis, & allodialibus, sed etiam in feudis, glo. *d. c. 1. § naturales. v. legitimi. ff. de feudo defuncti cont.* Soc. *cons. 3. n. lib.* 4. Par. *cons. 1. n. 122. lib.* 5. Boer. *dec. 123. n.* 4. † Extēde, vt multo magis procedat cōsentiente patre ; quia legitimatus, vel habilitatus, qui excludebantur, admittuntur, ex quo solum auferetur ius ad rem competens aliis vocatis ; imo non tollitur ius, sed suspenditur, ita Brun. *consil. 1. per tot.* maxime *num. 54. & sequent.* Ioann. de Campegius *inter consilia Bruni cons. 2. num. 37. & sequent.* Ioann. de Sancta Iulia, cuius est *consil. Bruni* 3. vbi idem tenet *num. 8. & seq.* & idē Brun. *cons. 6. n. 6. & per tot.* Cur. Iun. *cons. 1 per tot.* Dec. *cons. 390. n. 10. & seq.* vbi loquitur in filia habilitata ob pactis merita. Par. *cōs. 22. n. 31. lib. 1.* vbi latissime. † Contrarium cōsuluerunt Ias. *inter consilia Bruni* 8. quod consilium magis extensum est *inter consilia 233. lib.* 2. & Socin. pariter *inter consilia Bruni cons. 7.* & alius Doctor de Coconato, cuius est *consilium Bruni* 4. qui mouentur ; quia nō potest Princeps tollere suum contractum, neq; inuestituram feudi alterare. † Declarat Petrus de Anchar. *cons. 308. Prima facie. nu.* 4. quod legitimatio facta de consensu patris obtinentis feudum in amplissima forma, & ante ius quæsitum alteri in re, valet quoad feuda, quæ sunt acquisita per patrem consentientē, sed non quoad feuda antiqua ; quia tolleretur contractus ; item valet quoad feuda, quæ non sunt dignitatis. Quo vero ad feuda dignitatis non præiudicat legitimatio, & idem tenet Sign. *cons. 218. nu. 21. vs. quæ in fin. vers. venio ad quintum*, vbi, quod in feudo antiquo no præiudicat, secus in nouo, & ab eo acquisito, pro quo etiam Bald. *cōs. 295. in fin. lib.* 3. Decius *consil. 190. circa fin.* Castrens. *consil. 462. Visis & diligenter. per tot. lib.* 1. maxime *in princip. & num. 4. ver. secundo considerandum, & num* 5. quod non venit feudum dignitatis. † Tu dreas, quod tex. *in d. c. 1. § naturales. si de feud. defuncti cont.* excludit naturales etiam legitimatos, vbi glossa in verbo, *legitimati*, dicit nō procedere, quādo princeps nominatim dixit, quod succedat ad feuda, & quod ita Mutinę fuit iudicatum, & illam glossam sequitur Alexand. *cons. 60. in princ. lib.* 2. & Roman. *consil* 33. *in fine*, vbi apost. *in verb. legitimum*, dat concordant. & dicit * communem. † Limita, quia licet feudum concessum simpliciter non transeat ad legitimatum, vt supra ; tamen si à principio inuestitura fiat in legitimatum, valet. Bald. *cons. 141. num. 1. versic. ad illud, quod obijcitur. lib.* 2. Vide, *Legitimatio quid conferat legitimato stante statuto. Concl. 217.*

Vide plenius, *Legitimatio non habilitat legitimatum in multis. Concluſ. 226.*

Feudum transit ad Clericos, & Ecclesiasticos, & quādo secus. Concl. 166.

FEVDVM † paternū potest obtinere, & in eo succedit clericus primæ tonsuræ, quando de natura feudi non requiritur à feudatario seruitium personale prohibitum clericis. Cald. *cons. 305.* alias *2. de feud. in princ.* † Extende ; quia imo simplex clericus potest obtinere, & est capax feudi. *c. ex transmissa. de foro comp.* & est communis * opinio, de qua Clar. § *feudum. quæst. 78. n. 4. ver. de clerico*, & hanc communem & absolute veram * dicit Clar. *ibi num. 5. versicrt. & hæc omnia.* † Declara ; quia omnis clericus etiam in sacris constitutus est capax quoad acquisitionem, & retentionem, quādo feudum requirit seruitium reale, vel etiam seruitium personale, quod possit præstari per substitutum ; secus si seruitium sit personale, quod nō potest per substitutum, vel per clericum præstari, magis communem * dicit Clar. *d. § feudum. q. 78. nu. 4. & 5.* vbi sic debet intelligi de clerico etiā in sacris, & beneficiato ; quia arguit eo modo, quo dixit de religioso ; & quia in fine quæstionis explicite se declarat ita intelligere, & communem esse * opinionem, quod simplex clericus est capax omnis feudi ; in sacris vero constitutus, vel beneficiatus ita demum, si seruitium per substitutum potest præstari. † Amplia, vt in tali feudo habēte seruitium reale, vel personale, quod per substitutum potest præstari, possit etiam succedere religiosus, *cap. 1. de statu regul. lib.* 6. Cald. *cons. 305. in prin. ver. item hoc probatur.* alias *2. de feud.* † Declarat Alex. *cons. 10. n. 14. & seq. li.* 5. vbi, quod religiosus non succedit, sed si habet feudū, monasterium retinet eo viuente, & ista est communis * opinio, quæ non habet contradictorem. Clar. *in d. § feudum quæst. 78. in pr.* vbi citat plurimos, & in specie Capic. *decis. 10. n. 10.* † Et quod monasterium succedat in feudo per professionem vasalli, quādo est tale feudum, quod admittit seruitium posse honeste præstari per monasterium. Ægid. Bellam. *cons. 48. n. 31. ver. sed contra*, idem, quādo est paternum, & consueuit per alium præstari seruitium. Alex. *cons. 10. Viso instrumento, num. 6. & sequ. verb. sed præmissis non obstantibus, per tot. lib.* 5. vbi, quod durante vita professi retinet, sed si esset hęreditarium absolute, monasterium retinet feudum perpetuo, tanquam allodialia bona. † Contrarium, & iudicio meo male tenet Clar. *in d. § feudum. q. 78. n. 3. verb. sed hæc concluſ.* vbi dicit, quod feudum non habens seruitium, vel si per substitutum potest præstari, nō transit in monasterium, etiam in vita professi, sed ad vocatos ex inuestitura, ac si professus esset mortuus, vel quatenus communis * opinio sit tenēda, quod debet habere locum in feudis inferioribus non habentibus dignitatem, & quando non extant alii vocati, allegat Curt. Iun. *de feudis in 2. par. tertiæ partis princ. quæst. 10. in fi.* allegat rationem ; quia distraheretur religiosi ab instituto, & debent abstinere à negociis secularibus, & dicit, quod ita de facto in practica seruatur, allegat Specu. *in tit. de statu monac. § 1. nu. 15.* & licet submittat se matri S. Ecclesiæ ; tamen male loquitur, & non est vera sua opinio, & Spec. non dicit ea, ad quæ allegatur. † Declara igitur ; quia comm. est * opinio, quod monasterium retineat feudum professi, donec viuat professus, & est verissima, & tenenda indistincte in omni feudo etiam dignitatis ; contrarium procedit, quando professus tempore professionis nullū habebat feudum, sed post quam emisit professionē, vacauit feudum ; quia tunc non succedit monasterio, & ita distinguit, & declarat Alexand. *d. cons. 10. nu. 8. & sequent. lib.* 5. ex mente Oldrad. & Ioan. Andr. quos citat, & ita etiam loquitur Specul. allegatus per Clar. *de statu monach. § 1. nu. 15. ver. vndecimo quæritur*, & non est mirum ; quia multa facta tenent, & quia facilius datur retentio, quā noua acquisitio, & facilius exceptio, quā actio ; ratio Clari, quod religiosi debeant abstinere à negociis secularibus, tollitur ; quia per substitutos facere possunt, vt etiam respondet Alexan. *d. cons. 10. in fin. lib.* 5. *ver. & per ista etiam est responsum.* † Declara ; quia imo feudum proprium, & nouum reuertitur ad dominum, si feudatarius efficiatur religiosus, & emittat professionē, expresse tenet Alex. *cons. 150. In causa. n. 14. in fin ver. & in casu nostro. lib.* 6. allegat *c. 1. de milit. vasal. qui arma deposuit*, & alia iura. † Amplia etiam in Episcopo, qui potest succedere in feudo nō requirēte seruitiū personale repugnans Episcopali dignitati. Cald. *d. cons. 305. n. 1. in fin.* alias *2. de feud.* allegat *c. si Episcopis. 18. distinct & n.* 2. † Extende ; quia imo Episcopi, & Cardinales retinent, & succedūt in omni feudo habēte seruitiū personale ; quia ratione dignitatis possunt deseruire per substitutum. Clar. *d. § feudum. q. 78. in fin. ver. caterum*, vbi, quod ita communiter seruatur, & sine controuersia admittuntur ad præstādum seruitiū per substitutum. † Extende, vt quod dicit de feudo paterno ; procedat etiam in feudo auito, antiquo, vel

reali; quia communiter in istis seruitium potest per alium præsta-
13 ri, vt per Oldr. *cons.* 270. *ver. est & aliud. nu.* 9. † Amplia; quia pariter clericus, & persona Ecclesiastica, seu Prælatus, vt supra, succedũt, quando secundum naturam feudi seruitium potest præstari per alium, & non requirit personale seruitium feudatarii. Cald. *d. cõs.*
14 305. *in fin. ver. secus ergo si feudũ*, alias 2. *de feud.* † Declara, quod omne feudum, quod non sit personale, vel temporale, prout est paternum, auitum, vel antiquum, communiter admittit seruitium per
15 alium. Oldr. *d. cons.* 270. *n.* 9. *ver. est & aliud.* † Amplia, vt idem sit in feudo francho, & libero ab omni seruitio personali; quia tunc Ecclesiastici succedunt. Cald. *d. cons.* 305. *circa fi. vers. secus ergo si feudũ*,
16 alias 2. *de feud.* † Amplia; quia feudum liberum, & perpetuum, vel quando habet seruitium, quod per alium potest impleri, vel seruitium conueniat Ecclesiasticis, potest legari, & peruenire in Ec-
17 clesiam. Calderin. *consil.* 313. alias 10. *de feud.* Vide, *Feudum non potest alienari per vasallum, & quando secus. Conclus.* 186. † Amplia; quia Papa per mortem fratris sui vasalli succedit in feudo, quod sibi, non autem Ecclesiæ Romanæ acquirit. Bald. *consil.* 175. *Quod pro regula. nu.* 8. *ver. quid igitur de Papa. lib.* 2. *vsque in fin.* vbi, quod Papa non desinit esse miles seculi, licet efficiatur miles cæli; quia habet vtrun-
18 que gladium. † Contrarium tenet Ægid. *consil.* 48. *num.* 8. *verb. circa quartum, & ver. circa quintum*, quod est domini Raymundi Ber-
19 nardi, qui loquitur in Episcopo, sed est Papa Clemens VI. † Extende; quia etiam per mortem Papæ habentis feudum aperitur feudum, sicut alterius personæ. Bald. *consil.* 275. *col. fin. ver. nam post*
20 *mortem. lib.* 2. † Amplia; quia imo feudum concessum Comiti retinetur, licet Comes fiat Episcopus, vel Cardinalis; quia isti non desinunt propter prærogatiuam esse feudatarii, plene Ceph. *cons.* 1. *nu.* 39. *& seq. ver. quicquid sit*, vbi, quod prohibitio de clericis non comprehendit istos in magna dignitate, nisi fiat de eis mentio,
& *num.* 57. dicit, quod succedit Episcopus, *& n.* 63. quod est com-
* 21 munis *opinio. † Contrarium Ægid. Bellam. *d. cons.* 48. *num.* 8. *ver.*
22 *circa quartum.* † Amplia; quia imo feudum franchum transit in Ecclesiam, & clericos quoscunque. Cephal. *consil.* 1. *num.* 20. *& se-*
23 *quent.* † Extende idem in feudo conditionato, seu alterato. Ceph.
24 *d. consil.* 10. *n.* 22 *& seq.* † Amplia; quia feudum si concedatur in habili à principio, prout clerico, vel mulieri, seu religioso, censetur dispensatus de seruire per alium; & sic per substitutum. Alex. *cons.*
25 10. *Viso instrumento. col. fi. n.* 16. *& seq. ver. nõ obstat tex lib.* 5. † Extende; quia feudum cõcessum presbytero pro se, & hæredibus, licet hæredes in feudalibus intelligantur descendentes; tamen secus est isto casu; quia intelligitur de transuersalibus. Cla. *in* §. *feudũ q.* 79. *in fin.* sic dicimus feudum concessum fœminæ à principio dicitur fœmineum, licet fœminæ regulariter excludantur. Cla. *d.* §. *feudũ.*
26 *q.* 73. *n.* 5. *ver. preterea.* † Limita; quia feudum dignitatis non transit in Episcopum, vel sacerdotem, quando requirit seruitium; quia non potest per substitutum inseruire. Bellam. *consil.* 48. *nu.* 7. *&* 8.
ver. circa quartum, quod est Domini Raymundi Bernardi, & dicit
27 procedere in feudo proprio. † Contrarium tenet Clar. *d.* § *feudũ. q.* 78. *in fi. ver. cæterum*, vbi, quod seruire potest Episcopus, vel Cardinalis per substitutum, & quod ita communiter obseruatur,
28 & sine controuersia. † Restringe, quando de consuetudine haberentur feuda vt patrimonialia; quia tunc succedunt omnes. Æ-
29 gid. *d. cons.* 48. *n.* 8. *ver circa quintum.* † Limita, vbi feudum requireret seruitium personale repugnans clerico, & personæ Ecclesiasticæ; quia clericus, vel persona Ecclesiastica ratione incompatibilitatis censetur renunciasse per clericatum. Cald. *cons.* 305. *nu.* 2.
ver. sed vbi deberet, alias 2. *de feud. & cons.* 313. *circa pr. ver. si vero feudum.*
30 alias 10. *de feudis.* † Contrarium, quod presbyter, & Episcopus possit succedere in feudo, & præstare seruitium per substitutum. Bellam. *d. cons.* 48. *num.* 31. *ver. sed contra*, vbi, quod illa iura sunt intelligenda, quod clericus non succedit in feudo habente seruitium,
31 nisi velit seruire per substitutum. † Declarat Ægid. *d. cons.* 48. *num.* 31. *ver. vltra prædicta*, quod imo clericus presbyter inhabilis ad seruitium non succedat, licet velit seruire per substitutum, quando tempore successionis est inhabilis; quia est in sacris; si vero esset habilis, & postea fieret inhabilis, bene admitteretur per substitu-
32 tum. † Declarat aliter idẽ Ægid. *d. cons.* 48. *n.* 31. *ver. sed contra*, quod succedit presbyter indistincte in feudo requirẽte seruitium, si velit per substitutum seruire; quia iura excludentia clericos, ita excludunt, si nõ velint per alium seruire, nisi inuestitura esset restricta ad seruitium in propria persona; quia tunc non succederẽt, &
n. 32. *ver. secundo probatur*, dicit, quod de generali consuetudine dicta iura feudalia debent intelligi, quando esset feudo annexum seruitium personale, quod non posset per alium commode expediri, & quod ita tenent Columbi. Cyn. Innoc. & Hostien. & Petr. Iac. in locis allegatis. & *num.* 33. dicit, quod per leges vltimas datur hæc facultas seruiendi per substitutum. † Contrarium 33
Clarus *d.* § *feudum quæstion n.* 78. *in fin.* † Declarat aliter idem Ægid. 34
dict. consil. 48. *num.* 33. *circa fin. ver. nec consuetudo trahitur*, vbi, quod fuit facta extensio cõsuetudinis de fœmina exclusa ad clericum, & consuetudo non extenditur de persona ad personam, maxime, vbi est diuersa ratio; quia presbyter potest dare consilium domino magis, quam mulier. † Declara, vt limitatio non procedat in clerico minoribus ordinibus dumtaxat initiato; quia acce- 35
ptando feudum, quod habet seruitium personale, repugnans clericatui, censetur potius clericatui renunciare, prout potest, Calder. *d consil.* 305. *in fin. ver. posset etiam defend.* alias 2. *de feud.* † Limita; quia feudum requirens seruitium non transit ad Religiosum Cruciferum de rigore iuris, licet illi militent Deo contra Turcas. Bald. *consil.* 170. *Ad euidentiam. num.* 2. *ver. præmittendum. lib.* 2. vbi disputat late, sed tenet, quod non sint capaces propter seruitium. Vide, *Fratres ordinis Crucif. rorum, & eorum priuilegia. Concin.* 461. † Limita; quia feudum non transit ad clericum; quando alterum de duobus concurrit, vel quod feudum requirit tale seruitium, quod à clerico præstari non potest, vel quando propter feudum clericus retraheretur à diuinis; quia sunt incompatibilia. Bald. *cons.* 141. *Thema huiusmodi. nu.* 1. *ver. preterea nec obesse. lib.* 2. † Vide tamen Bald. *consil.* 275. *num.* 9. *ver. pro Papa etiam. lib.* 2. vbi, quod non valent consuetudines feudorum contra libertatem Ecclesiasticam. † Extende; quia feudum non retinet assumens habitum religionis, donec supereſt agnatus, vel dominus. Bald. *d. cons.* 39
275. *Quod pro regula. nu.* 6. *ver. illud etiam non transeo. lib.* 2. † Restringe; quia monachus factus Comes per Papam, succedit in feudo 40
sibi aperto, postquam habilitatus fuit tanquam postliminio reuersus. Bald. *d. consil.* 275. *num.* 7. *ver. pone, quod monachus. lib.* 2. † Li- 41
mita; quia non transit feudum ad Ecclesiam, vel monasterium, vel professum etiam titulo vniuersali heredem, quando requirit seruitium, licet bene transeat emphyteusis. Anchar. *consil.* 410. *Quidam ser. Antonius. num.* 2.

Feudum an trãseat ad hermaphroditum. Cõcl. 167.

FEVDVM † transit ad hermaphroditum, quando magis in- 1
calescit in sexu masculino, quam in fœmineo; quia masculus reputatur. Bald. *cons.* 237. *Quidam magnificus, circa fi. ver. sed quantum ad feuda. lib.* 3. secus in casu contrario. † Amplia, vt procedat 2
etiam in eo, qui incalesceret in animo virili, licet non haberet membrum apertum ad virilia, neque ad fœminam, prout quando habet carnositatem ad formã oui, quæ non est apta generare, neq; in sexu masculi, neq; fœminæ; quia si in reliquis est aptus ad seruitia virilia, succederet potest, quando saltem in animo incalescat circa virilia. Bald. *d. cons.* 237. *circa fin. ver. sed quantum ad feuda. lib.* 3. † Limita, quando incalescit in sexu fœmineo, vel etiam quã- 3
do æqualiter incalescit in vtroque; quia est casus mixtus, & omissus in inuestitura; ideo non succedet in feudo. Bald. *d. consil.* 237. *circa fi. lib.* 3.

Feudales leges aliquæ non authenticæ. Concl 168.

FEVDORVM † aliqua capitula, & tex. sunt apocryphi, & non 1
authentici, & in specie omnia capitula feudalia extraordinaria, quæ communiter non habentur. Alexand. *consil.* 30. *Omne datum. colu. penul. ver. ad quartum argumentum, lib.* 1. † Contrarium di- 2
cit Bald. *cons.* 291. *Ad euidentiam in pr. lib.* 2. vbi allegat certa capitula feudorum, in quibus fit mentio de feudo ligio, & dicit, quod sunt extraordinaria; tamen sunt authentica; quia Io. de Ardizone Veronensis præcipuus Summista feudorum ponit illum tex. 3
in sua summa. † Declara; quia multa sunt capitula feudorum, quæ olim habebantur ab aliquibus Doctoribus, nõ autem communiter, & illa, quæ non fuerunt recepta communiter, non possunt allegari, neq; sunt attendenda; si vero fuerunt communiter recepta, probant, ita Barba. in suo cons. quod est insertum post *cons. Alex.* 55. *Perspectis. lib.* 4. *n.* 20. *& seq.* allegat Bald. *in auth. cessante. C. de legit. hæred.* allegantem vnum capitulum, *sub tit. de natur feudi*, quem text. dicit habere in libro suo, per quẽ nepotes ex diuersis fratribus succedentes patruo succedunt in capita; tamen quia iste tex. non habetur communiter, dicit Barba. quod credendum est Baldo, quod habuerit in suo libro talem textum; sed quod sit lex, vel authenticum capitulum, dicit non esse credendũ, & ideo dicit Barbatia, quod Baldus melius fecisset, si hoc tacuisset; quia boni viri tacent, quod probare non possunt, vbi apposit. *in ver. non possunt*, in hoc vltimo citat plurimos concord. † Lex Conradi, quæ 4
est in vsibus feudorum, nõ ligat; quia nõdum erat Imperator, sed solum

solum Rex Alemaniæ, nec erat per Ecclesiam approbatus. Oldr. *cons.* 159. *versicul. circa secundum. num.* 7. † *Cap. Imperialem, de prohibita feudi alienat. per Fridric.* prohibens feudi alienationem, etiam pro anima, in hoc non est authenticum; quia illud verbum, *pro anima dudicare*, fuit falso adiectum. Oldrad. *consil.* 270. *num.* 9. *verb. & tu instabis*, qui allegat Hostien. *in summa, de immunitat. Eccles. §. in quantum*, vbi etiam dicit Oldrad. aliqua ad intellectum huius legis, vt loquatur de feudo non hæreditario, sed ad tempus concesso, & propterea tanquam contra libertatem Eccles. non valent talia iura, Bald. *cons.* 275. *nu.* 9 *ver Papa etiam. lib.* 2. † *Cap.* 1. *quot testes sint necess. ad proband. &c.* requirens quinque testes omni exceptione maiores ad probandam feloniam vasalli, non est authenticum secundum plures, quos refert Clarus *in* § *feud. q.* 60. vbi tamen dicit, quod in contrarium est communis * opinio, quod imo est authenticum. † Generaliter, quod constitutiones feudi non sunt approbatæ, fuit opinio apud aliquos, vt per Cald. *cons.* 308. *in fin. ver. item si vera esset*, alias 5. *de feud.* † Author feud. fuit Obertus; quia se inscribit, sed vbi non inscribitur. Bald. *cons.* 291. *num.* 8. *ver. & modo videamus, lib.* 2. dicit se credere, quod fuerit Gerardus Magistri, imo Ægid. Bellamera *cons.* 48. *num.* 32. dicit, quod iura feudalia fuerunt compilata per Robertum de Orto, & Gerardum Cantapisti, non habentes facultatem iura condendi. † Capitula feudorum extraordinaria, videlicet *si cui militi, tit. de feud. & benefic.* sunt apocrypha, & non authentica. Alexand. *cons.* 9. *num.* 8. vbi postilla, *lib.* 5. *& cons.* 29. *Quoniam abunde, in fi.* vbi allegat Baldum, dicit * communiter non haberi. idem Alexand. *cons.* 30. *num.* 18. *ver. ad tertium, lib.* 1. † Contrarium Menoch. *cons.* 65. *num.* 18. *& 19. ver. nec huic primo, vol.* 1. † Et quod iura feudalia sint cõpilata à non habentibus potestatem; & non valeant; quia sunt contra leges. Ægid. Bellam. *d. cons.* 48. *n.* 32. *ver. item facit, & in ver. quid dicendum*, vbi, quod moderni Doctores tenent contra Iacobum de Beluis. * & allegat communem * esse, quod leges feudorum, & decretum Gratiani non sunt authorizabilia; & *num.* 33. dicit, quod non possunt esse leges; quia non sunt publicatæ; nõ scriptæ nomine principis; non diriguntur subditis, non leges appellãtur, nec mandatur in volumine legum collocari. † Contrarium, quod imo liber & leges feudorum sit authẽticus, & possit allegari ad decisionem * cautarum, est communis, * & magis * communis opinio: quia vsus tanti temporis, & per tempus immemorabile fuit habitus pro authentico, hoc induxit plurimos de communi, & magis * communi attestantes, & quod ita omnes * Doctores, tam vltra, quam citra montes tenent, allegat Clar. *in dict.* § *feudum. q.* 3. † Declara totam hanc materiam; quia in materia feudali res non habet difficultatem, quod leges feudales possunt allegari, & sunt * authenticæ, secundum communem, & magis * communem opinionem; extra materiam vero feudalem non probant, nisi in aliquibus casibus in materia emphyteusis, quando de iure communi contrarium non est decisum, ita Clarus *d.* § *feudum, quæst.* 3. *verb. & hac quidem.*

Feudorum leges sunt cõsuetudines, & quæ iura seruentur in feudis. Concl. 169.

1 FEVDORVM † leges pro magna parte sunt consuetudines particulares, & non extenduntur, nisi ad ea loca, in quibus sunt. Oldrad. *cons.* 159. *Ex præsenti, ver. circa secundum*, vbi, quod debet attendi consuetudo loci rei feudalis, non consuetudo generalis feudorum, idem Oldrad. *cons.* 270. *num.* 9. *ver. non obstat*, vbi, quod consuetudines feudorum non ligant extra locum, vbi statutæ, vel seruatæ sunt, & ista est opinio Io. Andreæ *in cap.* 2. *de feud.* & hanc partem, vti veriorem, tuetur Ægid. Bellam. *cons.* 48. *num.* 31. *ver. sed contra. & num* 32. *& sequent.* vbi plura allegat, quod est D. 2 Raymundi Bernardi, *& num.* 48. quod ipsius Ægidii. † Contrarium, quod imo leges feudorum consuetudinariæ faciant ius commune in materia feudi, & inducant consuetudinem generalem; quia Imperator tacite approbauit dictas consuetudines, tenet Iacob. de Beluis. *tit. qui feud. dare possunt*, § *fin.* & tenent Io. de Preto. Io. Mona. & Bertran. Caprio. *in prin. decimæ collation.* quos citat Ægid. Bellam. *cons.* 48. *n.* 31. *verb. vltra, in fin.* quod est Raymundi Bernard. & plenius *num.* 48. quod est Ægidii, *ver. verum, quia*, 3 vbi, quod hæc est communior * opinio scholasticorum. † Declara; quia leges feudales faciunt ius commune, & imperiale inter subditos Imperii, & alios, apud quos recipiuntur; tamen apud non subditos Imperii, & illos, apud quos non recipiuntur, non faciunt ius commune; quia nõ apparet de authoritate principis, neque de authoritate consuetudinis; quia consuetudo in vna regione non probat consuetudinem in alia regione. Ægi. Bellam. *d. cons.* 48. *num.* 8. *& 9. ver. sed dices.* † Declara; quia consuetudo semper attendi debet etiam contra legem, maxime in materia feudali, quæ tota consistit in consuetudinibus, & est text. *in cap.* 1. *de feud. cognitio.* ita Abbas, qui dicit, quod feudum, quod non potest inuitis vasallis alienari, de consuetudine alie natur etiam inferiori, & rustico, & licet iurisdictio non capiat æstimationem; tamen capit de consuetudine, & alia similia, *cons.* 3. *Nitar. col.* 17. *ver.* 22. *q.* 4
lib. 2. maxime *nu.* 11. *&* 32. † Imo leges feudales sumpserunt originem à consuetudine, & appellantur vsus; ideo sicut dicuntur cõsuetudines generales; ita illis derogatur de facili ex consuetudine speciali. Cuman. *cons.* 163. *Guarnerius, n.* 2. *ver. ad secundum*, & est communis * opinio. Clar. *in* § *feudũ, q.* 1. *&* 2. vbi plures de communi. † Et leges feudales, quæ fundantur in consuetudine, prout q. 6
miles, vel sacerdos non succedat in feudo, non habent locum, nisi vbi est talis consuetudo, vel vbi iura feudalia sunt in vsu. Ægid. Bellam. *d. cons.* 48. *num.* 9. *& 10. versic. sed dices.* Vide, *Feudorum principia qualia. Concl.* 103. † Lex Conradi non ligat, quæ est in vsibus 7
feudorum; quia nondum erat Imperator, sed solum Rex Alemaniæ, nec erat per ecclesiam approbatus. Oldrad. *consil.* 159. *ver. circa secundum, nu.* 7. † Et in tantum leges feudorum sunt consuetu- 8
dines laudabiles, vt trahantur de similibus ad similia; ideo mulier, quę non succedit in feudo secundum naturam feudorũ, non etiam succedit in iure exigendi pedagia; quia est de Regalibus principis, & conceditur tanquam beneficium principis, sicut feudum. Castrens. *consil.* 166. *Nulli dubium, colum.* 2. *nu.* 2. *lib.* 1. Vide, *Ius feudale quid & quale. Conclus.* 590. † Ius feudorum seruandum est 9
in materia feudali, quatenus reperitur decisum per feudalia iura, est text. *in cap.* 1. *de feudi cognit.* Abbas *cons.* 30. *Videtur primo, colu.* 2. *ver. sed seruandus, lib.* 2. † Deficiente iure feudorum seruari debet 10
ius commune, *cap.* 1. §. *strenuus, de feudi cognitio.* Baldus *consil.* 293. *Primo dicam, circa princip. verb. nam successio, lib.* 2. Abb. *dict. consil.* 30. *colu.* 2. *ver. sed seruandus, lib.* 2. † Et ideo in successione feudi, quoad 11
successionis ordinem, seruatur ius commune, & quẽadmodũ succeditur in aliis bonis, eodem modo succeditur in feudo paterno antiquo. Bald. *d. consil.* 293. *per tot. lib.* 2. *& cons.* 327. *In hoc conueniunt. in fin. ver. declarando id, quod dixi, lib.* 3. & idem tenet Petr. Iacob. in Sum. quem refert Ægid. Bellam. *d. consil.* 48. *num.* 31. *ver. sed contra*, qui loquitur in presbytero; quia succedit vt laicus; & ita Clar. *in* § *feudum, qu.* 77. *ver. sed certe.* † Contrarium arguit Ant. de 12
Butr. *consil.* 47. vbi arguit, quod non reperitur iure cautum, quod in successione feudali nepos ingrediatur loco patris; ergo frater solus succedit. Vide, *Feudum antiquum ad agnatos spectat. Cõcl.* 180. *n.* 36. † Declara, vt procedat; quia potest deseruire per substitutum; 13
ideo non procedit, quando esset seruitium annexum feudo; quia non succedit. Ægid. *d. cons.* 48. *nu.* 31. *ver. sed contra.* † Extende; quia 14
vbi non reperitur ius feudale, & consuetudo feudalis in materia feudali, seruatur ius commune. Bald. *consil.* 328. *in fin. ver. declarando id quod dixi, lib.* 3. Castrens. *consilio* 262. *Dico, quod Episcopus, in fin. lib.* 2. Alexand. *consil.* 5. *Si vera sunt, num.* 4. *lib.* 5. † Declara; quia id, 15
quod dicitur seruari ius commune in feudalibus, vbi non sit contrarium decisum per constitutiones feudales, *cap.* 1. *de cognit. feud.* debet intelligi, quando constitutiones feudales expresse disponunt, & decidunt; secus, si per argumentũ à contrario sensu contra ius commune; quia vltra quod non valet argumentum à cõtrario contra ius commune. Alexand. *consil.* 7. *In consultatione, num.* 13. *in fin. cum sequent ver. restat ad allegata, lib.* 5. non dicitur expresse decisum, sed tacite; & per subauditum intellectum, quo casu recurrendum est ad ius commune. Alexand. vbi supra *n.* 15. *&* 16. & iterum *consil* 25. *Attentis, nu.* 14. *lib* 5. † Et in materia iuris accresceni- 16
di, vel non decrescendi, vbi deficit ius feudorũ, potest ius commune introduci, & arguere licet de seruitute ad feudum; quia feudum respectu vtilis dominii est quædam seruitus. Castrens. *cons.* 262. *col. fi. ver. sequitur ergo, & in fin. lib.* 2. † Et procedit, quod re- 17
curritur ad ius commune, deficiente iure feudali, etiam si ius cõmune sit per argumenta; & similitudines. Alex. *cons.* 5. *nu.* 4. *lib.* 5. † Imo vbi consuetudo, & ius feudale extat dubium, debet inter- 18
pretari secundum ius commune. Bald. *d. consil.* 327. *in fin. lib.* 3. † Et 19
an dominus inuestiẽs teneatur de euictione feudi promissa, etiã si inuestitus sciuit, si non est decisus iste casus p leges feudales, seruari debet ius commune. Abbas *cons.* 30. *col.* 2. *ver. sed prædictis nõ obstãtibus, lib.* 2. vbi idem dicit, quando per leges feudales dominus tenetur, vel liberare feudum, vel dare aliud æque bonum liberum, nec dicit, quis habeat electionem, attẽdi debet ius commune, vt electio sit inuestiti. † Amplia; quia iura feudorum etiã ligãt 20
ecclesias; quia feudum ecclesiæ regulatur secundum iura feudorum, quatenus contrarium de iure canonico nõ sit decisum. Ancharan. *consil.* 174. *Dominus Lazarius, in princip.* vbi late, & hæc est

communis * opinio, quod leges feudorum ligant ecclesias & ecclesiasticas personas, vt de communi * attestatur Clarus *in §. feudum.quæst.3.in fine,versicul sed nunquid*, & iterum *quæst.90.num.4.* & 21 *num.9.* vbi citat concordan. † Contrarium, quod leges, & consuetudines feudales non valent contra libertatem ecclesiasticam. 22 Bald.*consil.275.num.9.versicul.pro Papa etiam,lib.2.* † Declara; quia si ius feudale discrepat à iure canonico, seruatur ius canonicum quoad ecclesias, prout in consuetudine præscripta contra ecclesiam, quæ de iure ciuili sufficit decem annorum, sed de iure canonico debet esse quadraginta annorum. Alexand. plene *dict. consil.5.Si verà sunt,num.9.lib.5.* † Imo etiam inter laicos, quando agitur de iuramento feudi, si ius commune ciuile discrepat à iure canonico, attendi debet ad decisionem feudi ius canonicum. Alexand.*d.consil.5.num.10.ver. accedit etiam, lib.5.* † Idem, si agitur de feudo ecclesiastico alienari solito; quia iudicatur solitum alienari secundum ius canonicum, videlicet quando interuenit bina concessio, & lapsi sunt 40. anni. Alexand. *dict. consil.5.num.10.& sequent.verb.fortificantur,lib.5.* † Declarat Alexand. *cons.10.Viso instrumento,col.2.n.4.versic.nec dicatur,lib.5.* vbi, quod iura feudalia, quatenus ab Imperatoribus procedant, seruantur etiam in feudo ecclesiastico; quia censentur approbata; secus si sunt ab inferiore ab Imperatore condita, & dicit ita teneri etiam *in cap. ecclesia sanctæ Mariæ,de Constitut.* & allegat plures. † Imo Baldus in *cap. quæ in ecclesiarum de Constitut.* quem sequitur Alexand. *d.consil.10.num.11.vers. nec dicatur,lib.5.* dicit, quod licet text. *in cap.1.de eo,qui arma bell. depos.* excludat à feudo recto professum in monasterio; non tamen dicitur contra libertatem ecclesiasticam; quia ius feudale fundatur in ratione naturali, *cap.1.de alienat feudi*, quem dicit notabilem 27 ad hoc † Tu dicas plenius, quod ideo iura feudalia ligant Clericos; quia illa consuetudo est natura ipsius feudi, cum origini feudi sit annexa. *cap. imperialem. §. quoniam, de prohibit. feudi alienat per Federic.* ita Iason *in prælud. feudorum,num.5.* sed melius exponit Abbas *in quæst.6.col.7.circa finem, vers. præterea Imperator*, quod Imperator hanc legem feudo adiecit, & cum feudum transeat cum suo onere, non poterat ecclesia, vel ecclesiastica persona habere feudum; nisi se subiiceret legi feudali; ideo Papa approbauit, ne Clerici feudo remanerent priuati. & idem dicit Curtius Iuni. * *tract. de feudo quæstion. 2. princip.* vbi dicit * communem, quod ligant Ecclesias, & ecclesiasticas personas; quia sunt leges consuetudinis, tam Clericorum, quam laicorum, & iterum *in 4. parte princip. num.* 84. vbi dicit * communem; sed tamen declarat, & limitat. Vide, *Feudalis cognitio ad quos spectet. Concl.212.num.17.& sequent.* † Limita; quia è conuerso leges feudorum non allegantur ad decisiones causarum non feudalium; quia ius feudale est exorbitans. Anchar. *consil.339. Pro maiori intelligentia, num.20. ver. tertiarationi.* Vide plenius Concl. prox. præced. † Extende; quia 29 successio in Regnis non regulatur secundum legem feudorum, maxime quando feudum fuit originale fœmineum, prout Regnum Aragonum. Anch. *consil.339.num.20. & 22. versicul. sed certe.* † Declara; quia aliquando allegantur in causa emphyteutica, quando contrarium de iure communi non est decisum. Clar. *in* * *§.feudum,quæst.3.verb.& hac quidem conclusio*, vbi dicit * communem.

Feudi concessio ex quibus probetur, vel non. Concluſ.170.

1 FEVDVM † probatur concessum ex investitura gratiosa. Gemin. *consil.14.numer.5.versic.quoad secundum.* Vide, *Feudum antiquum, autitum, vel paternũ quale, & qualiter probetur. Concl.140.* † Extende in tantum inuestituram probare feudum in præiudicium 3 inuestiti, vt ea sola sit sufficiens. Crauet. *cons.507.n.21.* † Extende, vt procedat nedum in perniciem inuestiti; sed etiam habentium 4 causam ab inuestito. Crauet. *cons.508.nu.9.* † Restringe; quia non probat inuestitura contra inuestitum, quando verba sunt generalia, sed solum quoad nominatim specificata. Crauet. *cons.509. num.20. & cons.583.in fin.* nec contra habentem causam ab inuestito. Crauet. *consil.530.n.4.* † Restringe; quia non probat in præiudicium tertii, Crauett. *consil.514.in princ.* vbi late, & *n.6.* quia si bona non possidet princeps; quæ in feudum cõcedit, inuestitura debet iustificari, & idem tenet Crauet. *d.cons.583 in fin. & cons.530.in fi.* & 6 plenius *consil.54.num.9.* † Amplia; quia feudum probatur passiue, videlicet ad fauorem communitatis, & ciuitatis, ac ecclesiæ inuestientis ex sola inuestitura, & recognitione facta per feudatarium, nedum quoad acquisita, sed etiam quoad castra acquirẽda; quia speciale est, quod ex sola inuestitura sine traditione tradatur dominium pro ecclesia, & ciuitate. Bald. *cons.337. In primis videndum, in princip. lib.1.* & maxime *num.6.ver.ex iis*, sequitur Castr. *consil.11.in principio.lib.2.* † Restringe; quia licet quoad recognoscentem hoc 7 procedat; tamen secus est quoad illius hæredes, nisi probetur traditio; quia cum hæres ex quasi contractu obligetur, dominium non probatur pro ecclesia, vel ciuitate ex quasi contractu. Bald. *d.cons.337.n.11. & sequent.ver.venio ad secundum,lib.1.* † Amplia; quia 8 feudi concessio probatur, etiam si feudatarius iure feudi possedit per annum, sciente, & patiente domino sine controuersia. Gem. *consil.14.n.7.ver.item quando vasallus.* † Declara; quia procedit, nisi 9 constaret de non inuestitura, vel quod possessio esset abusiua. Gemin. *d.cons.14.n.7.ver.quod intelligit.* Vide, *Feudum quid sit, & qualiter constituatur. Conclus.104.nu.4 & sequent.* † Amplia; quia in Sab- 10 audia, & Regione Pedemontium probatur feudum ex professione, seu registro principis; secus in Marchionatu Salutiarum, & alibi. Brun. *cons.117.col.35.ver.quod si vndecimam.* Rolan. à Valle *cons. 82.n.37. & seq. per tot.lib.2.* & fatetur Bellon. *cons.10.n.8.ver. quinta, & vltima*, licet *n.14.* dicat posse contingere, quod nec allodialia registrentur propter exemptionem bonorum; ideo non arguit necessario. † Amplia in feudo antiquo; quia probatur per testes i1 doneos, licet non sint Pares curiæ. Bald. *cons.351.n.10.ver.item si est antiquum,lib.1.cap.1.si inter dom. & vasall. de inuestit. & cons.308.n.9. ver.item si est antiquum,lib.3.* † Extende ampliationem in feudo Cle- 11 ricorum, quia admittitur probatio per testes, non Pares curiæ, dummodo alias sint idonei. Bald. *cons.352.in pr.n.11. ver.item fallit, lib.1.* † Extende in feudo principis, qui nõ habet Pares curiæ; quia 13 vbi admittitur probatio per testes, intelligitur de testibus idoneis, licet non sint Pares curiæ. Bald. *d.cons.352.in pr.ver.fallit secuia, lib. 1.* † Restringe ampliationem; quia contra possessorem feudi non 14 admittitur alia probatio feudi pro actore, quam per scripturam, quia sicut collatio beneficii ecclesiastici requirit probationẽ per scripturam, ita collatio beneficii feudalis. Bald. *d.cons.352.in pr.n. 11.versic.si autem est feudum antiquum,lib.1.* † Amplia, quia feudum 15 paternum, vel antiquum licet non probetur principaliter sine plena probatione, tamen ad effectum transferendi onus probandi in aduersarium, sufficit probatio possessionis, vel quasi inter feudi parentum, vel auorum eius; qui dicit feudum paternum. Bald. *d.cons.351. In bonis feudalib.in pr.lib.3.* † Imo feudum paternum 16 probatur, si quis per 30. annos vt feudum possedit prætando seruitium feudale. Alexand. *consil.15. Visis narratis,num.6.verb.sufficeret etiam,lib.5.* † Declara, vt procedat limitatio, dummodo concur- 17 rat etiam possessio de recenti, quæ non sit violenta; neque clandestina. Bald. *d.cons.351.n.6.ver.tertia qualitas, & in fine ver.porro,lib. 1. & cons.308.in fi.ver.porro,lib.3.* & latius *n.5.ver.tertia materies*, vbi, quod non sufficit præterita possessio ad probãdum præsumptiue. † Amplia, quia feudum probatur paternum, vel antiquũ ex con- 18 fessione parentum, vel auorum, iuncta fama, & quasi possessione, ac depositionibus testium, qui deponunt vidisse priuilegia imperialia. Bald. *d.cons.351.in prin.vsque ad num.5.lib.1.* vbi est casus. † De- 19 clara, quia testes deponentes vidisse priuilegia imperialia concessionis feudi debent deponere de recognitione signi Imperatoris, & literarum Bullæ, & de aliis solemnibus. Bald. *d. cons.351.in fi.ver.item difficile est,lib.1.* vbi dicit, quod est difficile probare tenorem priuilegii, & idem repetit *consil.308. circa fin.ver.item difficile, lib.3.* † Declara, quia ad hoc, vt admittantur testes deponentes vi- 20 disse priuilegia, debet probari de perditio priuilegiorum, alias non admittuntur. Bald. *d.cons 351.nu.3.ver.item adsunt tres testes*, & plenius *consil.352. Materia feudorum, num.11. ver. dicet aliquis, lib.1.* † Amplia, quia in antiquis distantibus per centum annos, bona 21 probantur feudalia per publicam vocem, & famam. Alexand. *consil.15. Visis narratis, in princip. lib.5.* † Extende; quia imo secun- 22 dum aliquos fama probat bona feudalia in antiquis 40. annorum, secundum Alexand. *dict. consil.15. in princip. lib.5.* licet ipse non admittat. † Amplia, quia feudum, & concessio feudi anti- 25 qui probatur ex concessione; in qua narrat princeps, tale feudum fuisse concessum à suis maioribus, & esse tale, quia licet dicat, *prout in concessionibus*; tamen etiam si concessiones non appareant, probatur feudum, quando talis gratia est motu proprio, & concedens se fundat super assertione. Angel. *consil.368. Serenissimus princeps, in princip. & per totum.* Vide, *Feudum probatur ex investitura. Concluso.172.* † Extende, quia probatur in antiquis ex ver- 24 bis narratiuis inuestituræ antiquæ, quod antiqui tenebant, & possidebant feudum, prout ipse inuestitus tenet de præsenti. Castre. *cons.192. colum. fin.* quem citat & sequitur *Pedemont. decis.23. num.5. & seq.* † Extende, vt procedat, etiam si verba narratiua sint 25 de gestis ab ipso principe de facto suo proprio, siue etiam sint de facto alieno, vel sui prædecessoris, quando super tali facto

alieno

alieno narrato fundat Princeps intentionem suam; quia præsumitur Princeps informatus, prout quando aliquid ex certa scientia facit ita plene Alex. *d. consil. 15. Visis narratis n. 2. ver. sufficeret etiam.* 26 *lib. 5.* qui loquitur in inuestitura feudi antiqua. † Contrarium, quod si verba narratiua facti alieni essent, quod tunc non creditur Principi, & non probant, tenet gl. *in clem. 1. de probat. in ver. fecis-* 27 *se narrans.* † Declarat Alex. *d. consil. 15. n. 3. lib. 5.* quod tunc, quando verba narratiua sunt facti alieni, vel prædecessoris Principis, se- * cundum * omnes faciunt qualemqualem præsumptionem, sed in antiquis, etiam si Princeps non se fundet principaliter super illis; tamen operantur tunc idem, quod fama, quæ in antiquis habetur pro plena probatione; ideo posse deferri iuramentum in supplementum probationis. Vide plene per Mascard. *Concl. 768. Feudum quo pacto probandum sit*, vbi, quod probatur ex possessione sola, licet non faciat plenam probationem, nisi sit antiqua; item per famam in antiquis, per verba enunciatiua, & multis modis. Vide, *Feudum in dubio an nouum, vel antiquum præsumatur. Concl. 179.*

28 † Amplia, seu declara; quia sicuti feudum præsumitur ex præstatione seruitiorum ex recognitionibus, & ex aliis coniecturis similibus; ita istis cessantibus, & non apparente inuestitura, non præsumitur feudum, ita Cravet. pulchre *cons. 615. nu. 6.* vbi plenissime hoc demonstrat. Vide, *Feudum qualiter esse probetur. Concluſ. proxim.* 29 *seq.* † Amplia; quia si probatur, quod quis tenuit bona per 30. annos tanquam feudalia certi domini, & quod præstitum fuerit aliquod seruitium dicto tempore, tanquam pro feudo, probatur res feudalis, & bona probantur feudalia. Alex. *d. consil. 15. Visis nar-* 30 *ratis n. 6. ver. sufficeret etiam. lib. 5.* vbi apostill. *in ver. annos.* Vide, *Emphyteusis quomodo, & qualiter esse probetur. Concl. 188.* Vide plene Mascard. *conclus. 337. Concessio in emphyteusim, vel feudum*, vbi, quod probatur per recognitionem, & solutionem per 30. & 40. annos, & aliis modis, & in censis præstatione, vide eundem *conclus. 279. &* 280. † Amplia; quia feudum probatur, quando progenitores, qui 31 tenuerũt, appellarunt se fideles, & seruitores Ecclesiæ Romanæ; quia censentur recognoscere in feudum. Ruin. *consil. 22. n. 7.* vbi, quod ex coniecturis probatur titulus feudi, *lib. 1.* † Amplia; quia 32 feudum probatur, & cõstituitur ex confessione feudatarii confitentis se tenere in feudum; quia talis confessio maxime in scriptis facta probat feudum. Dynus *consil. 48. In quæstionibus num. 5. & seq.* 33 *ver. super eo vero.* † Amplia; quia vbicunque agitur de probando feudo per præscriptionem; tunc probatio admittitur per testes, sed bene requiritur scientia, & patientia Imperatoris, vel locumtenentis. Bald. *consil. 352. num. 13. versicul. sed hic non est inutiliter. lib. 1.* † Amplia; quia feudum probatur per testes probantes fuisse la- 34 tum laudum, quod esset feudum fœmineum; quia inter priuatos probatur feudum, & qualitas feudi, quod sit fœmineum. Cuma. *cons. 138. Consultationis. per totum*, maxime *in vers. quantum vero ad se-* 35 *cundum, vsque in finem*, vbi, quod sufficit arbiter, qui tulit sententiam, & is, qui fuit procurator, quando adsunt alia adminicula. † Extende; quia probatur feudum per testes, quãdo sunt masculi, & reddunt causam scientiæ, alias secus. plene Mascard. *conclus.* 36 *769. Feudum an per testes probetur.* vbi, quod debent esse Pares curię, vt illis credatur, sed sufficit, quod fuerint Pares, licet nõ sint tempore examinis, vide eũ. † Limita; quia regula est, quod in dubio 37 bona præsumuntur allodialia, & libera, nõ autem feudalia. Alex. *cons. 139. in princip. lib. 1. & cons. 55. Prospectis, num. 9. lib. 4.* vbi apostill. *in verb. solum. lib. 4. & cons. 15. Visis narratis, in princip. lib 5. & cons. 222.* 38 *num. 6. lib. 6.* latius *cons. 14. in fine. lib. 7.* & est * communis opinio, de qua Roland. à Valle *cons. 82. num. 10. lib. 2.* † Limita; quia feu- 39 dum nõ probatur, nisi per scripturam, & inuestituram, vel per testes Pares curiæ. Bald. *cons. 352. Materia feudorum, in princip. lib. 1.* qui loquitur in feudo Marchiæ nouo, & *cons. 127. Quidam nobiles, ver. in* 40 *contrarium. eod. lib.* Vide, *Feudum quid sit, & qualiter constituatur. Concluſ. 104. n. 40. & seq.* † Extende; quia imo feudum Principis non 41 probatur per testes, sed solum per scripturam. Bald. *cons. 351. In bonis feudalib. n. 9. ver. item feudum Principis. lib. 1. & cons. 308. Ad evidentiam præmittendum, n. 9. ver. item feudum Principis. lib. 3.* † Extende etiam in feudo inferiori; quia non probatur, nisi per scripturam, & 42 testes Pares curiæ. Bald. *d. cons. 351. nu. 9. ver. sed inferiora lib. 1. & cons.* 308. *nu. 9. ver. item feudum Principis. lib. 3.* † Limita; quia inuestitura feudi non probatur, nisi per scripturam, vel per Pares curiæ. Bal- 43 dus *cons. 215. Proponitur, quod. num. 5. ver. subsequenter. lib. 2.* † Restringe in feudo Ecclesiæ; quia potest inuestitura probari per testes idoneos, etiam si non sint Pares curiæ. Bald. *d. cons. 215. num. 5. versicul.* 44 *cauetibi, lib. 2.* † Restringe; quia licet non probetur inuestitura feudi, nisi per scripturam, vel Pares curiæ; tamen probatur resignatio feudi facta per vasallum in manibus domini per testes. 45 Bald. *dict. consil. 215. num. 5. verb. subsequenter. lib. 2.* † Declara; quia si feudum est Principis, non probatur, nisi per scripturam; feudà vero inferiora probantur per Pares curiæ, & si est antiquum, feudum inferioris probatur per alios testes non Pares curiæ, sed idoneos, & per famam, sed non per solam famam; & ex communi obseruantia, quod castra in prouincia consueuerunt concedi in feudum. Baldus *consil. 351. In bonis feudalibus, num. 9. & sequent. vers. item feudum Principis. & lib. 1. & consil. 308. Ad euidentiam, num. 9. ver. item feudum Principis.* † Declarat Alexand. *cons. 136. Viso, & exa-* 43 *minato, in princip. ver. vnde licet, lib. 1.* vbi, quod licet feudi acquisitio non probetur, nisi per inuestituram, & successionem, *c. 1. §. cogendum. de cognit. feudi.* tamen si probatur Titium nomine feudi rem immobilem per annum possedisse pro feudo domino sciente, & non contradicente, & seruitium recipiente, probatur inuestitu- ram præsumptam præcessisse, licet de ea non constet, *cap. 1. de con-* 44 *suet. recti feudi.* † Declara; quia feudum, & missio in possessionem feudi non probatur, nisi per scripturam, quando curia est absens; si vero curia est præsens, probatur per testes, ita Signorol. *cons. 79. Factum sic se habet, in fine.* † Restringe; quia imo feudum probatur 45 per testes, etiam sine scriptura. Signorol. *d. cons. 79. in fin.* vbi comprobat multis rationibus, & loquitur in feudo inferiori. † Re- 46 stringe; quia quoad possessionem feudi probatur per testes. Sign. *d. cons. 79. in fin.* Vide Clarum *in §. feudum. quæst. 15.* vbi has controuersias concordat, an probetur aliter, quam per inuestituram. † Limita; quia ex sola inuestitura feudi non probatur dominium 47 pro concedente, nisi sit etiam facta traditio, vel nisi inuestitura sit facta corporalis in re, vel in conspectu rei. *cap. 1. de consuet. recti feudi.* Bald. *cons. 337. n. 7. ver. sed in contrarium. lib. 1.* Cuma. *cons. 138. Consultationibus, n. 2. ver. quia feudum.* † Restringe, nisi feudatarius faciens 48 recognitionem feudi possideret; quia tunc per cognitionem feudi probatur possessio. Bald. *d. cons. 337. n. 8. ver. & sic dicatur. lib. 1.* † Li- 49 mita, quando concessio, & inuestitura esset in forma commissionis; quia ex sola inuestitura non probaretur concessio feudi sine exequutoriali processu. Gemin. *cons. 14. num. 5. ver. quoad secundum.* † Limita; quia feudum, & emphyteusis non probatur ex inuesti- 50 tura, seu recognitione facta ad effectum, vt recognoscens tradat rem suam, vt statim sibi retrotradatur in feudum, & seu emphyteusim; quia momentanea non attenduntur. Socin. Iun. *cons. 77.* *n. 71. ver. quoniam in casu isto. lib. 1.* in simili Put. *decis. 519. in fi.* † Con- 51 trarium dicit Abb. *cons. 3. Nitar col. 18. circa med. in 24 q. vers. secus au-* *tem. lib. 2.* vbi, quod si ego recipio donationem Comitatus mei à Rege, non mihi præiudico, neque alteri absenti; secus si ego trado rem meam Principi, & ipse me inuestiat iure feudi, vel alias; quia tunc mihi præiudico. † Extende; quia nobiles consueuerũt 52 plures titulos sibi præparare, vt innitantur ex magis proficuo, non vt sibi præiudicent. Alciat. *cons. 178. num. 2.* Burlat. *cons. 46. num. 16.* & 17. Alba. *cons. 568. num. 5.* vbi, quod protectionem important similes concessiones, & recognitiones factæ de bonis propriis. Vide duas Concluſ. prox. sequentes. Vide, *Feudum quid sit, & qua-* *liter constituatur. Concl. 104.*

Feudum qualiter esse probetur, & in quibus differat à donatione. Concl. 171.

FEVDVM † ex inuestitura, seu concessione cognoscitur, nempe 1 si dictum sit, *inuestimus*; item ex iuramẽto præstito; item ex retentione seruitii, ex prohibitione recognoscendi alium superiorem, seu dominum, item ex mentione aliarum inuestiturarum, quæ sint feudales, ex iis, & similibus signis iudicatur feudum Oldrad. *cons. 159. Ex præsenti themate, in princ.* † E conuerso, sicuti feu- 2 dum ex signis præsumitur, cum sit seruitus; multo magis de facili præsumitur non feudum, si signa cessant. Cravet. *cons. 615. num. 6.* † Limita, quia feudum non probatur, si contraria signa vigentio- 3 ra extarent, puta, si sit dictum, *damus, donamus, tradimus ex causa donationis motus proprij*, item, si libere donatur, quicquid iuris habet donans in principatu concesso, si etiam transfert dominium integrum, si erat pater & filius, si donans Rex, alter Princeps; hæc omnia signa faciunt prævalere, quod sit donatio, non feudum. Oldrad. *d. consil. 159. Ex præsenti themate. versicul. in contrarium. num. 3.* Deci. *consil. 32.* late Socinus Iunior *consil. 102. num. 9. cum sequent. libro 2.* vbi *numero 11.* dicit * communem, & plures citat. Clarus * 4 *in §. feudum. quæst. 17.* Grat. *consil. 9. num. 103. & seq. lib. 1.* † Extende maxime, quando in donatione, vel concessione fuit dictum, ita quod donatarii sint veri domini. Soc. Iun. *d. cons. 102 n. 14. lib. 2.* Grat. *consil. 9. nu. 87. lib. 1.* † Extende etiam, quando adsunt verba. 5 *pro feudo, prout inuestimus*, & alia similia; quia si adest verbum, *do-* *namus*, erit potius donatio. Iacobin. à Sancto Georgio in sua *in-* *uestitura feudali, in verb. inuestiuit talem, numero 10.* vbi loquitur

in inuestitura facta per Regē Francię de Principatu Achaiæ, cum clausula, *quod nullum alium recognoscat superiorem, nisi Regem Franciæ.*
6 † Extende; quia imo quādo datur Ecclesiæ particulari per verba, *sint de iure Ecclesiæ*, quod sit donatio, Mandell. *cons.* 64. *n.* 29.
*7 vbi apost. *in verb. donatio*, dat concord. & dicit * communem. † Extende, quia imo, quādo donat Princeps castra, vel iurisdictiones, dicatur libere donare, procedit, etiam si reseruaret fidelitatem sibi deberi. Ita Socin. Iun. *d. cons.* 102. *n.* 25. *ver. quinimo. lib.* 2. allegat
8 Decium *cons.* 413. † Extende, vt in dubio censeatur potius donatio, quam infeudatio, etiam si adsint verba, quæ possunt importare vtrumque. Roland. à Vall. *cons.* 50. *Visa concessione per tot. lib.* 3.
* maxime *n.* 31 *& seq.* vbi tollit contraria, & dicit * communem, &
* magis * communem, & dat plurimos concord. Ruin. *consil.* 39. *in*
9 *prine. lib.* 1. Bero. *cons.* 65. *n.* 18. *& seq. lib.* 1. † Restringe, quando concessio esset in feudum facta; quia non censetur franchum, nisi ex-
10 presse dicatur. Capic. *dec.* 64. *in fin.* † Limita; quia feudum non arguitur ex eo, quod concedens reseruat, quod recognoscatur ipse solus in dominum, & non alius; quia dominiū verificatur in quacunque modica superioritate, etiam respectu protectionis. Oldr.
11 *d. cons.* 159. *ver. vnde, quia nullum.* † Et quando cōcessio est per viam donationis, tunc Ecclesia, cui donatur, nullum onus sentire debet; secus si concessio est in feudum, & ista est differentia, quam ponit Innoc. *in c. verum, de foro compet. n.* 2. *ver. si autem Baroniæ*, quem
* ibi * omnes quoad hoc sequuntur. Afflict. *decis.* 361. *Monasterium.*
☞ *n.* 21. *& seq. ver. secunda ratio.* Vide plenius. *Feudi concessio non est dona-*
12 *tio. Concl.* 105. *n.* 7. *& seq.* † Limita; quia feudum non probatur ex inuestitura sumpta à consortibus meis, me absente, & ignorante, & talis inuestitura mihi non nocet, neque habenti causam à me, si rata non habui. Castrens. *cons.* 406. *Super primo. nu.* 2. *vers. circa*
13 *secundum. lib.* 2. † Declara tamen, vt procedat, si probarem ego bona ante dictam inuestituram fuisse libera. Castr. *d. consil.* 406. *n* 2.
☞ *lib.* 2. vbi, quod probem ego fuisse libera. Vide, *Feudi concessio non est donatio. d. Concl.* 105.

Feudum probatur ex inuestitura faciente mentionem de antiquiori. Concl. 172.

1 FEVDVM † concessum per hæc verba: *quia sicut venerādæ memoriæ genitor noster fideli nostro feudū concessit, ita & nos concedimus*; dicitur pure concessum, nec requiritur verificatio concessionis genitoris. Oldrad. *cons.* 121. *ver. ad secundam quæstionem*, sequitur Oldr.
2 Boer. *decis.* 247. vbi dat alios concord. † Extende idem in priuile-
3 gio Principis. Boer. *d. decis.* 247. *nu.* 3. † Amplia; quia multo magis probatur feudum per inuestituram principaliter factam de feudo; quando est propria, realis, & corporalis, vt quia dominus induxit vasallum in possessionem; quia ex ea transfertur dominiū.
*4 Clar. *in* § *feudum. q.* 26. *in princ.* vbi dicit * communem. † Contrarium, quod imo ex ea non transferatur dominium, neque proba-
5 tur translatum. Afflict. *decis.* 299. *n.* 14. *& seq.* † Extende; quia licet inuestitura abusiua, videlicet facta per traditionem annuli, vel ensis non operetur translationem possessioni, neque dominii, sed operetur solam licentiam capiendi possessionem propria au
* thoritate, secundum * communem, de qua Clar. *d.* § *feudum. q.* 26. *in princ.* tamen contra dominum inuestientem probat; quia compellitur tradere possessionem, si potest, & si non potest, tenetur
* ad interesse, ita Clar. *d.* § *feudum. q.* 26. *n.* 2. *& per tot.* vbi dicit * com-
6 munem. † Amplia, vt idem sit, si Imperator, vel Princeps motu proprio narrat concessionem feudi fuisse factam, tam per suos genitores, & maiores, quam per seipsum, prout in inuestituris desuper factis; quia licet inuestituræ non appareant, tamen probatur concessio, ex quo Princeps fundat se super ea. Angel. *cons.* 368.
Serenissimus Princeps, in pr. vbi, quod si constat de enunciatis inue-
7 stituris, bene dictio, *prout*, restringit, alias non. † Extende, vt idem sit, quando etiam esset assertum solum de inuestituris maiorum; quia ex quo concedens se fundat super narratis, probatur ipsa inuestitura enunciata, etiam si de ea non probetur aliter. Ang. *cons.*
8 368 *in princ.* † Extende idem esse, quando in inuestitura antiqua dicitur; *quod genitores inuestiti tenebant, & possidebant feudum, prout de*
præsenti tenet, & possidet inuestitus; quia probatur feudum antiquum. *Pedemont decis.* 23. *nu.* 5 *& sequent. ver. tertio*, quod videtur declaran-
9 dum, vt *num.* 44. *in fin. & num.* 45. † Amplia; quia feudum regulatur secundum inuestituram, vt tale sit, quale inuestitura repræsentat, etiam si ipsa inuestitura contineat pacta extranea à feudo; quia tenor inuestituræ semper attenditur. Beccius *cons.* 88. *nu.* 15.
cum seq. Roland. à Vall. *cons.* 16. *num.* 8 *cum seq. lib.* 3. Natt. *cons.* 49.
10 *num.* 19. & plenius *consil.* 467. *num.* 2. *cum seq.* † Limita, quando fieret mentio per modum relationis de inuestituris antiquis, veluti si diceret; *tibi concedimus feudum, quod tenebat genitor tuus*; quia relatiuum inducit conditionem, & nihil ponit certum, nisi constet de relato. Signor. Homod. *consil.* 10. *In quæstione vertente, colum. fin. versic. præterea prima inuestitura.* † Limita, quando dispositio feudi
11 non spectaret Principi narranti de aliis inuestituris maiorum suorum; quia nisi exhibeantur, non probat hæc assertio. Boerius *d. decis.* 247. *num.* 2. *& seq.* Vide, *Feudum antiquum quale & qualiter*
☞ *probetur. Concl.* 140.

Feudalia bona ex quibus præsumantur. Concl. 173.

BONA † præsumuntur feudalia ex cōfessione iudiciali, vel extraiudiciali ipsius feudatarii. Rol. à Vall. *cons* 82. *nu.* 37. *& seq.* 1
lib. 2. † Extende, siue conster ex instrumēto, siue ex testibus etiam 2
singularibus. Roland. à Vall. *d. cons.* 82. *nu.* 40 *& seq. vers. nec obstat. lib.* 2. † Declarat Bellon. *cons.* 10. *n.* 9. *& seq. ver. non obstant*, vbi, quod 3
conclusio, quod confitens se vasallum teneatur ostendere inuestituram, alias omnia bona feudalia præsumantur, procedit, nisi iuret se ignorare; item, nisi essemus in feudo antiquo, & successore in ius alterius; quia excusatur; item nisi ostendat aliquas inuestituras; quia istis casibus confessio non probat omnia bona feudalia. † Amplia; quia si feudatarii obtinuerunt inuestituram, 4
quod omnia bona, quæ sui antecessores, & ipsi tenent, & possident, confirmentur in feudum, licet bona libera eorum nō transeant in feudum; tamen præsumuntur omnia bona libera, donec probetur contrarium. Alex. *cons.* 29. *Perspectis. n* 25. *vers. dum autem quæritur lib.* 5. vbi, quod bona, de quib" in inuestitura præsumuntur feudalia, alia vero libera. † Amplia, quando inuestitura est de 5
castro, territorio, prædiis, vallibus, &c. & introductio in possessionem pariter nominat corpora expressa in inuestituta. Rolan. à Vall. *d. cons.* 82. *n.* 49. *vers. quod autem. lib.* 2. † Extende idem, si in di- 6
uisione bonorum facta esset eadem expressio individua bonorum. Rol. *d. cons.* 82. *nu.* 49. *ver. item adest.* † Extende idem, si in re- 7
nouationibus inuestiturarum fit eadem expressio, quæ in prima, cum territorio, prædiis, vallibus, &c. Rol. à Vall. *d. cons.* 82. *nu.* 49.
ver. tertia adest præsumptio. lit. 2. † Extende; quia imo, quando expri- 8
muntur bona particularia cum suis confinibus in prima inuestitura, præsumuntur bona expressa feudalia; secus si sine confinibus. Crauet. *cons.* 54. *n.* 9. † Declara; quia in præiudicium tertii non 9
probatur dominium; secus in præiudicium concedentis, & recipientis, ac habentium causam ab eis, ita Crauett. *d. cons.* 54. *num.* 9.
† Sed Curt. Iun. *cons.* 312. *num.* 40. *& seq* dicit, quod neque proba- 10
tur dominium ex locatione inter contrahentes, & idem est ex inuestitura, & dicit * communem. † Amplia, quando bona feuda- *11
lia non restringuntur, neq; accatastrantur, prout allodialia; quia non accatastratio inducit præsumptionem feudalium. Roland. *dict. consil.* 82. *num.* 49. *& 50. vers. accedit alia præsumptio. lib.* 2. † Ex- 12
tende maxime, quando feudatarius habet aliqua bona accatastrata, aliqua non; quia maxima est coniectura, quod non accatastrata sint feudalia. Mandell. *consil.* 475. *n.* 4. † Declarat Bellon. 13
d. cons. 10. *in fin. n.* 14. *& seq. vers. vltimo non obstat*, quod patum, & nihil facit, ex quo datur instantia, quod etiam allodialia exempta non registrantur, neque accatastrantur. † Amplia; quia ex quali- 14
tate pretii soluti magni, vel parui infertur ad feudalia, vel non. Roland. *duct. consil.* 82. *num.* 52. *versic. quinta accedit lib.* 2. † Amplia; 15
quia testes etiam de auditu, quod sint feudalia, faciunt præsumptionem. Roland. à Vall. *d. cons.* 82. *num.* 56. *vers. vltimo. lib.* 2. † Am- 16
plia, quando maior pars bonorum est feudalis; quia tunc omnia bona feudalia præsumuntur. Curt. Iun. *in tract feudorum. in* 2 *part.*
in 6. *quæst.* Mandell. *cons.* 382. *n.* 62. † Declarat Bello. *d. cons.* 10. *n.* 12. 17
& seq. vers. tertio non obstat. quod non procedit, si aliqua bona feudalia non esse, sed allodialia per instrumenta probentur, & dicit Curt. me tenuisse contrarium *in consil.* 108. *col.* 4. *&* 138 *col penult.*
& 384. *col.* 2. Affli. *decis.* 267. *col.* 2. *ver. in contrarium.* † Amplia; quia 18
præsumuntur bona feudalia, si tanquam talia possidentur; quia præsumitur pro possessore eo modo, quo possidet. Dec. *cons.* 117.
col. fin. † Declarat Bellon. *d. cons.* 10 *n.* 13. *& seq. vers. quarto non obstat.* 19
vt non procedat, si possessio domini esset * vitiosa, vel procedit ampliatio, quando dominus possidet rem vt feudalem, & alius petit vt allodialem; secus, quando simus in principio negotii. † Extende, quando prædecessores vasalli tanquam talia possede- 20
runt. Mandell. *cons.* 382. *num.* 63. † Amplia; quia bona particularia 21
præsumuntur eius, qui habet territorium, quando non constat, quod sint alterius pei sonæ. Castr. *in l.* 1. *in princ. ff. de acquirend. poss ff.*
† Declara, vt non procedat, quando talia bona per alium prius 22
essent occupata, * communem dicit Curt. Iun. *consil.* 312. *num.* 48. *
† Declara secundo; quia habens feudum cum territotio, & iuris- 23
dictione

dictione non præsumitur dominus bonorum particularium; sed bene, si haberet dominium territorii cũ iurisdictione, præsumeretur dominus bonorum particularium in territorio, ita Curt. 24 iun. *d. cons. 312. n. 48.* † Amplia, quia bona præsumuntur feudalia ex speciali præsumptione, puta per famam probatam, si fiat mentio in aliqua supplicatione, quod sint possessa, tanquam talia, & aliis modis, de quibus Mandel. *cons. 382. n. 56. & seq. & cõs. 475.* vbi, quod per famam probatur secundum * communem, & quod teneantes contrarium cõtra communem loquuntur. † Et quod præsumptionibus bona probentur feudalia, seu ex coniecturis, vel ex verbis enunciatiuis. Alex. *cõs. 15 col. 1. lib. 5.* quem sequitur Mandel. 26 *cons. 475. in fin.* † Contrarium videtur velle Mandel. *cons. 390. n. 5. & seq.* vbi, quod neque statur iuramento asserentis feudalia cum præsumptione, & quod plus creditur neganti, quam affirmanti in 27 hoc. † Limita; quia is, qui allegat rem esse feudalem, probare debet. Iare Mascard. *concl. 766 feudi communia*, vbi extendit etiam in eo, qui dicit feudum guardiæ, vel qualificatum, probari debere qualitatem; quia simplex feudum præsumitur, & quando secus. 28 † Limita; quia in dubio quis præsumitur potius vti dominus, & nomine suo possidere rem immobilẽ, quam iure feudali, seu iure feruitutis. Alex. *cons. 136. Viso, & examinato, col. 2. vers. sed præmisso, n.* 29 *2 & seq. lib. 1.* † Limita; quia si quis possidet castrum in feudum ab immemorabili tempore, & adsunt multa bona, de quibus non apparet titulus; de aliquibus vero apparet titulus particularis, quod sint allodialia, quis probare debeat, an dominus feudi, quod sint feudalia, an feudatarius, quod sint allodialia? & dicit Alex. *consil. 35. Perspectis nu. 18. & 19. ver. circa aliud dubium, lib. 4.* quod onus probandi incumbit domino; quia bona libera præsumuntur, nõ feudalia, vbi apostill. *in ver. solum.* dat concord. idem Alex. *cons. 222. n. 6. lib. 6.* latius *cons. 14. in fi. lib. 7.* & est communis * opinio, de qua Rol. à Vall. *cons. 82. n. 10. lib. 2.* prout de * communi etiam attestatur Clar. *in § feudum q. 18. in pr.* allegat Bellonum attestantem de * 39 communi *cons. 10. n. 9.* † Extende, vt procedat, etiam si in inuestitura sint verba generalia: *cum iuribus, & pertinentiis, ac iurisdictionibus suis, &* quia castrum non habet pertinentias limitatas, nisi ab hominibus, vel consuetudine hoc sit præfixum. Alex. *d. cons. 55 n. 19.* 40 *lib. 4.* † Extende, vt procedat etiam in bonis existentibus in territorio castri feudalis, etiam si sint confinia specificata in inuestitura feudali; quia adhuc præsumuntur allodialia, & dominus debet probare, quod sint feudalia. Clar. *d. § feudum q. 18.* vbi dicit * communem; & quod ita fuit iudicatum per cons. Neapolis, vt per Afflict. *decis. 207.* & subiungit, quod etiam in causa magni ponderis iudicauit Senatus Mediolani contra dominum. Vide, *Libertas præsumitur, nisi probetur seruitus. concl. 338.* Vide, *Feudalia præsumuntur omnia castra, & princeps habet intentionem fundatam, & quando secus. concl. prox. seq.* Vide Ant. Gabr. *lib. 3. tit. de feud. concl. 3. allodialis, & non feudalis res præsumitur.*

Feudalia præsumũtur omnia castra, & princeps habet intentionẽ fundatã, & quãdo secus. Cõcl. 174.

1 CASTRA † omnia præsumuntur feudalia, nisi probentur nobilium ex fundatione castrorum, vel ex perpetua consuetudine, cuius contrarii non extaret memoria, alias princeps habet fundatam intentionem, non obstante contraria possessione improba. Bald. *cons. 348. Quæro, quidam nobiles, in fi. lib. 1.* & quod communiter castra consueuerint esse feudalia Imperatoris, est text. in *cap. 1. quæ sint regalia, collat. 10.* Bald. *cons. 151. in fin. vers. & nota communiter. lib. 1.* & idem, quando sunt castra in territorio Ecclesiæ; quia præsumuntur quoad iurisdictionem ecclesiæ, licet non appareat de iuramẽto, vel homagio, & quod quicquid est intra fines principatus, præsumatur de principatu. Socin. sen. *cons. 166. num. 3. vers. tertia conclusio. lib. 2.* Dec. *cons. 528. num. 2.* Brun. *consil. 34. nu. 5.* Anch. *cons. 142. n. 3.* Ias. *in l. rem quæ nobis. n. 32. ff. de acquir. poss. ff.* vbi dicit ita in practica seruari. Vide Mascard. *concl. 79.* vbi ponit regulam, quod omnis res præsumitur libera, & ampliat tribus modis, & limitat duodecim modis. † Contrarium, quod imo castra omnia præsumantur libera, & allodialia, non feudalia, tenent plures, quos vide in vltima limitatione, & tradunt Hostien. Ioan. Andr. & alii *in cap. nimis, de iureiur. & cap 1. § fin de leg. Corradi, cap. 1. §. vasallus si feudum. si de feudo fuerit controuersia*, vbi Bald. Aluarot. post Iernam in *cap. 1. de controuers. int. masc. & fœm.* Ias. *in l. si prius. n. 40. ff. de noui oper. nunciat.* Curt. Iun *cons. 168. num. 15.* qui dicit * communem. Dec. *cons. 413. n. 7. & cons. 468. n. 6. & seq.* Grat *cons. 3. n. 9. lib. 1.* Masc. *concl. 79. nu. 6.* vbi alios citat, & ostendit communem * opinionem esse. Abbas plene *cons. 82. quanquam per tot. lib. 1.* Castr. *cons. 179. per* 3 *tot. lib. 1.* † Declara; quia feudum præsumitur; sed tamen liberum, & franchum, quando castrum est in territorio principis, & non constat de iuramento, vel homagio; & ideo licet sit liberum; tamen nõ valet dispositio aliqua, quod nõ possit, vel possit succedi in eo; quia de natura feudi liberi est, quod licet non debeatur iuramentum, vel homagium; tamen feudatarius tenetur ad ea, quæ sunt de natura iuramenti fidelitatis, ita Castr. *consil. 179. In causa, quam Magnificus. col. 2. ver. si autẽ diceremus. lib. 1.* quia feudatarius nõ habet, nisi vtile dominium, & dominus habet directum, siue sit franchum, siue non. † Extende contrarium, quod castra præsu- 4
mantur libera, etiam si habeant iurisdictionem. Hostien. Ioan. And. & Barbat. *in cap si de iudic.* & melius per Canonistas *in d. c. nimis. de iureiur.* vbi Zabar. *in fi.* Iacobin. *in inuestit. feud. in ver. de castro. n. 16.* Curt. Sen. *cons. 75. n. 1. vers. tamen hoc non obstante.* Dec. *cons. 32. n. 1. & 3 & cons. 269. in pr.* Ioan. de Amic. *cons. 25.* Crauett. *cons. 662. n.* 11. Alban. *cons. 16. n. 1.* † Ratio, quod præsumantur libera, est; quia 5
feudum est species seruitutis. glos. *in l. si cuius §. si vsufructus, in verb. oportet. ff. de vsufruct.* Bald. *in cap. 1. si de feudo defuncti cõtrouers. fit*, & seruitus non præsumitur, *iuribus vulgar.* & hanc rationem vti communem * adducit Mascard. *d. concl 79. n. 6.* † Secunda ratio; quia quis 6
potius præsumitur possidere iure, & nomine proprio, quam alieno. *l. filius familiæ. § Diui. vers. iidem principes. ff. de legat. 1.* vbi Ang. *nu.* 2. Alexand. *consil. 136. num. 2. vers. præmisso non obstantibus. lib. 1.* Natt. *consil. 514. num. 26.* Roland. à Valle *consil. 46. num. 44. lib. 3.* † Declara; 7
quia respectu castri, & bonorum præsumuntur allodialia, respectu vero iurisdictionis præsumitur iurisdictio principis, in cuius territorio sicum est castrum. Gabriel *cons. 79. lib. 2. in prin.* † De- 8
clara esse verum quoad laicos, & possessa per laicos; secus si per clericos, quia Papa habet intentionem fundatam pro ecclesia, & ecclesiasticis in iure communi, alii non ecclesiastici in iure speciali, & probat Card. Zabar. *d. cap. nimis, in fin. de iureiur.* † Declara, vt 9
per Alciat. *reg. 2. præsumpt. 3.* vbi ponit regulam, quod omnia bona libera præsumuntur, & allodialia, postea ponit plures limitationes. Vide, *Castro vendito quid sit venditum. conclus. 122.* † Amplia; quia 10
multo magis castra præsumuntur feudalia, si possessio, vel qualitas fuit habita, tanquam de castro feudali; quia saltem transfert onus probandi in contrarium; & idem, si adsunt aliæ coniecturæ. Bald. *consil. 151. in princ. lib. 1.* † Et qualiter probetur aliquid esse 11
feudale, vide plene per Crauett. *consil. 276. in princip.* vbi multa congerit. † Amplia, vt procedat hoc nedum in Papa, qui in sta- 12
tu ecclesiæ habet fundatam intentionem, vt omnia castra sint ecclesiæ, ab ea in feudum recognoscantur, vt per Abbatem *consil. 82. lib. 1.* sed etiam in Imperatore, rege, & alio principe; quia in suo regno, & principatu habent intentionem fundatam, vt omnia castra, & omnes iurisdictiones sint in feudum concessæ, quę sunt intra regnum, vel principatum, plene Ruin. *consil. 22. num. 6. & 7. lib. 1.* vbi latissime Cast. *cons. 179. n. 5. lib. 1.* vbi, quod quicquid est in regno, vel comitatu, præsumitur de iurisdictione regni, vel comitatus; & de castris intra prouinciam Romandiolæ, quod sint, & præsumantur feudalia ecclesiæ, ex quo Romandiola tota est ecclesiæ. Anch. *cons. 142. Clarior.* Put. *decis. 323. lib. 2.* † Contrarium, 13
quod bona sita in statu ecclesiæ non præsumantur feudalia. Cast. *cons. 163. col. 1. in antiq. & 179. lib. 1 secundum notam.* Paris. *cõs. 16. n. 19. lib. 4.* Abb. Felin. & alii *in c. si diligenti, de præscript.* Riminald. Iun. *cõs.* 90. *n. 22.* Alciat. *reg. 2 præsumpt. 3. n. 2. & cons. 441. col. fin.* Rol. à Vall. *cons. 32. n. 37. lib. 3.* Bellon. *cons. 10. n. 9.* Rota in vna Romana census coram D. Otano 13. Iunii 1586. Paris. *cons. 20. n. 1 & cons. 148. nu. 75. lib. 1.* & ita Rota coram domino Comitulo 23. Iunii 1589. in vna de Zambeccariis. † Declara; quia quoad bona particularia est ver- 14
ũ, q̃ quicquid est intra fines iurisdictionis, non præsumitur feudale, sed allodiale, sed castra habentia iurisdictionem præsumuntur feudalia supremi principis, & ecclesiæ, quando sunt intra statum, & territoriũ; ita declarat Rota, vt per Put. *d. decis. 323. in vna Britonorien. lib. 2.* † Declara; quia quicquid sit de castris, & locis, quod præ- 15
sumantur, vel etiam probentur allodialia; tamen quoad iurisdictionem, quæ non potest competere, nisi ex publico. & ius publicum originaliter residet in principe supremo, debẽt præsumi feudalia quoad iurisdictionẽ. Cast. *d. cons. 179. in causa, quã Magnificus, col. 5. in fin. n. 5. vers. secunda ratio, lib. 1.* Ias. *in l. si prius, n. 42. ff. de noui ope. nunc.* vbi, quod iurisdictio semper præsumitur feudalis, licet locus probetur allodialis. † Imo, quod valeat argumentum à communi- 16
ter accidentibus; quia fere omnia castra censentur feudalia, & maxime in prouincia Pedemontium dicit Crau. *cons. 276. n. 2. ver. sexto iuuatur.* † Amplia, quia omnes cõcessiones etiam factæ ab ec- 17
clesia de iurisdictionibus, vel pensionibus præsumuntur in feudum. Ias. *in l. si prius. n. 42. ff. de noui oper. nunc.* Gabr. *tit. de feud. conclus. 3. nu. 4. in 3. limitat.* vbi alios allegat. † Amplia, quia feudalia præsu- 18
muntur omnia bona feudatarii, quæ habet in territorio feudi,

quia licet bona particularium non præsumantur feudalia; fallit tamen in bonis, quæ sunt eiusdem feudatarii in loco, & territorio feudi. Ruin. *cons.22.n.7.ver.& per hæc manifeste*, vbi declarat Aret.
19 *lib.1.* † Extēde; quia ēt bona particularia intra territoriū concessum in feudū præsumuntur feudalia, quando à nemine possidētur. Grau. *cōs.377.n 2.* † Restringe, & declara; quia bona particulariū, & à particularibus possessa in territorio concesso in feudum nō præsumuntur feudalia, sed libera, nisi respectu iurisdictionis.
21 Grau. *cōs.896.n.13.& seq.& cōs.377.n.1.* † Contrariū videt tenere idem Grau. *cons.615.in pr.* vbi, quod quicquid est intra fines feudi, cēsetur feudale, vbi multos allegat, & fatetur esse verum, *n.13.ver.*
22 *non obstat.* nisi declaretur, vt in ampliatione. † Ampliа; quia si conceditur castrum cum pertinentiis, veniunt etiā accessorie molendina, quæ pariter præsumuntur feudalia, nisi contrariū probetur. Boer. *dec.50.col.pen.* Bero. *cons.51.lib.2.* & pro hac parte vide, *Castro*
vendito. supra *n.9.* Vide, *Pertinentiarum appellatione quid veniat.concl.*
23 323. † Contrariū, quod molendina nō præsumantur feudalia, sed allodialia. Rim. Iun. *cōs.90.n.16.& seq.* vbi loquitur, quando constabat, quod erant libera; sed tamen etiam coadiuuāt ex iuris præsumptione, vsq; per totum, & plenius Brun. *cons.117.col.46.ver itē*
succedit. Curt. Iun. *cōs.158.n.30.* vbi, quod molendina non veniunt,
24 quæ sunt priuatorum. † Extende; quia munitiones etiam nō affixæ sunt de pertinentibus ad feudū. Bald. *in ca.1.de controu.inuest.* § *si quis de manso, n.4. vers.& illa ratio est, in vsib feudor.& in 1 lect.l.fi.ff de*
const.Princip.n.3.vers.item Princeps, vbi Ias. *n.3.vers.stat ergo plures,* allegat Tiraq. *de retract.lign.* §. *1.gl.7.n.96.& seq.* vbi loquuntur, quod concesso, vel vendito castro veniunt arma, artelariæ, & aliæ munitiones in eo existentes perpetua destinatione patrisfamilias ibi positæ, late Decian. *cōs.35.n.30.ver.quarto, lib.2.* vbi citat plurimos.
25 Dec. *cons.516. Quoniā, n 24.& seq.* maxime *n.26.* † Etiā si dictæ munitiones aliquando alibi de fuerint transportatæ. Tiraq *d.* §. *1.gl.7.*
26 *n.96.* † Declara; quia munitiones, & artelariæ nō affixæ transeunt cum feudo, & castro in præiudicium principis cōcedentis; secus, si feudum deuoluatur; quia tunc, nisi probetur, munitiones esse concessas, & feudales tempore concessionis, spectant ad hæredē filiam feudatarii, ita Brun. *cons.117 col.pen.ver.item quia non sunt,* vbi in causa propria consuluit, sed nihil allegat; vide tamen Lucā de Penn. *in l.2.col.fi vers.etiā facit. C.de bonis vacan.lib.10.* qui clare hoc dicit per illū text. Ludou. Molin. *de Hisp primog.lib.1.c.26.n.5.* & ita de concessione loquitur Dec. *d. cōs.516.n.20.& seq.* maxime *n.26.*
27 † Imo fornimenta necessaria castro, empta per feudatariū, si non sunt adhærentia castro, fœmina succedit in eis cum filio masculo feudatario, Bald. *cons.232. Fœmina regulariter, lib.2.* & idē de animalibus emptis per feudatarium; quia sunt allodialia, licet reperiantur super bonis feudalibus. Bal. *cons 222. Casus talis, in fi. lib.2.* Vide,
28 *Papa habet intentionem fundatam in statu ecclesiæ concl. 66.* † Limita; quando in patria sunt plura castra non feudalia, quam feudalia,
29 prout est in Austria. Bald. *cons.351. In bonis feudalibus, in fin.lib.1.* † In simili Clar. § *assassinium, num.2.* vbi, quod licet qualiras statuti debeat probari, & in materia *c.1.de homicid.in 6.* quod assassinus dicitur, qui interficit pecunia Christianum; & ideo qualitas, quod Christianus esset interfectus, debet probari; sed tamen, quando interfectus est in loco fidelium, vbi non sunt communiter, nisi Christiani, dicit qualitatem præsumi, & contrariū dicere est sub-
30 tilizare. † Limita, quando testator habuit plenam possessionem castri, & de eo disposuit; quia alio non docto, in contrarium præsumitur castrum esse in bonis liberis testatoris. Bald. *consil. 352. in*
31 *fin.vers.aduertatis tamen lib.1.* † Limita; quia regulariter bona priuatorum præsumuntur libera, non autem feudalia. Ruin. *d. cons.22.*
n.7.circa fin lib.1. allegat Aret. *cons.15.per tot.* Rim. Iun. *cons.90.num.*
32 *22.& seq.* † Extende etiam, quādo adesset clausula, *cum iuribus, villis, campis, &c.& pertinētiis suis;* quia verbum illud, *pertinentiis,* resolutur, quæ pertinent, vel quatenus pertinent. Crau. *cons.293.colu.*
33 4. Rim. Iun. *d. cons.90.num.24.* † Limita; quia imo castra in dubio præsumuntur allodialia, & libera, non autem feudalia, quando non probatur inuestitura, neque fidelitas, aut seruitium, neq; renouatio ab immemorabili tempore, vt de loco Pitiliani. Dec. *consil.85.* Et de castris illustrissimorum de Gonzaghis Gozad. *cons.47.*
n.14. & de castro Montasiæ in territorio Astensi, vt non sit feudale, sed allodiale, plene Grau. *cōs.615.n.5.& per tot.* qui loquitur respectu Comitis, seu Ducis Astensis, sed ibi reuera in casu Crauet. concurrebat etiam confessio Ducis. Ægid. Bellam. *cons.33.nu.50.*
34 † Declara; quia castra, quæ habent dignitatem titularem, prout Comitis, Marchionis, vel Ducis, præsumuntur feudalia. Ægid.
35 Bellam. *cons.33.n.54.ver. item videtur.* † Limita; quia omnia bona in dubio semper præsumuntur libera, & allodialia, non feudalia, quia inspecta prima origine omnia sunt libera, & qui dicit contrarium, probare debet. Vide, *Libertas præsumitur, nisi probetur seruitus. concl. 338.* † Et propterea habens iurisdictionem in loco, non
36 propterea dicitur dominus bonorum intra illam iurisdictionem. Vide, *Iurisdictione concessa non veniunt bona particularia. concl.559.* † Et
37 concessio, seu venditio castri, cum iuribus, & pertinentiis suis vniuersis non comprehēdit bona particularium personarum; amplia, & restringe in *ver. Castro vendato quid sit venditum. concl.122.* † Et
38 bona acquisita per feudatarium, prout oues, & boues, & alia animalia, non sunt feudalia, licet sint su, er bonis feudalibus; ideo spectant ad hæredes feudatarii. Bald. *cons.222. Casus talis, in fi.lib.3.*
39 † Imo necessaria fornimenta ad castrum non sunt feudalia, nisi adhæreant castro. Bald. *cons.232. Fœmina, in pr.lib.2.* † Census, red-
40 ditus, & decimæ si non soluuntur ratione incolatus, vel domicilii, allodialia præsumuntur. Brun. *cons.117.col.42.in prine.* † Melio-
41 ramenta furni, molendina, columbaria, macella, mobilia omnia, accessiones præsumuntur libera, & allodialia, ita Brun. in causa sua propria consuluit *d. cons.117.col.46.vsq; in fi.* Vide Masc. *cōl.79. Allodium quid sit,* vbi ponit regulam, quod præsumitur libertas, & ampliat tribus modis, & limitat duodecim modis. Vide eundem
iterum *concl.323. Comes,* vbi, quod Comitatus præsumitur liber, & allodialis, & quando secus. Vide, *Princeps supremus habet intentionē*
fundatam in suo Principatu. concl.666.

Feudum concedere qui possint, vel non. Concl 175.

IMPERATOR † potest non obstante pace Constantiæ, per q̄ 1
concessit ciuitatib⁹ in ea cōprehensis iurisdictionem in castris, & villis eorum territorioi ū respectiue, et ā concedere inuestituram ciuitatum earundem Ducibus & aliis cum facultate inuestiendi, vel subinuestiendi aliqua castra, vel villas ciuitatis eiusdē, plene Alex. *cons.1. Ponderatis.n.17. vers præmissu tamen nō obstantibus. lib 5.* vb loquitur in ciuitate Regiēse cōcessa Duci Ferrariæ, cū simili facultate, a llegat text. *in c.1. de natura feudi.* vbi Bald. *in pr.* & alii, & ibi Alex. *n 20.* vult, quod per concessionē Imperatoris non amplius iurisdictio sit penes ciuitatem, sed Ducem inuestitum, & officiales. † Extēde; quia potuit Dux Ferrariæ inuestitus ab Impe. 2
ratore de ciuitate Regii in feudare villam S. Thomæ de districtu Regii Nobilibus Georgio & Francisco de Gonzaga. Alex. *d.cōs.1.*
n.17.& seq.lib.5. maxime quia dictam villam cōcessit in feudum, saluo semper, & reseruato directo dominio, & iure sacri Romani Imperii, & prefati domini Ducis in dicta villa, vt ibi *n.18.* quia nō tendit in magnam diminutionem Ducatus. † Amplia; quia Rex 3
potest concedere in feudum, & alienare, dummodo non alienet in magnam diminutionem Regalis iurisdictionis. Bart. *in l. prohibere.* §. *plane, ff. quod vi, aut clam.* Alex. *d. cons 1. Ponderatis, n.18. lib.5.* & iterum ibi, *n.28.* Vide, *Rex potest alienare, & donare, & quando secus. Conclus.336.* † Extende in Ducibus, & Comitibus; quia etiam ipsi 4
possunt eodem modo, quo Rex in feudare, & alienare castra, & villas sui Ducatus, vel comitatus, dummodo non in magnam diminutionem faciant. Alex. *d.cons 1.n.18. lib.5.* allegat *c.1. in princ. qui*
feuda dare poss. c.1. quis dicatur Dux, Marchio, vel Comes. & iterum ibi *n.*
28.& seq. vbi, quod sunt loco Imperatoris in suis territoriis. † De- 5
clara igitur; quia alienatio modica est permissa, vt per Alex *d.cōs.*
1.n.19.ver.accedit, lib.5. vbi dicit * cōmunem, & ibi apost. *in ver. modicum.* dat infinitos concordantes, & distinguit, quod procedat, quod dicitur modicum, quando alienatur solum vtile dominii, prout in feudum concedendo, sed si etiam directum dominium alienatur, non potest etiam in modico, & ita etiam Alex. ibi *n.19.*
in fi. vers. accedit, & n.20. & clarius *cōs.24.n.22. eod.lib.* vbi idem dicit in Imperatore, vt non possit libere donare iurisdictionalia Impe.
rii. † Restringe declarationem, quando donaret Ecclesiæ Roma- 6
næ, vel superiori. Bald. *cons.345.n.2. ver. ad euidētiam. lib.1.* † Amplia 7
in Papa. Vide, *Papa potest infeudare, & alienare, & qualiter. Concl.58.*
Vide, *Feudum Ecclesiæ quando possit concedi. Concl.113. in pr.* † Limita, 8
in Legato de Latere; quia non potest concedere in feudum castra, vel villas Ecclesiæ Romanæ. Alex. *d. cons.1.n.27. in fi. cum seq. vers nō*
obstat etiam prædictis, lib.5. vbi, quod nō valet argumentum de Duce, Rege, vel Comite ad Legatum; quia isti in suo territorio tenēt locū Imperatoris, & possunt condere statuta contra ius, non sic in Legatis; quia ecclesiastici magis obligantur canonibus, quam seculares legibus ciuilibus.

Feudum quando sit liberum ab obligatione concedentis, vel non. Concl. 176.

SI † dominus habeat castrum in permutationē ab Ecclesia, & 1
teneatur Ecclesiæ ad aliquid, & postea concedat castrū, quod
erat

erat Ecclesiæ, in feudum tertio, non potest molestari inuestitus ab Ecclesia, si illud castrum sibi cõcessum, vel fructus non sunt in obligatione, sed tenetur dominus concedens soluere Ecclesiæ. Cast. *cons.* 334. *Viso puncto, in pr. lib.* 1. Abb. *cons.* 30. *lib.* 2. vbi super eodem facto. † Si vero castrum concessum in feudum esset hypothecatum, non est dubium, quod potest Ecclesia molestare feudatarium, Cast. *d. cons.* 334. *in pr. vers. si vero. lib.* 1. †Declara; quia feudatarius habet regressum contra dominum, vt teneatur liberare feudum, etiam si fuisset obligatũ, & ipse inuestitus sciret, si dominus promisit ipsum feudum defendere ab omni molestante persona. Cast. *d. cons.* 334. *in fi. vers. sed videndum*, vbi secus dicit, si esset seruitus ordinaria, & sciuisset. Vide eum, & idem dicit Abb. *cons.* 30. *Videtur primo. per tot. col.* 2. *vers. sed prædicti is non obstantibus, lib.* 2. & dicit vlterius, quod tenetur dominus, vel liberare castrum infeudatum, vel aliud liberum æque bonum dare, & est in electione inuestiti. †Extende, vtidem sit, quando feudum fuit concessum alicui pro magnis benemeritis; quia dicitur liberum, & non deuoluitur ob non præstitum seruitium, sed fit compensatio demeritorum cum meritis. Abb. *d. cons.* 30. *in fi. vers. quinto. lib.* 2.

Vide, *Feudum franchum quid sit, vel quale. Concl.* 139.

Feudum antiquum, & nouum dici potest diuersis respectibus. Concl. 177.

1 FEVDVM † potest esse antiquum, & nouum diuersis respectibus; nã si duo fratres sunt de feudo inuestiti, videlicet quilibet pro medietate, res clara est, quod feudum perpetuo erit nouum quoad hoc, quod finita linea alterius fratris, etiam post mille annos, linea alterius fratris non potest prætendere hanc partem ad se pertinere; quia perpetuo est feudum nouum quoad descendentes ex duabus lineis duorum primorum inuestitorum, vt toto titulo, *de duob. fratrib. de nouo benef. inuest.* † Idem tamen feudum efficitur antiquum quoad descendentes singulorum inuestitorum, puta; quia alter frater primo inuestitus habuit plures filios; quia quoad descendentes ista portio, quæ forte diuiditur in plures, efficitur feudum antiquum, in qua portione, donec extabunt de descendentibus, succedent in infinitum, tanquã habentes causam ab vno primo inuestito in sua portione *c.* 1. *in fi. de natu.* 3 *succes. feud. in vsib. feudor.* † Et ita declarat, & probat Castr. quod idem feudum quoad vnum effectum dicitur antiquum & quoad alium effectum dicitur nouum, in *cons.* 279. *Visa petitione, n.* 2. ma- 4 xime *col.* 2. *in pr. iuncta a col.* 1. *in fin. lib.* 2. † Declara, vt per Ant. Galeat. Maluat. *cons.* 40. *per tot.* maxime *in fi. n.* 12. *ver. non obstat quoque*, vbi, quod feudum antiquum confiscatum, si restituitur cum aliqua qualitate alterata, remanet antiquum in iis, in quibus non alterat. 5 tur. † Contrarium, quod imo feudum antiquum, seu paternum, si propter delictum fuit confiscatum, & de nouo cum aliqua qualitate eisdem concessum, dicatur nouum, non autem antiquum; quia renouatio alterata nouum efficit. Maluat. *d. cons.* 40. 6 *n.* 7. vbi citat plurimos. †Si vero fiat renouatio, vel concessio feudi deuoluti ob feloniam eisdem, & simpliciter; tunc dicitur anti- 7 quum. Maluat. *d. cons.* 40, *n.* 13. *& seq.* † Amplia, quia feudum potest esse nouum quoad aliquos, & paternum quoad alios. Brun. *cons.* 114. *Requisitus, n.* 11. *& seq. & n.* 15. vbi loquitur de Ducatu Camerini, in quo Papa fecit capacem filiam fœminam, antequam 8 esset deuolutũ, vbi, quod potuit hoc facere, *n.* 6. † Extende in feudo concesso pro inuestito, & descendentibus masculis, & fœminis; quia si masculi succedunt, quoad eos erit paternum, & antiquum; ipsis vero masculis deficientibus, quoad fœminas erit nouum; quia expiraverat quoad eas succedentib. masculis. Ang. Aret. *cons.* 41. *In hoc themate. per tot.* maxime *n.* 13. *& seq.* vbi *nu.* 15. quod 9 semel extinctum amplius non reuiuiscit. † Amplia; quia feudum nouum, quod nunquam amplius fuit concessum, efficitur antiquum, si conceditur tanquam quod habere debeat naturam antiqui feudi; quia reuera feudum est nouum; sed tamen assumit sibi naturã antiqui feudi, & habebit qualitates antiqui; ideo potest alienari in proximiores inuestiti, prout antiquum. Alex. *cons.* 1. *Ponderatis. n.* 26. *vers. quia respondeo*, allegat Bald. *in c.* 1. *de alien. feu. pater.* & alios, & ibi etiam apostill. *in verb. paterni*, dat concord. Vide, *Feudum antiquum, autum, vel paternum quale, & qualiter probetur antiquum. Concl.* 140. Vide, *Feudum antiquum, vel nouum quando dicatur, & in quo differant. Concl.* 178. Vide, *Persona vna potest habere iura diuersarum personarum. Concl.* 317.

Feudum antiquum, vel nouum, quando dicatur, & in quibus differant. Concl. 178.

1 FEVDVM † antiquum, seu paternũ dicitur, si pater fuit inuestitus pro se, & suis filiis, & descendẽtibus absentibus; siue præsentibus; quia dicitur primo acquisitum patri, post patrem dicitur acquisitum filiis exordinata charitate. Castr. *cons.* 159. *Punctus, col.* 1. *in fin. vers. ad quod sciendum. lib.* 2. † Et in feudo antiquo habet 2 locum ius accrescendi. Ang. Aret. *d. cõs.* 41. *in hoc themate, n.* 13. † Et 3 licet fiat renouatio diuersa à prima inuestitura; tamen debet fieri interpretatio, quod sit secundum antiquã inuestituram. Ang. Aret. *d. cons.* 41. *nu.* 13. *vers. & maxime*, vbi dicit * communem. † Et 4 natura huius feudi antiqui est, quod intentio primi acquirentis censetur fuisse acquirendi omnibus descendentibus æqualiter, nulla habita differentia, quod magis habeat descendens ex vno filio, quam ex alio, nisi in eo solo, quod de masculis senserit; quia natura feudi sic requirit. Cast. *d. cons.* 259. *in pr. ver. secundo casu, lib.* 2. † Imo si in inuestitura recepit feudum pro se, & filiis, & descen- 5 dentibus, tam masculis, quam fœminis, vel pro masculis, & fœminis copulatiue; tamen ita demum fœminis acquisiuisse velle præsumitur, si masculi non extarent; ideo si ex vno filio supersint fœminæ, succedent masculi ex alio filio, exclusis filiabus fœminis, etiam in portione partis fœminarum. Cast. *d. cons.* 159. *in pr. ver. & si fuit receptum, lib.* 2. † Extende; quia feudum acquisitum per pa- 6 trem, vt supra, adhuc remanet paternum quoad filios, & descendentes, si pater illud repudiaret in manibus domini, vt filii de eo inuestirentur; quia nisi expresse dicatur, quod renunciatur, quod sit antiquum, vel paternum per eum, qui potest renunciare, semper erit paternum. Cast. *d. cons.* 159. *col.* 2. *circa fin. vers. præterea si solus, lib.* 2. vbi idem dicit, si mortuo patre filii recipiant nouam inuestituram; quia erit antiquum. † Amplia; quia licet feudum docea- 7 tur antiquissimum, puta; quia iam ducentis annis in inuestitura fit mentio, quod inuestiuntur duo Colonelli, & dicitur feudum esse antiquum, an propterea præsumatur antiquum taliter, quod habuerit causam ab vno, à quo dicti inuestiti descendunt, tanquã ab vno stipite, an potius præsumatur antiquum, tanquam proueniat ab antiquiorib. cuiuslibet inuestiti, ita, quod deficiente vno stipite, alter succedat, vel ad dominum deuoluatur. vide plenissime Castr. *cons.* 279. *Visa petitione, lib.* 2. *per tot.* vbi distinguit, quod si ille, qui dicit antiquum feudum, tanquam ab vno inuestito, agit, & non possidet, tenetur probare antiquum, & quod sit de linea; si vero sit possessor feudi, & solum petit ab Episcopo, vel domino inuestiri, standum est eius iuramento. Feudum † vero nouum dicitur, si 8 pater, & tres filii simul præsentes fuerunt inuestiti de feudo pro se, & filiis, & descendentibus, prout si quatuor fratres inuestiti sunt; quia vnusquisq; ipsorum censebitur inuestitus in quarta parte, & si vnus decedat sine filiis, reuertitur ad dominum, non autem habet locum ius accrescendi, vt vnus succedat in portione alterius. Cast. *d. cons.* 159. *n.* 2. *vers. sed dubium est, lib.* 2. allegat Bart. *in l. si mihi, & Titio, vers. breuiter veritas est ista. ff. de verb. oblig.* † Et natu- 9 ta huius feudi noui est, quod vnusquisq; in portione sua voluerit filios, & descendentes vocari, ita vt masculi præferantur descendentes fœminis secundum naturam feudi, ita vt omnes descendentes singulorum in sua portione respectiue vocentur, & transuersales inuestiti non succedent. Castr. *d. cons.* 159. *in pr. & n.* 2. *vers. sed dubiũ, lib.* 2. † Restringe; quia imo feudum acquisitum pro pa- 10 tre, & tribus filiis præsentib. erit paternum, vt primo patri acquiratur, post mortem vero patris acquiratur filiis; non aũt viuente patre, quando subest aliqua præsumptio, prout si pretiũ, quo feudum emptum fuit, erat totum patris; item si conuentum sit, quod pater posset filiis diuidere feudum, vel quid simile; item subest causa ordinatæ charitatis, & contraria loquuntur in pluribus fratrib. simul inuestitis. Castr. *d. consil* 159. *n.* 2. *vers. sed iis non obstantibus lib.* 2. *& per tot.* vbi tollit contraria. † Et quod feudum nouum duo- 11 bus fratrib. concessum, si alter moriatur, vel linea vnius deficiat, non reuertatur ad alterum, vel lineam alterius, sed reuertatur ad dominum. Cast. late *d. cons* 279. *num.* 2. *col.* 1. *in fin. & col.* 2. *in pr. lib.* 2. † Declara tamen; quia diuersis respectibus feudum potest esse an- 12 tiquum, & nouum. Vide, *Feudum antiquum, & nouum dici potest diuersis respectibus. Concl.* 127. Vide Concl. prox. seq.

Feudum in dubio, an nouum, vel antiquum præsumatur. Concl. 179.

1 FEVDVM † antiquum præsumitur, quãdo apparet, quod per antiqua tempora fuit possessum ab antecessoribus moderni possessoris, qui cũ sit descendẽs eorum, qui possederunt, non põt dicere feudum esse nouum. Alex. *cons.* 15. *Visis narratis, n.* 6. *in fi. ver. videtur etiam, &* 7. vbi apostill. *in verb. paternum. lib.* 5. allegat apost. Tiraq. *de retract.* §. 32. *num.* 91. *cum seq.* Vide, *Feudum si est in controuersia, quale sit, quis probet. Concl.* 145. Vide, *Feudum antiquum, vel nouum, quando dicatur, & in quibus differant. Concl. prox. praced.* † Declara totã 2 istam materiam; quia feudum præsumitur antiquũ, & nouum secundum

cundum possessorem, qui habet intentionem fundatam, si nullus possidet, præsumitur antiquum, non nouum, nisi esset actor, qui asserat; quia debet probare. Vide plene per Mascard. *concluſ.* 771. *Feudum in dubio.*

Feudum antiquum ad agnatos spectat, & qualiter in feudo succedatur. Concl. 180.

1 FEVDVM † antiquum, vel auitum, aut paternum de sui natura transit ad agnatos descendentes à primo inuestito, etiã si sint transuersales respectu vltimi, cui succeditur. Castr. *conſ.* 462. *Viſis, & diligenter examinatis, in* 1. *part. lib.* 1. *in princ.* Alex. *conſ.* 30. *Quoniam omne datum lib.* 1. *col.* 2. *verſ. ſed præmiſſis non obſtantibus*, concord. Calderin. *conſ.* 304. *in fin.* alias 1. *de feudis, verſ. item dicitur.* Bald. *conſ.* 249. *Verba inueſtituræ, in prin. ver. nam ſi quidem. lib.* 2. Alex. *conſ.* 29. *n.* 3. vbi apost. in *ver. inueſtituræ. lib.* 1. Zabar. *conſ.* 92. *in pr.* Ant. de Butr. *conſ.*
* 47. *in pr.* & est text. *in c.* 1. *de ſucceſſ. feud.* & hæc est communis * opinio; quia donec extant descendentes à primo inuestito, in infini-
2 tum ipsi succedunt. Clar. *in § feudum, q.* 79. *in pr.* † Extende, siue alienatio sit facta sine consensu domini. Iul. Clar. *in d. § feudum, q.* 31. siue cum consensu domini; quia non valet contra formam in-
3 uestituræ. idem Iul. Clar. *q.* 41. † Ex ede, vt procedat etiam in feudo concesso alicui, & illis de stirpe sua; quia dicitur feudum antiquum, & transit ad omnes de stirpe. Bald. *cõſ.* 49. *In primis videndũ, circ. ſi. ver. præterea, lib.* 4. vbi extendit etiam ad donationem census
4 feudalis. † Idem, si concessio fiat Petro, & illis de domo sua; quia intelligitur de masculis agnatis. Bald. *cõſ.* 327. *in hoc conueniunt. n.* 2.
5 *& ſeq. lib.* 3. † Restringe in feudo nouo, in quo collaterales nõ succedunt. n si expresse sit dictum, cõmunem * dicit Clar. *in d. § feudũ.*
6 *q.* 79. *n.* 2. *ver. ſed quæro.* † Amplia, vt procedat, etiam si talis agnatus succedens non sit hęres dicto vltimo decedenti, vel quia repudiauerit, vel quia ad alios hæreditas peruenerit; quia nihilominus in
7 feudo succedit. Alex *d. conſ.* 30. *n.* 10. *verſ. ſexto ad hoc. lib.* 1. † Et ideo si extant soror defuncti, quæ est heres, & patruus, ipse patruus in feudo succeder, quãdo est de descendentib. primi inuesti i. Alex.
8 *conſ.* 100. *Viſo puncto, in* 2. *dub. lib.* 2. † Amplia in feudo cõcesso alicui pro se, & descendentib. suis masculis & fœminis; quia donec extẽt descendentes masculi agnati à primo inuestito, non succedit fœmina vltimi feudatarii, etiam si sit hæres instituta. Sign. *conſ.* 11. *quidam nomine Fatius.* Vide *feudum pro maſculis & fœminis qualiter ad fœ-*
9 *minas deueniat. concl.* 163. † Amplia, vt procedat, etiã si vltimo moriens aliter de feudo disposuisset; quia non potest in præiudicium agnati, cui debetur successio in feudo vigore inuestituræ. Alex. *d. cõſ.* 30. *n.* 10. *ver. ſeptimo pro hoc, lib.* 1. quia non attenditur aliqua dispositio defuncti in feudo paterno, vel auito. Bald. *conſ.* 151. *In bonis*
10 *feudalib. in pr. lib.* 1. Zaba. *d. conſ.* 92. *in pr.* † Extende, etiam si vasallus renunciasset illud in manibus domini, quia eo mortuo sine filiis feudum reuertitur ad proximiores agnatos. Bald. *conſ.* 250. *Ad eui-*
11 *dentiam, in pr. lib.* 2. † Extende, quia non valet illa dispositio patris in feudo, vt vnus habeat maiorem partem, quam alter, contra in-
* uestituram. Io. de Anan. *conſ.* 37. *n.* 4. *&* 5. vbi dicit * communem, &
12 plene Bologn. † Contrariũ tenet Bald. quod imo pater potest dare totum feudum vni filio *in c.* 1. *§. & quia. ver. ſed quæro de vno, de his*
13 *qui feud. dare poſſ.* † Declara; quia prima opinio est verior, & secunda falsa, vel quod secunda procedit in vita patris, quia potest durante vita sua vni dare totum feudum, ita declarat Bologn. *in addit. ad*
14 *d. conſ. Io. de An.* 37. *in pr.* † Amplia in tantum, quod donec adsunt agnati descendentes à primo inuestito etiam transuersales vltimo morienti, in tantum eis debetur feudum, quod licet in inuestitura prima dicatur, *pro ſe & hæredib. ſuis quibuſcunq;* tamen adhuc si alteri legauerit in præiudicium agnati, vel extraneum hæredem instituerit, agnatus succedere debeat. Alex. *conſ.* 30. *n.* 11. *verſ. octauo*
15 *quia, col.* 5. *lib.* 1. † Amplia; quia quod dicitur de successione feudi, habet locum etiam in successione fructuum feudalium collectorum post mortem ipsius defuncti, secus, si sunt collecti ante mortem, quia tunc transeunt ad hæredes. Sign. de Homod. *conſ.* 12. *in*
casu per vos, per tot. Vide, *Fructus feudi ad quem ſpectent. cõcl.* 492. † Am-
16 plia, quia agnati succedunt nedum vsq; ad septimum, & decimũ gradum secundum successionem iuris communis, sed etiam vltra decimum gradum, quãdo feudum est antiquum, vel pro omnib. de familia, vel progenie inuestitio esset facta. Bald. *cõſ.* 327. *n.* 3. *ver.*
* *vnde deficientib. lib.* 3. vbi dicit hanc veriorem, * & pro ista parte est
* text. *in c.* 1. §. 1. *de natura ſucceſſ. feudi*, & communem, & receptam * opinionem dicit Couar. *lib.* 3. *reſolut. c.* 5. *poſt n.* 4. *ver. quinto hinc*, & istã approbat Clar. *d. § feudum q.* 79. *n.* 5. *in fi.* & dicit rationem esse, quia isti transuersales in feudo antiquo sunt descẽdentes ex primo in-
17 uestito; ideo in infinitum, *supra n.* 1. † Contrariũ videtur velle Roman. *conſ.* 367. *n.* 16. quod succedant agnati vsque ad septimũ gradum dum taxat, & est text. *in c.* 1. §. *& quia, de his, qui feud. dare poſſunt*, & hanc communem * dicunt multi, quos citat Clar. *d. § feudum. q.* *
79. *n.* 3. *ver. quidam autem* & vide infra *n.* 24. *&* 25. † Declara; quia in 18
feudis regalibus succedunt in infinitum, vt de corona Franciæ Boer. *conſ.* 10. *n.* 16. *vſq; in fin. & conſ.* 35. sequitur Clar. *d. §. feudum q.*
79. *n.* 3. *in fi.* † Restringe, nisi agnati renunciassent successioni; quia 19
tunc non admittuntur, Bald. *conſ.* 327. *n* 3. *lib.* 3. † Restringe in feu- 20
do eccleſiæ, *c. inter dilectos, de fide inſtru.* Bald. *d. conſ.* 327. *n.* 4. *lib.* 3. vbi
dat multas solutiones ad illum text. † Restringe, nisi consuetudo 21
contrarietur; quia illa est seruanda in successione feudi, sed tamẽ talis consuetudo recipit interpretationem iuris communis. Bald. *d. conſ.* 327. *circa ſi. verſ. declarando id, quod dixi. lib.* 3. † Amplia; quiare. 22
nouatio inuestituræ feudi non alterat naturam feudi antiqui, & successionis; quia in eo maxime noua inuestitura est adinstar antiquæ. Card. Zabar. *conſ.* 92. *in pr.* vbi hoc extendit, etiam si inuestitura noua habeat aliam formam. Ant. de Butr. *conſ.* 47. *in prin.* vbi, quod quando noua inuestitura habet causam ab antiqua, non alterat feudum, quin sit antiquum, & quin succedatur in eo secundum antiquam concessionem per omnes descendentes à primo inuestito secundum gradus prærogatiuam, vbi apost. in *ver. nona* dat plures conc. Vide, *Feudum regulatur ſecundum inueſtituram. concluſ.* 108. † Si vero feudum esset concessum pro se, & descendenti- 23
bus, tam masculis, quam fœminis, qualiter in eo succedatur, Vide, *Feudum quando tranſit ad fœminas, quo ordine tranſeat. Concl.* 161. *& Concl. ibi prox. ſeq.* † Limita, quia succedunt agnati in feudo pater- 24
no, transuersales solum vsq; ad septimum gradum de iure nouissimo, & non vltra. Iohan. Cald. *conſ.* 312. alias 9. *de feud.* vbi recitat opiniones, quod vsque ad tertium gradum secundum aliquos, secundum alios vsque in infinitum, secundum alios ad septimum gradum inclusiue, & hanc amplectitur, & si sunt descen-
dentes, in infinitum. † Imo, quod feudum paternum non exce- 25
dat quartum gradum. *cap.* 1. §. *hoc quoque, de ſucceſſ. feudi.* Castillion. *conſil.* 10. *num.* 33. secus dicit, si adsunt verba, *paternum, auitum, vel antiquum.* sed vide sup. *n.* 16. *&* 17. † Restringe; quia de consuetu- 26
dine Imperii non succedunt transuersales agnati in feudo paterno, quando deficit linea directa descendentium, sed reuertitur feudum ad Imperium. Hostien. *in ſumma de feud.* §. *qualiter*, quem sequitur Io. Cald. *conſ.* 312. *in fi.* alias 9. *de feud.* Vide conclus. prox. seq. vbi plenius. † Declara secundum Castr. *conſ.* 279. *Viſa petitione,* 27
n. 2. *ver. quantum ad id, lib.* 2. quod licet alias agnati non succedãt, nisi vsque ad quartum, & deinde vsque ad septimum gradum; tamen hodie succedũt etiam in infinitum, dummodo sint descendentes à primo inuestito. † Prima igitur causa successionis feudi 28
paterni, seu antiqui spectat ad filios inuestiti. Bald. *conſ.* 293. *Primo dicam, in pr. lib.* 2. & ideo si feudatarius decedat relictis filiis masculis omnes æqualiter succedent. Bald. *conſ.* 356. *Si vaſallus, in pr. lib.* 5.
Roman. *conſ.* 367. *circa primum. in fi. n.* 16. † Extende in tantum filios 29
masculos præferri, vt si extent filii, & nepotes ex filiis, soli filii succedant, non autem nepotes, & vlteriores descendentes, etiam si testator omnes hæredes instituisset, & æqualiter succedere ordinasset; quia non valet talis voluntas. Bald. *dict. conſil.* 356. *in princ. lib.* 5. vbi, quod nihil valet dispositio testatoris contra naturam feudi. † Restringe, nisi feudum esset datum sub hac lege; quia 30
tunc attendi debet inuestitura. Bald. *d. conſil.* 356. *in princip lib.* 5.
† Restringe, nisi filii acceptassent testamentum patris, & admisis- 31
sent nepotes simul; quia cessante fallacia, & dolo valeret in vim pacti talis admissio. Bald. *d. conſ.* 356. *in pr. lib.* 5. vbi dicit idem, si di-
uisionem feudorũ fecissent inter se, & *n.* 3. *ver. ſuper quarto.* † Imo in 32
tantum possunt inter se sibi præiudicare filii; & nepotes sine dolo, vt non requiratur consensus domini. Bald. *d. conſ.* 356. *n.* 4. *ver. ſuper*
quinto, lib. 5. † Secunda causa successionis in feudo paterno, seu an- 33
tiquo est; quia non extantibus filiis succedunt fratres. Bald. *conſ.*
293. *in pr. lib.* 2. † Extende; quia nepotes ex altero fratre simul suc- 34
cedunt in feudo cum patruo in stirpes; quia repræsentãt patrem. Bald. *d. conſ.* 293. *in pr. lib.* 2. vbi, quod si extat frater, & decem nepotes ex alio fratre, & quinq; ex alio fratre, succedant omnes in tertia parte, videl. frater viuens habebit tertiam, decem nepotes aliã tertiam, & quinque ex alio fratre tertiam; quia circa gradus in suc-
cessione feudi attenditur ius commune, & idem tenet Bald. *conſ.*
327. *in fine. verſic. ex iis conſequenter*, & *conſil.* 222. *Caſus talis est & conſ.*
192. *fratres, lib.* 3. Abb. *conſ.* 85. *In præſenti queſtione, col.* 4. *n.* 6. *ver. ſper hoc videtur. lib.* 1. allegat text. *in c.* 1. *de ſucceſſ feudi, & in c.* 1. *de natur. fiu-*
ceſſ. feud. & in cap. 1. *de feudo March.* Bald. *in l.* 3 *ff. de interdict. & releg.*
† Contrarium, & male, quod in successione feudi nepos non con- 35
currat cum patruo, tenet Cynus, & Bald. *in l.* 2. *C. de bon. matern. &*
in l. cum in antiquiorib. C. de iur. delib. Bart. *in auth poſt fratres. C. de legit.*
hared.

tured. vbi quod nepos non succedit cum patruo; quia nõ est successio legalis, sed ex inuestitura, & sequitur Alex plenius cõs. 204. Consideratis n. 6. & seq. ver. confirmantur prædicta, lib. 2. vbi dicit, q; successio ex dispositione hominis hoc nõ admittit; quia filius per fictionẽ repræsentat patrẽ, & fictio nõ habet locum in contractib⁹, vbi apost. in verb. prout. dat conc. & Alex. tollit ibi contraria, & dicit n. 10. quod negari non põt, quin sint verba dubia, & interpretatio fit contra eum, qui se fundat in contractu. † Declara; quia si agitur de successione feudali inducta à lege, præcedit extensio sine dubio; si vero agitur de successione ex inuestitura, vel ex stipulatione, & cõtractu; tunc distinguitur; quia si datur successio in genere, prout si succedãt masculi proximiores, vel descendẽtes, vel de cognatione, aut de familia, & censetur dispositio cõformis iuri, vt filii fratrũ concurrant cũ patruo; si vero datur ordo specialis, vel certi gradus vocantur; tunc nepos non succedit in locũ patris, ita Alex. cons. 26. Videretur, n. 13. ver. præterea glossa, vsq; in fi. lib. 3. vbi dicit * magis * communem opinionẽ, licet loquatur in fideicommisso, vel in successione hominis, & ibi apostilla in verb. communiter, dat hanc solutionem pro vera, & cõmuni, & dicit, quod contrariũ tenentes loquuntur in diuersis terminis. † Extende; quia in feudis non attenditur, quod vnus frater sit vtrinq; cõiunctus, an ex latere patris tantum; quia sufficit fraternitas ex latere patris, & in hoc differt successio feudalis à successione iuris communis. Bald. cons. 304. Donatio, quam Antonius. in fin. lib. 2. vbi dicit hanc communem * opinionem, & idem Bald. cons. 54. Proponitur. lib 3. & cons. 222. circa med. vers. sed in feudalibus. lib. 3. † Tertia causa est successionis proximioris in gradu secundum ius commune; quia si decedat nepos ex fratre, & superuiuat patruus, videlicet frater patris, & superuiuant filii ex altero fratre patris, patruus solus succedet. Bald. cons. 293. circa med. vers. modo sequitur videre. lib. 2. quia patruus est in proximiori gradu, & idem tenet consil. 222. circa fin. vers. secundo est sciendum, lib. 3. idẽ Bald. cons. 282. Proponitur, quod nobilis, in pr. lib. 5. vbi loquitur in patruo, & nepote remotioribus, vt patruus præferatur. Cuman. cons. 163. Guarnerius, in princ. Anton. de Butr. cons. 47 per tot. quia non reperitur iure cautum, quod in successione feudi nepos ingrediatur in locum patris. † Et quod successio in feudo post fratres, & fratrum filios simul succedentes deuoluatur ad proximiorem iuxta ius commune. Bald. cons. 192. in pr. lib. 3. vbi, quod ãna ingradum iuris communis non discrepat successio in feudo, & d. cons. 282. lib. 5. in pr. † Contrarium, quod imo, quando succedunt nepotes cum patruo in feudo, succedant in stirpes, vt quia patruus habebit medietatem, nepotes plures ex altero fratre defunctã aliam medietatem. Clar. in § feudum. q. 75. in pr. vbi dicit * communem de iure communi, & idem in feudali successione, & esse indubitatum. † Et ideo si agitur de successione feudi per nepotes; vel inter nepotes descendentes, vt succedant auo, succedunt in stirpes; & idem, si agatur de successione feudi patruo inter nepotes ex fratre, succedent in stirpes; sed si agatur de successione, non auo, neque patruo; tunc veniunt in capita; quia per omnia in hoc attenditur successio iuris communis, & nihil est mutatum. Alex. cons. 29. Perspectis, nu. 8. & 9. vers. dum autem quæritur, lib 5. † Declara; quia si agitur de successione feudi inter solos nepotes sine patruo, secundum aliquos succedunt in capita, & est communis * opinio, secundum alios succedunt in stirpes, & est communis * opinio, vt dicit Clar. d. § feudum. q. 75. n. 2. vbi in fine declarat, quod si feudum est hæreditarium absolute, succedunt in stirpes, secundum magis * communem; si vero est ex prouidentia; quia succedit ex inuestitura, succedent in capita, & non in stirpes. † Contrarium, quod si decedat feudatarius sine descendentibus, succedãt omnes aliæ lineæ ex primo inuestito, etiam si vnus sit remotior altero, in stirpes. Sign. cons. 12. In casu per vos. n. 3. vers. est ergo. & plenius cons. 93. Factum sic se habet, vbi dicit esse casum in c. 1. in fin. de natur. succ. feud. † Extende contrarium, vt non solum procedat in casu, in quo essent remotiores ex vna linea, vt succedant æqualiter cum aliis alterius lineæ, etiam proximioribus, sed etiam, si isti remotiores haberent inter se diuersum gradum, adhuc omnes secundum stirpes succedent æqualiter. Sign. d. cons. 93. vers. verum. quia. † Extende in tantum præferri proximiorem in gradu agnatum, vt etiam si agnatus donaret Titio agnato, & Seio nepoti Titi secundum antiquum, ipso patruo recipiẽte prosẽte, & nepote absente, valeat nepoti facta donatio, donec vixerit donans, non vltra, quia post eius obitũ solus agnatus patruus tanquã proximior nepote præferri debet, nõ obstante consensu in stipulatione donationis adhibito, quia non se extendit ad præiudicium sui proximioris iuris. Bald. d. cons. 282. per tot. & plenius cõs. 533. Nobilis vir. dominus. lib. 5. † Idem, si testaretur, quia non potest legare feudum filio fratris, & excludere fratrem, nisi adsit consuetudo. Cuman. cons. 163. in pr. † Restringe, vt non procedat in fratre vterino, qui licet succedat fratri excluso agnatis, tamen secus est respectu feudi. Ang. cons. 110. Sanctissima. n. 7. ver. conclusio est ista, vsq; in fi. vbi tamẽ, quod stantib. verbis inuestituræ dubiis etiam vterinus deberet admitti illo casu. † Declara; quia, quod dicitur de successione in feudo an. tiquo, intelligitur semper de agnatis masculis, quia fœminæ, & etiam masculi ex filia fœmina, non succedunt in tali feudo, nec valet inuestitura facta per dominum in præiudicium agnatorum in filium masculum ex filia vasalli, etiam si vasallus feudum renunciauerit domino. Bal. cons. 250. Ad euidentiam præmittendum, per tot. lib. 2. vbi hoc limitat in feudo nouo, & fœmineo. Zabar. cons. 92. in pr. † Et propterea nunquam transit feudum ad cognatos. Rom. cons. 367. in fin. n. 16. † Potest tamen Princeps, si vult, honore vel amore patris fœminę illã inuestire de feudo antiquo. Bald. cons. 351. In bonis feudal. lib. n. 9. vers. nam bona feudalia, lib. 1 & cons. 308. Ad euidentiam præmittendum. n. 8. vers. nam bona, lib. 3. quod intelligo, quando non agitur de præiudicio agnatorum, sed solius domini, per præmissa, quod ẽt considerat Fulg. cons. 4. Ad id, de quo per tot. † Quarta causa successionis est inter patrueles; quia si feudum fuit diuisum inter filios trium fratrũ, puta vnus frater reliquit vnicum filium, qui habet tertiã feudi, alter frater reliquit duos filios, qui habent aliam tertiam, tertius filius reliquit tres filios, qui habent aliã tertiam partem, moritur ille patruelis vnicus, succedit alii in stirpes, & medietatem tertiæ habebunt duo patrueles, & aliam medietatem habebunt alii tres; quia vsque ad istum gradum ingreditur personam parentum. Bald. plene cons. 199. Ad euidentiã est præmittẽdum. n. 5. ver. venio ad tertium lib 3. vbi reprobat Iac. de Ardizono tenentem contrarium, & adducit, vt ibi, maxime in fi. vbi, quod nõ est idem in successione feudi, quod in successione hæreditatis, & quod in hoc æquiuocauit Ardizonus. & hanc communem * dicit Clar. d. § feudum. q. 75. n. 2. ver. contrarium. † Cõtrarium tenet Iacob. de Ardizono de Verona discipulus Azonis, quem citat in summa feudali, ita tenet Bald. d. cons. 199. n. 5. lib. 3. licet Bald. cũ reprobet, & idẽ tenet Bald. cõs. 293. circa med. vers. modo sequitur. lib. 2. vbi, quod patruus excludit nepotem patruelẽ à successione alterius nepotis, & patruelis; quia patruus est proximior, & sic patrueles non repræsentant patrẽtes; nisi dicas, quod ibi aderat gradus prior; secus, qñ inter se sunt pares, & æquales, & hanc etiã cõmunem * opinionem dicit Clar. d. § feudũ q. 75. n. 2. † Declara, quando in stirpes, vel in capita succedant, vt per Iul. Clar. d. § feudum. q. 75. per tot. vbi distinguit, quod si feudum est hæreditarium, succedẽt in stirpes, secundum magis communem * opinionem, de qua Ruin. cons. 25. n. 23. lib. 1. si vero est ex prouidentia, succedent in capita; quia regulatur ab inuestitura, nõ à iure cõmuni. † Declara; quia veritas est, quod nepos repræsentat patrẽ in successione feudi, quãdo agitur de succedẽdo ascendenti, vt est tex. in c. 1. de success feudi. † Si vero agitur de successione trãsuersalium, vt quia frater moritur, relicto fratre, & nepote ex altero fratre, in feudo antiquo, non reperitur cautũ, quod nepos ingrediatur locum patris; ideo succedit frater tanquã proximior agnatus. Ant. de But. cons. 47. per tot. vbi respondet ad obiecta. † Cõtrarium; quia intrat nepos in locum patris ad successionem patrui, extante alio patruo; quia istud est cautum de iure cõmuni. auth. vt fratrum filij, & ideo cũ non reperiatur cautum de iure feudorum, est standum iuri communi. Clar. in § feudum. q. 77. n 3. ver. sed certe, & vide sup. n. 34. & seq. † In aliis vlterioris gradus, put si decedat frater cõsobrinus superstite fratre consobrino, & nepote ex altero fratre cõsobrino, patruus consobrinus excludit nepotẽ consobrinũ sine dubio; quia neq; de iure communi isto casu nepos intrat in locum patris. Ant. de But. cons. 46. per tot. Cast. cons. 84. Quæstio ista, col. pen. ver. subsequenter. lib. 2. vbi, quod proximior in gradu, put nepos, excludit, pnepotẽ. † Extẽde, vt, procedat, quod patrueles succedẽtes patrueli in feudo debeant in stirpes, & non in capita succedere, ẽ quando succedunt ex iure accrescendi. Bald. d. cons. 199. n. 6. ver. & ad maiorem. lib. 3. vbi idẽ dicit in emphyteusi. † Restringe, vt successio in feudo regulet. ur in capita etiã in casib⁹ in quibus de iure deberet esse in stirpes, quãdo hoc esset expressum in inuestitura. Bald. d. cons. 199. n. 4. ver. sed quicquid sit. lib. 3. † Declara, vt quę dicta sunt de feudis, & successione feudali, procedant solum in feudis, non autẽ in fiuctib. collectis ex bonis allodialib⁹, neq; in animalib⁹, & aliis acquisitis extrinsecus; quia cum ista non sint feudalia, succeditur in eis secundum ius commune. Bald. cons. 222. in fi. lib. 3. † Extende declarationem, vt non procedat in fornimentis, & aliis paratis ad feudum, quia nisi adhæreant feudo, non sunt feudalia, & in eis succedunt etiã fœminæ. Bald. cons. 232. Fœmina regulariter. lib. 3. † Limita, quia successio in feudo potest regulari ex consuetudine, vel ex obseruantia 40. annorum, vt succedat primogenitus, maxime, si non

47 48 49 50 51 52 53 54 55 56 57 58 59 60 61 62

consue-

constat de inuestitura repugnante; quia longa observatia inducit consuetudinem circa hoc; quia non est irrationabilis, sed fundata in bono publico. Castr. *cons.* 179. *col.* 4. *n.* 4. *ver. item cum non appareat. lib.* 1. Vide, *Emphyteutæ qualiter succedant in emphyteusi. Concl.* 179.

Feudum nouum ad descendentes spectat, & quando ad alios, vel non. Concl. 181.

1 FEVDVM † nouum de sui natura non transit ad agnatos, & transuersales, sed solum ad descendentes masculos; & ideo si duo fratres inuestiantur de feudo, & vnus moriatur sine descendentibus, reuertitur feudum ad dominum pro parte eius, qui decessit. Alex. *cons.* 30. *Quoniam omne datum, in pr. lib.* 1. Castr. *cons.* 462. *Visis & diligenter examinatis, in pr. lib.* 1. Oldr. *cons.* 178. *Factum tale est, quidam nobilis.* Angel. *cons.* 110. *Sanctissima, nu.* 4 *vers. tertio est notandum*, vbi quod non vadit per saltum, & *cons.* 287. *nu.* 7. Castr. *cons.* 34 *in pr. lib.* 2. & *cons.* 139. *n.* 4. *eod. lib.* 2. Alex. *cons.* 204. *Consideratis, in pr. & per tot. lib.* 2. & quod feudum nouum non transeat ad collaterales, nisi expresse sic dictum in inuestitura. Clar. *in* § *feudum.*

*2 *q.* 79. *n.* 2 *ver. sed quæro*, vbi dicit * communem. † Extende, vt procedat, etiam si stipulatio fuit facta, vel concessio vni fratri pro se, & vice, & nomine Bartholomæi, & Andreæ filiis legitimis, & descendentibus masculis tantum; quia ista verba non important, q decedente aliquo ex tribus fratribus, vel deficiente eius linea, sint alii vocati, sed solum operantur, vt filii sint vocati in portiones patrum suorum, plene Alex. *d. cons.* 204 *Consideratis n.* 5 *ver. sed pro-*

3 *missus lib.* 2. † Extende, vt idem sit, si in inuestitura fiat Petro se, ac vice, & nomine Andreæ, & Bartholomæi fratrum, & pro ipsorum Petri, Andreæ, & Bartholomæi filiis masculis, & descendentib⁹, cum adiectione, ita tamen, quod vno ipsorum fratrum sine liberis decedente, pars decedentis ad alium, seu alios superuiuentes debeat peruenire; quia ius accrescendi nõ est inter filios, & descendentes inuestitorũ, ita vt deficiẽte linea vnius ex inuestitis, transeat ad aliam lineam alterius inuestiti, sed solum est inter ipsos fratres primos inuestitos; quia dictio, *alium*, seu *alios*, est repetita tantũ a

4 eiusdem qualitatis, cuius erat illa, de qua est facta mentio, & cum de solis fratribus sit facta mentio; ergo, & quia relatio fit ad proxima; & quia sumus in contractu, plenissime Alex. *consil.* 204. *Consideratis per tot.* vbi tollit omnia contraria. *lib.* 2. vbi post. *in ver.* 4 *superuiuentes*, & *in ver. omnibus*, citat pro vtraque parte. † Et ideo si plures fratres sunt inuestiti de feudo nouo, vno mortuo sine masculis potest dominus feudum concedere filiæ fœminæ defuncti,

5 ex quo ad dominum fit deuolutio. Fulg. *cons.* 224. *circa fin.* † Idem est, si duo fratres fuerunt inuestiti, & vnus decedat sine filiis; quia non potest alter frater, neque filii fratris prætendere feudum, sed deuoluitur ad dominum. Glar. § *feudum q.* 79. *ver. sed quæro*, vbi di-

*6 cit * communem. † Idem est in feudo concesso vni stipulanti pro se, & duobus fratribus absentibus; quia sequuta ratificatione absentium, vt quia possederunt, si vnus moriatur relicta filia, quæ vocatur post masculos, ipsa succedet, nõ autem fratres; quia non habet locum ius accrescendi. Fulg. *cons.* 232. *In proposita, in pr. & per tot.* vbi, quod etiam si pater non ratificasset, ipsa potest ratificare.

7 † Amplia, vt procedat multo magis, quãdo vnus solus frater fuit inuestitus de feudo; quia si decedat sine filiis, fratres, & alii agnati & transuersales non succedunt, sed feudum reuertitur ad domi-

8 num. Ang. *d. cons.* 110. *n.* 4. *& cons.* 287. *n.* 7. † Et quod solum ad descendentes masculos transeat feudum paternum, Zabar. *cons.* 92. *in pr.* vbi, quod non admittitur cõtraria dispositio feudatarij; quia

9 ad fœminas non transit. † Declara, nisi acquirens illud venderet de licentia domini; quia posset prætudicare filiis, & descendentibus alienãdo. Alex. plene *cons.* 28. *In causa, & lite. n.* 2. *& seq. ver. stante ita q*ꝫ *lib.* 5. vbi reddit rationem; quia pater acquirendo pro se, &

10 filiis, videtur filiis donare causa mortis, & potest reuocari. † Et valet venditio, seu datio feudi nouiin dotem facta per patrem filiæ suæ, nõ obstante prætensa simulatione, ex eo, quod adsit pactum de retrouendendo, & modicitas pretij, quia non sufficiunt, etiam cum possessione continuata, quando per constitutum est mutua-

11 ta. Alex. *d. cons.* 28. *nu.* 4 *& seq. lib.* 5. † Amplia, vt procedat, etiam si cõcessio feudi sit facta ab Imperatore, vel supremo Principe, quia adhuc inter duos fratres de nouo inuestitos non cadit successio per ius accrescendi, vel non decrescendi, sed feudum morientis reuertitur ad dominum. Cyn. *in l. vnic. in fi.* & ibi Sal. *q.* 11. *C. quando non pet. partes.* Andr. Iser. Aluar. Mart. Lor. *in c.* 1. *ad fi. de dæb. fratr. a Cap. inuest.* Zas. *in tract feud part.* 8. Ias *in l si mihi, & Titio ff. de verb. obl. & in l re coniuncti. col* 45. *& 46. ff. de lega.* 3. Corn. *cons.* 196. *Circa præsentem consultationem. n.* 6. *ver. nec etiam obstat. lib.* 2. & hanc veriorem

*& * crebriorem dicit post. ad Alex. *cons.* 30. *in ver. accrescendi. lib.* 1.

12 † Extende, vt procedat ampliatio, etiamsi in inuestitura sit dictũ, *quod conceditur feudum, quod teneant in feudum antiquum*; etiam si adsint verba, *ipsis duobus fratribus, & hæredibus eorum sibi inuicem succedentibus, &c.* quia mortuo altero inuestito sine filiis reuertitur sua portio ad Ecclesiam. Bald. *cons.* 249. *Verba inuestituræ. lib.* 2. *per tot.*

13 † Contrariam opinionem, & sic erit limitatio, quod imo in concessione Imperatoris, vel supremi Principis de feudo nouo, succedant fratres pariter inuestiti per ius accrescendi, vel potius non decrescendi, tenent Alex. *d. cons.* 30. *Quoniam omne datum. n.* 8. *vers. secundo dato.* Curt. Sen. *cons.* 48 *col.* 1. *& cons.* 49. *n.* 10. Ias. *cons.* 1. *lib.* 3. *col.* 5. *& cons.* 136. *n.* 4. *lib.* 4. & hanc * commun. dicit idem Ias. *in l si*

14 * *mihi, & Titio ff. de verb. oblig.* † Declara; quia si duo fratres inuestiti fuerint pro dimidia, nec fit dictum, *quod vnus alteri, vel econtra succedat*, tunc altero decedente sine filiis sua dimidia reuertitur ad Ecclesiam. Bald. *cons.* 141. *Thema huiusmodi subijcitur. nu.* 2. *vers. ad vlt. lib.* 2. qui loquitur in feudo Ecclesiæ, quod est Christophori Castillionei, & Baldi, & ibi. *circa fi. ver. super dicto puncto.* Castr. *cons.* 44.

15 *in pr. lib.* 2. † Amplia; quia additamentum factum feudo antiquo dicitur feudum nouum; quia additio est noua concessio. Alexan. *cons.* 19. *n.* 11. *ver. sue etiam queratur. lib.* 5. † Extende; quia si habens

16 decimam in emphyteusim ab Ecclesia ab antiquo renunciat, vt fiat infeudatio de eadẽ decima Titio, & sit facta, quæ valet; quia magis est fauorabile feudum pro Ecclesia, quam emphyteusis; tamen erit nouum feudum quoad recipientem, licet quoad Ecclesiam sit antiquum; quia consuetum est alienari; ideo mortuo primo inuestito sine filiis reuertitur ad Ecclesiam. Castren. *cons.* 139.

17 *Dubium fuit per tot. lib.* 2. † Limita; quia imo ius accrescendi habet locum in feudo nouo inter plures transuersales inuestitos, quando adsunt verba in inuestitura, *& cuilibet eorum*, ita Alex. *d. cons.* 30. *Quoniam omne datum, lib.* 1. *ver pondero verbum, n.* 9 *col.* 4. † Et quan-

18 do feudum est nouum feudum concessum pro se, & tertia generatione, tam masculorum, quam fœminarũ, & finita linea vnius, succedat linea alterius, si vnus relinquat filiam sine masculis, ipsa succedit, excluso altero inuestito, vel filiis masculis eiusdem, quia censetur quilibet ex duobus inuestitis voluisse prius prospicere suæ posteritati, quam alienæ. *c.* 1. *de eo, qui sibi. & hæredibus suis mas. & fem.* Castr. *cons.* 316. *Supradictus dominus Consultor. in fin. lib.* 2. vbi

19 tecus, si ab eodẽ stipite essent in feudo antiquo. † Limita, quando etiam esset dictum, quod inuestitura fieret pluribus, quandiu ipsi, vel eorum hæredes viuerent; quia censetur esse locus iuri accrescendi. Alexand. *d. cons.* 30. *lib.* 1. *ver. quarto videtur. n.* 9. † Limita,

20 quando feudum est concessum duobus fratribus, vel pluribus, quandiu ipsi, vel hæredes eorum, seu filii masculi viuant, *cap.* 1. *de duob. fratrib. à Cap inuestit.* ita Alex. *cons.* 204. *Consideratis n.* 1. *ver. tamen fallit*, & plenius *in fin. ver. nam non obstat, vsq. in fi. lib.* 2. vbi ponderat verba illa, *quandiu*, item dictionem, *eorum filij*, quæ reseluntur in singularitatem, videlicet, *cuiuslibet eorum.* † Limita, quando

21 fuit facta inuestitura feudalis, vel emphyteutica duobus fratrib⁹, ita vt post mortem eorum, & filiorum, & nepotum suorum, feudum, vel emphyteusis ad Ecclesiam reuertatur; quia, quandocunque vnus ex eis sine filiis decedat, vel eius linea deficiat, succedunt descendentes ex alio fratre, vel frater. Alex. *d. cons.* 204. *n.*

22 2. *lib.* 2. vbi, quod ita tenuit Mart. de Fano consulendo, quem sequitur Specul. *tit. de locat.* § *nunc aliqua. ver.* 69. & post. ad Alex. ibi *in ver. omnibus.* † Limita, vt sit idem, quando fuit facta inuestitura pluribus fratribus, pro se, & filiis, & descendentibus masculis, &

23 post mortem omnium eorum feudum reuertatur ad dominum; quia tunc est locus iuri accrescendi, vt deficiente linea vnius reuertatur ad lineam aliorum superuiuentem, ita apostillat Alex. *d. cons.* 204 *in ver. omnibus*, allegat Anchar. *cons.* 243. *col. fin.* Alex. *cons.*

24 167. *n.* 4. *lib.* 7. † Idem dicit eadem apost. ad Alex *d. cons.* 204. *n.* 2. *in ver. omnibus. lib.* 2. *in fi.* quando adsunt verba similia æquipollentia, quæ necessario inferunt ius accrescendi, prout si esset dictum, *inuestio Titium & Seium fratres pro se, & hæredibus ex ipsis, seu eorum alte-*

25 *ro*, vbi citat in fin. ad hoc concord. † Limita in feudo regni Sicil. quia secundum inuestituram succedit frater fratri nedum y-

26 tritique. sed etiam ex vno latere coniuncto. Angel. *cons.* 110. *n.* 4. *col.* 4. *ver. capitulum autem.* † Limita in feudo antiquo; quia semper, quod adiunt descendentes primi inuestiti, ad eos feudum transit, per mortem vnius sine filiis, non autem reuertitur ad dominum, *c. penult. de natur. succes. feud.* & notat. *in c.* 1. *de duob. fratrib. de nouo be-*

27 *neficio inuestit.* Alex. *cons.* 136. *col.* 1. *vers. secundo ad probandum lib.* 1. Vide de Concl. prox. seq. † Declara; quia filii, qui succedunt in feudo paterno, licet non possint repudiare hæreditatem paternam, & velle habere feudum solum; tamen licet sint hæredes patris, non tamen habere feudum, tanquam hæredes patris; sed habebunt domini beneficio, & patris prouidentia. Castill. *cons.* 10. *n.* 41. *vers. cum etsi in hoc.* vbi *n.* 43. dicit * commun. & quod debent vtrunque repu-

repudiare, si repudiant hæreditatem patris, & tollit contrarium,
27 quod feudum petitione hæreditatis debeatur. † Sed antiquum possunt agnati habere, & repudiare hæreditatem eius, à quo causam habent. Castill. *d. cons. 10. num. 41.*

Feudum quando spectet per ius accrescendi, vel non. Concl. 182.

1 IVs † accrescendi habet locum in feudo paterno, vel antiquo. Rom. *cons. 1. n. 6. vers. primo quidem casu. s. fin. de feud. Marchiæ.* Bald. * *cons. 199. Ad euidentiam, n. 6. vers. ad maiorem, lib. 3.* vbi dicit omnes * Doctores ita tenere, & in feudo paterno, vt inter filios habeat locum ius accrescendi, si aliter non est dispositum. Ang. *cons. 371. Illustris, & magnificus. circa fin. vers. de successione.* Signorol. *cons. 92. n. 13.
2 vers. ac præditis*, & communem * dicit Rom. *cons. 315. n. 2.* † Contrarium, quod in feudo antiquo quoad descendentes, vno mortuo non succedant alii per ius accrescendi, sed iure inuestituræ. Alex. *cons. 39. Quoniam abunde, n. 3. vers. vnde tunc vno. & cons. 44. n. 3. & cons. 30. n. 6. lib. 1.* Bald. *cons. 249. Verba inuestituræ, in pr. lib. 2.* Cald. *consil. 304. in fi.* alias *1. de feudis.* Cast. *cons. 462. Visis, & diligenter, lib. 1.* Curt. Senior *cons. 48. col. 3.* Curt. Iunior *cons. 18. col. 4.* apostilla ad Alexand.
* *cons. 29. in verb. inuestitura, lib. 1. n. 3.* & hanc communem * dicit apost. ad Roman. *d. cons. 315. In casu propositæ consultationis, in ver. impugnati*, vbi plures allegat, & hanc esse regulam dicit Clar. in §. *feudum. q. 77. in pr.* vbi dicit * communem opinionem; quia feudum est contractus, & in contractibus non habet locum ius accrescendi, 61. §. *& quia vidimus, vers. sin autem vnus, tit. de iis, qui feud. dare poss.*
3 † Et quando agitur de successione inter pares proprie est ius accrescendi secundum communem * opinionem. Si vero agitur de ordine, non est proprie ius accrescendi viriliter, quia proportionabiliter potius succeditur per stirpes. Bald. *cons. 199. Ad euidenti-*
4 *am, circa fi. vers. & ad maiorem, lib. 3.* † Declara; quia in feudo nouo pluribus concesso non habet locum ius accrescendi, & ista est cõmunis regula. Paris. *cons. 16. n. 2. lib. 4.* Grat. *cons. 4. nu. 51. lib. 1.* si vero feudum est antiquum; tunc descendentes à primo inuestito succedunt, non ex iure accrescendi, sed ex iure inuestituræ paternæ. Clar. *in d. §. feudum, q. 77. n. 5. ver. secundo principaliter*, vbi dicit in vtroque capite * communem. † Amplia in tantum ius accrescendi
5 esse in feudo antiquo, vt dicatur ex natura contractus inter descendentes; quia coniunctio legalis dicitur natura feudi, & licet consistat in spe; tamen non potest tolli istud ius; quia ex contractu debetur. Bald. *cons. 38. D. Thomas, n. 3. ver. & est ratio, lib. 1.* † Extende; quia ius accrescendi habet locum in feudo concesso vni ex descendentib⁹, etiam si duo fratres descendentes reciperent nouam inuestituram post primam; quia non receditur à iure radicato accrescendi ex prima inuestitura. Bald. *cons. 343. Factum sic pro-*
7 *ponitur. lib. 5. in pr.* quod est Barthol. Salyceti. † Qualiter autem succedatur per ius accrescendi, an in capita, vel in stirpes? dic, quod in stirpes succedunt etiam patrueles inter se, & vsq; ad illum gradum inclusum stirpes attenduntur, post illos successio fit in capita
8 Bald. *d. cons. 199. Ad euidentiam, n. 6. ver. ad maiorem, lib. 3.* † Amplia, quia in feudo pluribus concesso ab Imperatore habet locum ius accrescendi, & si sit nouum, *l. vnica, C. si liberal. imperialis socius. lib.*
9 *10.* vbi in donatione imperiali habet locum ius accrescendi; ergo & in feudo, & hanc * communem dicũt plurimi, quos citat Clar.
10 *in d. §. feudum, q. 77. n. 2. vers. scias tamen. & n. 4.* vbi, quod de plano procedit. † Contrarium, quod imo in feudo nouo pluribus concesso ab Imperatore non habeat locum ius accrescendi, tenent multi, quos citat apost. ad Alex *cons. 30. sub n. 8. lib. 1.* vbi, quod ista
11 est crebrior * opinio, infra *n. 12.* † Declarat Clar. *d. §. feudum, q. 77. n. 3. ver. sed certe*, quod licet ampliatio sit verior, & magis * communis; tamen quia controuersa est opinio, tutius est apponere in inuestitura, *& cuilibet eorum, vel vnicuiq; eorum, vel in solidũ*; quia tunc
12 non habet difficultatem aliquam neque contradictionem, & est * communis. Curt. Sen. *cons. 49. n. 53.* Bello. *cons. 20. n. 3.* Sigismund.
13 *cons. feud. 15. n. 3.* infra *n. 13. & seq.* † Extẽde ampliationẽ, vt procedat nedum in Imperatore, sed etiam in Rege, & quocunque Principe non recognoscente superiorem, communem * dicũt Curt. Sen. *d.*
14 *cons. 49. post n. 50. ver. modo sic.* Soc. Iun. *cõs. 73. n. 7 lib. 1.* Clar. *d. §. feudum, q. 77. n. 4. ver. & hæc quidẽ.* † Limita in feudo nouo plurib. cõcesso; quia in eo non habet locum ius accrescendi, nisi pacto, vel consuetudine aliud inducatur. Rom. *cons. 1. n. 6. ver. aut feudũ nouũ, aut est nouum.* Rom. *d. cons. 315. in fi.* vbi apost. *in ver. in feudo*, dicit * cõmunem. Alex. *cons. 150. In causa. n. 14. ver. rursus. lib. 6.* & hanc * communem dicit Clar. *d. §. feudum, q. 77. n. 5. ver. secũdo principaliter*, vide
15 *sup. n. 4. & inf. n. 13. & seq.* Vide, *Emphyteusis quando competat per ius accrescendi. Concl. 176.* † Et ideo si feudum est concessum duobus fratribus pro se, & eorum filiis hæredibus, altero mortuo sine filiis, superstes frater, & descẽdentes ex eo non succedũt. Pet. de Anch. *cons. 34. n. 5. ver. secundo suggesserunt*, & idem Anch. *cons. 30. n. 5. col. 2. in fi.* Bald. *cons. 343. Factum sic proponitur, in pr. lib. 5.* vbi declarat, nisi prima inuestitura esset facta patri duorum fratrum postea inuestitorum; quia tunc noua inuestitura non facit recedere à prima, quod consiliũ est Barth. Salyceti. Ang *cons. 110. n. 4. ver. tertio est notandũ, & cons. 287. Factum super quo consilium, n. 7.* Cuma. *cons. 168. Reuer. pater, n. 5. ver. præcipue cum feudum.* Fulg. *cons. 224. in fin.* Rom. *d. cons. 1. n. fi. aut feudum nouum.* Alex. *cõs. 204. Ponderatis, n. 3. ver. sed præmissis, lib.*
16 *2.* vbi apost. *in ver. omnib.* dat conc. pro vtraque, & hanc veriorem * dicit. † Extende, vt procedat, quod mortuo altero, vel extincta linea alterius alius non succedat, sed ad dominum reuertatur, et-
17 iam si sit dictum; *Titio pro se, & fratre, ac filiis eorum, & cuiuslibet ipsorum*; quia adhuc vna linea alteri non succedit; quia licet verba illa, *cuiuslibet eorũ filius*, sit dictio vniuersalis distributiua in singulos; tamẽ, quia refertur ad filios, intelligitur alterius lineæ, nõ ambarum linearum. Alex. *cons. 13. Perspectis, in fi. lib. 5.* vbi, quod non refertur ad duos primos fratres inuestitos, & repetit *cõs. 17. n. 7. & 8. eod.*
18 *lib. 5.* & apost. ad Alex *cons. 22. n. 11. in ver. cuiuslibet, lib. 5.* † Contrariũ tenet Alex. *d. cons. 22. Viso titulo, n. 10. & seq. ver. quarta ratione, lib. 5.*
19 plures pro ista parte citat idẽ Alex *cons. 204. in pr. lib. 2.* vbi apost. in *ver. omnib.* dat concord. pro vtraque parte, quos videas, & est communis * opinio ista contraria, quando feudũ est concessum ab Imperatore, vel Principe recognoscente superiorem, *sup. n. 8. & seq. inf. n. 21.* † Declara; quia si clausula, (& cuilibet eorum) refertur ad
20 duos fratres inuestitos; tunc est ius accrescendi inter eos, & linea vna succedit alteri. Alex. *cõs. 30. Quoniam omne datum, col. 4. n. 9. ver. pondero, lib. 1.* † Extende, vt procedat, etiam si feudum sit cõcessum
21 pluribus fratribus cum clausula; *pro vobis, & vestris descendentibus, & posteris*; quia intelligitur concessum cuilibet pro se, & suis descendentibus, & posteris, adeo quod vno mortuo sine filiis, & descendentibus non est locus iuri accrescendi, sed hæc portio reuertitur ad dominum. Alex. *cons. 150. In causa, n. 14. ver. rursus, & ver. & in casu nostro. lib. 6.* † Idem, si aliquis ex eis ingreditur religionẽ, & fiat pro-
22 fessus; quia eius portio reuertitur ad dominum, non autem est locus iuri accrescendi. Alex. *d. cons. 150. n. 14. ver. & in casu nostro, lib. 6.*
23 † Declara; quia si extat filia defuncti, inter quam & fratres superstites sit controuersia de feudo, potest dominus inuestire filiã defuncti, ex quoad eum spectat feudũ nouum ex deuolutione; non ad fratres. Fulg. *consil. 224. in fi.* † Extende, vt idem sit in feudo con-
24 cesso vni fratri stipulãti pro se, & fratribus duobus absentib⁹; quia secuta ratificatione absentium; quia possederũt, si vnus moriatur relicta filia, quę vocetur post masculos, ipsa succedet, nõ fratres; quia non habet locum ius accrescendi. Fulg. *consil. 232. In proposita quæstione, in pr. & per tot.* vbi, quod etiam filia potest ratum habere,
25 si pater non ratificauit. † Extende, etiam si inuestitura sit facta ab Imperatore de feudo nouo. apost. ad Rom. *cons. 315. circa fi. in ver. in feudo*, vbi dicit * communem, & de veritate *sup. n. 8. & seq.* † Cõtra-
26 rium tenent multi, quos citat eadem apost. *in ver. in feudo, in fin. ad*
27 *d. cons. Rom. 315.* † Declara; quia si concessio feudi noui esset facta ab Imperatore motu proprio; tunc habet locum ius accrescendi. Marc. Mant. *cons. 262. Castellũ, in 1. dub.* licet apost. fi. in fin. *ad d. cons. Rom. 315.* reprobet. † Restringe primo, quando esset dictum in in-
28 uestitura plurium, *quod alter alteri succedat.* apost. ad Rom. *d. cõs. 315. in ver. in feudo*; quæ plurimos allegat. † Restringe, si esset dictum, *de*
29 *vno in alterum reuertendo*, dicta apost. ad Rom. *cons. 315. in ver. in feudo,* † Restringe, quãdo esset dictum; *quandiu ipsi viuẽt.* d. apost. ad Ro-
30 man. *cons. 315. in ver. in feudo.* † Restringe, quando inuestitura fieret pluribus in solidum; quia est locus iuri accrescendi, d. apost. fi. ad
31 Rom. *cons. 315.* † Restringe, nisi esset dictum, *quod post mortem omniũ reuertatur ad dominum d. apost. ad cons. Romani 315. circa fi.* & Alex. *con-*
32 *sil. 17. n. 9. ver. nec etiam obstat, lib. 5. & cõs. 22. n. 12. lib. 5.* † Restringe, vt procedat, etiam si dictum esset in inuestitura facta duobus fratribus; *quod per mortem eorum, ac filiorum, ac nepotum suorũ reuertatur ad Ecclesiam, & dominum*; quia hoc operantur illa verba, *post mortẽ eorum*. Alex. *d. cons. 17. n. 9. & seq. lib. 5. & cons. 22. n. 12. eodem lib. 5.* † Contrarium hoc casu tenet apostilla ad Alex. *d. consil. 17. n. 9. in ver. operantur, lib. 5.* † Restringe, nisi consuetudo esset in contrarium; quia tunc staretur consuetudini, apost. ad Rom. *d. cons. 315. in ver. in feudo*, vbi plurimos allegat. † Restringe, quãdo esset dictio, *concedo Titio, & Seio fratribus, & cuilibet eorum in solidũ*; quia illa verba distributiua (cuiuslibet eorum in solidum,) inducunt ius accrescendi inter eos, & consequenter inter eorum descendentes, vt extincta linea vnius succedat altera, ita Alex. *cons. 13. Perspectis, col. fin. n. 13. ver. nunc de tertio, lib. 5.* vbi apostilla *in verb. accrescendi*, dat concordant.

33 Declara restrictionem; quia si esset facta concessio feudi duobus fratribus, puta Titio, & Seio, & filiis, & hæredibus cuiuslibet eorum; quia ius accrescendi non est inter fratres, & lineas eorum, vt vna deficiente altera succedat, sed solum est inter descendentes cuiuslibet lineæ; quia illa verba non applicãtur fratrib. inuestitis, sed descendentibus eorũ; vnde in dubio sunt intelligenda, vt minus offendat ius commune, ita Alex. plene *d. cons. 13. Perspectis col. fi. n. 13. & 14. in 3. dub. lib. 5.* & plenius *d. cons. 17. Foederatis iis, n. 7. ver. circa*
34 *tertium, cum seq. lib. 5.* † Declara; quia si diceret, *cõcedit fratrib. & filiis cuiusq; eorũ*, non adesset ius accrescendi inter fratres, neq; inter lineas, vt vna deficiente altera succedat, quia verbum, *cuiusque*, vel
35 *quisq;* non est distributiuum, prout verbum, *cuiuslibet*, sed est collectiuum. Alex. *d. cõs. 17. n. 8. lib. 5.* † Restringe, nisi esset feudũ nouum de re indiuidua; quia habet locum ius accrescendi. Signor. *cons. 92. n. 13. ver. aut est nouum.* apost ad Rom. *d. cons. 315. in ver. in feudo, circa fi.* Vide, *Emphyteusis quando competat per ius accrescendi, vel non.*
36 *Conclus. 176.* vbi plenius. † Limita, quia ius accrescendi non habet locum in feudo antiquo, quãdo inter plures descendentes vnus petiit inuestituram, alii non, & sic feudum est deuolutum ob non petitam inuestiturã; quia accrescit domino, & deuoluitur dominio, non autem accrescit alii, qui petiit inuestituram pro se. Bald.
37 *cons. 301. Proponitur, quod Petrus, n. 9. vsq; in fin. vers. ponamus igitur, vsq; in fin. lib. 1.* vbi multa hinc inde, & tandem ita tenet. † Declara, vt non procedat limitatio, quando esset facta inuestitura vni in solidum; quia bene habebit totum feudum. Bald. *d. cons. 301. in fi. vers.*
38 *amplius sciendũ. lib. 1.* † Idem si sit dictum. *pro se, & hæred. eorũ, & ex*
39 *eis, vel ex altero eorum.* Bald. *cõs. 251. Considerandũ est, lib. 2. per tot.* † Limita; quia ius accrescẽdi non habet vnquam locum in feudo, vel emphyteusi antiqua, quando filius succedit patri; quia imo filius facit cessare ius accrescendi. Rom. *d. cons. 315. n. 2.* vbi apost. *in verb. Corradus. & n. 3. vers. secundo probatur*, vbi, quod filii retinẽt, non aũt
40 acquirũt. † Limita; quia si primus inuestitus pro se, & filiis, & descendentibus reliquit plures filios, quibus omnibus debetur feudum pro rata, vnus, vel duo obtinuerũt inuestituram pro se, & alii passi sunt præscribi, mortuis inuestitis non est locus iuri accrescendi; quia sibi præiudicarunt, sed bene venient vigore inuestituræ primæ, per quã videtur inuicem substituti; quia quoad substitutionem non currit præscriptio; quia ante mortem omnium non potuerunt agere. Castr. *cons. 181. Notandum est. circa med. vers. tamen dico. lib. 2.* & sententia lata in contrarium debet reuocari, &
41 non potest dominus alteri concedere, vt ibi. † Extende, vt idẽ sit, quãdo aliqui repudiassent partem suam ad fauorem alioru̇̃; quia mortuis illis, quibus facta est cessio, vel repudiatio, poterunt repudiantes venire ex inuestituta; exemplo instituti, & substituti, qui repudiata institutione poterit venire ex substitutione. Castr.
42 *d. cõs. 181. circa med. vers. tamẽ dico, lib. 2.* † Restringe; quia si renũciasset portioni suæ, & portioni collateralium, ad hoc, vt frater, vel alius, vti de feudo nouo inuestiretur; tunc non posset succedere, neq; ex iure accrescẽdi; neq; ex iure substitutionis ex prima inue-
43 stitura. Cast. *d. cons. 181. n. 2. vsq; in fi. lib. 2.* † Limita; quia inter Collaterales plurium inuestitorum de feudo nõ habet locũ ius accrescendi, *c. 1. in fi. de succes. feud.* Sign. *cons. 92. n. 13. ver. item nõ habet locũ.*
Castr. *cons. 44. Circa præsentem, in prin.* Vide, *Feudum nouum ad descen-*
44 *dentes spectat, & quando ad alios. Concl. 182.* † Extende, vt procedat etiã in feudo antiquo; quia si duo fratres recipiunt nouam inuestituram, vti de feudo nouo in eorum personas, & renunciassent inuestituræ feudi antiqui; tunc mortuo vno ex fratribus alter nõ succederet; quia ius accrescendi non habet locũ. Cast. *d. cons. 44. Circa præsentem casum, in pr. lib. 1.* vbi, quod cessantibus descendentib.
45 mortui reuertitur ad dominum. † Si vero inuestitura sit recepta de feudo antiquo, vti antiquo per duos fratres diuidentes feudum, cum consensu domini, tũc ius accrescendi remanet; sed tñ inuestitura operatur diuisionẽ, vt videl. in parte obuenta vni succedant primo loco eiusdẽ descendentes, non autẽ descendentes alterius fratris, qui æqualiter succedunt, si non esset facta diuisio.
46 Castr. *d. cons. 44. in pr. vers. si vero fuerunt inuestiti, lib. 2.* † In dubio aũt inuestitura simpliciter recepta per plures fratres de feudo præsumitur recepta vti de antiquo, & secundum antiquas inuestituras; ideo ius accrescendi remanet firmũ, si constat, quod sit antiquũ; si vero non constat de inuestituris antiquis, incũbit onus probãdi actori, plene Cast. *d. cõs. 44. col. 2. ver. in dubio autẽ, lib. 2.* † Restringe
47 multis casibus, de quib. Iac. de Beluis. in *c. 1. §. cum vero Corradus, de his, qui feud. dare poss.* quem refert Signor. *d. cons. 92. an fin. vers. fallit.*
48 † Contrarium tenet Cum. *cons. 167. Ioseph. & Ant.* vbi, quod duobus fratribus inuestitis, si ambo decedant cũ filiis, & extinguatur
49 ramus vnius ex fratrib⁹, alii ex altero fratre reuocãt feudum. † Limita, quia si duo fratres successerunt in feudo paterno, & in diuisionibus totum feudum obuenit vni ex eis, qui deinde decessit sine filiis, non est locus iuri accrescendi, ex quo nulla est portio feudi apud volentes succedere, sed in contrarium est magis* cõmunis opinio, vt refert Clar. *d. §. feudum, q. 77. in fi. n. 6. vers. sed pone*, vbi recitatis opinionibus, dicit, quod bene succedent vigore inuestituræ, non autem vigore iuris accrescendi; & ita debet intelligi contrarium, & magis communis* opinio; quia ex iure accrescendi portio accrescit portioni, non autem personæ, & volens succedere nullam habet portionem; ergo. Vide, *Ius accrescendi in quibus habeat locum, vel non. Conclus. 565.* Vide, *Ius accrescendi non habet locum in contractibus, & quando secus. Concl. 567.*

Feudum nobile ad quos spectet. Concl. 183.

FEVDVM † nobile non potest ad hæredes transire, nisi ipsi specialiter inuestituram à domino feudi impetrauerint. Alex. *cõs.*
30. *Quoniam omne datum, in pr. vers. secundo, quia, lib.* 1. † Extende, vt 2
idem sit in feudis dignitatum, puta feudo Regali, Ducatus, Marchiæ, vel Comitatus; quia non transeunt ad hæredes propter singularem industriã personæ, cui conceduntur. Bald. *cons. 275. Quod pro regula, n. 3. vers. super secundo, lib. 2.* vbi reddit rationem, quare nõ
transeat Ang. *cons. 287. Factum, super quo consultũ. n. 8. vers. prædicta autem.* † Limita; quia transit de vno inuestito ad alium superstitem, 3
quando plures fuerunt de eo inuestiti simul. Alex. *d. cons. 30. n. 18. ver. nec huic obstat, lib. 1.* † Limita, nisi aliter esset dispositum in inue- 4
stitura; quia illa seruanda est. Alex. *d. cons 30. n. 18. vers. item respõdeo, lib. 1.* allegat Ang. *cons. 282. n. 8. vers. alia autem feuda.* † Limita de cõ- 5
suetudine; quia contrarium vsurpatum fuit. Alex. *d. cons. 30. n. 18. vers. item respondeo. lib. 1.* & de hac generali consuetudine ex vsurpatione, quæ est recepta. Bald. *cons 275. n. 3. vers. sed hodie, lib. 2.* vbi, q
tam de facto, quam de iure seruatur. Ang. *d. cons. 287. n. 8.* † Decla- 6
ra; quia consuetudo, quod feuda dignitatis trãseant ad filios, restringitur, vt non ad omnes filios, sed ad primogenitos tantum transeat; quia non potest diuidi. Ang. *d. cons. 287. n. 8. ver. quinmo, & in talib.* Vide, *Consuetudo circa feudalia. Concl. 861.*

Feudum non hæreditarium quo iure spectet ad feudatarium. Concl. 184.

FEVDVM † non hæreditarium spectat ad feudatarium ex pro- 1
uisione maiorum suorum; ideo succedit in eo tanquam vocatus ex inuestitura, quod intelligetiã, quãdo est hæreditarium non absolute; sed descendentibus, vel illis de familia debetur. Ferret. *cons. 396. nu. 10.* quia ad hoc dicitur ex prouidentia acquisitum; sed tamen tunc debent esse hæredes, si possunt; si vero non
sua culpa non essent hæredes, ad hoc succedunt in feudo. Ferret. *cons. 178. n. 6. 7. & seqn.* vbi late. † Contrariũ Alex. *cons. 26. Ponderatis, n. 3.* vbi, quod si est hæreditarium; quia concessum sit filiis, & 2
hæredibus, vel hæredibus, intelligendo de filiis, nõ potest velle repudiare hæreditatem, & habere feudum, & repetit *consil. 28. In causa, & lite, n. 19. in fin. lib. 5.* † Amplia, quia filius potest consequi 3
feudum non hæreditarium, sed ex prouidentia, repudiata hæreditate paterna. Dyn *cons. 2. Visis, & diligenter examinatis, in pr.* vbi, q
ea, quæ transeunt ad filios vt filios, non videntur repudiari repudiata hæreditate, & Alex. *cons. 19. Super eo. nu. 3. & seq. lib. 5.* † Secus, 4
si esset hæreditarium, ẽt secundum quid; quia nõ potest repudiare hæreditatem, & velle consequi feudum hæreditarium secundum quid. Ferret. *d. cons. 178. num. 8.* Alexand. *dict. cons 19. num. 4. & seq.* maxime *nu. 6. lib. 5.* & ita debet intelligi Abb. *consil. 3. nu. 1. lib. 2. & c. 1. an agnat. vel fil. defunct. repud. hæred. possit feud. retin.* Alex. *cons 12. Perspectis. n. 3. vers. accedit, lib. 5.* & plenius *cons. 13 nu. 9. eod. lib. & cons. 28. n. 19. in fi. lib. 5. & cons. 26. Ponderatis, nu. 3. eod. lib.* † Ratio est, quia 5
quando feudum est hæreditarium secundum quid, filius, qui adiuit hæreditatem patris acquirentis feudum, miscuit hæreditatem patris cum hæreditate sua. Vnde cum sit effectum vnicum patrimonium, non poterit nepos adeũdo hæreditatem patris sui semel mixtam, & effectam vnicum patrimonium separare ab hæreditate aui, dicendo volo esse hæres aui, & habere feudum liberum, ideo hoc attento, debet adire cum beneficio legis & inuentarii; & hoc modo sine dubio tutus erit; quia nullus contractus patris poterit sibi in feudo præiudicare, ita Alex. *cons. 124. Super primo, n. 7. & seq. vers. modo hoc præsupposito, lib 4. & cons. 19. n. 11. & seq. & cõs. 28. lib. 5.* † Extende in casu contrario; quia filius petẽdo feu- 6
dum non hæreditarium non cẽsetur se immiscere hæreditati paternæ. Dynus *d. cons. 2. in prin. vers. contra petendo.* † Declara igitur le- 7
cundum Abbatem *cõs. 3. n. 2. lib. 2.* quod feud̃m non põt spectare ad filium iure hæreditario, quando non est hæreditariũ; neq; iure legati; quia de eo pater nõ potest testari, neq; ab intestato; sed fi filius

si filius est hæres ex testamento, vel ab intestato, spectabit ex successorio edicto feudorum, vel spectabit ad filium, non vti hęredē, sed tanquam habentem vniuersitatem bonorum; quia feudum
8 transit cum vniuersitate. † Amplia; qui feuda nihil habent commune cum hæreditate, quando non sunt hæreditaria, in tantum, quod diuisa hæreditate non censentur diuisa feuda, neque è con-
9 tra Dyn. *d. cons. 2. in pr. vers. contra petendo.* † Imo quando non est hęreditarium, qui acceptauit hæreditatem patris cum beneficio, non tenetur soluere debita paterna ex feudo non hæreditario, licet fuerit patris. Alex. *d. cons. 19. n. 5. lib. 5.* & plenius *cons. 124. Super*
10 *primo, n. 7. & 8. vers. modo hoc præsupposito, & n. 8. lib. 4.* † Extende, vt procedat, etiam si super diuisione hæreditatis inter masculum & fœminam æqualiter facienda, nedum adesset conuentio, sed etiam sententia; quia non includuntur feuda non hæreditaria. Dy-
11 nus *d. cons. 2 per tot.* vbi est casus, maxime *n. 3. vers. præterea.* † Contrarium tenet Alex. *d. cons. 19. in fi. lib. 5.* vbi declarat Dyni dictum procedere in feudo ex prouidentia; secus si feudum esset prose, &
12 hæredibus; quia esset hæreditarium. † Amplia; quia non valet dispositio testatoris circa feuda; quia illa regulantur secundum inuestituram, & successionem feudalē. Zab. *cons. 100. in fi. vers. quoad*
13 *feuda.* † Limita; quia licet feuda maxime antiqua non sint hæreditaria; tamen hæres scriptus si præueniat in capienda possessione feudi, debet manuteneri vsq; ad cognitionem petitorio. Bald.
cons. 244. Non subsistantiam, lib. 3. Vide, *Feudum hæreditarium absolute, vel secundum quid. Concl. 157.*

Feudum non potest ex testamento, vel alias legari, neque in extraneum transferri. Concl. 185.

1 PEVDVM † non potest legari, neque in extraneum transferri inequisito domino. Rom. *cons. 1. n. 4. vers. ex quo infertur*, qui intelligitur in feudo nouo, & est text. expressus in *cap. 1. de success. feu-*
* *d.* & est communis * opinio, de qua Clar. *in §. feudum, quæst. 40. in*
2 *princ.* vbi plures citat. † Amplia; vt neq; possit ad pias causas in vltima voluntate disponere de feudo sine licentia domini. Roma.
cons. 494. num. 2. & hoc esse de rigore iuris feudalis. Roman. *consil.*
199 circa fin. n. 12. vbi apost. *in ver. prohibita*, allegat plurimos. Alex.
cons. 19. Circa primum, n. 14. ver. secundo probatur, lib. 6. & Clar. *in §. feu-*
dū q. 40. n. 4. vers. ex hac concl. vbi dicit esse text. *in c. 1. §. donare. qua-*
3 *tenus olim feud. alien. pot.* † Extēde; quia legato feudo pro anima sine consensu domini, nedum non valet, sed neq; debetur æstimatio, apost. ad Roman. *d. cons. 199. Præsens statuti, n. 12. vers. prohibita*, & est
tex. *in c. si clinicus*, & *inde potest. de feud. alien.* Host. & Ioh. And. *in cap.*
* *quæ in Ecclesiarum. de Constit.* & hanc communem * dicit Clar. *d. §. feu-*
4 *dum. q. 40. n. 4. ver. ex hac concl.* † Contrarium, quod imo pro anima possit legari, tenet Affl. *in c. imperialem, §. præterea Ducatus, n. 9. de pro-*
hib. feud. alien. per Feder. & idem tenet Ægid. Bellam. *cons. 33. n. 42. ver.*
imo in Ecclesiam, & ita etiam Oldr. *cons. 270. n. 9.* vbi, quod illa verba, *pro anima*, non aderant in textu, & fuerunt addita; & ideo non valet ille text. quia est contra libertatem Ecclesiæ Bald. *cons. 275. n.*
* *9. ver. Papa etiam, lib. 2.* & communem * dicit Felin. *in c. quæ in Ecclesia-*
5 *rum. n. 71. de const.* quia iura prohibentia piam causam sunt cōtra libertatem Ecclesiæ. † Declara; quia de æquitate canonica valet, & censetur permissa alienatio feudi pro anima, & ad piam causam, secus de iure feudali. Rom. *d. cons. 199. n. 12.* vbi apost. finalis in *ver.*
* *permissa*, quę dicit esse * communem, & alios allegat de communi, maxime Fel. *in d. c. quæ in ecclesiarū, n. 71. de cōst.* Tiraq. *de priuil. pia cau-*
sa priuil. 104. vide etiam Rom. *Sing. 533. Tu scis, quod vasallus*, vbi hanc tenet, & notandam dicit, & ibi apostillantes citant pro vtraq; opi-
6 nione infinitos. † Amplia; quia neq; valet legatum, vel alia dispositio vltimæ volūtatis de feudo antiquo, etiam si fiat in agnatum proximiorem. Rom. *cons. 476. Huic Felici, n. 3. ver. tertio videmus*, vbi
7 plena apost. *in ver. voluntatis.* † Extende; quia feudum antiquum, vel paternū non potest pro maiori parte assignari magis vni filio, quā alteri, aut magis vni agnato q. alteri; quia æqualiter ad omnes
* vocatos debet trāsire, communē, & magis * communē dicit Clar.
8 *d. §. feudum, q. 40. n. 5. & seq.* vbi citat plurimos de communi, & ma-
gis * cōmuni attestantes. † Extende etiam in feudo nouo; quia nō potest legari vni filio, vel agnato ex vocatis plusquam alteri. Soc.
* Iun. *cons. 72. n. 35. & cons. 160. n. 44. lib. 2.* vbi dicit magis * commu-
nem, & eum refert Clar. *d. § feudum, q. 40. n. 6. vers. sed quid in feudo.*
9 † Contrarium, q. imo feudum nouum possit legari, communem
* dicit Barb. inter consilia Alex. *cons. 55. col. pen. n. 36. & seq. vers. potest*
10 *eum isto casu, & n. 37. in fi. lib. 4.* refert, & sequitur Clar. *d. §. feudum, q.*
40. n. 6. ver. sed quid in feudo nouo. † Declarat Clar. *d. § feudum. q. 40. n.*
6. in fi. quod si vasallus in feudo nouo nō legat illud extraneo, sed vni ex vocatis in genere, non agitur de prejudicio domini, neq; alterius; quia primus acquirens posset prejudicare habentibus ius

in spe; maxime de consensu domini, dicit nō habere difficultatē; quia etiam posset in extraneum alienare de consensu domini, &
repetit *q. 41. n. 2. vers. & hæc quidem regula.* † Restringe; quia licet le- 11
gari non possit feudum inuito vasallo, neq; de eo in vltima volūtate possit testator vasallus disponere in præiudicium vocatorū; tamē posset de eo disponere testator, quādo plus honoraret succedere debentem in feudo, quām oneraret; quia tunc causatiue posset de feudo disponere. Castil. *cōs. 10. n. 53. & seq. ver. ad testamē-*
tum, & cōs. 24. n. 30. & seq. † Restringe; quia valet alienatio inter vi- 12
uos facta in fauorem agnati proximioris. Rom. *cons. 476. n. 3.* vbi apost. *in ver proximiorem*, allegat eundem Rom. *cons. 190.* † Amplia; 13
quia feudum neq; ex testamento, neq; ab intestato transit ad extraneos. Alex. *cons. 136. Viso, & examinato, col. 1. in fi. lib. 1.* † Amplia; 14
quia nulla est ordinatio feudi facta à testatore contra formam inuestituræ, vel naturam feudi. Roma. *cons. 494. In casu propositæ con-*
sultationis, in pr. vbi apost. *in ver. ordinationem*, limitat certis casib. relatiue. † Amplia; quia feudum de sui natura non venit in fideicō- 15
misso vniuersali, si fideicommissarius est persona, in quam nō poterat transferri. Castr. *cons. 406. Super primo, in fin. lib. 2.* vbi apost. ci-
tat Alexan. *cons. 91. lib. 1. & cons. 47. lib. 4.* † Extende, vt procedat et- 16
iam in feudo in aliquo non habente naturam feudi; quia non valet argumentum; non habet in hoc naturam feudi; ergo neque in hoc; quia ex particularib. non arguitur. Castr. *d. cons. 406. in fin. ver.*
super alijs, lib. 2. † Extende, seu declara; quia non venit in fideicom- 17
misso; quatenus mutetur succession, vel deuolutio; quia nō valet, sed bene quatenus testator conformat se inuestituræ, & si non fecit specialem mentionē de feudis, non veniunt in generali dispositione omnium bonorum suorum. Alex. *cōs. 29. Perspectis, n. 7. & 8.*
ver. circa secundū, lib. 5. † Extende, quia generalis cōclusio est, quod 18
feudum nō venit in restitutione fideicommissi, communem * di-
cit Clar. *in §. feudum, q. 85. in princ.* vbi citat plures de communi at- 19
testantes, & loquitur, etiam si pater disponat de feudo per fideicommissum inter filios, & succedere debentes. † Contrarium in
hoc vltimo, quod imo si fideicōmissum fiat inter vocatos, & succedere debentes, valeat, tenet Soc. Iun. *cons. 72. n. 6. lib. 1.* vbi, quod
videtur communis * opinio. † Declarat Clar. *d. §. feudum, q. 85. in fi.* * 20
quod valet fideicommissum inter vocatos, si cōtentiunt in præiudicium domini, ex quo sua non interest, quod succedat vnus, vel alius ex vocatis, sed in præiudicium proximiorum vocatorum nō valet, prout idem dicimus de alienatione, vt per Clar. *d. §. feudū. q.*
41. & 42. n. 4. & 5. † Restringe, quia licet feudum, & emphyteusis 21
ecclesiastica non veniant in restitutione hæreditatis fideicōmissariæ; tamen fallit, quādo feudatarius, & emphyteuta sciēs approbauit testamentum, in quo de feudo vel emphyteusi disponitur; quia quoad se, & suos hæredes potuit sibi præiudicare. Alex. *cons.*
29. Perspectis, n. 14. & seq. ver. si tamē dicti hæredes, lib. 5. † Restringe; qa 22
debet fieri restitutio, quando fideicommissarius, cui facienda est restitutio, esset de illis descendentibus capacibus; sicuti grauatus, quia si accepit testamentum, sic disponens tenetur seruare, &
dicit esse singularem fallentiam. Alex. *d. cōs. 29. n. 15. ver. pro quo etiā*
facit, cum seq. lib. 5. † Restringe in feudo hæreditario absolute; quia 23
sicuti potest alienari in extraneos; ita potest subiici fideicommisso; secus est in hæreditario secundum quid antiquo, ita Clar. *d. §.*
feudum, q. 85. n. 2. ver. scias tamē, vbi allegat Soc. Iun. *cons. 72. n. 22. lib.*
1. attestantem de magis communi * opinione. † Amplia; quia feu- 24
datarius non potest proprietatem feudi, quam nō habet, in alium dominum transferre, neque per viam recognitionis in feudum, neque per viam translationis, neque per viam prorogationis vniuersalis. Ægid. Bellam. *cons. 33. n. 42. & 43. & cons. 48. n. 7. ver. ad quar-*
tum. † Declara; quia transferri potest iurisdictio feudalis, nō pro- 25
prietas, vt supra, & hoc non ex pacto, sed ex lege, sic declarat idē Ægid. *d. cons. 33. n. 43. ver. nec obstat.* † Amplia; quia neq; valet testa- 26
mentum, quod administratio iurisdictionis spectet ad seniorem, quia istud est cōtra naturam feudi; quia omnes debent esse pares in administratione, *c. 1. § præterea Ducatus, cū ibi notatis per Bald. de Ap-*
hib. feudi alien. per Feder. Alex. plene *cons. 29. Perspectis, n. 13. ver. si autem*
dicta bona, lib. 5. vbi *n. 16. & seq. ver. circa quartum*, dicit, quod potest 27
reuocari senior, nō obstante iuramento, prout in procuratore, & vicario, & valet reuocatio, licet incidat in periurium, quando fit reuocatio sine causa, & loquitur, quando sunt capitula per instrumentum; si vero per testamentum, & adierunt hæreditatem, tenentur obseruare. † Amplia, quia habens feudum à domino non
potest recognoscere alium dominū, neque se facere vasallum, vel feudatarium pro eisdem castris; quia esset transferre dominiū castrorū in alium, quod fieri non potest. Ægid. Bella. *d. cons. 33. n. 42.*
ver. quoad secundum. Vide, *Feudum nō potest reuocari, neq; alterari inuito* 28
feudatario. Concl. 110. † Amplia, vt procedat etiam in feudo hęredi-

tario secundum quid, seu feudo mixto, videlicet ex prouidentia vocante descendentes, & hæredes; quia licet necesse sit, quod succedens sit hæres, & hæres non possit cõtrauenire facto defuncti, qñ sine beneficio inuentarii adiuit; tamen alienatio, vel legatum non nocet domino, neq; agnatis, sed soli adeunti; quia aditio primi inuestiti sufficit; & aditio vltimi facta nocet soli adeunti; quia est personalis, plene Clar. *d.* §. *feudum, q.* 40. *n.* 2. *ver. sed quia hæc*
29 *materia*, vbi pulchra declarat. † Declara tamen præcedentem ampliationem, vt absolute procedat in feudo antiquo; quia nullo modo potest legari, vel alienari in præiudicium agnatorum, seu vocatorum, & de licentia domini, & non valebit legatum, neque alienatio, sed in feudo nouo bene poterit legari, & alienari de cõsensu domini. Clar. *d.* §. *feudum, q.* 40. *n.* 3. *ver. sed quæro*, & plenius
*30 *q.* 41. *n.* 2. *ver. & hæc quidem regula*, vbi dicit * communem. † Limita, quando feudum est absolute hæreditarium, & liberum; quia põt legari & alienari. Clar. *in d.* §. *feudum, q.* 40. *n.* 2. *ver. sed quia hæc mate-*
31 *ria*. † Limita; quia de feudo antiquo proueniente à communi parente potest feudatarius testari, si modo testetur seruata forma antiquæ inuestituræ, alias non, & tunc poterunt transuersales, & vocati venire, tam ex inuestitura, quam ex testamento, Alex. *cons.*
32 29. *Perspectis, n.* 7. *ver. circa secundum, lib.* 5. † Declara; quia in feudo, siue nouo, siue antiquo non potest mutare successionem feudalem in præiudicium domini, vel vocatorum. Alex. *d. cons.* 29. *n.*
33 7. *lib.* 5. † Limita; quia potest feudatarius legare feudum confeudatario suo; quia ipse non est prohibitus, & talis alienatio non est prohibita. Alex. *cõs.* 19. *Circa primum, col. fi. n.* 13. *& seq. ver. capio quar-*
tum, lib. 6. vbi plurimos citat, & ibi plene apost. in *ver. confeudatario.*
34 † Contrarium, quod imo non sit feudum deducibile in legatum etiam pro anima; quia ius legãtis morte peritum est; ideo non censetur legare, nisi ius, quod habet, ita plene Alex. *d. cons.* 19. *n.* 13.
35 *& seq. lib.* 6. † Declara; quia licet multum sit controuersa opinio; ta-
* men videtur communis * opinio, quod in feudo nouo pater, qui recepit feudum pro se, & filiis, & descendentibus, possit ipsum feudum totum, vel maiorem partem prælegare vni filio in præiudicium aliorum; secus si feudum esset antiquum, vide omnino Alex. *cons.* 55. *Perspectis, n.* 34. *& seq. vsq; in fin. ver. nec opus est insistere, lib.* 4. quod est Andreæ Barbatiæ, vbi plene videas opiniones omnium controuersas, & ibi etiã ponit singulares opiniones Baldi, & aliorum; aut acquisitio est expressa pro filiis, aut tacita; aut acceptа-
36 runt filii, aut nõ. Extende † limitationem vno casu; quia licet non possit feudatarius disponere de feudo aliter, quam inuestitura loquatur, neque legare vni, & auferre alteri; tamen potest in casu dubio feudali declarare, & augere ius feudale; ideo cum sit dubia opinio de iure communi, & de iure feudali, an nepotes ex pluribus fratribus succedentes patruo in feudo, succedant in capita, vel in stirpes, poterit testator declarare, quod succedãt in stirpes, vel in capita; quia nõ derogat iuri feudali, sed adiuuat. Alex. *d. cons.* 55. *n.* 34. *ver. nec opus est, lib.* 4. quod est Barbatiæ, vbi allegat similia de Episcopo, qui contra ius commune nõ potest statuere, sed adiuuando, vel declarando ius commune bene potest statuere.
37 † Limita, quando vasalli succedentes in feudo approbaſſent; scientes testamentum inducens. quod administratio spectet ad seniorem, vel etiam quod successio fiat alio modo, puta per capita, dum esse debet in stirpes, vel è contra, quia præiudicant sibi, & suis hæredibus, ita pulchre Alex. *d. cons.* 29. *n.* 14 *& seq. vers. si tamen*
dicti hæredes, lib. 5. & plenius *d. cons.* 55. *Perspectis, n.* 37. *lib.* 4. quod est
Barbatiæ. Vide Conclus. prox. sequent. vbi plenius, maxime *num.*
30. *& seq.*

Feudum non potest alienari per vasallum, & quando secus. Concl. 186.

1 FEVDVM † non potest alienari, nec de eo disponi, nisi secundũ tenorem inuestituræ sit datum; quia eadẽ lege, qua accipitur, conseruatur etiam. Oldr. *cons.* 159. *Ex præsenti, ver. circa secundum*, vbi videtur tenere contrarium, quia lex Corradi non est approbata, & dicit de iure communi non reperiri prohibitum, & ideo attendenda est consuetudo particularis loci feudi, sed Ægid. Bella.
cons. 48. *n.* 6. *ver. ad secundum*, dicit, quod non potest alienari, & si alienetur, non valet alienatio, & feudum reuertitur ad dominum,
2 per text. *in c.* 1. *de prohib. feud. alien. per Fed.* † Amplia, quia feudatarius vnius domini nõ potest alium dominum recognoscere pro illo feudo. Ægid. Bel. *d. cons.* 48. *n.* 7. *ver ad quartum, & n.* 8. *ver. circa*
3 *quintum*, quod est D. Raimũdi Bernardi. Cast. *cons.* 369. *Viso, & exa-*
minato. n. 2. *lib.* 2. † Amplia, quod imo de iure communi feuda non possint alienari. Oldr. *cons.* 237. *in pr.* vbi reddit rationem, quia dominus elegit pacatam familiam in suum obsequium, igitur alienũ
4 obsequium non debet habere, & quod non possit alienari, Oldr *cons.* 270. *in pr.* Ægid. Bell. *d. cons.* 48. *n.* 6. *ver. ad secundum.* † Extende;
4 quia neque potest per callidas machinationes pati, q. præscribatur, vel alteri adiudicetur, quia est callida alienatio. Abb. *cons.* 82.
Quamquam, col. fi. lib. 1. *ver. venio ad aliud, vsq; in fi.* † Extende; quia vasallus non potest donare, neq; vendere, neq; obligare feudũ extraneo; quia alienãdo cum reseruatione fructuum dicitur tradidisse possessionem. Bald. *cõs.* 300. *Text. est. lib.* 2. *n.* 3. *ver. exitis sequitur*,
5 & quod extraneo nõ possit feudum vendi, Bald. *cons.* 198. *Quod consentiente, lib.* 3. † Extẽde, vt neq; possit per callidas machinationes,
6 & coloratas subinfeudationes alienare, vel in emphyteusin cõcedere de iure communi, nisi adsit consuetudo. Bald. *cons.* 318. *Quidã*
nobilis, ver. si quæratur, lib. 2. † Amplia, & limita, quod nõ possit alie-
7 nari etiam per institutionem hæredis in extraneum; secus si coniunctus hæres instituatur. Oldr. *d. cons.* 270. *in pr.* & melius sup. n. 9.
ver. vel aliter, vbi, quod non potest testari de feudo ad tempus, vel ratione personæ dato; secus si est paternum, vel hæreditariũ; quia potest testari de eo in coniunctos vocatos; & idem tenet Ægid.
8 Bellam *d. cons.* 48. *n.* 6. *ver. ad tertium.* † Extende; quia in feudo antiquo nulla ordinatio testamenti attenditur in præiudicium vocatorum. Fulg. *consil.* 32. *Ex facto proponitur, in princ.* † Declara tamen;
9 quia quod dicitur, quod potest testari inter cõiunctos de feudo, procedat, si legetur proximiori, alias non; quia non valet legatum factum vni fratri de re feudali in præiudicium aliorum fratrum.
Bald. *cons.* 309. *Cum essent plures, lib.* 1. & ita debet intelligi, & loquitur Ægid. *d. consil.* 48. *nu.* 6. *ver. ad tertium.* Vide, *Feudum antiquum per*
alienationem. Conclus. 194. † Imo, quod frater, qui alias esset succes-
10 surus fratri in feudo, vel fideicommisso ab testato; possit tamen adire ex testamento. Ægid. Bellam. *d. cons.* 48. *n.* 15. *& ver. prima*
conclusio. † Amplia, quod res feudales extraneo non possunt legari
11 sine consensu domini. Rom. *cons* 1. *n.* 5. *ver. nec ius dicti Iacobi.* Bald.
cons. 275. *Quod pro regula, in princ. lib.* 2. † Extende; quia feudatarius
12 non potest de feudo etiam franco testari in Ecclesiam, nisi adsit consuetudo. Bald. *cons.* 291. *Ad euidentiam, in fi. n.* 16. *ver. sed de feuda-*
libus. lib. 2. Vide Concl. prox. sequẽtem. † Amplia; quia si feudum
13 est personale, vel temporale, non potest alienari; vel legari alicui personæ etiam coniunctæ. Oldrad. *d. cons.* 270. *n.* 9. *ver. vel aliter, &*
num. 10. vbi idem in feudo antiquo, quando adellent agnati, neque descendentes vasalli. † Extende, vt nec tale feudũ possit pro
14 animã legari; quia nemo plus iuris in alium transferre potest, quã ipse habeat. Calderin. *consil.* 313. *in prin. ver. nam si feudum*, alias 10. *de*
feud. vide infra *ver. limita, quia feudum.* † Extende, vt nec possit dari
15 in dotem, nisi durante tempore vasalli. Calder. *d. cons.* 313. alias 10.
de feudis, in princ. ver. hinc est, quod. † Amplia; quia feudum non po-
16 test dari in dotem, nisi pro se. Bald. *consil.* 108. *Quæritur, vtrum ad-*
ulta. ver. item bona feudalia num. 3 *lib.* 1. Vide, *Feudum an possit dari in*
dotem, & quando. Conclus. 188. † Amplia; quia licet vasallus possit ali-
17 enare feudum, seu renunciare in manibus domini. *cap.* 1. §. *rursus*
si fidelis, quibus mod. feud. amit. tamen non in præiudicium agnatorum, ad quos ex natura feudi antiqui post mortem renuncantis feudum debet redire. Bald. *consil.* 250. *Ad euidentiam præmittendum,*
in princ. lib. 2. vbi, quod mortuo renunciante sine filiis reuertitur ad agnatos, concordat Cuman. *cons.* 167. *Ioseph & Antonius*, * com-
* munem dicit Clar. *in d.* § *feudum, quæst.* 34. *in fi. num.* 3. *ver. & hæc quidem omnia.* vbi, quod in hoc omnes * Doctores concordant. † De-
* 18 clara; quia emptor nõ potest amoueri de facto, sed via iudiciaria.
Cuma. *cons.* 167. *in fin.* † Amplia, maxime in feudo concesso in Vi-
19 cariatum; quia cum sit ex officio, non potest alienari, maxime potentiori. Bald. *cons.* 233. *Factum, super quo, in fi. ver. venio ad tertium, lib.*
3. † Amplia; quia in casibus, in quibus fit alienatio de feudo anti-
20 quo cum consensu domini, ius emptoris, & inuestiti non potest durare vltra vitam alienantis; ideo mortuo, vel professo alienante, agnati reuocabunt feudum. Cuma. *d. cons.* 167. *per tot.* Alex. *cons.*
15. *Visis narratis, num.* 11. *& seq. lib.* 5. † Extende, vt procedat, etiam si
21 feudum antiquum sit ex præscriptione, & non appareat inuestitura; quia non potest donari, vel alienari in præiudicium proximiorum agnatorum vocatorum, etiam cõsentiente domino feudi. Alexan. *d. cons.* 15. *n.* 10. *& seq. ver. per prædicta. lib.* 5. † Declara; quia si
22 feudatarius antiquus consentiat, quod alius nouus inuestiatur, videtur, valet infeudatio à sufficienti partium enumeratione, videlicet si consentiens cecidit; quia non petit nouam inuestituram intra annum, & diem, res est clara, si vero non cecidit, sed ius habebat, consensus illi præiudicat spontaneus; & idem, si erat litigiosum feudum, & prætendens ius renunciauit ad fauorem nouiter inuestiti. Roman. plene *consil.* 27. *Viso themate, in princip.* quide-
ber intelligi, si est antiquum, vt valeat alienatio, durante vita alie-
23 nantis. † Extende; quia feudum antiquum si alienetur ab vno in-
non vocatos, possunt mortuo venditore vocati illud retinere, si
habent,

habent, si non habent, petere, & consequi. *c.1.§.1. de succes. feud. Alex. cons.106. Viso, in pr. li.4.* & dicit idem esse in emphyteusi, etiam
24 si de consensu domini sit facta alienatio. † Declara, vt per Clar. *in §. feudum. q.41.* vbi, quod non valet alienatio feudi antiqui in præiudicium agnatorum etiam de cõsensu domini, & est communis
* * opinio, & verissima; sed in feudo nouo secus est, & est cõmunis
* * opinio, licet dicat alios distinguere, vt feudũ absolute hæreditarium etiam antiquum possit alienari; secus, si ex prouidentia, vel
25 hæreditarium mixtum esset. † Amplia; quia feudum non potest alienari, nisi de consensu domini, & agnatorũ, ad quos spectaret, vel deuolueretur. Bald. *cons.356. n.7. ver. super octauo, lib.5. &* cõs. 303.
26 *Quidam nobilis, n.2. ver. secundo præmittendum, lib.5.* † Amplia; quia nec ex quacunque causa necessaria potest feudum alienari sine consensu domini. Franc. Aret. *consil.14. Viso, & diligenter, num.9. in fin. ver. vnde non licuit.* & istam esse * communem, dicit Clar. *d. §. feu-*
27 *dum. q.31. n.11. ver. pone, vasallus.* † Contrarium tenet Alex. *consil.21. Viso processu. in princ. lib.5.* vbi, quod potest feudum adiudicari creditori ipsius vasalli, qui non poterit contrauenire; quia factum iudicis est factum partis; & quia potuit induci in possessionem commoditatis vtendi, & fruendi feudum, licet dominus possit
28 contrauenire, & dicit * communem *n.3. &* 4. † Declara; quia feudatarius non cadit à feudo per non solutionem, nisi fuerit monitus, & sit in mora post monitionem. Ægid. Bellam. *consil.33. in fin.*
29 † Vide, & declara, vt per Clar. *d. § feudum. quæst.31. nu.11.* quia non potest alienare etiam ex causa necessaria; sed tamen si magna es-
30 set necessitas vasalli, cõpelli posset dominus ad emendum, vel vendum licentiam, vt vendat alteri. † Amplia; quia neque potest feudatarius testari de feudo, & si testetur, non attenditur testamentum, sed natura, pactum, vel cõsuetudo feudi. Bald. *cons.275. Quod pro regula, in prin. ver. notissimum est autem. lib.2. & cons.192. Fra-*
31 *ter. lib.3. & cons.397. Casus talis, in princ. lib.5.* Alex. *cons.15. Visis narra-*
32 *tis, n.11. & seq. ver. per ista etiam, lib.5.* † Extende, vt nec inter filios & nepotes possit pater testari aliter disponendo, quam loquatur inuestitura. Bald. *cons.356. Si vasallus, in princ. lib.5. & consil.334. Quidam nobilis, n.3. vers. modo venio. lib.5.* Signor. *cons.11. Quidam nomine,*
33 *in princ. & per tot.* vbi loquitur etiam cum consensu domini. † Extende, vt nec vasallus possit testari separatim de feudo, sed neque coniunctim cum aliis bonis; quia quoad feudũ non valet testamentum, nisi secundum naturam feudi, pacti, vel consuetudinis.
34 Bald. *d. cons.275. in princ. lib.2. & consil.192. lib.3.* † Extende, etiam si sit feudum præcruptum, de quo non apparet inuestitura. Alex.
35 *d. consil.15. num.12. lib.5.* † Maxime, quando feudum est antiquum; quia non valet testamentum super eo. Bald. *consil.351. In bonis feu-*
36 *dalibus, num.6. versic. tertia qualitas, lib.1. & consil.508. Ad euidentiam præmittendum, num.4. versicul. tertia materies. lib.3. & consil.192. lib.2.*
37 vbi, quod proximior agnatus debet succedere. † Restringe; quia licet non valeat testamentum feudatarii etiam inter liberos, & nepotes disponens de feudo aliter, quam disponat inuestitura; tamen bene possunt inter se filii & nepotes approbare testamen-
38 tum tale, quod valebit in vim pacti inter eos. Bald. *dict. consil.356. num.3. versic. super quarto. lib.5.* vbi *num.4. versicul. super quinto*, dicit,
39 quod inter eos non est necessarius consensus domini. † Restringe; quia licet pater testando non possit disponere de feudo contra formam inuestituræ; tamen testamentum operatur, quod si hæres instituatur, non poterit velle repudiare hæreditatem, & habere feudum, vel primogenituram; prout idem dicimus de legitima, quæ est debita filio; & tamen non posset repudiare hæreditatem, & velle legitimam, ita Abbas *consil.3. num.1. ver. tamen*
40 *vltra quæsitum. lib.2.* Vide Conclusionem proximam præcedentem, vbi plenius. † Amplia; quia neque potest donari feudum etiam pro anima, neque legari in præiudicium agnatorum. Bald.
41 *dict. consil.192. Fratres, lib.2.* vbi multo minus in præiudicium dominis, si deficiunt agnati, & ad dominum deuolueretur. † Extende; quia minus potest donari non vocato etiam de consensu domini. Alexand. *consil.15. Visis narratis, num.11. & sequent. lib.5.* & mi-
42 nus incapaci, prout mulieri, vel legitimato, vt *ibi num.12.* † Extende; quia feudum non potest legari, neque donari etiam Ecclesiæ, vel pro anima, nisi interueniat consensus domini, & alia requisita. Roman. *consil.166. num.3.* vbi apostilla, & plenius apostil-
43 la *ad consil. Roman. 199. num.12. verb. prohibita*, quæ citat infinitos. Alexand. *cons.10. in princip. lib.5.* vbi reddit causam; quia Ecclesia
44 nunquam moritur. † Extende in tantum, vt neque debeatur æstimatio feudi legati, vel donati etiam causa mortis, plene eadem apostilla ad Roman. *consil.199 num.12. in ver prohibita post me-*
45 *dium*, quæ citat pro vtraque, & hanc veriorem dicit. † Restringe; quia bene valet de æquitate Canonica donatio, vel legatum facti um de feudo in piam causam, & pro anima, & maxime, si donatur pietatis causa coniuncto, vel indigenti, vel ei, cui deberetur post mortem donantis; quia pietas non est exclusa de æquitate
Roman. *d. cons.199. Præsens statuti particula. in fine, num.12.* vbi apostilla in verbo, *permissa*, dat concord. & dicit * communem. Re- *
stringe; † quia licet non possit legari, vel transferri in Ecclesiam; 42
quia perpetuo viuit, bene potest vasallus ingrediens Monasterium transferre in Monasterium ad vitam suam. Alexand. *d. cons.*
10. *per tot.* maxime *num.13. in fine. cum sequent. lib.5.* † Amplia; quia 43
feudum antiquum extraneo non potest alienari etiam consentiente domino feudi. Bald. *dict. consil.198. Quod consentiente, lib.3. in*
principio, vbi, quod * omnes ita tenent, & idem dicit in feudo pa- *
terno. Vide, *Feudum antiquum per alienationem deuoluitur. Conclus.* 194. † Extende; quia neque potest fieri alienatio in agnatos re- 44
motiores etiam de consensu domini. Baldus *dict. consil.198. lib.3.*
† Extende; quia neque fœminis potest concedi feudum anti- 45
quum contra primam inuestituram in præiudicium vocatorum. Signorol. *consil.10. num.4. vers. item non obstat tertium.* † Restringe, 46
quando alienatio feudi antiqui, vel paterni fieret consentiente domino in agnatum paris gradus, & successurum vna cum aliis; quia potest eo casu fieri alienatio magis in vnum, quam in alium de consensu domini quoad portionem vendentis. Bald. *dict. cons.*
198. *per totum.* vbi recitat opiniones pro vtraque parte, & hanc tenet. † Restringe, quando alienatio fieret de consensu domini, 47
& confeudatarii; quia tunc etiam si vendens moriatur sine filiis, non potest agnatus, qui consensit, venire ad feudi successionem. Franciſc. Aretin. *consil.3. In Christi nomine, consultatio præmissa. col.2.*
vers. sed cum in casu. † Restringe in feudo nouo; quia potest alie- 48
nari consentiente domino feudi. Bald. *d. consil.198. in princip. lib.3.*
† Amplia; quia feudatarius Imperii non potest facere se ligium 49
Papæ recognoscendo Papam in dominum respectu dictorum Castrorum Imperii; quia est alienatio prohibita. Ægid. Bellam.
cons.33. num.53. vers. ad secundam quæstionem, vbi, quod est nulla talis alienatio. † Extende, vt procedat, etiam si adsint insimul 50
alia Castra libera cum Castris Imperii; quia in totum redditur alienatio nulla; quia emptor non erat aliter emptutus. Ægid. *dict.*
cons.33. num.53. cum seq. vbi *nu.54.* quod pacta caducitatis non sunt in consideratione. † Extende in tantum, quod Imperator per 51
non vsum, & non recognitionem factam non potest suo dominio feudali directo à feudatario priuari. Ægid. *d. consil.33. num.54.*
& 55. versic. Præterea. † Amplia; quia feudum non etiam ex transa- 52
ctione in alium transferri potest in præiudicium aliorum vocatorum. Castrens. *consil.290. colum.1. versic. mortuus vero, lib.2.* † Exten- 53
de; quia non valet transactio super feudo sine licentia, & consensu domini. Romanus *consil.166. Visa diligenter. in princip.* vbi plena apostilla in verbo, *beneficio*, dat concordantes. † Extende; quia 54
non valet super proprietate feudi, sed neque super possessione dimissa, vel tradita, apostilla ad Roman. *d. cons.166. in princip.* verbo, *beneficio.* † Extende; quia non valet transactio feudi fraudu- 55
lenta, sed bona fide facta, quando lis erat dubia, alias secus. Franciſc. Aretin. *consil.14. Viso, & diligenter. num.10. versic. Præterea posito,*
allegat text. *in cap.1. de controuers. inter vasall. & alium.* † Extende; 56
quia non valet transactio, vel sententia super feudo, nisi vasallus denunciauerit litem domino, si potuit. Bald. *in dict. cap.1. § si vasal-*
lus. si de feudo fuerit controuers. inter domin. & agnat. † Declarat Franc. 57
Aretin *dict. consil.14. num.11. ver. illud etiam non ignoramus*, quod imo valeat transactio, & sententia bona fide per vasallum facta domino ignorante, quando solum agitur de vtili dominio, ita quod dominus directus recognoscat; secus, si ageretur de directo dominio; quia tunc necessaria est intimatio domino facta. † Re- 58
stringe; quia bene potest vasallus transigere super feudo, & illud dimittere, quando ab aduersario possidetur; secus, si ipse transigens transferret feudum in alium per transactionem sine licentia domini. Bald. *in c. Imperialem. in princip. vers. Quaro, an vasallus. de*
prohib. feud. alien. per Federic. per tex. *in l. pro fundo. C. de transact. cum ibi*
notat. † Contrarium, quod imo, siue possideat vasallus transi- 59
gens, siue non, possit transigere bona fide, & feudum in alium transferre. Franc. Aretin. *dict. consil.14. num.10. vers. sed est ratio.* allegat text. *in cap.1. § si vasallus. si de feudo fuerit controuers. inter dom. &*
agnat. † Amplia; quia neque potest feudatarius compromittere 60
super feudo. Baldus *in cap.1. in principio. in ver. Marchio, titul. qui*
feud. dar. possint. & licet Alexand. *consil.1. Ponderatis, num.44. lib.5.*
dicat Baldum hoc non dicere; tamen apostilla ibi in verbo, *scri-*
ptum, hoc expresse asserit esse verum, quod Baldus idem etiam affirmat in pluribus consiliis, quæ citantur. † Declara; quia 61
non potest feudatarius compromittere de feudo in præiudicium domini, sine licentia domini, sed in præiudicium suum bene potest. Alexand. *dict. consil.1. num.44. lib.5.* vbi apostilla in verb. *suum.*

62 idem affirmat esse verum. † Amplia; quia feudum regulariter non potest alienari sine consensu Domini feudi. *cap. Imperialem. de prohib. feud. alienat. per Federic.* & Ægid. Bellam. *cons.* 48. *nu.* 6. *vers. ad secundum*, vbi, quod non valet alienatio, & feudum reuertitur ad Dominum, & *cap.* 1. *quæ fuit prima causa benefic. amitten.* Roman.
63 *consil.* 27. *Viso themate, colum.* 2. *versic. concludendum ergo.* † Amplia; vt neque valeat conuentio, per quam habens feudum emptum de consensu Domini se obligat restituere feudum certo pretio intra octo dies; quia, nisi restitutio fiat cum consensu Domini, interpellatio facta non constituit habentem feudum in mora, nisi interpelletur cum consensu domini ad restituendum. Fulgos.
64 *consil.* 223. *Ex facto proponitur.* † Amplia, quia non solum non potest alienari, sed neque hypothecari, vel obligari, etiam ex causa pacis, & si fiat obligatio, vel hypotheca in toto, vel in parte, cadit ab ea parte, pro qua est facta traditio pro pignore, vel obligatione. Francisc. Aretin. *consil.* 14. *Visa, & diligenter, num.* 5. *versicul. sed concludo*, vbi declarat, quod, licet non cadat ex sola obligatione facta sine traditione; tamen dicit, quod talis obligatio est nulla; quia prohibita. Clarus in § *feudum, quæst.* 35. vbi, quod alias potera pignorari vsque ad medietatem, hodie nullo modo, & dicit
* communem; sed tamen quod non cadit ex sola hypotheca, ni-
65 si deuenerit ad traditionem. † Amplia; quia neque potest aliquis feudalia bona ex bello occupare, nisi bellum sit iustum & indictum à supremo Principe non recognoscente superiorem; & ideo si fiat bellum inter duos vasallos Imperii, non potest alter ex bello huiusmodi acquirere bona feudalia Imperii, vel alterius Principis, Francisc. Aret. *d. consil.* 14. *Viso, & diligenter, num.* 5. *in fin. & num.* 6. *versic. sed dubitatur*, vbi loquitur in Duce Bauariæ, qui non potuit in bello sibi acquirere Castra feudalia Marchionis Montisferrati, etiam si nata sit concordia ex causa pacis, & feuda di-
66 missa Duci; quia non valet talis alienatio. † Extende; quia etiam data pacis causa bona feudalia nō possunt alienari, imo si feudatarius dimittat bona feudalia causa pacis, & affirmet esse pet aduersarium quæsita bello, non valet talis alienatio; quia licet causa belli fuerit causa pacis, & non multum remota; tamen non potest attendi causa belli; quia ita causa parum remota attenditur, quando illa causa durat, sed pax expellit bellum; ergo belli causa non potest considerari. Francisc. Aretin. *dict. consil.* 14. *colum.* 4.
67 *circa med. num.* 7 *versic. Præterea falsum est.* † Extende maxime, quando bellum fuit natum contra patrem, & filius vocatur non vt hæres patris ad feuda, sed vt vocatus ab inuestitura; quia siue bellum fuerit iustum cum patre, siue non, filius non potest ex tali bello priuari, & sic alienatio, & occupatio nulla. Francisc. Are-
68 tin. *dict. consil.* 14. *num.* 9 *versic sed quid opus est dubitare.* † Declara tamen; quia si ex iusto bello auferuntur Castra, & bona feudalia à feudatario, illud est sine præiudicio directi Domini. Francisc. A-
69 retin. *dict. consilio* 14. *num.* 6. *versicul. Nec videtur releuare.* † Limita, quod in Romania feuda alienantur de consuetudine indistin-
70 cte. Oldrad. *consilio* 159. *versicul. circa secundum, numer.* 9. † Idem in feudis Montisferrati ex consuetudine. Petrus Surd. *consilio* 105. *num.* 13. *versicul. quarto suadetur, lib.* 1. allegat Beccium *consil.* 88. *num.* 28. *& sequent* & Roland. à Valle *consil.* 1. *num* 13. *lib.* 1. qui fuit Præses Senatus, & alter senator; idem Beccius *consil.* 18. *num.* 18. Sylu. *consil.* 65. *num.* 18. *versicul. Nono*, vbi, quod est notoria, & in antiquo
71 feudo facta prius intimatione agnato, an velit emere. † Idem in feudis Mantuæ attestatur idem Surd. *dict. consil.* 105. *num.* 15. *lib.* 1. allegat Decium *consil.* 586. *colum.* 1. & 2. Curtius Iunior *consil.* 26. *num.* 7. *& sequent.* vbi, quod consuetudo est stricta, & non procedit quoad fœminas, neque quando agitur de fraude, & non ha-
72 bet locum contra Principem, sed contra agnatos. † Et de consuetudine Matchionatus Ceuæ Roland. *consil.* 42. *lib.* 1. *num.* 21. Me-
73 noch. *consil.* 2. *num.* 316. Surd. *dict. consil.* 105. *num.* 15. *lib.* 1. † Idem in consuetudine Patauina. Cephal. *consil.* 362. *num.* 21. Surd. *dict. cons.*
74 105. *num.* 15. *lib.* 1. † Idem in ciuitate Astensi attestatur Natta *cons.*
75 322. *num.* 2. Surd. *d. consil.* 105. *num.* 15. *lib.* 1. † Idem in Regno Siciliæ
* per constitutiones Regni; quia sunt alienabilia, secundum* com-
76 munem, de qua Grammat. *decis.* 103. *num.* 125. † Extende etiam de generali consuetudine Franciæ, & vbique locorum, late Surd. *d. cons.* 105. *num.* 5. *lib.* 1. vbi plures allegat. Guido Papæ *dec.* 59. *nu.* 2. Cephal. *consil.* 307. *num.* 40. vbi dicit maxime probari consuetudinem, quando apparent plura instrumenta venditionum. Boer. *consil.* 42. *nu.* 3. Grammat. *d decis.* 103 *nu.* 127. vbi, quod sunt ad instar allodialium, & possunt hypothecari sine assensu Regio. Ias. *cons* 6. *col. antepen. vers. Non obstat. si diceretur.* Ruin. *cons.* 72. *num.* 7. *lib.*
77 5 Vide, *Consuetudo diuersorum locorum circa feudalia. Conclusio.* 862. † Limita, quando esset dictum, quod vasallus posset facere de feudo quicquid vellet; quia poterit alienare. Signorol. *consil.* 10. *In quæstione vertente, in princip.* † Extende, vt idem sit, quando est con- 78
cessum pro se, & hæredibus ad habendum, & quicquid perpetuo placuerit faciendum, sine contradictione Domini, & hæredum eius, imo cum ipsius defensione, exceptis directo dominio, & fidelitate. *c.* 1. *in prin. de feud. non haben. propr. natur. feudi.* Curt. Iun. *tractat. de feud in* 4. *part. in* 2. *reg.* 5 plene Osasch. *decis. Pedemon.* 264. *in princip.* † Declara extensionem, quando clausula, *ad habendum*, 79
ponitur in dispositiua, alias secus. *cap.* 1. & ibi Doctor. *de feud. non haben. propr. natur feudi.* Patis. *consil.* 33. *num.* 25. *lib.* 1. plures adducit Osasch. *decis. Pedemont.* 164. *in princip.* † Restringe; quia limitatio 80
non procedit, quando verba sunt restricta ad certas personas, quia tunc intelliguntur dicta verba secundum naturam inuestituræ, & feudi, Sign. *d. cons.* 10. *num.* 2. *in fin. versicul. Venio ad tertium.* † Limita, quando alienatio fit in augmentum feudi; quia non re- 81
quiritur consensus, & dicitur fieri in augmentum, quando fit per iuuenem seni; vel, quando fit per habentem filios non habenti, per sanum infirmo, & similib. Capic. *decis.* 100. vbi, quod in Regno requiritur consensus semper. † Limita in feudo francho & 82
libero, quod intelliges, prout supra. Vide. *Feudum franchum, &c. Conclus.* 139. † Limita; quia feudum potest alienari in quoscunq; 83
extraneos, etiam sine licentia Domini, quando est cōcessum pro se, & quibus dederit, vt est text. *in cap.* 1. *de feudo non hab. propriam naturam feudi*, vbi gloss. Iacob. & Bald. Castillion. *consil.* 15. *num.* & est * communis opinio omnium scribentium ibi, vt per Iul. Cla- *
rum in § *feud. quæst* 31. *versicul. Vlterius quæro*, & ideo potest alienari inter viuos, & in vltima voluntate. Roland. à Valle *consil.* 79. *num.*
20. *& sequent.* vbi *num.* 27. dicit * communem, *lib.* 2. & idem in em- *
phyteusi concessa pro se, & quibus dederit, vt ad extraneos transeat, si in ecclesiastica interuenere solemnitates. Iul Clar. § *emphyteusis. quæst.* 28. *num.* 20. *& sequen.* vbi dicit * communem, & allegat *
Curtium Iuniorem *consil.* 4. *in princ. & cons* 130. *num.* 2. attestantem de * communi, & iterum in *d.* § *feudum. q.* 41. *in fin.* vbi, quod est ve- *
ra conclusio, & facit feudum repræsentari allodiale, & potest alienari sine consensu domini, siue sit nouū, siue antiquum. Vide, Clausula *& quib. dederis*, qd importet. *Concl.* 295. Vide, *Emphyteusis Ecclesiastica quando ad extraneos transire possit. Conclus.* 163. *n.* 39 *& seq.* † Cōtrarium, quod non censeatur alterata natura feudi per clau- 84
sulam. *& quibus dederit*, tenent multi, quos Rol. à Vall. *cons.* 79. *n.* 4. *& seq. lib.* 2. citat. Vide plenius, *Feudum pro se & hæredibus de quibus in-* 85
telligatur. Concl. 139 *n.* 53. *& seq.* † Extende, vt idem sit, quando esset concessum pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque, quia ista clausula æquipollet clausulæ, *& quibus dederit*, vt tenent Rub Alex. *in repetit. l. Gallus* § *quidam recte, n.* 200. *ff. de liber. & post-* 86
hum. Curt. Iun. *cons.* 4. *num.* 14. *lib.* 1. Patis. *cons.* 3. *nu.* 11. & 12. *lib.* 1. plenissime Roland. à Vall. *d. cons.* 79. *lib.* 2. *nu.* 2. & ibi multos allegat, & dicit esse * communem conclusionem, *cum seq.* & maxime *nu.* * 27. quod importat, quod possit per vltimam voluntatem, & contractum alienari Sylua. *consil.* 30. *num.* 26. *& seq.* Clar. *in d.* § *feudum, quæst.* 9. *num.* 2. *& quæst.* 41. *in fin.* vbi, quod æquiparantur ista clausula, & clausula, *quibus dederit.* & plenius *in d.* § *emphyteusis. quæst.* 13. *n.* 9. *& seq.* † Et non restringitur ad habiles hæc clausula *pro quibus-* 86
cunque hæredibus, & habet locum tam in vltima voluntate, quam in contractu. Rol. à Vall. *d. cons.* 79. vbi pro vtraque parte, *num.* 14. *& seq. lib.* 2. sed *num.* 20. *& seq.* maxime *nu.* 27. *& seq.* dicit * commu- *
nem. Sylua. *d. consil.* 40. *num.* 27. † Contrarium, quod imo clausula, 87
hæredibus quibuscunque, non idem operetur, quod clausula, *quibus dederit*, est verius; quia minus continet; nam bene æquiparantur, vt possit hæres extraneus instituti, & sic per viam vltimæ voluntatis dumtaxat; non potest tamen inter viuos alienari, prout quando adest clausula, *quibus dederit*, ita Benè tenent. *in cap. Imperialem, de prohib. feud. alien. per Feder fol.* 29. *lit. D. vers. dixerim hæc propterea.* & ego plenius dixi in consilio in causa illustrissimi & Reuerendissimi Cardinalis ab Altaemps super feudis Gallesii, & Surtani, vbi clare demonstraui æquiparationem hoc modo debere intelligi, & quod Doct. pro contrario allegati, ita loquuntur. † Extende, 88
quia vigore clausulæ, *quibuscunque*, potest feudatarius instituere fideicommittere, & libere disponere de feudo. Roland à Valle *consil.* 10. *n.* 31. *lib.* 3. † Extende limitationem, quando esset dictum, 89
cum facultate alienandi; quia posset alienari sine consensu domini. Roland. à Vall. *d. cons.* 79. *nu.* 25. *vers. secunda conclusio, lib.* 2. Paul. *cons.* 23. *Primo in huiusmodi num.* 40. *& seq. lib.* 1. vbi loquitur, quando est dictum, *pro te, & hæredibus, cum facultate alienandi, & permutandi.* † 90
dictum, *pro te, & hæredibus, cum facultate alienandi, & permutandi.* † dictum, *pro te, & hæredibus*, quando posset impune, & libere vende- dem, quando esset dictum, quod posset impune, & libere vende- re, cui voluerit. Fulg *cons.* 1. † Extende, vt idem sit, quando feudum 91
est concessum pro inuestito, & quibus concedere voluerit. Bald. in *l.* 1. *ff. de rerū diuis. q.* 45. *n.* 37. † Idem, si sit dictum *pro se, & prægeni.* 92
voluerit. Dec. *cons.* 390. *Quonium ex facto, nu.* 8. *vers. quarto, & vltimo.*

Idem,

93 † Idem, si est dictum; *cum potestate disponendi, vendendi, & alienandi,* * *prout ei placuerit.* Decian. *consil.* 58. *num.* 33. *lib.* 2. vbi dicit * communem. † Idem, si esset dictum, *pro te, & habentibus ius, & actionem* 94 *a te.* Cravetta *consil.* 92. *num.* 5. *in fine.* † Idem, si est dictum, *pro se, & cuius huiusmodi concedere voluerit.* Roland. à Valle *dicto consil.* 95 79. *num.* 26. *lib.* 2. † Idem, si est dictum, *pro se, & hæredibus suis, & causam habituris à te, vel abeis*, vel si esset dictum, *pro se, & hæredibus, & ius, vel actionem habentibus.* Roland. à Valle *dicto consilio* 79. 97 *num.* 20. *lib.* 2. † Restringe; quia non procedit limitatio, quando esset dictum, *pro te, & hæredibus, & successoribus, & quibus dederis*; quia tunc clausula, *& quibus dederis*, iuncta hæredibus, & successoribus restringitur, vt solum inter viuos possit alienare, secus si absolute sit dictum, *pro te, & quibus dederis*; quia tunc posset a- 98 lienare inter viuos, & in vltima voluntate. Deci. *consil.* 171. † Restringe; quia clausula, *pro te, & hæredibus, & quibus dederis*, non importat, vt succedens ab intestato iure actionis habere debeat emphyteusim Ecclesiæ, sed bene, quod ex dispensatione fratri succedenti ab intestato fieri debeat renouatio, alias possit appella- 99 re. Castillion. *consil.* 15. *per totum.* † Restringe; quia clausula, & *quibus dederis*, licet operetur, quod possit feudum alienari in extraneum, siue inter viuos, siue in vltima voluntate, sine licentia domini; tamen non operatur duplicem dispensationem, vt possit alienari in extraneum, & in fœminam incapacem, sed si 100 est extraneus, debet esse masculus. Deci. *consil.* 193. *Et pro tenui. per totum*, maxime *columna penultim. versicul. non obstat fundamentum.* 101 † Declara restrictionem, vt per Roland. à Valle *d. consil.* 79. *in fine.* 102 *vers.* vt decisio Decii procedat, quando fœmina non esset descendens, sed extranea, alias secus. † Restringe, quando esset dictum, *pro te, & quibus ius dabit*, quia non potest alienare, nisi secundum naturam feudi, ex quo ius aliter non dat. Roland. à Valle *d. consil.* 79. 103 *num.* 15. *& fin lib.* 2. † Restringe, quando esset dictum, *pro te, & hæredibus quibuscunque*, licet veniat extraneus masculus; non tamen spurius propter inhabilitatem duplicem. Roland. à Valle *d. consil.* 104 79. *num.* 39 *& sequent. lib.* 2. † Limita; quia licet donatio non præsumatur ratione sanguinis; tamen fallit in feudo, in quo si vnus ex nouissimis patitur alium inuestitum in totum possidere per annum scienter, censetur donare ius suum, *cap.* 1. §. *Titius. cum gl. si de feud. defunct. cont. fit.* Castrens. *consil.* 84. *num.* 2. *lib.* 2. † Limita; quia 105 feudum perpetuum, hoc est, paternum, vel auitum, aut antiquum, & nõ personale, si est libetum, vel non requirit seruitium personale, vel si requirit, conuenit etiam clericis; tunc pro anima potest legari. Calderin. *consil.* 313. *circa med. versicul. sed si feudum est li-* 106 *berum*, alias 10. *de feudis.* † Extende maxime in feudo ecclesiastico, & ecclesiasticarum personarum. Calderin. *dicto consil.* 313. *circa medium, ver. hoc maxime dico*, alias 10. *de feudis.* † Extende, etiam si dixit pactum, quod non possit in potentem, neq; in Ecclesiam alienari; quia si feudum est ecclesiasticum, non excludit Ecclesiam, quando conuenire potest seruitium Ecclesiasticis, vt supra; quia generalis prohibitio non debet lædere Ecclesias. Calderin. 107 *d. consil.* 313. *vers. ad secundum de pacto, vltra medum*, alias 10. *de feudis.* † Restringe; quia non procedit limitatio, quando feudum legatur pro anima in fraudem. Calderin. *d. consil.* 313. *circa med. ver. hæc* 108 *vera*. alias 10. *de feud.* Oldrad. *cons.* 270. *n.* 9. *ver. aliter secundum ipsum.* † Restringe, vt non possit feudum alienari, vel legari etiam pro anima, quando est personale, vel quando etiam esset antiquum, vel paternum, sed vasallus nullos haberet agnatos, neq; descen- 109 dentes, ita quod ad dominum deberet reuerti. Oldrad. *dict. consil.* 270. *n.* 9. *ver. vel aliter secundum eum. & n.* 10. † Limita, quando feudum esset venditum, vel concessum domino, cum pacto, quod emptor posset in quoscunque alienare; quia tunc secundum pactum facultas alienandi operatur, quod potest prout alia bona alienare. Bald. *cons.* 56. *Commune Ast. lib.* 3. Differt autẽ, an ista facultas sit data titulo venditionis feudi, vel donationis; quia si per venditionem, tunc legitima deducitur ex tali feudo; si per donationem, non deducitur, ex quo pactum est gratuitum. Bald. *dict.* 110 *cons.* 56. *vers. circa. & vers. si autem esset facta. & per tot. lib.* 3. † Limita, nisi extenore inuestiturę hoc sit actum, quod possit alienari, & ad extraneos transeat; quia tunc ex conuentione legem accipimus. Calderin. *cons.* 314. *per tot.* maxime *ante medium. versic. ad cuius declarationem*, alias 11. *de feudis.* Ægid. Bellamera *consilio* 48. *in principio.* 111 † Extende, vt idem sit, quando feudum esset acquisitum pro se, & quibus dederit; quia potest alienari, donari, & quocunque titulo transferri, sine consensu domini, in extraneum. Ro- 112 land. à Valle *d. consil.* 79. *num.* 20. *& sequent. lib.* 2. † Limita; quia licet non possit feudum alienari, tamen potest subinfeudari cum eisdem pactis; quæ subinfeudatio durabit, quamdiu duraverit ius datoris, vel hæredum suorum. Bald. *consil.* 16 *in fine. versic. por-* *ro si feudatarius, lib.* 1. Ægid. Bellamera *dicto consil.* 48. *num.* 7. *versic. ad quartum.* † Declara; quia subinfeudatio ex bono corde est 113 permissa à contrario; quia fraudulenta excluditur, *c. Imperialem. §. callidis. de prohib. feud. alienat. per Federic.* ita Ægid. *allegat. consil.* 48. *num.* 7. *versicul. ad quartum.* Vide, *Feudum antiquum, & nouum qualiter possit subinfeudari. Conclus.* 190. † Limita, nisi consuetudo hoc 114 admitteret; quia consuetudo feudi semper attenditur. Baldus *consil.* 38. *inprincip. & fin. versic. nec obstat, quod factum, lib.* 1. Oldrad. *cons.* 159. *ver. circa secundum.* & Bald. *cons.* 170. *Ad evidentiam præmittendum, num.* 2. *in fine, ver. Quanquam autem. & consil.* 275. *Quod pro regula, num.* 2. *ver. sed nunquid, lib.* 2. vbi, quod consuetudo potest inducere, quod vasallus possit testari de feudo, si extat consuetudo particularis, intelligitur, dummodo testamentum sit solemne, perfectum, & tale, quod possit probari; ideo testamentum priuata manu scriptum etiam coram septem testibus nõ releuaret, nisi esset subscriptum à Notario, ita quod posset in publicã formam redigi. Bald. *dict. cons.* 275. *num.* 2. *ver. debet tamen, lib.* 2. † Declara, vt 117 quod dicitur stante consuetudine generali posse testari, & disponi de feudo, intelligi debet, dummodo dominus feudi, qui possidet ciuiliter, sciuerit, & passus sit, secundum * communem opi- * nionem; quia requiritur scientia, & patientia. Bald. *cons* 397. *Casus talis asserit. lib.* 5. *num.* 2. *&* 3. † Declara; quia non releuat consue- 118 tudo generalis populi, quod feuda possint alienari, contra feuda Imperatoris, & suprem Principis, nisi doceatur, consuetudinem extare etiam circa talia feuda; quia de vno ad aliud non fit extensio. Bald. *d. cons* 397. *nu.* 3. *lib.* 5. † Limita in Catalonia; quia ex con- 119 stitutione Regia possunt feuda, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari in personas capaces; imo, si alienantur in Ecclesiam, vel locum pium, aut incapacem, habent tempus anni ad vendendum capaci. Baldus *consil.* 207. *Quæstio est, lib.* 2. † Limita; 120 quia feudum nouum potest alienari de licentia domini in præiudicium filiorum, & descendentium, Alexand. *consil* 28. *In causa, & lite, num.* 20. *& sequent. vers. stante ita que. lib.* 5. Clarus *in §. feudum. quæst.* 40. *num.* 6. *in fine.* vbi recitat opiniones, & ita declarat, quod de licentia domini potest alienari. † Limita; quia feudum 121 per ingressum Religionis vasalli spectaret ad Monasterium viuente vasallo. Bald. *cons.* 291. *in fine. lib.* 2. & idem Bald. *in authent. nisi rogati, in vlt. colum. C. ad Trebell & in cap. quæ in Ecclesiarum. col.* 3. *de constit.* † Contrarium tenet idem Bald. *in l. Deo nobis. C. de Episcop &* 122 *cler.* vbi, quod si filius est effectus Monachus, ad eum non transibit Regnum, neque Ducatus, neque Baronia, & facit text. *inc.* 1. *§. qui clericus. in titul. si de feudo defuncti controuers. sit inter domin.* vbi, si vasallus efficitur Clericus, vel Religiosus, eo ipso priuatur feudo, & plura similia adducit Alexand. *cons.* 10. *Viso instrumento. in princ. lib.* 5. † Declara; quia feudum concessum fœminæ, vel in quo suc- 123 cedit fœmina, vel in quo seruitium potest præstari per quemcunque, & sic per substitutum, transit ad Monasterium, durante vita professi, eo mortuo reuertitur ad dominum. Alexand. *dict. consil.* 10. *num.* 6 *& sequent. vers. sed præmisso, lib.* 5. vbi *num.* 8. dicit * com- * munem; quia sufficit, quod habeat feudum ante professionem, vt retineat; secus si vellet succedere post professionem, & dat similia de minore. † Declara secundo; quia si feudum est condi- 124 tionatum, potest vasallus illud retinere, si fiat religiosus, & donec vixerit, spectat ad Monasterium; secus, si Monachus factus vellet illud acquirere; sed si esset feudum hæreditarium, quod transiret ad omnes hæredes; tunc libere spectat ad Monasterium, siue mortuus sit; sed si feudum esset rectum, & proprium, non transit ad Monasterium, etiam durante vita professi, ita Alexand. *dicto consil.* 10. *Viso instrumento. numer.* 6. *& sequent.* maxime *numero* 11. *& sequent. lib.* 5. vbi late, vbi allegat text. *in cap.* 1. *de eo, qui arm. bell. depos.* & dicit, quod ille textus non est contra libertatem Ecclesiæ; quia residet in ratione naturali *cap.* 1. §. 1. *de alienation feudi.* quem ad hoc dicit notabilem. † Declarat Cyn. post 125 Martin. Silima. *in authent. ingressi, C. de sacrosanctis Ecclesiis*, quos refert Alexand. *dict. cons.* 10. *num.* 3. *&* 4. *ver. decimo probatur. lib.* 5. quia si est tale feudum, pro quo debetur reale seruitium, & transit in monasterium, ex quo non est propriè feudum, *cap.* 1. *de forma fidelit.* Aut debetur personale seruitium, & tunc distinguitur, quia si est datum ad certum genus seruitii, quod fieri potest, *cap. fin. de Cap. qui Curiam vendidit.* & tunc si est tale seruitium, quod Clericus, vel professus, seu monasterium possit exhibere, & non reuertitur ad dominum; imo, si superueniat impedimentum, seruiet per substitutum; si vero sit incertum seruitium præstandum, ipso

it re liberatur à sacramento fidelitatis per ingressum Monasterii, *cap.1.in fine.de benefi.fœmin.* nec potest deseruire per substitutum;
126 quia est electa industria personæ, ideo priuatur.† Declara; quia si vasallus vult transferre feudum in monasterium, quod ædificat, & si dominus vult retrahere feudum ad se, non potest durante vita vasalli, post mortē retrahi; si vero dominus non vult retrahere. & valet translatio in Monasterium. Alex. *d. cons.* 10. *num.*
127 12. *lib.* 5. vbi dicit ista ex mente Hostien. & Baldi.† Limita; quia licet sit prohibita alienatio feudi; potest tamen alienari in coniunctam personam, ad quam feudum deuenire debet post mortem alienantis. Roman. *cons.* 299. *Præsens. colum penult. num.* 9. *in fi. ver. secundo, hoc idem.* allegat text. *in cap.* 1. § *sed. & res. per quos fiat inuestitura,* & ibi apostilla *in verb per textum.* vbi *in verb. Pro quo facit, vsque in fi-*
128 *nem,* citat plurimos.† Extende; vt procedat etiam in feudo nouo, quando fuit concessum ita, vt assumat naturam feudi antiqui; quia licet sit nouum, habebit qualitates antiqui, & poterit alienari in proximiores; prout antiquum. Alexand. plene *consil.* 1. *Ponderatis. num.* 26. *vers. Quia respondeo,* vbi dicit notandum, & adducit plures concord. & ibi apostilla in verbo, *paterni,* dat concordan-
129 tes.† Declara; quia feudum antiquum si alienatur in confeudatarios, dicitur quædam renunciatio, quæ valet. *cap.* 1. *de alienat. feudi patern.* secus est in feudo nouo; & est ratio; quia antiquum transit ad agnatos, nouum secus, ita Alexand. *consil.* 150. *In causa, num.* 17.
130 *ver. si quis dicaret lib.* 6.† Limita; quia bene potest pater tratribus suis partem suam feudi renunciare, & valebit renunciatio; quia non dicitur alienatum, quod in corpore agnatorum est conseruatum, & ideo valet talis donatio per viam renunciationis sine insinuatione Bald. *consil.* 300. *Textus in cap.* 1 *lib.* 2. Castrens. *consil.* 433. *Cum statutum. num.* 3. *lib.* 1. vbi reddit rationem; quia iam sunt inuestiti, & non fit præiudicium Domino, & idem Castrens. *consil.* 84. *n.* 1.
in fine, lib. 2. vbi quod licet regulariter sit prohibita in extraneos,
131 censetur permissa inter inuestitos.† Extende; quia valet etiam pactum inter ipsos filios succedentes, etiam sine consensu Domini.
132 Bald. *consil.* 356 *in princip lib.* 5.† Restringe; quia non valeret ista renunciatio facta vni fratri, si renuncians esset mente captus, & hoc constaret, quia posset alius frater contradicere. Bald. *consil.* 304.
133 *Donatio quam Antonius. lib.* 2. *in princip.* † Limita, quando feudum esset emptitium pecunia; quia de sui natura iudicatur, vt allodi-
* um, nisi contrarium sit conuentum, secundum magis * communem opinionem, de qua Petr. Surd. *consil.* 105. *lib.* 1. *num.* 11. Syluan.
134 *consil.* 52. *num* 10. *ver. tertio istud feudum, cum sequent.*† Declara, dummodo pretium sit correspondens valori feudi empti, alias non. Francif. Beccius *consil.* 30 *In causa, num.* 4. & plenius *consil.* 56. *num.*
59 *in fine. verb. Nec refragatur.* vbi, quod denominatur feudum, vel emptio ab eo, in quo plus potest. Iacob. Bereta. *consil.* 100. *in fine,* vbi citat Nattam *consil.* 600. & alios; vbi, quod si pretium non correspondet, dicitur ex gratia, non autem emptitium. Roland.
135 à Valle *consil.* 23. *num.* 26. *lib.* 1.† Limita, quando semel, vel pluries fuit legitime alienatum; quia tunc efficitur perpetuo alienabile, latissime Petr. Surd. *consil* 105. *num.* 11. *& sequent. ver. tertio moueor, lib.* 1. vbi ponit 11. limita exempla, quod res non alienabilis de sui
natura, si semel legitime alienetur, perpetuo potest alienari. Vide,
136 *Res facta alienabilis. Conclusio.* 246.† Limita, quando esset dictum; *pro se, & hæredibus quibuscunque;* quia omnes extranei hæredes comprehenduntur. Decian. *consil.* 58. *num.* 30. *lib.* 2. Iason *consil.* 17. *num.* 1 *lib.* 3. Gra: *cons.* 118. *lib.* 2. Socin. Iunior *consil.* 103. *num.* 28. *lib.* 2. Gozadin. *consil* 8. *num.* 25 plures Gabriel. *titulo de verb significat. Conclusione* 4. *num.* 1. Bald. *in cap. Imperialem, in princip. numer.* 19. *de prohibita feudi alienat. per Feder. & in leg* 1. *quæst.* 34. *ff. de rerum diuis.* plene Alba.
consil. 568 *num.* 5. & 9. Bero. *consil.* 65. *num.* 45. *cum sequent. lib.* 1. vbi
* de magis * communi, de qua testatur Iason in *l. Gallus. §. etiam. ff. de liber. & posthum.* citat plures Alciat. *respon.* 176. *num.* 1. Clar. *in §.*
137 *feudum, quæst* 9. *num.* 2. *ver præmissa* supra *num.* 81 *& seq.*† Imo, quod ipsa verba *pro hæredibus. & successoribus quibuscunque,* æquipolleant verbis, (& quibus dederis.) Roland. à Valle *consil* 3. *num.* 64. *& consil.* 42. *num.* 11. *& seq. lib.* 1. Vide tamen de veritate supra *num.* 83. *&*
138 *seq.*† Et quod ipsa verba, *hæredibus. & successoribus quibuscunque,* ita alterent feudum, vt sit ad instar allodii, plene Roland. *consil.* 84. *n.*
39 17 *ver secundo respondetur. cum sequentibus lib.* 4.† Extende; quia etiam legatarii extranei veniunt eo casu ad feudum. Decian. *dicto*
* *consil.* 58 *num.* 31 *lib* 2. vbi dicit * communem.† Extende; quia illa
140 verba, *pro se, & hæredibus, & successoribus quibuscunque,* important extraneos, ne dum iure hæreditario, sed etiam per contractum. Camerar. *in cap Imperialem. de prohib. feudi alienat. per Federic. fol.* 59.
141 † Declara omnes limitationes, per quas licita est alienatio feudi; quia intelligitur, quod si feudum est nobile, debeat alienari nobili, non autem ignobili; quia hoc est de natura feudi nobilis, & si aliter fiat, restituto pretio potest dominus auferre feudum. Castrens. *consil.* 336. *Laudatio, per totum, lib.* 3. vbi in fine, quæ actio com-
142 petat.† Declara secundo; quia in omnibus casibus, in quibus feudum potest alienari ex consuetudine, statuto, vel alias, semper potest Princeps offerre, & velle pro eodem pretio, Vide Capic. *decis.* 99. *numer.* 7. vbi alios citat.† Limita; quia, licet feudum
143 non possit alienari, tamen potest commoditas, & vsus fructus illius in exequutione capi pro debitis feudatarii viuentis, non autem pro debitis feudatarii mortui. Castrens. *consil.* 217. *Præmittendum est. in fin. lib.* 2.† Limita, quia feudum potest locari ad modi-
144 cum tempus, sine difficultate. Clarus *in d. §. feudum. qu.* 35. *in princip.* vbi, quod caret omni difficultate.† Restringe; quia ad longum tempus non potest feudum locari, quia locatio ad longum
145 tempus est alienatio, & ideo caderet vasallus à feudo. Clar. *dict. §. feudum. quæstion.* 33. *in princip.* vbi dicit * communem.† Restrin- *
ge; quia non potest vasallus sine licentia domini feudum concede-
146 re ad liuellum, alias caderet, Clarus *dicto §. feudum. quæst.* 33. *num.* 2. *versic. pariter,* vbi dicit * communem.† Restringe; quia neque *
potest vasallus feudum concedere in emphyteusim, magis com-
14 munem * dicit Clar. *d. §. feudum. quæstion.* 33. *num.* 3. *ver. idem etiam* *
dicendum.† Declarat idem Clar. *dict. quæstion.* 33. *in fin.* vt restrictio-
14 nes non procedant de consuetudine, quæ excusat à caducitate.
† Limita; quia licet inuestitura Domini sit nulla facta de feudo
14 antiquo, sine consensu eius, ad quem spectat, si tamen consensit postea, conualidatur inuestitura in præiudicium consentientis, ita Castrens. *consil.* 290. *Visa supradicta. num.* 2. *lib.* 2. vbi dicit * com- *
15 munem.† Extende, vt procedat etiam in minore faciente actum cum iuramento, quia maior repræsentatur, etiam quoad restitutionem in integrum; secundum * communem, de qua Castrens. *
15 *dict. consil.* 290. *colum.* 2. *verb. sed quia erat minor, lib.* 2.† Extende; quia ex tali titulo, & consensu etiam habito à minore præscribitur spatio decem annorum inter præsentes, & viginti inter absentes, quando interuenit iuramentum, quæ incipit a die, quo maior factus est. Castrens. *d. consil.* 290. *in fine colum primæ. ver. & posito, lib.* 2.
† Extende, vt procedat limitatio etiam respectu filiorum alie-
15 nantis, seu consentientis, quia donec alienans viuit, & præcedit eos, non possunt venire contra alienationem, nec ipso mortuo, quatenus sint hæredes, ipsius alienantis, quatenus vero non sint hæredes, bene possunt venire contra. Castrens. *dict. consil.* 290. *in fine. ver. ex prædictis, num.* 4. *lib.* 2.† Limita sex modis, de quibus So-
15 cin. *Reg.* 1. *Vasallus. seu emphyteuta feudum. seu emphyteusim alienæ non potest,* vbi ponit sex limitationes, quæ sunt limitationes, prima est, quando is, cui fit alienatio, vult supportare omne grauamen; secunda, quando alienatio fit saluo iure domini, vel ecclesiæ, & qualiter sit verum, latissime, vbi etiam, quid si cum clausula, *& non alias, aliter, nec alio modo,* & si facta est traditio; tertia, si venditio fiat, si non reuocauerit dominus, quarta, quando fit venditio cum clausula; *si & in quantū de iure possum;* quinta, quādo venditio fit sub conditione, si domino placuerit, sexta, quando vendit solum fructus etiam per centum annos, quod dicit periculosum, secus si fiat alienatio fructuum ad modicum tempus. Vide, *Emphyteuta non potest vendere Emphyteusim sine consensu domini, alias cadit. & quando secus. Conclusio.* 297. Vide. *Feudum non potest alienari sine licentia domini. & quando secus. Conclusio.* 192. Vide. *Feudum si alienatur sine licentia domini, deuoluitur ad dominum, & quando secus. Conclus.* 293.

Feudum qualiter de licentia Domini dicatur alienabile. Conclus. 187.

LICENTIA † Domini feudi est necessaria, vt feudum possit
1 alienari, & ideo, si in ipsa infeudatione est data licentia alienandi, valet. Angel. Aretin. *consil.* 29. *Quantum ad primum. num.* 20.
& sequentibus, vers. Quantum ad secundum. † Licentia probatur ex
2 litteris Domini figillatis suo figillo. quia tales litteræ probant omnia contenta in eis. Roman. *consil* 27. *Viso themate. colu.* 2. *in principio, num.* 3. vbi apostilla citat Lambert. *de iure patron. lib.* 2. *parte* 2.
quæst. 10. *art.* 7.† Restringe, quia si littera Episcopi continet, quod
3 laudat, & consulit, quod fiat resignatio in manibus Domini, postea inuestiet, non probatur licentia. Roman. *dict. consil.* 27. *num.* 3. *colum.* 2.
in princip.

Feudum

Feudum an possit dari in dotem, & quando. Conclusio 188.

1 FEVDVM † non potest dari in dotem, nisi pro seipso; ideo si detur in dotem pro alio, non valeat datio. Bal. *cons.* 108. *Vtrum* * *adulta. num.* 3. *vers. Item bona feudalia, lib.* 1. & est * communis opi-
2 nio. Clarus *in* §. *feudum. quæst.* 36. † Declara tamen, quod, vt valeat dari in dotem pro se ipso, duo sunt necessaria; primum, quod detur in dotem inextimatum; secundum, quod non apponatur pactum de lucranda dote. Clar. *dict.* §. *feudum. quæst.* 36. *vers. secundo*
3 *modo.* † Et ideo feudum regulariter non potest alienari, neque in dotem dari sine licentia domini. Angel. Aret. *cons.* 29. *Quantum ad primum, num.* 20. *& sequent. ver. Quoad secundum*, allegat *cap.* 1. §. *do-*
nare. qualiter olim feud. poter. alien. alias cadit à feudo, *cap.* 1. *de prohib.*
4 *feud. alienat. per Federicum.* † Amplia; quia licet mulier habens feudum possit illud dare in dotem, si tamen est tale feudum, quod post mortem mulieris reuertatur ad dominum, vel ad agnatos, reuerti pariter debet, neque maritus prætextu consuetudinis lucrandæ dotis aliquid consequitur. Baldus *consil.* 346. *Quanquam*
5 *pacta. lib.* 2. † Amplia; quia pater non potest dare feudum in dotem pro filia. Cardinal. Zabarell. *consil.* 64. *in fine.* Romanus *cons.* 427. *Circa propositam, num.* 4. *vers. tertio videmus.* Clarus *in dict.* §. *feu-*
dum. quæst. 36. *in princ.* vbi dicit * communem, & dicit esse textum expressum *in cap.* 1. §. *donare. qualiter olim feud. alien. pot.* & reddit rationem; quia si non potest alienare propter necessitatem propri-
6 am, multo minus propter dotem. † Contrarium Alexand. *consil.* 78. *in fin. lib.* 5. † Limita igitur; quia licet pater pro filia maritanda, neque alius, non possit dare feudum in dotem, etiam si aliunde non habeat, vnde dotare possit, bene potest mulier habens ipsa feudum illud dare marito in dotem, Roman. *consil.* 457. *n.* 4. *vers.*
tertio videamus, vbi apostilla in verbis, *dare potest*, citat concordan. Bald. *supradict. consil.* 108. *Vtrum adulta. num.* 3. *ver. Item bona feuda-*
lia, lib. 1. Angelus Aretin. *consil.* 29. *num.* 24. *ver. Nec vasallo.* & hanc
7 communem * dicit Clarus d. §. *feudum. quæst.* 36. *vers. secundo modo*, vbi reddit rationem; quia mulier dando feudum in dotem videtur solum alienare commoditatem feudi, quæ non est prohibita, & etiam ipsa mulier fruitur, & possidet feudum vna cum marito.
8 † Limita in feudo nouo; quia potest dari in dotem per patrem filiæ, & si feudum est perpetuum, potest dari in dotem perpetuo, & pro anima legari, & si est ad vitam, potest dari ad vitam, prout
9 durat. Alexand. *d. cons.* 28. *In causa, in fin. lib.* 5. † Contrarium, quod feudum nouum, vel paternum, licet possit dari in dotem, tamen potest dari solum ad vitam dantis; quia eo mortuo resoluitur ius acceptoris. Felin. *in cap. quæ in Ecclesiarum. num.* 75. *de constit.* allegat
10 Rotam *in nouis decis. 1. tit. de feudis.* quæ est in ordine 199. Vide Clarum d. §. *feudum. q.* 36. *in fin.* vbi, quod semper tutius est requirere consensum domini semper.

Feudum an possit diuidi, & quid operetur diuisio. Concl. 189.

1 FEVDVM † nobile, & dignitatis est indiuiduum. Zabar. *cons.* 129 *in fine*, vbi, quod transit ad solum primogenitum, *cap. Im-*
perialem, §. *præterea Ducatus, de prohib. feud. alienat. per Federic.* & ideo Regnum, Ducatus, Marchionatus, & Comitatus non diuidun-
tur, sed spectant ad primogenitum. Abb. *cons.* 12. *Vt clare. col.* 3. *vers.*
ad tertium. lib. 1. Alex. *cons.* 6. *Visa inuestitura in princ. vers. in casu igitur*
* *proposito. lib.* 5. & ista est * communis opinio, & ita concludunt o-
mnes absque disputatione, etiam consentientibus consortibus.
2 * Clarus in §. *feudum. quæst.* 44. vbi citat plures de * communi atte-
stantes, vbi reddit rationem, ne feuda maiora diminuantur, & ad
3 nihilum per diuisiones redigantur. † Restringe; quia feuda indi-
uidua, & dignitatis possunt diuidi causa euitandi scandali. Io Li-
cier *tract. de primogen. lib.* 1. *quæst.* 10. *num.* 18. vbi allegat Alex. *cons.* 7.
col. 2. lib. 5. Socin. *cons.* 68. *lib.* 1. & alios, & loquitur in Regno Fran-
4 ciæ, quod alias fuit diuisum ex causa prædicta. † Restringe; quia non possunt diuidi sine licentia domini, sed de licentia bene pos-
sunt diuidi. Alexand. *cons.* 30. *Visis dubitationibus. lib.* 6. vbi, quod ta-
lis diuisio facta sine consensu domini quoad diuidentes valet, li-
cet fauore domini non valeat; ideo ipsi diuidentes non possunt
5 contrauenire. † Restringe, nisi esset concessum in Vicariatum; quia tunc, cum sit officium, potest diuidi inter plures, vt quilibet exerceri faciat officium, quando expresse non est diuisio prohi-
6 bita. Ruin. *consil.* 34. *num.* 5. *& sequent. lib.* 1. † Restringe; quia bene valet diuisio feudi dignitatis, quando feudum integrum rema-
net vni, & aliis datur cambium in aliis bonis. Alexand. *dict. consil.*
30. *num.* 4. *vers. quia imo. lib.* 6. † Restringe; quia feuda dignitatis possunt diuidi, vt exercitium iurisdictionis alternis temporibus assignetur dominis, quando sunt trixosi, vel alter trixosus, & im-
minet scandalum, tam si vnus ex eis petat, quam etiam si subdi-
ti petant; quia eorum interest. Alexand. *dict. consil.* 7. *In consulta-*
tione. num. 11. *& sequent. per totum. lib.* 5. † Restringe, nisi adfit con-
7 suetudo. Ioan. Licier *dict. tractat. de primogenit. quæst.* 10. *per tot. lib.* 1. Alexand. *consil.* 6. *in principio. lib.* 5. Clarus *dict.* §. *feudum. quæst.* 44. *in*
fine. † Declarat Alexand. *dict. consil.* 6. *in princip. lib.* 5. quod per ge-
8 neralem consuetudinem contrariam non censetur derogatum iuri communi, quod non fiat diuisio feudi dignitatis, & quate-
nus esset derogatum; tamen non sufficeret consuetudo, quod inter consentientes fuerint factæ diuisiones; quia non conclu-
dit aliquo recusante, apostill. ibi in verb. *sponte*, dat concordantes.
† Et quod consuetudo diuidendi feuda inter volentes non ha-
9 beat locum in diuisione necessaria. Alexand. *d. cons.* 6. *num.* 2. *lib.* 5.
vbi apostilla in verb. *sponte.* † Item, quod talis consuetudo habeat
10 locum solum in feudis dignitatum, quæ secundum consuetudi-
nem fuerunt solita diuidi, non autem in aliis, quæ nunquam fue-
runt diuisa. Clarus *in d.* §. *feudum. quæst.* 44. *in fin.* † Item, quia con-
11 suetudo diuidendi per contractus non habebit locum in diui-
sione in testamento facta per legatum. Alexand. *d. consil.* 6. *num.* 2.
vers. per quam consuetudinem, lib. 5. vbi reddit rationem; quia in di-
uisione per contractum concurrit voluntas omnium; secus in le-
gato. † Declara; quia feuda dignitatum de iure communi sunt
12 indiuisibilia; tamen communis obseruantia, & consuetudo in Italia est, quod exceptis maioribus dignitatibus, prout Regales, fiat diuisio, & maxime in Lombardia. Alexan. *d. consil.* 30. *Visis dubi-*
tationibus, in princip. lib. 6. vbi apostill. *in verb.* dat concordantes, & de hac consuetudine in Italia, & Germania, quod exceptis Re-
galibus diuidantur alia feuda dignitatum. Clarus *in d.* §. *feudum.*
quæst. 44. *in fin.* allegat Grat. *cons.* 4. *num.* 29. *lib.* 1. † Et in casibus, in
13 quibus feuda dignitatum possunt diuidi, valebit diuisio, etiam si feudum esset antiquum, & talis diuisio præiudicabit filiis diui-
dentium; quia diuisio non est contra naturam feudi diuisibilis, seu in casu, in quo diuidi potest. Alexand. *d. consil.* 30. *num.* 5. *vers. ex*
his infertur. lib. 6. allegat *cap. omnes filij, si de feudo fuerit controuers.* gl.
in l. familiæ. C. famil. herciscund. vbi Bald. & quia feudum in con-
feudatarium potest alienari. † Declara; quia si filii diuidentium
14 non sunt hæredes parentum, vel diuidentium, diuisio non po-
test nocere vocatis, quin eueniente casu succedant; secus, si es-
sent hæredes etiam cum beneficio legis, & inuentarii; quia si hæ-
reditas est soluendo, obligantur, maxime, si in diuisione fuit con-
uentum de non contraueniendo sub pœna. Alexand. *d. cons.* 30.
num. 6. *& sequent. ver. Accedit, quia. lib.* 6. sequitur Paris. *cons.* 53. *n.* 82.
lib. 3. vbi dat concordantes. † Vide tamen infra *num.* 19. *ver. Decla-*
15 *ra.* quia Castrens. *cons.* 44. *in princip. lib.* 2. aliter distinguit. † Exten-
16 de; quia feuda dignitatis nunquam possunt diuidi, contradicente vno, vel pluribus ex inuestitis. Alexand. *cons.* 6. *Visa inuestitura,*
lib. 5. *in princ. & per tot.* vbi, quod nunquam consuluit contrarium.
† Extende in tantum esse indiuidua feuda dignitatis, vt si vasalli
17 conueniant, quod feuda minora semper sint communia, quæ conuentio non valet, quod non possint diuidi, si tamen erigan-
tur in feudum dignitatis, confirmatur conuentio nulla. Alexan.
cons. 29. *Perspectis. num.* 20. *ver. in quantum. lib.* 5. † Limita; quia feuda
18 diuisibilia possunt diuidi inter fratres, etiam sine consensu domi-
ni, & talis diuisio operatur, quod quando est feudum antiquum, vnusquisque partem feudi diuisam propriam habet, sed mortuo
altero sine filiis non tollitur successio feudi in alterum superstī-
tem, etiam si promisit de euictione, & renunciauit omni iuri, quod
habet, & habere sperat; quia non trahitur ad successionem. Fran.
Aret. *cons.* 13. *In Christi nomine, amen, consultatio præmissa. in prine.* An-
gel. *consil.* 287. *num.* 9. *ver. Nuncrestat.* Angel. Aret. *cons.* 41. *In hoc the-*
mate, nu. 29 & 30. vbi de * communi. † Declara, vt per Castrens. *
19 *consil.* 44. *in principio. lib.* 2. quia, si in diuisione fuit expresse renun-
ciatum antiquæ inuestituræ, & receptæ nouæ inuestitura per diui-
dentes, licet non præiudicet vocatis ex antiqua inuestitura non
consentientibus, bene præiudicat consentientibus, & operatur
salua antiqua inuestitura, quod filii A. non succedunt in parte
B. nec econtra; sed bene, quod si vnus ex diuidentibus moritur
sine filiis, & alter frater diuidens, & filii succedunt ex antiqua in-
uestitura, & idem tenet Angelus Aretin. *dicto consil.* 41. *num.* 29. &
30. † Extende in tantum feuda inferiora esse diuisibilia, vt non
20 valeat conuentio, quod perpetuo sint communia, & non possint diuidi. Alexand. *cons.* 29. *Perspectis. n.* 20. *vers. in quantum autem. lib.* 5.
vbi hoc limitat, nisi conuentio confirmaretur per erectionem in
dignitatem, quæ non sit diuisibilis. † Extende; quia potest feu-
21 dum irrequisito domino diuidi secundum * communem, de qua *

Angel.

22 Angel. Aretin. *dict. consil. 41. In hoc themate. num. 29. & sequent.* † Extende; quia feudum simplex potest diuidi, etiam contradicente vno, vel plurib⁹ est inuestitis. Alexand. *consil. 6. Visa inuestitura, in principio*, vbi apostilla in verbo, *contradicat*, dat concordantes plurimos, *lib. 5.* vbi *num. 14.* respondet ad *cap. Imperialem. §. præterea Ducatus, il secondo, de prohibit. feud. alienat. per Federic.* vt à contrario sensu non sit exillo textu sumendum argumentum, contra
23 ius commune. † Imo regula est, quod omnia feuda etiam cum mero, & mixto imperio concessa, sunt diuisibilia, etiam aliquo contradicente, & regulariter possunt diuidi, sicut alia bona, nisi sint feuda Marchiæ, Ducatus, vel Comitatus, vel nisi sint data ea lege, quod nõ diuidantur, prout quando dantur, vt ad solum primogenitum spectent, ita Alexand. *consil. 7. In consultatione, num. 3. & sequent. ver. tamen præmissis, lib. 1.* vbi *num. 5.* adducit rationem in emphyteusi, quæ potest diuidi, non obstante contradicente, & valet argumentum; quia æquiparantur, vbi non reperitur contrarium decisum, vel vbi diuersa ratio non militat, & ibi apostilla in verbo, *diuidi*, & plenius *num. 8. versic. quinto pro-*
24 *batur*, vbi, quod exceptio firmat regulam in contrarium. † Et quod feuda inferiora non habentia dignitatem annexam, etiam si sint iurisdictionalia, possint diuidi, est textus *in cap. 1. §. præterea Ducatus, de prohib. feud. alienat. per Federic.* & est * communis opinio, vt dicit Clarus *d. §. feudum. quæst. 44. circa med. vers. inferiora au-*
25 *tem.* † Extende; quia imo licet emphyteusis diuidi possit solum ita, vt tota spectet ad vnum, non autem per partes, quando dominus non consentit, ne fiat præiudicium domino, bene feudum potest diuidi per partes sine consensu domini, quando non est Marchiæ, Ducatus, Comitatus, vel primogenituræ; quia non ita fit præiudicium domino, sicut in emphyteusi; quia vasallus propter iuramentum fidelitatis est obligatus domino in solidum, non sic in emphyteuta. Alexand. *dicto consilio 7. num. 6. ver. Nec ob-*
26 *stat. lib. 5.* † Idem, quando diuisio est necessaria, vt quia petitur in iudicio; quia tunc sine dubio feudum & emphyteusis possunt diuidi impune sine consensu domini, etiam si adsint minores prouocati ad diuisionem; quia nemo compellitur stare in com-
munione. Alexand. *d. consil. 7. ver. quarto probatur. lib. 5.* Vide, *Diuisio qualiter fiat, tam circa diuisibilia, quam circa indiuisibilia. Concl. 535.* Vide, *Diuidi non possunt multa. Concl. 536.* Vide, *Feudum indiuiduum quale. Conclus. 151.*

Feudum antiquum, & nouum qualiter possit subinfeudari. Concl. 190.

1 FEVDATARIVS † licet non possit feudum antiquum in præiudicium, & sine licentia domini alienare, alias deuoluitur ad agnatos, atque ipsis non existentibus, ad dominum, *cap. 1. §. Titius, si de feudo defuncti controuers. sit inter dominum, &c.* tamen potest simili lege, qua ipse tenet à domino, alteri subinfeudare. *cap. Imperialem. §. illud quoque, de prohibit. feudi alienat. per Federic.* Baldus *consilio 16. Facti euidentia proponitur, in fine, ver. porro. lib. 1.* quod quasi duplicatur *consilio 265. numero 2. ver. porro. libro 5.* & est * communis * opinio secundum Curtium Iuniorem *in tractat. de*
feudis, in quarta parte, numero 83. Cæpoll. *consil. Ciuili 11. lib. 2.* Vide,
2 *Feudum antiquum per alienationem deuoluitur. Conclus. 194.* † Declara; quia potest subinfeudare in totum, vel in parte, dummodo faciat bona fide, gratis, nullo pretio recepto, & æquali vasallo,
* secundum * communem, de qua Bero. *consilio 74. num. 13. lib. 1.*
3 Socinus *consil. 66. num. 5. lib. 3.* † Imo, quod non possit totum subinfeudare, sed partem tantum, vt infra. † Amplia, vt tamdiu duret subinfeudario, quamdiu durat ius subinfeudantis, quo resoluto resoluitur subinfeudatio; ideo, si vasallus moritur cum hæredibus filiis, vel agnatis, ad quos feudum deuoluitur, subinfeudatio prorogatur, & durat; si vero moritur sine filiis, & hæredibus, ad quos feudum spectet, tunc deuoluitur ad proximiores agnatos ordine successiuo. Baldus plene *dicto consil. 16. in fine, versic. porro si feudatarius, lib. 1.* & latius *consil. 265. Super eo, quod. versic. porro*
4 *si feudatarius, lib. 5.* & ita Iacob. de sancto Georgio *in tractat. feudor. in versic. Ita etiam, quod ipsi vasalli, numero 4. versic. vnum tamen volo.*
5 † Et quod mortuo subinfeudante resoluatur ius subinfeudati, & feudum reuertatur ad proximiorem agnatum, quando est antiquum, plene Alexand. *consil. 15. Visis narratis, numero 9. versic. se-*
* *cundo modo respondeo, lib. 5.* vbi dicit * communem, *lib. 5.* & ibi apo-
6 stilla in verbo, *vixerit.* † Contrarium, quod imo facta subinfeudatione per feudatarium, quam potest facere, & dominus tenetur etiam mortuo feudatario sine filiis ratum habere, vt est textus *in cap. 1. §. 1. qualiter olim feudum poterit alienari.* quod procedit, siue subinfeudet totum, siue partem; & ideo regula, quod resoluto iure datoris, etiam resoluatur ius acceptoris, non habet locum hoc casu, vt ibi Iacobus Ardizon. *in sua summa feudali, cap. 15. & cap. 21.* Ioan. Blanc. *in summa, cap. 4. num. 9.* Petrus de Bellapert. *num. 3. & 22.* Afflict. *de controuers. inuestitur. num. 81.* Baldus *in cap. 1. §. Rursus. quibus modis feudum amitt.* Curtius Iunior *de feudis. in 4. parte, num. 83.* Duarenus *de feudis, cap. 14. cum aliis.* † Declarat 7
Curt. Iun. *dict. tractat. feud. in 4. parte, num. 85.* vbi pro vtraque allegat, & tandem distinguit, vt prima opinio procedat quoad vitam subinfeudantis, si est antiquum, & adsunt vocati; secunda procedat, quando non adsunt vocati. † Vide, & declara 8
melius forte; quia licet feudum subinfeudatum ob feloniam deuoluatur vasallo subinfeudanti, non autem primo domino, per *cap. 1. §. illud. de prohibit. feudi alienat. per Federicum*, tamen in feudo Imperiali textus non procedit; quia loquitur de feudis inferioribus, vt per Isern. ibi, & Speculat. *in titul. de feudis, §. quoniam. num. 63.* Ægid. *decis. 724. Pro introductione. num. 7. vers. Item, quia lex Imperialis.* quem ita inducit Berous *consilio 76. numero 43. libro 1.* quia Federicus ibi statuit dando legem inferioribus, & non sibi, neque successoribus; & idem in feudo Marchionatus Montis-Ferrati consuluerunt idem Berous *consil. 67. numer. 77. & 78. lib. 1.* & 9
Gozadin. *consil. 10. num. 48. & 49. & consil. 9. num. 68.* † Declara etiam alio modo; quia, quando vasallus subinfeudat alteri totum feudum, ita quod nihil de feudo remanet subinfeudanti; tunc deuolutio fit primo domino; & idem, quando subinfeudatus recognoscit tam subinfeudantem, quam primum dominum, ita Bero. *d. consil. 67. num. 50. cum sequent. lib. 1.* allegat Iserniam *in cap.*
1. §. illud. in 2. colum. num. 63. de prohibit feud. alienat. per Federic. cum quo dicit transire * omnes, & ita tenet Bart. *in l. 3. §. ex contrario. ff.* * *de acquir. possess.* qui * communiter approbatur, vt ibi Bologn. *num.* *
128. quicquid Iason senserit contrarium. † Declara; quia ista de- 10
uolutio ad agnatos ordine successiuo intelligitur, vt primus agnatus proximior possit intra primum annum, secundus intra secundum, tertius intra tertium, & sic deinceps auocare. Baldus *dicto consilio 16. versic. sed si possessor. lib. 1. & consilio 265. circa medium, versicul. an posit reuocare. lib. 5.* † Intellige, quod intra annum debet 11
agnatus proximior petere feudum subinfeudatum, quando subinfeudatio fuit facta agnato remotiori; si vero fuit facta extraneo, tunc potest proximior agnatus intra 30. annos petere feudum à morte subinfeudantis, communem * dicit Alexand. *cons.* *
15. Visis narratis, num. 10. lib. 5. & apostill. ibi in verb. *extraneum*, dat concord. † An autem deuoluatur ad subinfeudantem, vel non 12
ad primum dominum, si moritur subinfeudatus. Intrigl. *de feud. cent. 2. art. 5. n. 670.* † Amplia; quia feudatarius primus potest sub- 13
infeudare alteri feudum in totum, vel in parte, non requisito domino, dummodo sine fraude hoc faciat, vt est text. *in cap. 1. §. beneficium, si de feudo fuerit controuers.* late Francisc. Beccius *consil 101. In proposita facti, num. 31. versic. septima, & vltima*, vbi dicit * commu- *
nem tam de iure antiquo, quam nouo & nouissimo, vbi citat plurimos, vbi, quod est introductum ad fauorem dominorum; & quia in habentibus symbolum facilis est transitus, & hanc dicit communem * opinionem Clar. *in § feudum. quæst. 32. in prin.* allegat *
Gozadin. attestantem de * communi *consil. 62. num. 5* & alios, licet dicat, quod nescit videre aliquam bonam conclusionis rationem, ex quo prohibita est omnis alienatio. † Extende, vt proce- 14
dat, siue subinfeudans sit à Rege, siue ab Imperatore, & alio supremo Principe in feudatus. Alexand. *cons. 1. Ponderatis. num. 38. in*
fine, cum seq. vers. Non obstat etiam prædictis, lib. 5. † Extende in tan- 15
tum feudatarium posse subinfeudare etiam irrequisito domino, vt procedat, etiam si sit ecclesiasticum. Becc. *d. cons. 101. num. 31. &*
per tot. vbi de * communi attestatur, & hanc partem tuetur Curt. Iunior *in tract. de feudis, in 4. parte, num. 83. in fine, ver. tertio notandum.* quia consuetudines feudi habent locum. Zasius *tract. de feudo. tit. de feudi alienat. num. 18.* Surdus *consil. 210. num. 43.* vbi citat plures concord. & hanc magis * communem dicit Clar. *in § feudum. q. 52.* *
Baldus *in l. 1. num. 2. vers. & hæc quidem conclusio.* † Contrarium tenet Bald. *in c. 1.* 16
§. præterea, de lege Corradi. sed contrarium Abbas *in cap. quæ in Ecclesiarum, num. 18. de constitut.* sequitur Becc. *dict. cons. 101. num. 67. ver.*
& ideo vasallus. qui tenet, quod non potest Ecclesiæ subinfeudari; 17
quia durior conditio domini fieret. † Declara tamen; quia subinfeudatio non potest esse latior, quam prima infeudatio, sed bene potest esse strictior, vt si primus inuestitus habet prole, & masculis tantum descendentibus, non potest infeudare pro masculis, & fœminis, sed bene è contra. Beccius *dicto consilio 101. numero 66. & sequent.* & Zasius *dicto tractat. de feudis, titul. de feud. alienat. num. 17.* requirit, quod iste subinfeudatus sit æqualis conditionis. † Declarat Curtius Iunior *tract. de feud. in 4. part. num. 83.* 18
proce dere in feudis decimarum; quia illa non possunt subinfeu-

dari

dum secundum Zasium *d. tract. de feudis. tit. de feud. alienat. num. 19.* & hanc * communem esse opinionem, dicit Clarus *dicto §. feudum. quæst. 32. num. 3. versic. sed quid si sit feudum decimarum*, vbi reddit ratio-
39 nem specialitatis. † Restringe; quia feudum nobile non potest subinfeudari non nobili, & si fiat inuestitura, non potest Ecclesia, & primus dominus reuocare, & in quocunque mandato generali, & cum libera, non continetur, quod possit feudum nobile subinfeudari ignobili. Castrens. *consil. 336. Laudatio, per tot.*
40 *lib. 1.* † Vide omnino Curtium Iuniorem *dict. tractat. de feudis. in 4. parte. num. 83. vbi*, quod tria requiruntur, vt subinfeudatio valeat; primo, quod fiat bona fide, & sine fraude; secundo, quod fiat personæ simili; tertio, quod cum eisdem pactis, & hanc esse communem * opinionem, dicit Clarus *dict. §. feudum. quæst. 32. num. 4.*
41 *versic. scias tamen.* † Restringe, quando feudatarius non posset habere filios, prout si esset in sacris; quia præsumitur in fraudem subinfeudare, nec habetur in consideratione, quod Papa potuisset dispensare. Alexand. *consil. 15. Visis narratis, num. 8. versicu. sed ad*
42 *hæc. lib. 5.* † Restringe; quia senex feudatarius carens prole non potest subinfeudare; quia esset in fraudem. Iacob. de S. Georgio
43 *dict. tract. feud. in ver. ita etiam, quod ipsi vasalli, num. 4. & sequent.* † Et nulla habetur gratia ad filios illegitimos; quia in feudo non succedunt. Alexand. *dict. consil. 15. num 8. lib. 5.* † Restringe, quando
44 adesset pactum, quod non posset subinfeudari. Zasius *tractat. de feudis. tit. de feud. alien. nu. 19.* † Declara; quia facta subinfeudatione secundum aliquos nullum ius vtile remanet subinfeudanti, & hæc pars tuetur, & dicit * communem Clarus *in d. §. feudum, quæst. 32. in fin.* quod penes subinfeudantem remanent solum reli-
45 quæ vtilis dominii, & ideo licentia alienandi feudum per subinfeudatum debet peti à primo domino, & dicit esse notandum; contrarium secundum alios, quod imo penes subinfeudantem remanet quoddam vtile subalternum, vt per plura deducunt Menoch. *de præsumpt. lib. 3 præsumpt. 102. n. 25.* Socin. *cons. 66. num. 4. lib. 3.* nec non Iacob. de Sancto Georgio *dict. tractat feud. in vers. ita*
46 *etiam, quod ipsi vasalli, num. 5.* & plenius Surd. *consil. 210. num. 42. & sequent. versicul. nec monet.* vbi citat plurimos. † Sed vide Afflictum
47 *in §. illud quoque. num. 21. cap. 1. de prohibit. feud. alienat. per Federicum.* vbi, quod vtile dominium est subinfeudantis, exercitium vtilis dominii est subinfeudati. † Secundum alios apud subinfeudan-
48 tem remanent reliquiæ directi dominii. Bald. *cap. cæterum, de iudi-*
49 *cio.* † Imo secundum aliquos datur aliud dominium subalternum directum in Regibus infeudatis, & aliis maioribus; ideo iure suo conceduntin feudum, non autem subinfeudant, vt infra proxime *ver. beneverum est*, & tenent Baldus *in l. 1. Cod. vnde legitim.* Iason *in l. 3. §. ex contrario. num. 8. & sequent. ff. de acquirend. possess.* Mart.
50 de Laud. *de Principe, quæst. 72.* Paset. *cons. 13. num. 6.* † Bene verum est, quod si subinfeudatus, vel recipiēs feudum à feudatario magno cadit à feudo, & consolidatur cum directo dominio primi domini concedentis, non autem cum dominio subalterno primi feudatarii. gloss. & Iacob. de Beluis. *in cap. 1. §. similiter, de leg. Corradi. & in cap. 1. §. insuper. ver. quæritur, si vasallus, de prohib. feud. alienat.*
51 *per Federicum.* Bald. *consil. 51. lib. 1.* & plerosque citat Socinus Iun. *consil. 77. num. 54. lib. 1.* Felinus *in cap. quæ in Ecclesiarum. num. 99. de*
52 *const.* Io. And. *in addit. ad Specul. tit. de feudis. sub ver. 38.* & Iason *cons.*
53 *180. Circa primum. colum. 1. ver. ad idem facit. lib. 2.* † Et maxime prædicta procedunt, quando subinfeudatus etiam recognouit primum dominum; quia primo domino fit deuolutio; quia vbicunque possumus ostendere non militare casum *cap. 1. §. illud. de prohib.*
54 *feud. alien. per Federic.* semper primo domino fit deuolutio, vt ibi
55 dicetur. n. 63. Bero. *consil. 67. num. 68. lib. 1.* Gozadin. *consil. 9. num. 10.* Clarus *in §. feudum. quæst. 32. in fine*, qui dicit, quod licet reliquiæ vtilis dominii remaneant penes subinfeudantem; tamen non operantur tanquam modici momenti. Vide Conclusionem pro-
56 ximam sequentem, vbi plenius, ad quem deuoluatur. † Vide pleneIoannem Blanch. *in summa feud. titul. de illis, qui possunt rem in feu-*
57 *dum dare. cap. 4. num 11. & sequent. ver. sed licet omnes, in tractat. lib. 10.*
58 *part. 1. fol. 268.* vbi, quod licet deuoluatur domino feudum, tamen teneatur inuestire subinfeudatum, si cessat fraus. † Vide omnino Alexand. *consil. 1. Ponderatis, num. 39. & sequent. vers. non obstat etiam,*
59 *dum prælatus lib. 1.* vbi saluat multis modis quandam inuestituram de Villa S. Thomæ concessa in feudum per Ducem Borsium Ferrariæ, vti Ducem Regii, in qua concedit feudum tanquam inuestitus de dicto Ducatu Regii ab Imperatore, & tamen dicit se dominum directum; quia hoc intelligitur, quod Imperator habet directum dominium vniuersale, Dux habet directum particulare in feudis particularibus, allegat in simili Baldum *in l. 1. in fine, C. vnde cognat.* vbi idem dicit de Rege Apuliæ infeudato ab Ecclesia Romana; plures concordantes allegat, & quod isto respectu

sunt duo domini directi; vnus vniuersalis; alter particularis, & ista omnia in alio casu repetit Iason *consilio 180. columna 2. versicul. quinto pro ista parte, libro 2.* † Item potest per pactum constitui, seu 33
concedi vasallo directum dominium. Iason *dicto consilio 180. columna 2. versicul. quarto moueor, libro 2.* † Item potest vasallus ex 34
concessione feudali habere facultatem non solum subinfeudandi, sed infeudandi, & sic reseruandi sibi, & primo inuestienti directum dominium diuersis respectibus. Alexand. *dicto consil. 1. num. 17. versic. præmisso tamen non obstantibus, lib. 5.* † Item potest 35
sumi quoad subinfeudantem, vt directum dominium sit impropriū, in primo inuestiente proprium. Alexand. *dicto consil 1. numero 41. lib. 5. versic. præterea ponderanda.* Vide, *Donatio facta à donatario quando dicatur facta à primo donante, vel non. Conclus. 659.* Vide, *Imperator iura Imperij alienare non potest. Conclus. 40.* † Limita; quia 36
si moritur vasallus, qui subinfeudauit feudum antiquum, non relictis hæredibus, ad quos feudum spectet; tunc quia resolutum est ius datoris, subinfeudatio finitur, & deuoluitur feudum ad proximiores agnatos. Baldus *dicto consilio 16. in fine, versic. si autem vasallus. & consilio 265. in fine, lib. 5.* & est * communis opinio, * de qua Alexand. *consilio 15. Visis narratis, num. 9. versic. secundo modo. lib. 5.* & hanc * communem dicit etiam Clarus *dict. §. feudum. quæst. 32. num. 5. ver. sed circa huiusmodi*, vbi etiam allegat Bero. *quæst. 95. n. 5.* * attestantem de * communi, licet etiam alleget plures tenentes
contra limitationem. † Extende; quia etiam si non extent agnati, ad quos spectet, adhuc deuoluitur feudum ad dominum. 37
Bald. *d. consil. 16. in fin. vers. si autem nulli. lib. 1. & consil. 265. in fin. lib. 5.* Clarus *d. §. feudum. quæst. 32. num. 5. vers. sed circa huiusmodi.* vbi dicit, quod subinfeudatio valet in præiudicium domini, quando subinfeudatus est paratus recognoscere dominum; secus in præiudicium agnatorum, quibus non potuit præiudicare. † Extende; 38
quia si moritur subinfeudatus de feudo Ecclesiæ sine generatione, feudum deuoluitur ad Ecclesiam, & ad dominum, non autem ad subinfeudantem. Bald. *cons. 251. Nonnulli feudatarij lib. 1.* Vide, *Feudum subinfeudatum ad quem reuertatur. Conclus. 191.* † Limita 39
decem modis per Franc. Curt. Iun. *in tract. de feud. in 4. par. num. 83.* 40
& multis seqq. † Limita; quia non potest subinfeudari, vel donari 41
mulieri etiam legitimatæ, neque aliis incapacibus, etiam si non constet de inuestitura feudali, sed probaretur de antiqua possessione; quia adhuc feudum retinet suam naturam propriam feudalem. Alex. *consil. 15. Visis narratis, num. 10. & seq. ver. per prædicta etiam lib. 5.* Vide, *Alienatione prohibita quæ alienatio permittatur. Concl. 262. num. 10. & seq.*

Feudum subinfeudatum ad quem reuertatur, & deuoluatur. Concl. 191.

FEVDVM † subinfeudatum à feudatario Ecclesiæ si defe- 1
tur ob finitam generationem subinfeudati; qui vulgariter liuellarius appellatur, res liuellaria subinfeudata reuertitur ad Ecclesiam, & non ad feudatarium, qui subinfeudauit. Bald. *cons. 251. Nonnulli feudatarij. per totum, lib. 1.* sequitur Maluatic. *cons. 71. nu. 11. & seq.* vbi hoc comprobat multis fundamentis, quem omnino videas. † Contrarium, quod feudum subinfeudatum si deuoluatur ob finitam lineam subinfeudati, & sic in liuello, videlicet in emphyteusi subinfeudata, seu concessa alteri subemphyteutæ, finita linea, vel sequuta deuolutione, reuertatur ad primum feudatarium, vel emphyteutam, tenent Imol. Roman. & Alexand. 2
in l. si finita. §. si de vectigali. ff. de damn. infect. Afflict. *decis. 282. num. 15. & 16.* † Declara; quia prima opinio est verior, quando linea subinfeudati finitur, quod reuertitur ad dominum, etiam quando propter alienationem; secūda procedit, quando subinfeudatus propter delictum, & iniuriam caderet, ita Ant. Galeat. Maluatic. 3
d. consil. 71. num. 11. vsque in fin. vbi reddit rationem diuersitatis, vsque in finem. Vide, *Liuellarij qui dicantur, & quid sit liuellarium. Conclus. 399.* † Amplia, vt idem sit, quando subinfeudatus commisit delictum, quo priuatur feudo; quia etiam subinfeudatus 4
priuatur, nisi sit paratus recognoscere primum dominum. Iacob. de S. Georg. *de feud. rubr. dictis, vasalli. n. 12.* † Amplia; quia subinfeudatus tenetur adiuuare subinfeudātem, & etiam primum dominum; imo in cōcursu potius tenetur adiuuare primum supremum dominum, quam subinfeudantem. Rol. à Vall. *cons. 1. n. 76. & seq.* maxime *nu. 80. & seq. lib. 1.* Afflict. *decis. 265. ver. 30. num. 106. in fin. & 107.* Vide, *Vasallus vasalli mei an sit mihi vasallus. Conclus. 27.* 5

Vide,

Vide, *Donatio facta à donatario quando dicatur facta à primo donante, vel non. Conclus. 659.* † Limita in feudo subinfeudato per vasallum
6 seculari; quia reuertitur ad subinfeudantem, plene Surd. *cons.*
7 210. *n.* 45. allegat Afflict. *decis.* 282. *n.* 15. *& seq.* † Limita nisi contrarium sit conuentum in subinfeudatione. Bald. *d. cons.* 251. *in fi. lib.* 1.
8 † Limita, nisi cõsuetudo in loco sit, quod reuertatur ad subinfeu-
9 dantem. Bald. *d. cons.* 251. *in fin. lib.* 1. *ver solutio.* † Extende; quia imo reuertitur ad subinfeudantem, quando ex delicto subinfeudati reuertitur, si primus dominus consensit tali inuestituræ, alias secus, ita Iacob. S. Georg. *de feud. tit. dictiq. vasalli. n.* 12. vbi dicit notandum. Vide Conclus. prox. præced. † Adde, quod iura feudalia
10 habent locum etiam in feudis subinfeudatis. Bec. *cons.* 101. *n.* 64.
11 *ver. præterea.* † Et facta subinfeudatione feudi dominium directũ, seu vtile, an sit penes primum infeudantem, an penes subinfeudantem, an penes subinfeudatum. Vide, *Dominium non potest esse penes plures. Concl.* 606. *n.* 7. *& seq.*

Feudum non potest alienari sine licentia domini, & quando secus. Concl. 192.

1 FEVDVM † alienari non potest per vasallum sine licentia domini, *c. Imperialem, in pr. de prohib. alien feud. per Feder.* vbi, quod si fiat alienatio, non valet sine consensu domini, & alienans priuatur feudo. Clarus *in* §. *feudum. q.* 31. *in pr.* & repetit *in* §. *emphyteu-*
2 *si. q.* 13. & plenius infra Concl. prox. seq. † Ratio est; quia dominus non cogitur recipere alium vasallum, licut nec vasallus alium do-
3 minum. *c.* 1. §. 1. *de leg. Corradi.* Castren. *cons.* 139. *in fi. lib.* 2. † Amplia; quia neque potest in feudo vsus fructus, vel seruitus constitui sine consensu domini. Alex. *cons.* 18. *Attentis narratis lib.* 5. *in principio,*
* vbi dicit *commun. quod nec seruitus personalis potest constitui
* ãre feudali debita, prout etiam communem *dicit Clarus *in d.* §.
4 *feudum. q* 37. *per totam.* † Dicitur autem constitui seruitus, vel vsus fructus, quando conceditur perceptio fructuum rei feudalis nõ taxata, & non determinata; si vero est determinata, dicitur potius obligatio personalis, ita Alexand. *d. cons.* 18. *n.* 3. *lib.* 5. vbi dicit
* *communem, & magis *communem. † Restringe; quia in præiu-
* 5 dicium solius vasalli bene valet seruitus impolita feudo, quæ extinguitur mortuo vasallo; quia non præiudicat domino, neq;
* agnatis. Clarus *d.* §. *feudum qu.* 37. vbi dicit *communem, per to-
6 tam. † Amplia; quia nõ potest vasallus de feudo compromittere
* in arbitratorem secundum *omnes, vt per Clar. *in d.* § *feudum. qu.*
7 39. *in pr.* † Extende; quia neque poterit sine licentia domini compromittere in arbitrum; quia de qua re non potest quis libere dis-
* ponere, non potest etiam compromittere, & hanc magis *communem, & tutiorem dicit Clarus *in d.* §. *feudum. q.* 39. *ver. dicit tamẽ.*
8 † Contrarium, quod imo in arbitrum possit compromittere feudum vasallus sine licentia domini; dicit esse tex. *anc.* 1. §. *sinter. de*
* *lege Corrad.* & dicit *communem, & quod licet *c. Imperialem, de prohib. feudi alien.* prohibeat omnem alienationem; non tamen facit mentionem de compromisso; ideo non corrigit textum antiquũ
9 per verba generalia. † Declarat, vt extensio procedat, si ex compromisso feudum in alium potest transferri; contrarium, quando vasallus feudum retinet, ita Clarus *d. quæst.* 39. *in fi. verb. posset tamen.*
10 † Amplia; quia si testator instituit hæredes incapaces feudorum sine licentia domini, feudum reuertitur ad dominum.
11 Roman. *consil.* 494. *num.* 3. *in fi.* † Restringe, quando essent instituti capaces in primo testamento, & in secundo essent instituti incapaces; quia licet per secundum testamentum reuocatur primum, intelligitur, quando potest adiri hæreditas ex secũdo, alias secus; ideo hæredes capaces in primo succedent, nõ autem fit de-
12 uolutio ad dominum. Rom. *consil.* 494. *n.* 3. *in fin.* † Amplia; quia si feudum fuit subinfeudatum, non potest subinfeudatus alienare sine consensu primi domini, & non sufficeret consensus subinfeudantis. Clarus *d.* §. *feudum. q.* 32. *in fin. n.* 6. *ver. in proposito,* vbi di-
* cit *communem, & notandum; quia apud subinfeudantem non
13 sunt, nisi reliquiæ vtilis dominii. † Limita; quia potest obligare fructus, & dare commoditatem creditoribus colligendi fructus feudi. Franciscus Aretinus *consilio* 14. *Viso, & diligenter. num.* 9. *in fi.*
14 *ne, versicul. nam pro debitis vasalli.* † Limita; quia potest vasallus facere obligationem personalem alteri etiam promittẽdo aliquid de feudo certum, veluti si promittat omni anno vnum modium frumenti Titio de fructib. talis feudi; quia ex quo nõ est seruitus, neque realis præstatio, vel vsus fructus, valet. Alexand. *d. cons.* 18.
* * *num.* 3. *& sequent. lib.* 5. vbi dicit *communem, & magis *commu-
15 nem. † Limita; quia potest feudatarius, & emphyteuta prohibiri alienare, transigere, & concordare, seu pacisci super re feudali, vel emphyteutica existente penes aduersarium illam dimittendo, & promittendo non obstare, nec molestare; quia non cadit in pœnam, si non interuenit traditio. Alexand. *consil.* 168. *num.* 7.
lib. 2. plenius *consil.* 38. *Viso themate, num.* 2. *lib.* 6. † Declara; quia 16
transactio super feudo semp[illegible]t licita, quando vasallus ex transactione non transfert f[illegible]n in alium, sed retinet penes se; si vero transfert feudum in a[illegible]m, est alienatio, & non valet, & cadit, si fine consensu domini, ita Clarus *in dict.* §. *feudum. quæstio.*
38. vbi dicit *communem, & magis *communem, & citat plures. * *
† Limita; quia potest concedere fructus, & commoditates feudi, 17
donec duraturum est feudum apud eum. Alexand. *dict. consil.* 18.
num. 4. *lib.* 5. & hanc communem *dicit Clar. *in dict.* §. *feudum. quæst.* *
31. *num.* 9. *verb. successiue quæro.* † Limita; quia potest subinfeudari. 18
Vide, *Feudũ antiquũ, & nouum qualiter possit subinfeudari. Concl.* 190.
† Limita in feudo nouo; quia primus acquirens potest feudum a- 19
lienare de consensu domini in præiudicium vocatorum hæredũ. Alexand. *dict. consil.* 18. *num.* 5. *& sequent. lib.* 5. Vide, *Acquirens pro se, & filijs, an filijs possit præiudicare. Concl.* 439. † Restringe, vt non pro- 20
cedat in feudo antiquo; quia nõ potest alienari in præiudicium agnatorum etiam de consensu domini. Alexand. *d. consil.* 18. *num.*
8. *lib.* 5. vbi apostill. *in ver. præiudicare,* dat concord. † Declara; quia 21
feudatarius si promisit non diuidere, non vendere, non alienare, neque distrahere feudum, ista verba (alienare, & distrahere) sunt synonyma, & idem important, vt per Alexand. *consil* 92. *Perspectis, num.* 19. *in fine, &* 20. *versicul. non obstant illa verba. lib.* 6. † Et illa ver- 22
ba non important alienationem tacitam, & quæ sit in consequentiam delicti, prout si confiscantur bona, quando non remanet infamis, vel non committit in legem feudi; ideo si committat homicidium commune, non contra dominum, dummodo non proditorie, & non sit criminaliter condemnatus, non potest dominus prætendere feudum ad se deuolutum ex illo delicto, nec potest procedere ciuiliter ad priuationem. Alexand. *dict. consil.*
92. *num.* 18. *& sequent. ver. & videndum est,* maxime *num.* 19. *versicul.*
vel secundum Bald. lib. 6. † Limita in feudo recepto pro se, & hære- 23
dibus; quia dicitur hæreditarium, & vasallus habens tale feudum tenetur ad debita defuncti, cuius est hæres, etiam si fecit inuentarium. Alexand. *consil.* 19. *num.* 20. *& sequent. lib.* 5. Vide, *Feudatarius*
quando possit præiudicare domino in feudo. Conclus. 127. † Limita in feu- 24
do censuali; quia si soluitur census annuus pro feudo, desinit esse feudum, & efficitur res censualis, quæ non deuoluitur per alienationem. Capic. *decis.* 103. *per totam,* vbi tollit contraria. Vide
Conclus. prox. seq. Vide, *Feudum non potest alienari per vasallum, & quando secus. Conclus.* 186.

Feudum si alienatur sine licentia domini, deuoluitur ad dominum, & quando secus. Concl. 193.

FEVDVM † si alienetur per vasallum in totum, vel in parte, 1
irrequisito domino, reuertitur ad dominum, & priuatur alienans. Alexand. *consil.* 30. *Quoniam omne datum. lib.* 1. *in princip. num.*
3. *versicul. quinto Comes.* Baldus *consil.* 9. *Factum tale est, anno Domini, in*
princip. lib. 1. vbi hoc firmat, quando interuenit traditio etiam abusiua, & idem Baldus *consil.* 321. *Qui litem. lib.* 2. *& consil.* 188. *in prin-*
cip. lib. 3. *& consil.* 95. *Mortuo Gregorio. versicul. si vasallus. lib.* 3. *& consil.*
276. *Ad euidentiam, in princip. lib.* 5. Fulgos. *consil. fin. circa fin.* † Exten- 2
de maxime in feudo Ecclesiæ, prout loquitur Bald. *d. cons.* 9. *in pr.*
lib. 1. *ver. quæritur, verum,* vbi, quod non requiritur rei traditio possessionis, neque sententia, *& d. consil.* 341. *lib.* 2 *& consil.* 188. *in*
princip. ver. queritur, verum. lib. 3. *& consil.* 95. *lib.* 3. *per totum.* † Amplia, 3
vt nec feudum, quod est dignitas, & ad primogenitum spectat, possit prælegari alteri filio, quam primogenito. Oldrad. *cons.* 237.
Perlectis, in princip. vbi dicit, quod nec potest diuidi, nisi contraria sit consuetudo. Vide, *Feudum indiuiduum, & nobile quale. Concl.* 151. 4
† Amplia, vt nec possit bona feudalia legare vasallus irrequisito domino, etiam pro anima, & si faciat, reuertitur ad dominum. Alexand. *d. consil.* 30. *in princip. verb. quinto Co. lib.* 1. † Amplia; quia ne- 5
que ex causa necessitatis possit feudum alienari sine cõsensu domini. Clar. *in* §. *feudum quæst.* 31. *nu* 11. † Amplia, vt procedat priua- 6
tio, & deuolutio feudi ad dominum facta per patrem magis in præiudicium filiorum, quam in præiudicium agnatorum alienantis; quia filius non venit ad feudum, nisi hæres patris, secus in agnato Alexan. *d. consil.* 30. *num.* 17. *ver. non obstant ea, quæ. lib.* 1. Alber.
Brun. *consil.* 8. *in fine,* Zasi. *tract. feud. parte* 10. Alexand. *cons.* 10. *Visis*
dubitationibus. versicul. circa quartum. lib. 6. vbi, quod posteri descen- *
dentes priuantur ex delicto vasalli, & hanc communem *dicit, *
sed videtur loqui in delicto directe commisso contra dominum;
imo

imo in alienatione facta per patrem cum traditione sine consensu domini, vt præiudicet filio. Bald. *cons.* 276. *in pr. libr.* 5. vbi recitat opiniones, & dicit hanc de consuetudine seruari. † Extende; quia filius, & quicunque est hæres alienanti, non potest petere feudum alienatum, & deuolutum ob alienationẽ; quia quem de euictione tenet actio, eundem repellit exceptio. *l. vendicantem. ff. de euict.* Castrens. *cons.* 207. *Dico dictum Bart. in pr. lib.* 1. † Extende; quia licet alienatio feudi antiqui non noceat agnatis, bene nocet liberis alienantis, sicut si deuoluitur ex quocunque delicto; quia delinquens, & alienans bene præiudicat descendentibus delinquentis, & alienantis *c.* 1. *§. si vasallus. si de feudo fuerit controuers.* Castr. *dict. cons.* 207. *circa pr. ver. secundo repelluntur. lib.* 3. † Declara; quia si inuestitura feudi antiqui est facta pro alienante, & liberis, ita quod eius liberi sint vocati in inuestitura; tunc ipsi possunt venire contra alienationem patris, vel descendentis, cum sint nominatim inuestiti; si vero de eis non fit mentio, ita quod ad eos vadit, vt hæredes, vel fit mentio de eis, vti hæredibus, non possunt venire contra, sed deuoluitur ad agnatos, si extant; si vero non extant, ad dominum feudi. Castr. *consil.* 207. *circa med. & per tot. ver. hoc tamen vera. lib.* 2. † Amplia nedum in alienatione, sed etiam in cessione; ideo si feudatarius decimarum etiam litigiosarum, quas habuit in feudum ab Ecclesia, illas cedat cum constituto, & promissione de non contraueniendo, priuatur, nec excusatur prætextu, quod esset litigiosum, & non fecerit traditionem possessionis. Bald. *cons.* 341. *Qui litem. lib.* 2. vbi, quod alias fieret fraus, & *consil.* 341. *Qui litem. lib.* 2. † Amplia, vt in tantum priuetur vasallus alienans feudum, quod priuatio fit ipso iure, si irrequisito domino fecit. Alex. *cons.* 124. *Omissis superfluis, in pr. lib.* 1. Sign. *consil.* 251. *In quæstione, in pr.* 6. *Imperialem.* §. *Callidis. de prohib. feud. alienat. per Fed.* Alex. plenius *cons.* 150. *In causa. n.* 15. *ver. item si prædicta. lib.* 6. Clar. in §. *feudum qu.* 31. *num.* 6. *ver. cum enim vasallus*, & allegat ibi ipsum in §. *emphyteusi. quæst.* 13. *versi sed quid si emphyteuta.* † Extende; quia in tantum cadit ipso iure, vt non requiratur declaratio domini, sicut in emphyteusi. Alexand. *consil.* 150. *num.* 6. *libr.* 6. vbi, quod in feudo non reperitur iure cautum. † Contrarium tenet apostill. ad Alexand. *d. cons.* 150. *num.* 16. *lib.* 6. *in ver. requiratur*, & contrarium tenet ipse Alexan. *consil.* 27. *Viso themate. num.* 4. *ver. quantum vero ad secundum dubium. lib.* 6. vbi apost. in *ver. volente*, citat infinitos conc. pro hac parte, quæ verior. † Extende; quia dominus feudi alienati potest alium inuestire, & valebit inuestitura. Sign. *d. cons.* 251. *in princ. ff.* Vide, *Declaratio an requiratur contra ipso iure priuatum. Cõcl.* 98. Ampl. † vtnec per receptionem affictus feudalis censeatur facta reinuestitura feudi. Alex. *consil.* 30. *Visis dubitationibus. num.* 10. *verb. & dicta pœna lib.* 6. & latius *cons.* 13. *col. fi. eod. libr.* vbi declarat, dummodo dominus ignorasset deuolutionem, quando recepit affictum. † Amplia; quia neque potest feudum sine licentia domini vendi, neque in pignus dari, vel obligari, & si fiat contrarium, non acquiritur ius aliquod habenti in pignus. Sign. *d. cons.* 251. *n.* 3. *ver. venio ad secundum.* † Amplia; quia feudatarius, qui recognouit feudum trium castrorum, quæ habebat à ciuitate; quia illa vendidit ciuitati, & ciuitas ipsum iure feudi inuestiuit cum pacto, quod etiam castra per eundem inuestitum, & hæredes acquirenda essent feudalia; si postea acquirat alia castra, & illa de nouo empta vendat sine consensu ciuitatis, deuoluuntur ad ciuitatem. Bald. *cons.* 337. *In primis videndum est, in pr. libr.* 1. vbi, quod est speciale in Ecclesia & ciuitate, quod ex sola recognitione acquiratur Ecclesiæ, & ciuitati dominium. † Declara, vt non procedat in aliis, quam in Ecclesia, & ciuitate; quia sola recognitio sine traditione, vel nisi inuestitura sit facta in re, vel in conspectu rei; vel nisi recognoscens feudum posset, & ficte possessionem in dominum transferret, nõ probaretur feudum, & consequenter non deuolueretur ob alienationem. Bald. *d. cons.* 337. *in prin. vsque ad n.* 9. *libr.* 1. † Restringe, vt neque procedat in Ecclesia, & ciuitate quoad hæredes inuestiti acquirentis noua castra, licet etiam primus inuestitus pro se, & suis hæredibus recognouerit in feudum castra acquirenda per eum, vel eius hæredes; quia si alienentur acquirenda per hæredes, non cadunt in commissum; quia dominium ex contractu acquiritur Ecclesiæ, & ciuitati, & sic ex sola recognitione; non tamen ex quasi contractu; & ideo hæres, qui quasi contraxit, non cadit. Bald. *d. consil* 337. *n.* 11. *ver. venio ad secundum. libr.* 1. † Amplia, etiam si alienauit feudum, & postea illud recuperauit; quia adhuc deuoluitur ad dominum. Franc. Aret. *cons.* 14. *Viso. & diligenter. column.* 3. *nu.* 5. *verb. quinimo.* allegat textum in *cap.* 1. *quid iuris sit si vasallus post alienationem feud. recup.* & communem * dicit Clar. in §. *feudum. qu.* 31. *nu.* 6. *ver. sed quid si vasallus*, vbi reddit rationem; quia cum ceciderit ipso iure, ius est quæsitum domino eo ipso, quod alienauit, & tradidit possessionem, vt supra *num.* 11. † Amplia in tantum feudum deuolui domino ob alienationem factam, eo non requisito, vt neque teneatur dominus emptori ad pretium. Bald. *cons.* 337. *n.* 9. *ver. sed quæritur. libr.* 1. † Extende, vt neque prætium teneatur restituere emptori vendens, quando emens sciebat rem feudalem, nisi contrarium sit conuentum, Bald. *d. consil.* 337. *num.* 9. & 10. *verb. sed nunquid dictus. lib.* 1. vbi secus, si ignorauit. † Extende; quia emptori nullum ius acquiritur, si dominus non vult. Signorol. *d. cons.* 251. *nu.* 3. *ver. venio ad secundum.* † Amplia; quia recognoscens, & habens plura castra in feudum sub vna inuestitura, quæ tanquam vnica infeudatio reputatur, si alienat vnum castrum, cadit ab omnibus, non requisito domino. Bald. *d. consil.* 337. *n.* 8. *ver. omnibus consideratis. libr.* 1. † Declara tamen, vt imo deuolutio habeat locum solum in parte alienata, videlicet in castro alienato, ne pœna legis delictum excedat, & istam partem æquiorem dicit Bald. *d. consil.* 337. *sub num.* 8. *lib.* 1. † Amplia; quia alienans feudum inter viuos, & in casu licito, prout in agnatis, mortuo alienante & sic resoluto iure datoris resoluitur etiam ius acceptoris. Bald. *cons.* 313. *Quo ad primum, in fi. lib.* 5. Vide, *Resoluto iure datoris resoluitur ius acceptoris, & quando. Concluſi.* 172. *numer.* 19. *& seq.* † Amplia; quia recognoscens feudum ab Imperatore, vel alio domino, si inscio domino recognoscit idem feudum ab alio, cadit, & priuari potest; sicut alienans. Vide, *Feudum ex quibus delictis deuoluatur. Concluſi.* 197 *num.* 19. *& seq.* † Non tamen transfert directum dominium, neque ciuilem possessionem in recognitum, quia illa non habet. Vide, *Feudi deuolutio quando fiat ipso iure, vel per sententiam. Concl.* 200. *num.* 17. *& seq.* † Item recognitus non habet vtile dominium, quia illud retrodedit recognoscenti. Bero. *cons.* 74. *numer.* 7. *libr.* 1. † Declara tamen, quia penes recognitum remanent reliquiæ directi dominii. Bald. in *cap. cæterum, de iudic.* quia diuersis respectibus potest idem dominium esse penes plures. Io. Fabri. *Instit. de locato. §. adeo.* Curt. Iun. *tract. de feud. in* 4. *par. princ. nu.* 83. Io. Bologne. *cap.* 1. *§. ex contrario. nu.* 121. *cum seq. de inuestit. dere alien. facta.* Bald. *cons.* 16. *Facti euidentia. lib.* 1. † Amplia vt procedat, etiam si feudatarius patiatur feudum præscribi ab alio, quia videtur se facere absentem à feudo, & illud alienare patiendo possidentem præscribere, plene Alexand. *cons.* 92. *Perspect is. n.* 24. *& seq. ver. venio ad sextum. li.* 6. † Declarat Alex. procedere, quando super præscriptione esset lata sententia contra feudatarium, sed si non est lata sententia, dicit, quod est tacita alienatio, quæ non operatur caducitatem, & quia in delictis, per quæ confiscatio fieri debet, vt dominus possit prætẽdere deuolutionem, requiritur sententia, & condemnatio. Alexan. *d. cons.* 92. *nu.* 25. *& seq. verb. tamen ad hoc. libr.* 6. † Et ideo si dominus tanquam ignorans præscriptionem recuperaret à præscribente, non tenetur feudum recuperatum restituere feudatario per præscriptionem, vel delictum priuato. Alex. *d. cons.* 92. *nu.* 24. *& se. lib.* 6. † Declarat Alexan. *d. cons.* 92. *num.* 25. *& seq. lib.* 6. *ver. tamen.* hoc procedere, quod non teneatur dominus, qui recuperauit feudum, restituere feudatario, quando contra eum erat lata sententia, alias secus, quia tunc bene tenetur restituere. † Declarat apostil. ad Alex. *d. cons.* 92. *n.* 24. *libr.* 6. *in verb. restituere.* quia si feudum non poterat alienari, tunc dominus pro se retinet, & recuperat, si vero poterat alienari, solum potest exigere iura feudalia ab eo, qui præscripsit, & non recuperat, si præscribens recognoscit. † Limita in feudo francho, & libero, pro quo nullum seruitium domino debetur, quia tale feudum potest alienari, & legari etiam Ecclesiæ. Alex. *cons.* 30. *Quoniam omne datum, in pr. lib.* 1. *n.* 4. *verb.* 7. *considero.* † Limita, quando fieret compromissum per feudatarium, quia censetur factum quoad commoditatem, non quoad proprietatem, ideo valet compromissum. Bal. *cons* 274. *Non reuocando lib.* 5. *in pr.* † Limita in feudo auito, vel paterno, aut antiquo, quia per alienationem factam à vasallo non priuantur alii agnati vocati; quia imo excludunt dominum. Cur. in *d. tract. feud. part.* 5. *conc.* 4. Iacob. de S. Geor. in *tract. feud. ver. cum pacto de non alie. col.* 8. *ver. sed quæro.* Alber. Brun. *cõs.* 306. *in pr.* Alex. *cons.* 30. *n.* 13. *ver. fortius tenuit. lib.* 1. Bald. *cons.* 16. *Facti euidentia proponitur. lib.* 1. *in pr.* Cast. *cons.* 207. *Dico d. Bart. in pr. verb. secundo repelluntur. lib.* 2. Vide, *Feudum antiquum per alienationem deuoluitur ad proximiorem, & quando. Concl.* 194. † Extende, siue alienatio fiat in contractibus, siue in vltima voluntate. Alex. *d. cons.* 30. *n.* 13. *ver. ex quibus. lib.* 1. vbi dicit * communem. † Restringe, vt ad agnatum non deuoluatur, si alienationi consensit. Alex. *d. cons.* 30. *n.* 13. *ver. pro hoc facit. lib.* 1. † Limita; quia feudum non perditur per alienationem, quando non est facta traditio possessionis. Alex. *d consil.* 30. *Omne datum. n.* 14. *ver. pro hoc facit. lib.* 1. late Tiraq. *de retract. §.* 1. *gl.* 2. *n.* 43. *cum seq.* Alex. *cons.* 76. *In causa, & lite. n.* 6. *ver. vnde videmus. libr.* 7. Bald. *cons.* 9. *in princ. lib.* 1. & *cons.* 215. *Proponitur, quod n.* 3. *verb. item nec transtulit. lib.* 2. *& cons.* 276. *Ad euidentiam, in pr. lib.* 5. *& consil.*

363. *Quidam nobilis, in princ. lib. 5.* Clar. in *§. emphyteusis. quæst. 3.* & plenius in *§. feudum. quæst. 31. in princip. num. 5.* vbi dicit * communem,
42 quando alienatio fit saluo iure domini. † Restringe in incorporalibus, prout in feudo iuris decimandi; quia sufficit sola cessio, quæ habetur loco traditionis. Bald. *cons. 341. in fin. lib. 2. ver. nec dicat*
43 *aliquis.* † Limita, quando alienatio esset facta simpliciter sine traditione; quia tunc non deuoluitur. Bald. *cons. 482. Magnifici viri. n. 9. verb. quartus passus est. lib. 1. & cons. 215. n. 3. ver. item nec transiuit lib.*
* 2. communem * dicit Clar. *d. §. emphyteusis. q. 13. in pr. & in §. feud. q. 31. num. 3. ver. sed nunquid.* Iser. *in c. 1. ver. fuit conuentum. nu. 6. de prohib.*
44 *feudi alienat per Federicum.* † Et procedit limitatio, etiam si traditio esset facta per constitutum, & sic ficte; quia adhuc cadit secundũ
* * communem, de qua Clar. *d. § feudum. q. 31. nu. 4. ver. sed quid si non*
interuenit, licet ipse dicat contrariam opinionem sibi magis pla-
45 cere; quia est æquior. † Limita, etiam si interuenisset traditio post alienationem, vel in ipsa alienatione; quia si dominus feudi ex certa scientia inuestiuit de nouo, euitatur caducitas. Bald. *d. cons. 482. n. 9. vers. quartus passus. lib. 1.* vbi, quod secus est, si inuestitura esset per errorem, & *consil. 215. n. 3. ver. in contrarium*, vbi, quod si dominus alienationem ratam habuit, feudum nõ deuoluitur. *lib. 2.* Præposit. *in cap. 1. in princip. n. 4. vers. quo tempore miles.* Iacob. de Belui. Bal. Aluarot. & alii in *c. Imperialem. §. insuper, de prohib. feud alien.*
46 *per Feder.* Alban. *cons. 135 num. 2.* † Limita, quando alienatio est facta per institutionem hæredis in coniunctam personam; quia saltem quoad vtile dominium valet, quod in dubio legatum censetur. Oldrad. *cons. 270. in prin.* † Limita, quando alienatio esset facta accedente consensu domini, & non alias, aliter, ne calio modo; quia etiam sequuta traditione vera, vel ficta non cadit, com-
47 * munem * dicit Clarus in *d. §. feudum. q. 31. n. 5. & seq. vers. bene verum*, vbi, quod talia verba sunt resolutiua alienationis. Bald. in *cap. 1. §. denique, que fuit prima causa benef. amitt. & in l. siquidem. C. de exception.* Gozadin. *cons. 15 num. 9.* Clar. in *d. §. emphyteusis. q. 13. num. 5. ver. item*
* *quæro*, vbi dicit * communem, & in *d. §. feudum. quæst. 31. num. 5. verb.*
48 *item quæro*, vbi dicit * communem. † Restringe secus esse, quando alienasset reseruato consensu domini; quia si deuenit ad traditionem veram, vel fictam, cadit; quia protestatio est contraria facto,
* nec releuat, communem * dicit Clarus *d. §. feudum, quæst. 31. num. 5.*
☞ *verb. item quæro*, vide in limitatione infra proxime sequ. Vide, *Emphyteuta non potest vendere emphyteusim sine consensu domini. Concl. 207.*
49 *num. 86. & seq.* vbi plenius. † Limita, quando alienatio feudi esset facta sub conditione, *si Nauis ex Asia venerit*, vel *si dominus consenserit*; quia tunc consensus nihil ponit inesse, ita Bald. *cons. 9. Factum tale est. anno Domini, lib. 1. in pr. ver. cum autem non adest consensus, & n. 3. ver. si vero dicatur. & cons. 188. n. 1. vers. cum autem. lib. 3.* supra proxi-
50 me. *nu. 46. & 47.* † Declara, nisi deuentum fuerit ad traditionem possessionis feudi sub conditione alienati; quia etiam si traditio fit de facto, aperitur feudum, vt reuertatur ad dominum. Bald. *d. cons. 9. n. 1. circa fi. vers. dicet aliquis. lib. 1.* quod duplicatur *cons. 188. lib.*
51 *3. & cons. 95. Mortuo Gregorio per tot. lib. 3.* Clar. in *d. §. emphyteusis. qu.* 13. *& in §. feudum. quæst. 31. in princip. num. 5.* † Ratio est; quia ex quo deuenit ad traditionem rei, videtur solum apposuisse conditionem ex equutioni, non substantiæ. Bald. *cons. 478 n. 2. verb. & insu-*
52 *per considera. lib. 1 iuncto ver. in contrarium. n. 1.* † Extende declarationem, vt procedat, etiã si traditio fuerit facta sub cõditione, quando constat de fraude, vt quia recepit pretium in alienatione; quia non releuat protestatio dolosa, quæ bene cantat, & male ruspat, ita Bal. *d. cons. 9. n. 1. in fi. ver. dicit aliquis. lib. 1.* & duplicatur *cons. 188.*
lib. 3. & cons. 95. lib. 3. & in dictis consiliis reddit rationem; quia sola traditio alimina, & de facto alteri cõcessa inducit priuationem;
53 quia ex dolo procedit. † Restringe declarationẽ, vt licet ex fraude adhibita vasallus alienans non excusetur, tamen feudum ipso iure non aperitur, sed requiritur sententia parium curiæ, vbicunque feudum ad dominum reuertitur ob fraudem, vel feloniam. Bald. *d. cons. 9. nu. 2. ver. or. ad intelligentiam. lib. 1.* quod duplicatur.
54 *lib. 3. cons. 188.* † Cõtrarium tenet Bald. recitans suam opinionem, *d. cons. 9. n. 3. in fi. ver. mihi sinaliter. lib. 1.* licet *num. 4.* fateatur esse dis-
55 putabile. † Limita in alienatione facta per minorem sine decreto; quia venditio nõ tenet ratione ætatis; ergo non cadit in commissum. Bald. *d. cons. 9. Factum tale est, anno Domini. col fi. n. 5. lib. 1. ver.*
56 *nunquid minor.* † Limita, quia si dominus feudi scit venditionem, & patitur, censetur consentire. Clarus in *d. § feudum. quæst. 31. in fi.* vbi vult, quod sciat, & patiatur per annum, non si minori spatio
* temporis, sed dicit communem * esse, quod si dominus scit, & patitur, quod non cadit, & citat plurimos de communi attestantes.
57 † Extende magis, si dominus consentit, & inuestit emptorem, quia non potest venditor venire contra suam venditionem. Sig.
☞ *consil. 251. num. 5.* Vide, *Feudum non potest reuocari, neque alterari. Conclusio. 110.* † Limita, nisi adesset consuetudo generalis quod feuda possent alien[illegible] consensu domini, quæ consuetudo valet etiam contra Ecc[illegible], quando non esset damnosa Ecclesiæ in laudemio, & aliis. Bald. *dict. consil. 9. colum. fin. numer. 6 verb. surgit hic nouum dubium. libr. 1.* communem * dicit Clar. *dict. §. feud. quæst. 31. * numer. 12. verb. quæro nunc*, vbi, quod imo est magis * communis. *
† Limita in alienatione ficta, Alexand. *consilio 92. numer. 27. lib. 2.* 59
† Limita, nisi de natura inuestituræ, & feudi esset alienabile ad 60
quoscunque, quod esse potest. Calderin. *consil. 314.* alias *11. de feudis. per totum.* vbi licet sit contra naturam feudi de iure communi; non tamen est contra substantiam feudi; ideo valet inuestitura hoc modo facta. † Veluti, si dicat, *pro se, & quibus dederit*, Clar. in §. 61
feudum. quæst. 31. nu. 8. † Limita, quando alienatio feudi esset facta 62
cum pacto de retrouendendo, & ageretur de excludenda filia vocata ad feudum; quia non deuoluitur. Bald. *dict. cons. 215. num. 3. ver. item pactum retrouendendi. lib. 2.* † Limita, quando alienatio feu- 63
di antiqui fieret agnato sine consensu domini; quia non deuoluitur ad dominum, ex quo fit in personam nõ prohibitam. Bald. *cons. 282. Proponitur. quod nobilis. num. 2. in fi. lib. 5.* vbi dicit * commu- *
nem opinionem. Alex. *cons. 19. Circa primum nu. 13 lib. 6.* vbi plena
apost. dat cons. † Extende; quia feudum licet non possit alienari, 64
vel legari, bene potest legari confeudatario. Alex. plene *d. cons. 19. Circa primum. n. 13. lib. 6.* vbi citat plurimos & apost. in *ver. confeudatario*, dat concordantes. † Extende; quia feudũ antiquum quoad 65
confeudatarios potest diuidi, neque poterunt conqueri filii diuidentium; quia in confeudatarium non prohibetur alienatio. Alex. *cons. 30. n. 5. & 6. lib. 6.* intelligas vt sup. *ver. Feudum an possit diuidi, & quid operetur diuisio. Concl. 189. n. 13. & 14. ver. declara.* † Et quod 66
dicitur de feudatariis, quod possint inter se diuidere, & alienare, procedit etiam in liuellariis, & conducentibus in emphyteusim. Alex. *cons. 176. In causa, & lite, in fi. lib. 6.* vbi dicit magis * commu- *
nem. † Limita, quando contractus alienationis nullus; quia licet 67
sit deuentum ad traditionem fictam; tamen nõ cadit, ex quo annullato instrumento, annullatur etiam constitutum. Clar. in *d. §. feud. q. 31. in prin.* secus, si tradat de facto. *nu. 2. ver. sed quæro.* † Limita, 68
quãdo contractus alienationis est ex causa necessaria puta occasione obsessionis belli, vel metus; quia non cadit; quia fuisset cõpulsus dimittere feudum. Castr. *cons. 317. num. 2. ver. quia imo lib. 2.*
† Restringe; quia regula est in contrarium, quod non excusatur 69
ex causa necessaria secundum * communem, de qua Clar. *d. §. feu- *
dum. quæst. 31. num. 11. ver. pone, vasallus, vbi, quod de rigore est vera; sed tamen si vasallus fame periret, posset compelli dominus, vel ad dandam licentiam, vel ad emendum. † Limita; quia feudata- 70
rius si alienat solam partem feudi, cadit à parte alienata, non à toto, & ita communiter * tenere antiquos Doctores dicit Bald. *cons. * 341. circa med. lib. 2.* & commun. * dicit Clar. in *d. §. feudum q. 31. n. 7. **
ver. sed pone, hanc partem tenet Castr. *d. cons. 317. Super primo. in prin. lib. 2.* allegat text. in *c. 1. de vasall. qui contra consti. Lotharii. in vsib. feud.*
glos. *in c. Imperialem. §. callidis. de prohib. feudi alien. per Feder. in ver. amittant.* pleniss[illegible] Francisc. Aret. *cons. 14. Viso diligenter num. 5. vers.*
vbi est videndum. allegat rationem; quia *dict. cap. Imperialem de prohib.*
feudi alienat. procedit interpretando legem Lotharii, quæ partem alienatã deuoluebat; ergo lex interpretans debet regulari ad ter- 71
minos legis interpretatæ. † Extende, vt procedat, siue alienatio 72
fiat de parte feudi, de quo est inuestitus vnica inuestitura, siue de vno feudo ex pluribus inuestituris; quia solum cadit à parte alienata, non à toto feudo, & minus à diuersis feudis separatis. Castr. *dict. consil. 317. in princip. lib. 2.* † Contrarium dicit Bald *dict. cons. 341.* 73
tenere aliquos modernos. *lib. 2.* ratio est; quia peccatur in dominum, & materia est indiuisibilis ratione peccati. Alexand. *cons. 30.*
in princip. num. 3. lib. 1 cum aliis supra in princip. † Declarat Bald. *in cap.* 74
1. de vasall. qui contra consti. Lotharii, quia si alienatio fit in contemptum domini, vel non, vel si persona alienans excusetur ex veri-
simili ignorantia, vel non, aliqui tenent, quod de rigore cadit in totum, sed de æquitate cadit pro parte tradita; sed Aret. in *d. consil.*
14. colum. 2. in fi. recitatis declarationibus tuetur, quod solum par- 75
te alienata cadit, & hanc * communem, & plures * de communi * *
citat Clar. *dict. §. feudum q. 31. dict. ver. sed pone num. 7.* † Declara, quia 76
feudatarius, & emphyteuta priuantur feudo, & emphyteusi, alienant sine consensu domini, quando scienter faciunt; secus si ignoranter, vt quia ignorant rem feudalem, vt quia successerunt
in ius alterius. Roland. à Valle *consil. 66. per totum. maxime num. 15.*
& sequent. lib. 3. plene Abbas *consil. 3.* Nitar. *colum 5. in fi. vers. sed iis* 77
non obstantibus. lib. 2. † Declara; quia ita demum priuatur ob alie-
nationem, si dominus voluerit, prout in emphyteusi. Thobias Nonius *consilio 18. numer. 5.* & in feudo Ruin. *consilio 2. numer. 7. lib.*
1. vbi, quod non impeditur dominii translatio in emptorem, donec

donec dominus declarauerit, vel nisi lapsum esset tempus petendi, & obtinendi inuestituram intra annum, & diem, plene Alex. *consil.27.n.4.lib.6.* vbi apostil. in verbo, *volente*, citat infinitos concordantes. † Et ideo requiritur declaratio animi domini, quod velit feudatarium priuari, alias sine declaratione nō priuatur, etiam si ipso iure esset priuatus. Alex. *consil.92. Perspectis.n.22.& seq.ver.& posito quod lib.6*, vbi loquitur, etiam quando vendidit, & possessionē emptori tradidit; quia licet sit ipso iure priuatus; quia facit se alienum; tamen requiritur declaratio domini. Alex *d. consil.27.n.4.ver. quantum autem ad secundū, lib.6.* † Limita; quia per generalem alienationem omnium bonorum, quæ alienans habet in tali loco, nō censentur alienata bona feudalia ad hoc, vt alienans cadat ab eis; quia in generali sermone non veniunt prohibita, & per quę cadet quis in pœnam, communem *dicit Clar. *d. § feudum, q.31 n.10. ver. in proposito.* sed tamen dicit non excusari alienantem à restitutione pretii pro rata, si bona non possunt totum importare, & est dictum æquissimum. Vide conclusionem proximam præcedentem, cum pluribus conclusionibus infra proxime sequentibus. † Limita in feudo concesso pro se, & quibus dederit; quia potest alienari sine consensu domini, & non cadit alienans in pœnam. * Clarus *in d. § feudum, q.31.n.8. ver. vlterius quæro*, vbi dicit *communem, & in § emphyteusis, quæst.13.*

Feudum antiquum per alienationem deuoluitur ad proximiorem agnatum, & quando secus. Concluſ. 194.

1 ¶ Evdvm † antiquum, vel paternum si alienatur per vasallum in extraneum, deuoluitur ad proximiorem agnatum, si intra annum reuocauerit alienationem à die sciētiæ, & petierit inuestituram à domino. Bald. *consil.16. Facti euidentia proponitur, in pr. lib.1.* per tex. *in cap.1.§. Titius filios. si de feudo def. cont. sit inter domin.* Alex. *consil. 30.n.13. ver. fortius tenuit, lib.1.* Albert. Brun. *consil.306. in pr.* Iacob. de sancto Georgio *in tractat. feud. vers. & cum pacto de non alienan. col.8. ver. sed quæro.* Curt. in *tract. feud. par.5. concl.5.* & Bald. *consil.170. Ad euidentiam, in pr. lib.2.* vbi quod non valet talis alienatio. idem Bald. *consil.198. Quod consentiente, in pr. lib.3.* & hanc communem *in feudo antiquo dicit, & verissimam Soc. Iun. *consil.77.n.121. lib.1.* incip. *Lis in præsenti cōsultatione*, vbi dicit *communem, & magis communiter approbatam, & idem repetit *consil.112.nu.2. lib.2.* sequitur, & refert Clar. in *§. feudum, qu.66. per tot.* & *communem dicit Ferret. *consil.196.nu.5.* † Contrarium tenet Bald. *consil.276. Ad euidentiam. in pr. ver. aut habeat agnatos, lib.5.* vbi recitat tenentes pro vtraque; sed tamen dicit hanc veriorem, & de consuetudine seruari, & hanc *communem, & veram dicit Aretin. *consil.14. Viso, & diligenter considerato. nu.11. verb. venio ad secundum*, vbi, quod deuolutio, & priuatio ipso iure incurritur, & tollit omnia contraria. † Declara; quia tres sunt opiniones, quas refert Clar. in *§. feudum, quæst. 66. num.7. verb. sed quid si vasallus*, vbi, quod aliqui tenent, quod deuoluitur domino, non autem agnatis, & quod est communis *opinio: aliqui tenent, quod nocet filiis, & descendentibus alienantis, non autem agnatis trāsuersalibus vocatis, & dicit pariter *communē. 4 † Tertii distinguunt inter feudum nouum & antiquum, nouum deuoluitur ad dominum, antiquum deuoluitur ad agnatos, & citat plures de communi *attestantes, & dicit esse approbatam per omnes, & satis bene ratione substinetur, & quod est clara & expedita conclusio, & quod ab ea nullus discrepat, in vtroque capite defendit, & dicit etiam magis *cōmunem, & illam tuetur, & dicit se ita consuluisse, quando feudum non potest alienari. † Extendit etiam, siue alienatio sit facta inter viuos, siue in vltima voluntate, & per viam legati, & dicit *communem Clar. in *d. q.66. col.fi. sub n.7. ver. & hac concl.* † Declara; quia imo quando alienatio est facta extraneo, agnatus reuocat feudum, etiam nō soluto pretio, & intra triginta annos; si vero alienatio est facta alteri agnato, bene verum est, quod reuocatio fit solum intra annum, ita declarat Ferret. *consil.196.n.6.* vbi alios allegat, & plenius Clarus in *§. feudum, q. 4.n.10. ver. sciastamen.* vbi dicit *communem, & citat plurimos, & 7 nu.11* reddit rationem differentiæ. † Declara plenius totam hanc materiam, quādo feudum ob alienationem, vel delictum deuoluatur ad dominum, vel ad agnatos, seu vocatos; & dicas, si feudum est nouum, deuoluitur ad dominū; si vero est antiquum, distinguitur, quia si offendit dominum, & deliquit in personā domini scienter, & deuoluitur ad dominum, nisi studiose fecisset, vt priuaret agnatos; aut qa alienauit sine domino, vel alias deliquit extra personam domini, & deuoluitur ad agnatos. Abbas *consil.3. Nitar. col.6 post med.* sub *n.5. ver. sed præsupposito, lib.2.* alias in ordine 8 12. vbi etiā recitat plurimas distinctiones, sed hanc dicit *cōmunem, & veram, nisi aliter inuestitura loquatur. † Et hæc deuolutio, quando fit ad fauorem domini, fit ipso iure; quando vero fit ad fauorem vocatorum; non fit ipso iure, sed quatenus vocati reuocent intra annum, si alienatio est in extraneum. Clar. in *d. § feudum. quæst.42. in pr. & nu.9. & 10.* vbi dicit * communem, & * citat plurimos. † Declara, quia multum est controuersa ista opinio, an feudum antiquum ob alienationem factā irrequisito domino deuoluatur ad dominū, vel ad proximiorē agnatum, prout 9 refert varias opiniones Francis. Aret. *d. consil.14.n.5. col.2. verb. nec est opus*, vbi tamen dicit esse differentiam, licet Doctores confundāt, an priuetur ob alienationem, an ob delictum, *& n.12.* dicit, quod secundum aliquos, si dominus inuestiat filium alienantis, valet alienatio, si agnati, ad quos deuoluitur, consentiant, alias non; sed ipse contradicit, & tandem *n.13. & 14.* concludit; quod magna est ratio, quod filius etiam simpliciter vocatus ad feudum nō potest repudiare hæreditatem patris, & velle habere feudum, nisi quando est feudum regale, vel Marchiæ, & Ducatus, & disputat, sed nō firmat pro absoluto. † Declara plenius totam hanc materiam, vt 10 plene per Clarum in *d. § feudum, q.42.n.4. & seq. ver. hoc promisso.* vbi distinguit quatuor casus: prim⁹ est, quādo vasallus alienat in agnatum proximiorē, qui erat in feudo successurus post mortem alienantis; & tunc alienatio nō reuocatur, sed valet; quia nihil præiudicatur agnatis; secundus casus est, quando fit alienatio in agnatum remotiorem, & distinguitur, quia si alienans habet filios, filii possunt reuocare feudum alienatum viuo etiam patre, dummodo reficiant pretium emptori, sed mortuo patre reuocantes non tenentur reficere pretium; si vero nō habet filios, agnati, ad quos deuoluitur, reuocant tam viuente alienante, quam eo mortuo, & nullo casu restituunt pretium emptori, nisi alienatio esset facta in casu permisso; quia tunc etiam agnatus restituit pretium emptori; si reuocat viuente alienante, *c.1. §. Titius filios. tit. si de feudo defuncti cont. sit.* ita Clar. *d. qu.42.n.5.6. & 7.* vbi *n.8.* dicit, quod si concurrunt filii alienantis, & agnatus in reuocatione feudi alienati, quod præfertur filius agnato, quando alienatio fuit facta in casu permisso; si vero fuit facta in casu reprobato à iure; tunc agnatus præfertur filiis alienantis, & vide rationem diuersitatis ibi; tertius casus est quando alienatio feudi est facta in extraneum, videlicet non vocatum in inuestitura; & idem iuris est in totum, prout in secundo casu; quia reuocant filii, & agnati, eodem modo, quo in secundo casu; vna sola est differentia; quia si alienatio est facta in agnatū remotiorem, debet reuocatio fieri intra annum à die sciētiæ; si vero est facta in extraneū, potest reuocari intra triginta annos, communem & magis * communem dicit Clarus *d.q.42.n.9.* * 10. & 11. vbi reddit rationem, & citat plurimos; quartus casus est, quando vasallus alienat in agnatum remotiorem de consensu agnati proximioris; quia nō præiudicat agnatis mediis, quin possint reuocare, & licet alleget pro vtraque *n.13.* tamen dicit magis * cōmunem pro ista parte. † Amplia, vt procedat, etiam si alienatio 11 fuisset facta in agnatum remotiorem; quia adhuc deuoluitur ad proximiorem agnatum, *c.1. de alien feud. patern.* Bald. *d. consil.16. in pr. ver. item sub regula, & consil.170. in pr. lib.2.* qui loquitur, siue ex testamento, siue ex contractu, & dicit valere alienationem viuente vasallo alienante, sed eo mortuo secus, & hoc idem tenet, quod non valeat in præiudicium remotioris agnati, *consil.198. lib.3.* † Amplia, 12 siue alienatio fiat in extraneum, vel agnatum remotiorem inter viuos, vel in vltima voluntate, Alex. *consil.30. Quoniam omne datum, n.17. ver. ex quibus. lib.1.* Bald. *d. consil.170. in pr. lib.2.* † Extende, etiam 13 si dominus feudi consenserit; quia requiritur etiam consensus agnatorum, de quorum præiudicio agitur. Bald *d. consil.198. lib.3. & consil.303.n.2. lib.5.* † Intellige, vt per Bald. *consil.276.n.2. lib.5.* quia si a- 14 lienans de consensu domini habet filios, agnati præferuntur soluto pretio in vita alienantis; si vero non habet filios; valet alienatio ad vitam alienantis, postea mortuo alienante recuperatur per agnatum sine pretio. & vide, & declara, vt supra *n.6.* † Amplia, vt 15 deuolutio feudi alienati fiat ad proximiorem agnatū ordine successiuo, videlicet; quia si primus in ordine nō reuocauerit alienationem intra annum, deuoluitur ad secundum, & sic deinceps ordine successiuo. Bald. *d. cōs. 16. in pr. ver. consequens igitur, lib.1. & consil. 265. circa med. ver. an posit, lib.5.* † Extende dictas ampliationes, vt 16 procedant, etiam si alienatio feudi antiqui in extraneū esset facta de consensu domini, non consentientibus agnatis proximiorib⁹, quia adhuc poterit proximior recuperare feudum alienatum rei vendicatione. Bald. *d. cōs. 16. in pr. ver. regula datur, lib.1. & consil.198. li. 3. & consil.303.n.2. li.5.* † Imo etiā si esset facta alienatio in agnatū de 17 cōsensu domini, proximior agnat⁹ reuocat feudū. Bald. *d. cōs.170. in pr. lib.2.* q loquitur, siue alienatio fiat ex testamēto, siue per contractū. Bald. *d. cōs.198. lib.3.* † Amplia; qa si vasallus alienat feudū 18

agnato remotiori de consensu agnati proximioris, ipse agnatus proximior sibi præiudicat, vt non possit reuocare feudū, quia si sibi præiudicat ex tacito consensu, si tacuit per annum, quādo alienatio fit remotiori agnato, & per triginta annos, quando fit extraneo; multo magis sibi præiudicat ex cōsensu expresso, plene Clar.
19 in d. § *feudum*, q. 42. n. 9. & 10. & 11. vbi dicit* communem. † Declara tamen; quia talis cōsensus agnati proximioris, siue tacitus, siue expressus, licet præiudicet consentienti, nō tamen præiudicat filiis eius vocatis ex inuestitura, quin possint feudum reuocare, nisi essent hæredes patris consentientis, vel vasalli alienantis. Clar. d. § *feudū*, q. 42 n. 12. *v. sed quaro*. vbi, q̄ ita distinguunt feudistæ* com-
20 muniter. † Et quod dicitur de filiis, vt eis non præiudicet consensus patris, idem est in agnatis mediis inter consentientem, & eum qui emit; quia eis non præiudicat consensus proximioris, secundum veram, & *communem opinionē, licet adsint tenentes con-
21 trarium, ita Clar. d. § *feudū*, q. 42. n. 13. *ver. sed maior*. † Amplia; quia nullo modo potest vasallus testari de reb⁹ feudalibus; quia aut relinquit feudum extraneo, & nō valet; aut agnato remotiori, & nō præiudicat proximiorib⁹, aut proximiori legat, & non valet; quia
22 alias succedere debet. Bald. d. cōs. 170. *Ad euidentiā, in pr. lib.* 2. † Amplia, vt procedat, quod feudū alienatum in extraneum, vel remotiorem deuoluatur ad proximiorem, etiam si alienans habeat fi-
23 lios. Bald. d. *cons.* 16. *in pr. ver. Quæritur, ad quem, lib.* 1. † Declarat Alex. *cons.* 30. *in pr. n.* 4. *ver. octauo. & n.* 17. *ver. non obstant ea, quæ, lib.* 1. vt procedat ampliatio; quia si filii succedunt tanquam hæredes patris alienātis in feudo, ideo talis alienatio præiudicat filio, sequitur Alber. Brun. *cons.* 8. *in fi.* Zasius in *tract. feud par.* 10. Alex. d. *cons.*
30. *Visis dubitationibus, ver. circa quartū. lib.* 6. Bald. d. *cons.* 303. n. 2. *lib.*
5. Vide, *Feudum si alienetur, hæredes alienātis non reuocant, & quando se-*
24 *cus. Concl.* 195. † Declara, vt per Bald. *cons.* 276. n. 2. *ver. sed aliquando, lib.* 5. quia si alienans habet filios, & dominus consensit, agnatus proximior recuperat feudū ab extraneo soluto pretio; si vero alienās de consensu domini non habet filios; tunc durāte vita alienantis valet alienatio, eo mortuo agnatus recuperat, etiam non
25 soluto pretio, vbi reddit rationem. † Exrende, quia alienatio antiqui feudi etiam facta legitime in extraneum, seu in casu licito per vasallum non nocet descendentibus alienantis, *ca.* 1. § *hoc quoq; de succes. feudi*, iunctis ibi notatis per gl. in *ver. partē*. Alex. *cons.* 26. *Ponderatis, in pr. lib.* 5. vbi, quod nō præiudicat filiis, quin possint reuo-
26 care alienationē mortuo patre alienante. † Imo neq; præiudicat fratri, vel agnato proximiori alienantis, si alienās decedat sine descendentibus; quia talis alienatio poterit reuocari per fratrem, &
27 agnatum, vt supra. † Extēde etiam, si dominus cōsentiat tali alienationi; quia non potest præiudicare filiis, & agnatis vocatis, imo
28 tenetur eorū ius cōseruare & augere. Alex. d. *cons.* 26. *in pr. lib.* 5. † Et procedunt extensiones, quando feudum antiquum est ex pacto, vel prouidentia pro filiis, & descendētibus; secus si esset hæreditarii. Alex. d. *cons.* 26. *per tot. lib.* 5. n. 3. & n. 8. *ver. nec obstant etiā*. † Declara; quia imo filii, vocati ad feudum possunt offerēdo pretium emptori reuocare feudum etiā viuente patre; agnatus vero transuersalis non reuocat, nisi mortuo alienāte. Alex. d. *cons.* 26. n. 2. *ver.*
30 *pro hoc etiā bene facit, lib.* 5. *supra n.* 6. & *seq.* † Restringe, quando feudum esset hæreditarium secundum quid, vt quia receptū pro se, & filiis, & hæredibus, vel pro se, & suis, vel etiam pro se, sine expressione filiorū, vel hæredum; quia semper erit hæreditarii, vide-licet pro descendentib⁹ hæredibus. Alex. d. *cons.* 26. n. 2. & 3. *ver.*
31 *tamē præmissis, lib.* 5. † Restringe, etiam si esset feudum hæreditarii secūdum quid, & hæres vocatus adiuisset cum beneficio legis, & inuentarii; quia obligatur, & tenetur vel in solidum, vel pro viribus hæreditariis. Alex. d. *cons.* 26. n. 8. *in fin. ver. & per hæc etiam, lib.* 5.
32 † Amplia, vt procedat nedū in alienatione feudi, sed etiā in subinfeudatione; quia si vasallus, qui subinfeudauit feudum extraneo, moritur sine hærede; tūc deuoluitur ad proximiorem; sicut si alienasset; secus si relinquat hæredes, & donec extent. Bald. cōs.
16. *in fi. ver. porro si feudatarius. lib.* 1. quod duplicatur *cons.* 265. n. 2. *ver. porro. lib.* 5. Vide, *Feudum antiquum qualiter possit subinfeudari. Conclus.*
33 190. † Ampha in tantum alienationem feudi paterni, vel antiqui factam etiam in agnatum reuocari à proximioribus habentibus ius accrescendi, vt procedat, etiam si frater habens plures fratres vni ex eis alienaret; quia alienatio poterit reuocari ab aliis mortuo alie-
34 nante. Bald. *cons.* 38. *Dominus Thomas de Scarampis, per tot. lib.* 1. † Extende ampliationem, vt procedat, etiam si vnus frater magis diligens vnum fratrem, quam alium, rem feudalem magis vni, q̄ alteri legaret; quia non potest, nec valet legatum. Bald. *cons.* 309.
35 *Cum essent plures fratres, lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si feudatarius donaret feudum pro medietate agnato proximiori, & pro medietate alteri agnato remotiori; quia licet proximior recipiat pro se, & remotiori; tamen mortuo donante habebit totum feudum; quia donans nō dedit, nisi ius, quod habebat. Bald. *cons.* 333.
36 *Quoad primū lib.* 5 & *cons.* 282. *Proponitur, quod nobilis, lib.* 5. † Restringe, nisi inter succedētes in feudo legato esset factum compromissum, & latum laudum, & ratificatū; quia feudatarii sibi præiudi-
37 cassent. Bald. *d. cons.* 309. n. 2. *ver. secundo quæritur, lib.* 1. † Declara restrictionem, vt non procedat, si nō esset factum compromissum de re feudali, licet esset latū laudum super re feudali, & etiam per fratres feudatarios esset homologatum laudum; quia ex quo lau-
38 dum non valet de re non compromissa, neq; homologatio valet. Bald. d. cōs. 309. n. 2. *ver. sed pone. quod inter se, vsq; in fi. lib.* 1. † Amplia, vt procedat etiam in filia, quæ reuocabit feudum alienatum per patrem, quando ipsa vocatur ex contractu suorum maiorum; ga-
39 alienatio patris non nocebit filiæ. Bald. *cons.* 215. *Proponitur, quod, n.* 3. *ver. modo sequitur. & in fi. ver. iterum dubitatur. lib.* 2. † Declara, vt nō procedat, quando filia veniret ex contractu patris; quia ligaretur
40 ex facto patris. Bald. d. *cons.* 215. *in fi. li.* 2. † Amplia; quia in tantū deuoluitur feudum ob alienationem, vt si feudatarius vēdidit, sed non tradidit, non possit cōpelli præcise ad tradendum, sed tenetur ad damna, & interesse. Bald. *cons.* 303. *Quidam nobilis, n.* 4. *ver. & ideo reuertendo, vsq; in fi. lib.* 5. Vide, *An creditor cōpelli possit præcise ad tra-*
41 *dendum, & quando secus. Concl.* 55. † Limita tamen; quia deuoluitur feudum alienatum proximiori agnato, si intra annum à die notitiæ alienationem renouauerit, & inuestituram petierit, alias excluditur. Bal. d. *cons.* 16 *in pr. lib.* 1. & latius *n.* 2. *ver. modo sequitur*, vbi dicit hoc procedere, siue alienatio sit facta extraneo, siue remotiori agnato, vbi late de hoc, & *cons.* 265. *Super eo, quod circa med. ver. an pos-*
42 *sit, lib.* 5. Clar. d. § *feudum*, q. 42. n. 9 & *seq.* vbi dicit* communem, & reddit rationem, quare teneatur agnatus reuocare intra annum, quando alienatio est facta agnato remotiori; & ramen sufficit reuocatio intra triginta annos, quādo alienatio est facta extraneo.
Vide, *Feudatarius quādo teneatur petere nouam inuestituram. Concl.* 124.
42 † Declara tamen, quod iste ordo succedendi intra annum est de substātia, vt si secundus agnatus petereret inuestituram
43 durante anno primi agnati, non sibi prodesset. Bald. *d. cons.* 16. n. 1. *in fi. lib.* 1. † Limita; quia non deuoluitur ad agnatum proximiorem qui alienationi consensit. Alex. d. *cons.* 30. n. 13. *ver. pro hoc facit, lib.* 1.
44 Ruin. *cons.* 1. *nu.* 17. & *seq. per tot. lib.* 1. † Extende, vt procedat, si euagnati, & dominus feudi simul consentiant, vel seperatim, siue ratum habeant; quia tunc valet alienatio etiam in eorum præiudicium, qui consenserunt. Bald. *cons.* 303. n. 2 *li.* 5. † Extende limitationem, etiam si non consensit, sed sciens tacuit per annum. Bald. d.
45 *cons.* 16. *in pr lib.* 1. & hanc* communem dicit Clar. d. § *feudum*, q. 42. * n. 11. *ver. quæ autem sit ratio*, licet ipsi non placeat; quia nimis est dura opinio, ex quo annus ad petendā inuestituram non currit non possidenti, & plenius q. 45. n. 8. *ver. item quid si forte*, vbi dicit* com-* munem, quod vasallus non possidens feudum non tenetur intra
46 annum petere inuestituram. † Declarat Rui. d. *cons.* 1. n. 17. & *seq.* & n. 20. *lib.* 1. vt procedat, quando alienantes, vel consentientes alienationi feudi antiqui hoc fecerunt tacite, vel expresse, tanquam de feudo nouo, vt quia extraneus inuestiebatur. Item, quādo re-
47 nunciatio est realis in manibus domini, vt extraneus inuestiatur: quia tunc reuertitur ad dominum, non ad alienantes, si moritur inuesturus. † Limita, nisi alienatio esset facta agnato proximo, qui succesturus erat in feudo. Bald. d. *cons.* 16. *in pr. ver. regula datur. lib.* 1.
48 & *cons.* 309. *Cum essent plures, in princ. ver. non obstat. lib.* 1. † Declara, vt procedat, dummodo sit talis proximus, q̄ feudum post alienatō ad cū pertineat; secus si habeat fratres, & collaterales in parigradu; quia adhuc non valet alienatio. Bald. plene d. *cons.* 8. *Dominus*
49 *Thomas de Scarampis, lib.* 1. *per tot.* † Contrarium tenet Bald. *cons.* 198. *Quod consentiente, lib.* 3. quando dominus consensit; quia potest legari, & alienari feudum vni ex fratribus, q̄ successuri sunt in feudo proximiori legantis, & valet, vbi reprobat Odofred. & contrarium tenentes, quando ista duo concurrunt, consensus domini,
50 & quod ille, cui fit alienatio, est vnus de proximioribus; tamen vt de opiniones pro vtraq; parte. † Limita in casu notabili si auus se cit recognitionem, & susceperit inuestituram feudi omnium castrorum, quæ obtinet, & quæ tam ipse, quam eius hæredes acquirēt, dato, quod nepotes hæredes acquirant nouum castrum, & illud alienent; non tamen agnati poterunt reuocare; quia licet inuestitura sit una, tamen emptio castri est nepotum, & sic regulatur, vt feudum nouum. Bald. *cons.* 317. *In primis videndum, n.* 13 & 14. *ver.*
51 *quoad primum, lib.* 1. † Limita, quando consuetudo specialis esset in loco, quod feudum posset alienari, quia derogat consuetudo speciali consuetudini feudorum generali. Bald. *cons.* 170. *Ad eui-*
52 *dentiam n.* 2 *verb quāq-am autem, lib.* 2. Vide, *Feudum antiquum qualiter possit subinfeudari. Concl.* 190.

Feudum

Feudum si alienetur, hæredes alienantis non reuocant, & quando secus. Concluſ. 195.

1 FEVDVM †alienatum in præiudicium agnatorum, vel legatum non possunt reuocare filij, vel agnati, si sunt hæredes eius, qui alienauit. Castrens. *cons.* 173. *Præsupposito isto, de quibus, in fi. verb. secundo remanet, n.* 3. *lib.* 2. Alexand. *cons.* 30. *Quoniam omne datum, in princip. num.* 4. *ver. octauo, lib.* 1. Alber. Brun. *consil.* 8. *in fine.* & hoc, siue sit hæreditarium, siue paternum, & antiquum feudum; quia adeundo hæreditatem simpliciter, non potest venire contra factum defuncti, cuius est hæres. Alex. *cons.* 13. *Repetitis & perspectis, in pr. nu.* 3. *verb. tertio per id. quod, lib.* 5. vbi apostill. allegat Curt. Senior. *cons.* 49. *col.* 15. Dec. *cons.* 184. *In causa istorum nobilium.* Alex. *cons.* 30. *libr.* 6. *in*
2 *princip.* † Amplia; quia pariter filii vocati ad feudum, vel fideicommissum, cui pater in diuisione renunciauit, non possunt impugnare factum patris, si illius hæreditatem adierunt. Bald. *cons.* 3 69. *Dominus Thomas, in fine, versic. circa vltimum, libr.* 1. † Declara, vt non procedat, quando feudum debetur filiis, & hæredibus, si pater aliquid feciſſet ad fraudandum filium, ne posset ex beneficio legis habere feudum; quia tunc factum patris potest impugnare. Bald. *cons.* 215. *Proponitur, quod. col.* 2. *circa pr. vers. tertio respondetur, lib.* 4. † Amplia, vt procedat, quod filii, & agnati non possint reuocari feudum alienatum per defunctum, cui succedunt, etiam si hæreditatem adiuerunt cum beneficio legis & inuentarii, quia non potest hæres etiam cum beneficio legis & inuentarii venire contra factum defuncti, quando feudum est hæreditarium. Alexan. *cons.* 9. *Super eo, de quo quæritur, nu.* 13. *&* 14. *vers. nec obstat, lib.* 5. quia cum sit hæreditarium, potest feudatarius præiudicare alijs; quia non possunt venire, nisi vt hæredes. Alex. *cons.* 13. *Perspectis iis, in pr.* * *vsque ad n.* 12. vbi, *nu.* 11. dicit * communem, *lib.* 5. & loquitur, quando renunciatio est facta alteri agnato in manibus domini simpliciter, & hanc partem tuetur apostilla ad Dec. *d. cons.* 184. *In causa, &* 5 *lit. in ver. litteram, & num.* 5. *vers. verior.* † Declara; quia ampliatio procedit in feudo hæreditario simpliciter, & absolute; quia ex quo potuit alienari etiam sine consensu domini, & valuit alienatio, siue aditio sit simplex, siue cum beneficio inuentarii, hæres non potest reuocare; si vero feudum est hæreditarium non absolute, sed secundū quid, quod dicitur mixtum; quia est ex prouidentia; quia vocantur descendentes, & est etiam hæreditarium; quia inuestitura vult, quod descendentes sint hæredes; & isto casu aditio simpliciter facta præiudicat adeunti, ne possit contrauenire. Aditio vero cum beneficio legis & inuentarii conseruat ius descendentis, vel agnati, vt possit reuocare feudum, ita Clarus *d.* §. *feudi, qu.* 40. *n.* 2. *ver. sed quia hæc materia,* & plenius *quæst.* 41. *n.* 3. *ver. sunt autem nonnulli,* & maxime in fi. & plenissime *quæst.* 42. *n.* 14. *vers. successiue quæro, vsq; in fi.* vbi allegat pro vtraque opinione, & dicit vtraque * communem, quod beneficium inuentarii nihil releuat in feudo hæreditario absolute, & in feudo hæreditario secundū * quid releuat, & dicit magis * cōmunem, & hanc tenet, & citat plures. Vide, *Feudatarius quando possit præiudicare domino in feudo, vel non.*
6 *Concl.* 127. *n.* 7. *& seq.* † Extende declarationem, vt procedat etiam in filio vasalli, vel alio vocato; quia si adit hæreditatem simpliciter, tenetur ad debita vasalli, cuius est hæres; secus si adiuit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarii, & feudum est hæreditarium secundum quid, & non absolute. Clar. *d.* §. *feudum, qu.* 43. * vbi dicit * communem, secus si feudum est hæreditariū absolute;
7 quia inuentarium nihil releuat. † Restringe, vt nō procedat, quādo feudum non esset hæreditarium, sed receptum pro se, & descendentibus; quia descendēs si adiuit hæreditatem cum beneficio legis & inuentarii, potest reuocare feudum alienatum, ad q̄ vocatur tanquam descendens. Alex. *d. cons.* 19. *n.* 13. *&* 14. *ver. nec ob.* § *stat. lib.* 5. † Declara, quia etiam isto casu non potest hæres cum beneficio inuentarii contrauenire, quia obligatur saltem, in quantū vires hæreditariæ suppetunt, Alex. *cons.* 30. *Visis dubitationibus, n.* 6.
8 & 7. *vers. & dato, quod filii, lib.* 6. † Restringe, vt non procedat ampliatio, quando renunciatio feudi esset facta ad fauorem agnati, & descendentium ab eo restrictiue, quia eo mortuo sine descendentibus renuncians, & sui hæredes admittuntur, secus si generaliter, & simpliciter renunciasset, & promisissent nunquam contrauenire. Alex. *d. cons.* 13. *n.* 4. *& seq. lib.* 5. † Amplia, quia feudum alienatum de consensu domini non potest reuocari per alienantem, neque habentes causam ab eo, imo tenentur ad damna, & u interesse emptori. Sign. *cons.* 251. *n.* 3. † Extende, vt idem sit, si per viam transactionis, vel homologationis iudi cesserunt iura sua in emptorem, quia non amplius audiri debent contrarium asse-
ntes. Sign. *cōs.* 251. *per tot.* maxime *n.* 3. † Amplia, vt procedat, quod

vendens non potest venire contra suam venditionem feudi, factam de consensu domini, neque habentes causam ab eo, etiam si probetur per instrumentum confessio emptoris, quod emptio sit simulata, quando subest alia causa, puta sententiæ, & exequutionis ratificatæ per venditorem. Sign. *d. cōs.* 251. *n.* 3. *in fi. & n.* 4. *ver. præterea quoddam instrumentum.* Vide, *Exceptio repellit agentem, quem de iure tenet actio à fortiori, & quando secus. Concl.* 375. Vide, *Feudatarius quando posit præiudicare in feudo, vel non. Concl.* 127. Vide, *Feudum obligari non potest. Concl.* 204. Vide, *Hæres non potest venire contra factum defuncti. Concl.* 53.

Feudum deuoluitur ob finitam lineam. Concl. 196.

FEVDVM † deuoluitur ad dominum, si linea inuestiti est finita. Clar. in § *feudum, qu.* 87. *in pr.* † Amplia; quia feudum concessum pro Titio, & descendētibus eius masculis, & fœminis deuoluitur ad dominum, quando masculi, qui exiterunt ad exclusionem fœminarum; omnes decesserunt; quia licet extent fœminæ semel exclusæ, vel descendentes ex eis, nihilominus feudum deuoluitur ad dominum. gl. *in tit. Episcopum, vel Abbatem*, vbi Bald. §. *quin etiam. in vsib. feud.* † Amplia; quia feudum antiquū reuertitur
3 ad dominum, quando non extant descendentes ex primo inuestito. Cast. *cons.* 11. *n.* 2. *ver. sed suppositio, lib.* 2. allegat *cap.* 1. *in fi. pr. de success. feud.* & dicit esse casum in vsibus feudorum, *tit. de gradibus succeſſ. in feudo, ver. ius vero deficientibus, &c.* & ibi; *si enim Titi auus*; vbi, q̄ ad agnatos non descendentes primi inuestiti non transit. † Am-
4 plia multo magis in feudo nouo; quia mortuo primo inuestito non transit ad agnatos, sed solum ad descendentes, si extant, alias reuertitur ad dominum, *cap.* 1. *de duobus fratrib. de nouo benef. inuest.* Castr. *d. cons.* 11. *n.* 2. *lib.* 2. † Extende idem in feudo concesso plurib⁹
5 fratribus; quia si alter, vel vnus ex fratrib⁹ moritur sine descēdentibus, deuoluitur ad dominum, nō autem debetur per ius accrescendi aliis fratribus viuentibus, *cap.* 1. *de duob fratrib. à Cap. inuestit.* Alex. *cons.* 204. *Consideratis, in pr. lib.* 2. vbi citat *c.* 1. § *fi. de feud. March. & c.* 1. *de duobus fratr. de nou. benef. inuest.* Vide plenius, *Feudum quando spectet per ius accrescendi. Concl.* 182. *n.* 13. *& seq.* † Limita; quia finita
6 linea inuestiti poterunt filii, & descendentes extra lineam, vel proximiores agnati petere sibi renouari inuestituram feudalem, & si non renouatur, fit eis iniuria, & possunt appellare tamquam grauati, & superior coget ad renouandum, secundum * communem. Rui. *cons.* 12. *n.* 18. *lib.* 1. & alios plurimos, citat Clar. attestando de * communi in § *feudum, d. q.* 87. licet dicat non vidisse seruari in * feudo, sed in emphyteusi. Vide, *Emphyteusi finita dominus tenetur relocare, & quando secus. Concl.* 226. † Limita; quia finita linea feudatarii inuestiti sine culpa sua, melioramenta & ædificia facta per vasallum sunt soluenda hæredibus vasalli, vt secundum extimationem solutio fiat, vel aſportet, vel secundum alios, quod soluatur extimatio ruderum. Vide Clar. in *d.* § *feudum, q.* 88. vbi, quid de incremento, & quid de seruituribus, & aliis feudo acquisitis, an sint domini, vel hæredum vasalli.

Feudū ex quibus delictis deuoluatur ad dominum, vel ad agnatos. Concl. 197.

REGVLA † est generalis, quod multa sint delicta, per quæ per-
1 ditur feudum, de quibus est titulus, *quibus causis amit. feud.* Zabar. relatiue *cons.* 126. *n.* 3, *ver. si sit plenissime*, Franc. Curt. de *feud. par.* 4. *principali, per totam.* † Ideo bannitus, & infamis factus non
2 retinet feudum, sed priuatur feudo. Zabarell. *consil.* 127. *in princip.* † Vide tamen Alex. *cons.* 92. *Perspectis, num.* 17. *& seq. lib.* 6. vbi declarat, quando propter traditionem, vel condemnationem criminalem esset effectus infamis; secus si ex delicto sine condemnatione criminali, & sine proditione. † Declara; quia in omnibus
4 casibus, in quibus vasallus priuatur ex quocunque delicto, siue ipso iure, siue non, semper requiritur sententia priuationis. etiam si essemus in casu, in quo feudum antiquum perditur, & filii delinquentium priuantur. Alex. *cons.* 30. *Visis dubitationibus. nu.* 8. *ver. circa tertium*, vbi apost. in *ver sententiam, & cons.* 92. *Perspectis, n.* 22. *&*
5 *seq. ver. & posito, quod, lib.* 6. † Amplia; quia vasallus negans tenere feudum à domino perdit feudum, *cap.* 1. §. *vasallus si feudum, tit. si de feudo defuncti conten.* Clar. in § *feudum, qu.* 59. *in pr.* † Restringe, quia
6 si negat vasallus partem feudi, non perdit totum feudum, sed illā partem negatam, secundum * cōmunem; de qua Clar. in *d.* §. *feu-* * *dum, q.* 39. *n.* 3. *ver. sed quid si vasallus.* † Restringe; quia non priuatur
7 in aliquo, quando non negauit in specie, sed solum in genere negando narrata, prout narrantur. Clar. *d.* § *feudum, qu.* 59. *in fin.* vbi, quod ita practicatur. † Amplia, quia etiā ex mala versatione po-
8 test dominus auferre feudum, veluti si non reparat ea, quæ sunt

necessaria, vel succidit vites,& arbores, & alias arbitrio boni viri nõ versatur. Ang. *cõs.371.Illustris,& magnificus,in pr.& per tot.* vbi,q̃ dominus potest feudũ ad manus suas reducere. Vide tamen Clarum in *d.§.feudum,quæst.47.& q.56.* Vide, *Feudatarius est vtilis domi-*
9 *nus.Concl.208.in fi.* †Amplia generaliter; quia ex eisdem causis,ex quib⁹ potest filius exhæredari, vel matrimonii thor⁹ separari,aut donatio reuocari;ex eisdẽ causis feudũ amittitur. Curt.Iun.*tract. de feud.par.4.prin.n.77.in 38.causa.* Alex.*cons.203.Super themate,n.6.*
10 *vers.quinimo,lib.2.* & infra *num.25.& seq.* † Extende; quia generaliter priuatur vasallus feudo ex omnib⁹ causis, ex quib⁹ potest dici infidelis,vel proditor,aut rebellis. Fran.Curt.*d.tract.de feud.par.4.*
11 *pr.n.43.causa 21.* †Extende; quia vasallus ex multis causis priuatur feudo, & Franc. Curt. enumerat causas 41. quibus priuatur,sed subdit vnam generalissimã,quæ est,quod ex omni alia causa non expressa vasallus priuatur, quãdo est æqualis,vel maior causa expressa,vt dicit text.*ca.1.§.sed quia natura nouas,quæ fuit prima caus.benef.amitt.* & Curt.*d.tract.de feud.par.4 pr.n.80.ver.quadragesima causa.* & idem dicit Alex.*d.cons.203.nu.6.lib.2.* quod fit extensio ad a-
12 lias causas similes expressis.† Et quod feudum vasalli possit confiscari per dominum, & ad eum deuoluatur, si vasallus cõmittit feloniam contra dominum feudi Alex.*cons.13.Consideratis.n.18.&*
13 *seq.lib.6.* † Idem, si vasallus scit,& non releuat domino cõiurationem contra dominum,vel si facit contra iuramentum fidelitatis;
* quia potest feudo priuari. Alex.*d.cons.13.n.19.lib.6.* vbi dicit *com-
14 munem,& apostilla dat concor.† Et requiruntur quinque testes ad probandum feloniam; vel delictũ, vt inducatur priuatio feudi,tex.est in *c.1.quot testes sunt necess.ad proband.* vbi,quod debẽt esse omni exceptione maiores, & licet aliqui dicant illum tex.nõ esse
* authenticum;tamen communis* opinio est in contrariũ. Clar.in *d.§.feudum,q.60.* Ampha;quia deserẽs dominum suum in prælio potest priuari feudo. Clar.in *d.§.feudum,q.55.* vbi dicit de hoc esse
15 tex.*in c.1.in pr.quibus mod.feud.amit.* Vide, *Feudatarius ad quæ &c.Cõclus.116.* † Amplia;quia si vasallus cum inimicis domini cõtra dominũ conspirauit, vel solam amicitiã cum eis iniuit,quod in præiudicium domini tendat, maxime cõtra statum, vel vtilitatẽ domini,feudo priuandus est. Bald.*cons.250.nu.3.vers.tertio præmittendum,lib.2.* Clar.in *d.§ feudum,q.54.* vbi dicit *cõmunem opinionẽ.
16 † Et ideo,si dat trãsitum inimicis domini, vel victualia occasione belli contra dominum, etiã ratione eorum, quę non sunt feudalia ,opem dicitur præstare contra dominum. Cum.*cons.161.A.miles,* vbi,quod cessante bello potest dare trãsitum inimicis domini
17 sui.† Restringe, quando contraheret solam amicitiam cum inimicis domini, non in pernicié domini; quia ex hoc solo non pri-
* 18 uatur feudo,*communem dicit Clar.*d.§.feudum,q.54.in fi.*† Amplia;quia feudatarius,qui negat feudũ esse domini,debet priuari
19 feudo. Bald.*d.cons.250.n.4.ver.quarto præmittẽdum,lib.2.* † Amplia; quia multo magis debet priuari,quando idem feudum,quod tenebat ab vno,recognouit ab alio;qa dominus primus, à quo habuit feudum,potest eum disuestire. Bald.*d.consil.250.n.4.lib.2.& cons.95.Mortuo Gregorio.lib.3.* Franc Aretin.*cons.14.Viso,& diligenter cons.3.nu.5.ver.nec potuit vasallus.* vbi,quod iuramentum præstitum
20 in præiudicium domini est nullum. † Extende; quia recognoscẽs in feudum ab Ecclesia Romana roccam, vel castrum,illud castrũ recepit ratione directi dominii à ciuitate Perusii, dicitur committere feloniam; quia priuat Romanam Ecclesiam sua ciuili possessione;ideo debet priuari. Cast.*cõs.369.Viso,& examinato,* vbi allegat tex.in *vsib feud.tit.quibus modis feud.amit.lib.2.* Vide, *Feudi deuo-*
21 *lutio quando fiat ipso iure.Conclus.200.n.17.& seq.* † Declara; quia excepta causa alienationis, in qua feudatarius priuatus ipso iure, in aliis felloniis priuandus est per sententiam. Cast.*d.cõs 369.col.2.n.2.ver.& si dicatur,lib.2.* & ratio est, quia per alienationẽ committitur ingratitudo primi cõtractus,sed aliæ ingratitudines sunt personales. Capic.*in inuestit.feud.ver.feudũ amittitur,in 3.casu,in 1.Limi-*
22 *tatio.fol.56.* † Amplia; quia si feudatarius recusat obedire domino in iis,in quibus obligatur, & monitus despiciat, potest priuari,tã ex causis expressis in iure, quam ex causis similibus. Bald.*cons.95.*
23 *Mortuo Gregorio, ver si vasallus,lib.3.* † Declara totam istam materiã; quia priuatur feudo toto per offensam factam in dominum,quãdo est vnicus dominus; & idẽ, si sunt plures domini in solidum, licet vnus solus offendatur; si vero sunt plures pro parte feudali, vno offenso cadit solũ à parte offensi. Clar.in *d.§.feudum,q.53.* vbi
*24 citat plures,& dicit * communẽ. † Et generaliter feudatarius debet abstinere ab omnibus, per quæ dominus offenditur, etiam si feudum dimisisset in memoriã beneficii semel recepti gloss.*in c.1. in fi.de vasall.qui contra const.Lotharij feud.alien.* quam dicit egregiã Zatius *de feud.par.7.tit.in quid vasall.domino,n.25.& seq.* Vide tamen Masc.*Conclus.761.Felonia vt probetur,* vbi,quod debet felonia probari per quinq; testes omni exceptione maiores. † Amplia; quia 25
ex quibus causis filius potest exhæredari, quæ sunt 14 causæ in *authen.vt cum de appell.cognos.§.aliud quoq;*, ex eisdem causis potest vasallus feudo priuari,plenius sup.*n.9.* † Extende; quia priuatur ex 26
eisdem causis, quibus reuocatur donatio. Brun.*cons.41.n.21.* †Ex- 27
tẽde; quia priuatur ex eisdem causis, quibus olim poterat fieri separatio matrimonii. Mantua.*cons.223.num.2.lib.1.* † Declara; quia 28
procedunt ampliatio, & extensiones in suis exemplis, tanquam exempla causatum magnarum,non alias. Ita Io. Ferrar.*in vsib.feudor.lib.4.c.2.circa fi.* † Amplia; quia vasallus priuatur feudo,si con- 29
trahit amicitiam cum inimicis domini sui, vel si recipit vxorem consanguineam sui inimici Io. Iacobus de Leonardis *cons.114.in-*
ter consilia Bruni, n.63.& seq. † Extende; quia vasallus committens 30
feloniam in dominum suum perdit feudum; & idem, si confederauit se cum inimico domini; quia potest priuari feudo, & priuilegiis, glos.*in l.1.§.cum patronus,in ver.cum inimicis ff.de offic.Præfect. Vrbis,* vbi etiã, quod in metallũ damnatur,eo ipso, quod conspirauit contra dominum,& ibi Bald.& in *l.liberi,* vbi glos.in *ver.ami-*
citias.C.de inof.test. gl.in *c.1.§.præterea, quæ fuit prima causa benef.amit.* vbi omnes.* † Extende; quia ex omnibus causis expressis,ex qui- 31
bus vasallus priuatur feudo,vel dominus dominio,procedit etiã si causa non sit expressa,dummodo sit similis. Io. Iacobus de Leonardis *d.cons.114.inter cons Bruni,n.69.* † Amplia; quia vasallus ad- 32
ulterans vxorem domini priuatur feudo, *c.1.§.1.quibus mod.feud.amitt.* † Extende, vt procedat;etiam si committat stuprum cũ vxo- 33
re domini vidua, mortuo domino. Clar. in *d.§ feudũ.q.48.* vbi restringit;secus si transiuisset ad secũda vota. † Amplia;quia feuda- 34
tarius Ecclesiæ interficiens clericũ cadit à feudo,& potest priuari, ipso tamen citato. Bald.*cons.141.Thema huius modi subiungitur,n.1.ver. ad illud vero.* quod tamẽ intelligit ibi Bald.*n.3.ver.sed super parte,lib.* 2. vbi, quod si feudatarius fuit cõdemnatus de homicidio, potest priuari feudo,etiã sine citatione,alias secus. † Extende multo ma- 35
gis,si interficiat Cardinalem;quia dicitur offendere ecclesiam vniuersalem. Alex.*cons.92.Perspectũ.n.19.ver nec prædictis obstat,lib.6.* †Extende ampliationem,vt procedat etiam,quando homicidiũ 36
commissum erat notorium. Bald.*d.cons.141.circa fin.ver.idem forte est,lib.2.* †Extende multo magis,quando feudatarius Ecclesiæ in- 37
terfecisset presbyterũ. Bald.*cons.343.Factum sic proponitur,n.4.verb. nec puto,* quod est Bartholomæi Salyceti. † Amplia in casu cõtrario; 38
quia dominus offendens feudatarium priuatur iure feudali, & feudatarius efficitur liber. Marc.*sing.122.Vasallus perdit feudũ.* Aret. *cons.14.n.15.* †Et isto casu directum dominium consolidatur vtili 39
dominio Capic.*in inuestitur.feud.fol.170.& 171.ver.Paritus* Bero. *cons.180.in pr.lib.1.* Clar.in *d.§.feudum,q.27.* †Amplia;quia ex qui- 40
bus causis feudatarius priuatur feudo offendẽs dominum, ex eisdem priuatur dominus offendens vasallum; quia proprietatem feudi perdit Boer *dec.211.n.3.* & relatiue *n.11.* & est regula generalis,vt dicit Brun.*cons.176.col.3.verb.& generalis regula.* † Declara- 41
men, vt plenius Astl. *dec.265.in pr.* vbi ponit multos casus, in quibus magis obligatur vasallus domino, quã è conuerso. † Exten- 42
de;quia ob iustitiam denegatam, vel iniustitiam factã per dominum vasallo, priuatur dominus dominio feudi; & idẽ pro culpa commissa in vasallum. Brun.*cons.190.col.3.ver.& ex hoc tollitur,cum seq.& d.cõs.176.col.pen.ver.& de hoc est notabile,* vbi limitat non procedere, quando vasalli non seruant iuramẽtum domino.† Limi- 43
ta,quia feudum propter delictum incestatũ nuptiarum non confiscatur, licet alia bona sic; sed bene, si fiat priuatio propter delictum,deuoluitur ad proximiores, non ad dominum feudi. Zab. *cons.127.Primum,quia soror.* †Extende; quia feudum non deuolui- 44
tur ad dominũ, licet feudatarius commiserit bellum cum sua ciuitate,& fuerit bannitus;quia licet promiserit non diuidere,non vendere, neq; alienare feudum;tamen non priuatur;quia ista nõ est alienatio secundum naturam contractus. Alex.*cons.92.Perspectis,num.15.& seq.ver.condescendo.lib.6.* quia priuatio non habet locum,nisi in casu expresso.†Extende;quia vasallus committẽs de 45
delictum commune non in dominũ, neq; in feudum, licet bona ex tali delicto veniant confiscanda; non tamẽ feudum, maxime antiquum reuertitur ad dominum, neq; confiscatur, nisi illud delictum commune esset proditorie cõmissum,ita quod ꝓpter insta-
miam non posset in curia versari. Alex.*d.cõs.92.n.18.ver.& videndũ* 46
est,lib.6.cum seq. † Declara;quia feudatarius si delinquat in dominum, vel in fratrem domini, vel in fratrem proprium, vt habeat totum feudum, dicitur delinquere in legem feudi, & perdit feudum, quod ad dominum reuertitur. Si vero delinquat extra casus istos,etiam cõmittendo homicidium, vel aliud delictum,per quod inducatur confiscatio bonorum, non deuoluitur feudum ad dominum,nisi tale homicidiũ esset proditorie Alex *d.cons.92.*
num.17.

nis 7. *& seq. lib. 6.* allegat tex. in *c. 1. an ille, qui interfecit fratrē domini,* & alia iura. † Limita; quia si vasallus commisit ingratitudinē, vel delictum, propter quod veniret feudo priuādus, si fecit coactus, vel per metum, non priuatur secundum * communē, de qua Clar. *d. §. feudū. q. 61.* vbi tamen restringit, quādo metus non esset iustus, vel quādo metu perseuerasset in delicto. † Limita; quia feudatarius, qui deliquit in dominum, puta reuocans dominum in seruitutē, vel alias, si iusta ignorantia ductus, vt quia successit in ius alterius, non priuatur feudo. Rol. à Val. *cōs. 66. n. 15. & seq. lib. 3.* vbi *n. 8. & seq.* dicitur præsumi ignorantiā, si in ius alterius successit, & dicit * cōmunem. † Limita, quādo dominus post caducitatem scienter recepit seruitium à vasallo; quia præsumitur remisisse caducitatem, * communem dicit Clar. in *d. feudū. q. 49. n. 10. ver. sed pone.* secus, si ignorauit, vel si protestatus fuit. Alex. *d. cons. 13. Consideratis, n. 21. ver. nec superius dictis, vsq; in fi. lib. 6.* & confirmat *cons. 30. n. 10. lib. 6.* & * communem * dicit Clar. in *d. §. feudū. q. 63.* vbi omnia prædicta cumulat. † Restringe; quia non censetur dominus per receptionem seruitii à vasallo remittere caducitatem, quādo cōpetit ius caducitatis, tam ex iure proprio, quam ex iure cessoà socio cōdomino; quia non præiudicat quoad ius sibi cessum. Alex. *d. cōs. 13. in fi. lib. 6.* † Limita; quia in omnibus casibus, in quibus feudum deuolutum est ad dominum, nō habet locum deuolutio, siue fiat per sententiam, siue fiat ipso iure, quando dominus sciuit, & eum nō querelatur in vita sua; quia non transit deuolutio ad hæredes; secus si ignorauit deuolutionem, * communem dicit Clar. in *d. §. feudum, q. 64.* vbi citat plures de * communi attestantes. † Restringe in casu contrario; quia si moritur vasallus, qui delinquens ceciderat à feudo ipso iure, de iure communi, vel ex pacto, tunc caducitatē potest intentare, & prosequi dominus contra hæredem delinquentis, secundum * communem, de qua Clar. *d. §. feudum, qu. 65.* licet ipse dicat procedere, quando caducitas est notoria, & non excusabilis, alias si esset excusabilis, non habet locum contra hæredem defuncti; quia requiritur causæ cognitio, & sententia, & si esset vocatus successor ex inuestitura, nō habet locum restrictio; quia reputatur tertius possessor. † Limita, quando dominus post delictum quodcumque vasalli illum tolerauit toto tempore vitę suę; quia censetur remisisse, & pœna ad hæredes non transit. Alex. *d. cons. 30. Visis dubitationibus, n. 10. ver. & dicta pœna lib. 6.* secus, si viuente delinquente dominus vult agere, etiam si diu tacuit. † Limita generaliter; quia feudum nunquā deuoluitur ad dominum ex homicidio de iure communi, vel alio quocumque delicto non proditorie commisso, quando vasallus non fuit criminaliter condemnatus; quia ex quo non est infamis, dominus, etiam probato delicto ciuiliter, per quod veniat confiscatio bonorum, non potest priuare feudo vasallum. Alex. *cons. 92. n. 19. lib. 6.* † Limita; quia si vasallus occidat seipsum, non priuatur feudo; quia non * concernit offensa dominum, ideo non poterit hæres eius molestari; * communem dicit Clar. in *d. §. feudum. q. 58.*

Feudum deuoluitur ad dominum ob offensam in dominum, & quando ad agnatos. Concluſ. 198.

1 FEVDVM † reuertitur ad dominum, si vasallus offendat ipsum dominum, *c. 1. §. denique, quæ fuerit prima causa beneficij amitten.* Alexand. *consil. 30. num. 13. lib. 1. verb. & idem tenet*, & ista Conclusio in feudo nouo est indubitata, quia per offensam directā in dominum excluduntur, nedum descendentes delinquentis, sed etiam agnati, & alii vocati, * communem dicit Clar. in *§. feudum, quæstio. 66. in principio.* vbi citat plures de * communi attestantes, & dicit, quod per omnes indifferenter est approbata conclusio.

2 † Intelligas per sententiam priuatiuam, non autem ipso iure, quia ista est regula exceptis casibus, quos relatiue commemorat Alexand. *consil. 30. Visis dubitationibus. verb. circa tertium, lib. 6.* & Iason *consil. 124. Omissis superfluis, lib. 1. in principio.* vbi, quod excepta alienatione in reliquis requiritur sententia. Vide, *Emphyteuta debet declarari, vt sit locus caducitati. Conclusio. 190.* Vide, *Declaratio requiritur contra emphyteutam, vt cadat. Conclusio. 99.* † Contrarium, quod imo non requiratur sententia, quando deuolutio feudi fit ob non petitam inuestituram intra annum, & diem, dicit Baldus *cons. 301. Proponitur, quod Petrus, in principio. lib. 1.* vbi, *num. 5. in fine*, dicit ita seruari de consuetudine. † Et quod non requiratur sententia, quando offensa est notoria, quia in notoriis non requiritur. Baldus *consil. 250. in fine, lib. 2.* Vide, *Feudi deuolutio quando fiat ipso iure, vel per sententiam. Conclusio. 200.* † Extende, etiam si offensa esset in personam fratris domini, puta quia frater domini vasallus interfecisset, quia feudum etiam in præiudicium agnatorum deuoluitur. Baldus *consil. 250. Ad euidentiam, numer. 2. verb. secundo præmittendum, libr. 2.* quia in feudo nouo si vasallus cadat ob delictum extra personam domini, semper deuolutio fit ad dominum, * communem dicit Clar. *d. §. feudum, quæst. 66. nu. 5. verb. aut vero.* vbi, quod nullus discrepat in hoc. † Extende, vt procedat; etiam si offensa est indirecta, quando feudum est nouum; quia deuoluitur feudum Ecclesiæ propter homicidium commissum per feudatarium in personam Clerici, quando fuit de homicidio condemnatus. Baldus *consil. 141. Thema huiusmodi. nu. 3. verb. sed super parte, libr. 2.* Clarus *dict. §. feudum. quæst. 66. n. 5.* vbi de * communi, & plenius *num. 7. verb. aliy vero aliter distinguunt*, vbi, quod quomodocumque vasallus priuetur feudo nouo, semper deuoluitur ad dominum, non autem ad filios vasalli, neque ad agnatos, & quod est * communis approbata per omnes clara conclusio, & quod nullus discrepat. † Amplia; quia feudatarius interficiens confeudatarium perdit feudum, quod deuoluitur per sententiam ad dominum feudi; non autem ad filios delinquentis. Bald. *cons. 382. circa si. ver. quoad secundum, lib. 1.* incipit, *Dicit lex.* † Amplia; quia feudatarius expellens confeudatarium à iure, & possessione feudi, priuatur feudo; quod deuoluitur ad dominum per sententiam. Baldus *dict. consil. 382. n. 5. verb. sequitur videre, libr. 1.* † Extende in tantum, vt nec valeat impetratio facta ab eo, qui per vim alium expulit de feudo. Baldus *dict. consil. 382 numer. 6. verb. Item quæritur, libr. 1.* † Amplia, quod priuatio feudi inducitur per offensam directam vasalli in dominum in præiudicium posterorum, etiam si feudum sit antiquum. Alexand. *cons. 30. Visis dubitationibus, num. 9. verb. circa quartum, libr. 6.* vbi dicit communem, & magis * communem; secus si offensa non esset directa in dominum. Roland. à Valle *consil. 60. num. 10. & sequent. libr. 3.* vbi dicit communem, & magis * communem, & de vtroque *cons. 64. numer. 10. & sequent. lib. 3.* & Clar. *d. §. feudum, quæstion. 66. numer. 3. verb. sed si feudum*, vbi dicit communem, & magis * communem. † Erideo si quis offendat non dominum feudi, sed dominum ciuitatis, non intrat priuatio, quia non directa est offensa in dominum. Castrens. *consil. 312. Circa id quod, n. 3. colum. n. 2. verb. circa secundum personale, libr. 1.* † Extende, quia quando offensa feudatarii est in dominum, priuatur etiam in præiudicium nedum filiorum, sed agnatorum. Castrens. *consil. 139. num. 4. lib. 1.* plures citat Clarus in *§. feudum, dict. quæstio. 66. numer. 3. ver. multi vero*, attestantes de * communi, quos videas. Grat. *consil. 2. num. 15. libr. 1.* Ioann. de Anan. *consil. 32. numer. 5.* Decius *consil. 44. numer. 30.* Gozad. *consil. 84. numer. 3.* † Contrarium, quod imo si feudum est antiquum, etiam si offensa sit directa in personam domini, non deuoluatur ad dominum, sed ad agnatos vocatos, tenet Andr. de Isernia in *cap. 1. §. denique, quæ fuit prima causa benefic. amitten.* quem citat Clar. *d. §. feudum, quæst. 66. nu. 3.* vbi dicit iniquum esse, quod vasallus delinquendo possit excludere agnatos vocatos, & non delinquentes, sed fideles, & sine eorum culpa. † Declara, vt per Clarum *d. §. feudum, quæstio. 66. num. 3. in fine.* quia in practica seruaretur communis * opinio, propter auctoritatem Doctorum. † Declarat melius Clarus *dict. § feudum, quæstio. 66. num. 4. verb. sed in omnem casum.* quia si concessio feudi esset facta Titio, & hæredibus de vno ad alterum reuertendo, vel Titio, Seio, & Caio omnibus principaliter, & in solidum, vel attentis meritis singulorum; tunc deuoluitur ad vocatos, & dicit * communem, & quod omnes Doctores communiter hoc tenent. † Amplia; quia feudum etiam antiquum reuertitur ad dominū, si vasallus offendat dominum in personam, vel fratrem domini, aut alios contemplatione domini. Baldus *cons. 250. Ad euidentiam, n. 2. vers. secundo præmittendum, lib. 2. & cons. 268. Nihil commune. verb. & hoc verum, libr. 2.* vbi dicit, quoad offensam fratris, & adhærētium requiri; quod odio domini offendat non aliter facturus, & quomodo hoc probetur, vide eum. † Restringe, secus esse, si offenderet fratrem domini, vel alios adhærentes; quia non priuatur feudo, quando non offendit odio domini. Bald. *d. cons. 268. per tot. lib. 2.* † Declara tamen restrictionem, quod si offensa in fratrem domini, vel adhærentium etiam non odio domini facta esset talis, quod posset banniri, ita quod in Curia domini stare nō posset, tunc dominus licet auferre possit feudum; sed tamē causa cognita, & seruato ordine iudiciario. Bald. *d. cons. 268. circa si. vers. tamen illud non est, libr. 2.* † Amplia; quia feudatarius hostis, & veniens ad damnū regni, à quo retinet feudum, priuatur nedum ipse, sed etiam descendentes, & agnati, licet feudum sit antiquum. Baldus *consil. 159. Super eo, quod, n. 2. ver. superest ergo, lib. 3.* † Amplia; quia si feudum est hæreditarium, videlicet acquisitum pro se, & hæredibus, facilius confiscatur, & deuoluitur ad dominum ob delictum vasalli etiam in præiudicium agnatorum, & vocatorū, quam si esset ex prouidentia, videlicet p

se,& filiis;quia primo casu delictum vasalli nocet aliis;secus quã-
do ex prouidentia, ita Alexand. *consil.* 19. *Super eo,num.*15.*lib.*5.vbi
* dicit hanc *communem, & magis communem. † Imo expresse
21 dicit idem Alex. *cons.*1.*Ponderatis,col.penul.ver.nec expediuit.num.*42.
*& sequent.lib.*5. quod,quando feudum non debetur filio,nisi hæ-
redi;quia tunc ex omni delicto,per quod inducitur priuatio,de-
* uoluitur ad dominum, non ad agnatos, & dicit *communem.
22 † Amplia; quia vasalli feudatarii, qui rebellarunt domino, pri-
uantur feudalibus bonis, quæ retinent ab ipso feudatario,etiam
ex antiqua inuestitura, & deuoluitur feudum ad dominum, ex
quo deliquerunt in dominum, & filii delinquentium priuantur
* isto casu secundum communem,& magis*communem,à qua in
consulendo,& iudicando non est recedendum. Alexan.*d.cõs.*30.
*Visis dubitationibus, n.*9.*& seq.ver.circa quartum,lib.*6.vbi apostill.in
23 *ver.posteris.* †Extende;quia feudatarius transfuga apud hostes do-
mini sui potest priuari feudo, & dominus potest feudum conce-
dere alteri.Bald.*cons.*159.*nu.*9.*in fin.ver.subsequenter proponitur,lib.*3.
24 † Declarat Barbat. in addit. ad Bald. in *l. liberi. C. de inoffic. testam.
in ver.quarto nota*,vt priuetur,quando confæderauit,& alios actus
fecit,ex quibus reddatur infestus, ita quod ista duo debẽt copu-
25 latiue concurrere,alias non priuatur,& tollit contraria.† Amplia
in eo, qui tenet feudum ã Republica; quia si hostiliter inuehitur
in qualibet parte contra Rempublicam,priuatur feudo etiam in
præiudicium filiorum & agnatorum, & feudum reuertitur ad
Rempublicam.Bald.*cons.*159.*Super eo,quod,num.*6.*ver.superest ergo,*
26 *lib.* 3. † Amplia in casu speciali,in quo vasallus non delinquit in
dominum,& tamen priuatur feudo ipse, & filii,& descendentes,
& agnati,etiam si sit antiquum,videlicet quando vasallus requi-
situs, vt associet Imperatorem proficiscentem Romam pro susci-
pienda corona Imperii, & fuit contumax & inobediens.Clarus
* in *d.*§.*feudum,q.*66.*in fi.ver.non omitto*,vbi dicit*communem,licet
ipse contradicat,quando feudum est ex prouidentia & antiquũ.
27 † Amplia, vt quæ dicta sunt de feudo deuoluto ob delictum in
dominum, vt distinguatur inter nouum, & antiquum, vt scilicet
nouum ad dominum,antiquũ ad agnatos reuertatur,procedunt
etiam,quando deuoluitur feudum ob alienationẽ sine consensu
domini factam.Clar.*d.*§.*feudum,quæst.*66.*num.*7.*ver.sed quid si va-
* *sallus*, vbi dicit *communem, & magis communem, licet recitet
☞ opiniones contrarias. Vide, *Feudum antiquum per alienationem de-*
28 *uoluitur ad proximiorem agnatum, & quando secus. Concl.*194.† Limita
in offensa indirecta,puta in alienando,vel alias;quia tunc agnati
in feudo antiquo vocati non excluduntur per offensam indirec-
tam, vel alienationem. Alex.*d.cons.*30.*lib.*1.*n.*13.*ver.& idem tenet.*
☞ Vide,*Feudum si alienetur sine licentia domini, deuoluitur ad dominum, &*
29 *quando secus.Conclus.*193.† Limita;quia feudum antiquum non re-
uertitur ad dominum ex delicto vasalli quantumcunq; graui in
præiudicium agnatorum,quando delictum non est in personam
domini, vel fratris, aut suorum in odium domini. Bald.*cons.*250.
*Ad euidentiam præmittendum, nu.*2.*ver.secundo præmittendum,lib.*2.&
* melius Bald. *cons.* 268. *Nihil commune,lib.*2.& hanc*communem,
& ab omnibus approbatam dicit Clar.*d.*§.*feudum.quæst.*66.*nu.*5.
☞ *ver.aut vero*, vbi citat plures. Vide, *Feudum ex quibus delictis deuolua-*
30 *tur ad dominum.Concl.prox.præced.* † Extende,vt procedat, etiam si
esset ratione hæresis, & læsæ maiestatis diuinæ. Cravett.*cons.*128.
☞ *n.*6.*vers.quinto.* Vide,*Feudum an ad dominum spectet.si bona vasalli con-*
31 *fiscantur,& quando secus.Conclus.*211.† Limita;quia licet vasallus,&
agnati possint priuari feudo ob offensam in dominum; tamen si
dominus parceret remittendo, & ex veteri inuestitura retineret
feudũ;tunc perinde esset,ac si offensa non esset commissa. Bald.
32 *consil.* 250. *in fin.lib.*2.† Extende;quia etiam procedit limitatio in
feudo Ecclesiæ,quãdo Episcopus dominus feudi nunquam pro-
cessit contra vasallum, donec vixit, super delicto offensæ in do-
minum; quia voluit eum interficere;quia cẽsetur facta remissio,
vel saltem pœna non transit ad successores in feudo. Castr. *consil.*
33 46.*n.*2.*lib.*2.† Declara;quia si dominus ignorauit,quod vasallus,
qui prætẽdebat feudum ex inuestitura facta per Papam,eo,quod
erat deuolutum ob offensam, vt quia litteras Apostolicas non
præsentauit, nõ potest dici remisisse;quia ignorãs nihil agit. Cast.
34 *d.cons.*46.*n.*2.*lib.*2.† Limita in feudo,quod tenet Ecclesia;quia li-
cet Prælatus committat feloniam in dominum;tamen Ecclesia
non amittit feudum, nisi quod durante vita Prælati,qui commi-
sit feloniam, dominus priuat eum feudo, eo autem mortuo Ec-
clesia restituitur.Bald.*cõs.*27.*Reuerendissime,circa med.lib.*3.& ita et-
iam declarat Franciscus Sonsbeccius *in vsibus feudor. par.*13.*n.*6.*in
* *fi &n.*7.& latius *n* 67.& hãc*communem dicit Clar.*d.*§.*feudum,
35 *q.*67.† Limita;quia feudum concessum ob magnitudinem meri-
torum, puta quia liberauit concedentem,à morte, vel à latroni-
bus,vel quid simile,nunquam perditur ob ingratitudinẽ,sed ma-
gnitudo meritorum cum demeritis compẽsatur.Abb.*cons.*30.*Vi-
detur primo, n.*3.*ver.quinto, & vltimo,lib.*2.quia non videtur ex libe-
ralitate concessum. Vide, *Feudum ex quibus delictis deuoluatur ad do-*
☞ *minum,vel ad agnatos.Concl.proxima præcedente.*† Declara; quia in ca- 36
sibus, in quib9 priuatur vasallus feudo antiquo, & deuoluitur ad
vocatos;non tamen omnes vocati succedunt,sed imo filii,& de-
scendentes,& etiam transuersales intra quartum gradum exclu-
duntur secundum * communem, de qua Ruin.*cons.*23.*n.*32.*lib.*5. *
quem sequitur Clar.*d.*§.*feudum,q.*66.*n.*6.*ver.sed quæro*,qui tamen
dicit,quod est dura opinio,& limitat, vt procedat solum in feudo
in forma simpliciter recepto; secus si esset receptum à patre, vel
auo delinquentis expresse pro se, & liberis, vel pro se, & suis,&
dicit hanc limitationem esse*communem,& singularem. *

Feudum non deuoluitur ob nõ præstitum seruitiũ, vel non seruatum pactum, & quando secus. Concluſ.199.

FEVDVM † non deuoluitur ob non præstitum seruitium,& 1
non seruatum pactum feudi,quando vasallus non fuit inter-
pellatus. Bald. *cons.* 324.*Inter cætera,in pr.lib.*2.†Si vero fuit inter- 2
pellatus,& non seruat legem conuentionis,priuari potest feudo.
Io.de Anania *cons.*7.*n.* 7.*ver.secundo præmitto.* † Amplia;quia feu- 3
dum non deuoluitur ob non præstitum seruitium per vasallum,
etiam si fuit interpellatus, quando esset vasallus duorum domi-
norum,quorum vnus est superior altero;quia tenetur sequi supe-
riorem.Bald.*cons.*311.*ista quæstio,in fi.lib.*3. Vide, *Feudum non requiri* ☞
*seruitium.Concl.*156.† Amplia;quia feudum, pro quo soluitur an- 4
nuus census, vel annua præstatio realis, non deuoluitur ob non
solutionem. Corne. *cons.*16.*n.*13.*lib.*1 Menoch..*cons.*65.*n.*63.vbi a-
lios allegat,*communem dicit Marl.*sing.* 446. *Magna profecto,in fi.* *
Zabar.*cons.*92.*n.*5.*in fin.cum seq.ver.tertio obiicitur*,vbi pro vtraque,
& distinguit Clar.in §. *feudum, q.*51. vbi citat plurimos attestantes
de*communi, vbi dicit nõ reperiri iure cautum in feudo.† Con- 5
trarium, quod imo cadat, videtur textus in 6.1.*ver.sed nec est alia iu-*
*stior causa, titu. quæ sit prima causa benef.amitten.*vbi Bald.dicit,quod
nec Apollo responderet illi textui, ita Ioan.de Arno.*sing.*88.*Ha-*
*bebam feudum.*Zabarell.*dict.cons.*92.*num.*6.† Declara;quia si solui- 6
tur annua responsio,& vlterius præstatur iuramentũ;tunc si pen-
sio non est commensurata fructibus, ex quo non est adæquata,
neque sola, præsumitur impulsiua, & iuramentum præsumitur
causa principalis; ergo non cadit ex ea sola;quia non soluit.Zab.
*d.cons.*92.*n.*6.*ver.ad quod dico.* †Declara;quia si feudatarius nõ pos- 7
sedit, ita quod sine sua culpa ex toto nõ percepit aliquos fructus;
tunc ad instar emphyteutæ non cadit. Zabar.*d.cons.*92.*num.*6.*ver.*
quod & si præsupponatur. vbi dicit *commun. Vide conclusionem *
proximam sequentem, *n.* 25.*& seq.*†Restringe forte,quando sic-
tisset per nouem annos,quibus non soluisset,vt videtur velle tex. 8
in *cap.ad Apostolicæ,de reiud.in* 6. † Amplia,quando dominus recu- 9
sat dare possessionem feudi inuestito ; quia pro eo tempore non
tenetur vasallus seruare iuramentum fidelitatis domino, gl. in *c.*
fi.de noua forma fidel. quam sequitur Abbas *cons.* 94.*In quæstione,sol.*
*penult.in principio.lib.*2. †Extende in feudo concesso sub annua re- 10
sponsione ; quia licet non soluat; quia non possidet, non cadit.
Zab.*d.cons.*92.*num.*6.*ver.quod & si præsupponetur*,vbi de*communi. *
†Limita in feudo Ecclesiæ,quia cum Ecclesia æquiparetur pupil- 11
lo, committitur mora irregularis; quia tenetur vasallus offerre
Ecclesiæ.Bald.*cons.*324.*Inter cætera,ver.in contrarium,& quasi per tot.*
vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, *lib.* 2. vbi loquitur, etiam
quando seruitium erat promissum ad præceptũ domini,vel loco
seruitii aliud erat promissum.† Limita,quando feudatarius reco- 12
gnosceret alium dominum pro feudo cõtra formam fuæ inuesti-
turæ,vel esset monitus à vero domino;quia priuat,& post priua-
tionẽ potest alius inuestiri.Bald.*cons.*94.*Mortuo Gregorio.per tot.lib.*
3.*& cõs.*9.*lib.*1.† Limita;quia feudum concessum ex causa finali,si 13
cessat causa finalis,reuertitur ad dominum, etiam si culpa vasalli
non interueniat.Io de Anania *cons.*7.*n.*6.*ver.secundo probatur.*† Li- 14
mita;quia vasallus,qui delinquendo facit cõtra contenta in iura-
mento fidelitatis,potest feudo priuari,& est*communis opinio. *
Clar.in *d.*§.*feudum,q.*53.*in princip.* † Declara ; quia si vasallus tenet 15
feudum à pluribus dominis in solidũ, & offendat vnum ex do-
minis, cadit à toto feudo; si vero recognoscit à pluribus di-
minis,offendendo vnum cadit solum à parte feudi. *
Clarus *d.*§.*feudum,q.*53.*in fi.*vbi dicit*com-
munem.

Feudi

Feudi deuolutio quando fiat ipso iure, vel per sententiam. Concl. 200.

1 FEVDVM † deuoluitur ipso iure, quando vasallus irrequisito domino alienauit feudum, & tradidit possessionem feudi. Alexan. *cons.*30.*n.*3.*& n.*14.*lib.*1. Bald. *cons.*9. *Factum tale est, in pr. lib.*1. vbi, quod non requiritur retrotraditio, neq; cessio, neq; sententia; quia virtus directi dominii est attractiua, vt faciat consolidationem, & duplicatur per enndem Bald. *cons.*188.*lib.*3. Fran. Arer. *cons.*14. *Viso, & diligenter. n.*5. *ver. sed concludo expræmissis. & in ver. non obstant allegata in contrarium.* & iterum *nu.*11. *vers. venio ad secundum.*

2 † Declara, vt ipso iure deuoluatur ad dominum, quando alienatio est facta sine consensu domini, *cap. Imperialem, de prohibit. feudi alien. per Feder.* & hoc, quando ad dominum deuoluitur; si vero ad agnatum, non deuoluitur ipso iure, sed possunt agnati reuocare alienationem. Clar. *in § feudum. quæst.*42. *in princip.* & quando fiat deuolutio ad dominum, & quando ad agnatos. Clarus *d. §* 3 *feudum. q.*66 *n.*7. *vers. sed quid si vasallus.* † Declara, nisi habeat iustam causam ignorantiæ, vt quia successit in ius alterius, vel nisi per metum recognouisset potentiorem in dominum; quia excusaretur.

4 Abb. *cons.*3. *Nitar. col.*5. *vers. venio ad sextam. lib.*2. † Amplia, vt procedat etiam in casu non petitæ inuestituræ à nouo domino intra annum, & diem, quam debet petere; quia priuatur ipso iure. Calderin. *cons.*309. alias 6. *de feudis, in fine, vers. de secundo*, quod est 5 vt de Anchar. Bald. *cons.*466 *Andreas, in princip. lib.*1. *vers. secundo loco autem.* Angel. *cons.*371. *Illustris, & magnificus, in fine.* Vide. *Feudatarius quando teneatur petere nouam inuestituram. Concl.*124. † Extende, vt nec requiratur sententia declaratoria Iudicis, sed propria auctoritate possit expelli. Bald. *cons.*301. *Proponitur, quod Petrus, in princip. lib.*1. vbi, quod ita seruatur de consuetudine, & *consil.*429. 6 *Quidam nobilis, num.*3. *ver. hic etiam. lib.*1. Angel. *d. cons.*371. *Illustris, & magnificus, in fine.* † Extende, vt hoc maxime procedat, quando notorium est, quod intra annum non petiit inuestituram. Baldus 7 *in consil.*141. *Thema huiusmodi. in fine, verficul. item ex quo erat. lib.*2. † In * contrarium est * communis opinio Curt. Iun. *cons.*242. *num.*22. & * est magis * communis. Socin. Iun. *cons.*115. *num.*22. *lib.*2. vbi, quod requiritur sententia declaratoria, prout etiam tenet Castr. *consil.* 8 *4. colum.*3. *vers. & ex tenore. lib.*2. & allegat rationem; quia si habuisset iustam causam, non priuaretur, *cap. fin. de prohib. feud. alien. per Lothar.* igitur debet citari ad dicendum causam, ob quam non sit declarandus, & debet sententia ferri declaratoria, & plenius 8 *num.*3. *vsque in fin.* † Declara; quia si dubitatur, vtrum vasallus petierit inuestituram; & tunc si controuertitur hoc, requiritur sententia declaratoria; si vero non controuertitur; quia fatetur non petisse, sed dicit non esse ipso iure priuatum, vel si est notorium, quod non petiit; & tunc non requiritur alia sententia. Bologn. 9 in apostill. ad *consil. Ioannis de Anania* 32. *num.*12. *vers. vel tertio.* † Declara; quia si feudatarius fuit citatus ad recipiendum inuestituram intra certum terminum, vel intra terminum iuris, & non petiit, est ipso iure priuatus lapso termino; quia censetur contemnere, & potest feudum alteri concedi. Bologn. *d. consil.*32. *in ad* 10 *dit. ad Ioan. de Anan. num.*13. † Declarat Castrens. *d. consil.*84. *num.*2. *vers. & quod dixi. lib.*2. quod ad hoc, vt priuatio inducatur, & valeat inuestitura feudi facta in alium per priuationem eius, qui non petiit inuestituram intra annum, & diem, sed intra annum, & mensem, necessario debet præcedere citatio ad dicendum causam, quare non sit declarandus, & successiue sententia declaratoria: alias non valet inuestitura nqua, etiam si sit confirmata à 11 superiore in forma communi. Vide, *Feudum deuoluitur ad dominum ob offensam, & quando ad agnatos. Concl.*198. † Extendit, etiam si confirmatio Papæ esset ex certa scientia facta, quando non exprimitur nullitas, vel defectus confirmati; quia certa scientia non tollit defectum ignoratum. Castr. *d. consil* 84. *n.*3. *& 4. ver. non obstat.* 12 *usque in fin. lib.*2. † Amplia, vt procedat etiam in casu negligentiæ, & malæ versationis in feudo; quia ipso iure cadit, & potest expelli. Calder. *d. cons.*309. alias 6. *in fin. de feud. ver. nec obstat, si dicatur.* 13 † Limita, & ista est regula, quod excepta causa alienationis, & traditionis possessionis, non priuatur feudatarius ipso iure, sed per sententiam, & cum causæ cognitione, ita Clar. *in d. § feudum.* 14 *q.*62. vbi citat plures attestantes de * communi. Abbas *cons.*3. *Nitar. col.*7. *vers. ad octauam. lib.*2. vbi dicit * communem. † Extende; 15 quia non priuatur ipso iure ratione tergiuersationis. Bald. *cons.*250. 16 *n.*13. *lib.*5. † Item, si feudatarius alium in dominum feudi recognouit. Clar. *d. § feudum, q.*49. *n.*6. vbi de * communi, vide *n. seq.* † Et 17 quod feudatarius recognoscès feudum ab alio possit priuari, sed per sententiam debeat priuari, non autem sit priuatus ipso iure.

Abb. *in c. cum olim. n.*18. *de re iudic.* Castr. *cons.*369. *n.*2. *lib.*2. Aluarot. *in c. Imperialem. § fin. n.*4. *de prohib. feud. alien. per Feder.* Loffred. *cons.* 45 *n.*16. Iacobi. *in ver. dictique vasalli promiserunt. nu.*33. *ad fin.* Capic. *in inuestit. super. § feudum amittunt. nu.*63. & idem est ratione tergiuersationis. Bald. *cons.*250. *Ad euidentiam, n.*5 *lib.*2. & ratione abusus feudi. Ruin. *cons.*70. *n.*13. *lib.*5. & videtur quasi generalis regula, quod vasallus non amittit feudum, nisi adsit culpa, & ea probata, & causa cognita, & sic non ipso iure, sed per sententiam; *c. sancimus, de feud. sine culpa non amitt.* & extra casum alienationis, in quo text. vtitur verbis, *liberæ reuersionis*, & semper requiritur sententia, gl. *in c.*1. *§. callidè.* & ibi * omnes, *de prohib. feud. alien per Feder.* * Alexan. *cons.*124. *lib.*1. Socin. Iun. *cons.*69. *n.*28. *lib.*1. de * communi * Clar. *in d. § feudum q.*49. *n.*6. Abb. plene *cons.*3. *Nitar. col.*5. *ver. sed iis non obstantibus, lib.*2. vbi, quod requiritur causæ cognitio, *l. fin. C. si per vim, vel alio modo.* Vide, *Feudum ex quibus delictis deuoluatur. Conclus.*197. *num.*19. *& seq.* † Et pro ista faciunt; quia feudatarius Im- 18
perii non habet, nisi vtile dominium, & Imperator habet directum. Vnde non potest ipsum directum transferre, quia illud non habet, vt in simili de Marchionatu Montisferrati, qui est Imperii, quod non valuerit recognitio facta ad fauorem Ducis Sabaudiæ, consuluerunt Socin. Iun. *cons.*77. *num.*70. *vers. quoniam ipso casu. lib.*1. Gozadin. *cons.*9. *num.*68. *vers. præterea præsupposito. & consil.* 10 *n.*48. Bero. *cons.*67. *n.*78. *lib.*1. vbi, quod neque potuit transferre ciuilem possessionem; quia est penes Cæsarem. † Vtile domi- 19
nium pariter non transtulit; quia remanet feudatario per retrotraditionem, dum inuestitur; *cap.*1. *§. similiter, de lege Corradxum ibi notat.* Bald. *cons.*251. *Nonnulli feudatarij, lib.*1. Imo non habet inuestiens possessionem; quia eam transtulit in inuestitum. Bero. *cons.* 74. *num.*7. *lib.*1. † Contrarium; quod imo feudum deuoluatur 20
ipso iure, si feudatarius recognoscat ab alio feudum, tenet Host. *in cap. eam te. de iureiur.* quem sequuntur Ioan. Andr. Butr. & Imola, qui dicunt censeri alienasse. Abbas *cons.*3. *num.*5. *ver. venio ad sextam. lib.*2. & dicit hanc esse * communem. † Declara; quia prima * 21
opinio, quod vasallus non cadat ipso iure recognoscens feudum ab alio, procedit ex eo; quia potius committit ingratitudinem, vel feloniam in dominum, vel abutitur, quam quod proprie alienet; quia à se non abdicat vtile dominium, prout alienando. Bald. *in cap.*1. *§. publici latrones* & ibi Aluarot. *in §. quicunque, de pace tenenda.* idem Aluarot. *in cap.*1. *§ fin. de lege Corradi.* Capic. *d. §. feud. amittunt, in* 40. *casu. ad finem.* & propterea Clarus *in dict. §. feudum, quæst.*62. dicit, quod per solam alienationem, & traditionem possessionis priuatur ipso iure, & multæ causæ sunt, ex quibus excusari posset ex recognitione facta ab alio, ne incidisset in commissum. Grat. *cons.*51. *per totum. lib.*1. † Declara secundo; quia si agere- 22
tur contra tertium, debet ferri sententia cum causæ cognitione. Aluarot. *in d. c.*1. *§. callidis.* post gl. ibi. Capic. *d. § feudorum alienationis. num.*37. *fol.*65. † Declara; quia si non requiritur sententia cum 23
causæ cognitione; tamen requiritur semper, & in omni casu declaratoria. Afflict. *in cap.*1. *§. item si fidelis. num.*73. *quo tempore miles.* Iacob. in verbis, *dictique vasalli promiserunt, ad finem.* late Tiraquel. *in l. si vnquam. ver. reuertatur. n.*337. *C. de reuoc. don.* † Declara plenius, 24
vt per Abb. *d. cons* 3. *Nitar. n.*5. *ver. venio ad sextam lib.*2. quia si sciens ter, & sponte recognouit alium, censetur alienasse; ideo cadit ipso iure; secus si ignorans probabiliter, vt quia in ius alterius successit, vel si fecit recognitionem ob iustissimum metum, vt quia Rex, vel potens cum exercitu loca vicina occupate cœperat; quia etiam sola potentia, vel minæ potentis excusant, & dicit * com- *
munem opinionem. † Limita; quia feudum concessum pro an- 25
nuo censu non deuoluitur ipso iure, licet census non soluatur. Cuma. *cons.*164. *in prin.* Vide, *Feudum non deuoluitur ob non præstitum seruitium. Concl.*199. *n.*4. † Contrarium tenet Fulg. *cons.*243. quod 26
est vltimum, *n.*2. vbi, quod census, & feudum deuoluitur ipso iure, quando soluitur in recognitionem directi dominij; quia per omnia æquiparatur emphyteusi, alias deuoluitur per sententiam, & requiritur sentetia. † Declara; quia in casibus, in quibus requi- 27
ritur sententia per Pares, nō potest dominus priuare vasallū si possessione feudi, & si priuat eum, dicitur spoliare, ita q̄ debet vasallus restitui. Bald. *cons.*323. *Proponitur quod dominus. lib.*2. Vide, *Feudatarius spoliatus feudo debet restitui. Concl.*134. † Limita; quia vbicunq; 28
feudum deuoluitur per feloniam, vel culpam commissam vasalli, tunc requiritur sententia per Pares Curiæ. Bal. *d. cons.*9. *n.*2. *ver. & ad intelligentiam. lib.*1. vbi ponit rationes differentiæ, quarum quidem prima est; quia alienando se facit alienum à feudo, non autem delinquendo; secunda vero est; quia felonia alienantis purgatur lege contractus, & sic consensu felonia delicti purgatur per conditionē ex moribus. & super ea debet pronunciari, *c.*1. *de feud. sine culp. non amit.* idē Bald. *cons.*301. *n.*2. *ver. item quis dicitur. lib.*1.

& cons.

& cons.188. Factum tale est,n.2.ver.& ad intelligentiam.vsque in fi.lib.3. Zaba.*cons.128.in fi.* Rom.*cons.212. Quoad prim.n.8.ver.2.quia.* Alex.*cons.30. Visis dubitationibus.nu.8.3 v.circa tertium.lib.6.* vbi dicit esse generale, quod pro omni deuolutione, & priuatione ex delicto commisso requiritur sententia. Vide, *Feudum deuoluitur ob offensam in dominum. Concl.198.* † Contrariũ, q̃ ob felonia cadat ipso iure. Bald.*d.cons.9.n.3.ver.sed hoc aduertendum.lib.1.* † Declara, vt nõ procedat limitatio, quando dolus, & felonia esset commissa in alienatione, quia ipso iure reuertitur, vt per Bald.*d.cons.9.n.3.ver.mihi finaliter videtur.lib.1.* licet *n.4.* dicat esse disputabile, sed q̃ declaratio ꝓcedat. Alex.*cons.30.n.3.& n.14.lib.1.* † Extende limitationẽ, vt procedat, quando feudatarius nõ seruauit iuramentũ fidelitatis, quia perdit feudũ secuta sententia. Bal.*cons.327. Pridie enim n.7. ver.porro ista duo.* † Limita, quando ob homicidium, vel delictum feudatarius nõ seruauit iuramẽtum fidelitatis, quia perdit feudũ secuta sententia. Bald.*d.cons.327. Pridie enim.n.7 vers.porro ista duo.* † Limita, quando ob homicidium, vel delicto, puta, quia contraxit incestas nuptias; nam debet cõstare de delicto, & quod sit condemnatus per sententiã, alias non fit priuatio. Zaba.*cons.127.& 129.in pr.* † Declara, seu restringe omnes limitationes, quando abusus, tergiuersatio, seu recognitio essent notoriæ, & culposæ. Soc.*cons.4.n.13.lib.3.* Paris.*cons.1.n.39.lib.1.* † Contrarium Abb.*cons.3.col.7.ver.ad octauam.lib.2.* † Declara, dummodo istud notorium ita sit notorium, vt nullo modo possit excusari, quia debet dominus probare dolum, vel culpam. Bald.*cons.259.n.5.lib.2.* Guid.Pap.*decis.454.* & in ista materia quælibet iusta causa excusat.*c.1.§.fi.de prohib.feud.alien.per Lothar.& in c.1.quo tempore miles.* & in terminis Deci.*cons.690.nu.14.* Alciat.*cons.163.n.18.* & dominus non debet cum vasallo rigorem seruare, sed benignitatem. Castr.*cons.311.circa fi.lib.1.* Præpositi.*in c.1.n.4.quo tempore miles.* † Extende generaliter, quia vbi agitur de executione sententiæ legis, necessario requiritur declaratoria, quia prius debet cognosci de culpa, antequam vasallus deiiciatur. Abb.*d.consil.3.col.8.in 8.dubio lib.2.* vbi, quod ad Pares Curiæ spectat cognitio, si extant, & si non extant, ad iudicem ordinarium, quando non negatur feudum, sed deuolutio, sed si negatur feudum, cognitio spectat ad iudicem ordinarium vasalli prætensi. Vide, *Feudum ex quibus delictis deuoluatur ad dominum, vel ad agnatos. Concl,197.* Vide, *Emphyteuta debet declarari, vt sit locus caducitati. Concl.190.* Vide, *Priuatio ipso iure non inducitur, & per quæ verba inducatur. Concl.719.* Vide, *Vasallus feudo priuari non potest sine iusta causa. Concl.31.*

Feudatarius non præstans iuramentum domino quando priuetur, vel non. Concl. 201.

1 FEVDATARIVS † contumax in præstando iuramẽto fide-
2 litatis priuatur feudo. *c.1.quæ fuit prima causa benef.amit.* † Et dicitur contumax in termino petendę inuestiturę; quia illam debet petere intra annum, & diem. Bald.*cons.301. Proponitur, quod Petrus. n.6.7.& 8.ver sed modo dubitatur.lib.1.* vbi loquitur de istis omnib⁹.
3 † Amplia, vt imo etiã capite plectendus sit feudatarius, qui monitus fuit contumax, & irreuerentiam fecit domino. Oldr.*cons.191.*
4 *Nullo modo.in fine.* † Contrarium, quod imo non possit puniri alia pœna, quã priuationis feudi, etiam si machinaretur cõtra Princi-
5 pem, tenet Bald.*cons.327. Pridie enim.n.7.in fi.ver.itẽ ciuis.li.1.* † Amplia, vt procedat, etiam si petierit inuestiturã intra annum, etiam si sit filius; quia si non præstitit iuramentũ, priuatur iure suo; quia qui in vno deliquit, factus est omnium reus. Bald.*d.cons.301. Propo-*
6 *nitur, quod Petrus.n.7.ver.fidelitatem tamen.li.1.* † Amplia, vt ꝓcedat, etiam si vnus ex fratribus præstiterit iuramentũ, & acceperit inuestituram in personã suam; quia adhuc ille, qui non præstitit iuramentum, priuatur feudo. Bald.*d.cons.301.n.8.ver.sed nunquid.lib.1.*
7 † Declara ampliationẽ, nisi is frater, qui iurauit, iurasset tanquam socius, & nomine aliorum, quia sufficeret. Bald.*d.cons.301.n.8.li.1.*
8 † Amplia; quia vasallus non seruans iuramẽtum domino amittit feudum secuta declaratione. Bald.*d.cons.327. Pridie enim.lib.1.n.7.*
9 *ver.solutio, duplex est iuramentũ.* † Et q̃ sine causę cognitione, & sen-
10 tentia non cadat vasallus. Vide, *Vasallus feudo priuari nõ potest sine iusta causa. Concl.31.* † Amplia; quia vasallus nedum tenetur pro feudo præstare iuramentũ domino, sed etiam nouo vasallo vniuersaliter inuestito de castro, & territorio, cuius castri ratione vasalli habent aliqua feuda. Bald.*cons.97. Proponitur, quod.lib.3.* vbi in fin. dicit, quod bene potest vasallus renũciare feudo, si vult, ne teneatur nouo feudatario. † Limita, nisi esset feudum, quod nõ requi-11
reret iuramentum. Bald.*d.cons.301.n.8.in fi.ver.nisi sit tale.lib.1.* † Li-12
mita, nisi de consuetudine sufficiat, quod iuramentum fuerit semel præstitum. Bald.*d.cons.301.n.8 in fi.lib.1. ver.nisi sit tale.* † Limi-13
ta, quãdo vasallus à die scientiæ obtulit se paratum facere homagium domino, & omnia alia, ad quæ tenetur; quia habetur pro præstito, & inuestitura pro data, ex quo stat per dominum; imo dominus tenetur vasallo ad interesse, & priuatur iure suo, si iniuste denegat recipere homagium, & facere inuestituram. Abb.*cons.3.Nit.col.13.ver.tredecima quæstio.lib.2.* † Limita, quando iusta igno-14
rantia non præstitisset iuramentum intra annum, & diem; vt quia sui authores per 40.annos illud non præstitissent. Bald.*cons.429. Quidam nobilis.lib.1.* † Limita, nisi feudatarius, qui non præstitit iu-15
ramentum, habuisset iustam causam, vt quia non possedit; nam pro tempore, quo possedit dominus, vel alius, non tenetur ad iuramentum, neq; ad seruitium. Bald.*d.cons.429.n.4. vers.sed superest alia.lib.1.vsq; in fi.* † Restringe, nisi Episcopus fecisset edictũ in sua16
creatione, q̃ omnes feudatarii deberẽt petere inuestituram; quia non excusaretur eo casu, si non petat, etiam si nõ possideat. Bald.*cons.466. Andreas, in pr.lib.1.* † Limita, si impotentia fuit in causanõ17
præstandi iuramentum. Bald.*d.consil.429.n.2.vers.item regula.lib.1.* † Limita, quando iuramentũ fuisset reale, & non personale; quia18
non tenetur reiterare, & dicitur reale, si Ecclesiæ præstitum est. Ægid.Bella.*cons.31.n.18.& seq.ver.circa primam.& n.21.& seq.vers.in tertia.* vbi loquitur de iuramento Episcopi versus Metropolitanum. Ægid.*cons.33.n.49.ver.Dominus Petrus dicit.* † Limita, nisi fuis-19
set remissum in inuestitura; quia potest remitti, sicuti etiam potest præscribi. Abb.*cons.82.num.7. ver.ad secundum lib.1.*

Feudo renuncians qualiter sibi, & suis præiudicet. Concl. 202.

FEVDATARIVS † possidens feudum paternum vna cum 1
eius fratre, si renunciat fratri partem suam feudi, & ille, cui facta est renunciatio, decedat sine filiis, poterit renuncians, vel is, non obstante renunciatione, succedere in feudo, *c.1.§.Titius cum Sempronio.si de feud.def.cont sit inter dom.& agn.* Alex.*cons.13.Perspectis iis.in pr.& n.7.vers.& primo non obstat*, vbi declarat, quod procedit, quando fuit factum pactum de non petẽdo feudum à certa persona; secus si simpliciter, vel facta esset renunciatio in rem, *lib.5.* † Extende, quando duobus fratribus diuidentibus feudum, & 2
bona paterna vni ex eis obuenit feudum in portione, aliis bona libera, si moritur sine filiis ille, qui habuit feudum, succedunt fratres, q̃ diuiserunt, non dominus; quia dominus non succedit, nisi fuisset facta renunciatio in manibus domini, vt alium inuestiret, & fuisset inuestitus; quia tũc dominus succedit, si inuestitus moritur sine filiis, gl. magistra, & ibi * omnes *in c.1. tit. Imp. Lotharius* * *Eugenio.* Alex.*d.cons.13.in pr.n.2.ver.secundo ad idem.lib 3.* vbi *n.7.ver.& eodem modo*, declarat, nisi fuisset facta in manibus domini, vel simpliciter in rem, & quod diuisio non obstet, quando diuidens mortuo eo, cui feudum obuenit, sine descendentibus, alter possit succedere. Alex.*cons.15. Visis, in fin.lib.5.* † Extende, quando pa-3
ter renunciat feudo antiquo; quia non præiudicat filiis, etiam si hæreditatem patris adiuissent cum beneficio inuentarii; secus si renunciasset expresse pro se, & filiis, & filii adiuissent hæreditatem paternam. Alexand.*d.cons.13.num.3.vers.tertio per id, quod*, vbi apostill.*in ver.filiis*, dat concor.*lib.5.* vbi *n.7.in fi.vers.non obstant not. cum seq.* declarat. † Extende idem esse, si vnus ex fratribus renun-4
ciat feudum tertio fratri, qui illud possidebat, vt illud habeat pro se, & hæredibus, & successoribus suis; quia si ipse frater, cui facta est renũciatio, decedat, vel sui descendẽtes decedãt sine descendentibus, admittitur frater, qui renunciauit, simul cũ alio fratre, qui non renunciauit, ad successionem in feudo fratris, *c.1.de eo, qui fin.fecit agnato de feud.pat.* Alex.*d.cons.13 n.3.in fin.cum seq.ver.sed præmissis.lib.5.* † Restringe, quando refutatio fit per feudatarium feu-5
do nõ in personam cõfeudatarii, sed in rem, vel quãdo fit in manibus domini, vt aliũ inuestiat; quia tunc renuncians, vel refutatione m feudi faciẽs est perpetuo exclusus, vt mortuo eo, cui facta est refutatio, sine descendẽtibus, nõ succedat ampli⁹. Alex. plene *d.cons.13.n 5.& seq.ver.sed omnino.lib.5.* † Restringe, quãdo renũcia-6
tio feudi est facta simpliciter; q̃a in dubio censetur facta renũciatio realis, & maxime, q̃n adsunt verba generalia, & latissima extensiua, videl. *omnia iura sua, rationes, & actiones reales, personales, & mixtas, quæ habet, vel habere posset, &c.* quia illud verbũ, *posset*, est extensiuum. Alex. *d cõs.13.n.5.& 6.ver.corroborãtur.lib.5.* vbi apost.*in ver.extensiuum.* † Restringe, quãdo renuncians feudum, & iunibus 7
feudi, quæ habet, & promittit nõ cõtrauenire, si quidem feudum est hæreditariũ non absolute, sed secundũ quid, censetur renunciasse

classe pro se, & hæredibus; adeo, quod hæredes nō possunt contrauenire, licet de hæredibus nō fecerit mentionem; quia ex quo feudum est hæreditarium secundum quid, censetur de hæredib⁹ fecisse mentionem, ex quo non dixit per se, tantum promittit nō contrauenire, ita pulchre Alex. *d. cons. 13. n. 7. & seq. verb. si etiam vel-* 8 *lem. lib. 5.* † Restringe imo; quia nedum non succedit renuncians in manibus domini, vt alium inuestiat, & renunciat omnia iura, quæ habet, vel habere posset in parte à se renunciata, sed neq; in parte propria eius, cui facta est renunciatio, si decedat sine descendentibus; quia imo spectat ad dominum feudi. Alex. *d. consil. 11. n. 12. ver. circa secundum dubium. lib. 5.* & iterum *consil. 21. Viso com-* 9 *promisso, n. 8. ver. posset etiam. libr. 5.* † Restringe, quando diuidentes feudum, vel emphyteusim promiserunt sibi de euictione non simpliciter, sed in specie, etiam si sequatur euictio ex natura rei, vel ex facto authoris eorumdem; quia tunc teneretur de euictione, & non posset habere regressum finita linea diuidentis. Alex. *consil. 21. Viso compromisso. nu. 6. & 7. ver. tertio principaliter. lib. 5.* Vide, *Viso an præiudicet fideicommisso, & quando secus. Concl. 543.*

Feudum qualiter domino sit obligatum. Concl. 203.

1 FEVDVM, † pro quo feudatarius tenetur soluere canonem, vel censum, remanet domino obligatum. Bald. *an auth. si quas rui-* 2 *nas. 5. verb. sed vltra omnes. C. de sacrosan. eccles.* † Contrarium fuit decisum in Senatu Mantuano, Sur. *decis. 32. nu. 1. 2. & 3. cum seqq.* vbi pulchre declarat. † Amplia; quia si census, vel tanon augeatur etiam alia resoluendus; adhuc tamen feudum remanet obligatum pro augmento, si res alia euincatur, vel desinat. Alex. *cons. 79. Cinæprimum, n. 9. ver. circa octauum. lib. 1.*

Feudum obligari non potest per feudatarium, & quando secus. Concl. 204.

1 FEVDVM † obligari non potest per feudatarium sine licentia, & consensu domini. Vide plenius Castillio. *cons. 4. Illustr. Princ., in pr.* vbi, quod propterea non obligatur successor in feudo ad debita prædecessoris actione, neque personali, neq; reali, & est tex. in *cap. 1. in pr.* & ibi Bald. & alii, *de prohibit. feudi alienat. per Feder.*

2 † Amplia, etiam si feudatarius adiuit hæreditatem alienam; quia feudum non obligatur, nec hypothecaria, vel reali actione possunt creditores agere, sed personali tantum. Alex. *cons. 124. Super* 3 *primo. n. 9. lib. 4.* † Amplia; quia in generali obligatione non veniunt bona feudalia. Alex. *cons. 2. Ex narratis in themate. in pr. lib. 4.* & i-4 tem *cōs. 124. n. 9. lib. 4.* † Extende; quia etiam si dominus dederit licentiam obligandi; tamen obligatio non continet, nisi vtile dominium, quod mortuo feudatario resoluitur in fumum; quia vtile vel reuertitur ad dominum, vel ad alium inuestitum, & resoluto vtili resoluitur omnis obligatio accessoria, vel dependens. Ca-5 stillio. *d. cons. 4. n. 5. ver. quinimo.* † Extende, vt procedat, etiam si dominus postea cōsenserit, quod bona feudalia cadant in obligatione; quia non operatur, vt veniant in obligatione primo facta ante consensū. Alex. *d. cons. 2. in pr. lib. 4.* vbi apost. in *ver. priuationis*, dicit, q̄ necesse est, vt de nouo post cōsensum fiat obligatio; alias prima 6 non valer. † Extende, vt procedat ēt stante statuto, quod possint obligari bona feudalia, dūmodo cōsensus domini accedat; quia intelligitur, vel in ipso actu, vel præcedat, alias nō valet obligatio 7 generalis. Alex. *d. cons. 2. n. 2. lib. 4.* † Amplia, q̄a imo secundū Bald. *in l. 3. C. vt in possess. leg.* nulla realitas pōt acquiri in feudo, nisi ex inuestitura, sequitur Alex. *d. cōs. 2. Ex narratis. n. 13. ver. vltimo, lib. 4.* Am-8 plia; † quia bona feudalia non potuerunt obligari ēt in specie per vasallū sine consensu domini, imo licet accedat consensus domini, qui concedit licentiā obligādi, & ingrediendi creditori in possessionem bonorum feudalium, nō valet talis obligatio, si nō fuit narratū domino, quod præcesserat consensus domini, quia si dominus ignorauit, non conualidat obligationem nullā. Alex. *d. cōs.* 9 *2. n. 8 & seq. ver. quinto probatur. lib. 4.* † Extende, quia imo si dominus feudi dedisset licentiam alicui creditori vasalli sui ingrediēdi & retinendi possessionē feudi ex certo credito certæ summę, talis licentia, quę induceret hypothecam, non habet locū pro alio credito; & data pro præteritis non habet locum in futuris, nec è con-10 uerso. Alex. *d. cons. 2. n. 8. & seq. lib. 4.* & data in singulari pro vno creditore, non comprehendit plura, ibi *n. 19. in fi.* † Extēde, quia imo licentia data per Dominū feudi creditori vasalli capiēdi possessionē bonorum feudaliū vasalli debitoris, si ante quā creditor capiat possessionē, vasallus de licentia domini alteri vendat feudum, & constituat se tenere, & possidere, & c. talis licentia data creditori euanescit, ex quo per constitutū feudū transiuit ad emptorē, & in dominio, & possessione. Alex. *d. cōs. 2. n. 13. ver. vltimo quia secundum* 11 *li. 4.* † Limita; quia feudum, quod potest alienari, vt quia concessum fuit, p se, & hęredibus, & successoribus quibuscunq; , ex quo non habet propriam naturā feudi, sicuti potest alienari sine consensu domini; ita etiam potest hypothecari. Grammat. *decis. 103. n.* 12 *124. & seq. ver. aut quærimus*, vbi late, vbi, quod procedit, siue à consuetudine, siue à lege, siue ab inuestitura proueniat, & specifice Io. Fabri *Instit. de actio. §. item Seruiana. col. 12.* hoc dicit, qui citat etiam Crau. *cons. 256. n. 5. & seq.* & Marcabru. ab Anguil. *cons. 26. n. 385. & seq. ver. addo vltra*, vbi, quod in generali obligatione venit, sicut in generali alienatione, vel generali institutione. † Extende; quia 12 procedit, etiā si obligatio, & hypotheca sit generalis, vel per verba vniuersalia; quia tunc comprehendit etiam feudum alienabile, & concessum pro se, & hæredibus quibuscunque, vel quibus dederit. Crau. *d. cons. 256. n. 5. ver. & ratio est cū seq.* & loquitur in generali dispositione. † Et idem est in dispositione generali gemina-13 ta. Corn. *cons. 321. in fi. lib. 4.* † Restringe; quia licet feudum concessum pro se & hæredibus quibuscunque, vel quibus dederit, vt supra, possit alienari, & hypothecari; tamē id debet intelligi, quando in specie, & nominatim sit mentio de feudo, ita Ias. *cons. 6. col.* 14 *pen. circa fin. ver. non obstat tertium. lib. 3.* vbi ēt dicit, q̄ non potest cōstitui ius pignoris sine actuali inductione in possessionem; quia nulla realitas potest acquiri in feudo sine reali inuestitura *c. 1. in pr. quid sit inuestitura.* Bald. *in l. 3. C. vt in possess. legat.* quod re 15 utat menti tenendum. † Contra restrictionem Crau. *d. cons. 256. n. 6. ver. in qua re*, vbi, quod Iason pessime loquutus est, dum voluit primū, quod in generali obligatione non veniat feudum, quod potest alienari; nisi in specie exprimatur; quia dicit, quod Ioan. Fabr. in *d. §. item Seruiana*, super quo Ias. se fundat, dicit totum contrarium; sed tamen secunda restrictio erit vera. † Limita, quia fructus feudi, pro- 16 ut emolumenta bannimentorum, pænæ, multæ, & al a similia, quæ sunt fructus iurisdictionis, & feudi, possunt obligari, & veniunt in generali obligatione. Castillio. *cons. 4. n. 17. & 18.* † Limita; 17 quia feuda veniūt in generali dispositione, q̄ nō contradicit feudali naturæ; nam in feudis; quæ possunt alienari secundum consuetudinem loci; si prohibitio fiat generalis super alienatione omnium bonorum suorum, veniet etiam alienatio prohibita feudorum. Curt. Iun. *cons. 26. n. 7. & seq. ver. deuenio igitur.* † Limita; quia 18 talia feuda, quæ possunt alienari; quia sunt concessa pro se, & quibuscunq; &c. possunt alienari, & veniunt in generali alienatione, & generali institutione extraneorum. Ruin. plene *consil. 72. Prima videtur, n. 5. & seq. lib. 5.* vbi pro vtraque parte, sed *n. 6. ver. sed præmissis, cum seq.* expresse hoc tuetur, & tollit contraria, sequitur Marcabr. ab Anguil. *cons. 26. n. 374. cum seq. ver. quinto moueor*, vbi latiss. Vide Conclusionem prox. seq.

Feudum non obligatur ex facto prædecessoris, & quando secus. Concl. 205.

FEVDATARIVS † successor in feudo hæreditario, & transmissi- 1 bili obligat ex facto defuncti; quia quę obstant defuncto, obstant ēt successori, & hæredi in feudo. Bald. *cons. 345. Ad euidentiam, in fi. ver. sed nunquid. n. 8. li. 1.* † Extēde, vt procedat in hærede suo, & 2 necessario, in tantū, quod licet feudum non sit hæreditarium; tamen non potest repudiare hæreditatem, quin repudiet feudū; secus, si esset hæres voluntarius. Bald. *d. cons. 345. in fi. lib. 1.* † Declara, 3 vt prædicta procedant in iudicio, & si filius ageret; sed secus est, quando sumus extra iudiciū, & filius iam possidet; quia nō habet locum regula, quę de euictione tenet, &c. Bald. *d. cons. 347. Imperator concessit, prope fi. ver. dicet aliquis. lib. 1.* † Restringe, quādo succedēs 4 in feudo pro se, & filiis, & hæredibus concesso, adiuisset cū beneficio legis, & inuentarii hæreditatem. Alex. *cons. 124. Super primo, n.* 5 *7. ver. modo hoc proposito. lib. 4.* † Amplia, quia si pater relinquat plures filios masculos, & fœminas, licet æqualiter succedāt in aliis bonis, exceptis feudis, quæ spectāt ad masculos, si tamen ad sunt debita patris occasione feudorum dumtaxat cōtracta, illa spectant ad solos masculos, qui succedunt in feudo. Bald. *cons. 232. Fœmina regulariter. lib. 3.* † Amplia in pactis, & cōuentionibus factis bona fi- 6 de inter feudatarium, & subditos, etiā sine authoritate domini, dūmodo nō præiudicet domino feudi; quia valent pacta, & cōuentiones. Bald. *cons. 492. Inter magnificos. lib. 5. in pr. & per tot.* Vide, *Feudatarius quid possit circa subditos. Concl. 122.* † Limita in feudo, q̄ quis 7 habet vt filius, vel ex stipulatu ex persona sua, quia factū defuncti sibi non nocet, nec vitia defuncti transeūt. Bald. *d. cons. 345. in fi. & cons. 347. Imperator concessit, in pr. lib. 1.* vbi, quod in spicitur persona, cui dirigitur beneficium, non persona impetrans. † Extende, quia 8 pater licet renunciet feudo, ad quod filii vocantur ex prouisione maiorum suorum, illa renunciatio non præiudicat filiis vocatis, quia

quia sicuti non nocet mors patris; ita neq; renunciatio. Bald. *cons.*
9 215. *Proponitur quod. n. 2. ver. secundus articulus. lib. 2.* † Extende, vt idē
sit, si pater vendat feudū, quod debet transire ad filios; quia mor-
tuo patre filii reuocabunt feudum, quando ex cōtractu patris nō
veniunt, sed ex contractu māiorum. Bald. *d. cons. 215. n. 3. ver. modo*
10 *sequitur, & in fin. ver. iterum dubitatur. lib. 2.* † Extende, vt idem sit, si
pater pro feudo, & differentia feudi prorogat iurisdictionem Re-
gis, cui nō subest; quia mortuo patre in filium non transit instan-
tia, si feudum debetur filio, vti filio, non vti hæredi. Bald. *cons. 217.*
11 *Ortaguerra. n. 3. in fi. & seq. ver. nām quidā sunt. lib. 3.* † Restringe; quia
si duo fratres habentes feudum antiquum recipiunt nouam in-
uestituram vti de feudo nouo in eorum personas renunciando
inuestituræ feudi antiqui; tūc mortuo vno ex fratribus, alter non
succedet, nec descendentes alterius, sed reuertitur ad dominum.
Castr. *cons. 44. Circa præsentem casum. lib. 2.* vbi si non est renuncia-
tum, in dubio noua inuestitura intelligitur secundum antiquas.
Vide, *Feudum quando competat per ius accrescendi. Concl. 182.* † Decla-
12 ra restrictionem, vt fratres possint in præiudiciū descendentium
renunciare inuestituræ, quando feudū esset antiquum receptum
pro se, & hæredibus; secus, si pro se, & aliis; quia si filii vellent re-
uocare, possent, quando non habent vti hæredes. Alex. *cons. 19. n.*
5. lib. 5. Vide, *Feudum non potest reuocari, neque alterari inuito feudata-*
13 *rio. Concl. 182.* † Limita; quia creditores defuncti non possunt mo-
lestare feudatarium habentem feudum antiquum ex inuestitu-
ra, etiam si sit hæres; quia quoad eum feudum non potest obliga-
14 ri pro facto defuncti. Bald. *cons. 182. Petr. de Firmo. circa fi. lib. 3.* † Ex-
tende; quia neque pro dote obligatur feudum, neq; vtilitates ex
feudo post mortem mariti; quia agnati ad nihil obligantur. Bald.
15 *d. cons. 182. circa fi. lib. 3.* † Declara; quia obligatur ille, qui contraxit
debita etiam super fructibus feudi, donec ipse viuit. Bald. *d. consil.*
16 *182. circa fi. li. 3.* † Limita; quia non præiudicat recognitio facta per
feudatarium successoribus in feudo, neq; iuramentum fidelitatis
præstitum; quia ista sunt personalia, & non præiudicāt successo-
ribus in feudo. Anchar. *cons. 310. Tres domini. n. 4. & 5. ver. secundo effi-*
caciter. iuncto n. 16. ver. nō obstat lex. si conductionis, vbi, quod iuramen-
17 tum fidelitatis constituit ius personale, non reale. † Extende, et-
iam si successor in feudo sit hæres eius, qui præstitit iuramentum
fidelitatis. Anchar. *d. cons. 310. n. 4. & 5. iuncto n. 16. ver. non obstat lex.*
Vide, *Feudatarius quando possit domino præiudicare in feudo, vel non. Con-*
clus. 127. Vide Conclusionem proximam præcedentem.

Feudatarius tenetur domino ostendere inuestituram, & quando secus. Concl 206.

1 VAsallvs † soluens aliquid pro feudo tenetur docere, pro
quibus bonis soluat, alias præsumitur pro omnibus bonis
soluere, & omnia bona esse feudalia. Brun. *cons. 117. col. 15. ver. quod*
* *si nouam*, vbi dicit * communem, & *col. 17. ver. & tandem*, dicit ma-
* 2 gis * communem. † Restringe; quia dominus non potest compel-
lere vasallum ad ostendendum inuestituram, vel sua instrumenta
sub pœna priuationis. Brun. *d. cons. 117. col. 17. ver. an autem.*

Feudum reuersum ad dominum non est amplius feudum. Concl. 207.

1 SI † feudum concessum à domino propter deuolutionem re-
uertitur ad dominum, amplius non est feudum, neq; retinet
naturam feudi; quia res propria non potest ipsi domino seruitu-
tem debere, sed est effecta libera. Afflict. *decis. 361. Monasterium. nu.*
35. vbi certis casibus limitat. Vide, *Seruitus in re propria esse non po-*
test. Concluſ. 230.

Feudatarius est vtilis dominus, & ad eum spectant vtilitates feudi, & quæ non. Concl. 208.

1 FEvdatarivs, † sicut emphyteuta, dicitur vtilis domi-
nus; ideo vtilitates omnes feudi ad eum spectant, & non ad
dominū directum. Castr. *cons. 354. Commodum dictæ venæ. lib. 1.* Vi-
2 de, *Fructus feudi ad quem spectent. Concl. 492.* † Et ideo omnes pœnæ,
& confiscationes, quæ fiunt etiam per alienos magistratus de re-
bus, & bonis feudi, applicantur feudatario, etiam si propter leges
superioris esset locus pœnæ, seu confiscationi; quia dicitur Prin-
ceps plantare, & serere in alieno quoad vasallos. Nat. *cons. 639. n. 5.*
3 Boss. *tit. de pœn. n. 25.* † Declara, vt procedat quoad ea, quæ sapiunt
delictum de iure communi; quia spectant ad vasallum habētem
merum, & mixtum imperium, etiam si augeatur pœna per Princi-
pem supremum, excepto delicto cōmisso in Principem; quia pœ-
na ad eum spectat; & idem est, quando per legem Principis pro-
hibetur aliquid permissum de iure communi; quia spectat cogni-
tio & pœna ad supremum dominum, late Surd. *cons. 152. per tot.* vbi
est casus. † Extende; quia emolumenta delictorum spectant ad 4
feudatarium inuestitum priuatiue ad dominum. Tessaur. *decis.*
Pedem. 177. n. 3. & decis. 266. n. 4. † Et quod feudatarius, sicut etiam 5
emphyteuta, habeat vtile dominium. Alex. *cons. 9. Viso themate, in*
pr. lib. 3. & de feudatario est text. *in c. 1. de inuest. de re alien. fact.* Vide, 6
Emphyteuta dicitur habere dominiū vtile, & quale. Concl. 149. † Decla-
ra; quia sicuti feudatarius habet vtile dominiū; ita dominus ha-
bet directum dominium. Vide, *Feudum quid sit, & qualiter consti-* 7
tuatur. Concl. 104. n. 15. † Amplia; quia commoditas venæ auri, ar-
genti, ferri, & similium, spectat ad feudatarium, non autem ad di-
rectum dominum. Castr. *d. cons. 354. per tot.* vbi est casus, *lib. 1.* sequi.
tur Cruet. *cons. 128. n. 3.* Vide, *Feudatarius habet potentius ius in feudo,* 8
quam dominus. Concl. prox. seq. † Extēde; quia etiam vena salis, & al-
terius mineriei spectat ad feudatariū. Soc. Iun. *cons. 76. per tot. lib. 3.*
† Amplia; quia si fiat generalis confiscatio bonorum propter de- 9
lictum de iure cōmuni per officiales domini directi, licet sit supe-
rior quoad directū dominiū, tamen bona condemnati, quæ sunt
in territorio vasalli, applicātur ipsi feudatario, & vasallo, non au-
tem domino directo. Crau. *cons. 128. in pr.* plenissime Affli. *dec. 282.*
n. 12. vsq; in fi. vbi extendit, etiam si propter rebellionem fiat con- 10
fiscatio. † Declara; quia procedit, quando in specie fuerunt con-
cessa regalia, & confiscationes, alias per concessionem cum mero
& mixto imperio non veniret confiscatio, quæ Principi supremo
est reseruata. Rol. à Val. *cons. 21. n. 19 li. 4.* † Restringe; quia nō pro- 11
cedit, quando offenditur lex propria, & bat. num supremi domi-
ni, per quam causatur delictum, quod non erat delictū; quia tunc
ratione alti, & supremi dominii potest dominus statuere, & sibi
debetur pœna, & confiscatio; quia debuit hoc cogitare vasallus,
plene Pet. Surd. *d. cons. 152 per tot.* vbi respondet ad omnia, & alios
citat. † Et pro restrictione faciunt multa similia; nam licet de iure 12
ciuili non detur appellatio in causa possessorii, bene datur ex can.
sa possessorii ex canone, *reintegranda. 3. q. 1.* quia est remedium iuris
Canonici nouum incognitum de iure Ciuili; ideo ius Ciuile pro-
hibens appellari hoc remedium incognitum nō comprehendit.
† Sic dicimus, q. pœna iuris Ciuilis ob incestas nuptias non habet 13
locum, nisi in nuptiis incestis de iure Ciuili, non autē de iure Ca-
nonico. Vide, *Nuptiarum incestarum pœnæ quando habeant locum, vel* 14
non. Concl. 159. † Declara; quia in multis casibus spectant pœnæ, &
confiscationes ad supremum Principem; primus casus est, si agā-
tur de causa Principis, puta, quia citaret eū, p̄ suo interesse, eumq;
mulctaret, apost. ad Mart. Laud. *cons. 37. n. 37. & seq.* Pancir. *cons. 185.*
in fi. Amad. *de Laudem. q. 24. col. 4.* Boss. *de for. comp. n. 2. & de pœn. n. 25.*
secundus est, si agatur de pœna soluenda ob gratiam obtentam à
Principe. Surd. *cons. 53.* tertius est, quando, prout dixi in restrictio-
ne, pœna est noua de eo, quod non erat pœna, & ex eadem ratio-
ne, quando pœna augetur, & Princeps reseruat augmentum sibi.
Gram. *decis. 67. n. 13. & seq.* quartus est, quando etiam feudatarius
esset particeps, vel conscius delicti. apost. ad Mart. Laud. *cons. 37.*
n. 39. quintus est, quando vigore alti, & supremi dominii pœna,
vel mulcta imponitur. apost. ad Mart. Laud. vbi supr. *n. 38. ver. secus*
si pœnam. sextus est, si fiat commutatio pœnæ corporalis in pecu-
niariam, non ex necessitate. Capic. *decis. 27. nu. 14. & seq. & n. 17. ad*
fin. septimus est, quando agitur de mobilibus, & subditus conde-
mnatur extra statum feudatarii; quia tunc confiscatio mobilium
spectat ad Principem tanquam in sequelam personæ. Bartol. *in l.*
mercatores. C. de commerc. & mercat. Gig. *de crim. læsæ maiest. q. 2. in fine.*
Cott. *in memor. in ver. confiscatio.* Clar. § *fin. q. 78. vers. sed hic quæro, in*
fin. † Amplia; quia in concessione feudali, quæ dicitur benefici- 15
um Principis, & late interpretatur, venit sal, & concessio salis, &
aliorum regalium, quando sunt specificata aliqua regalia cum
clausula, *& quæcunque alia quocunque nomine nuncupentur.* Castr. ple-
ne *cons. 63. Quod dicti redditus, lib. 1. per tot.* maxime in fine, sequitur
Cruett. *cons. 128. n. 3.* † Amplia, etiam si confiscantur bona pro- 16
pter crimen læsæ maiestatis in superiorem Regem; quia bona in
territorio feudi spectant ad feudatarium. Afflict. *decis. 282. & seq.*
vbi, quod ita fuit iudicatum. † Contrarium, quod sit speciale in 17
crimine læsæ maiestatis commisso in Principem supremum, vt
confiscatio bonorum etiam in territorio feudatariorum fiat ad
commodum Principis supremi. Roland. à Valle *cons. 78. nu. 21. &*
seq. lib 2. vbi de * communi, Vide, *Iniuriæ causa quæsita habent multa* *
specialia. Concluſ. 163. † Declara, vt per Albertum Brun. *consil. 31.* 18
num. 10. & sequent. versic. circa secundum, inter consilia feudalia, quod
bona mobilia, & etiam immobilia, feudalia confiscantur feuda-
tario sine dubio, alia bona non feudalia, licet in territorio feu-
datarii, confiscantur domino, in quem commissum est crimen
læsæ maiestatis; item, quando bona sunt confiscata principaliter
de per se à feudatario, vel Principe, spectant feudatario; quia
fructus

fructus iurisdictionis est, si vero sit sola condemnatio deportationis, vel alia, q̃ in consequentiam habeat de iure cõi confiscationem; tũc applicatur supremo Principi, in cuius maiestatẽ est cõmissum delictũ. Vide eũ. *n.* 12. *& seq.* vbi dicit, q̃ materia est intricata, & q̃ pendet multum à verbis inuestituræ, & ipse inclinat, q̃ semper ad feudatarium; quia fructus est iurisdictionis concessio. 19 ℣. † Declara; quia si crimen læsæ maiestatis sit in personã Principis, vel collateralis, aut magistratus illius; tunc ad eundem spectat confiscatio; si vero non sit in eũdem, spectat ad feudatariũ. * Crau. *cons.* 128. *n.* 2. *& per tot.* & hanc * communem dicit Surd. *cons.* 132. *n.* 26. Vide, *Confiscatio bonorum in crimine læsæ maiestatis qualiter, & an sit. Concl.* 726. † Amplia; quia ad feudatarium cũ mero, & mixto imperio spectant cognitiones causarum ciuilium, & criminalium, ac pœnæ, & emolumenta. Alb. Brun. *inter consil feudal. vnus.* 53. *in fi. n.* 6. † Et dominus directus nõ põt se intromittere de primis causis vasalli inuestiti cum mero, & mixto imperio. Rol. 22 à Vall. *cons.* 48. *n.* 22. *& n.* 40. *lib.* 2. † Extende; quia nõ põt dominus supremus aliquid rescribere, q̃ impediat feudatarium in sua libera iurisdictione; quia aliter dicitur turbare, plene Curt. Iun. 23 *iun. per tot.* vbi respondet ad cõtraria. † Extende; quia licet superior habeat causas appellationis; non tñ habet causas recusationis iudicis feudatarii, sed debet recurri ad feudatariũ, non ad 24 superiorem. Curt. Iun. *d. cons.* 2. *per tot.* † Extẽde; q̃ si habet omnimodam iurisdictionẽ feudatarius, habet ẽt causas appellationũ superiorum. Crau. *cons.* 209. *n.* 9. † Restringe; quia in causa, q̃ tangit subditũ suum non põt sibi ius dicere, neq; inter confeudatarios. Alb. Brun. *cons.* 30. *inter feudalia*, vbi, q̃ si offendat subditus nũ ex dominis, alii condomini non possunt esse iudices, q̃ sunt suspecti, neq; eorũ officialis, neq; possunt subdelegare cau. 25 *sam.* † In contrarium est comm. * opinio, quia suspitio non tollit iurisdictionem quoad alios, si vnus offenditur. Alb. Brun. *cons.* 31. 27 *inter consil. feud.* † Declara, nisi esset cõsuetudo, vel cõsensisset, nõ opponendo de suspicione, & incõpetentia, vt ibi declarat Brun. 28 *d. cons.* 30. *per tot.* † Declara, nisi alii essent cõdomini plures, & nõ eiusdem familiæ, & stipitis, q̃ tunc possunt esse iudices in offen- 29 sa cõdomino secundum * communẽ. Alb. Brun. *d. cons.* 31. *in 29 primo inter consil. feud.* † Amplia; quia spectant pœnæ ad feudatarium commisse ẽt contra iussum, & decretũ supremi Principis per vasallos feudatarii, q̃ ex re feudali prouenium; secus si extra rem. 30 Alb. Brun. *d. cons.* 31. *n.* 12. *& seq. inter consil. feud.* † Amplia; quia dominus nullo modo põt se intromittere in causis primæ instãtiæ in statu vasallorum. Brun. *d. cons.* 31. *n.* 3. *inter cons. feudal. & cons.* 27. *n.* 6. *& seq. eod. vol.* vbi q̃ non põt dominus concurrere cum feu- 31 datario in causis primæ instãtiæ, & repetit *cons.* 47. *n.* 7. † Amplia; quia vbi agitur de publicatione banni supremi Principis in loco feudali, debet fieri per officiales feudata rii, ne turbetur feudata- 32 rius. Brun. *d. cons.* 27. *n.* 16. *& seq.* † Extende, quia non potest dare curatorẽ superior in loco feudi, sed spectat ad feudatariũ. Curt. 33 Iun. *cons.* 2. *n.* 7. † Cõtrarium in vtroq; tenet Natt. *cons.* 580. *per tot.* vbi declarat, quod non potest dominus in iurisdictione vasalli exercere actum iurisdictionalẽ in iis, q̃ possint cognosci per feudatarium, sed in iis, quę sunt reseruata Principi, põt; prout si vult citare subditũ vasalli, citat absolute sine licentia in causa, de qua 34 vasallus non cognoscit; q̃ indignum est eo casu requirere licentiã, plenius Petr. Surd. *cons.* 152. *per tot.* vbi citat alios, plenius Rol. à Vall. *cons.* 580. *lib.* 3. quem plenius citat Natt. *cons.* 580. & aliquid 35 per Rol. *cons.* 80. *n.* 12. *lib.* 2. † Restringe etiam in iis, quę potest vasallus cognoscere, quando esset negligens. Natt. *d. cons.* 580. *n.* 4. † Amplia; quia feudatarius habet iura fiscalia omnia, & cõfiscationes, & ius metallorum, & thesauri reperti in suo feudo, quãdo inuestitura habet concessionem cũ mero, & mixto imperio, vel cum verbis vniuersalibus impositis regalia, plenè Crau. 36 *cons.* 209. *per tot.* † Amplia; quia locus infeudatus dicitur propterea mediate suppositus principi infeudanti, donec durat inuestitura; ideo lex superioris si non disponit etiam circa loca, q̃ sunt mediate subiecta, non habet locum in locis in feudatis; quia dispositio intelligitur de immediata materia, vel causa, non de mediata. *c. Romana in pr. de sent. excom. lib.* 6. vbi Franc. *n.* 2. *per. item infertur ex hoc textu.* idem Franc. *in c.* 1. *in pr. de rest. spol. li.* 6. Crau. *cons.* 37 302. *n.* 4 *in fi.* † Amplia maxime, quando in inuestitura fuit facta concessio cum omnibus emolumentis, fructibus, & redditibus quibuscunq; ad dominum concedentem quomodolibet pertinentib. Natt. *cons.* 435. *n.* 12. Ceph. *cons. fi. lib.* 1. Crau. *cons.* 128. *n.* 3. vbi, q̃ omnia iura vtilia, quæ erant penes concedentem, transeũt 38 vtiliter in feudatarium. † Amplia maxime, quando princeps cõcessit generaliter omnia, & aliqua reseruauit; quia exceptio firmat regũ in cõtrarium, ita arguit in materia feudali reseruatio-

nis redditus, p̃ exitu lanę. Rom. *cõs.* 271. Et de exceptione salinarũ. Cum. *cons.* 262. Et sic de aliis esse verũ, Georg. de Ecclesia *cons.* 48. *inter feud. consil.* † Amplia idẽ, quãdo aliqua regalia expressit, & 39 clausulam generalẽ omniũ aliorũ redditurũ, & p̃uentuum subiecit; q̃ omnia regalia, & emolumenta regaliũ concessisse dicitur, q̃ nõ sint maiora expressis. Crau. *cons.* 209. *in pr.* vbi latissime. Peregr. *de iure fisci, lib.* 1. *tit.* 2. *n.* 100. *ver. ita si in concessione*, vbi plura allegat. † Limita; q̃ plures sunt casus, in quibus princeps supremus post infeudationẽ potest se intromittere, & cognoscere de 40 causis feudatariorũ; primus est, si est facta reseruatio in cõcessione, q̃ pacta sunt seruãda, *ad iura vulgaria*; secũdus est in causa appellationis. Bald. *in auth. quas actiones. n.* 14. *in fi. C. de sacrosc. Eccl.* Nat. *cons.* 580. *n.* 22. *& seqq.* Brun. *cons.* 102. *col.* 1. tertius est, q̃ vasallus est negligens, quia princeps p̃figit terminũ, quo elapso, si negligit, p̃cedit ipse, & punit. Gramm. *decis.* 30. *col. pen. & ad med.* Brun. *cons.* 31. *n.* 7. vel in expediẽdo causam. Surd. *cons.* 56. *n.* 26. Plot. *cõs.* 24. *n.* 26. *& seqq.* quartus est, q̃ vasallus est in dolo, & delicti particeps, apost. ad Mart. Laud. *cons.* 37. *n.* 39. quintus est ratione publicæ vtilitatis, apost. vbi supr. *n.* 4. sextus est in omnib. casibus, in quibus vasallus nullã habet iurisdictionẽ, vbi ageretur de p̃rio interesse ipsius vasalli. Nat. *cons.* 614. *n.* 4. *& seq.* septimus est in crimine læsę maiest. ipsius superioris. Soc. *cons.* 126. *n.* 38. *lib.* 3. Natt. *d. cons.* 580. Boss. *de principe, n.* 28. q̃ tñ procedit iuxta ea, quæ tradũt Crau. *cons.* 128. Brun. *cons.* 31. *n.* 12. *& seq* Nat. *d. cons.* 580. octauus est in crimine falsę monetę. Soc. *d. cons.* 126. *n.* 38. Natt. *d. cons.* 580. nonus est, q̃ pauper opprimitur à potente. Mart. Laud. *de princip. q.* 404. decimus est, si vasallus male versatur cũ subditis, & quando dicatur male versari. Mart. vbi supr. *q.* 451. Boer. *dec.* 304. Gramm. *dec.* 104. Curt. Iun *cons.* 13 7. Berous *cons.* 76. *n.* 11. *lib.* 3. *& cons.* 81. *nu.* 19. *& seq. lib.* 3. vndecimus est, vbi denegat facere iustitiã. Boss. *de principe. n.* 55. *ad fi.* Soc. Iun. *cons.* 126. *n.* 29. 31. 38. *lib.* 3. Plot. *consil.* 24. Paris de Put. *de synd. caut.* 348. *c.* 39. Rol. *cons.* 80. *n.* 12. *lib.* 2. duodecimus est; q̃ per legẽ generalẽ põt se intromittere. Mart. Laud. *de princ. q.* 72. & apost. ad eũ *d. cons.* 37. *n.* 38. Brun. *cons.* 37. *n.* 18. Boss. *tit. de pœn. n.* 25. *& de for. comp. n.* 49. sed contrariũ tenẽt Boss. *de pœn. n.* 27. Pancirol. *cons.* 185 *n.* 11. *& seq.* Surd. *cons.* 152. *n.* 4. *lib.* 2. Cephal. *cons* 302. *n.* 67. *& seq. lib* 3 *ver. princeps potest.* decimustertius est; q̃ in causis contingentibus. citat sine licentia vasalli ad perhibẽdũ testimoniũ. Natt. *d. cons.* 580. *& cons.* 614. *n.* 8. *& seq.* † Extende 41 multis aliis casibus, de quib. Rol. à Vall. *cons.* 1. *n.* 134. *& seq. & cons.* 80. *lib.* 2. Rub. *cons.* 77. Natt. *cons.* 53. *& cons.* 487. Surd. *cons.* 1. *n.* 74. *& seq.* Marcabr. *cons.* 99. plenius omnibus q̃ possit, & nõ possit suprem⁹ dominus, late Surd. *d. cons.* 152. *per tot. & cons.* 210. vbi enumerat, q̃ non possit, postea, quæ possit, deinde distinguit. † Limi- 42 ta; quia non põt feudatarius gratiate bannitũ subditũ, & solutio gratiæ, & liberatio spectat ad supremũ principẽ. Petr. Surd. *cons.* 43 53. *per tot* maxime *n.* 8. nõ põt † tamen princeps gratiã facere subdito feudatarii de pœna pecuniaria, q̃ venit feudatario applicãda. Boss. *tit. de rem. ex sol. clem.* Amad. *in tract. de allod. q.* 24. *col.* 4. *lib.* 10. † Limita multis modis ratione causarũ; quia si delictũ cõmit- 44 tatur in re, vel causa, vel persona suprem⁹ principis; tũc princeps cognoscit, & punit de illo delicto cõmisso, ẽt per subditos, & in territorio feudatarii, put in simili de re † ecclesiastica inuasa, vel 45 deprædata à laico, vel de offensa facta in clericũ; quia iudex ecclesiasticus p̃cedit contra laicos inuadentes, & offendentes, licet alias non sint de sua iurisdictione. Lap. *alleg.* 59. *n.* 4. *& 5. & alleg.* 65. *& 66.* † Limita; quia in concessione iurisdictionis semper 46 princeps censetur cumulatiue concurrere, & penes se reseruare maiorẽ, vel eandẽ authoritatem. Surd. *cons.* 210. *n.* 56. vbi plene. † Declara hoc p̃cedere, q̃n concedit simplicem iurisdictionem 47 alicui; secus si feudũ per viam contractus. Dec. *cons.* 35. *lib.* 2. *n.* 66. Crau. latissime *cons.* 411. *n.* 28. vbi declarat multis modis cum numeris seqq. † Limita, quia quando princeps cõcedit feudũ cum 48 mero, & mixto imperio, & omnimoda iurisdictione, licet regalia cõcesserit; intelligitur tamẽ penes se reseruasse maximũ illud imperium, & altũ dominiũ. q̃ non põt abdicare à se; ideo potest de nõ delicto ex causa facere delictũ per suas leges, & bannimẽta, ẽt in loco vasallorũ; & tunc ipse super istis ratione alti dominii cognoscit, & punit, & pœnæ fisco supremo applicatur; secus si augeret pœnas iuris cõmunis, vel statueret circa iã prohibita, quia bene valet p̃hibitio, & seruanda est, sed tunc pœnę spectãt ad feudatarium, nisi fiat offensa in dominum supremum, ita per plura declarat Natt. *cons.* 580. *per tot.* plenius Per. Surd. *cons.* 152. *per tot. lib.* 2. vbi tollit omnia contraria. † Vide tamen Montepic. *cons.* 49 99. *n.* 33. *& seq.* qui contrarium tenet, q̃ possunt concedi regalia in loco infeudato, q̃n non tendunt in maximã Imperii diminutionẽ, & reseruatio alti dominii, & illud, q̃ regalia alienati non

possunt, intelligitur de regalibus alti, & supremi dominii, videl. q̃ Imperator recognoscatur in toto orbe dominus, Rex in toto Regno, Dux in toto Ducatu, & sic quod ea, quæ pōt vt talis, sint reseruata, non ea, quæ pōt, vt dominus loci infeudati, vide eum. Vide, *Imperator iura Imperij alienare non potest. Conclus.* 40. † Limita; quia licet feudatarius sit vtilis dominus, & ad eum spectent oēs vtilitates feudi, intelligitur de vtilitatibus, quæ nō inducunt deteriorationem proprietatis feudi; ideo non pōt incidere arbores fructiferas in præiudicium vocatorum secundum communem opin. Clar. *in § feudum, q.* 47. qui dicit *communem. † Extende; quia imo si in præiudicium domini incideret arbores fructiferas, posset feudo priuari. Clar. *d. § feudum, q.* 47. *in fi. & in q.* 56. vbi dicit *communem. † Contrarium reuera ipse Clar. *d. § feudum, q.* 56. quia dicit, quod Dd. arguunt de emphyteusi ad feudū in pœnalibus, in quibus argumentū non procedit de vno ad aliud, & dicit *cōmunem. † Declara; quia si dissiparet maiorem, vel meliorē partē feudi in præiudicium directi domini, posset feudo priuari, alias non. Clar. *d. q.* 56. *in fin.* † Restringe, quando feudum esset absolute hæreditarium, vel etiam nouum, quia posset incidi facere arbores fructiferas. Clar. *d. § feudum, q.* 47. *ver. & hinc infero.* Vide, *Emphyteuta cadit ob deteriorationem rei. Conclus.* 217. Vide, *Feudum ex quibus delictis deuoluatur. Conclus.* 197.

Feudatarius habet potentius ius in feudo, quam dominus. Conclus. 209.

1 FEVDATARIVS † habet potentius ius, quam habeat dominus directus in feudo; quia feudatarius habet vtile dominiū, dominus vero habet directum, & habens vtilem actionem præfertur habenti directam, *l. in causa, § fin. ff. de procur.* Oldr. *cons.* 224. *n.* 16. *& seq. ver. præterea maius ius.* Bald. *cons.* 328. *Queritur si Rex, in prin.*
2 *lib.* 1. † Et propterea sicuti feudatarius inuito domino non potest alienare feudum; ita etiam dominus non potest alteri concedere, viuente primo inuestito. Oldr. *d. cons.* 224. *n.* 17. *ver. sed constat.*
3 † Amplia; quia quādo agitur de vtilitate capienda, & fructu feudi, siue sit fructus ordinarius, siue casualis, spectat ad feudatariū, & non ad dominum feudi, & in cōcursu præfertur feudatarius, qui est dominus vtilis. Castr. plene *cons.* 354. *Commodum directa ve-*
4 *na, lib.* 1. † Amplia; quia vasalli, & subditi feudales magis tenentur obedire domino feudi, quā supremo principi. Corset. *in tract.*
5 *de Regib. q.* 91. sequitur Brun. *cons.* 31. *n.* 4. *inter cons. feud.* † Contrarū
6 tenet Natt. *cons.* 487. *num.* 18. *& seq.* † Declara *in ver. Vasallus vasalli* Vide, *an sit mihi vasallus. Concl.* 27. Vide, *Feudatarius cui ex pluribus dominis seruitium præstare debeat, vel non. Conclus.* 120. Vide Conclus. prox. præced. &. Concl. prox. seq.

Feudi dominus in quibus exerceat iurisdictionem in feudo, & vasallis, vel non. Concl. 210.

1 REGVLARITER † iurisdictio infeudata debet exerceri per feudatarium inuestitum in suos vasallos, & subditos in pri-
2 ma instantia. Rol. *cons.* 4. *n.* 10. *lib.* 3. † Limita quoad supremam iurisdictionem, & authoritatem, quæ semper remanet penes Imperatorem, vel supremum dominum infeudātem, quam potest exercere in vasallos infeudatos, etiam q̃ regalia concesserit. Rol. *cons.* 1. *n.* 134. *& seq. & cons.* 80. *n.* 30. *& seq. lib.* 2. qui loquitur in Marchione Montis Ferrati, sequitur Petr. Surd. *cons.* 1. *n.* 74. *& seq. lib.* 1. ante eos Natta plenissime *cons.* 487. *n.* 12. *& seq. per tot.* Graumm. *voto* 28. & plenius idem Surd. *cons.* 152. *per tot.* vbi respondet ad omnia cōtraria, quod altum dominium, & maximum imperium
3 semper est reseruatum; ideo nunquam est concessum vasallo, & propterea † dominus potest circa ea, quæ non sapiunt delictum, facere, quod non permittantur, & sapiant delictum, in istis ipse cognoscit, & pœnas habet iure suo. Ias. *cons.* 123. *lib.* 1. Rol. à Vall.
4 *d. cons.* 4. *n.* 45. *& seq. lib.* 3 † Declara tamē, quia istis maioribus feudatariis, prout erat Seremiss. Dux Ferratiæ, concessio est amplior, quia ipsis cōceditur ius supremi imperii ab ecclesia, quod est extra ordinem, vt dicit Natt. *cons.* 661. *n.* 18. *& seq.* vbi dicit, quod isto casu, ex quo est inuestitus, & translatus in eum Vicariatus, nihil differt ab Imperatore, nisi ambitu minoris circuli, & quod habet vtile, & directum imperium quoad subditos, licet quoad Papā
5 inuestientem habeat vtile tantum dominium. † Et de eodē Duce Ferratiæ inuestito ab Imperatore de Ducatu Regii, quod dicatur habere directam dominium feudorum, quæ subinfeudauit nobilibus de Gonzaga. Alex. *cons.* 1. *n.* 39. *& seq. ver. non obstat etiam,*
6 *lib.* 5. † Et idem in Rege inuestito de Regno; quia quoad subditos dicitur habere remedium vtile, sed etiam directum dominium, & iura imperialia, licet quoad dominum inuestientem non habeat, nisi vtile dominium. Natt. *cons.* 487. *n.* 9. vbi late hoc cōprobat. Becc. *cons.* 56. *n.* 61. *& seq.* † Extende maxime, quādo princeps 7
supremus sibi reseruauit altum dominium, & supremam iurisdictionem, quam etiamsi non reseruasset, censetur reseruata, per quam potest onera imponere vasallis feudatarii, legitimare, & alia facere. Natt. *d. cons.* 487. *n.* 12. *& seq.* Surd. *d. cons.* 1. † Cōtrarium 8
tenet Gramm. *dec.* 30. *in fin.* sed loquitur in magna Curia, non in principe, quæ non potest concurrere cum vasallo feudatario in 9
causis primæ instantiæ. † Et ideo supremus princeps potest legitimare vasallum sui feudatarii etiam in præiudicium vasalli feudatarii, late Surd. *d. cons.* 1. *per tot.* vbi casus, Bosi. *de principe, nu.* 183. Paris. *cons.* 10. *n.* 120. *& seq. lib.* 2. allegat Socin. Dec. & alios. † Item 10
ratione supremæ iurisdictionis pōt immunitates cōcedere. Rip. *Resp.* 4. & 7. *lib.* 2. sequitur Rol. à Vall. *d. cons.* 1. *lib.* 2. *n.* 140. † Ité pōt 11
citare subditos vasalli in causis, quas nō cognosceret feudatarius, & nō tenetur eo casu requirere feudatariū. Natt. *cons.* 580. *per tot.* vbi latissime. † Ité pōt circa ea, quæ respiciūt generalem iustitiā, 12
& quietē status, ex causa publicæ vtilitatis statuere, pœnas imponere, permissa de iure communi prohibere, & alia, quæ respiciunt altum dominium, statuere. Petr. Surd. latissime *cons.* 152. *per* 13
tot. vbi respondet ad omnia contraria. † Item potest omni, quæ 14
spectant ad supremam iurisdictionem, prout gratias facere, legitimare, creare Notarios, res iudicatas tollere, pœnas etiam in casibus permissis imponere, & alia, de quibus Natt. *d. cons.* 487. *n.* 11. † Item potest collectas, & noua onera subditis etiam vasal-
lorum ex causa imponere, & regalia suprema exercere. Roland. à Vall. *d. cons.* 1. *lib.* 2. *per tot.* Natt. *d. cons.* 487. *n.* 12. † Item potest su- 15
premus princeps citare vasallū feudatarii, imo & ipsum feudatarium ad personaliter cōparendum sub pœna confiscationis bonorum, & feudi, etiā non expressa causa, etiā siue clausula. *Si con-*
ser. Natt. *cons.* 556. *Quæstiū fuit a me, per tot.* † Item potest supremus 16
princeps, ppugnaculum facere in castro infeudato tēpore belli, & castrū fortificare; tamen tenetur cessante causa restituere, vel 17
pretium soluere. Natt. *cons.* 554. *n.* 17. *& seq.* † Limita in casu negligentiæ; quia si feudatarius esset negligens, pōt dominus directus exercere iurisdictionem, & eius dicere in vasallos feudatarii; qua negligentia est iusta causa priuandi aliquem pro illa vice exercitio potestatis suæ. Plot. *cons.* 24. *n.* 32. *& seq.* vbi late, & Socin. Iun. *cons.* 126. *n.* 2. *ver. fateor tamen, lib.* 3. sequitur Surd. *cons.* 210. *n.* 49. & 18
50. vbi alios citat. † Et ideo si feudatarius negligit diffinire causas vasallorum, dominus potest illas diffinire. Petr. Surd. vbi supra. † Extende idem, si feudatarius, & eius prætor, seu officialis 19
esset absens, vel officium vacaret. Plot. *d. cons.* 24. *n.* 35. † Extende, 20
quia si vasalli angariarentur, possunt recurrere ad dominum, qui 21
eos subleuabit. Surd. *cons.* 83. *n.* 8. † Extende, etiamsi feudum fuit concessum liberum, & separatum à ciuitate, quia si fuit suus in ci-
uitatibus contentis in pace Constantiæ, semper est reseruata iurisdictio ciuitati in casu negligentiæ feudatarii, ex quo pax Cōstantiæ est contractus initus inter Imperatorem & ciuitates Italiæ, qui tolli non potest per quācunq; infeudationem, & separationem. Plot. *d. cons.* 24. *n.* 37. † Contrarium tenet Alex. *cons.* 1. *n.* 25. 22
lib. 5. q̃ pax Constātiæ, licet sit perpetua; tamen obligationes versus ciuitates durant tōlum 30. annis. † Limita; quia potest dominus audire vasallos conquerentes de feudatario, vt iudicet inter 23
eos, & ne vasallus male tractet; imo si impediret ipsos, ne recurrerēt, incideret in pœnam l. Iuliæ, vt dicit Affl. *dec.* 265. *n.* 9. 7. *vers.* 24
vigesimo. † Declara, quia tenentur criminelæ fæ maiest. nisi ipsi habeant cognitionem, & faciant iure permittente. Capic. *decis.* 130. 25
n. 10. vbi distinguit. † Limita; quia in causa propria, etiamsi agatur de rebellione subditorum, non pōt feudatarius illos punire, nec iudex esse, sed superior dominus, etiāsi delictum esset notorium, quando nō est notorium permanens. Vide plene Capic. *dec.* 124. 26
in pr. vbi, quod neq; potest aliquē feudatarius delegare. † Limi-
ta in feudis habentibus maiorem magistratum, prout in Regno Neapolis, & in Ducatu Mediolani; quia vbi agitur de pœna corporali, vel q̃ ciuis puniatur, tota causa trahitur ad maiorem magistratum ex constitutionibus particularib. Plot. *d. cons.* 24. *n.* 38. 27
& seq. † Limita; quia tempore necessitatis, puta belli, vel suspicionis belli, potest dominus apponere custodiam in castro infeu-
dato, dummodo non malo animo, sed pro tuitione status sui, & vasallorum id fiat, imo potest destruere castrum debile in confi- 28
nio, quod non potest manuteneri, late Capic. *decis.* 17. *in pr.* vbi 29
latissime. Vide, *Feudatarius ad qua teneatur versus dominum. Conclus.* 116. *n.* 23. † Extēde, quia potest pro tuitione status fortificare castrum vasalli, & gentibus munire, etiam inuito vasallo, dummodo non conferat ius in re custodi. Brun. *cons.* 87. *n.* 18. *inter consilia feudalia.* † Declara; quia cessante bello debet castrum fortifica- 30
tum restituere, nec potest petere à vasallo expensas, nisi q̃ con-
tribuat,

tribuat, tanquam vnus de populo pro rata sua, ita Ioan. Iacobus de Leonardis *cons.* 117. *nu.* 283. *& seq. inter consilia feudalia.* Cremen. *Singul.* 26. *Si princeps*, plene Decian. *cons.* 35. *lib.* 2 *nu.* 36. *&* 37. †Declara, vt per Catel. Cottam *in memor. suis, in verb. castrum meum, & in verb. Rex*, vbi pro vtraque parte allegat, videl. ℣ Communitas teneatur munire castrum, & quod non teneatur, sed dominus castri, & tandem dicit, ℣ dominus castri dirupti non tenetur forti-
31 ficare, sed princeps, & ℣ ita seruatur. † Limita, si subditos iniuste grauaret; quia potest dominus ei interdicere iurisdictionem.
32 Gramm. *decis.* 104. *n.* 19. *& seq.* †Limita, quia dominus, prout Rex Franciæ, pōt exequi in terris vasallorū, sine vlla requisitione vasalli. Boer. *dec.* 8. *circa fi.* vbi dicit pro vtraq; parte, sed distinguit, ℣ non potest, nisi in litteris Regiis, vel senatu; secus si executor
33 sit priuatus, licet Regis, quia debet requirere. † Limita respectu insufficientiæ spiritus instantiæ desertæ; quia spectat ad supremū principem, non aūt feudatario; quia est de Reg. lib. Rol. à Vall.
34 *cons.* 4. *per tot. lib.* 3. vbi plura cumulat. † Limita; quia per quācunq; concessionem feudalem factam per prin. ipem & separationem feudi à ciuitate, non pōt princeps tollere iura pacis Constantiæ, & ciuili iurisdictionem concessam ciuitatibus in castris, & villis sibi
35 subiectis; quia concessio fuit per viam contractus pacis Cōstantiæ; qui tolli nullo modo pōt. Plot. *cons.* 24. *n.* 37. vbi, ℣ non obstante tali separatione, & infeudatione ciuitatis habet suā iurisdictionem supremam in castris, & villis prædictis. † Contrarium
36 tenet Signor. *cons.* 70. *In quæstione vertente, n.* 12. *verb. sed per partē ad-
uersam.* vbi, quod pax Constantiæ non est per viam contractus, &
37 pōt reuocari. † Limita; quia dominus feudi semper remanet cognitor causarum appellationis à sententiis vasalli, q̄n expresse nō remisit in inuestitura. Ang. *in l.* 1. §. *qui mādatum, ff. de offic. eius.* cum
38 aliis, quos citat Natt. *cons.* 614. *Duæ sunt clausulæ, n.* 5. *ver. clarum est autem*, allegat Ias. *cons.* 161. *Circa primum articulū, col.* 2. *lib.* 2. plenius Natt. *cons.* 487. *n.* 13. *& cons.* 580. *nu.* 22. Ias. *cons.* 123. *lib.* 1. Rol. à Vall.
39 *cons.* 4. *n.* 40. *& seq. lib.* 3. †Extende; quia si ēt esset remissa appellatio, nō esset remissa supplicatio. Natt. *d. cons.* 614. *n.* 3. *& seq.* vbi late, & respondet ad cōtraria. † Extende; quia causa appellationis
40 Baroniæ subiectæ ciuitati deuoluitur ad superiorem ciuitatis, & non ad Baronem. Oldr. *cons.* 161. *Thema tale est. n.* 6. *ver. ad secundum.*
39 †Declara, quia si est concessa omnimoda iurisdictio, cēsetur cōcessa appellationis cognitio. Natt. *d. cons.* 580. *in fin.* † Limita; quia
40 etiam ℣ princeps supremus concessisset feudatario per pactum, quod non se intromitteret etiam audiendo vasallos, & ℣ si contrarium faceret, omnia essent nulla, tale pactum esset nullum; qa debet necessario adiri superior, si feudatarius facit iniustitiam.
41 Natt. plene *d. cons.* 614. *Duæ sunt clausulæ, nu.* 6. *& seq. ver. alia clausula est, vsq; in fin.* allegat Bald. *cons.* 483. *Magnificus dominus Nanus, lib.* 1. sequitur Brun. *cons.* 68. *Si institutus. n.* 4. vbi, quod est pactum nullum; quia est contra substantiam feudi, quod requirit, vt possit
42 superior adiri in casu denegatæ iustitiæ; & idē de franchitia principis Salerni, Gramm. *voto* 18. † Extende, vt procedat, etiam quando à principio fuit concessum in ipsa inuestitura feudi cum non subdito, quādò præcessit subiectio, licet eodem die. Natt. *d. cons.*
43 614. *n.* 14. *ver. & si dicatur, per tot.* quia licet sint instrumenta incōtinenti correspectiua; tamen fallit, quando constat, quod duo
44 sunt facta in instrumento, vt essent duo negotia separata. † Restringe, quando concessio libertatis esset concessa non subdito.
45 Natt. *d. cons.* 614. *n.* 14. † Declara; quia in magnis Ducibus, & Marchionibus, ac Comitibus omnia regalia transeunt, & limitatio-
* nes non habēt locum in eis, secundum *cōmunem, de qua Rol. à Vall. *cons.* 4. *n.* 39. vbi de *communi, *lib.* 3. † Limita quoad delicta
44 capitalia remittenda; quia feudatarii recognoscētes superiorem etiam Imperatorem non possunt gratias delictorum capitalium facere. Otasch. *decis. Pedem.* 101. *in pr. nc. & per tot.* vbi, quod Domicelli, Barones, & Comites recognoscentes superiorem, sicuti nō
* possunt restituere ad famam; ita nec gratiare capitales condēna-
45 tos. † Limita; quia suprema superioritas, quæ residet in concedēte feudum, operatur, quod in criminibus læsæ maiestatis, hæresis, falsæ monetæ, & denegatæ iustitiæ possit dominus supremus exercere iurisdictionem. Socin. Iun. *cons.* 126. *num.* 2. *lib.* 3. *& num.* 38.
46 †Item in iis, quæ respiciunt vniuersalem iurisdictionem, prout colligere salnitrum, sal dare, & similia, plene Surd. *consil.* 210. *per tot.* maxime *num.* 27 *& seq. ver. quinto multum mouet ratio*, vbi *nu.* 31. quod potest ponere custodiam, *num.* 33. potest collectare, *& nu.* 34. *& seq.* & plenius *cons.* 152. *n.* 30. *& seq.* vbi, quod potest præcipere vasallo, vt expediat causam certo termino, & habet omnia supremo principi reseruata. Vide, *Dominium sumitur large multis modis.*
Concluſ. 600.

Feudum ad dominum spectat, si bona vasalli cōfiscantur, & quando secus. Concl. 211.

FEVDO † domini laici concesso clerico, ob delictum clerici, si 1
eius bona confiscantur, bona feudalia reuertuntur ad dominum feudi, non autem ad Episcopum confiscantem, vel ad Ecclesiam. Oldr. *cons.* 17. *in pr. v. præterea lex.* † Amplia, vt idem sit ētiam in casu contrario, si feudum ecclesiæ laico concessum sit; qa 2
ob confiscationē bonorū laici propter delictū cōmissum reuertitur ad ecclesiā. Oldr. *d. cons.* 17. *in pr. v. quid plura.* Zabar. *cons.* 127. *in pr. & cons.* 129. *n.* 2. *in fi. & n.* 3. Castr. *cons.* 44. *nu.* 2. *v. nunc ergo videndum, lib.* 2. vbi apost. citat Marsil. *Sing.* 122. *Vasallus perdit feudū.* Amplia † indistincte; quia in confiscatione generali facta contra va- 3
sallum non confiscatur feudum secundum *cōmunem, de qua * Rom. post Bart. *in l. si finita, §. si de vectigali lib. ff. de damn. infect.* plures citat Clar. *in §. feudum, q.* 84. *in pr.* vbi dicit *communem, & infra * *n.* 11. † Declara totam istam materiam; quia si feudum est ex pro- 4
uidentia & antiquum, vel etiam hæreditarium secundum quid, de nouo potest vasallus disponere sine licentia domini & agnatorum, & non pōt confiscari vllo modo; & idem est, si feudū est nouum; si vero est hæreditarium absolute, de quo vasallus potest disponere in extraneos, & potest confiscari; quia potest alienari. Clar. *d. §. feudum, q.* 84. *ver. ego vero. per tot.* vbi tamen distinguit, qa si fiscus confiscans est domini feudi, res est clara; si vero alterius domini; tunc si confiscatio fiat propter delictum, pro quo venit priuandus feudo, & feudum spectat ad dominum feudi; si vero ex alio delicto; tunc spectat ad dominum fisci confiscantis, vide eum; quia dicit esse nouam declarationem. † Extende; quia neq; 5
commoditas vtendi, & fruendi feudo confiscari potest secundū *communem, de qua Burs. *cons.* 43. *n.* 16. quem citat & sequitur * apost. ad Clar. *d. §. feudum, q.* 84. *in ver. succedat.* † Amplia, vt dispo- 6
sita in confiscatione bonorum feudalium procedant etiam in bonis emphyteuticis, secundum Oldr. *d. cons.* 17. *col.* 1. *ver. præterea lex dicit.* † Amplia, vt idem sit in re censuali ecclesiæ; quia facta con- 7
fiscatione reuertitur ad ecclesiam. Oldr. *cons.* 148. *in fi. v. ad tertiā*, vbi non figit opinionem. † Amplia; quia facta cōfiscatione bo- 8
norum vasalli, feudum deuoluitur ad dominum, quando confiscatio fieret ex delicto commisso in personam domini directi. Alex. *cons.* 30. *n.* 13. *lib.* 1. *& cons.* 30. *n.* 9. *lib.* 6. vbi dicit * communē, & * magis communem. Castr. *cons.* 312. *Circa id, quod, n.* 3. *v. circa secundū, lib.* 1. Bald. *cons.* 250. *Ad euidentiā præmittendū, lib.* 2. Zab. *cons.* 127. *& 129. per tot.* † Extende, vt procedat, etiamsi esset feudum antiquum ad agnatos spectans. Crau. *cons.* 128. *Proponitur, quod bona. n.* 9
7. *v. circa primū*, & melius *circa fi. verb. si vero feudum non sit transitoriū.* vbi allegat Abb. *cons.* 3. *lib.* 2. *in* 6. *q.* hoc limitantem pluribus modis. † Extende, vt idem sit, si crimen, & delictum esset cōmissum 10
in personam officialis, vel collateralis ipsius domini; quia tunc etiā domino applicatur. Crau. *d. cons.* 128. *n.* 7. *verb. sexto.* † Et quod 11
confiscatis bonis vasalli feudum non veniat in cōfiscatione, plene Alex. *cons.* 89. *Vtrum emphyteusis, in pr. lib.* 4. vbi dicit procedere in feudo; item in emphyteusi ecclesiastica, quæ de sui natura nō transit ad extraneos; item in emphyteusi priuati, quando adest pactum, ne transeat ad extraneos; quia neq; possunt confiscari; quia fiscus est extraneus, & dicit *communem, & magis cōmu- *
nem, supra *n.* 3. † Declara, vt per Castr. quia si feudum est simpli- 12
citer cōcessum ei, qui deliquit, pro se, & filiis, vel simpliciter pro se; quia etiā liberi succederēt post eum, si sunt hæredes illius; tūc confiscatio nocet ēt filiis; quia dicūtur habere à delinquente, & delictum patris nocet filiis, etiāsi confiscatio non fiat directe ob offensam in dominum, & ita debet intelligi *c.* 1. *si vasall. feudo priuet. cui deferatur*, & ista est communis *opin. in feudo nouo, & in- *
dubitata. Clar. *in d. §. feudum. q.* 66. *in pr.* Si vero feudum esset antiquū; tunc defertur filiis tanquā vocatis ab auo, & ipsis deficiētibus defertur agnatis, & si nō extant agnati; tunc ad dominum reuertitur; sed si offensa est in dominum, pōt confiscari, & reuertitur ad dominū exclusis filiis, & agnatis. Castr. *d. cons.* 312. *n.* 3. *ver. circa secundum principale, lib.* 1. & ista est communis, & magis *com- *
munis opinio, de qua plurimi allegati per Clar. *d. §. feudum, q.* 66. *n.* 3. *&* 4. *ver. sed si feudū*. licet ipse aliter sentiat & declaret, vide eū, & repetit *q.* 84. *ver. quis autem.* † Et procedit declaratio, etiamsi do- 13
minus alium inuestiat; quia nō potest præiudicare filiis, & agnatis vocatis ex inuestitura antiqua; & multo minus si protestatus fuit, quod faciebat sine præiudicio; quia talis protestatio cōseruat ius, cui competit. Castr. *d. cons.* 312. *num.* 4. *ver. circa tertium, lib.* 1. † Restringe, vt non procedat, quando crimen non est cōmissum 14
directe in dominum, vel eius officialem, aut collateralem; quia tunc non applicatur domino, ideo licet ex crimine læsæ maie-

ſtatis diuinæ offendatur etiam maieſtas humana ſecundario, applicatio non fit domino illo caſu, ſed agnatis, qñ eſt antiquum. Crau. *d. conſ.* 128. *n.* 7. *v. ſexto dico.* Caſtr. *d. conſ.* 312. *n.* 3. *v. circa ſecundũ*
15 *principale. lib.* 1. †Si verò feudũ eſt hæreditarium abſolute, vt quia põt tranſire ad extraneos; tunc ſi confiſcatio fiat ex quocunque delicto, non facto in perſonã domini, veloffi cialis, aut collateralis; tunc feudũ applicatur fiſco, prout alia bona, & fiſcus tenetur ad ſeruitiũ, put vaſallus, vel tenetur inueſtire priuatum, qui iura vaſalli præſtet, aut tenetur vendere domino ius vtile, aut emere directũ à domino. Crau. *d. conſ.* 128. *col. fin. verb. ſed hic aduerte*, & iſta eſt regula generalis, q̃ omnia, quæ tranſeunt in extraneum hęredem; quia ſunt hęreditaria abſolute, tranſeunt ét in fiſcum; ſecus ſi non ſunt trãſitoria ad extraneum; quia neq; tranſeunt in fiſcũ.
* Clar. *in præx. crim. §. fi. q.* 78. *n.* 7. *ver. nunc videamus*, vbi dicit* communem, q̃ veniunt in confiſcatione omnia, q̃ ad extraneos trãſeunt, excipit feuda, & emphyteuſin, qñ ad extraneos non tranſeunt, & ibi apoſt. *in ver. bona feudalia*, expreſſe loquitur in feudo
16 tranſitorio ad extraneos, & citat Curt. Iun. *conſ.* 4. *lib.* 1. †Imo ſi eſt hæreditariũ abſolute, diſtinguit Clar. *in §. feudũ, q.* 84. *in fi.* q̃ ſi fiat confiſcatio fiſco domini feudi; tunc ét feudum cõfiſcatur abſolute; ſi vero fiſcus non eſt domini, ſi confiſcatio fiat ex delicto, p̃ quo venit priuandus feudo, applicatur feudum domino feudi, ſi vero ex tali delicto nõ ineſt priuatio feudi, applicatur fiſco ex-
17 traneo, ex quo feudum poteſt ad extraneos tranſire. † Extende, quia ét feudum antiquũ confiſcatur, & fiſco applicatur ad vitam vaſalli, cuius bona ſunt confiſcata, & poſt eũ tranſit ad agnatos, quibus non potuit præiudicare. Crau. *d. conſ.* 128. *ver. circa primum, col. fi. ſub n.* 6. vbi hoc dicit ex mente Alex. *in l. ſi finita. §. ſi de vectiga-*
18 *lib. col.* 13. *ff. de dam. inf. ét.* † Et pro iſta parte, q̃ poſſit confiſcari, durante vita feudatarii, faciunt, quæ late Alex. *conſ.* 10. *Viſo inſtrumẽto. lib.* 5 *per tot.* vbi q̃ ſi feudatarius efficitur religioſus, licet feudũ non poſſit alienari, vel legari eccleſiæ, vel monaſterio, neq; trãſeat ad filios, bene trãſit in monaſteriũ, donec vixerit, p̃ feſſus naturaliter; vbi multa p̃ vtraque, & ita diſtinguit, qñ feudũ requirit ſeruitium, q̃ poteſt præſtari per alium, & ſic per eccleſiã, alias ſecus, & iſta poſſunt ſeruire p̃ declaratione inter contrarias opi-
☞ niones, de quibus infra, & ét habetur *Feudum non poteſt alienari, &*
19 *quando ſecus. Concl.* 186. *n.* 10 4. *ver. limita; quia feudum.* † Contrariũ, quod imo iſto caſu non fiat confiſcatio, & ſi fiat, fiſcus teneatur reſtituere feudum agnatis, & aliis ſtatim vocatis, tenet Crauet. *d. conſ.* 128. *in fin.* & q̃ ſicuti feudum non poteſt confiſcari; ita neq;
*20 commoditas. Burſat. *conſ.* 43. *n.* 16. vbi dicit* communem. † Declara; quia ſi dominus feudi habet fiſcum; tunc confiſcatis bonis vaſalli feudum confiſcatur domino feudi habenti fiſcũ, qui retinet, dum viuit vaſallus, & eo mortuo reſtituit vocatis; ſi vero non habet fiſcum dominus feudi; tũc verum eſt, q̃ dicit Crauetta; quia reſtitutio fit ſtatim etiam in vita vaſalli cõdemnati agnatis, & vocatis, & ita intelligi Alex. & alios declarat Crau. *d. conſil.*
21 128. *in fi.* †Reſtringe regulariter; quia feuda, quæ non ſunt trãſitoria ad extraneos, non etiam veniunt de ſui natura in confiſcationem, & hoc poteſt poni pro regula. Clar. § *fi. q.* 78. *n.* 7. *v. nunc videamus*, vbi per modũ illationis dicit, q̃ feudum, & emphyteuſis non veniunt in confiſcatione, quando non tranſeunt ad extraneos: de feudo dixit *in §. feudum, q.* 84. de emphyteuſi *in §. em-*
22 *phyteuſis. q.* 29. & in feudo, q̃ non veniat in confiſcatione regula-riter, niſi ſit tranſitorium ad extraneos, Curt. Iun. *conſ.* 4. †Si vero feudum eſſet liberũ, & ſuper quo potuerit feudatarius inducere fideicommiſſum; tunc ſtante fideicommiſſo non tranſit ad fiſcũ, prout nec alia bona ſubiecta fideicommiſſo. Clar. *in §. fin. q.* 78.
23 *ver. item quæro, nunquid.* Boſſ. *tit. de publ. bon. n.* 34. *cum ſeq.* ‡ Amplia; quia ſi bona domini feudi confiſcantur, feudum remanet liberũ feudatario; quia alium dominum inuitus recognoſcere non te-
24 netur. † Limita in feudo antiquo; quia ob delictum vaſalli non perditur, nec reuertitur ad dominũ, niſi offenſa ſit in ipſum dominum; ſed reuertitur ad agnatos vaſalli. Bald. *conſ.* 250. *Ad euidẽ-*
☞ *tiam præmittendum, lib.* 2. Zabar. *conſ.* 127. *&* 129. *per tot.* Vide, *Feudũ*
25 *deuoluitur ad dominum ob offenſam. Concluſ.* 198. † Extende, etiam ſi agnati renunciaſſent iuribus feudi ad fauorẽ feudatarii, qui priuatur, quia talis renunciatio non præiudicat renuncianti, neque filiis eius. Zabarell. *d. conſ.* 127. *circa fin.* plenius *conſ.* 129. *nu.* 2. *ver. ad*
26 *tertium, vſq; in fin.* †Declarat tamen, quia ſi agnatus, vel agnata omnino renunciaſſet feudo, præiudicaret filiis ſuis, ſaltem eo viuente, qui renunciauit. Zabar. videtur hoc dicere *d. conſ.* 129. *in fi.*
27 †Limita; quia licet feudum eccleſiæ propter delictum feudatarii non poſſit confiſcari; ſi tamen de facto eſſet facta confiſcatio, & fiſcus laicus incorporaſſet feudum, & poſſe diſſet per 40. annos, præſcripſiſſet contra petere debentes. Caſtr. *conſ.* 44. *n.* 3. *ver. ſed ex alio, lib.* 2. vbi, q̃ non obſtat mala fides, quia error excuſat, & ſufficit verus, vel putatiuus titulus ex lapſu 30. vel 40. annorum.
28 †Extende maxime, qñ agnati, ad quos ſpectabat petere feudum per 40. annos, vel alias à camera fiſcali cõduxerunt feudum, quia p̃ſumũtur renũciaſſe. Caſt. *d. conſ.* 44. *col.* 2. *in fi. v. poteſt etiã dici, li.* 2. vbi, q̃ ſi non poterunt ſine licentia domini renũciare, ſpectabit
29 domino. † Extẽde; quia parentes magis de facili p̃iudicant filiis in feudo antiquo, q̃ tranſuerſalibus, & tam delinquendo, q̃ renunciando; ideo licet nõ poſſint nocere tranſuerſalib. qui non poterant agere præcedentib. iis, qui renunciarũt, bene præiudicant deſcendentibus, qñ ex perſona parentum venire compellũtur. Caſtr. *d. conſ.* 44. *col. fi. v. ſi ergo illi, qui neglexerũt. li.* 2. †Declara
30 tamen, quia extenſio, q̃ magis de facili præiudicetur filiis, & deſcendentibus, q̃ tranſuerſalibus, debet intelligi reſpectiue, videl. magis deſcendentibus præiudicari poteſt in feudo nouo, quam tranſuerſalibus in feudo antiquo, ita Alex. *conſ.* 18. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 5. Vide, *Confiſcatio bonorum generalis quæ bona comprehendat, vel non.* ☞
Concl. 719. Vide, *Emphyteuſis confiſcari an poſſit. Concl.* 221.

Feudalis cognitio ad quos ſpectet. Concl. 212.

1 LIs † ſi oriatur de feudo inter dominum & vaſallũ, cognitio eſt Parium curiæ, videl. aliorum vaſallorum eiuſdem domini, c. 1. *§. præterea ſi inter duos, ver. ſi inter dominum, & vaſallum, de prob. feud. alien.* Oldr. *conſ.* 272. *in pr.* Alex. *conſ.* 79. *Circa primum, in pr. lib.*
2 1. Sign. *conſ.* 131. *n.* 6. Clar. *in §. feudum, q.* 90. *in pr.* † Extende idem in lite ſuper emphyteuſi; quia quando eſt lis inter dominum & emphyteutam, cognitio eſt aliorum emphyteutarum. Rom. qui hoc ſi. b dubio dicit *conſ.* 212. *n.* 5. *&* 6. Sign. *conſ.* 131. *nu.* 6. vbi, quod
3 Vicarius Epiſcopi, vel Abbatis non eſt cõpetens. Bologn. *in add. ad conſ.* 19. *de Anan.* 84. *n.* 6. *& ſeq. ver. vnum ſupereſt*, & Ioan. de Anan. *d. conſ.* 84. *in fin.* vbi arguit de feudo ad emphyteuſim. † Declarat tamen Bald. quod iſta cognitio ſit Parium curiæ, quando quæſtio eſt inter dominum & vaſallum ratione feloniæ, vel culpæ vaſalli, per quam prætendit dominus deuolutionem feudi, ne
4 dominus in cauſa ſua ſit iudex. Bald. *conſ.* 9. *Factum tale eſt, anno domini, lib.* 1. *n.* 2. *ver. & ad intelligentiam.* Abb. *conſ.* 3. *Nitar, col.* 8. *circa med. ver. nam vbicunq; lib.* 2. vbi idem dicit in omni quæſtione, in qua agitur, quod vaſallus ceciderit in commiſſum. † Extende in tantum cognitionem eſſe Parium curiæ, vt ſi ſine ſententia illorũ dominus priuaret vaſallum caſtro, daretur reſtitutio ipſi vaſallo, tanquam ſpoliato. Bald. *conſ.* 323. *Proponitur, quod, lib.* 2. † Ex-
5 tende, vt imo ſententia lata per alium iudicem, quam per Pares curiæ, ſit ipſo iure nulla. Caſtil. *conſ.* 24. *n.* 23. *&* 24. vbi, quod nullitas eſt ex defectu iuriſdictionis. † Pares autem curiæ dicuntur
6 illi vaſalli, qui ab eodem domino recognoſcit alia feuda, vt per text. *in c.* 1. *§. præterea ſi inter duos. ver. ſi inter dominum, & vaſallum. de prohib. feud. alien.* Oldr. *conſ.* 272. *in princ.* & clarius Rom. *d. conſ.* 212. *Quoad primum, n.* 4. *in fi. ver. ſunt autem Pares Curiæ.* vbi allegat text. *in c.* 1. *ſi de inueſtit. inter domin. & vaſall. liſ fuerit*, quẽ dicit ad hoc ſingulare, vbi apoſt. *in verb. tenent*; citat plures concord. † Extende;
7 quia Pares Curiæ ſoli, vel ipſi, & dominus feudi cognoſcunt, qñ vterque litigans dicit feudum eſſe progenitorum ſuorum, & antiquum. Roman. *d. conſ.* 212. *n.* 4. *ver. aut vterq; dicit.* allegat text. *in*
8 *l. §. tamen illud, de inueſtit. in maritum facta.* † Extende, vt idem ſit, quando alter dicit feudum eſſe antiquum, & progenitorũ ſuorum; alter vero dicit eſſe nouum, & proprium ſibi conceſſum, & licet de iure antiquo cognoſceret ordinarius, *d. c.* 1. *de inueſtit. in*
marit. facta, tamen hodie cognoſcunt Pares Curiæ de iure nouo, *c.* 1. *an apud iudic. vel cur. dom. quæſtio feudi termin. deb.* Rom. *d. conſ.* 212.
9 *n.* 4. *circa fin. ver. aut alter.* † Reſtringe, quando non extarent Pares Curiæ, quia tunc adiri debet iudex ordinarius vaſalli, etiamſi eſſet Eccleſia, quæ prætenderet deuolutionem feudi. Abb. *conſil.* 3.
10 *Nitar, col.* 8. *circa med. ver. nã vbicunq; lib.* 2. † Reſtringe in ſupremo Principe, non recognoſcente ſuperiorem, prout Papa, vel Imperator; quia ipſi iudicant vaſallum, non autem Pares Curiæ. *c. ſi*
11 *apud quem, vel quos controuer. feudi def.* Gozad. *conſ.* 1. *n.* 27. & etiam *n.* 26. aliquid, quando delictum eſt notorium. † Reſtringe idem, quando eſſet cõſuetudo, quod Princeps, vel eius miniſtri eſſent
12 loco Parium Curiæ. Mand. *conſ.* 389. *per tot.* † Conſtare tamen debet, quod cauſa ſit feudalis; quia de iſta qualitate, quæ tribuit iuriſdictionem, debet conſtare. Ant. de Burr. *in c. caterum. n.* 5. *in fin.*
ver. nota, quod Barbat. ibi, dum põderat verbum, *conſtat*, quem alii
* omnes ſequuntur, prout refert Dec. ibi *d. n.* 3. *ver. & hoc dictum. d.*
13 *legat, de iud.* † Amplia; quia Pares Curiæ cognoſcunt quæſtiones inter dominum, & vaſallum, quando dominus vult onerare vaſallum, vel malo ordine procedere, in tantum, quod ſi non ſuffi-
cit iudicium Parium Curiæ, poteſt geri bellũ. Bald. *conſ.* 326. *n.* 5. *ver. & ſi*

14 *& si dominus, lib.1.incip.Rex Romanorum.* † Declara; quia vbicunq; cognitio spectat ad Partes Curiæ, modus est, quod fiat electio Parium pro vtraq; parte, & qui erit negligens in eligendo, si est actor non possidens cadit, & potest priuari actione in contumaciā; si est reus possessor, datur missio actori in possessionē, donec purget contumaciam, soluat expensas, vel forte cogetur contumax cauere de non molestando. Bald. *cons.*466. *Andreas. nu. 6. vers.*
15 *sexto quæritur, lib.*1. † Electio Pariū Curiæ fit hoc modo; quia primo eligit dominus vnum, vel plures, & totidem eligit vasallus.
* Alex. *d. cons.*79. *Circa primum, in pr. lib.*1. & ista est cōmunis * opin.
16 vt dicit Clar. *in d. § feudū, q.*90. *n.*2. *ver. sed quomodo.* † Vocatio autem Parium, & vasallorum potest fieri per dominum in loco, &
17 Ciuitate, vbi dominus moratur. Bald. *d. cons.*466. *in fi. lib.*1. † Amplia; quia Pares Curiæ, licet sint laici; tamen sunt iudices in causa feudi ecclesiastica, etiamsi agatur contra episcopum dominum feudi, vel aliam personam ecclesiasticam. Alex. *d. cons.*79. *in princ.*
* * *fili.*1. vbi dicit * communem, prout communem * dicit Clar. *d. §. feudum. q.*90. *n.*8. *ver. sed quid si vasallus.* Vide, *Iudex secularis in quibus casibus procedat contra Clericos. Conclus.*451. Vide, *Clericus conuenit re positi coram seculari certis casibus. Concl.*386. † Extende; quia ratione
18 feudi, quod habet clericus à laico, subest clericus in concernentibus feudum iurisdictioni domini feudi sibi tributi à lege ciuili. *Imperialem. §. præterea. de prohib. feud. alien. per Feder.* Abb. in sua *q.*6.
19 *lib. ver. tertio arguo.* Clar. *d. §. feudum, q.*90. *n.*8. *ver. sed quid si vasallus clerici*, vbi dicit * communem. † Declara; quia ratio est, quare clerici iudicentur à domino feudi laico, est ex eo, quod Imperatoribus initio hanc iurisdictionem concessit feudo, vt sit cum isto onere; vnde si Ecclesia, vel clericus vult feudū à seculari, oportet, quod cum illo onere recipiat, cum res transeat cū onere suo, & propterea Papa hanc iurisdictionē approbauit; quia absque ea tenebat dispendiū, cum aliter feudū nō posset acquirere. Abb.
20 *d. c. 6. col.*7. *circa fin. ver. præterea Imperator.* Vide, *Feudatarius an dicatur subditus domino suo, & in quibus. Consil.*107. † Contrarium tenent
21 Canonistæ, quod imo clerici in causa feudali non mutāt forum, communem * dicit Guido Pap. *decis.*139. *in pr.* † Declara, quia ma-
* gis communis * opin. est, quod in causa feudali ēt clerici iudicētur à Paribus Curiæ, & à domino feudi laicis, vt dicit Clar. *d. § feudum, q.*90. *n.*8. & 9. *ver. sed quid si vasalli*, vbi etiam dicit, quod ita de cōsuetudine seruatur, & quod ita seruat Parlamentum Delphi-
* nale, & Senatus Mediolani; & iterum *n.*4. allegat plures de * cōmuni attestantes, & *n.*9. *ver. quæ quidem opinio.* dicit, quod si agatur de proprietate feudi, & sic de feudo inter clericos, res nō habet difficultatem, quod iudicibus laicis feudi subiiciuntur; sed si agatur solum de possessione feudi gl. *in d. c. cæterum, in ver. quandiu parati. de iud.* tenet, quod corā iudice ecclesiastico ordinario; sed
* dicit, quod illa gl. est * cōmuniter re, pbata, quia ille debet esse iudex in causa possessionis, qui est iudex cōpetens in causa, ,pprie-
22 taris. † Restringe; quia licet feudatarius vasallus laici clericus in causa feudi habeat iudicem dominum feudi; tamen illud est in ciuilibus; secus in criminalibus; quia vbi tangitur persona clerici, etiā ratione feudi, iudex esse debet ecclesiasticus ordinarius, ita Mandel. *cons.*389. *n.*21. & plenius *cons.*390. quod est Bero. *n.*16.
23 *& seq. per tot.* Vide, *Feudorum leges sunt consuetudines, & quæ iura seruentur in feudis. Concl.*169. *n.*19. *& seq.* † Amplia; quia Pares Curię sunt iudices, quando agitur de deuolutione feudi ob feloniam, vel ob feudum alienatum cum dolo domini, ita B ld. *cons.*9. *n.*2.
24 *ver. & ad in. elligentiam*, vbi disputat, & dicit esse dubitabile, *lib.*1. q duplicatur *cons.*188. *lib.*3. † Idem, si agatur de deuolutione ob non petitam inuestituram conuentam ob non solutum canonē; quia si feudatarius negat deuolutionem, & allegat iustā causam,
25 dominus non est iudex. Signor *cons.*131. *n.*6. † Secunda regula est alia constituenda; quia imo agendum est coram ordinario iudice, nisi in casibus, in quibus intentatur condictio ex lege feuda-
li, quæ non habet locum, nisi agatur de feudo; quia vterq; dicit feudalem esse rem, sed est contentio de re feudali inter vasallos, vel inter vasallum, & dominum, alias lex feudalis nō facit iudi-
26 ces. Bologn. *d. add. ad cons.*10. *de Anan.* 84. *n.*6. *in fi.* † Et ideo quādo est lis inter feudatarios, sed nō de re feudali, semper iudex ordi-
* narius loci est cōpetens, communē * dicit Curt. Iun. *in tract. feud. in* 7. *part. in* 2. *reg. ver. septimo fallit*, quē ad hoc citat attestans de cō-
27 muni * Clar. *in § feudum, q.*90. *n.*5. *ver. aut vero.* † Declara ēt, quod vbicunq; Abbas, vel alius superior ecclesiasticus habens conuē-
tum agit ad rem feudalem, vel emphyteuticam, & ipse habet iurisdictionem ordinariam, non cognoscit solus contra vasallum, sed cum Conuentu, vel Capitulo; quia ipse solus est suspectus.
Io. de Anan *d. cons.*84. *in fin.* sed tamen intellige declarationem procedere, quando res non esset de mensa Prælati; q; nullo mo-

do pōt esse iudex, ita Bologn. ibi: *in add. n.*7. *v. & si tu diceres.* † Declara totam hanc materiā, quia vbicunq; causa feudi corā iudice 28
ordinario est tractanda, siue ratione rei mobilis, siue stabilis, semper iudex est ille, in cuius territorio est res feudalis. Rom. *d. consil.* 212. *n.*6. *v. erit ergo tutius*, vbi, q; si feudū, vel emphyteusis esset ecclesiastica, Papa, & Legatus, & Iudex ordinarius ipsārū partium erit cōpetens. † Declara istā materiā, quando Pares sint iudices,
& qñ dominus feudi, & quando ordinarius iudex, plene p Abb. 29
*in d. c. cæterū, n.*13. *v. vltimo in ista* 3. *part. de iud. cū seq.* vbi plene, & qd in causa possessorii, & ibi dicit vnico casu tantū Pares posse iudicare; qñ causa est inter dominū, & vasallū, extra illum casum nō sunt iudices; ideo tertius prætendens feudum non facit, q; Pares adeantur, sed ordinarius, & intelligo etiā declarationē, quando neuter negat feudū, quia siue dominus, siue prætendēs bona neget feudū, iudex est ordinarius. Bologn. *in add. ad d. cons.*10. *Ioan. de An.*84. *n.*6. & 7. † Extende; quia Pares Curiæ non sunt iudices, 30
qñ agitur inter dominū & tertiū, qui non sit vasallus; quia iudex ordinarius cognoscit, glossa magistralis *in c.*1. *de proh. feud. alien. per Fed. § præterea. c. vltimo, in ver. terminetur*, vbi Affl. 2. *not. n.*14. Oldr. *d. cons.*272. *n.*19. *in fi.* Aluar. *n.*9. Iſern. *n.*91. *ver. idem, si sit*, sequitur Alex. *d. cons.*79. *n.*1. *ver. fortius, lib.*1. Io. de An. *d. cons.*84. *in fi.* & ibi Bologn. in apost. *n.*7. † Extēde in eo, qui dicit dominū teneri ad sibi infeudandum, vel quid simile; quia iudex ordinarius cognoscit. 31
Abb. *in d. c. cæterū, col.*4. *v. breuiter, n.*13. vbi Dec. *n.*8. Barb. *n.*65. *de iudic.* Præpos. *in tract. de feud. rubr. apud quē, vel quos, c.*1. *col.*2. *v. interdum est controuersia.* Caccial. *in obser. feud. obs.*46. quia requiritur, q; agatur inter dominum, & vasallum. † Extende; quando qstio est inter 32
dominum, & eum, qui dicit se hæredem feudatarii, & qui nō est vasallus; quia tunc cognitio spectat ad iudicem ordinarium. Oldr. *cons.*272. *in pr. ver. sed ista non est quæstio nostra*, vbi dicit, quod à contrario sensu in omni casu, excepto casu, quando lis est inter dominum & vasallū, semper cognitio spectat ad ordinariū iudicem, sequitur Alex. *d. cons.*79. *n.*1. *ver. fortius dixit, lib.*1. sequitur Bologn. *in add. ad d. cons.*10. *de Anan.*84. *n.*7. † Extende; quando Pares 33
curiæ essent suspecti; quia cognoscet iudex ordinarius. Felin. *in d. c. cæterum, n.*10. *ver. octauo fallit, de iudic.* † Idē si Pares Curiæ non 34
exēt; quia cognitio est iudicis ordinarii, & si est dominus feudi ordinarius, debent eligi arbitri confidentes, sicuti, quando Episcopus agit contra subditum. Alex. *d. cons.*79. *in pr. lib.*1. † Extende, 35
quando vterq; dicit feudum nouū ab eodem domino; qa iudex cognoscit ordinarius. Henr. Boich. *c. ex parte, n.*10. *in fi. & n.*11. *ver. aut est contentio, de feud.* Imol. *in d. c. cæterum.* † Extende idem, quando vnus dicit antiquum, alter nouum; quia iudex ordinarius co- 36
gnoscit. Henr. Boich. *d. c. ex parte, n.*11. *de feud.* hodie Pares sunt iudices. Io. de Im. *d. c. ex parte. n.*6. *ver. aut alter dicit, de iudic.* Restringe, † quando vterq; diceret antiquum. Henr. de Boich. *d. c. ex parte,* 37
*n.*11. *de feudis*, sequitur Im. *in d. c. ex parte, n.*6. *ver. aut vterq; dicit.* † Ex- 38
tende, quando lis esset inter tertium, quem constat non esse vasallum, sed prætendit ius in feudo, vel aliter litigat de feudo cum vasallo, & iudex erit ordinarius; quia dominus non est iudex, nisi inter vasallos, & de feudo contendentes. Abb. *in d. c. cæterum, n.*13. *ver. si autem quæstio est inter vasallum & tertium, de iudic.* Felin. ibi *n.*7. *ver. quinto fallit.* Henr. Boich. *in d. c. ex parte. n.*11. *in fi. de feud.* Im. plene *in d. c. cæterum, n.*6. *in fi. ver. secundo casu.* Felin. *in* 5. *fallent. n.*7. & est text. *in c.*1. *de controu. inter vasall. & alium de benef.* † Henr. Boich. 39
*in d. c. ex parte, n.*9. *de feud.* distinguit, aut non vasallus conuenit vasallum, si vterq; fatetur feudum esse, iudex est dominus, aut vasallus conuenit non vasallum, & iudex ordinarius est iudex, & idem, si alter negat esse feudum; quia erit iudex ordinarius, vide, & declara, vt per eum plenius. † Extende, quando Pares curiæ 40
essent suspecti, prout si Rex Fráciæ de feudo vellet esse iudex cōtra Regem Angliæ, quia ea ratione, qua Rex est suspectus, etiam Pares curiæ Franciæ essent suspecti; ideo ad Papam posset haberi recursus. Abb. *in c. nouit. n.*14. *de iudic.* & q possint allegari suspecti. Mandell. *cons.*390. *n.*21. Menoch. *de retinen. possess. remed.* 3. *n.* 440.
† Idem in domino feudi, quando esset suspectus, quia potest al- 41
legari, & remoueri. Mandel. *d. cons.*390. *n.*21. quod est Beroi, & ibi apost. dat concord. *in ver. vt suspecti.* † Extende, quando esset quę- 42
stio inter vasallum & dominum, vel vasallum & vasallum, & dominus recusasset illum velle inuestire; quia ex quo est suspectus dominus, debet adiri iudex ordinarius. Dec. *d. c. cæterum, n.*12. *ver. secundo prædicta, de iudic.* vbi dubitat, Felin. ibi in 10. *fallent. n.*12. Io. de Anan. *d. cons.*84. *in fi.* vbi Bologn. *n.*6. & 7. in apostill. † Extende, quando esset quæstio inter vasallos de feudis, & vasalli essent 43
Capitanei, Duces, vel Marchiones, quia non cognoscit dominus feudi, nisi habeat iurisdictionem in loco, & in eos. Dec. *d. c. cæterū, n.*12. *ver. tertio limitatur, de iudic.* Henr. Boich. *in d. c. ex parte. nu.*10. *de*

44 *feudis.* †Extende, quando dominus agit rei vendicatione ad rē liberam, & non feudalē; quia tunc Pares Curiæ non sunt iudices, sed iudex ordinarius; quia cōsideratur libellus actoris, vt si nitatur in re feudali, Pares Curiæ sint iudices; si in re nō feudali, etiāsi teus dicat feudalē; tamen pares non sunt iudices. Alex. *d. cons.* 79.

45 *Circa primū. n.* 1. *lib.* 1. †Extende, quando quæstio esset inter vasallos de feudo, q̄ contendunt ambo; quia si non habent alia feuda, ita, q̄ possint dici vasalli absq; feudo, de quo cōtenditur, tūc * cognoscit iudex ordinarius, secundum* communē, de qua Dec. *d. c. cæterum. n.* 11. *de iudic.* vbi ēt Imol. *n.* 6. *ver. aut constat vnum tātum*, qui hoc multis modis declarat; primo, si alter habet feudum vltra id, q̄ litigatur, Pares sunt iudices; si nullus eorum habet aliud feudum; & tunc si ambo dicunt antiquum, cognoscit dominus; si ambo sibi concessum feudum, iudex ordinarius; si vnus anti-

46 quum, alter nouum, Pares Curiæ. † Declara tamen proximā limitationem, vt non p̄cedat, quando constaret vtrumq; esse vasallum, quia non cōtenderent de feudo, de quo ambo essent inuestiti, sed de finibus feudi. Dec. *d. c. cæterum, n.* 11. *ver. secus autem si ageretur de diuid.* & ante eum tenuit Imol. ibi *n* 6. *ver. aut est quæstio.*

47 †Extende; quia si est controuersia de feudo inter duos prætendentes feudum esse suū; tunc semper iudex est ordinarius. Rom.

48 *d. cons.* 212. *Quoad primum, n.* 4. †Extende, quando esset quęstio inter dominum & vasallum super deuolutione feudi, & vasallus negat feudum, quia tunc erit iudex ordinarius vasalli adeūdus, etiam si ecclesia esset, quæ prætendit feudum deuolutum. Abb. *d. cons.* 3. *Nitar, col.* 8. *circa med. ver. nam vbicunq; lib.* 2. vbi, q̄ isto casu actor sequitur forū rei. †Extende, quando ageretur actione personali, puta spolio, vel alias pro re feudali; quia iudex erit ordinarius. Bologn *in add. ad d. cons. Ioan. de Anan.* 84. *n.* 6. *in fin. & nu.* 7.

50 †Extende, quādo lis est inter vasallos, & de feudo; quia si diuersos dominos recognoscunt, adiri debet iudex ordinarius, nō dominus feudi. Abb. *d. c. cæterum, n.* 13. *ver. si vero quæstio est feudalis, de iudic.* Felin. *in* 7 *fallent. n.* 9. Henr. Boich. *in d. c. ex parte, n.* 11. *de feudis.*

51 Imol. *in d. c. ex parte, n.* 6. *ver. aut prætendunt diuersos.* †Extēde, vt procedat, etiamsi sint vasalli, & agatur de feudo ab eodē domino; quia si vnus docet de inuestitura, alter nō, cognoscit ordinarius, non dominus feudi. Abb. *d. c. cæterum, n.* 13. *in fi. ver. si vero prætendātur, de iudic.* †Tertia regula est; quia si quæstio est inter feudatarios de feudo; tunc dominus feudi est iudex in causa possessorii. Bald.

52 *cons.* 216. *Fuit quidam, in fin. ver super sexto, lib.* 2. & *cons.* 183. *Factum sic se habet, per tot. lib.* 3. Abb *in d. c. cæterū, ver. si vero est quæstio, de iud. n.* 13. *melius n.* 15. *ver. sed circa prædicta, de iudic.* & hanc* cōmunem dicit Dec. ibi *n.* 14. *ver. an autem si agatur*, vbi declarat; secus si occasione possessionis ageretur ad pœnam, & idem dicit Felin. *n.* 14. *vers. in*

53 *iudicio possessorio.* Abb. *cons.* 82. *col.* 4. *in princ. n.* 7. *lib.* 1. †Contrarium, quod imo causa possessorii sit cognoscenda coram ordinario cū duobus temperamentis, videl. si cōtra dominum agatur actione in factum, & non tangatur ius feudi per excipientem, ita Anton. de Butr. *d. c. cæterum, n.* 8 *verb. quandoq; agitur, de iudic.* Henr. Boich. *in d. c. ex parte. n.* 5. *de feudis.* vbi tenet simpliciter, quod coram ordi-

54 nario causa possessorii est terminanda. † Declarat Felin. *in d. c. cæterum, n.* 14. vbi Dec. *n.* 14. *de iudic.* quia si agitur possessorio directe ad feudum, cognoscit dominus; si vero occasione possessionis, vt quia agitur de violētia illata occasione possessionis feudi, vel ratione iniuriæ, aut pro crimine; tunc iudicat ordinarius, & istud est idem, quod dicit Ant. de Butr. ibi *n* 8. Abb. *n.* 13. *ver. aut contem-*

55 *tio.* Bald. *alleg. cons.* 216. *n.* 6. *ver. nota tamen. lib.* 2. † Declara; quia iurisdictio ista domini in vasallos contendentes de feudo est ordinaria; quia à lege datur, non autem delegata. Clar. *in d.* § *feudum,*

*56 *q.* 90. *n.* 6. *ver. sed nunquid*, vbi dicit* communem. †Cognitio autē, an sua sit iurisdictio, per quem cognoscatur, vide Abb. *in d. c. cæterum, n.* 17. *& seq. de iudic.* vbi, quod si causa est corā ordinario, ipse cognoscit, *in ver. sed quæro, & n.* 20. *ver. adde secundo*, vbi, quod idem in domino, si non negatur res feudalis, alias secus; quia semper pronunciaret rem feudalem. Henr. Boich. *in d. c. ex parte. nu.* 9. *ver. cognoscere autem potest.* Imol. *in d. c. cæterum, n.* 7. *in fi. & nu.* 8. *ver. item*

57 *potes notare.* †Amplia, vt procedat, etiam quādo agitur petitorio, & vterque dicit se feudatarium; quia dominus feudi cognoscet; quia est quæstio feudi. Bald. *d. cons.* 216. *in fin. ver. in petitorio autem, lib.* 2. *secus*, inquit, si alter tantum se dicit feudatarium; quia cognoscet ordinarius iudex, & *cons* 183. *lib.* 3. *per tot.* Abb. *d. cons.* 82. *col.* 4. *in pr. n.* 7. *ver. quia cum causa esset, lib.* 1. Alex. *cons.* 1. *Ponderatis, in pr.*

58 *lib* 5. *iuncto n.* 15. *vers. non obstat.* † Extende in tantum, vt vasallus nō possit prorogare iurisdictionem in præiudicium domini, & sententia lata est nulla. Abb. *d. cons.* 82. *Quanquam, col.* 4. *in pr. n.* 7. *lib.* 1.

59 *ver. quia cum causa est.* † Extende; quia vbicunque agitur de causa feudali inter vasallos cōtendentes de feudo, si sunt Duces, Marchiones, vel Barones immediate subiecti Imperatori, solus Imperator cognoscit, si sunt inferiores, semper dominus feudi cognoscit, *communem dicit Clar. *d.* § *feudum, q.* 90. *nu.* 5. *ver. si vero* * *sit quæstio.* †Restringe; quia cognitio causæ non spectat ad dominum feudi, si lis est inter feudatarium inuestitum, & alium, qui prętendit se dominum, quia tunc debet causa cognosci per iudicem ordinarium partium, videl. per Imperatorem, si partes sunt exemptæ. Alex. *d. cons.* 1. *Ponderatis, n.* 3. *ver. tamen præmissis. lib.* 5. Restringe, † nisi agatur spolio per clericum, quia agit coram iudice 61 ecclesiastico. Ant. de Butr. *d. c. cæterum, n.* 8. *ver. item si agitur possessorio, de iudic.* †Restringe, vt non procedat, quando quæstio est in- 62 ter feudatarium & non feudatarium; quia siue agatur possessorio, siue petitorio, & siue vasallus sit actor, vel reus, & siue ipse possideat, vel alter, cognosci debet causa coram iudice ordinario. Bald. *d. cons.* 216. *n.* 6. *ver. aut est quæstio, lib.* 2. Abb. *d. c. cæterum, n.* 13. *ver. si vero est quæstio*, vbi dicit * communem, sequitur ibi Dec. *n.* 9. *ver. sed* * *cundus casus.* Abb. *d. cons.* 82. *col.* 5. *lib.* 1. *n.* 10. *ver. an autem possit opponi.* † Restringe; quando alter ex vasallis conuentis coram domino 63 opponit declinatoriā, puta, quia negat se vasallum, ista exceptio non debet cognosci per dominum, sed per iudicem ordinariū, qui si iudicabit contra excipientem, remittet causam ad dominū feudi. Clar. *d.* § *feudum, q.* 90. *n.* 7. *ver. sed pone*, vbi dicit* communē, * licet ipse teneat contrarium de iure communi, maxime, si dominus esset in possessione vasallagii. †Restringe, quando esset quę- 64 stio de superindicto impositio per feudatarium; quia nō cognoscit dominus, quando ipse constituit aduersarius, neq; Pares; quia causa non est de feudo. Sign. *cons.* 108. *in quæstione, in pr.* †Re- 65 stringe, etiāsi ageretur inter feudatarios possessorio, vel petitorio criminaliter, quia nō cognoscet dominus feudi, nisi alias haberet merum imperium. Bald. *d. cons.* 216. *n.* 6. *ver. nota tamen, lib.* 2. †Idem, quando inter feudatarios super re, vel iniuriis non tan- 66 gentibus feudum agitur. Abb. *d. c. cæterum, n.* 13. *circa fin. ver. aut contentio, de iudic.* vbi Butr. *n.* 8. *ver. quandoq; agitur.* † Restringe, quan- 67 do vasalli prætendunt diuersas inuestituras. Abb. *d. c. cæterum, n.* 13. *ver. si vero est quæstio feudalis, de iudic.* vbi Imol. *n.* 6. *ver. aut prætendunt.* † Idem, quando non concordant, quod res sit feudalis, ga 68 tunc non spectat cognitio ad dominum, nisi quando vterq; fatetur rem feudalem domini. Alex. *d. cons.* 1. *n.* 15. *ver. nam non obstat. lib.* 5. † Restringe, quādo quæstio est inter dominum & tertium, 69 qui dicit eum obligatum inuestire; quia cognoscit ordinarius. Abb. *d. c. cæterum, n.* 13. *ver. aut quæstio est*, vbi Dec. *n.* 8. *de iudic.* † Re- 70 stringe; quia si agatur etiam inter feudatarios quæstio nō de feudo, sed de aliis quæstionib. quæ per legem feudi non sunt terminatæ, tunc ad ordinariū debet recurri. Dec. *d. c. cæterum. n.* 10. vbi Abb. plenius *n.* 13. *ver. si vero est quæstio inter vasallum, de iudic.* vbi dicit* communem, quod si non agitur de feudo, neque de natura * feudi, neq; de legibus feudalibus, semper iudex est ordinarius, & non dominus, idē tenet ibi Ant. de Butr. *n.* 8. vbi, quod si non agitur cōdictione ex legibus feudorū, iudex est ordinarius; si ex lege feudorum, dominus, vel Pares, & ibi Imol. *n.* 7. *ver. & aduertendū.* †Idem, si agatur ad recuperandam possessionem rei feuda- 71 lis; quia quis fuit spoliatus; quia iudex ordinarius adiri debet, nō autem Pares Curiæ sunt iudices; quia agens nititur iure cōmuni, & non iure feudi. Alex. *d. cons.* 79. *n.* 1. *ver. tertio fortificatur, lib.* 1. †I- 72 dē, si agatur personali actione, vel pignoratitia, vel depositi, vel de iniuriis in rebus feudalibus factis. Ant. de Butr. *d. c. cæterum, nu.* 8. *ver. quandoq; agitur, de iud.* Imol. ibi *n.* 7. *ver. & aduertendum*, Abb. *n.* 13. *ver. si vero est quæstio.* Alex. *d. cons.* 79. *Circa primum. n.* 1. *ver. & ideo* 73 *dicunt. lib.* 1. †Declara generaliter; quia iurisdictio domini est de- rogatoria iurisdictioni ordinariæ; ideo odiosa est, & restringēda, vt dicit Dec. *in d. c. cæterum, n.* 8. *in fin. & n.* 14. *ver. & facit; quia ista iu-* *risdictio, de iudic.* ideo non procedit, nisi concurrant ista omnia, q̄ agatur inter feudatarios. & de re feudali, & secundum leges feudorum, ita Felin. *in d. c. cæterum, n.* 8. *in* 6 *fallētia*, post Abb. *n.* 15. vbi repilogat plures casus hoc concludentes. †Imo ex intentione a- 74 ctoris metiri debet hæc iurisdictio, vt fiat mentio de feudo in libello, alias semper iurisdictio est ordinarii. Alex. *d. cons.* 79. *n.* 1. *ver.* 75 *& ideo. lib.* 1. † Quarta regula est, quando quis non est proprie vasallus, vt quia non fuit ab Episcopo corporaliter inuestitus de feudo Episcopatus, quia si fuit priuatus ob non petitam inuestituram, vel alia de causa, iudex erit Episcopus in causa suæ Ecclesiæ, non autem Pares Curiæ. Bald. *cons.* 466. *Andreas feudatarius. nu.* 76 5. *vers. quinto quæritur. lib.* 1. †Contrarium, quando res esset de mensa Episcopi; quia sunt eligendi arbitri cōfidentes, vel Papa committet causam. Alex. *d. cons.* 79. *n.* 2. *lib.* 1. Vide, *Iudex in causa propria* 77 *quis esse possit, vel non. Conclus.* 403. †Extende, quando ageretur de 78 contractu feudali iurato; quia ratione iuramēti cognitio spectat

in forum

lium ad iudicem ecclesiasticũ, ex quo iudex feudi secularis non potest se intromittere de incidenti; ergo neq; de principali. Cald. *cons.* 116. *Quu sit iudex*, alias 2. *de iudic. & foro comp.* Felin. *in d. c. 78 ceterum, n.* 13. *in* 11. *lim. de iudic.* † Extende, nisi agens esset miserabi- 79 lis persona. Felin. *d. c. ceterum, in vlt. lim. n.* 13. *de iudic.* † Declara to- tam istam materiam; quia non possunt vasalli in præiudiciũ do- mini prorogare iurisdictionem alterius, ita Clar. *d. § feudũ, q.* 90. * *n.* 10. *ver. sed quæro, nunquid*, vbi dicit * communem, & hoc, quãdo causa est superre feudali; secus est quoad alias causas etiam inter 80 vasallos. † Et si Pares, vel dominus pronunciat, põt grauatus ap- pellare ad superiorem proximiorem, qui si grauat, appellatur ad * alium maiorẽ superiorem, communem * dicit Clar. *d. § feudum, q.* 81 90. *in fi. v. successiue quæro.* † Et tempora à iure cõmuni statuta cir- ca appellationes habent locum etiam in causis feudalibus, com- * munem * dicit Clar. *d. § feudum, q.* 91. quæ est vltima quæstio.

Feudum qualiter præscribatur. Concl. 213.

1 † Evdvm † ad hoc, vt cõtra Imperatorem præscribatur, requi- rit scientia, & patientia Imperatoris, vel locum tenentis, & quod præscriptio sit diuturni temporis, alias non haberet locũ. Bald. *cons.* 152. *Materia feudorum, n.* 13. *ver. sed hic non est inutiliter, lib.* 1. 2 Intelligas de feudo sine iurisdictione, vt infra *n.* 4. & quando præscribens habet titulum, & bonam fidem, & ad effectum, vt præsumatur, q. inuestitura solennis præcesserit. Clar. *in § feudum, q.* 19. *ver. sed pone*, vbi de * communi, *& q.* 45 *in pr.* vt infra in fin. ité multũ refert, quando agitur de feudo reali, secus, si de personali ob- 3 ligatione. Clar. *d. § feudum, q.* 19. vbi de * communi, & sic, quando agitur de modico præiudicio, sufficit possessio decennij; secus, si de magno præiudicio agatur. † Amplia; quia adhoc, vt præscriptio habeat locum contra fœminam vocatam ex antiquis inuestitu- ris, si feudum fuit per nouas inuestituras cõcessum pro masculis, requiritur, quod fœmina ipsa poterit agere. Bald. *cons.* 215. *Propo- 4 nitur, quod, col.* 2. *in pr. ver. præterea non obstat, lib.* 2. † Extende; quia in feudo antiquo, licet contra agere valentem, & vocatum præscri- barur 30. vel 40. annis etiã ex titulo putatiuo, & errore iuris cau- sa; tamen contra alios posteriore loco vocatos, qui nõ possunt agere, stante primo, non currit præscriptio. Castr. plene *cons.* 44. 5 *n.* 1. *ver. sed ex alio & per tot. lib.* 2. † Amplia; quia feudũ quoad iu- risdictionem non præscribitur, nisi spatio centum annorũ con- tra Principem, sed contra feudatarium præscribitur 30. annis, si tanto tempore fuit recognitus pro feudatario. Vide Rol. à Vall. *cons.* 1. *n.* 79. *lib.* 1. & idem tenet Clar. *d. § feudum, q.* 45. *n.* 2. *ver. si aũt 6 quæritur*, vbi dicit * communem, quod contra principem requi- runtur centum anni, sed contra priuatum bene sufficiunt 30. vel 40 anni, & dicit communem. *d. q.* 45. *n.* 3. *ver. sed quid inter priuatos*, 7 & citat plures. † Et quod non præscribatur 30. neque 40. annis, tenet idem Franc. Sonsbec. *in suo tract. part.* 12. *nu.* 155. *& seqq.* vbi dicit, quod licet sit opinio controuersa; tamen negatiua est ve- rior; quia ante legem Corradi non poterat præscribi, nisi 30. an- nis, postea Corradus prohibuit omnem alienationem, non ob- stante aliqua præscriptione, *vt c.* 1. *ver. præterea, de capit. Corradi*, & idem in futuris feudis decernit Lotharius, *c.* 1. *de prohib. feud. alien. per Lothar.* & vltimo Federic. phibuit in futuris, & præteritis nul- lius præscriptionis tempore impediente. *c.* 1. *de prohib. feud. alien. per Feder.* & hanc partem, quod non possit præscribi, tenet Rom. 371. *In proposita, n.* 5. *ver. dum autem quæritur*, allegat text. *in c.* 1. *§. præterea, 8 de cap. Corradi, in vsib. feud.* † Declara, quod vtile dominium cõtra dominum non præscribatur 30. vel 40. annis, sed requirantur centum anni, plene Clar. *in d. § feudum, q.* 45. *n.* 2. *ver si autem quæ- ritur*, vbi dicit * communẽ, & licet gl. *in d. c.* 1. *§. præterea, de c. Corra-* 9 *di* teneatur, quod sufficiunt 40. anni; tamen Clar. in loco præd. dicit, quod illa gl. cõmuniter * reprobatur. † Declarare videtur 10 Idẽ Franc. Sonsbec. *d. tract.* 12. *part. n.* 162. *& seq.* vt procedãt præ- dicta quoad hoc, vt feudum sit liberum, & fiat allodiale, quasi secus, si ageretur solum de feudo acquirendo, vt etiam Sign. 11 *cons.* 10. *In quæstione, in fin.* † Declarat Clar. *in d. § feudum, q.* 19. vbi distinguit inter personam, & bona; quia si quis mihi seruiuit per decem annos præstando seruitia personalia, vt vasallus, nõ præ- sumitur titulus vasallagii, sed requiritur tempus longissimũ 30. annorum, & dicit * communem; si vero quis possedit rẽ vti feu- dalem, bene præsumitur titulus, & dicit * communem, quia in primo casu agitur de maiori præiudicio, & citat alios de * com- 12 muni attestantes vtroque casu, & *q.* 45. † Vide Affl. *in c.* 1. *§. porro, n.* 62. *quæ fuit prima causa benef. amitt.* Balb. *de præscript. in* 2. *part. prima- partis princ. q.* 13 *n.* 5. † Declarat alio modo Clar. *d. § feudum, q.* 45. *n.* 4. *ver. vt vides*, quod nulla currit præscriptio contra dominum, ni- si centum annorum; sed contra priuatos cum titulo, & bona fi- de sufficiat præscriptio 30. vel 40. annorum, & dicit magis * cõ- * munem, maxime, quando feudum de consensu domini perue- nit in priuatum; secus si sine cõsensu domini, quia semper requi- runtur centum anni, etiam contra priuatum, & allegat ita iudi- casse consilium Neapolis, vt per Affl. *dec.* 254. sed Clar. reprobat Affl. quia præscriptio sublata est solum ad præiudicium domini, non ad præiudiciũ priuati, *vt d. c.* 1. *§. præterea, dec. Corradi*, sed certe Affl. mouetur pp constitutionem Regni, non autem de iure cõi; vide tamẽ Vrsil. in addit. ad Affl. *d. decis.* 254. *n.* 4. *&* 5. vbi, quod ẽ de iure communi inter priuatos requiritur præscriptio 100. an- norum, nisi præstetur per possidentem aliquod seruitium, quia tunc sufficit præscriptio 30. annorum, & citat plurimos. † Am- plia in casu contrario, quia feudum à principio potest præscribi 11 per tempus immemorabile, vt amplius non sit feudum, sed allo- diale, tam contra Papam, quam contra Imperatorem. Abb. *cons.* 82. *n.* 2. *ver. quinimo, lib.* 1. † Amplia in tantum requiri præscriptio- nem centenariam; vel immemorabilem contra Principẽ, vt non 12 sufficiat possessio decennalis cum allegatione tituli, plures citat Vrsil. *ad decis. Afflict.* 254. *n.* 4. Vide, *Seruitus realis aliqua dicitur conti- nua. Concl.* 224. † Amplia; quia feudum, quod soluitur Episcopo 13 in signum superioritatis, nullo modo potest præscribi. Roman. *d. cons.* 371. *n.* 5. *ver. dum autem.* † Amplia; quia præscriptio feudi cõ- 14 tra vasallum non nocet domino ignoranti; ita etiam sententia lata contra vasallum nocet vasallo, sed non domino ignoranti. Abb. *d. cons.* 82. *col.* 4. *n.* 7. *ver. præterea sicut currit, lib.* 1. Vide, *Præscri- ptio rei feudalis quanto tempore inducatur. Conclus.* 562. † Amplia; quia 15 licet feudatarius teneatur recipere nouam inuestituram à nouo domino, alias cadit; tamen quando ab immemorabili non fuit petita, dicitur præscripta. Abb. *d. cons.* 82. *Quanquam, n.* 2. *ver. tertio. lib.* 1. & quod possit præscribi; quia pacto potest remitti, idem ibi *n.* 7. *ver. ad secundum respondeo.* † Amplia; quia feudum nullo mo- 16 do præscribitur inter præsentes 10. annis, & inter absentes 20. annis, vt tenet Franc. Sonsbec. *ad vsus feud. part.* 12. *nu.* 150. *& seq.* vbi reddit rationem, quia eo ipso, quod alienatur sine domino, feudum tanquam prohibitum alienarie efficitur furtiuum, & res furtiua non potest alienari. † Declara; quia feudum præscribitur 17 spatio 10. annorum inter præsentes, & 20. inter absentes per ha- bentem titulum contra feudatarium; secus contra dominum. Sign. Homod. *cons.* 10. *In quæstione vertente, in fin.* † Limita; quia li- 18 cet transuersalibus vocatis difficilius præiudicetur, & præscriba- tur in feudo; tamen descendentibus bene præiudicatur ex rensi- ciatione, & præscriptione, ex negligentia ascendentium. Castr. *cons.* 44. *col. fin. ver. si ergo illi, & per tot. lib.* 2. † Declara; quia vera est 19 limratio in feudo nouo, in quo magis de facili præiudicat præ- scriptio ex negligentia, vel renunciatio ascendentis, quam faciat in feudo antiquo præscriptio ex negligentia, vel renunciatio transuersalis. Alex. *cons.* 18. *n.* 6. *&* 7. *lib.* 5.

Feudum & emphyteusis in quibus æquiparentur. Concluſ. 214.

Fevdvm † & emphyteusis æquiparantur; quia sicut emphy- 1 teuta, & vsufructuarius, qui debent arbitrio boni viri vti, & frui, possunt expelli, si male versantur; ita etiam feudatarius. Calderin. *consil.* 309. alias 6. *de feudis in princ.* quod est Petri de An- char. † Et quod feudum in multis assimiletur locationi, con- 2 ductioni, & emptioni, & venditioni, ac emphyteusi. Castillio. *consil.* 4. *num.* 13. † Extende, vt idem sit, si feudatarius, vel emphy- 3 teuta negligunt feudum, vel emphyteusin; quia possunt expel- li, ex quo negligunt, & alium possidere permittunt, Calderin. *d. consil.* 309. *in princip.* alias 6. *de feudis.* † Extende; quia sicut feu- 4 dum transit solum ad descendentes, & verbum, *pro hæredi- bus*, intelligitur de descendentibus; ita etiam in emphyteu- si ecclesiastica de iure communi, licet valeat consuetudo con- traria. Castrens. *consil.* 139. *num.* 3. *lib.* 2. † Extende, quia quod 5 licitum est in emphyteusi, est licitum in feudo, si non repetitur prohibitum. Bald. *consil.* 301. *Proponitur, quod Petrus num.* 4. *ver. præterea illud, lib.* 1. † Et quod à pari procedant emphyteusis & 6 feudum. Alexand. *consil.* 5. *si vera sunt, num.* 2. *lib.* 5. vbi allegat plu- res, & adducit, quod vbi lex feudalis deficit, recurritur ad ius commune. † Extende; quia valet argumentum de feudo ad 7 emphyteusin ecclesiæ, quia similia sunt. Bald. *consil.* 251. *Conside- randum est, num.* 2. *ver. hæc probantur in feudis, lib.* 2. † Et maxime 8 circa successionem, & ius accrescendi, vt facta concessione feu- di pro se, & filiis, & descendentibus, sicuti in portione mortui descendentes superstites succedunt, vt etiamsi esset facta aliena-

rio cum cõsensu domini, possint illam reuocare; ita etiam in emphyteusi. Alex. *cons.* 106. *Viso, n.* 3. *& 6. ver. nec prædictis obstat. lib.* 4. Et
9 † allegari possunt textus feudales ad decisionem causæ emphyteuticæ. & è contra, quando diuersa ratio non reperitur statuta. Bald. *cons.* 189. *Quod consentiente, circa princ. ver. & hoc tenet Bart. lib.* 3.
10 † Feudum concessum pro annuo canone, vel censu, æquiparatur emphyteusi in eo, ꝙ transit ad fœminam, quæ potest explere seruitium, sicut masculus, soluẽdo censum, secus quoad deuolutionem, Cumau. *cons.* 164. *in pr. n.* 1. *& seq.* Menoch. *cons.* 65. *n.* 5. *& seq.*
11 † Extende; quia licet feudum censuale non cadat ob non solutionem census, nisi secuta sententia; tamen fallit, quando dominium directum est cõcedentis censum, vel feudum, & solutio fit in recognitionem dominii. Fulg. *cons. fi. n.* 2. vbi, quod isto casu æquiparantur quoad deuolutionem, & caducitatem emphyteusi.
12 † Declara extensionem; quia valet argumentum negatiuum; nõ cadit emphyteuta non soluendo canonem, quando non possedit; ergo neque feudatarius, sed affirmatiue non valet, quia licet cadat emphyteuta non soluendo; non tamen cadit feudatarius, quando vltra canonem obligatur ad iuramẽtum, quia si solutio non correspondet fructibus, est causa impulsiua, iuramentũ est causa finalis; ergo non soluendo canonem non cadit, notandũ
13 dicit Zabar. *cons.* 92. *n.* 6. *ver. ad quod dico.* † Amplia; quia valet argumentum de feudo ad emphyteusin, & è cõtra, nisi de iure reperiatur prouisum in casibus specialibus, communem * dicit Socin. *cons.* 167. *n.* 24. *ver. confirmo, lib.* 2. vbi dicit feuda regulari secũdum ius * commune, nisi contrarium appareat de iure speciali.
14 Castr. *cons.* 260. *Notandum in fin. lib.* 2. † Extende; quia imo emphyteusis, & feudũ à pari procedunt, præcipuè quã in duobus casib. videl. quãdo in iure aliter reperitur decisum, vel quãdo militat diuersa ratio. Alex. *cons.* 7. *In consultatione, n.* 5. *ver. secundo probatur, lib.* 5. vbi arguit, quod propterea, sicuti põt emphyteusis diuidi per actionẽ familiæ herciscundæ, quæ datur contra inuitum, & prouocat ũ; ita etiam feudũ simplex, & non requiritur cõsensus do-
15 mini, vt ibi, & apost. *in ver. diuidi*, dat contor. † Declara; quia iura feudalia allegantur ẽt ad decisionem emphyteusis, quando non sunt contraria iuri communi; si vero sunt contraria iuri cõmuni; tunc non possunt allegari ad emphyteusis decisionem, plene Alex. *cons.* 106 *Viso. n.* 6. *& 7. ver. & vltra prædallegata, lib.* 4. Salyc. *in l.* 1. *n.* 8. *C. de iur. emphyt.* & ibi apost. Alex. iterum *cons.* 107. *In causa, n.*
16 13. *lib.* 4. † Et successio in emphyteusi antiqua regulatur, prout in feudo, ꝙ plures inuestiti succedãt, vnus alteri, prout est decisum in feudo, quando dicta verba sunt in inuestitura, *c.* 1. *de duob. fratr.*
17 *à Capit. inuestit.* Castr. *cons.* 158. *Visa supradicta, in pr. lib.* 2. † Amplia; quia ius accrescendi in feudo habet locum eodem modo in emphyteusi. & è contra, vbi, quod cessat in vno, cessat in alio, plura
18 Rom. *cons* 315. *In casu propositæ consultationis, n.* 2. † Amplia; quia bene licitum est arguere, & allegare textus feudales ad decisionem emphyteusis, vbi non est statutum contrarium in emphyteusi.
19 † Ideo emphyteuta perdit melioramenta, quando culpa sua cadit; secus, si sine culpa; quia ita deciditur in feudo. Castr. *consil.* 260. *Notandum. in fin. lib.* 2. & Roman. *cons.* 166. *Visa diligenter, col.* 3.
20 *verb. sed vlterius.* † Extende; quia sicuti valet pactum in feudo circa successionem, vt mortuo tali, ad alium deueniat; ita in emphyteusi; quia in hoc procedit argumentum de feudo ad emphyteusin. Roman. *cons.* 103. *Viso, in fin.* vbi apostill. fin. *in ver. validum*
21 *fuit.* † Et sicuti feudũ non venit in alienatione generali, vel transactione, ita neque emphyteusis; quia prohibentur alienari, & incidit alienans in pœnam. Roman *d. consil.* 166. *col.* 3. *ver. sed vlterius.*
22 † Declara; quia valet argumentum de feudo ad emphyteusim, si ius feudorum in iusta, aut naturali ratione fundetur. Roman. *consil.* 212. *Quo ad primum, num.* 4. *ver. quoad secundum*, vbi apostill. *in*
* *ver. validum*, quæ citat concord. & dicit esse * communem, quando ius commune non resistit, vel ratio diuersitatis assignari non possit, & ius feudorum sit in iusta, & naturali ratione fundatum, alias non valet argumentum, vt alia apostill. ad Roman. *d. consil.*
23 212. *num.* 4. *ver. fundetur.* † Extende; quia sicuti, quando est controuersia de feudo, coram quo iudice causa sit terminanda, est decidendum secundum ius feudi, ita etiam, quando est controuersia de emphyteusi. Roman. *d. consil.* 212. *num.* 4. *& seq.* vbi non
24 audet firmare pro absoluto, licet arguat, quod sic. † Cõtrarium, quod in materia iurisdictionis non liceat arguere de feudo ad emphyteusin, neque è conuerso. apostill. ad Roman. *d. cons.* 212 *n.*
25 6. *in ver. concordem*, vt citat Bald. & alios. † Limita; quia in pœnalibus non est licitum arguere de emphyteusi ad feudum, nec è contra. Clar. *in § feudum, quæst.* 56. *ver. hæc tamen conclusio.*

* vbi dicit * communem. Vide Conclus.

prox. seq.

Feudum differt ab emphyteusi in multis. Concl. 215.

FEVDVM † differt ab emphyteusi, & argumentũ non valet de 1
emphyteusi ad feudũ. Alex. *cons.* 30. *n.* 16. *ver. non obstat lex, lib.* 1. Fulg. *cons.* 3. *n.* 2. Bald. *in auth. si quas ruinas. C. de sacros. Eccles.* † Prima 2
differentia est, ꝙ emphyteusis per alienationẽ irrequisito domino reuertitur ad dominũ; etiamsi sit auita, & antiqua in præiudicium agnatorum ex descendentibus primi inuestiti; secus in feudo. Alex. *d. cons.* 30. *n.* 16. *ver. non obstat, lib.* 1. † Secunda est; quia em- 3
phyteusis non est species dignitatis, prout feudũ; ideo concessio castri, vel ciuitatis in feudũ nobilitat; secus si concedatur in emphyteusin. Bald. *cons.* 353. *Præsupponendum est, n.* 2. *ver. itẽ tres videntur, lib.* 1. vbi, ꝙ concessio in emphyteusin est mercenarium cõmerciũ. † Tertia; quia dominus tenetur iuuare vasallum ratione feu- 4
di; secus ratione emphyteusis, & ideo vtilior, & nobilior est cõcessio in feudum, q̃ in emphyteusin. Bald. *d. cons.* 353. *n.* 2. *ver. quapropter lib.* 1. † Quarta; quia super feudo, & de feudo potest transi- 5
gi; secus est super emphyteusi. Bald. *cons.* 415. *Præmittendum est, per tot lib.* 1. quod intellige, vt per eum, quando transactio respiceret rem tradi; secus si retineri, quia etiam super emphyteusi retinenda potest transigi. † Quinta; quia inuestitura emphyteusis non 6
probatur, nisi per scripturam; feudalis vero probari põt per scripturam; & per Pares Curiæ. Bald. *cons.* 215. *Proponitur, quod, n.* 5. *ver. in emphyteusi autẽ, lib.* 2. Alex. *cons.* 136. *Viso, & examinato, in pr. tunc ver. præterea si dicamus, lib.* 1. † Sexta; quia feudum pro annuo censu 7
datum nõ deuoluitur propter non solutũ censum, emphyteusis sic. Cuman. *cons.* 164. *Prælatus certæ Ecclesiæ, in pr.* & hanc magi, * cõ- *
munem dicit Alex. *cons.* 9. *Viso themate, n.* 3. *ver. quod autem sit differẽtia, li* 3. *& cons.* 5. *Si vera sunt. n.* 5. *ver. vbi voluit. lib.* 5. † Et in mero feu- 8
do idẽ; quia aliter est per iura feudalia prouisum, *c.* 1. §. *porro. vers. sed nũc est alia quæ fuit prima caus. benef. amitt.* quia si feudatarius recusat debitum seruitiũ, priuatur, si fuit requisitus, non expectato triẽnio. Alex. *d. cons.* 5. *n.* 11. *in fi. lib.* 5. † Septima; quia in successione 9
feudi concessi pro se, & filiis masculis, & fœminis, ita demũ succedũt fœminæ, si nulli masculi exiterint à principio; secus si exiterint, & defecerint post primum inuestitum, quia fœminæ nõ admittuntur; secus in emphyteusi. Fulg. *cons.* 3. *Religiosus vir. nu.* 2. Castr. *cons.* 300. *Viso quodã col.* 2. *ver. idcirco. lib.* 2. † Itẽ appellatione 10
filiorum in feudi concessione veniũt nepotes; quia feudum est beneficium, & in materia lata, & fauorabili veniũt nepotes; secus in emphyteusi ecclesiastica, vel priuati; quia est cõtractus, & materia stricta. Alex. plene *cons.* 17. *Põderatis, per tot. lib.* 5. vbi n. 5. dicit hoc maxime procedere in emphyteusi cũ mercede correspõdente fructibus. † Octaua; quia in feudo non habet locũ læsio, 11
quia iuramentum fidelitatis correspondet, in emphyteusi secus, ꝙ si modica est pensio, datur restitutio ex capite læsionis. Alex. *cons.* 79. *n.* 6. *& seq. ver. circa quintum, lib.* 1. *& cons.* 9. *nu.* 8. *& seq. lib.* 5. Brun. *cons.* 41. *inter consil. feudalia, n.* 1. *&* 4. † Contrariũ in hoc Alex. 12
cons. 136. *n.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 14. *n.* 8. *lib.* 2. vbi, ꝙ feudum cõcessum pro pensione non retinet suã naturam, sed est potius emphyteusis. † Nona; quia emphyteusis licet sit prohibita alienari in ecclesiam, 13
& potentiores; tamen titulo vniuersali transit ad Ecclesiã; secus in feudo; quia requiritur seruitium, ꝙ non præstatur ab ecclesia, & sic vbi agitur de seruitio, differũt. † Decima; quia in feudo iu- 14
ratur fidelitas, in emphyteusi, & liuello secus. Castr. *cons.* 193. *Dubium facit, n.* 3. *ver. item in feudo iuratur, lib.* 2. † Item propter iuramẽ- 15
tum fidelitatis feudatarius obligatur domino in solidum; ideo per diuisionem per partes sine consensu domini non præiudicatur domino; secus in emphyteusi, quã possunt diuidere, non per partes, sed quatenus tota vni assignetur, ne domino fiat præiudicium. Alex. *cons.* 7. *In consultatione, n.* 6. *ver. nec obstat, lib.* 5. † Vndeci- 16
ma; quia feudatarius tenetur petere nouam inuestiturã à nouo domino, alias cadit; non sic in liuello, vel emphyteusi. Castrens. *d. cons.* 139. *n.* 3. *lib.* 2. Alex. *consil.* 136. *n.* 8. *verb. nam de iure traditum est, lib.* 1. † Duodecima; quia feudum dicitur, pro quo seruitium per- 17
sonale præstatur, emphyteusis, pro qua seruitium reale, seu annua præstatio soluitur. Alex. *d. cons.* 136. *Viso, & examinato, n.* 3. *lib.* 1. & plenius *num.* 4. vbi, quod feudum est concessio rei pro homagio facta ad differentiam emphyteusis, quæ fit propter annuam præstationem, vbi, quod homagium sumitur pro fidelitate, obe- 18
dientia, seu seruitio personali. † Et si feudum magis accedit personæ, emphyteusis magis accedit patrimonio. Alexand. *consil.* 9. *num.* 3. *versic. quod autem. lib.* 3. † Decimatertia; quia feudum 19
gratis, & in remunerationem conceditur, emphyteusis pro certa pensione. Alexand. *dict. consil.* 136. *numer.* 4. *colum.* 3. *versic. fortissimo. lib.* 1. † Decimaquarta; quia in qualitate differunt feudum 20
& emphyteusis in multis. Alexand. *dict. consil.* 9. *Viso themate,*

n.4.v.non obstat,lib.3.vbi, quod propterea emphyteusis locari solita, licet possit locari sine solemnitatibus; non tamen potest cedi in feudum sine solemnitatib.& è conuerso.†Decima quinta; quia p emphyteusi, & illius renouatione soluitur laudemiũ, seu capitolodus, pro feudo nihil soluitur. Alex.*cons.5.Si vera sunt.n.4.in fi.& n.5.ver.vel etiam posito.lib.5.* † Declara; quia generale est, quod emphyteusis & feudum non æquiparantur, nisi feudũ esset fictuale, seu pro quo non seruitium, sed census soluitur. Alex.*d.cons.5.n.6.lib.5.*†Declara totam istam materiam; quia si aliquid est decisum per iura feudorum, quod sit contra ius cõmune; tunc non est licitum arguere de feudo ad emphyteusin, neq; tale ius feudorum potest allegari ad emphyteusin, neq; ad alios contractus; sũ vero decisa per ius feudorum non sunt contra ius cõmune; nec tunc potest ius feudale allegari ad decisionem emphyteusis, & aliorum contractuum. Alex.*d.cons.5.Si vera sunt.n.12.lib.5.*†Decima sexta differentia est; quia natura feudi est, vt fiat principaliter in commodum recipientis, & in perpetuum; natura emphyteusis est, vt fiat ad meliorandum, & ad tempus. apost. ad Alex.*d.cons.17.n.4.in ver.feudum.lib.5.* † Et non valet argumẽtum de feudo ad emphyteusin. Bart.*in l.vt iureiur.§.si liberti.ff.de oper.liber.* Decitra; † quia iura feudalia allegantur etiam ad decisionẽ emphyteusis; quando non sunt contraria iuri communi; si vero sunt cõtra iuri communi; tunc non possunt allegari ad emphyteusis decisionem. plene Alex.*cons.106.Viso,n.6.& 7. vers.& vltra præallegata.lib.4.* Salyc.*in l.1.n.8.C.de iur.emphyt.* & ibi apost. Alex.*item cons.107.In causa,n.13.lib.4.*†Restringe; quia non valet argumentum per æquiparationem, sed bene valet ex vi verborum, *ff.* de concessionis à paritate rationis. Alex.*cons.44.Viso themate,n.3.* *dict.* Vide Conclus. prox. præced.

Fictio quid sit, quotuplex, & quando operetur, vel non. Concluſ. 216.

1 FIctio † est contrarii veritatis assumptio. Oldr.*cons.275.Quæstio est,si appelletur,nu.7.ver.circa sextum.* Florian. de S. Petro *q.1.Mulier primo,col.2.in fin.ver.tertio.* Bart. vero *in l.si is qui pro emptore,ff.de vsuc.n.21.* dicit, quod fictio est in re certa eius, quod est possibile, cõtra veritatem pro veritate à iure facta assumptio. † Et ideo non habet locum fictio, vbi veritas opem ferre potest. Crau.*cons.*
3 *379.n.15.* † Et dicitur fictio omne, quod non est apparens naturaliter; sed tamen per interpretationem supponitur; ideo quod scriptura non dicit, sed per interpretationem adiungitur, dicitur esse per fictionem. Bald.*cons.316.Proponitur,quod electio,n.4.ver.sed in non obstantib.lib.3.* per *l.1.circa prin.ff.de his,quæ in testam.delent.* ibi;
4 *legi autem sic accipiendam est,non intelligi,sed oculis perspici.* † Et vbicũque Princeps aliquid præcipit, vel asserit, quod non est, vel vere esse non potest, ne dicatur mendax, dicitur inducere fictionem, prout si dicat aliquem suum familiarem, & commensalem, qui nõ est, debet intelligi per fictionem. Castr.*cons.341.il secondo,Præmissis allegationib.ver.ceterum,col.1.lib.1.* † Et fictio est adinstar præsumptionibus iuris & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium. Masc.*Concluſ.772.Fictio iuris quid sit,* vbi, quod bene admittit fictio probationem in contrarium, quando est super in-
6 certo, secus si super certo. † Ex æquitate inducitur fictio; & ideo vbi cessat æquitas, cessat etiam fictio. Ang.*cons.42. Porrecta fuit,n.2.vers.pro hac etiam.* Decian.*cons.84.n.56.lib.2.& cons.11.nu.87.lib.1.*
7 Ceph.*cons.605.n.46.* † Et ideo in materia odiosa, & stricta non
8 admittitur fictio. Ceph.*cons.640.n.9.* † Et idem in prohibitis, & reprobatis à lege; quia fictio ad impossibilia; non tamen prohi-
9 bita refertur. Ant. de Butr.*cons.76.ver.nec obstat,quod partes.* † Amplia; quia fictio triplex est, videl. inductiua, priuatiua, & translatiua; inductiua est in re certa non existente possibili pro existente à iure facta assumptio. Bart.*in d.l.si is,qui pro emptore,n.25.& seq. vers.secundo principaliter quæritur,ff.de vsuc.& nu.28.* dicit, quod hæc inductiua, & priuatiua non requirunt duo extrema habilia, sicut fictio translatiua, & ista fingit super facto, iure, & super iure, & facto simul. & in iis, quæ sunt mere iuris, operatur ipsam veritatẽ, prout si dicat, quod legitimatus habeatur pro legitimo & na-
10 turali, quod talis habeatur pro ciue, erit vere ciuis, & vere legiti-
11 mus & naturalis in iis, quę fingens potest libere disponere. † Priuatiua fictio est in re certa existente possibili non existere pro nõ existente à iure facta assumptio, & cadit in iis, quæ sunt facti, & iuris, & quasi super impossibili, quia fingit id, quod est non esse, videl. priuationem. Bart.*d.l.si is,qui pro emptore,n.37.ver.quarto principaliter.ff.de vsuc.cum seq.* † Translatiua, seu extensiua est in re certa vno modo existẽti, alio modo possibilia iure facta assumptio, & consistit in quatuor, de tempore ad tẽpus, de persona ad personam, de re ad rem, de loco ad locum, & requirit duo extrema habilia. Bart.*d.l.si is qui,n.43.in fin. cum seq. vers.quinto principaliter. ff.de vsuc.* vbi, quod duo extrema debent esse habilia, vt sit locus fictioni. † Declara tamen; quia sufficit, quod extremum à quo sit
14 habile, & quod extremum ad quod sit in potentia habile, licet non in essentia. Bart.*in d.l.si is,qui,n.8.ff.de vsucap.* † Amplia; quia o-
13 peratur fictio circa possibilia in casu ficto, quantũ veritas in casu vero; & ideo fictus hæres habet omnia priuilegia, quæ verus hęres habet, late Decian.*cons.11.n.151.lib.1.* Ceph.*cons.526.n.46.lib.3.* † Et quoad effectum fictio idẽ operatur in casu ficto, quod veri-
14 tas in casu vero. Decian.*cons.5.n.51.lib.1.* vbi, quod nõ admittitur quoad effectum iuris argumentum, neq; probatio contra fictionem. † Declara in iis, quæ inducuntur à lege; secus, si ab homine.
15 Ceph.*cons.526.n.46.& 47.* † Amplia; quia fictio excusat à pœ-
16 na falsi. Bald.*cons.244.Dubitatur de quodam,in fin.lib.1.* † Amplia in
17 tantum operari fictionem in casu ficto, quantum veritas in casu vero, vt etiamsi concurrat fictio cum veritate, potius attendatur effectus fictionis, quam veritatis. Ruin. plene *cons.115.n.17.& 18. lib.3.* vbi dat exemplum, quod filius per fictionem dicitur in potestate patris; quia pars corporis, seu portio corporis patris est, & nõ in potestate matris, licet mater maiorem portionem materię ponat; item emancipatus fingitur extraneus, licet reuera sit filius, & portio corporis; quia quoad effectum attenditur fictio, non veritas, & vide multa similia infra, *Fictio non operatur, quãtum veritas. Concl.221.* in limitationibus *n.34.& seq.* † Extende; quia fi-
18 ctio idem operatur in casu ficto, quod veritas in casu vero, in tãtum, quod non recipitur probatio veritatis in contrarium. Paris. *cons.12.n.36.lib.2.& cons.118.n.32.lib.4.* Bart.*in sua q.5.in fin.prin.nu.20.ver.decimo sic.* † Contrarium infra, *Fictio non operatur quantũ ve-*
19 *ritas. Concl.221.* † Limita; quia confessio ficta inducens pœnã, seu
20 pœna resultans ex confessione ficta, nunquã egreditur ficte confessum, & propterea procurator ficte confessus, si incurrat pœnam, quam potest ipse soluere, non extenditur ad dominũ. Ang. *cons.277.Tutor alimentauit,num.4.* † Et sententia lata contra prin-
21 cipalem contumacem; quia habetur fictus confessus, non extenditur ad fideiussorem. Vide, *Contumacia delinquentis quando probet delictum,vel non. Concluſ.220.* † Homo non potest inducere fictio-
22 nem, sed lex sic, Crau.*cons.134.n.33.* Alex.*cons.149.Viso processu.n.4. lib.4.* vbi, quod impossibile est, quod fictio hominis habeat iuris effectum. † Declara; quia non potest homo inducere fictionem,
23 sed lex; si tamen in contractu inducatur, puta; quia excludit quis sibi facultatem probandi, nisi certo termino, si eueniat casus, & non probetur intra certum tempus, bene sibi præiudicat ex cõsensu. Alex.*cons.158.In causa,& lite,n.7.& seq.lib.2.* maxime *num.9.* vbi quod maxime præiudicat consensus iuratus. Crau.*cons.134.n.*
24 33. † Fictio non potest cadere circa factum quoad effectum, qui surgit immediate ex ipso facto; ideo possessor, qui debet citari, ante quam amoueatur, debet etiam citari, licet dicat lex, q̃ possessor habeatur pro non possessore; quia veritas non potest tolli, cum appareat. Zabar.*cons.132.circa fin.n.7.ver. obijcitur.* vbi ita saluat conclusionem à contrarietate. † Limita; quia fictio non ope-
25 ratur circa impossibilia. Bald.*cons.243. Quidam nobilis, in fin.lib.1.* Decian. *cons.69.n.11.lib.2.* vbi, quod super impossibili à iure, vel natura nõ operatur. † Ratio est; quia fictio, sicut ars imitatur na-
26 turam. Decian.*cons.7.n.37.lib.1.* vbi, quod vbi natura non potest operari, fictio non potest induci, & *cons.69.n.12.lib.2.* † Limita;
27 quia fictio est remouenda & restringenda, ne quis damnum patiatur, quantum fieri potest. Crau.*cons.421.n.6.* † Limita; quia fi-
28 ctio non potest habere effectum, si non reperiat rem, super qua figat pedes tempore, quo operatur. Bart. & alii, maxime Cuma. *in l.necessario.ff.de peric.& commodo rei vendi.*

Fictio differt à veritate in multis. Concl. 217.

FIctio † differt à veritate in multis; quia aliud esse tale, vel
1 haberi pro tali. Vide, *Diuersitas nominum diuersitatem rerum & locorum inducit. Concluſ.517.* † Et differt à præsumptione; quia præ-
2 sumptio aptatur ad incerta, fictio aptatur ad certa, item fictio nõ admittit probationem in contrariũ, præsumptio secus. Alex. *cons.158.In causa,& lite,n.7.& seq.ver.secundo respondeo,lib.2.* † Differt
3 aliquem esse ingenuum, & iura ingenuitatis habere. Oldr.*consil. 67.in fin.* quia seruus habẽs ius annulorum aureorum habet priuilegia ingenuitatis; & tamen non est ingenuus, vt ibi in fin. Aliud † est mors, aliud id, quod habetur loco mortis. Oldr.*d.consil.*
4 *67.in fin.* † Aliud esse exemptum, aliud habere priuilegium exẽ-
5 ptionis. Oldr.*d.cons.67.in fi.* † Aliud esse religiosum, aliud habere
6 priuilegia religiosorum. Oldr.*d.cons.67.in fi.* † Aliud esse Doctore-
7

rem, aliud licentiatum ad doctoratū, Ias. *in l. quamuis, in 3. notab. C. de inoff. testam.* vbi ponit multa alia in simili, ℘ aliud est esse habilem ad aliquid, aliud obtinere actu id, ad quod quis est habilitatus. † Aliud est dicere, talis constituit talem procuratorem, aliud talis dicit se procuratorem. Oldrad. *consil. 324. n. 18. ver. non obstat.* † Aliud est dici, aliud est esse. & aliud est opinio, aliud est veritas; quia veritas semper in eodem statu permanet, opinio autem nō Bald. *consil. 89. Dominus Thom. n. 5. v. tertio præmittendū, lib. 1.* † Aliud quem esse legitime natum, aliud esse legitimatū; quia legitimatus est per fictionem, & non per veritatem legitimus. Alex. *consil. 2. Visis codicillis, num. 2. ver. quarto, lib. 1.* Vide, *Habitus differt ab actu, & quando secus. Conclus. 11.* † Limita, quia in cōtrarium in multis dari potest instantia; quia tantum operatur facies apparēs, quantum veritas; ideo bannitus, qui potest impune offendi, si offendatur, offendēs non punitur, licet esse gratiatus, sed nōdum deletus de banno. Bald. *cons. 401. Ad euidentiā, v. tertio ex iusta ignorantia, lib. 1.* ℘ duplicatur *lib. 3. cons. 9.* † Idem in mandato reuocato quod habet faciem existentiæ; quia tantum operatur quantūm, si non esset reuocatum. Bald. *d. consil. 9. n. 2. lib. 3. ver. tertio ex iusta,* † Idem in eo, qui non est talis, sed habetur pro tali, vt præferatur veritati opinio. Vide, *Opinio & reputatio communis multa operatur. Conclus. 157.*

Fictionem inducunt verba sequentia. Concl. 218.

1 INTELLIGATVR, † est verbum inducens fictionem. Flor. de S. Petro *q. 1 col. 2. in fi. ver. tertio, & col 3 ver. sexto quia.* Abb. *consil. 20. col. 2. vers. nam verbum intelligatur. lib. 2.* Rom. *cons. 405. Præsuppositis, n. 2.* vbi apost *in verb. fictionis*, citat plurimos conco d. Alex. *consil.* 2 *214. Cōsideratis. n. 7. lib. 2.* † *Videtur*, importat fictionem. Rom. *cons. 224. Ista captura. in fi. c. qui per alium, de reg. iur. in 6.* Rom. *cons. 405. n.* 3 *2.* † *Censeri aliquid ita esse* importat fictionem, licet ꝓprie importet verbum, *cēsere*, constituere, & præcipere, *l. censere ff. de verb. sign.* vbi Rebuff. *c. l. 1. ver. censeri, in fin.* in passiuo dicit importare idem, 4 quod, *videri*, & sic fictionem. † *Habeatur, vel haberi pro tali*, importat fictionem. *Laureciuili ff. de cond. & demonst.* Alex. *cons. 124. In causa* 5 *fa. & lite n. 2. verb. & ideo dicit Ioan. lib. 2.* † *Aest*, importat fictionem, vel similitudinem & idem *factum à maiori parte haberi, ac si ab omnibus factum esset*, importat similitudinem, & fictionem. Alex. *d. cons. 124. n. 2. verb. & ideo dicit Ioannes, lib. 2.*

Fictio à quibus induci possit, vel non. Conclus. 219.

1 LEx † potest inducere fictionem. Decian. *consil. 5. num. 50. lib. 1.* 2 † Princeps potest inducere fictionem, sicut lex. Decia. *d. cons.* 3 *5. n. 50. li. 1.* † Florentini habentes iura Principis possunt inducere fictionem. Abb. *cons. 20. in princ.* maxime *col. 2. ver. nam verbum, lib.* 4 *2.* † Amplia; quia lex inducit fictionem in eo; quod non est, videl. contra omittentem facere inuentarium solemne; quia fingitur subtraxisse res hæreditarias, licet non subtraxerit. Alex. *cons. 70. Considerandum, in princ. lib. 4.* Vide, *Hæres non conficiens inuentarium* 5 *obligatur de suo. Conclus. 58.* † Extende in administratore rei alienæ, qui non conficit librum expensarum, & reddituum, etiam minutatim, & dicitur Soc. *cons. 213. Consilio nostris, nu. 3. & seq. lib. 2. &* ☞ *per tot.* Vide, *Administrator quilibet tenetur conficere inuentarium. Con-*6 *clus. 20.* † Extēde in doloso, & affectante aliquid in damnum alterius. Io. de Imol. *cons. 116. n. 5. & 6. & cons. 147. In causa inter Fran-*7 *ciscum. n. 6. ver. item quia.* † Item si pater sine causa exhæredat filiū, lex pietatis officio, vt filii seruentur illæsi, annullat testamētum, tanquam à furioso, & mente capto factum, licet testator sanæ 8 mētis esset. Castill. *cons. 13. n. 3. ver. quoties enim.* † Captiui apud hostes morientes reputantur mortui hora præambula captiuitatis, vt succurratur famæ illorum, ne dicantur mortui in captiuitate. 9 Castill. *d. cons. 13. n. 5. ver. est & illud.* † Dos fingitur stipulatione habuisse, licet non habuerit, sed pacto nudo sit promissa, vt marito substinenti onera matrimonii succurratur, & vt etiam vxori, fingitur hypothecam intercessisse. *l. assiduis. C. qui potior. in pign. habeā-*10 *tur.* Castill. *d. cons. 13 n. 7. ver. simile videmus.* † Prætor etiam ex æquitate filium emancipatum per bonorum possessionem admittit, fingens non capite minutum, neque extraneum factum. Castill. 11 *d. cons. 13. n. 8. verb. nempe de hoc.* † Vsucapionem fingit prætor, vbi non est. vt quis agat in rem, licet eius facta non esset. *Inst. de act. §.* 12 *aliæ.* ita Castill. *d. cons. 13. n. 8. ver. & alibi.* † Officium iudicis nobile datur loco actionis, vbi non est actio, vt absenti causa Reip. non fiat præiudicium. Castill. *d. cons. 13. n. 9. & seq.* vbi plura exempla 13 de hoc officio iudicis. † Si aliquid dolo, seu metu gestum, Prætor medelam affert, vt fingatur nō factum; quia rescindit ab initio, vel præbet actionē personalem ex eo facto. Castill. *d. cons. 13. ver. aliud quoq; exemplum, cum seq.* vbi plura singularia inducta à iure super dolo, & metu. † Consensus fingitur in delinquente, vt 14 consentiat in pœnas impositas ex illo delicto. Florian. de S. Petro *q. 1. col. 3. verb. quarto quia.* † Limita; quia homo fingere non po- 15 test, neque per fictionem inducere. Crau. *cons. 134. n. 33.* Vide supra, *Fictio quid sit. Conclus. 216. n. 23.* † Restringe circa interpreta- 16 tionem; quia potest intelligere verba improprie, & ficte, vt falsum, vel delictum remoueatur. Crau. *cons. 366. n. 3.* item ne actus pereat, *cons. 343. n. 6.* † Restringe, quia homo potest fingere per 17 pactum, & obligationem in sui præiudicium quodlibet sibi; ideo si vnam rem pacisci tur loco alterius subrogari, valet subrogatio, & fictio in sui præiudicium. Alex. *cons. 158. n. 9. ver. nec obstat. lib. 2.* sequitur Crau. *cons. 973. n. 7.* vbi alios citat. † Declara; quia in 18 iis, quæ sunt turpia, & prohibita, non potest priuatus fingere in sui præiudicium; nam compromissum generale, quod de omnibus sit compromissum, de quibus fuerit laudatum, non potest cōtinere fictionem in casu prohibito, veluti si aliquid turpe fuit laudatum, vel super hæreditate viuentis. Anton. de Butr. *consil. 76. circa med. ver. nec obstat.* † Restringe; quia in permissis à lege ho- 19 mo fingit, prout per viam subrogationis; quia lex admittit hoc posse fieri; ideo lex est, quæ fingit. Crau. *d. cons. 973. n. 8. & seq.* † I- 20 dem in possessione ficta, quæ per hominem constituentem se tenere transfertur; quia lex hoc permittit, *l. quod meo. ff. de acquir. rer. dom.* cum infinitis exemplis, quæ dari possunt. † Idē in adoptio- 21 ne facta; quia non filius fingitur filius, toto titulo *de adoptionibus.* † Declara; quia actus nullus ab initio si ratificetur à solo homi- 22 ne, non valet ab initio; quia homo non potest fingere, quod illud, quod ab initio erat nullum, sit validum, prout in minore facto maiore; quia bene tunc ratificatio tacita fingit actum nullū à principio fuisse validum; quia lex hoc operatur; sed bene solus homo potest; vt nunc conualidare actum nullum in sui præiudicium. Menoch. *de recup. rem. 15. n. 150. vsq; 158.*

Fictio non parit aliam fictionem. Concl. 220.

SPECIALIA † duo non possunt generari ab eadem causa pro- 1 uenientia; ideo fictio, quæ causatur, tanquam aliud speciale, non potest parere alium actum fictum. *l. 1. C. de dotis promiss.* com- munem* dicit Christoph. Castill. *cons. 4. Illustrissime Princeps, n. 14.* 4 *in fi. & n. 15.* † Extende idem in tacito; quia non producit aliud 2 tacitum. Vide, *Tacitum non producit aliud tacitum. Conclus. 10.* † Ex- ☞ tende; quia vna fictio aliam non parit; quia fictio fictionis nō da- 3 tur. Decian. *cons. 49. n. 47. lib. 2.* † Et quod duæ fictiones non pos- 4 sint concurrere circa idem. *l. 1. C. de dotis promiss.* Florian. de S. Petro *q. 1. n. 9. ver. octauo*, plenissime Rom. *cons. 350. In causa proposita, n.* 5 *15. & 16. cum seq.* vbi ponit plura exempla. † Restringe, nisi vna fictio veniat in consequentiam alterius; quia tunc cumulantur, & concurrunt. Alex. *cons. 117. Viso processu, nu. 4. ver. nec obstat, lib. 5.* qui dicit hoc verum, etiam quando duæ fictiones non tendunt ad eundem finem, sed ad diuersum. Vide, *Specialia plura non possunt* ☞ *concurrere in eodem subiecto. Conclus. 361.*

Fictio non operatur, quantum veritas, & quando secus. Concl. 221.

FICTIO † non est tantæ potentiæ, quantæ est veritas, & natu- 1 ralis actus. Bald. *in l. 4. C. ad Velleian.* vbi, quod plus operatur vera, & naturalis solutio, ℘ acceptilatio. † Ratio est; quia fictio 2 dicitur miraculū, & speciale, ℘ inducitur à lege, vel Principe cō- tra veritatem, ꝓut si faciat legem, quæ præterita comprehēdat, certe non pōt comprehendere præterita per veritatem, sed per fictionem; ista aūt fictio non potest tollere ius quæsitum tertio; 3 ℘ induceretur secūdum miraculum, & secundū speciale, ℘ esse non debet; ideo minus operatur in hoc, ꝓut dicimus de tacito, ℘ non producit aliud tacitū. Castr. *cons. 341. il primo, venio nūc. ad.* 4 *1. circa fi. v. fi dicatur. lib. 1.* † Et ideo si Papa signaret gratiam vni ho- die, & cras alteri, eum data anteriori, licet per fictionē trahatur retro; tamen non in præiudiciū gratiæ signatæ medio tempore. Castr. *cons. 345. In præsenti casu, circa fin. lib. 1.* quia extrema debent 5 esse habilia. † Declara tamen, vt procedant prædicta, quādo gra- tia media est valida: secus si nulla; quia non præstat impedimentum. Castr. *d. cons. 345. in fi. lib. 1.* † Amplia; quia fictio nunquā tra- 6 hitur retro in præiudicium iuris tertio quæsiti. *l. Gallus, §. & quid sit tantum. ff. de lib. & posth.* & Florian. *q. 3. in 2. dub. n. 11. ver. octauo con-* ☞ *firmatur*, vbi loquitur in legitimatione. † Declara, vt procedat, 6 quando ius est quæsitum medio tempore tertio, videl. efficaciter; secus, quando ius est quæsitum in specie; quia facilius impe- ditur

atur ius quærendum, quam tollatur ius quæsitum. Flor. *d.q.3. in 2.dub.n.30. ver.non obstat oct.auo*, & plenius *n.19. ver.decimo.* † Declara secundo; quia non trahitur retro fictio legis in præiudiciũ iuris tertio quæsiti facto hominis; secus, si est quæsitum facto legis, sine facto ipsius, cui est quæsitũ, puta, quia lex removet aliquod obstaculum. Flor. *d.q.3. in 2.dub.n.30.* † Amplia; quia fictio nõ trahitur retro, vbi sequi posset iuris repugnantia. Flor. *d.q.3. in 2.dub. n.11. ver.nono fictio.* † Amplia, vt idẽ sit in consensu naturali, & vero, pro re ipsa renunciatio; quæ plus operatur, quam consensus fictus, & iniustus, vt est factum iudicis, qui habetur pro consensu partis inuitæ, prout sententia. Oldrad. *cons.227.n.5. ver.sed ad istud.* quia causa naturalis præfertur causæ accidentali. Gem. *cons.138.n. 4. ver.idem videmus.* † Extende; quia habẽs datam veram anteriorem præfertur habenti fictam, quando maxime concurrunt affectio prædendæ, vel coniecturæ iuris pro habente veram datã. Gemin. *cons.138. per tot.* maxime *ver.& putarem, vsq; in fin.* † Amplia, quia dispositio facta in casu vero bene trahitur ad casum fictum habentem eandem rationem, sed non ẽ contra. Alex. *in l.1. § lex Falcidia n.9. ff.ad leg. Falcid.* † Amplia in matrimonio; quia si concurrunt sponsus verus, ac fictus, præfertur verus, *c. fraternitatis, de sponsal. & malef.* Gemin. *cons.138.n.2. ver.sed quando.* † Extẽde in duobus administratoribus concurrentibus ad eundem actum, quia præfertur verus administrator. Gemin. *in d. cons.138.n.3. ver.idem, quando.* † Et semper fictio cedit veritati. Decian. *cons.11.n.139. lib.1.* Contrarium, quando concurrit cum veritate circa idem, & eo rum respectu. Decian. *cons.7.n.85. lib.1.* † Amplia; quia statutum excludens fœminas, stantibus masculis, non habet locum, si extant masculi adoptiui; quia sunt ficti filii. Bald. *cons.24. in fin. lib.1.* ideo filia fœmina naturalis & legitima præfertur filio masculo adoptiuo, & etiam illegitimo, qui est filius naturalis tãtum. † Extende, quia statutum tribuẽs iurisdictionem consulibus mercatorum in causis mercatorum, non habet locum in causa hæreditatis iacentis mercatoris, quia licet hæreditas repræsentet defunctum, illud est per fictionem, quæ non habet locum in statuto. Pulg. *cons.105. ver.nec dicat.* † Et quod verba statuti debeant intelligi secundum propriam significationem, non autem secundum fictam, & impropriam. Bart. *q.3. ver.quod pater, in fi.n.21. ver.vndecimo.* † Et statutum, quod possessio, quæ erat penes defunctum tẽpore mortis per duos menses, antequam sit translata in hæredẽ, non habet locum in fideicommisso vniuersali; quia, licet sit hæres, non tamen vere, sed ficte; ideo tale statutum correctorium non extenditur ad casum fictum, plene Alex. *cons.82. Perspectis, n. 6. & seq. ver.præterea dictum statutum, lib.2.* Etsi statutum prohibet minorem, vel mulierem posse alienare sine certa solemnitate; quia cum solemnitate constituit procuratorem ad alienandum, non requiritur solemnitas in alienatione procuratoris, quia dicitur facere, & alienare per alium, & sic facere per seipsum, quod nõ habet locum in statuto. Alex. *cons.189.n.10. & seq. ver.sexto proponitur.* maxime *n.12. & seq.lib.7.* † Amplia; quia dominium transfertur ex vera traditione, etiam si contractus sit dolo celebratus, & bonæ fidei; secus est ex constituto, vel ficta traditione, quæ tãtum non operatur, sicut vera, ex quo fictio iuris subsistẽ iam requirit. Bald. *cons.213. Punctus talis est, A, ante med. ver.qua propter dico. lib.1.* † Amplia; quia nõ plus potest operari fictio, quam veritas; & ideo, quod vere aptari non potest, neque per fictionem accõmodari. Bald. *cons.337. In primis videndum, n.2. ver. item nec debet, lib. 1.* Castr. *cons.21. Primum dubium, in fin. lib.1.* vbi, quod fictio, seu figura, vel vmbra non potest plus operari, quam veritas. Soc. ple ne *cons.23. Circa prædicta, n.16. lib.1.* † Extende, quia si statutũ prohibet posse procedi de adulterio, stupro, vel incestu, nisi ad accusationem, non potest procedi contra attentantem, quia fictio non potest operari plus, quam veritas. Bald. *cons.16. Punctus talis est, lib.3.* † Et ideo ratificatio, quæ est fictum mandatum, non potest plus operari, quam verum mandatum, ita Curt. Iun. *consil.63. n.4.* † Et præsentia cum taciturnitate prolationi laudi extra cõpromissum, vel sine compromisso, quæ operatur fictum, seu tacitum compromissum, non potest includere plus, quam posset deduci in compromisso. Soc. *cons.104.n.4. lib.4.* ideo ea, de quibus non erat lis, nec esse poterat, non possunt deduci in compromisso, neq; arbitri, neq; arbitratoris. Rom. *cons.115. in pr.* vbi apostill. † Amplia; quia licet confessio vera in iudicio ciuili famoso habeatur pro condemnatione; tamen fictio ficta, puta per contumaciam, non habetur pro cõdemnatione ficta in dicto iudicio; quia duæ fictiones inducerentur. Corn. *cons.55. Videtur in hac confederationis, n.6. lib.4.* † Amplia; quia vbi concurrunt veritas & fictio, semper veritas præfertur, & attenditur. Ang. Aret. *consil.135. Intellecto, n.11. in fi. cum seq. ver.quinimo.* † Amplia; quia vbicunq; fictio inducitur, puta, vt actus retrotrahatur per fictionẽ, licet releuet quoad eũ, pro quo, & inter quos fictio inducitur, non tamẽ quoad tertiũ; quia non tollit gratiã medio tẽpore factã tertio. Zabar. *cons.105.* quod est Collegii Patauini, *nu.12. & seq. ver.decimo sic*, vbi ponit multa exempla. † Amplia; quia fictus actus non tantũ operatur, quantum verus in cõtumacia, vonit Gramm. *cons.crimin.45. n.25.* Vide, *Tacitũ non operatur, quantũ expressum, Concl 9.* Contrariũ † dicit verius Farin. *q.11.n.70. ver. & licet Gramm.* Vide, *Tacitũ operatur, quantũ expressũ, & quando secus. Concl.8.* † Amplia; quia fictio regulariter non operatur quoad omnes, sicut veritas; ideo condemnatus in contumaciã, qui habetur pro confesso per fictionẽ, sententia tali afficitur ipse, non alii. † Contrariũ arguit Bart. *d. q.3. in pr.n.10. ver.decimo.* vbi, quod tãtum operatur ficta cõcessio, quantũ vera. *l.quoniã. ff. de his, qui notant. infam.* Vide, *Fictio quid sit. Concl.216.n.17. & seq.* † Restringe in adoptione, q̃ est ficta filiatio; & tamẽ filius adoptiuus habetur pro filio quoad omnes. Bart. in *d.3.q.in pr.n.8. ver.octauo sic.* † Idẽ in iuramento, q̃ est quædã ficta solutio; & tamen inducit solutionẽ quoad omnes, Bart. *d.q.3. in pr.n.9. ver.nono sicut iuramentũ.* † Limita; quia fictio plus operatur, q̃ veritas; quia in Monacho in acquisitis post professionẽ filius fictus, h.e. monasteriũ, præfertur filio naturali legitimo. Fed. de Sen. *cons.35. Quidã monachus per tot.* † Declara; quia illud procedit; quia per professionẽ perditur patria potestas, si est incapax, secundum Fed. de Sen. *d.cons.35.n.3. in fi.* vbi, quod omnia tanquã seruus monasterio acquirit. † Extende; quia bene fictio operatur plusquam veritas, quãdo ipsa fictio adiuuatur maiori authoritate, quam veritas; exemplum, statutum habet contumacẽ pro cõfesso, procedit ẽt contra minorem sine curatore contumacẽ, & si dicatur, si cessaret statutũ, & minor vere cõfiteretur sine curatore, confessio nõ noceret; ergo neq; in casu ficto debet nocere; respondeas, q̃ lex plus operatur, q̃ curator, & sic propter maiorem authoritatẽ aliquando fictio plus operatur, ita Natt. *cons. 541.n.6. & seq.* † Extende; quia stante errore calculi, & re iudicata, q̃ non sit error, non cognoscitur de errore; quia res iudicata habetur pro veritate. Io. de Anan. *cons.6.n.4.* & sic fictio, vel præsumpta veritas obtinet contra veritatem; ratio est, vt credo; quia sententia contra ius partis transit in iudicatum, & facit ius, vt idẽ Io. de Ana. *d cons. in fi.* † Extende; quia licet creditor non teneatur recipere partem debiti; tamen tenetur compensare. Bart. *in l. etiam. C. de compens.* sic q̃; compensatio, quæ est ficta solutio, Marsil. *Sing.208. cõpensatio.* operatur plus in hoc, q̃ solutio vera. † Declara; quia quando fictio & veritas tendunt ad eundem finẽ, inspicitur magis veritas, q̃ fictio, ita Franc. Curt. Iun. *cons.63.nu.4.* Vide, *Præsumptio cedit veritati, & quando. Concl.612.* † Limita; quia statutum excludens filias stare fratre testatoris habet locum etiã in fratre vterino; quia est agnatus per q̃uiparationẽ; & ideo quãdo fictio æquiparatur veritati in totum; tunc fictio operatur idem, q̃ veritas. Socin. *cons.1. In casu supra narrato, n.9. & seq. ver.non obstant supradictæ, lib.1.* vbi declarat, secus esse, quando inducitur similitudo; quia tunc bene fictio inducta per similitudinem nõ idem operatur, q̃ veritas. † Extende in omnibus casibus æquiparatis; quia licet sit fictio; tamen statutum extenditur. Goz. ad. *cons.1.nu. 10. & seq. lib.1.* Ital. *in l.1.n.4. ff. de vulg. & pupill. & in l. huiusmodi, §. legatum. n.11. & seq. ff. de legat.1.* † Declara hanc materiam plene per Salyc. *in l. siue possidetis, C. de probat. n.12. in 4. quæst.* vbi late distinguit, quando statutum loquens de aliquo comprehendat casum fictum, vel non. † Extende, vbicunque lex, vel statutum disponit super præsumpto, vel ficto, quia paria sunt, esse verum, vel præsumptum. Abb. *in c. ii, qui, de sponsal.* Crot. *cons.5.nu.39.* † Extende, quia licet mors ciuilis non æquiparetur naturali, neq; veniat in dispositione loquente de morte mors ciuilis; tamen in casibus, in quibus mors ciuilis habet eundem effectum, tunc bene operatur idem, & venit in eadem dispositione. Alex. *cons.2.n.16. verb. superest ad allegata, lib.1.* quia in æquiparatis procedit dispositio de casu vero ad fictum. Crau *cons.428.n.10.* † Et generaliter vbi est eadem ratio, casus verus comprehensus in statuto trahitur ad fictum, late Crauett. *cons.333.n.16. & seq.* vbi allegat plures, & idem dicit in contractibus, vt per Ruin. quem allegat *cons.149. col.2. in fin. lib.1.* magis* communem dicit Curt. Iun. *cons.4.n.18.* † Extende in conditionibus implendis; quia si implementũ habet eundem effectum, admittitur implementum æquipollens, siue vere; siue ficte impleatur conditio. Alexand. *d. consil. 2. num.19. ver. præterea, lib.1.* † Extende, quando potest constare, quod statutum habuit respectum ad fictionem, prout si loquitur de defuncto, & vult, quod idem sit in hærede, qui est ficta persona cum defuncto. Crauett. *d. consil.428. num.13.* † Extende, quia statutum puniens facientem delictum habet locum etiam in eo, qui

co, qui mandat fieri delictum, licet sit per fictionem, plene Rom.
49 *cons.105. Viso themate, n.2. & seq. ver. quoad secundū.* vbi late. † Extende, quādo statutū disponit idē, ꝙ ius commune, quia trahitur ad
50 casum fictum. Rom. *cons.105. n.2. ver. tertio idē probatur.* † Extende, quia vbicunq; agitur de pœna ad fauorem Reipub. statutum extenditur, tanquam fauorabile, ad casum in propriū. Rom. *d. cons.*
105. *n.2. in fi.* allegat Bart. *in l. quemadmodū. C. de agric. & censit. lib.11.*
51 † Extende; quia verba vniuersalia statuti comprehēdunt casum
52 fictum. Crau. *cons.333. n.4.5.* † Restringe, quia statutum loquens de lucro dotis præmoriente vxore, nō habet locum, si ingrediatur religionem sola, vel cum marito; quia intelligitur de morte naturali, ex quo fictio non habet locū in statuto. Anch. *cons.438.*
53 *Ego autem.* † Restringe, quia licet filius adoptiuus in successione æquiparetur legitimo & naturali; tamen statutū, ꝙ stātibus masculis fœminæ non succedant; non habet locum stante masculo adoptato, quia est filius per fictionem. Ioan. de Anan. *cons.27. n.*
54 7. † Limita; quia licet statutum non ꝓcedat in casu ficto; tamen bene ꝓcedit in casu præsumpto; quia præsumptio iuris ꝓcedit secundū veritatē, & non secundum fictionem. Cuman. *cons.110.*
D. Ioāna, in pr. sequitur Curt. Iun. *cons.4. n.24. & seq. ver. octauo.* ma-
55 xime *n.17.* vbi idem dicit in contractu. † Extende; quia licet fictio non habeat locum in verbis statuti, bene potest habere locū ex mente statuti, Florian. *in 3. q. in 2. dub. n.24. & 25. ver. sed suppositio,* v-
56 bi, quod plus extenditur mens, q̄ cortex verborum. † Extende; quia etiam statuta recipiunt quandoq; extensionem, & consequenter fictionem Florian. *d. q 3. in 2. dub. n.25. ver. plus videtur.* Li-
57 mita; † quia statutum habet locū in subrogatione, seu in fictio-
58 ne per modum subrogationis. Crau. *d. cons.333. n.17.* † Extende, quia immissio executiua, quæ debetur prouiso de beneficio, & hæredi, competit etiam subrogato loco p ouisi. Caputaq. *decis.*
59 *19. lib.2. & in decis. impress. lib 3. decis.227. subrogatus.* † Extende; quia stante statuto, quod debitor, vel promissor possit capi, poterit et capi hæres debitoris, licet de eo statutum non loquatur; quia repræsentat debitorem per modum subrogationis, late Alex. *cons.*
18. *n.16. lib.5.* vbi idem dicit, siue dirigat actionem in personam, vel in rem, vt quia concedat executionem instrumento contra
60 debitorem, habebit locum contra hæredem, vt ibi, & *cons.188.*
num 2. lib.2. Franc. Aret. *cons.32. in princ.* incipit, *Diligenter.* † Extende; quia statutum concedēs captura ad fauorem creditoris contra debitorem habet locum etiam ad fauorem cessionarii, facta
61 fide de cessione. Alex. *cons.96. n.3. li.4.* vbi apost. ante liquidationem concessionis non potest capi. Marc. *Sing.26.* Vide, *Statutum*
circa capturam debitoris. Concl.479. † Limita; quia statutum disponens antiquiorem possessorem haberi pro vero possessore, operatur idem, ac si esset verus possessor; ideo non poterit accusari de turbata possessione, quia tanū operatur fictio statuti quoad
62 effectum iuris, quantum veritas Sign. *cons.262. per tot.* † Limita; quia imo casus verus, & casus fictus æquiparantur, quando non in lucrum rabhominis, & resultat idem effectus Alex. *cons.179.*
Viso processu, n.10. in fi. cū seq. ver. quia respondeo, lib 5. quia pari pro-
63 cedat aliquid fieri vere, vel interpretatiue. † Extende, quia etiā in formalibus procedit; quia si lego Titio fundū, si soluerit Mœuio decem, impletur conditio, si Titius esset creditor Mœuii in decem, quæ debet ei soluere, & facit acceptilationem, *l. Iulianus*
ait. ff. de cond. & demonstr. Alex. plene *d. cons.179. n.6. ver. tertio respondeo, lib.5.* vbi, quod numeratio, & acceptilatio sunt diuersa; tamē
parem effectum habent, vt vnum pro alio sufficiat etiam in con-
64 uentione implenda. † Limita, quia quādo lex aliquid ponit circa ea, quæ sunt iuris positiui, consecutus vere, & non ficte facere. Alex. *cons.12. Visis n.10 lib.1.* vbi ꝙ si lex legitimat naturalem, quia non tollit, nisi impedimentū iuris positiui, reddit eū vere legiti-
65 mū. † Extende idē in facto principis circa ea, q̄ respiciunt ius ciuile, quia si quid facit cōtra ius ciuile disponēdo, dicitur vere, &
66 non ficte facere. Alex. *d. cons.12. n.10. lib.1.* † Limita; quia imo fictio per modū executionis habet locum et in statuto. Crau. *cons.333. n.*
67 18. † Limita, quia bannitus cū publicatione bonorū, vel quādo pōt impune offendi, vel quando est perpetuo bannitus, tunc æ-
68 quiparatur mortuo. Alex. *cons.23. Opportune, n.9 lib.1.* † Limitā; quia pariā sunt, esse talem, vel haberi pro tali, in multis; nam si statutum dicat, quod aliquis habeatur pro ciue, erit ciuis vere, & realiter, quando concurrit potestas in disponente, sicut in statuentibus, vt possint creare ciuem verum eum, qui non est. Bald. *cons.*
480. *Visa petitione, in princ. ver. sed his non obstantib. lib.3.* plene Corn.
cons.189. In hac consultatione, n.5. lib.2. Paris. *cons.71. Consultatio absoluta, n.5. & per tot. lib.1.* plenius Hippol. Rim. Iun. *cons.23. n.110. &*
multis seq. maxime *n.113. lib.1.* Ruin *cons 227. Quia Manfredus, n.2.*
lib.1. & est ratio, quia quando verba proferūtur ab eo, qui habet potestatem faciendi, licet sonent in fictionem, ꝙ habeatur pro tali; tamen faciunt vere talē, ita plene Paris. *cons.22. Licet circa præsentem, n.34. & seq. lib.2.* Castr. *cons.6. col. fin. ver. cū igitur. lib.1.* Ant. de
Butr. *cons.20. circa med.* Vide, *Ciuilitas cōcessa quid conferat effectui ciui.*
Conclus.276. † Extēde; quia res iudicata, quæ ꝙ veritate habetur, 69
idem operatur, ac si esset veritas. Castr. *cons.6. col. fin. ver. cū igitur,*
lib.1. † Extende; quia statutū volens, ꝙ committens delictum in 70
territorio habeatur pro rebelli cōmunis territorii, operatur veritatem, quia paria sunt, ꝙ sit rebellis, vel habeatur pro tali. Bald.
late *cons.480. lib.3.* † Extende; quia quando lex mandat aliquem 71
legitimari, & haberi pro legitimo in casibus obstaculi iuris ciuilis, intelligitur vere legitimus, & non ficte. Alex. *d. cons.12. n.10. lib.*
1. secus, si obstaret ius gentium, vel canonicum in lege seculari.
† Extende in adoptato, quia ministerio legis fit vere filius legiti- 72
mus, licet non naturalis, quia tollit ea, quæ sunt iuris ciuilis, lex, non ea, quæ iuris gentium sunt. Alex. *d. cons.2. n.10. ver. pro hoc facit,*
lib.1. † Extende generaliter in omni actu pendente à potestate le- 73
gis, vel statuti, quia si per verba fictionem denotantia facit aliquē hæredem, fictio est ipsa veritas, & est hæres vere, & non ficte, quia
potestas legis hoc operatur. Ant. de Butr. *cons.20. circa med.* † Ex- 74
tēde; quia tantum operatur fictio in casu ficto, quantum veritas in casu vero. Abb. *cons. super Concilio Basil. in 1. dub. col. 9. n.12. ver. ad-*
do. vbi, quod paria sunt, aliquid fieri à maiori parte Vniuersitatis, quia maior pars fingitur tota Vniuersitas, ac si vere factum esset
à tota Vniuersitate. † Restringe, quando verba nō essent circa il- 75
lud, quod esset ciuile, sed naturale; quia tunc non possunt importare veritatem, ex quo non est in facultate hominis, vel legis
mutare naturam, Bart. & post eum Ias. *in l. si is, qui pro emptore, nn.*
304. *& seq. ff. de vsuc.* Alex. *d. cons.2. n.10. lib.1.*

Fictio non habet locum in spiritualibus, neque multis casibus. Concl. 222.

FICTIO † pro veritate non accipitur in spiritualibus, in qui- 1
bus veritati non præiudicatur per fictionem. Oldr. *consil.75.*
in fin. ver. non obstat, quod dicitur de actu. Feder. de Sen. *cons.21. Nunquid hæres, in pr. n.2. ver. præterea lex, seu forum,* qui loquitur in foro
conscientiæ vbi fictio non admittitur. † Contrarium, quod imo 2
in tantum fictio attenditur in spiritualibus, vt habeatur pro veritate inuito fingente, vel simulante, *cap. quod interrogasti 27. dist.*
& ibi glossa, vbi, quod mulier, quæ mortuo marito finxit se monialem, postea nubit in sæculo, compellitur redire ad monasterium; Monachum esse fingens, vt fiat Abbas, cōpellitur esse monachus, licet non sit. Abb. *in sua quæst. 2. stante statuto, col. 11. in princ.*
& iterum ibi, *ver. secundo adducitur,* vbi ficte sumenti baptisma veraciter sacramentum confertur. † Declarat Abb. *d. q 2. col. 12. n.15.* 3
quod non est vere monacha propter fictionem, sed compellitur esse monacha, & quod de baptismo, veraciter confertur ex parte
conferentis, non recipientis. † Amplia; quia fictio fictionis non 4
datur. Decian. *cons.49. n.47. lib.2.* quia in eis nō datur multiplicatio. Decian. *cons.10. n.46. lib.3.* † Et sicut duo specialia non pos- 5
sunt concurrere, etiam in materia quantumcunque fauorabili; ita nec duæ fictiones. Decian. *cons.72. n.22. lib.2.* Ceph. *cons.463. n.*
16. † Amplia in foro animæ, in quo fictio, & præsumptio non ad- 6
mittitur. Fed. de Sen. *cons.21. n.2. ver. præterea lex, seu forum conscientiæ.* Vide, *Forus conscientiæ quid requiratur, & quid reiciat. Conclus.445.*
† Amplia in statutis, & aliis dispositionibus stricti iuris, in qui- 7
bus fictio non habetur pro veritate; nam licet appellatione die ex fictione veniat nox; tamen secus in statuto puniente, seu alterante pœnam certo die; quia non extenditur ad noctem. Feder.
de Sen. *cons.44. Factum tale est, per tot.* Vide, *Statuta odiosa sunt stricti*
iuris. Conclus.608. † Extende; quia præsumptio, quæ est de iure 8
communi, quod vxor mortua casu cum marito præsumatur præmortua; tamen secus est in statuto disponente, quod si vxor moriatur ante virum, maritus lucretur dotem; quia non habebit locum, si ambo mortui sunt, ex sola præsumptione. Sign. Homodæus *cons.9. Quæstio præsupponitur.* † Extende; quia statutum, quod 9
caueat vxor filiis mariti pro donatis, non habet locum mortuis filiis ad fauorem hæredis, quia persona ficta repræsentat filios,
& in ea non cadit dispositio statuti. Signorol. *consil.191. nu.5. &6.*
ver. ex præmissis. † Extende; quia statutum Placentiæ, quod quili- 10
bet vendens eandem rem duobus incidat in pœnam, &c. non habet locum, si defunctus vendidit, & etiam illius executor; quia licet eadem persona repræsentetur; tamen sunt duæ, & statutum non habet locum in fictione. Signorol. *cons.205. in princip.*
† Restringe; quia faciens per alium, vel mandans, aut commit- 11
tens

tens fieri bene cadit sub statuto prohibente, vel permittente aliquid fieri. Signor. *cons.* 242. *n.* 7. quod est Leonardi de Ceris, etiam in criminalibus. Rom. *cons.* 105. *Viso themate, per tot.* Vide, *Faciens per alium quando per seipsum facere dicatur. Conclu.* 7. † Item dicit Corne. *cons.* 69. *lib.* 3. *in fin.* quod statutum mandans capi debitorem, qui scripsit se debitorem quocunque modo, habet locum in eo, qui mandauit scribi per alium apocham debiti. † Amplia in mandato procuræ; quia procurator ad exigendum non potest confiteri habuisse, licet talis sit exactio ficta; quia de vera intelligitur. Feder. de Sen. *cons.* 53. *in fin.* Vide, *Procurator ad exigendum non potest confiteri, Conclus.* 847. † Amplia in conditionibus implendis; quia debent impleri vere, secundum veritatem, nō secundum fictionem, ideo conditio, si probauerit se filium, est impossibilis; quia filiatio non potest probari, nisi per præsumptionem, & fictionem. Bald. *cons.* 430. *Titius habebat Seiam, lib.* 5. *in princip.* † Amplia; quia fictio nunquam habet locum, vbi non est æquitas; ideo æquitate cessante cessat fictio. Angel. de Perus. *cons.* 42. *Porrecta fuit, num.* 2. *Vide pro hac etiam parte.* † Amplia; quia fictio legis inferioris non admittitur contra legem superiorem. Zab. *cons.* 132. *n.* 7. *in fin. ver. item quæritur.* † Amplia; quia fictio non habet locum in contractibus, sicut neque improprietas verborum. Alexand. *cons.* 204. *Considerata, n.* 7. *& seq.* vbi plura similia, quod appellatione filiorum non veniunt nepotes; quia proprie non sunt filii, & quod masculinum non concipit fœmininum, secundum magis * communem opinionem, *lib.* 2. Vide, *Veritas attendenda maxime in spiritualibus, & fœminæ. Conclus.* 167.

Fictio de casu ad casum non extenditur, & quando secus. Concl. 223.

1 FICTIO † inducta à iure in vno casu regulariter non debet extendi ad alium casum non expressum. Gemin. *cons.* 66. *n.* 5. *ver.* 2 *non obstat. col. pen.* allegat gl. *in c. susceptum, de rescript. lib.* 6. † Declara, vt procedat in materia odiosa; secus in materia fauorabili; quia tutæ loquentia de vacatione per mortem, vel per renunciationem ad fauorem Ecclesiæ, habent locum etiam per mortem ciuilem, & fictam, sic distinguit Geminian. *dict. consil.* 66. *n.* 5. *col. pen. vers. quæ respondetur.* vbi extendit *cap. tanta, qui filij sint legitimi*, loquens de legitimatione prolis, quando matrimonium est nullum, sed poterat esse validum, si concurrat bona fides parentum, vt idem sit, si erat nullum, nec poterat esse validum, si subest bo- 3 na fides; quia res est fauorabilis, quod proles sit legitima. † Amplia; quia lex generalis non cōprehendit casus fictos, nisi expresse de eis loquatur, gloss. *in l.* 3. §. *hoc autem. ff. de negot. gest.* Bald. *cons.* 139. 4 *Statuto Communi, lib.* 5. † Extende, vt fictio non habeat locum etiam in statutis. † Restringe; quia quando interpretatio iuris communis disponit super interpretatione alicuius vocabuli, talis interpretatio habet locum in statutis vtētibus illo vocabulo. Bald. 6 *d. cons.* 139. *circa fin. versic. solutio, hic considerandum est, lib.* 5. † Amplia; quia inducta de iure communi non habent locum in statutis. Si- 7 gnor. *cons.* 9. *Quæstio præsupponitur, per tot.* † Amplia; quia dispositio pœnalis loquens in casu vero nō habet locum in casu ficto. Cra- 8 uett. *cons.* 552. *n.* 18. † Extende; quia leges priuantes matrem transeuntem ad secunda vota omnibus habitis à marito quoad proprietatem, non procedunt in habitis à marito per fictionem, puta, quia alius contemplatione mariti donasset; quia lex pœnalis loquens in casu vero non habet locum in ficto. Roman. *cons.* 405. 9 *Præsuppositis, col.* 2. *ver. iis tamen non refragantibus*, vbi apostill. † Limita; quia in fauorabilibus, & gratiosis dispositio loquens in casu vero trahitur ad fictum. Crauett. *cons.* 428. *n.* 14.

Fictitium contractum quis possit dicere, & quando. Concl. 224.

1 CONTRACTVS † potest allegari fictitius, & contra eum veniri. Vide, *Simulatio ex multis præsumitur, & probatur. Concl.* 2 260. † Amplia, vt procedat, etiam si contrauenies iurasset simpliciter contractum seruare; quia iuramētum intelligitur de contractu vero, non autem de ficto & simulato. Calder. *cons.* 177. alias 3 *de iureur.* vbi dicit ita intelligendam esse glos. *in l. emptione. C. plus val. quod agitur.* † Imo Castrens. *cons.* 143. *Viso processu. in princ. ver. nec etiam obstaret. lib.* 2. dicit, quod nō impedit, quin simulatio allegari possit; quia ipsum quoque iramentum reputatur fictitium, per gloss. *in d. l. emptione. C. plus val. quod agitur*, licet ibi supponat absolutionem à iuramento procedere obtentam à Curia Ecclesiastica. 4 ca. † Declara tamen, vt secus sit, si contraueniens iurasset seruare omnia, & singula supradicta; quia tunc ficto, & simulatio non tollunt omnia promissa, & ideo non potest contrauenire. Cald. *d. cons.* 177. alias 1. *de iureur. in fi. ver. aut iurat seruare.* † Declara; quia 5 non potest is, qui facit actum simulatum, dicere de simulatione, quando est illa simulatio, quæ simulat aliquid agi, & nihil agitur. Bald. *cons.* 249. *Super libris. num.* 2. *vers. ad euidentiam præmitto. lib.* 1. Vide, *Simulatio quando, & ex quibus præsumatur, vel non. Conclusione* 260.

Fideicommissum potest fieri à ministro hæredis instituti, & à quocunque, & quando. Concl. 225.

FIDEICOMMISSVM † potest iniungi à tutore pupillo instituto, & valebit. Bart. *in l. si fuerit. de legat.* 3. † Extende idem in 1 Abbate; quia ab eo potest relinqui fideicommissum instituto 2 monasterio, & sic in ministris ciuitatis instituta ciuitate. Bart. *d. l. si fuerit, de leg.* 3. † Amplia; quia solus grauatus potest restituere sine 3 conuentu, vel consilio aliorum, quando fuit grauatus. Bald. *in l. penult. in princ. ver. quæro, si vnum monasterium, C. ad Trebell.*

Fideicommissum potest fieri in testamento, & in codicillis. Concl. 226.

FIDEICOMMISSA † tam particularia, quam etiam vniuersalia possunt fieri tam in testamento, quam in codicillis, *§. præterea. Instit. de fideicom. hæred & Instit. de codicill. in princ. l. Scæuola. ff. ad Trebell.* Paris. *cons.* 1. *in prin. lib.* 3. *& cons.* 35. *n.* 1. *lib.* 2. † Extende, quod 2 etiam inter viuos fieri possit. Vide, *Fideicommissum inter viuos qualiter fieri possit. Concl.* 243.

Fideicommissum requirit aditionem hæredis. Concluſ. 227.

FIDEICOMMISSVM † necessario præsupponit hæredē primo adiuisse hereditatem; quia restitutio præsupponit habitū, & aditionem. Bald. *cons.* 474. *Ad euidentiam, in princ. ver. secundo præmittendum. lib.* 2. † Amplia; quia verbum, *hæreditas*, semper intelligitur de adita, quando sumus in fideicommisso, vel materia fideicommissi restituendi, cum aliter restitutio fieri non possit. Corn. *cons.* 146. *In hac consultatione. col. fi. n.* 21. *lib.* 2. † Amplia; quia quando 3 fideicommissum est vniuersale, compellitur hæres adire, vt restituat; secus, si particulare; quia non potest hæres compelli. Mich. Grass. *in § fideicommissum. q.* 3. *n.* 2. Vide, *Fideicommissarius qua actione compellatur restituere. Concl.* 274. † Differētia est, an hæres grauatus adierit sponte, vel coacte; quia si sponte, habet, & deducit 4 Trebellianicam, & Falcidiam, si coacte, illa transfertur in fideicommissarium, *l. Marcellus, in princ. ff. ad Trebell.*

Fideicommissum quando transmittatur, vel non, ad hæredes. Concl. 228.

FIDEICOMMISSVM † purum etiam ante agnitionem, & aditam hæreditatē per hæredem transmittitur per fideicommissarium ad suos hæredes, commun. * dicit Rol. à Vall. *cons.* 46. *n.* 4. * *lib.* 3. Dec. *cons.* 478. *In causa domini. n.* 5. vbi dicit * communem, & * est ratio secundum Natt. *cons.* 471. *n.* 14. quia competit actio ex testamento ad fideicommissum purum, & actiones transeunt ad hæredes, & communem * dicit Soc. *cons fin. n.* 4. *lib.* 4. † Extende, * 2 vt procedat etiam in fideicommisso conditionali post conditionem purificatam; quia transmittitur, sicut purū, etiam ante agnitionem, & ante aditam hæreditatem. Rol. à Vall. *d. cons.* 46. *n.* 6. *lib.* 3. vbi dicit * communem, prout etiam * commun. dicit Soci. *cons.* * * *fin. n.* 4. *lib.* 4. Cephal. *cons.* 132. *n.* 8. † Et quod fideicommissum vniuersale, postquam est purificata conditio, si substitutus decedat, 3 etiam ante factam restitutionem fideicommissi, & illius agnitio transmittatur ad quoscunque hæredes, est text. *in l. cum secundum, C. de fideicommiss.* vbi Doctores, & *in l. si in personam. C. eodem.* licet gloss. *in l. cum filio. ff. de legat.* 1. *& in l. à testatore. ff. de condit. & demonstrat.* teneant contrarium, sed sunt * communiter reprobatæ, vt * per Ias. *d. l. cum secundū. & d. l. cū filio.* vbi videas. † Restringe, quando fideicommissum esset debitum ex codicillis; quia tunc non agnitum nō transmittitur; quia censetur habere causam annexam, si agnoscatur. Bart. *cons.* 12. *Si quis hæres.* † Cōtrarium, quod siue etiā 5 debeatur ex codicillis, vel ex clausula codicillari, semper, si est purum, vel purificatum, transmittatur. Decius *d. cons.* 478. *nu.* 6. *& seq.* vbi late tuetur, plene *cons.* 490. *n.* 11. *vsq; in fin.* † Limita in fideicō- 6 missō conditionali ante purificatā conditionē; quia non transmittitur. Roland. à Valle *d. cons.* 46. *nu.* 5. *lib.* 3. vbi dicit * commu- *

nem, plene Natta *consil.*471.*num.*9. *l.Lucius.*§.*fin.ff.de vulg. & pupill.* Cor.*cons.*148.*col.*1.*li.*1.& ista est regula *l.si in personam, C.de fideicom. l.hæredes mei.*§.*cum ita.ff.ad Trebell. l.cum pater.*§.*hæreditatem.ff.de leg.* 2. vbi glossa, & glossa * communiter approbata *in l.vnica, C.de his, qui ante apert.tabul.* Oldrad.*cons.*131. *Quidam habens tres filios.*Ias.*in l. cum filiofamil.in* 5.*notabili, ff.de legat.*1. Alexan.*cons.*92.*Super eo, de quo quæritur, col.*2.*lib.*3. vbi dicit * communem, & *cons.*206. *Ponderatis verbis testamenti, in princ.lib.*6. *& cons.*250. *Quoad primum dubium, & cons.*252. *Præclare, in princ. eodem lib.*6. late Deci. *cons.*574. *In causa, de* 7 *qua agitur.* † Extende, etiam si sit relictum ab ascendente. Natt.*d. cons.*471.*n.*9. Bald.*cons.*409.*lib.*2. Alex.*d.cons.*206. *Ponderatis verbis testamenti. colum.*1.*in* 2.*dubio. & cons.*250. *Quoad primum dubium, in* 1. 8 *dubio. & cons.*252. *eod.lib.*6.*in prin.* late Soci. *cons.*74.*col.*1.*lib.*4. † Extende; quia non etiam transfertur in fiscum, neque venit in pu- 9 blicatione bonorum. Natta *d.cons.*471.*n.*10. † Extende; quia neq; * transfertur in filios, neq; in descendentes, gl. * communiter ap- 10 probata *in d.l.vnica, C.de his, qui ante aper.tab.* † Restringe, quando cõstaret de mente testatoris, prout in filios, & descendentes suos; quia quoad testatorem facit transmissibile, quod nõ est, & econ- ☞ tra, si constat de mente Deci. *cons.*594. *Viso puncto circa fi.* Vide, *Filij positi in conditione non censentur vocati, & quando secus. Conclus.*265. & 11 *Concl.ibi prox.seq.* † Idem, quando ex indiciis, vel coniecturis constat de mente. Bald.*in d.l.vnica. C.de his, qui ante apert.tab.col.fin.vers. quæro de tali quæstione. & in l.si pater.in* 4.*q. C.de instit. & substit.* sequitur Soc.*in l.in conditionib.*§.*hæc scriptura. ff.de condit. & demonstr. & in l.*3.*in* 1.*not.ff.de legat.*1. *& in l.hæredes mei.*§.*cum ita.colum.*4.*ver.ex qua conclusione ff ad Trebell. & cons.*6.*In præsenti consultatione. col.*4.*vers.re* 12 *stat nunc respondere.lib.*3. Barb.*cons.*10.*col.*8.*lib.*2. Deci.*cons*397. *Viso puncto.col.*2. *ver.sed prædictis non obstantib. & cons.*417. *Visis consiliis, ad fi.* vbi dicit, quod debent esse coniecturæ, quæ ex testamento colligantur. Curt. Sen *cons.*76. *Dominus Ludouicus.* Deci.*cons.*55 *col.pen.* & ita alias fuit consultum per Collegium Paduanum, vt per D. Horman. Detum insignem Aduocatum Florentinum in quodam 12 suo cons. † Ratio limitationis est; quia præcedente substituto ipsi grauato, & sic ante quam cesserit dies, fideicommissum est in causa caduci, *l.hæres meus.in pr.ff.de condit. & demonst. l.cum hæres.ff.quando dies lega. ced.* & ideo non potest transmitti; quia vbi fit transmissio, non caducatur, *l.vnica.*§. *in nouissimo. C. de caduc. toll.* quæ iura debent intelligi tam in legatis, quam fideicommissis, tam particularibus, quam vniuersalibus. Cor.*cons.*180. *Multitudo quæsitorum, col.* 1.*lib.*4. vbi, quod multo magis procedit in vniuersalibus; quia legatum vniuersale, vel fideicõmissum vniuersale assimilatur hæreditati, quæ non agnita non transmittitur regulariter, *l.quoniam sororem. C.de iure delib.* & tamen in legatarium singularem ipso iure ☞ transit dominium, *l.legatum. ff. de legat.*2. Vide, *Transmitti quæ possint, vel non. Conclus.*369.

Fideicommissum vniuersale, & particulare qualiter cognoscatur. Concl.229.

1 FIDEICOMMISSVM † dicitur vniuersale, quando restitutio vniuersalis fit ex Trebelliano. Bald.*cons.*70. *Præmittendũ est.lib.* 2 3.*in fi.ver.nam ille.* † Amplia, vt idem sit, quãdo restitutio fieret pariter vniuersaliter ab exequutoribus deputatis ad distribuendam vniuersam hæreditatem; quia si vni monasterio fecerunt restitutionem, dicitur vniuersale fideicõmissum, & isto casu transeunt iura & actiones in locum pium, cui est facta restitutio. Bald.*d.cons.* 3 70.*in fi.lib.*3. † Amplia; quia fideicõmissum quantumcunq; particulare de certis rebus & bonis, censetur fideicommissum vniuersale, quãdo testator per viam prælegatorum inter filios distribuit fere totũ patrimoniũ. Ruin.*cons.*116.*n.*8.*lib.*2. Zanch. *in repet.l.hæredes mei.*§.*cum ita.n.*398.*ver.necomitto.&n.*437.*ff ad Treb.* vbi etiam 4 allegat Decium *cons.*254.*col.*1.*in fi.ver. & vlterius.* † Limita, quando fideicommissum esset factum de certis bonis, vel de bonis certi loci; quia dicitur particulare. Castr.*cons.*159. *Super primo.in fin.lib.*1. 5 † Limita, quando fideicommissum esset factum de omnibus bonis, & de omni eo, quod supererit, deducto ære alieno, quod per hæredẽ solui voluit; quia tũc videtur particulare, ex quo per grauatum voluit æs alienum solui, & non per fideicommissarium; ideo hoc casu iura, & actiones omnes non transeunt. Bald.*d.cons.* 6 70.*in fi.ver.sed videamus.lib.*3. † Contrariũ, quod fideicommissum dicatur vniuersale, si testator per viam prælegatorũ, quę fere vniuersum patrimonium absorberent, distribuit; quia licet legata, & prælegata facta filiis sint particularia, tamen quando absorbent quasi omnia, dicitur vniuersale. Rui.*cons.*116.*n.*8.*lib.*2. vbi, q̃ præsumũtur prælegata capere maiorem partem hæreditatis, & quod suffecit, si hoc allegetur etiam post conclusum in causa. Zanch. *in repe.d.l.hæredes mei.*§.*cum ita.n.*398.*ver.necomitto.&n.*437.*ff.ad Trebell.* allegat Decium *cons.*254.*col.*1.*in fi.* † Declara, vt per Paris.*consil.* 7 63.*lib.*3. vbi, quando dicatur vniuersale, & quando particulare.

Fideicommissum vniuersale an cõprehendat mobilia, & nomina debitorum, vel non. Concl.230.

IN † fideicommisso vniuersali licet dixerit testator, q̃ in omni- 1 bus bonis mobilibus, & immobilibus, iuribus, & actionibus vniuersis instituebat hæredem Titium, & in substitutione censeatur facta repetitio quoad omnia, ita quod fideicommissum comprehendit mobilia, & nomina debitorum, merces, & alia: si tamẽ mobilia sunt consumpta bona fide, nõ cadunt sub fideicommisso neq; restituuntur, nisi prout extant, ita Decian.*cons.*44.*n.*82.& *seq.lib.*3. † Extende, vt idem sit de nominibus debitorum exactis 2 bona fide consumptis; quia nõ cadunt consumpta sub fideicommisso, vel restitutione, idem Decia.*d.cons.*44.*n.*84.*lib.*3. † Extende idem in mercibus consumptis bona fide. Decian.*d.cons.*44.*n.* 84.*lib.*3. vbi alios citat. Vide, *Fideicommissum in mercibus, & mobilibus. Concl.*240. † Limita; quia in fideicommisso vniuersali veniunt ☞ etiam pecuniæ numeratæ. *Instit. de singul.reb.per fideicom.relict.in pr.* 4 *in ver.argentum.* Fulgos. *cons.*41.*circa fin.*

Fideicommissum vniuersale & particulare in quibus differant. Concl.231.

FIDEICOMMISSVM † vniuersale differt à particulari; quia 1 facta restitutione omnia iura, omnesq; actiones transeunt in vniuersali, ita quod hæres restituens non potest agere contra debitores, etiam si restituit cũ protestatione; secus est, si fiat restitutio particularis. Bald.*cons.*70. *Præmittendũ est.in fi.ver.considerandum est.lib.*3. † Et vniuersale fideicõmissum, vel vniuersalis substitutio 2 cõtinet onera, & æs alienũ, particulare vero secus. Castr.*cons.*159. *Super primo.in fi.lib.*1. † Et vniuersale fideicommissum non obligat hæ- 3 redem grauatum vltra vires fideicõmissi, particulare secus; ideo vniuersalis fideicommissarius grauatus in restitutione potest retinere credita sua, non obstante confusione seu melfacta; particularis vero secus. Castr.*cons.*77. *Visa facti, lib.*2.*in princ.*

Fideicommissum in bonis, quæ supererunt tempore decedentium sine filiis, quid comprehendat. Concl.232.

FIDEICOMMISSVM † factum, quod mortuis omnibus in- 1 stitutis, & substitutis, quicquid supererit, distribuatur pauperibus, importat, quod quarta pars remaneat distribuenda. Alex. *cons.*16.*Breuiter.lib.*7. allegat *auth.contra cum rogatus. C.ad Treb.* † Ex- 2 tende, vt procedat, etiam si alienaret quis sine necessitate, & per fraudem; quia adhuc sufficit, quod quartam partem bonorum dimittat; quia fraudem non committit, qui facit sibi permissum à lege. Alex *d.cons.*16.*in fi.* vbi dicit magis * cõmunem, *lib.*7. † Con- 3 trarium, quod si per fraudem alienaret, non valeret alienatio, tenent aliqui, quos citat idem Alex. *d.cons.*16.*propefi. ver.sed vbi apparet.lib.*7. † Declarat apostil. ad Alex. *d.cons.*16.*in vers.fraudem.lib.*7. 4 quod non potest, vt fraudulenta, vel dolosa alienatio renocari, sed bene vt simulata. † Amplia; quia in tantum sufficit, quod hæ- 5 res grauatus dimittat quartam partem, vt possit de residuo disponere etiam per viam legati, vel vltimæ voluntatis. Bald.*in d.auth. contra cum rogatus. C. ad Trebell.* † Contrarium tenet Corn. *d.auth.* 6 *contra cum rogatus. C.ad Trebell.* & Alex. *d.cons.*16.*in fin.lib.*7. & ibi apostilla *in ver.constanti.* quia testator censetur prætuliss vocatos ẽ se vocatis ex vltima voluntate grauati.

Fideicommissum quando probetur ex confessione partium, vel alias. Concl.233.

FIDEICOMMISSO † bona probantur subiecta, si tanquã talia 1 fuerunt diuisa inter authores, & confessio probat tam in præiudicium confitentis, quã etiam hæredum. Decia.*cons.*76.*n.*10.& *seq.& cons.*44.*n.*76.*& seq.lib.*3 † Amplia; quia si testator disponat 2 de bonis suis, tanquam ex fideicommisso debitis illis, quibus legat, probat extare fideicommissum. Decia.*cons.*89.*n.*21.*ver.secto vlt.lib.*3. vbi, quod statur tali assertioni, & præiudicat nedum hæredi, sed etiam singulari successori. † Et quod confessio ẽ author- 3 rum probetur fideicõmissum. Rui.*cons.*128.*n.*8.& 9.*lib.*2. † Exten- 4 de, vt talis confessio præiudicet, etiam si esset erronea, maxime, quando est geminata; quia geminatio tollit errorem; & quia confessio in his, quæ sunt iuris, etiam erronea præiudicat. Decia.*d.cons.* 89.*n.*22.*&* 23.*lib.*3. † Restringe; quia quando confessio est extraiu- 5 dicialis,

dicialis, & ablente parte facta, non probat plene fideicommissum. Decian. *cons. 2. n. 141. lib. 2.* † Restringe, quando confessio esset erronea; quia non præiudicat, & constito de errore reuocatur in terminis fideicommissi confessati. Men. *cons. 476 n. 8. & 9.* vbi ad hoc citat Soc. Iun. *cons. 112. num. 2. lib. 1. & cons. 180. nu. 82. lib. 2.* idem Menoch. *cons. 418. n. 26.* allegat Alex. *cons. 132. n. 21. lib. 2.* † Imo plus dicit, quod etiam confessio facta in iudicio respondendo positionibus, quod essent bona fideicommisso supposita, non præiudicat docto de errore. Corn. *cons. 186. n. 6. lib. 3.* Men. *d. cons. 476. n. 9.* † Amplia; quia bona probantur supposita fideicommisso & restitutioni, si duo probantur; primo, quod testator esset Dominus bonorum, de quibus agitur; secundo, quod constet de fideicommisso. Cast. *cons. 247. In causa, quæ vertitur, lib. 1. in pr.* † Primũ, quod bona essent in dominio testatoris, probatur ex assertione rei confitentis, si fatetur se habuisse causam ab hærede fideicommittentis; quia sicuti assertio hæredis sufficeret contra hæredem; ita etiam assertio habentis causam ab eo. Cast. *d. cons. 247. in pr. ver. primo circa primum, lib. 1.* vbi maxime cõcurrente depositione testium, qui deponunt testatorem tenuisse d. bona. † Extende; quia probatur fideicommissum ex sententia, & re iud. in qua declaratur fideicõmissum extare. Decian. *cons. 103. n. 41. & seq. lib. 2.* vbi, quod pro veritate habetur, & plenius *cons. 1. n. 313. & multis seqq. lib. 1.* † Et procedit etiam in præiudicium habẽtium ius, & causam ab eo, qui subiit ex re iudicata. Decian. *d. cons. 103. n. 42. ver. Non obstat præmissis. lib. 2. & cõs. 1. n. 316. lib. 1.* † Imo, quod res iudicata pro veritate habetur, & non valeat sententia contra rem iudicatam. Decian. *cõs. 145. lib. 2* secus dicit in fine consilii, quando sententia non est, nisi ab obseruatione iudicii, vel super nullitate primæ sententiæ; quia nihil disponit in negocio principali. † Secũdum est, quod probeur fideicommissum, & prohibitio alienationis, per productionem testamenti ipsius fideicommittentis. Castr. *d. cons. 247. col. 2. rem probauit. lib. 1.* vbi, quod sufficit, etiam si productio esset facta à reo. † Amplia; quia confessio facta in diuisionibus probat inter diuidentes fideicommissum confessatum. Decia. *cons. 76. n. 11. lib. 3.* Vide, *Fideicommissarius non potest approbando præiudicare. Conclus. 271.* Vide, *Fideicommisso qualiter bona probentur supposita. Conclus. 279.* Vide, *Legitima non potest minui per fraudem parentum. Concl. 188. n. 36. & seq.*

Fideicommissum particulare in quibus fieri possit, vel non, & non deducitur ex eo legitima, vel Trebellianica Concl. 234.

1 FIDEICOMMISSVM † particulare fieri potest per patrem filiæ in dote sibi legata. *l. si. § fideicommisit filiæ. ff. de leg. 2.* Bald. *cõs. 464. incip. Aprimo, lit. 1. in pr.* vbi, quod est fideicommissum particulare. † Amplia, vt procedat, etiam si filia, cui pro dote pater reliquid iure institutionis, per ius accrescendi efficeretur hæres vniuersalis; quia adhuc fideicommissum particulare non accrescit.
3 Bald. *d. cons. 464. in pr. lib. 2.* † Et quod fideicommissum in re certa, & singulare possit fieri, non est dubium. Angel. *consil. 366. Quidam*
4 *Ioannes de Camerino, in pr.* † Amplia; quia fideicommissum particulare inducitur pluribus legatariis factum, si testator dicat, quod post mortem legatariorum, & cuiuslibet eorum bona legata perueniant ad locum pium; quia inducitur fideicommissum. Rom.
5 *cons. 112. Visa, in prin.* † Restringe, quando testator dedisset facultatem vltimo legatario faciendo velle suum de legatis bonis; quia licet subiungat, quod post mortem omnium legatariorum, & cuiuslibet eorum, bona legata perueniant ad locum pium, non inducitur fideicommissum ex d. clausula generali; quia non refertur ad ea, quæ habent præcisam dispositionem cõtrariam. Rom.
6 *d. cons. 112. ver. his tamen non refragantibus. per tot.* † Amplia; quia legitima, & Trebellianica non deducitur ex fideicommisso particulari, sed ex vniuersali, vel aliis bonis. Vide, & declara, vt in *ver. Le-*
7 *gitima ex quibus non deducitur. Concl. 197. n. 25. & seq.* † Extende; quia neq; meliramenta iussu testatoris facta in fideicommisso particulari deducuntur. Vide, *Meliramenta dant retentionem rei, & quando secus. Concl. 182.*

Fideicommissum quando reale, & quando personale, & eorum differentia. Concl. 235.

1 FIDEICOMMISSVM † & onus fideicommissi dicitur reale, & impositum bonis hæreditariis, & afficit omnes nominatos, vt censeatur inter eos inductum fideicommissum, quando verba concipiuntur in rem, vt bona, & hæreditas mea deueniant de liberis in liberos, & tunc onus dicitur reale. Ceph. *cons. 477. nu. 45. & seq. ver. vltima*, allegat Paris. *cons. 37. n. 22. ver. quando dictum remaneat, lib. 2.* & Decian. *cons. 1. n. 286. & cons. 41. n. 51. ver. decimo. & n. 84. lib. 1.* vbi si dicitur, quod bona transeant, fideicommissum est reale. Curt. Iun. *cons. 51. n. 24. ver. accedat ad præmissa.* vbi dicit communem, & *n. 23. in fi.* dicit, quod non attenditur, cum quo testator loquatur, sed in quem verba sua dirigantur. Soc. *cons. 62. n. 9. ver. præterea ex quo lib. 3. & n. 10.* Paris. *cons. 30. n. 29. cum seq. lib. 2.* Decian. *cõs. 44. n. 72. lib. 3.* † Extende, vt idem sit, quando testator dixit, quod vult, quod bona sua remaneant, vel transeant in hæredes, & descendentes, & descendentium descendentes masculos, & vltimo locoin fœminas; quia censetur inductum fideicommissum reale in omnes nominatos Ceph. *d. cons. 477. n. 46. & seq.* & quod sit realis, ideo perpetua. Curt. Iun. *cons. 225. n. 46. & seq. & cons. 263. n. 34. & sequ.* † Extende, vt idem sit in prohibitione alienationis in rem concepta; quia est realis; & perpetua. Ceph. *d. cõs. 477. n. 47. & seq.* vbi citat plurimos. Decian. *d. cons. 41. num. 84. lib. 1.* vbi, quod si domus prohibetur alienari, prohibitio est realis, plene Beccius *cons. 24. & 25. cũ seq.* vbi late, maxime *n. 28.* Cur. Iun. *cons. 225. n. 46. & seq. & cons. 263. n. 34. & seq.* † Extende idem, quãdo fuit dictum, quod bona remaneant in agnatione pro conseruatione familiæ. Rota *in nouissim. dec. 568. in pr. per tot.* † Idem, si dixit, quod vult bona cõseruari in posteritate; quia perinde est, ac si verba essent directa in rem. Curt. Iun. *cõs. 43. n. 11. ver. Nec obstat*, vbi, quod si prohibitio est restricta, sed ratio prohibitionis est generalis, extenditur prohibitio tanquam realis ad omnes, prout ratio extenditur. † Declara; 6
quia licet testator prohibitionẽ fecerit descendentibus, ne alienent, & sic personaliter; tamẽ si adiecerit causam; quia voluit bona ad omnes trãsire, prohibitio, & fideicommissum est reale. Decian. *cons. 103. n. 27. & seq. ver. non obstat. si diceretur*, maxime *n. 29. lib. 2. & num. 30.* vbi dat concordantes. † Personale dicitur, quando 7
fit de personis ad personas, & nõ habet locum, nisi vt sonant verba. † Declara; quia regula est, quod prohibitio alienationis facta 8
certis personis non extenditur vltra illas personas, nisi ex coniecturis, & mente constet, quod sit repetita in alios; si vero est facta in rem, omnes comprehendit, & est realis, & perpetua. Castr. *cons. 401. in prin. & ver. his tamen non obstantibus. lib. 2.* Decian. *consil. 1. num. 235. & seq. lib. 1.* Cephal. *cons. 477. n. 45. & seq.* Vide, *Priuilegium an personale, vel reale præsumatur. Conclus. 743. cum multis ibi Conclus. sequentibus.*

Fideicommisso quæ bona subiaceant, & quæ nõ, sed deduci debeant. Concl. 236.

FIDEICOMMISSO † vniuersali, & restitutioni subiacent omnia bona testatoris. Vide, *Fideicommissum quæ bona comprehendat, vel non. Conclus. 259.* † Amplia; quia pecudes, & fœtus pecorum subrogati loco mortuorũ debentur fideicommissario; quia sicut deberentur animalia mortua, si viuerent, ita fœtus subrogati. *l. deducta. § hæreditatem. ff. ad Trebell.* ita Angel. *in leg. fideicommissaria*, vbi etiam Alexand. *ff. d. titul.* late Ias. *consil. 231. lib. 2.* Vide plenius, *Fideicommissum quæ bona comprehendat, vel non. dict. Conclus. 259.* † Limita 3
primo; quia deduci debet impensa funeris. *leg. impensa. ff. de relig. & sumptib. funer.* & hæc impensa funeris est prima, quæ deducitur, & postea æs alienum. *l. si. § in computatione*, & ibi Alexand. & Doctor. *C. de iure delib.* † Secũdo limita; quia ex fideicommisso ante omnia 4
debet deduci æs alienum. *l. & sine scriptura. C. ad Trebell. l. Papinianus. § quarta ff. de inoff. test. l. si vniuersa. C. de legat. l. in ponenda. & Larritum. C. ad l. Falcid.* quia bona non dicuntur, nisi deducto ære alieno. *l. subsignatum. § bona. ff. de verb. sign. l. si fideicommissum. § tractatum ff. de iud.* Vide, *Aes alienum debet semper deduci, & qualiter. Conclus. 333.* † Et 5
ideo pro dissoluendo debito testatoris alienatio valet, & est irretractabilis. *l. filius fam il. § Diui. ff. de leg 1.* † Et deducuntur bona em- 6
phyteutica, quæ non sunt absolute hæreditaria. Imol. & alii *in l. si patroni ff. ad Trebell.* Vide, *Emphyteusis non venit in restitutione fideicommissi, & quando Concl. 227.* † Et appellatione æris alieni venit etiam 7
illud, quod à testatore debetur grauato. *l. ab omnibus. §. socero. ff. de leg. 1.* Bartol. *in l. debitor. ad fin. ff. ad Trebell.* gloss. *in l. Stichum, aut Pamphilum. §. 1. in ver. retinet. ff. de solution.* Alexand. *consil. 124. Viso, lib. 7.* † Nam quando restitutio non est pura, sed sub conditione, ea pẽ- 8
dente potest hæres grauatus conueniri à creditoribus, & legatariis, & ipse est, qui debet illis satisfacere. *l. fin. C. ad Trebell. l. ita tamen. §. Qui ex Trebelliano, & l. 1. § fi.* vbi glossa. *ff. eod.* Vide si satisfecit, tãto minus fideicommissario restituet. *d. l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. ff. ad Treb.* & si restituisset, absque retentione eius, quod soluit, potest agere contra fideicommissarios. *l. 1. & 2. C. eodem.* ita plene Riminal. *consil. 131. nu. 5. lib. 1.* Rom. *consil. 276. Visis dubiis, in 7. dubio.* † Tertio deducitur legitima filii. *l. quoniam in prioribus. C. de inoffic.* 9
testam. quæ est tertia bonorum, si sunt quatuor filii, & infra, si plures, est

ros, est dimidia, *authen. nouissima. C. de inoff. testam.* etiam si adsit expressa prohibitio alienandi; tamen deducit legitimam, & pro ea potest fieri alienatio. & valet, & non facta alienatione, datur retentio. † Quarto deducuntur legata particularia facta à testatore; quia generi per speciem derogatur *c. generi, de reg. iuris in 6.* † Quinto deducitur de residuo Trebellianica, *l. in quartam. ff. ad l. Falc.* vbi Bart. & alii. Vide alias deductiones pro melioramentis, & aliis *in ver. Fideicommissum intelligitur deducto ære alieno. Concluſ. 276.* † Residuum, quod superest, debetur fideicommissario, data retentione vxori, pro usufructu, quando est relicta usufructuaria, durante eius vita, & data retentione pro dotibus suis, donec satisfiat, & de materia deductionum faciendarum per fideicommissum prohibitum alienari, & quid superfit restituendum. Vide, *Fideicommissum intelligitur*, de quo supra *nu.* 11. † Declara tamen; quia si filius simpliciter adiuit hæreditatem patris, non confecto inuentario, non retinet, neq; deducit dotes maternas, neque propria credita contra patrem Castrens. *conſ. 77. Visa facti, lib. 2. & conſ. 188. Dubia. col. 2. ver. super secundo, eodem lib. 2.* Alex. *conſ. 67. Visis. lib. 4.* Ruin. *conſil. 67. De tribus, lib. 2.* † Contrarium *in ver. Fideicommissum intelligitur deducto ære alieno. d. Concl. 276. n. 9. & seq. ver. amplia, quia filius.* vbi declaratur. Vide plenius *in ver. Hæres adeundo simpliciter confundit actiones suas. Concluſ. 52.*

Fideicommissum particulare non augetur per ius accrescendi. Concluſ. 237.

1 FIDEICOMMISSVM † particulare iniūctum legato, seu portioni legatæ per institutionem non accrescit, etiā si legatarius iure institutionis efficiatur hæres vniuersalis per ius accrescendi; quia adhuc fideicommissum stabit in suis terminis particulare,
2 non vniuersale. Bald. *conſ. 464.* † Amplia; quia neq; fideicommissum vniuersale augetur, licet vnus ex fideicommissariis renuncieret in specie aliquibus iuribus particularibus. Bald. *conſ. 392. Super primo, n. 4. vers. super quinto, lib. 4.*

Fideicommissum quando vocat fœminas, non extantibus masculis, qualiter intelligatur. Concl. 238.

1 FIDEICOMMISSVM † vocans fœminas, si non restarent, seu remanerent filii masculi, cum non sit restrictum ad aliquod tempus mortis, verificatur, quocunque tempore reperiantur adesse masculi, vt declarat Socin. *in l. solemus, ad ſi. ff. de cond. & dem.* vbi quod ita consuluit Alex. *conſ. 43. Consideratis. col. pen. lib. 3.* & clarius *conſ. 101. Super primo dubio. num. 12. lib. 7.* refert, & seq. Dec. *conſ.*
2 *594. Viso test. col. pen. in princ.* Ruin. *conſ. 9. Preponitur, nu. 8. lib. 1.* † Et quid si extarent quidem masculi, sed essent banniti, & inhabiles, & haberentur pro mortuis. Iaſ. *in l. 1 ff. de hæred. inſt.* iuncto eo, quod dicit Bart. *in l. filiusfam. §. cum quis. ff. de legat. 1.* vbi videtur tenere,
3 quod non impediant fœminas. † Et quid in deportato, vel alias omni tempore incapace, prout in fratribus minoribus. Soci. *conſ. 182. Licet filia. colum. 2. circa med. lib. 2.* Bald. & Doctores *in l. Gallus. §. & quid sit tantum ff. de liber. & posthum.* & Alexand. *conſil. 116. Videtur*
4 *prima facie. col. 2. lib. 2.* † Declara tamen; quia dato, quod non impedirent isti masculi incapaces deuolui ad fœminas, intelligendum est, dummodo perseuerent in banno, vel incapacitate: alias autem si restituantur à principe, debent admitti. *Lex facto. §. ſi. ff. de vulg. & pupill.* vbi Aretin. in fine, post Bald. *in authen. ingreſſi. in fin. C. de sacroſanct. Eccleſ. & in l. Deo nobis. in vlt. quaſt. C. de Epiſc. & Cler.* late Federic. de Senis *conſ. 26. Quidam est per tot.* Ruin. *conſ. 89. Cum iſta mulier. col. 2. lib. 5.*

Fideicommissum quādo ad solos masculos de agnatione spectet. Concl. 239.

1 FIDEICOMMISSVM † factum in filios, & descendentes masculos, vel in filios, & descendentes per lineam masculinam, solos masculos admittit, & fœminas excludit, & tanto clarius, quādo vlterius testator adiecit, quod volebat bona sua perpetuo permanere in domo & familia sua. Vide, *Alienatione prohibita quid sit prohibitum. Concl. 261. cum multis Concl. ibi proxime sequentibus.* Vide, *Substitutio facta de proximioribus agnatis de quibus intelligatur. Conc.*
2 *839.* † Extende, vt idem sit, quando testator prohibuit perpetuo bona alienari adiecta causa; quia voluit perpetuo conseruari in
* familia sua; quia secundum magis * communem opinionem inducitur absolutum fideicommissum in masculos de familia, vt
3 infra, *Fideicommissum inducitur absolutum ex prohibitione alienandi, & quando secus. Concl. 262.* † Et fauore agnationis censetur inductum fideicommissum. Vide, *Agnationis conseruandæ ratio quando attendatur, vel non. Concluſ. 246.* † Et isto casu, licet fœminæ, quandiu viuunt, dicantur de familia. Paris. *conſ. 35. n. 29. lib. 3.* tamen non admittuntur, etiam donec viuunt, secundum magis * communem, * de qua Marzar. *in Epito. fideicomm. q. 43.* vbi refert pro vtraque parte, & hanc magis * communem ostendit, & ita fuit iudicatum per * duas conformes Florentiæ. † Amplia; quia si esset dictum, quod semper deueniret in agnatos testatoris exclusis fœminis, non poterit fœmina hæres institui, neque vllo modo ad fideicommissum admitti. Iaſ. *conſ. 3. lib. 1. & conſ. 164. lib. 4.* Vide plene Angel. Aretin. *conſil. 31. Viso supradicto. per tot.* † Extende, quando testator exclusit filias proprias, & instituit masculos, & si decesserint sine filiis masculis, vocat agnatos transuersales; quia si vltimus descendens habeat fœminā, non succedit secundum aliquos, licet sit controuersia. Vide, *Substitutio facta*, si sine filiis decesserit, *intelligitur de masculis, & fœminis, & quando de solis masculis. Concluſ. 846. num. 3. & sequent.* vbi pro vtraque parte. Vide, *Filiorum appellatione quando soli masculi comprehendantur. Conclu. 372.* † Amplia; quia vbicunque testator vocauit descendentes masculos, exclusis filiabus fœminis,
7 si postea mortuis omnibus masculis, vocat agnatos proximiores, non veniunt fœminæ ex fratre, licet sint agnatæ ex masculis; quia non censetur præferre transuersales fœminas propriis filiabus, & descendentibus ex eis. Angel. Aretin. *d. conſil. 31. Viso supradicto, nu. 8. & sequent. verb. secundo hoc expresse, & totum.* vbi, quod statur menti, & coniecturis. † Amplia; quia si testator instituit filium masculum, & si decesserit sine filiis, vel nepotibus masculis, substituit
8 agnatos, intelligitur si decedat sine filiis, & nepotibus masculis ex masculo; ideo licet relinquat nepotes masculos ex filia, est tamen locus substitutioni ex mente. Vide, *Filiorum appellatione quando soli masculi comprehendantur. d. Concl. 372.* † Extende; quia si pater
9 instituit filios masculos, & post eos substituit descendentes masculos, exclusis fœminis, fideicommissum expirat vltimo descendente masculo mortuo; nec fœminæ admittuntur. Vide supra *num. 6.* vbi de hoc. † Extende; quia si pater instituit filios exclu-10 sis filiabus fœminis, & etiam nepotibus ex filio masculo prædefuncto, si substituat simpliciter descendentes, censentur exclusæ fœminæ descendentes, & vocati soli masculi descendentes, maxime, si extat statutum fauens agnationi, quod masculi excludant fœminas. Castr. *conſ. 403. lib. 2.* Alex. *conſ. 38. lib. 6.* Deci. *conſ. 495. & conſ. 548.* Soc. *in l. cum auus. ff. de cond. & demonſtra. n. 80.* Curt. iun. *conſil. 11.* Cæpoll. *conſil. 49.* Gozadin. *conſil. 89.* Curtius Senior *conſil. 40.* † Amplia; quia semper, quod pater instituit filios suos 11 masculos etiam naturales tantum; exclusis filiabus fœminis, & masculos inuicem substituit, & quandocunque omnes masculi decesserint, substituit proximiores agnatos ex masculis; quia voluit perpetuo bona sua in familia conseruari, mortuis omnib⁹ filiis masculis, succesſit frater defuncti, qui moritur cum sola filia, & extant agnati, masculi remotiores, ipsæ præferuntur; quia, licet neptis ex fratre sit agnata ex masculis; tamen in ea bona non conseruantur in agnatione perpetuo; & quia, si excluſit proprias filias ex mente, multo magis filias transuersalium, plene Angel. Aretin. *d. conſil. 31. Viso supradicto per totum*, vbi
12 multa pro vtraque, & hanc tuetur. † Limita; quia si testator carens liberis, instituat fratres, & si decesserint sine filiis masculis, substituit proximiores de agnatione sua, si decedat testator, postea frater nullis relictis filiis masculis, sed sola superstite nepte ex fratre testatoris, & agnato masculo vltra decimum gradum, fuit tentum, quod neptis præferatur; quia ipsa est agnata testatori. *Inſtit. de legitim. agnat. succeſſ. §. 1. glo.* Bald. & moder. *in l. Gallus. §. Nunc de lege. ff. de liber. & posthum.* Iaſ. in fortioribus *conſil. 159. Odoricus. lib. 4.* quia, licet filiæ fœminæ sint exclusæ stantibus masculis; tamen sunt comprehensæ *in verb. proximiores*, quia proximorum, seu proximiorum appellatione vterque sexus comprehenditur de proprietate sermonis. Ang. *conſ. 179.* Bald. *conſ. 477. Casus talis est, quidam Titius lib. 3.* Iaſ. *dict. conſil 159. In præſenti conſultatione. column. 3. ver. quarto in terminis noſtris, lib. 4.* Vide, *Agnatorum appellatione qui comprehendantur. Concluſ. 245. numero 18. & sequent.*
13 † Extende in fideicommisso, in quo filii instituti sunt masculi, & si decesserint sine filiis masculis, substituti sunt proximiores de agnatione, quia, si mortuis filiis sine masculis, exeat filia testatoris, & filia filio masculo; succedunt æqualiter, exclusa agnata masculo, ex quo sunt proximiores, & agnatæ. Iaſon *dict. conſ 159. lib. 4.* † Extende multis casibus; quia prohibitus alienare fideicommissum extra familiam, non prohibetur filiam hæredem in-14 stituere, quæ est de familia. Vide, *Prohibitus alienare si alienat. cui, & qualiter bona applicentur. Concluſio. 902. num. 12. & ſeq.* † Limita, quia si si testator fecit plures gradus substitutionum, & vltimo loco

vocaue-

vocauerit proximiorem in gradu de domo, & cassata dicti testatoris, si eueniat casus, quod exeat filia ex filio testatoris, & nepos ex fratre testatoris, succedit neptis ex filio, tanquam proximior, donec vixerit; reseruato iure nepoti ex fratre petenti fideicommissum post mortem neptis. † Limita; quia si exeat filia vltimi substituti, ipsa potest succedere in portione vltimo morientis, & licet sint vocati masculi; tamen succedit, secundum Castrensem * *consil.* 448. *Siste masculus, in princip. lib.* 1. vbi dicit * communem, quod intelligit saltem in portionibus, quas ipse vltimus emit ab aliis.

Fideicommissum in mercibus, & mobilibus quid comprehendat. Concl. 240.

1 FIDEICOMMISSVM † factum per patrem inter filios de mercibus, & fundacis mercium, quas in hæreditate dimisit, comprehēdit solum merces existentes tempore obitus testatoris, non autem auctas per exercitium hæredum. Bald. *consil.* 135. *Pater Cassanas lib.* 1. Vide, *Fideicommissum vniuersale an comprehendat mobilia & nomina debitorum. Concluſ.* 230. † Amplia in tantum deberi æstimationem rerum existentium tempore mortis testatoris, vt si filius vnus continuando mercimoniam vendiderit primas merces, emendo alias, & fundacus vltimo comburatur, combustio spectat ad filium, non ad fideicommissarium, quod intelligit 2 *bis quando mercimonia erant vsuraria, & prohibita, dict. consil. in tot. lib.* 1. † Extenditur fideicommissum vniuersale tam ad bona mobilia, quam ad immobilia. Fulgos. *consil.* 86. *Proponitur,* 4 *quod honorabilis, in fine.* † Extende; quia fideicommissum maxime comprehendit bona mobilia, quando hæredes in diuisione illorum reseruarunt fideicommissum, & æstimarunt illa; quia in dubio censentur æstimasse, vt pretium succedat loco mobilium, quæ vsu consumuntur. Anchar. *consil.* 291. *Super pluribus. in fin. vers. postremo.* † Restringe; quia bona quæsita per grauatum restituere non veniunt sub fideicommisso, siue sint mobilia, siue immobilia, etiam si ex fructibus fideicommissi sint acquisita. Fulgos. *dict. consil.* 6 86. *num.* 3. *ver. ad quartum.* † Amplia; quia fideicommissum in bonis mobilibus comprehendit etiam animalia, quæ si sine culpa hæredis fuerunt amissa, non veniunt in restitutione fideicommissi, nec etiam debetur eorum æstimatio, *l. deducta. § ante diem. ff.* 7 *ad Trebellian.* Deci. *consil.* 81. *in* 4. *dubio.* † Si vero essent vendita ex necessitate, daretur actio ad pretium; imo, si alia animalia ex dicto pretio essent empta, nisi clare constaret, quod essent subrogata animo subiiciendi illa fideicommisso, non deberentur, sed essent emptoris, qui ad aliud non tenetur, nisi ad restitutionem pretii. Bart. *in l. Imperator. § fin. ff. de leg.* 2. quem ibi omnes sequuntur. Vide, *Subrogatio bonorum in locum fideicommissi quando facta dicatur. Concluſ.* 759.

Fideicommissum in mercibus an casu fortuito minuatur. Concl. 241.

1 FIDEICOMMISSVM † iniunctum in mercibus testatoris, si pereant merces in manibus hæredis, perit etiam ea ratione; quia periculum interitus rei spectat ad fideicommissarium, *l. mulier. § si hæres ff. ad Trebellian.* Bald. *consil.* 135. *in fine. vers. non obstat. lib.* 1. 2 † Limita, quando mercimonia, quam exercebat hæres, erat prohibita, tanquam vsuraria; quia periculum interitus spectat ad hęredem, continuantem illicitam negotiationem. Bald. *d. consil.* 135. *Pater Cassanas. per tot. lib.* 1.

Fideicommissum in bonis immobilibus quæ comprehendat, vel non. Concl. 242.

1 FIDEICOMMISSVM † factum in bonis immobilibus continet omnia bona stabilia. Vide, *Bonorum immobilium appellatione quid veniat. Concluſ.* 104. † Limita; quia non comprehendit animalia, tanquam instrumenta prædiorum. Aretin. *consil.* 160. 2 *seu* 159. *num.* 18. Bartol. *in l.* 2. *§. dotes. per illum textum, ff. de fundo instructo.* & Doctores *in l.* 2. *C. de verborum significat.* Nec obstant textus *in l. sed & si quid. §. proprietatis. & l. item si fundi. §. seminarij. ff. de vsufruct.* quia dictæ leges procedunt in legato vsusfructus, non autem in legato fundi, vel proprietatis. Bart. *in d. §. dotes.* Salycet. *in d. l.* 2. *C. de verborum significat.* vbi reddit rationem diuersitatis.

* *
*

Fideicommissum inter viuos qualiter fieri possit. Concl. 243.

FIDEICOMMISSVM † fieri potest tam inter viuos, quam in 1 vltima voluntate, sed inter viuos debet esse particulare, videlicet, quoad certa bona, ne tollat facultatem testandi. Castrens. *cons.* 325. *Super secundo. in princ. lib.* 1. † Et quando adest specialis hy- 2 potheca bonorum particularium, impeditur alienatio, & translatio dominii in alium, secundum conuentionem, licet non acquiratur dominium vocato, nisi adesset constitutum, & ficta traditio. Castr. *d. cons.* 325. *in princ.* maxime *vers. secundo videndum, lib.* 1. † Vide tamen; quia refert, an bona prohibita alienari sint hypo- 3 thecata ad effectum obseruantiæ obligationis, & conuentionis, an ad effectum, ne alienarentur; quia effectus potest esse magnus, an competat hypotheca, & rei vendicatio contra tertium, vel non, de quo vide Castrens. *dict. cons.* 325. *in fin. lib.* 1. vbi inducit hanc differentiam, licet postea remittat conscientiæ petentis. † Differentia tamen erit; quia prohibitio alienationis in vltima 4 voluntate impedit ipso iure alienationem; secus est in contractu; quia cum ex vltima voluntate ipso iure transeat dominium in vocatum; secus in contractu; non mirum, si dominium, quod impeditur transferri in vltima voluntate, operetur nullitatem, quæ non potest operari in contractu. Cuman. *cons.* 199. *Filiusfamilias, in princ.* † Et an competat actio hypothecaria ad bona alienata contra formam pacti, an sola personalis contra alienantem. text. *in l. si dotis.* & ibi Bart. & Bald. *in fine, C. de iure dotium. & in l. Lucius. §. fin. ff. de donationib.* vbi etiam Bartol. Deci. *cons.* 239. *col.* 4. *& in l. si socius. colum.* 2. *ff. si certum petatur.* † Cautela ergo est, quod in contra- 6 ctu faciens fideicommissum respiciens successiue vocatos prohibeat, & ille, cui donatur, vel venditur, ex nunc constituat se possidere nomine venditoris, & illorum, & in eos transferat dominium, qui vocantur; quia eo casu alienatio fieri non poterit contra prohibitionem fideicommittentis. Cuman. *consil.* 199. *in princip num.* 1. Nam isto casu in casum contrauentionis acquiritur dominium vocato, alias non. Castrens. *d. cons.* 325. *in princip. vers. secundo videndum, lib.* 1. † Secunda cautela, quod faciat pactum reso- 7 lutiuum cum prohibitione, si ad actum alienationis deuenerit; tunc dominium reuertatur ad fideicommittentem, & seu ad vocatos, & grauatus constituat se nomine eorum, & fideicommittentis possidere. Bart. *in l. qui absenti. §. 1. ff. de acquir. possess.* † Tertia 8 cautela est, quod res subiecta fideicommisso specialiter obligetur cum iuramento per eum, qui prohibetur alienare, in quem ex contractu peruenit. Bart. *d. l. qui absenti. §. 1. in fine. ff. de acquir. possess.* † Alias cautelas ponit Fabian. de Monte *in tractat. de emptione, q.* 4. 9 *princip. in* 24. *quæst. num.* 38. *& 39.* † Aliam ponit Iason *cons.* 211. *lib.* 2. 10 vbi dicit, quod valet fideicommissum in contractu, vel diuisione de certis bonis, & prohibitio alienandi extra diuidentes bona diuisa, sed inter seipsos tantum; dicit tamen, quod si fiat alienatio contra pactum etiam iuratum, non impeditur translatio dominii in alterum, sed alienans tenetur ad interesse, bene impediretur, si esset dictum, alias alienatio facta contra formam pacti sit nulla, & bona; aliter alienata reuertantur ad diuidentes. † De- 11 clara plene, vt per Curt. Iun. *cons.* 264. vbi latissime, quid importet illa permissio alienandi inter se, quādo ordine successiuo vocantur descendentes, & proximiores; quia debet intelligi, dummodo inter succedere debentes, non in remotiores alienetur. † Am- 12 plia; quia fideicommissum, & prohibitio alienandi bene potest fieri in donatione causa mortis, & ita impedietur obligatio, & alienatio bonorum, sicut in testamento. Cuman. *d. cons.* 190. *per tot.* & hoc etiam tenet in donatione Crauetta *consil.* 19. *vers. venio ad secundum, nu.* 8. *& seq.* † Contrarium, quod imo in donatione, siue 13 inter viuos, siue causa mortis, non possit prohiberi translatio dominii, nisi in casu *leg.* 1. *C. de donation. quæ sub modo.* tenet Ægid. Bellam. *cons.* 39. *n.* 15. † Extende, vt procedat, etiam si donator causa 14 mortis esset filiusfamilias, & pater consentiret; quia valebit fideicommissum, & prohibitio alienandi. Cuman. *d. consil.* 190. *per totum.* vbi casus. † Contrarium, quod in donatione causa mortis 15 cum prohibitione, quod non possint bona alienari, sed transeant ad descendentes, filii donatarii non impediant obligationem bonorum, etiam si donans contradicat, quando sibi non reseruauit dominium, vel quando non adest resolutio contractus, tenet Fulgos. *cons.* 213. *D. Simona.* vbi quod habet donatrix ex prohibitione solam personalem. † Vide omnino Ægidium Bel- 16 lamer. *d. cons.* 39. *per tot.* maxime *num.* 12. *& seq.* vbi, quod in contractu inter viuos, & etiam in donatione causa mortis dominium rerum donatarum non resoluitur, neque transfertur sine tra-

ditione de persona ad personam, excepto vno casu speciali, quãdo donatio causa mortis resoluitur ad fauorem donatarii. *l. si mortis. ff. de donat. causa mort.* † Imo si illi, ad quos debent bona transire, consentiunt, valet obligatio. Fulgos. *d. consil. 213. col. 3. n. 2.* † Declara, quia fideicommissum potest induci, nedum in bonis donãtis, & valet, sed etiam si primo donans donasset libere alia bona, posset in vltima donatione apponere fideicommissum in primis libere donatis, & in vltimis, & valebit in omnibus de consensu donatarii; & tunc mutatur causa dominii primæ donationis per secundam, non autem fit per modum nouationis. Castrens. *consil. 346. Circa bona. num. 5. ver. tertio principaliter, lib. 1.* † Amplia; quia in fideicommisso inducto inter viuos, puta donatione reciproca inter duos fratres pro descendentibus masculis, non deducitur legitima, si expresse conuentum est, ita Gabriel. *consil. 226. in princip. lib. 2. & per tot.* vbi, quod est ex causa onerosa propter spem, quod filii succedant, vbi *nu. 42.* dicit * communem. † Extende, vt idem sit, quando filii approbantes testamentum patris etiam specifice voluerunt habere locum in legitima; quia valet tale pactum, plenius idem Gabriel. *consil. 137. nu. 45. lib. 1.* † Declara; quia quod debeatur legitima filiis ex fideicommisso inter viuos, est clarum, sed bene verum est, quod non debetur filiis, neque etiam Trebellianica, quando filii fecerunt ipsi post mortem patris fideicommissum inter viuos; quia ex quo bona sua supponũt fideicommisso, repugnat, quod legitimam velint; quia repugnantia inducerentur, & ita arguit Cruetta *consil. 19. num 8. & seq.* & clarius Paris. *consil. 1. num. 125. lib. 3.* vbi, quod si filii approbant fideicommissum paternum, & mandant seruari à suis descendentibus, censentur supponere legitimam suam, & Trebellianicam, ne sit frustratoria approbatio, & dicit, quod valet, & non tollit facultatem testandi fauore agnationis, neque dicitur pactum de hæreditate, vbi pluribus comprobat. † Extende; quia imo etiam Trebellianica deduci debet, vel Falcidia, quando aliquid post mortem, & non statim debet restitui ex fideicommisso inter viuos. Bero. *consil. 84. num. 7. lib. 2.* † Vide tamen Deci. *cons. 488.* & Ruin. *cons. 7. lib. 3.* qui videntur velle, quod non valeat. Vide, *Testamentum multis modis probatur, & qualiter. Concl. 99.* † Restringe; quia simplex approbatio testamenti paterni facta per filios post mortem patris non impedit deductionem legitimæ. Gabriel. *dict. consil. 137. num. 40. lib. 1.* allegat Anchar *cons. 152.* Curt. Sen. *consil. 75.* Deci. *cons. 757.* Paris. *consil. 26. lib. 2.* Bertrand. *consil. 4. lib. 3.* Bald. *consil. 474. lib. 5.* latissime Alba. *cons. 7. & num. 45.* & dicit Gabriel. quod, nisi facta sit mentio specialis de legitima, non censetur illi renunciatum; quia verba pacti in dubio restringenda sunt. † Restringe, quoad fœminas exclusas; quia quo ad illas, si non sunt vocatæ in aliquo, non censetur præiudicatum. Gabriel. *cons. 136 n. 15. lib. 2.* † Contra ampliationem, q imo non possit pater in præiudicium filiorum ex fideicommisso inter viuos reciproce donando sibi & successoribus masculis, vel alias præiudicare filiis in legitima, tenuit Rota Romana contra consilium Gabriel. vt ipse refert *dict. consil. 136. n. 44. & sequent. lib. 2.* & licet conetur saluare suum consilium; tamen dicit, quod multum defert Rotæ, & est decisio Domini Seraphini in ordine 488. *lib. 1. in nouissim. impress.* vbi pro vtraq; parte allegat, & hanc tenet tanquam veriorem, vbi *num. 8.* allegat plures. Dec. *consil. 613. num. 2.* Roman. *consil. 26. num. 1.* & *num. 9.* Bertran. *consil. 54. num 3. & num. 14. lib. 4.* & alia iura. † Amplia; quia Trebellianica non debetur, quando fideicommissum est particulare, prout inter viuos esse debet. Crauett. *consil. 19. num 13. & 14.* † Quid, si fiat approbatio testamenti paterni, in quo prohibet, vel expresse, vel tacite Trebellianicam. Vide pro vtraque Gabriel. *dict. consil. 137. num. 41. vsque in finem.* vbi infinitos allegat, & distingue, vt per eum. Vide, *Dominium an possit prohiberi transferri. Conclusio. 612.* Vide, *Alienatio qualiter prohiberi possit in contractu, vel non. Conclusio. 266.*

Fideicommissum valet in contractu inter viuos, & quando secus. Concluſ. 244.

1 FIDEICOMMISSVM † potest induci, & fieri in contractu inter viuos, & valet. Deci. *consil. 63. num. 4. & consil. 265. num. 8. & consil. 613.* Socin. *in l. qui Romæ. § cohæredes. num. 19. ff. de verb. obligat.* Socin. Iunior *consil. 185. num 6. lib. 2. & consil. 142. num. 11. lib 3.* sequitur Alexand. *consil. 83. lib. 2.* Castrens. *consil. 307. Quia circa donationem. lib. 1.* Crauetta *consil. 19. num. 7 & 8.* Socin. Iunior *consil. 118. numer. 8 lib. 2.* Bero. *consil. 84. num 6.* Oldrad. *consil 139.* Marzar. *in epit.* 2 *quæstion. 2.* † Et qualiter possit induci fideicommissum inter viuos. Bald. *consil. 249. Verba inuestitura, lib. 2.* Castren. *consil. 347. Quia circa donationem. lib. 1. & cons. 348. Sequitur, vtrum ista, eodem lib.* Deci. *cons. 488. In causa. & lite, nu. 19.* Ruin. *consil. 7. Primo est videndum, numer. 14. lib. 3.* Alexand. *in l. qui Romæ. § cohæredes. colum. 1. n. 4. ver. Nec obstat iste text. ff. de verbor. obligat.* & videtur tex. *in l. miles ad sororem ff. de legat. 2.* † Contrarium tenet Deci. *consil. 488. In causa. & lite, num. 18. vsque in fin.* vbi, quod non valet pactum, quod tu succedas mihi, si ego præmoriar, & è contra; quia est contra bonos mores, & prohibitum. Ruin. in eodem casu *d. consil. 7. numer. 13. lib. 3. ver. Nec fideicommissum inter dictos fratres.* Alciat. *consil. 517. & sequent.* Rui. *consil. 214. n. 16. versicul. quia per fideicommissum non erat vocatus, quod in contractibus fieri non poterat, lib. 1.* idem Deci. *cons. 497.* Paris. *cons. 1. n. 113. verb. Quatenus concernit bona, lib. 3.* & est ratio; quia fideicommissum proprie est actus vltimæ voluntatis. *l. verba contraxerunt. ff. de verb. signif.* ita Cuman. *in l. qui Romæ. § cohæredes. ff. de verbor. obligat.* vbi etiam Alex. & Socin. † Declara, quia non potest fieri vniuersale fideicõmissum inter viuos sub nomine hæreditatis; quia hæreditas pacto dari non potest; sed bene potest fieri particulare. Crauetta *d. consil. 19. quasi per tot*, maxime *n. 23. & 24. ver. descendo nunc.* Roman. *consil. 13. in fine*, vbi apostilla dat concordant. & contraria procedunt, quando pactum est de hæreditate, vel parte hæreditatis, secus si de certis bonis fiat. Guido Pap. *decis. 267.* Deci. *cons. 224. In causa.* Crauetta *dict. consil. 19. num. 7. in fine.* Natta *con. l. 474.* plenissime Cacheran. *decis. Pedemont. 100. per totam*, vbi, etiam si fit reciprocum, & cum iuramento, nõ valet. † Declara; quia fideicommissum particulare potest induci in contractu per donationem, pactum, vel alias, videlicet, quod talia bona, vel tale Castrum post mortem meam sit tuum, vel filiorũ tuorum, vel potest induci in primogenitura perpetuum fideicommissum, sed in successione vniuersali, quod detur successio, vel hæreditas, vel quota hereditatis, non valet; quia est contra bonos mores, ita Deci. *consil. 224. In causa. quæ quondam. colum. 3. in ver. in contrarium, & per totum*, vbi *num. 8. ver. vltimo non obstat*, tollit contraria, & dicit, quod non valet pactum inter duos fratres, quod filii masculi succedant, videlicet primogeniti; quia hæreditas, & successio vniuersalis non potest pacto, vel contractu dari, sed successio particularis sic, idem Deci. *consil. 235 Non parua, in fine. num. 18. & sequent. versicu. nono difficilis quæstio.* vbi apostilla in verbo, *concludo*, dat concordantes. Tiraq. *de ure primog. quæst. 6. num. 13.* & contrarium tenentes videntur loqui in particularibus bonis, & particulari fideicommisso. Alex. plene *cons. 83. Visa facti, num. 6 ver. & in proposito, lib. 2.* vbi plenissima apostilla citat concord. quia licet successio vniuersalis non possit dari, nisi ex testamento, vel ab intestato; tamen particularis successio potest dari pacto, & conuentione. & non est pactum futuræ successionis improbatum. † Declara; quia per viam donationis potest induci fideicommissum. *leg. sequens quæstio in fine ff. de legat. 2. & l. quoties Cod. de donat. quæ sub modo.* quia in aliis contractibus videtur dubitabile. † Et quod grauatus fideicommisso, cui debetur legitima, & Trebellianica, possit valide donare legitimã, & Trebellianicam alteri vocato, & eidem substituere alios fideicommissarios, & valeat donatio causa mortis cum substitutione. Castren. *cons. 409. Quia hic occurrunt. in fine. verb. sed de alia, lib. 1.* vbi, quod absenti Notarius acquirit ex stipulatu, quando verba sunt in tertiam personam concepta. † Declara; quia si fiat fideicommissum, videlicet sola prohibitio alienandi, siue sit vniuersalis, siue particularis, & valet inter viuos. Castr. *consil. 325. super secundo, in princip. lib. 1.* sed tamen prohibitio non extenditur ad vltimam voluntatem vniuersalem, quin possit etiam extraneos instituere vniuersaliter; quia alias tolleretur facultas testandi, ex quo bona sunt ipsius prohibiti; secus si essent alterius, vt ibi *numer. 4. verb. quinto loco.* † Et quando adsunt sola verba negatiua prohibentia alienationem, vel de non alienando, & non adsunt verba affirmatiua, cui applicentur bona in casu contrauentionis, censetur reseruatum ius legitimæ successionis; quia talia verba licet in vltima voluntate per modum causæ disponant; tamen est secus in contractu. Castrens. *d. consil. 325. num. 2. & seq. versic. tertio videndum, lib. 1.* † Si vero fideicommissum est particulare de certis bonis, valet, & quo ad prohibitionem alienationis, tam inter viuos, in vltima voluntate, & etiam quoad successionem; quia tunc non tollitur libera facultas testandi. Castrens. *d. cons. 325. in princip. lib. 1.* † Tamen cautela est ad impediendam translationem dominii, vt apponatur constitutum, & hypotheca bonorum specialis, vel generalis pro obseruantia fideicommissi, & prohibitionis. Alex. *consil. 59. Viso. num. 5. & sequent ver. quoad secundum. lib. 5.* † Et promittens de non alienãdo in fideicommisso inter viuos comprehenditur alienationem tam promittentis, quam hæredum, maxime quando fuit dictum, quod promittebat per se, & suos hæredes. Castr. *d. consil. 325. nu. 3. ver. quarto loco, lib. 1.* † Vide Castren. *consil. 376.*

Ne sub æquitate in principio, versicul. tertio præmitto, lib.1. vbi, quod fideicommissum vniuersale in contractu concordiæ, vel transactione non valet, puta si pater filio conueniat, quod si contingat eum decedere sine aliis filiis, ipse filius natus succedat; quia tollit facultatem testandi, sed tamen poterit talis dispositio inter viuos, 24 quamuis nulla, confirmari in testamento. †Extende; quia vniuersale fideicommissum inter viuos non potest valere, etiam si adsit 25 iuramentum. Dec. *cons.* 224. *num.* 6. † Extende; quia vniuersale fideicommissum inter viuos non valet, etiam ex causa matrimo- 26 nij factum. Dec. *d. cons.* 224. *n.* 8. *vers. non obstat.* † Extende; quia non valet vniuersale inter viuos fideicommissum, etiam si cõsuetudo esset in loco; quia cõtra bonos mores, licet quoad successionem in Ducatu, vel Regno, possit valere. Dec. *d. consil.* 224. *num.* 6. *versic.* 27 *Non obstat, quod supra.* † Restringe; quia bene valet pactum, seu conuentio, quod omnia bona mea post mortem meam sint fratrum meorum, & quod ego solum habeam in vita mea vsum fructum, quando tale pactum, & conuentio est factum sub conditione, puta quatenus concorditer diuidamus bona communia; quia conditio illa seruit pro causa, & facit valere actum, qui aliter non valeret. Alexand. *consil.* 40. *Super primo, num.* 12. *vers. super secun-* * *lib.* 4. vbi apostilla dicit * communem, *in verb. conditione*, & quod 28 omnes ita tenent. *l. à Titio. ff. de verbor. obligatio. cum ibi notatis.* † Declarat apostill. ad Alexan *d. consil.* 40 *num.* 12. *lib.* 4. *in verb. conditio-* *ne*, vt procedat *d. l. à Titio. ff. de verbor. obligatio.* in quo textu sumitur hæc conclusio, quando conditio est ex causa iusta; secus si sit condemendicata, vel impertinens, pront si Rex venerit in Ita- 29 liam, & aliud simile. † Amplia maxime in dote, & donatione propter nuptias; quia valet fideicommissum iniunctum, vt filius donationem propter nuptias, & filia dotem supra legitimam teneatur restituere filiis; quia valebit in tantum, vt licet filius moriatur superstitibus nepotibus in potestate aui, ipsi, & non auus habebunt bona donata sub fideicommisso ipsi filio; quia est speciale in dote, & donatione propter nuptias, vt filii, & nepotes filiabi acquirant, licet sint in potestate patris, vel aui; secus in aliis donationibus. Castrens. *cons.* 348. *Quia circa donationem, in princip. lib.* 1. 30 † Amplia; quia fideicommissum valet in donatione reciproca, vt per Ancharan. *consil.* 291. *Super pluribus, in princip. vers. secundum du-* * *bium.* Gabriel. *cons.* 136. *in princ. lib.* 2. vbi *nu.* 42. dicit * communem. 31 † Extende; quia etiam in donatione pura valet fideicommissum, siue sit donatio causa mortis. *l. vt heredibus. ff. de legat.* 2. siue inter vi- 32 uos. *l. quoties. C. de donat. quæ sub modo*, Cyn. *in l.* 1. *C. de donat.* † Extende; quia statim acquiritur vocatis, & descendentibus ex stipulatu, maxime, quando ad illorum fauorem adest constitutum. An- 33 char. *d. consil.* 291. *nu.* 8. *vers. postremo.* † Extende; quia imo, si ex falsa causa bona donata descendentibus cum cõstituto in diuisionem ponantur; tamen eueniente conditione dominium retrotransfertur, non obstante alienatione ex falsa causa facta. Ancharan. *d.* 34 *consil.* 291. *num.* 7. *versic. Præterea aduertendum.* † Amplia maxime in parte recipiente, & acquirente pro se, & filiis, & descendentibus; quia acquiritur illis. Bartol. & alii *in l. quod dicitur. ff. de verbor. obligat.* & non est opus alia traditione. Rui. *consil.* 25. *Dubitabilis valde, col.* 6. 35 *lib.* 1. † Et in tali cõtractu est locus iuri accrescendi: licet regula sit in contrarium, Doctores in *l. si mihi, & Titio. ff. de verbor. obligatio.* 36 † Amplia; quia valet pactum, & conuentio inter virum & vxorem medio iuramento, quod maritus succedat vxori in bonis, & mortuo marito pariter vxor succedat marito in bonis; quia non est vniuersalis successio, vt tollatur facultas testandi; & ex tali pacto reuocatur, & præmdicatur testamento facto, vt non comprehendat donata reciproce. Abbas *consil.* 18. *Videtur primo, lib.* 1. *per totum.* 37 † Declara vt per Bart. *cons.* 212. *in princ. lib.* 1. Extende; quia quando 38 † est reciprocum, valet, & maxime si pactum est iuratum. Angel. 39 Aretin. *consil.* 134. *In themate per tot.* † Amplia; quia valet fideicommissum ex laudo inter fratres, cum prohibitione alienandi; sed tamen non impeditur translatio dominij. Bart. *in l. filius familias* §. 40 *diui. ff. de legat.* 1. † Et quod ex laudo possit disponi, quod bona defuncti deficiente linea alterius ad alios reuertãtur, prout in qualibet alia dispositione. Angel. *consil.* 5. *Andreas Ioannis.* Alexand. *consil.* 59. *Viso themate, lib.* 5. quos refert, & sequitur Ruin. *cons.* 214 *Visis iis,* 41 *num.* 15. *lib.* 1. † Restringe, quando in compromisso adest hypotheca, quia prohibetur translatio dominij. Alexand. *d. cons.* 59. *num.* 6. *vers. sed ita est, quod in dicto compromisso. lib.* 5. & sequitur Ripa *in d.* §. 42 *diui. n.* 94. *vers. limita primo.* † Restringe, quando in compromisso adest præceptum guarentigiæ; nomine, & vice iuramenti; quo casu effectus iuramenti impedit translationem dominij iuxta pactum, Soc. *cons.* 90. *lib.* 4. Negusant. *de pignorib.* 1. *membro*, 2. *partu pr.* *num.* 9. & maxime, quando non sumus in simplici pacto de non alienando, sed vlterius foret conuentum, quod si venderet, dicta venditio sit ipso iure nulla, & res intelligeretur vendita frattibus, prout ex nunc in casu prædicto vendiderunt, cum clausulis solitis, secundum quas venit etiam constitutum; per quod intelligitur translatum dominium, & possessio ex nunc pro tunc, vnde alias emptor tanquam posterior excludi debet, iuxta notata in *l. quoties. C. de rei vendic.* & ita in terminis Grat. *consil.* 70. *num.* 32. *vers. Item quia. lib.* 1. & per illa verba, *ex nunc, pro tunc*, de quibus Guido Pap. *decis.* 588. † Amplia; quia fideicommissum, vt possit induci in- 43 ter viuos, non potest esse vniuersale, sed particulare, & ideo verba in donatione apposita, quod post mortem donatarii filii eius sint hæredes, operantur, vt sint domini, & vocati in bonis donatis; quia verbum, *hæres*, habet plures significatus, & si non potest proprie stare, sumitur improprie, vt seruetur mens disponentis. Castrens. *consil.* 348. *Quia circa donationem, in princ. & per tot. lib.* 1. † Am- 44 plia; quia valet fideicommissum in donatione reciproca duorum fratrum de bonis mobilibus, & immobilibus in casu decedentiæ alterius eorum sine filiis; quia non continet bona futura, neque iura, & actiones, late Iason *consil.* 5. *lib.* 3. *in primo dubio*, vbi plene. †Restringe; quia non valet donatio, vel conuentio inter virum & 45 vxorem, quod si alterum eorum præmori contingat sine filiis, alter superstes habeat iure hæreditario omnia bona mobilia, & immobilia præmorientis, ita Iason *consil.* 87. *col. fin. lib.* 1. vbi, etiam si interuenit iuramentum. † Amplia; quia valet submissio certo- 46 rum bonorum fideicommisso facta in diuisione inter fratres, videlicet, quod, si aliquis ex eis decedat sine liberis, alter superstes, vel eius liberi habeant certa bona de bonis illius: quia non defertur ex testamento, neque ab intestato, sed ex permissione inter viuos collata post mortem. Oldrad. *consil.* 139. *Ad habendam*, sequitur Salycet. *in l. fin. Cod. de pactis.* & ibi vide Iason. Extende; 47 † quia imo etiam valet conuentio in diuisione, & contractu inter viuos, quod omnia bona mobilia, & immobilia spectent ad alterum ipsorum, in casu decedentiæ sine filiis, & sic vnus succedat alteri; quia sub nomine mobilium, & immobilium non veniunt iura, & actiones; item non veniunt, nisi præsentia, pulchre Iason *consil.* 5. *lib.* 3. † Extende; quia non valet con- 48 uentio inter fratres diuidentes de non alienando, donando, vel quouis modo distrahendo, etiam per viam testamenti bona immobilia inter eos diuisa, nisi inter se ipsos, Iason *consil.* 211. *lib.* 2. tamen tenet, quod per tale pactum etiam iuratum non impediretur translatio dominij in alterum, licet teneatur alienans ad interesse, nisi esset dictum expresse; quod alias alienatio sit nulla, & res alienata præter formam prædictam ipso iure reuertatur ad ipsos diuidentes; & ita etiam Castrens. *consil.* 328. *Super secun-* *do puncto, lib.* 1. † Extende; quia imo etiam valet fideicommis- 49 sum de medietate omnium bonorum inter fratres diuidentes, quod vno, vel aliquo eorum decedente sine filiis superuiuentes habeãt dimidiam omnium bonorum; tum quia non est vniuersale omnium bonorum, licet sit vniuersale medietatis, tum quia reciprocum, & ex iusta causa, videlicet, vt bona conseruentur in agnatione, ita Iason *consil.* 173. *in secundo dubio, lib.* 4. † Restringe, quando esset dictum, quod omnia bona sine ali- 50 qua de tractione remaneant aliis fratribus superuiuentibus; tunc ex quo veniunt etiam futura, & per alias rationes fuit tentum, quod non valeret talis conuentio, vel quod posset reuocari. Iason *consil.* 60. *lib.* 3. † Amplia; quia fideicommissum potest approbari per filios post mortem patris, & valebunt pacta, & conuentiones inter filios facta. Dec. *consil.* 488. Ruin. *cons.* 7. *lib.* 3. & *consil.* 51 112. *lib.* 4. Natta *cons.* 474. *lib.* 2. † Restringe, quando testamentum patris non esset perfectum, vt quia mortuus est ante quam perfeceret; quia approbatio non potest conualidare testamentum nullum, quod est publici iuris; & idem, quod non valeat, vt pactum, vel inter viuos eo casu, quando est vniuersale de hæreditate, vel parte hæreditatis. Dec. *d. cons.* 488. *per tot.* Ruin. *in eodem casu d. cons.* 52 7. *lib.* 3. † Limita; quia non valet pactum, vel conuentio, per quod fit propria prohibitio alienandi omnia bona; quia tolleretur facultas testandi, sicuti non valeret pactum, quod omnia bona pẽ petuo essent cõmunia. Roman. *consil.* 13. *Idem videtur, n.* 2. Castrẽs. *consil.* 325. *Super secundo, in princip. & nu.* 4. *vers. quinto loco. lib.* 1. vbi, quod potest instituere extraneum, non obstante prohibitione de non alienando. † Restringe; quia bene valet pactũ, vel 53 conuentio inducens perpetuum fideicommissum, quoad aliqua bona. Roman. *d. cons.* 13. *circa fin.* vbi apostilla *in verb. determinata*, allegat Curt. Iun. *cons.* 111. *Dominus Paul. in fine, & consil. seq. Et si subtilia,* *n.* 1. Castrens. *d. cons.* 325. *in pr. lib.* 1. † Limita; quia ex laudo inter pa- 54 trem & filios etiam emancipatos super compromisso diuisionis bonorum non potest induci fideicommissum; quia cum arbitri non haberent hanc facultatem, valet laudum, quod teneantur

conseruare bona descendentibus, vt in simili Dec. *consil.* 11. *Quoniam iuridicam, col.* 3. *ver. tertio principaliter.* & quia potestas à compromisso dependet. *l. si cum dies,* §. *plenum, & l. non distinguemus.* § *de officio. ff. de arbitr.* & quia non valet tale compromissum; quia nulla lis esse poterat super diuisione bonorum; quę sunt patris *l. in re man-*
46 *data. C. mand.* † Extende; quia neque valet ratificatio talis laudi; quia licet soleat facere laudum in vim transactionis. *authent. si vero contigerit. C. de iudic.* vbi Bartol. & alii, & in *l furti.* § *qui iussu. ff. ex quibus causis infam.* & quia promissio obseruantiæ præuia stipulatione Notarii pro omnibus, quorum interest, hoc operatur. *l.* 2. *Cod. communia vtriusque iudic. cap. examinata, de confirmat. vtili, vel inutili.* Quia non procedunt prædicta, quando transactio esset pariter prohibita, quæ non cadit super lite ficta. *l.* 1. *ff. de transact. l. post rem. & l. cum ij.* §. *cum lis. ff. eodem tit.* vbi Doctores extendunt etiam ad compromissum in arbitratores; quia vbi non cadit transactio, nec compromissum fieri potest, prout super re clara, *l. si causa co-*
47 *gnita. ff. de transact.* Abbas & alii *in cap. exposita. de arbitr.* † Declara; quia posset valere fideicommissum inter patrem & filios inductum ex laudo homologato; in quo bona diuidenda mandantur conseruari filiis, & descendentibus, quando interuenisset iuramentum, vel insinuatio substineretur in vim donationis, iuxta notata in *l. Gallus.* §. *quidam recte. ff. de liber. & posthum.* quæ donatio facta filiis & descendentibus valet, dato, quod nullus pro descendentibus acceptauerit, vel stipulatus fuerit. *l. Quoties, cum ibi notat. C. de donat. quæ sub modo.* Baldus *in l.* 3. *in vltima quæstio. C. de vsucap. pro donat.* vbi, quod diuisio inter patrem & filios facta; qui stipulati sunt pro se, & descendentibus de bonis paternis, valet in
48 vim donationis. † Sed si insinuatio, vel iuramentum, quod * supplet insinuationem, secundum * communem, de qua Alexand. *consil.* 117. *lib.* 7. non interueniret, non valebit vltra quingentos aureos. *l. sancimus, & l. penultim. in fin. Cod. de donat. & l. data. Cod. eodem titul.* qui textus complectitur omnem donationem, etiam inter patrem & filios, etiam pro legitima, secundum Baldum ibi, & consuluit Aretin. *consil.* 17. *Consideratis diligentissime, col.* 5. quod est notandum in practica; quia, quando parentes volunt prouidere, quod filii non possint dilapidare bona, etiam quatenus importet legitimam, & Trebellianicam, non disponunt per viam vltimæ voluntatis, sed per contractum inter viuos diuidendo eos, vel aliter per laudum adiudicando eis, cum prohibitione, seu fideicommisso, cum non possit substineri, nisi per viam donationis, requiritur insinuatio, vt supra in eo, quod excedit sum-
49 mam scutorum 500. legalium. † Contrarium, quod ista non sit donatio, quæ indigeat insinuatione, sed est honesta dispositio iudicium supremum testatoris præueniens, secundum Oldradum *consil.* 231. *Vt id, de quo quæritur,* & est text. in *l. si filia.* §. *si pater ff. famil. herciscun. & in l. parentibus. C. de inoffic. testamen. & in l. quoties, & in l. fin. C. famil. herciscun.* per quæ iura disponitur, valere diuisionem patris inter filios, & non requiri insinuationem, etiam probatur, quia si esset donatio, non valeret inter patrem & filios in potestate; quia non cadit obligatio inter eos. *l. frater à fratre, cum ibi not.*
50 *tii. ff. de verborum obligatio.* † Declara; quia contraria procedunt in testamento, & codicillis; *d.* §. *si pater,* ibi, *non videri simpliciter donationem, sed supremi iudicii diuisionem,* & ita summat ibi Bald. & sic dicitur prælegarum, quia legatum dicitur donatio, *Instit. de legat.* §. 1. & ideo talis diuisio potest reuocari. Oldrad. *d. consil.* 231. Secus in contractu inter viuos, prout quando sunt emancipati filii. *l.* 2. *C. de inoff. donat.*

Fideicommissum quando valeat in bonis hæredis instituti, vel non. Concl. 245.

1 FIDEICOMMISSVM † potest fieri in bonis propriis filii hæredis instituti, quando filius est impubes, & decedat in pupillari ætate; quia substitutio pupillaris facta à patre est loco testamenti filii intestabilis. Vide, *Fideicommissum quæ bona comprehendat, vel non. Conclus.* 259. Vide, *Legatum factum de re legatarii. Conclus.* 64. Vide, *Legatum rei alienæ quando debeatur, vel non. Conclus.* 63. Vide,
2 *Testator quando rem alienam legare possit. Conclus.* 140. † Amplia; quia pater, vel mater possunt facere fideicommissum in bonis propriis filii, quando patet tantundem relinquat filio in proprietate, vel fructibus percipiendis ex hæreditate paterna per filium; quod intellige, si filius velit hæreditatem acceptare, alias non compelletur, sic debet intelligi gl. in *l. coheredi.* § *cum filiæ,* super verbo, *tenebuntur. ff. de vulg. & pupill. substit.* quam sequitur Cuman.
3 *consil.* 52. *Ad primum quæsitum, num.* 3. *vers. sumendæ est.* † Amplia, quia fideicommissum potest fieri in legitima filii puberis, si expresse legitima prohibetur per patrem, vel matrem, & tot bona relinquantur vltra legitimam, ex quibus posset in fructibus satis-
4 fieri. Cuman. *consil.* 25. *Ad primum videtur. num.* 4. *vers. Circa autem legitimam,* & plenius *d. cons.* 52. *Ad primum quæsitū.* † Amplia; quia potest donans apponere fideicommissum nedum in rebus, quæ donat, sed etiam in bonis prius libere eidem donatario donatis, & sic in bonis propriis donatarii, ex quo consensit donatarius, & obligatur ex pacto traditioni appositio. Castr. *cons.* 346. *Circa bona, num.* 5. *versic. tertio principaliter, lib.* 1. maxime, quando bona cum
5 onere fideicommissi vltimo donata sunt tanti valoris, quanti bona propria donatarii, quæ subiiciuntur eidem fideicommisso, & dicit non posse intrare hoc casu nouationem primæ donationis cum secunda; quia nouatio non fit de vna causa dominii ad aliam, sed de vna obligatione ad aliam. † Extende; quia imo si donans instituat hæredem donatarium sub fideicommisso vniuersali, donatarius adeundo hæreditatem cõfundit actionem ex donato cum hæreditate, & dicitur habere omnia vti hæreditaria ex fideicommisso vniuersali, per *l. fin ff. ad leg. Falcid.* Castren.
6 *d. consil.* 346. *in princip. vers. Nec obstat, & num.* 5. *vers. tertio principaliter, lib.* 1. † Limita; quia, licet possit testator grauare hæredem fidei-commisso etiam quoad bona propria hæredis; non tamen potest prohibere alienationem bonorum hæredis, quominus sit valida, & transferat dominium irreuocabiliter. *l. si quis inquilinos.* §. 1. vbi Doctores *ff. de legat.* 1. Bartol. *in l. filius famil.* §. *Diui. colum.* 2. & ibi Iason *in* 1. *lectura, num.* 45. *& in* 2. *lectura, num.* 88 *ff. de legat.* 1. Baldus *consil.* 89. D. Thomas Asinarius, *ad fin. num.* 8. *lib.* 1. † Declara; quia si ac-
7 ceptauit hæreditatem, bene tenetur hæres alienans propria bona contra prohibitionem testatoris ad pretium, vel interesse, vt dicunt * omnes in locis supra citatis. † Limita; quia in legitima *8 debita filio non potest induci grauamen, ita neque in dote vsque ad legitimam. Castr. *cons.* 394. *Substitutio, in prin. lib.* 1. † Limita; quia
9 in bonis materbis filii non potest pater substituere, quin illa habeat libera, & deducat. Castr. *d. cons.* 394. *in prin. lib.* 1. Vide, *Legatum rei alienæ quando debeatur, vel non. Concl.* 63. Vide, *Testator potest legare rem alienam, & hæredis. Concl.* 141.

Fideicommissum quando dicatur purum, vel conditionale, & in quibus differant. Concl. 246.

FIDEICOMMISSVM † dicitur purum, quando simpliciter 1
inducitur sine conditione, vel dinumeratione temporum, aut sine vlla dilatione; quo casu debetur statim, ex quo pure est rogatus restituere, *Instit de fideicommiss. hæredit.* §. 1. post Bart. *in l. si quis seruum, in fin. ff. de condit. & demonstr.* Francisc. Aretin. *in l. quidam, circa med. ff. de vulg & pupill.* Ripa *in l. Lucius, n.* 41. *eod tit.* Rubens *in l. Gallus. n.* 16 *ff. de liber. & posthum.* Alciat. ibidem *n.* 11. † Amplia; 2
quia etiam fideicommissum conditionale afficitur, & dicitur purum, quando conditio fuit purificata; & ideo fideicommissum inductum post mortem Titii sine filiis, si Titius mortuus est sine filiis, dicitur purificatum, & effectum purum. *l. cedere diem. ff. de verborum significi. l.* 1. & 4. *ff. quand. dies legat. cedat.* Paris. *consil.* 19. *in princ. lib.* 2. & clarius *consil.* 18. *num.* 19. *& cons.* 26. *num.* 7. *& cons.* 91. *num.* 4. *lib.* 2. *l. si pupilli. in fin. ff. de cond. instit. l. fin.* §. 1. *ff. de vulgar. & pupill. inl. cum testamento, in fin. C. de manumiss. testam. & consil.* 286. *& consil.* 289. *lib.* 3. Dec. *consil.* 55. *num.* 7. *& consil.* 551. *Plene & subtiliter colum.* 3. *vers. Circa secundum dubium.* Aretin. *in l. fi.* §. *cum mihi ff. de verborum oblig.* † Amplia; quia fideicommissum factum de eo, quod superet 3
hæredi, non comprehendit id, quod hæres donauit, vel legauit; quia illud non dicitur superesse, & est conditionale. Alexan. *consil.* 16. *nu.* 4. *& 5. vers. confirmo. lib.* 1. † Conditionale dicitur fidei- 4
commissum factum in euentum mortis hæredis, & ideo si fideicommissarius decedat ante hæredem, expirat fideicommissum, & hęres potest libere disponere de bonis sub fideicommisso conditionali comprehensis. Alexan. *d. consil.* 14. *Circa primum colum. penult. vers. circa secundum, lib.* 1. † Et conditionale fideicommissum 5
non potest in medium deduci, nisi doceatur purificatam esse cõditionem. *l. in illa stipulatione,* vbi Doctores, maxime Iason *num.* 9. *ff. de verborum obligatio.* & quod non possit substitutus post mortem hæredis viuente hærede aliquid prætendere. Paris. *cons.* 19. *nu.* 139. *lib.* 2. allegat text. *in l. peculium.* § *fin. ff. de legat.* 2. vbi Bart. *& in l. si cum hæres, in fi ff. quando dies legat. cedat, & in l. hæres meus, in princ. ff. de cond. & demonstrat* † Et quod fideicommissum conditionale non possit 6
peri ante purificatam conditionem, etiam si per grauatum fuerit facta alienatio; quia non resolvitur, nisi euenīente conditione, & est text. *in l. fin.* § *si autem. C. commu. de legat.* † Extende; quia si fidei- 7
commissarius moueret iudicium ante purificatam conditionem, non est audiendus; quia nullum ius competit de præsenti, & tractus futuri temporis non spectant ad iudicem. *l. Non quemadmodum. ff.*

ium. ff. de iud. Boer. decis. 354. Cagnol. in l. in omnibus. ff. de reg. iur. late
8 Pinellus in l. 1. C. de bonis mater. n. 38. † Extende; quia licet detur iu-
dicium ex nunc, possitque sequi condemnatio ante diem aduenientē die ex nunc. Bart. in l. si finita. §. eleganter. col. fi. n. 6. ff. de damno infecto, illud procedit, quando actio futura est certa; secus, quando est incerta, vt in fideicommisso sub conditione incerta. Alex. cons. 93. col. 2. lib. 1. & est ratio; quia iudicium posset esse elusorium; quia posset fideicommissarius ante grauatum decedere; ideo nō audituri. l. si prator. ff. de iud. Vide, Fideicommissum, si fine filiis decessent, quando dicatur purificatū. Concl. 254. † Et dicitur conditionale,
9 quando est sub conditione mortis alicuius sine filiis; nam aduenientē conditione purificatur fideicommissum, & debet restitui substituto sub conditione. l. Cedere diem. ff. de verbo. sign. Capra cons. 61. Punctus, col. 3. Dec. cons. 81. In causa, in prin. & cons. 299. In causa, in principio. Vide, Conditionalis quando dicatur institutio, vel alia dispositio. Conclus. 584.

Fideicommissum in filios, & nepotes, & familiam factum quo ordine censeatur factum. Concl. 247.

1 FIDEICOMMISSVM, † in quo mater, vel ascendens substituit filios suos, siue nepotes ex eis, si contingat verificari tempore, quo extat vnus filius fideicommittentis tantum, & nepotes ex aliis filiis mortuis, solus filius, donec viuat, censetur vocatus, quia quando vocātur plures per disiunctiuam, seu alternatiuam, inter quos cadit ordo charitatis, intelliguntur vocati ordine successiuo. Cuman. plene cons. 107. per totum. incip. Mulier instituit. Alexand. plene consil. 30. Viso instrumento, in princip lib. 2. Vide, Ordo successiuus quando attendatur inter vocatos copulatiue. Conclus. 199. Am-
2 plia, † quia licet in fideicommisso perpetuo in familia, vel descēdentibus facto succedatur secundum proximitatem, & gradus prærogatiuam, prout de iure, & est text. in l. fin. vers. gradatim C. de verborum signific. vbi Castrens. & alii; tamen fallit quoad existentes in diuerso gradu; quia nepos non repræsentat patrem, vt concurrat cum patruo ad successionem. Iason in l. si auia frater, num. 5 vers. Item adde. C. de succes. edict. plene Dec. consil. 1. vbi num. 7. dicit hanc
* esse magis * communem opinionem, & consil. 412. vbi num. 5. dicit
* communem, & quod secundum consilium primum suum iudicauit Rota Romana; & idem repetit consil. 408. In præsenti, in fin. Alexand. consil. 4. Ponderatis, num 10. in fine, verfic fortificantur, lib. 4.
3 † Extende maxime, quando adsunt illa verba, salua gradus prærogatiua. Decius dict. consil. 1. num. 8. & consil. 408. In præsenti, num. 12.
4 † Restringe, nisi testator vocaret in stirpes, & non in capita, vtà contrario dicit Dec. d. cons 412. Viso eleganti consilio. per tot. maxime
5 in fi. † Amplia; quia fideicommissum transit de gradu in gradum, quando vocantur sub nomine collectiuo, ita Roland. à Vall. cons. 70. num. 48. lib. 3. Crassus in §. fideicommissum. quæst. 15. in fi. vbi dicit
* * communem, & quæst. 16. num. 3. vbi dicit * communem, & magis
6 communem. † Extende; quia quando fideicommissum fit in familia, in agnatione, vel in descendētibus, ex quo ad omnes se extendit descendentes, non habet locum, quod intelligatur de natis tempore mortis, vel testamenti, sed in natis quandocunque. latissime Roland. à Vall. consil. 70. num. 18. & seq. versic. his tamen, & aliis non obstantibus, lib. 3. vbi multa congerit, & num. 47. & sequent.
7 vbi tollit contraria. † Extende; quia censetur habuisse respectum ad agnationem, quando solos descendentes masculos vocat, secundum * communem. Roland. dict. consil. 70. num. 28. & seq. lib. 3. vbi num. 31. dicit idem, quando vocantur antiquiores de domo; quia, vt inquit num. 47. ex quo parem omnibus habuit affectum, veniunt tam nati, quam nascituri. Mantica de coniectur. vltimar. voluntat. lib. 8. tit. 11. num. 7. & sequ. vers. secundum est autem, vbi, quod non veniunt masculi ex fœminis; quia non sunt agnati, & quod fere omnes Doctores Italiæ ita consuluerunt: pro quo Matheſilan. Sing. 139. Nota vnum dictum, vbi apostilla magna in fine limitat; nisi adesset dictio, quibuscunq; masculis, & dat alias declarationes. Am-
8 plia, † vt idem sit, quando per alienationem fideicommissum applicatur illis de familia; quia intelligit de proximioribus in gradu, & successiue de gradu in gradum, ita quod etiam non nati admitti debeant, & eis fit communicatio pro eo, quibus facta fuit applicatio, quando sunt in eodem gradu, ita Rol. à Vall. dict. consil.
9 70. num. 48. & sequent. lib. 3. vbi tollit contraria. † Extende; quia quando testator voluit, quod bona sua in perpetuum remanearit in familia sua, vel agnatione, vel illis de domo; tunc censentur omnes vocati de gradu in gradum. Marzar. consil. 1. num 7. & sequent.
10 † Amplia; quia quando agitur de succedendo in fideicommisso, vel inuestitura, in quibus dicitur, quod proximior succedat, intelligitur de proximiore vltimo grauato, non autem de proximiore restantis, ita Socin. Iun. consil. 126. num. 30. & sequent. lib. 1.

† Extēde, vt procedat etiam si adsint illa verba, seruata gradus prærogatiua; quia si constat, quod in vno loco testator sensit respectū grauati, & non grauantis, præsumitur idem sensisse etiam semper. Socin. d. consil. 126. per tot. lib. 1. maxime num. 30. & sequent. † Extende; quia in feudis, emphyteusi, & fideicommissis proximior respectu admissi intelligitur. Bertrand. consil. 158. num. 16. lib. 3. † Li-
13 mita, quando esset facta substitutio per verba copulatiua, vt quia filios, & nepotes ex eis substituisset. Cuman. d. cons. 107. num. 3. versic prætera in alternatiua. Bald. cons. 168. Proponitur, quod per totum. licet in fine videatur tenere contrarium, quod imo ordine successiue sint vocati, & tandem dicit articulum dubium, lib. 5. Alexan. consil. 30. Viso instrumento, num. 5. lib. 2. & plenius consil. 26. Videretur, num. 4. & sequent. lib. 3. vbi plenissime tollit contraria, maxime nu. 10. vbi loquitur in dispositione statuti, & ibi apostill. in verb. quam nepotes, dicit indubitatum. † Idem, si cessat necessitas instituendi;
14 quia quando copulati in simul instituuntur, prout filius, & liberi omnes nati, simul admittuntur, ita Decius cons. 235. Non parua. n. 1. vbi dicit * communem, & magis communem, contra Bartolum * tenentem contrarium. † Idem est quoad successionem ab intestato, videlicet respectu legitimæ, & Trebellianicæ; quia in illa
15 succedunt nepotes ex vtroque parente, excluſis patruis ex latere patris tantum. Alexand. d. consil. 30. nu. 5. vers. prætera. lib. 2. † Idem,
16 quando in contractu quis acquirit pro se, & filiis quondam fratris sui; quia quoad filios acquirentis intelligitur ordine successiuo, quoad filios fratris copulatiue, & coniunctim. Alex. cons. 26. num. 9. Pro dicto Tamarocio, lib. 3. vbi apostilla contrarium dicit. Vide, Ordo successiuus quando attendatur inter vocatos copulatiue. Concl. 199. Vide, Substitutio de proximioribus agnatis de quibus intelligatur. Concl. 839. Vide, Substitutio de pluribus facta quando ordine successiuo, vel copulatiue. Concl. 796.

Fideicommissum an odiosum, vel fauorabile. Cōcl. 248.

1 FIDEICOMMISSVM † & substitutio fideicommissaria odiosa est; ideo non præsumitur, nisi probetur. Crau. cons. 147. & cons. 180. col. 2. circa med. vers. secundo respondeo, & vide plurimos, quos citat Marz. in Epit. fideicom. part. 2. q. 1. n. 4. Dec. cons. 567. In casu, n. 6. & seq. Soc. Iun. cons 13. n. 31. lib. 3. Bero. cons. 120. n. 69. lib. 2. Alciat. cons. 96. n. 23. & 26. cum seq. † Extende; quia dicta in vna parte
2 fideicommissi non censentur repetita; quia materia est odiosa. l. cohæredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pup. late Dec. cōs. 567. In casu. n. 6. vsq; in fi. vbi loquitur in fideicommisso in ſucto descendentibus. Soc. Iun. cons. 13. nu. 31. lib 3. † Extende; quia in dubio pronunciandum
3 pro non fideicommisso; maxime quia in præiudicium descendētium dicitur res odiosa; quia continet onus, & grauamen, & prohibitio de non alienando est odiosa. §. nos autem. auth. de rest. fideic. Alex. cons. 59. col. penult. vers. Nec dicatur, num. 2. lib. 3. Iason in l. filius familias. §. Diui. in prima lectura. n. 8. ff. de legat. 1. odia autem sunt restringenda. c. odia, de regul. iur. in 6. l. Cum quidam. ff. de liber. & posthum. & propterea in dubio pro non fideicōmisso ad fauorem descendētium pronunciandum. Bar. in l. Lucius. §. in testamento. ff. de leg. 2. Bal. in l. cum virum, in vlt. colum. C. de fideicommiss. † Declara, quando ne-
4 que ex verbis, neque ex mente constat de fideicommisso. Socin. cons. 69. colum. 5. lib. 3. Bero. in cap. præsentia, vbi multa citat. de probat. num. 344. & sequent. quia etiam ex sola mente, & coniecturata voluntate inducitur. l. fideicommissum. §. hæc verba. ff. de legat. 3. † Con-
5 trarium, quod imo fideicommissum, & substitutio fideicommissaria sit fauorabilis, plurimos citat idem Marzar. in d. Epitom. fideicommiss. in 2. part. quæst. 1 num. 7. & seq. vers. sed pro parte contraria. Cur. Iun. cons. 111. num. 12. plenissime Mantica, qui clare probat de coniectur. vlt. volunt. lib. 7. tit 1. num. 14. & seq. vbi tollit omnia contraria, & rursus lib. 8. tit. 18. n. 36. & seq. vbi allegat decem fundamenta, q̄ odiosum sit, alia decem; quod fauorabile, & tandem, quod fauorabile sit; quia attenditur voluntas testatoris, non onus hæredis, concludit. † Declara; quia fideicommissum fauore agnationis in-
6 ductum dicitur fauorabile. Gozad. cons. 89. n. 12. Marza. de fideicom. part. 2. qu. 1. num. 8. & hanc partem tanquam indubitatam tuetur Marz. d. epit. fideicom. in 2. part. q. 1. n. 8. ver. nō omitto tamē pro cōcordia, cum seq. ideo in dubio pro fideicommisso pronunciandum, & hāc esse communem * dicit Cur. Iun. cons. 111. nu. 12. quem refert, & se-
* quitur Ceph. cons. 137. n. 40. istos, & alios citat Crass. §. fideicommissum. q. 2. Mār. de cōiect. vlt. vol. lib. 7. tit. 1. n. 44. & seq. vbi plurimos citat, & hāc distinctionē admittit Crau. cōs. 161. n. 9. & cons. 180. in fi. late Rim. Iun. cons. 23 n. 74. & seq. vbi citat alios. † Idē in prohibitio-
7 ne alienationis, quæ de sui natura est odiosa; tamen fauore agnationis efficitur fauorabilis. Cap. dec. 108. n. 15. Mant. de cōiect. vlt. vol. lib. 7.

8 *lib.7.titul.1.n.44.* † Idem in statuto correctorio iuris communis, quod est odiosum, & tamen si fauore agnationis efficitur fauorabile. Marza.*d.q.1.n.8.& seq.* & quod eo ipso, quod excludit fœminas, non sit fauore agnationis. Dec.*cons.*372.*Visis, & diligenter n.*4.
*9 vbi de * communi. † Idem in substitutionibus, in quibus fit latissima interpretatio secundum Boer.*dec.*38.*n.*14. † Et in dubio pro
10 fideicommisso pronunciandum, & fideicommissum extare, vt bona conseruentur in agnatione. Decian.*cons.*1.*nu.*317.*lib.*1.*cum*
11 *multis num.seqq.* vbi maxime, si extat consuetudo. † Contra declarationem, quod etiam fauore agnationis sit odiosum. Zunta in quodam suo*cons.pro vxore.nu.*799. prout refert Crass.*in* §.*fideicommissum q.*2.*in fi.* †Extende declarationem in tantum, vt in dubio pro fideicommisso fauore agnationis sit iudicādum. Mantic.
13 *de coniect.vlt.volunt.lib.*7.*tit.*1.*num.*41.*&* 44. vbi plura. † Declarat Natt.*cons.*602.*n.*16. quem sequitur Riminald.Iun.*cons.*23.*n.*75. vt sit odiosum, quando restitutio ponitur grauatis, fauorabile, quando ponitur pro honoratis, quibus restitutio fieri debet, & ita etiam Simon de Præt.*de coniect.vlt.volunt.lib.*3.*interpret.*3.*dub.*1.
☞ *solut.*3.*num.*7.*& seq.* Vide Mascard.*concluſ.*774.*Fideicommissum an præsumatur*, vbi, quod odiosum est, nisi fauore agnationis sit factum, & consequenter iudicandum pro eo fauore agnationis, alias secus in dubio.

Fideicommissum ex quibus verbis inducatur. Concluſ. 249.

1 FIDEICOMMISSVM † inducitur ex verbis testatoris, videl. *instituo hæredes meos per fideicommissum Titium & Mœuium*; quia verbà important necessario, quod sint hæredes instituti, & per fideicommissum inuicem substituti. Soc.Iun.*cons.*180.*Vt præsens in pr.ver.his non obstantib lib.*2.vbi*n.*6.*&* 7. allegat text.*in l.cum in testamento.* §.*hæc verba ff de hær.inst.* vbi, quod illa verba, *Publius.Marcus, Caius substituti hæredes sunto*, important, quod sint hæredes directi, & postea per fideicommissum substituti, plenissime Sim.de Præt.*de coniect.vlt.volunt.lib.*3.*dub.*5.*solut.*8.*per tot fol.*279. vbi citat infinitos, quos videas. † Et quod fideicōmissum ex coniecturis, & præsumptionibus inducatur, extendatur, substineatur, & etiam tollatur, plenissime Mantic.*de coniect.vlt.volun.lib.*8.*tit.*1.*per tot.* maxime *num.*25.*& seq.* vbi ponit plures casus, & iterum *lib.*10.*titul.*1.*in princip.* vbi, quod nihil est antiquius, quam vt voluntas testatoris spectetur, & ex coniecturis colligatur, allegat Curt.Sen.*consil.*75.
3 *num.*3. Dec.*cons*23.*num.*2. † Extende; quia fideicommissum quibuscunque verbis, siue Græcis, siue vulgari sermone, & idiomate, in quacunque lingua fieri potest, & valet. Alexand. *cons.*100.*n.*7.*lib.*4. Mantic.*de coniectur.vlt.volunt.lib.*8.*tit.*1.*in princ.*
4 † Extende; quia in prohibitione Falcidię, & Trebellianicæ inducitur fideicommissum; quia positi in conditione etiam censentur
* vocati, & grauati. Decian.*cons.*103.*num.*27.*lib.*2. vbi dicit * magis
5 communem. † Extende, etiam si verba sint enunciatiua propter se, vel si sint rogatiua, & aliis modis, de quib⁹ Mant.*lib.*8.*tit.*1 *per*
6 *tot.* vbi, quæ verba etiam non sufficiant. † Et si testator in substitutione addat verbum, *per fideicommissum*, erit omnino fideicōmis-
* saria secundum * communem. Paris.*cons.*11.*nu.*31.*lib.*3. idem, si in
7 institutione. Socin.*cons.*180.*n.*3.*& seq.lib.*2. † Extende; quia si testator post prohibitionem alienationis extra familiā dixit, quod volebat esse bona subiecta fideicommisso, non potest dubitari, quin ad sit fideicommissum. Paris.*cons.*82.*num.*13.*lib.*2. Franciscus Becc.*cons.*24.*in princ.* Menoch.*de præsumpt.lib.*4.*præsump.*68.*in prin.* vbi citat plurimos, vbi ponit 15. coniecturas, ex quibus fideicommissum inducitur. Socinus Iun.*cons.*180.*num.*3.*& seq lib.*2. Paris.
* *cons.*30.*num.*9.*lib.*2. vbi dicit * communem, clare Deci.*cons.*95.*Et pro tenui, col.*3.*in fin. vers.sed in casu.* latissime Sim.de Præt. qui citat
8 infinitos *de coniect.vlt.vol.lib.*3.*dub.*6.*solut.*8.*fol.*279. † Extende, vt procedat etiam in fideicommisso prorogato, & alieno; quia si testator dixit, quod volebat bona sua esse subiecta fideicommisso patris, vel alterius; quia erunt subiecta eodem modo per proro-
9 gationem. Dec.*cons.*362.*Pantlus.de quo, & cons.*497. †Idem, si testator dixit, quod volebat bona esse subiecta restitutioni, vel subiecta fideicommisso; quia inducitur necessario fideicommissum, etiam si sint verba adiecta reciprocæ substitutioni. Franc.Aretin.
10 *cons.*37.*Sequendo.num.*9.*colum penult.ver.quid enim aliud.* †Extende; quia per tolam confessionem, quod bona sua sunt fideicommisso supposita in descendentes, probatur fideicommissum. Vide,
☞ *Fideicommissum quando probetur ex confessione partium, vel alias. Conclu.*
11 233. † Extende, quando fit substitutio vocatorum descendentium in stirpes; quia inducitur fideicōmissum. Paris.*cons.*92.*n.*58.
12 *lib.*2. † Extende etiam, quā̄do testator dixit per dictiones vniuersales distributiuas; *cuicunque decedenti sine filiis*; quia inducitur fideicommissum. Becc.*cons.*24.*n.*2. †Extende, quando in substitu- 13
tione adsunt verba denotantia tractum successiuum, prout dictio, *semper, perpetuo, infinitum*, & similes. Vide, *Substitutio vulgaris* ☞
*quando dicatur, & quando fideicommissaria. Concluſ.*803.*nu.*77.*& seq.* 14
† Extende, quando fit substitutio de personis sub nomine collectiuo, prout si liberi, vel descendentes vocantur cum dictione importante tractum successiuum, prout *perpetuo*. Dec.*consil.*204. *In causa istorum.nu.*3.*iuncto vers.præterea.num.*7. †Extende, quando 15
inculcate substituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommissum; quia semper dicitur substitutus explicite in singulo ex dictis casibus. Dec.*consil.*95.*Et pro tenui.col.*3.*in fin.ver.sed in casu isto.* † Ex- 16
tende; quia inducitur necessario fideicommissum ex antecedenti, & consequenti necessario. Menoch.*de præsumpt.lib.*4.*præsumpt.* 17
68.*n.*6. † Et verba; *quia volo*, important fideicommissum, l.2.*impr.* *C.commun.de lega.l.verbum volo.C.de fideicommiss.* & est * communis *
opinio, quod licet prohibitio alienationis, vt bona conseruentur in familia, nō inducat absolutum fideicommissum, bene inducit, quando adsunt verba; *quia volo, quod bona conseruentur in familia.* Curt.Iun.*cons.*161.*n.*9. vbi de * communi. Decian.*cons.*1.*n.*272.*lib.* *
1.*Instit.de sing.reb.* §.*fin.* vbi idem in verbis, *pero, ruego, volo, mando, fideitua committo.* Bart.*cons.*13.*Ex facto.nu.*8.*lib.*1. † Declara; quia si ver- 18
bo obliquo adiicitur, inducit fideicommissum, si verbo directo, erit substitutio directa. Decian.*consil.*26.*num.*25.*lib.*2. † Et idem, 19
quando est præteriti perfecti, puta, *voluit, mandauit*, &c. Goz.*cons.* 52.*nu.*5.*ver.sexto quoties perueniat*, sunt verba denotantia fideicommissum. Decian.*d.cons.*1.*n.*272.*lib.*1. vbi dicit, *deueniat*, quod Bart. & Ias.& * omnes *in l.centurio.ff.de vulg & pupill.substit.* ita tenent, & *
Ceph.*cons.*478.*nu.*33. & de verbo, *deueniat*, Paris.*cons.*92.*num.*45. *lib.*2. † *Sit, & vadat hæreditas mea*, important fideicommissum. Paris.*cons.*92.*nu.*36.*& 44.lib.*2. † *Vadat, Transeat*, cum dictione, *semper*, 21
important fideicommissum. Paris.*cons.*93 *num.*16.*& seq.lib.*2. vbi, quod sunt communia, per quæ etiam fideicommissum inducitur, & *n.*20. citat *conc.& cons.*90.*n.*25.*eod.lib.*2. & sequitur Ceph.*d.* *cons.*478.*n.*32. vbi de verbo, *transeat*. † *Perueniat, deueniat, deuolua-* 22
tur, important fideicommissum. Bart.*in l.centurio.col pen.n.*47.*ff.de vulg.& pupill.* Paris.*d.cons.*93.*n.*18 *lib.*2. & rursus *cons.*90.*nu.*24.*eod.* vbi, quod verbum, *peruenias*, important fideicommissum, & dicit
* communem. † *Remaneant*, importat fideicommissum, maxi- *23
me adiectum descendentibus; quia importat fideicommissum in omnes descēdentes. Decia.*cons.*33.*n.*98.*lib.*1.*cum seq.* vbi *n.*100. dicit multo magis, quādo sunt geminata, plene Ceph.*d.cons.*478. *n.*34. vbi citat concord. vbi *n.*36. quod in descendentes non possunt bona remanere, nisi per fideicommissum, & *nu.*46.& 48.& Decian.*cons.*3.*n.*63.*lib.*1.*&n.*67. & Paris.*cons.*37.*n.*21.*in fin.&n.*22. *lib.*2. † *Transeat*, importat fideicommissum. Ceph.*d.cons.*478.*nu.* 24
36.*&* 37.*vers.sext.* vbi, quod non possunt bona transire de vno in alium, nisi per fideicommissum. † *Restituat*, est mere obliquum; 25
ideo semper fideicommissum importat. Decia.*d.cons.*1.*n.*154.*lib.*1. *Instit.de fideicommiss hared.* §.*sed quia.num seq.* † *Succedat*, est verbum 26
commune, & importat fideicommissum, quando adest conditio, *si sine filiis*, vel aliæ coniecturæ. Batt.*cons.*13.*n.*7.*& seq.lib.*1, vbi dicit * communem.

Fideicommissum, si hæres grauatus non disposuerit, quid importet. Concl. 250.

1 FIDEICOMMISSVM † iniunctum hæredi, vt teneatur restituere, si non alienauerit, euanescit, si hæres alienauit. Vide, *Disponere,* ☞
*& ordinare quid importet. Concl.*482. †Extende, vt procedat, etiamsi 2
non alienauit in vita hæres grauatus, sed in morte instituēdo hæredes; quia quando alienatio est in dispositione permissiua, comprehendit etiam institutionem hæredis, & vltimam voluntatem. Ruin.*cons.*115.*Dubium.lib.*2.*in pr.* Vide plenius *in ver. Alienatio per-* 3
*missa quando verificetur in institutione hæredis. Concl.*260. † Restringe, quando data est licentia alienandi inter illos de familia, qui vocantur ad fideicommissum; quia licet possit hæres grauatus in vita, & in testamento alienare magis vni ex vocatis, quam alteri, & dicatur alienatio inter vocatos, & quoad vocatos; non tamen est alienatio inter grauatum, & vocatos; quia ille, in quem fit alienatio, dicitur habere à primo testatore, non autem à grauato, qui inter vocatos poterat alienare; quia cum non possit, nisi inter vocatos, qui sunt creditores grauati, habere, dicuntur vt creditores, ex quo in alios non potest alienare, ita plene Rui.*d.cons.*115.*per tot.n.* 4
6.*ver.sed præmissa.lib.*2. vbi tollit contraria. † Amplia, vt procedat etiam, quando hæres est grauatus restituere, quicquid superet; 5
quia potest alienare in vita, & in testamento. Bald.*in auth. contra cum rogatus.C ad Trebell.* Ruin.*d.cons.*115.*n.*3.*lib.*2. † Limita, quando alie-

do alienatio permissa esse in vita, vel inter viuos, vel qualificate; quia tunc non extenditur extra qualitatem, vt tũc habeat locum in vltima voluntate. Ruin. *d. consil.* 115. *n.* 3. *lib.* 2. Vide, *ver. Disponere, & ordinare quid importet. Conclus.* 482. vbi, an applicetur ad contractus, & vltimas voluntates, vel non. Vide, *Alienatio permissa quando verificetur in institutione hæredis. Concl.* 260.

Fideicommissum in filios, & descendentes quos cõprehendat Concl. 251.

1 FIDEICOMMISSVM † factum in filios, & descendentes masculos comprehendit omnes descendentes masculos in infinitum. Vide, *Substitutio vulgaris quando dicatur, & quando fideicommissaria. Concl.* 803. *nu.* 77 *& multis seqq.* † Extende, vt procedat, etiam si fiat in fratrem, vel agnatum, & illius filios, & descendentes masculos; quia comprehendit omnes descendentes tam natos, quam nascituros tempore, & post mortem testatoris quandocũque. Ia. *cons.* 108. *lib.* 4. Ruin. *cons.* 22. *nu.* 14. *lib.* 2. † Declara tamen; quia fideicommissum in filios, & nepotes ex filiis regulari debet, prout successio, videlicet, si extat filius, & nepotes plures ex alio filio, filius habebit dimidiã, alii in stirpes, non in capita cum patruo succedent. Castr. *cons.* 77. *Visa facti narratione nu.* 6. *ver. ad septimum. lib.* 2. † Declara; quia quoad descendentes disponentis veniunt omnes in infinitum; si vero sunt descendentes transuersalium veniunt vsque ad decimum gradum. Vide Concl. prox. seq. *n.* 3 *mult. seq.* Vide Soc. *reg.* 6. *Pater licet alienationem.* vbi ponit pro regula, quod alienatione prohibita inter filios non se extendit in eos; secus si fiat inter liberos, & hæredes; quia ad omnes se extendit. Vide, *Fideicommissum factum primo hæredi non se extendit ad secundum. Concl.* 253.

Fideicommissum quando perpetuum, & familiæ sit factum, & quando secus. Concl. 252.

1 FIDEICOMMISSVM † relictum duobus antiquioribus de familia non expresso eorum nomine censetur factum familiæ, nõ personis; ideo est perpetuum, & non efficitur caducum, etiam si duo primi seniores repudiarent; quia transit ad sequentes seniores, maxime, quãdo adsunt verba coniecturarũ, puta; quia voluit tales seniores perpetuo obligari ad certam eleemosynam. Pet. de Anch. *cons.* 27. *Non seruato ordine, vsque per tot. vers. post quam igitur,* vbi est cesus, & sequitur Decian. *cons.* 41. *n.* 62. *lib.* 1. vbi de *communi, prout refert Craff. § fideicommissum. q.* 16 *n.* 7. Mant. *de coniect. vlt. vol.* 2 *lib.* 8. *tit.* 12 *n.* 34. vbi citat plurimos. † Et quando quis post institutionem filiorum, & descendẽtium vocauit proximiorem suæ parentelæ, & vlterius non processit, an intelligatur de primo proximiori tantum, an ordine successiuo de proximiore ad proximiorem? † Dicas, quod si vocatur proximior, & adest expressa prohibitio alienandi cum causa; quia voluit perpetuo remanere bona in familia; tunc intelligitur de proximiore etiam vltra decimum gradum, & nedum de primo, sed ordine successiuo in infinitũ. 4 † Amplia; quia fideicõmissum factum in casu mortis hæredis in superstites, quando duo erant dati hæredes, & est prohibita alienatio perpetuo extra familiam, comprehendit descendentes instituto rum, ex mente Cuma. *cons.* 13. *Titius instituit, per tot.* Amplia; 5 † quia prohibitio alienationis extra familiam operatur, quod extraneis non potest fieri alienatio; quia censentur vocati illi de familia. Io. de Ana. *cons.* 47. *Illud proponitur. in pr.* † Extende, vt procedat etiam facta intimatione illis de progenie, vt emant; quia vult vendere; quia licet non velint emere; tamen non potest in extra- 7 neos alienare. Ioh. de Im. *cons.* 47. *in pr.* † Amplia; quia quando vocantur ad fideicommissum sub nomine collectiuo; tunc transit de gradu in gradum ordine successiuo. Rol. à Vall. *cons.* 70. *nu.* 48. *lib.* 3. Vide, *Substitutio vulgaris quando dicatur, & quando fideicommissaria. Conclus.* 803. *n.* 77. *cum multis seqq.* † Limita; quia fideicõmissum factum familiæ non excedit quartum gradum. *auth. de restit. fideic. § nos igitur,* & ibi gl. † Limita; quia fideicommissum non excedit quartum gradum de iure cõmuni, nisi sit dictũ, quod sit perpetuum, vel in omnes descendentes. Craff. *in § fideicommissum. q.* 19. vbi de *communi. Couar. variar. resolut. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 4. *ver. secundũ quod.* Dec. *cons.* 481. *In casu. col. pen. n.* 9. vbi, quod quãdo adsunt verba vniuersalia, quod perpetuo excedit gradus, & est perpetuum, & ibi apost. in *ver. vniuersalia,* dat concord. *& consil.* 516. *n.* 16. Alex. *cons.* 56. *Consideratis. n.* 2. *ver. videtur quod lib.* 1. vbi apostill. *in ver. vltra,* 10 & iterum *consil.* 59. *n.* 4. *lib.* 3. † Extende; quia non extenditur vltra decimum gradum de iure Ciuili, nisi constet de mente testatoris contraria. Craff. *d. q.* 19. *col. fi.* Couar. *var. resolut. lib.* 3. *cap.* 5. *ver. quinto hinc,* & est ratio in transuersalibus; quia successio non habet locũ de iure Ciuili, nisi vsq; ad decimum gradum. Dec. *cons.* 320. *In causa, col.* 2. *n.* 2. vbi loquitur in proximiore, plurimos citat Mantic. *de coniect. vltim. volun. lib.* 8. *tit.* 12. *nu.* 37. *& seq.* vbi dicit *communem, * & loquitur in descendentes de familia extraneorum, vsq; ad decimum gradum. † Contrarium, quod non restringatur fideicom. 11 missum ad decimum gradum, consuluerunt Curt. Iun. & Alex. contra Dec. vt refert Marzar. *in epit. fideicommiss. q.* 14. † Imo totum 12 contrarium, quod siue agatur de prohibitione alienationis, vt quia testator prohibuit alienari bona; quia vult perpetuo conseruari in familia sua, siue in descendentes suos, quod non extendatur vltra quartum gradum, est text. in *auth. de restit. fideicommiss. ad fin. in § nos igitur.* plene Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 21. & *seq. vers. porro. vsque in fi.* vbi plura pro vtraque parte, & quod paria sunt, dicere in familia, vel in descendentes, etiam si adsit dictio, *perpetuo*; quia non egreditur quartum gradum. † Declarat idem 13 Manti. *d. lib.* 8. *tit.* 2. *n.* 21. *vers. hoc amplius,* vt si fideicommissum oritur ex prohibitione alienationis; quia voluit bona perpetuo in familia, vel descendentes conseruari, possit restringi ad quartum gradum inclusiue; si vero aliunde fideicommissum est directum, & constat de mente aliter, quam ex prohibitione; tunc vsque ad decimum gradum; imo *eod. lib. tit.* 12. *in fin.* dicit, quod etiam vltra decimum gradum isto vltimo casu, si constat de mente, prout in primogenitura perpetua, & similibus. † Differentia, quæ dicitur 14 de quarto gradu & de decimo gradu, colligitur ex Decian. *cons.* 1. *n.* 339. *lib.* 1. quia prohibitio alienationis simpliciter facta non excedit quartum gradum, fideicommissum non excedit decimum gradum; quia ita regulatur etiam successio agnatorum vsque ad decimum gradum, & plenius Mant. *de coniect. vlt. volunt. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 37. vbi latissime hoc explicat. † Declara; quia licet requiratur 15 secundũ aliquos mens expressa, nec sufficiat tacita; tamen quod sufficiat etiam tacita, puta ex causa, vel alias, Couarr. *vbi supra. per tot. cap.* 5. vbi idem, si ratione primogenituræ, vel causa conseruationis in agnatione, vel descendentiæ masculinæ. † Et dicitur cõ- 16 stare de mente, si testator voluit, quod bona perpetuo maneant in familia, ita, quod non possint alienari, & prohibuit Trebellianicam, & legitimã ad tempus, vel sunt similes clausulæ prægnantes. Craff. *d. §. fideicommissum. quæst.* 19. *num.* 2. *in fin.* allegat Dec. *cons.* 442. & dicit *communem. † Restringe in Regibus, & Illustribus * 17 personis; quia non fit restrictio ad gradus, sed in infinitum, sed Mant. *d. lib.* 8. *tit.* 12. *n.* 37. dicit procedere in feudalibus successionibus. † Idem, si voluit perpetuo manere in successores & descẽ- 18 dentes, vel in familia; quia tunc excedit quartum, & vndecimum gradum. Couar. *variar. resol. lib.* 3. *cap.* 5. *nu.* 4. *vers. secundum quod.* Parisi. late *cons.* 88. *nu.* 22. *& seq. lib.* 2. † Idem est, quando fideicommissum esset in posteros, vel in descendentes, vel in agnatione, vel illos de cippo; quia in infinitum transit, donec extant. *auth. de hared. ab intestat. §.* 1. *l. fi. C. de suis & legit.* Alexan. *cons.* 56. *n.* 1. *ver. & ita est de mente. lib.* 1. Curt. *cons.* 42. *n.* 9. *ver. secundo confirmatur.* quia licet in legato puro non veniant, nisi nati, vel concepti tempore mortis testatoris; secus est in fideicommisso conditionali. Alex. *cons.* 26. *Videretur fortasse, in fin. num.* 14. *lib.* 3. sequitur Dec. *cons.* 364. *num.* 1. Decian. *consil.* 1. *num.* 339. *lib.* 1. † Contrarium tenet apostill. ad Alexan. 20 *d. consil.* 56. *num.* 2. *lib.* 1. *in ver. vltra.* vbi, quod non excedit quartum gradum, licet sit dictum, *in descendentes.* † Declara tamen; quia li- 21 cet descendentium appellatione veniant descendentes in infinitum, illud est in descendentibus disponentis; si vero sumus in descendentibus transuersalium, extenduntur vsq; ad decimum gradum tantum. Curt. Sen. *cons.* 42. *nu.* 22. † Declarat idem Alex. 22 quod licet prohibitio alienationis perpetuo facta non excedat quartum gradum; tamen secus est, si constat de mẽte, vt quia subiunxit, quod vult in descendẽtes suos perpetuo conseruari. Alex. *d. cons.* 56. *n.* 2. *lib.* 1. *& cons.* 59. *n.* 4. *lib.* 3. Vide, *Gradus quot attendantur ad successionem. Concl.* 45.

Fideicommissum factum primo hæredi non transit ad secundum. Concl. 253.

FIDEICOMMISSVM † factum, si aliquis hæredum meorũ sine 1 filiis, aut nepotibus, aut deinceps descendẽtib⁹ masculis mori contigerit, eius portio deuoluatur ad cohæredes, expirat, si primus hæres decesserit cum filiis, vel nepotibus masculis, licet postea filii, vel nepotes omnes decesserint; quia intelligitur iniunctũ primis hæredibus, non autem aliis, nisi hoc dixerit, Oldrad. *cons.* 21. *per totum, Thema tale est.* vbi, quod non se extendit ad hæredem hæredis, nisi sit dictum, licet soleat dici hæredẽ hæredis esse etiã hæredem testatoris. † Declara hoc *cons. Oldr.* 21. vbi late per Crau. 2

3 *conf.*884.*num.*3.*&seq.*Gabr.*conf.*117.*n.*9.†Amplia;quia fideicommissum factũ, in quo vocantur filii à patre,non extenditur ad nepotes ex filio; nisi contrarium probetur ex coniecturis. Bald.*conf.* 186.*Punctus,seu casus lib.*4.Vide,*Filiorum appellatione an veniant nepotes in materia statuti.Concl.* 373. Vide tamen,*Fideicommissum nõ habet*
4 *locum,nisi prout verba sonant.Concl.*261. † Amplia,vt idem sit,quando duo essent instituti,&esset dictum,*& aliquis eorum decesserit sine filiis,*vel si esset dictum,*& si aliquis ex dictis haeredibus instituris decesserit*;quia non extenditur ad hæredem primi hæredis,sed intelligitur solum de primo hærede.Bald.*conf.*304.*Nobilis vir,in fin.vers.se-*
5 *cundo quæritur.lib.*5.†Amplia;quia fideicommissum non inducitur vnquam de persona ad personam, vel de casu ad casum.Abb.*cõs.* 57.*col.pen.lib.*1.Crau.*conf.*98.*n.*13.Rol.à Vall.*conf.*56.*n.*24.*li.*3.Dec. *conf.*377.*n.*3.*& conf.*287.*n.*9.*&* 218 *n.*9.Crau.*conf.*67.*n.*6.late Cephal.*conf.*107.*n.*19.*&*20.Ial.*conf.*228.*col.*2.*vers.vnde si vellemus.lib.*2. Riminald.*conf.*224.*n.*52.*&* 59.*lib.*2.Bero.*conf.*84.*nu.*51.*lib.*2.Natt. *conf.*470.Abb.*conf.*40.*lib.*1.Ruin.*conf.*143.*nu.*6.*lib.*2.Dec.*conf.*211.
6 *num.*5.*&*218.*n.*9 *&*287.*n.*11.† Extende,etiam si eadem concurrat ratio. Dec.*conf.*211.*n.*5.*& conf.*218.*n.*9.*& conf.*377.*n.*2.*& conf.*367. *n.*13.Crau.*conf.*67.*n.*6.Ang.*conf.*88.*Visis,& inspectis.*Anch.*conf.*136.
7 *Principaliter ponderandum.*Crot.*conf.*313.*n.*10.*& seq.lib.*3.†Extende, etiam si testator interrogatus ita verisimiliter respondisset. Iason *conf.*228.*col.*2.*vers.item etiam.lib.*2.Dec.*d.conf.*218.*nu.*9.Rol.à Vall.
8 *conf.*56.*n.*24.*lib.*3.† Extende;quia pater instituendo filios,& nepotes ex filiis præmortuis, & illos substituendo, si contingat decedere post testatorem vnum ex filiis, qui reliquit plures filios ex diuersis vxoribus,qui omnes moriantur, excepto vno,ille nepos succedet fratribus, non autem superstites filii primi testatoris; quia substitutio est facta filiis,& nepotibus,quorum parentes nõ fuerunt hæredes instituti à primo testatore,non illis nepotibus fit substitutio,quorum parentes fuerunt hæredes, & ipsi postea illis successerunt.Cuman.pulchre *consil.*119.*Testator instituit,per totum.*
9 †Extende etiam ex verisimili mente testantis;quia non fit extensio.Abb.*conf.*74.*n.*2.Dec.*d.conf.*377.Crauett.*conf.*98.*num.*13.& est
* communis *opinio. Guid.Pap.*conf.*22.*nu.*6.Curt.Sen.*conf.*51.*ver.*
10 *maxime.*† Maxime procedit extensio, quando non agitur de trahendo verbum ad sensum, quem comprehendere potest. Curt.
11 Iun.*conf.*113.*col.*4.†Extende maxime,quod nunquam fit extẽsio, quando fideicommissum inducitur per dictionem,*tunc.* Anchar. *conf.*356.*col.*3.*ver.tertio.*Rom.*conf.*131.*&* 138. vbi Mandos. in addit Dec.*conf.*63.*col.*2.*& conf.*287.*num.*21. Gozad.*conf.*4.*n.*2.*& consil.*11. *num.*34.late Rol.à Vall.*conf.*56.*n.*20.*lib.*3.Crau.*consil.*98.*n.*6.Bald. *consil.*57.*col.*2.*lib.*2.Socin.*consil.*5.*num.*2.*ad fi.lib.*3.Anan.*conf.*66.*col.* 3.Menoch.*conf.*151.*n.*41.Ial.*consil.*66.*lib.*3.*&conf.*228.Alba.*conf.*51. *n.*20.Ceph.*conf.*259.*n.*29.Socin.*consil.*116.Roland.*consil.*43.*nu.*17.
12 *lib.*4.†Contrarium,quod dictio,*tunc*,nõ restringat fideicommissum.Gozad.*conf.*64.*in fi.*Lancell. Galiau.*in repet.l.Gallus.*§.*& quid si tantum.ff.de lib.& posthum.*Patil.*conf.*50.*n.*52.*lib.*3.Alciat.*conf.*550. *num.*4.*vers.præterea.*Bero.*conf.*90.*n.*16.*li.*2.Marz.*in conf.*6.*char.*58. Cassad.*decis.*1.*de testam.*Crau.*cons.*904.*n.*10.latissime Decian.*conf.*
13 1.*n.*248.*cum seq.lib.*1.†Declara procedere primam conclusionem, quando adsunt verba,*tunc,& eo casu.*Goz.*conf.*4.*n.*25.*& conf.*71.*n.* 5.Alciat.*conf*492.*nu.*16.& infinitos cumulat Rol.à Vall.*d.conf.*56.
14 *n.*20.*&seq.lib.*3.†Declarã procedere,quando adest dictio negatiua.*prout,& non aliter*,aut dictio taxatiua,*tantum.*Io.Dilect.*in tract.*
15 *de arte testandi.tit.de substit.caut.*5.*n.*6.†Declarã;quia dictio,*tunc,& eo casu*,restringit,si vnus tãtum casus exprimitur,,alias secus. Dec.
16 *conf.*226.*in fi.*†Idem de dictione,*eo casu*,Rom.*conf.*131.*in pr.*Socin.
17 *conf.*259.*col.*3.*ver.confirmantur predicta.lib.*2.† Magis, quando sunt vnita verba,*tunc,&eo casu.*Anch.*d.conf.*356.*n.*5.Rol.à Vall.*conf.*70. *n.*14.*lib.*5.Bero.*conf.*99.*n.*9.*&* 148.*n.*28.*lib.*2.*& conf.*49 *n.*12.Goz. *d.conf.* 4.*n.*25.*& conf.*71.*n.*5.Alciat.*d.conf.*492.*n.*16.late Rol.à Vall.
18 *conf.*56.*n.*20.*cum seq.lib.*3.†Amplia;quia neque admittitur extensio ex maioritate rationis, neque ex eo, quod interrogatus ita re-
19 spondisset. Vide, *Fideicommissum non habet locum, nisi prout verba sonant.Concl.*261.†Amplia;quia regula est,quod si testator instituat filiũ, & ipsi decedenti sine filiis substituat, quod euanescit substitutio,si cum filiis decedat; quia non transit ad filios filiorum, nisi sit dictum; ideo si decedat filius institutus cum filio, licet nepos decedat ipse sine filiis,fideicommissum non habet locum.Corn. *conf.*146.*In hac consultatione,in pr.lib.*2.vbi tenet postea contrarium,
20 quando extant coniecturæ,vt ibi per eum.†Et quid si testator instituat filios,& descendentes masculos,& omnibus masculis deficientibus vocat filias fœminas vltimi decedentis, quid si tempore mortis non habet filias fœminas, sed nepotes ex filia præmortua, an deficiat fideicommissum,vel non,plene Guido Pap.
21 *dec.*353.† Amplia,quia si testator fecit testamentum,in quo instituit Titium, & Seium hæredes pro medietate quemlibet eorum, postea facit aliud testamentum secundum reuocatorium,in quo Seium hæredem vniuersalem instituit, quem grauauit de restituendo post mortem suam omnia bona testatoris pauperibus, postea fecit codicillos, per quos primum testamentum cõfirmauit.Castr.*cons*137.*Primum testamentum,lib.*1.dicit,quod Seius habebit medietatem ex fideicommisso, prout in primo testamẽto, quia per codicillos nõ datur hæreditas directo, item, quod onus iniunctum Seio de distribuendo pauperibus non est translatum in Titium ratione suæ medietatis,quia vt onus dicatur translatũ, oportet, quod sit ab eadem persona, & in eadẽ persona. Limita, † nisi constet de mente contraria, quia fideicommissum factum 22
primo hæredi,si decesserit sine filiis, quandoq; extenditur,si decedat cum filiis,& filii moriantur,propter mentẽ testantis,quando apparet, quod voluit bona conseruari in familia, vel quid simile.Cum.*conf.*25.*Franciscus instituit,in pr.* vbi late Corn.latissime *consil.*146.*In hac consultatione,per tot.lib.*2.vbi idem,quando extant
coniecturæ mentis. Fulgos.*conf.*91.*Antonius Gradus.*† Extende,vt 23
procedat, quando testator instituit filios masculos, & si decesserint sine filiis masculis, vocauit, seu substituit alios excludendo fœminas filias; quia isto casu, si filius relinquat filios plures masculos, in portione vnius ex istis nepotib⁹, qui relinquit filias fœminas, succedent alii masculi descendentes testatoris ex mente Corn.*d.conf.*146.*per tot.*vbi est casus,*lib.*2.& multa exempla addu. cit, & quod ita consuluit Collegium Florentinum,& multi alij; quia si extat masculus descẽdens, sicuti excluſit testator proprias filias, propter descendentes masculos; multo magis neptes fœminas excluſit. Fulgos.*consil.*18.*Salumucia fecit testamentum.*Vide, *Mens, & ratio attendenda plus,quam verba. Conclus.*199.Vide,*Repetitio præcedentium verborum. Concl.* 187.† Extende; quia si testator insti- 24
tuit A. eius filium mortuum, quem credebat viuere,& B. filiam sibi hæredes, & si filia nubat, reliquit libras 500. pro dote, & si moriantur,vel defecerint sine filiis,legauit quædam bona fratribus testatoris,contigit, quod B. filia nupsit, & moritur relicta filia.quæ etiam moritur infans,legatum debetur fratribus ex mente,saltem pro parte filii, ita Fulg.*d.consil.*91.*Antonius Gradus.per tot.* vbi, quod licet quoad portionem masculi prædefuncti testatori sit caducatum testamentum;tamen debetur; quia caducatio bene inducit legatũ non scriptum; sed secus est in institutionib. Vide,*Fideicõmissum in filios,& descendentes quos comprehendat.Concl.*251. Vide,*Hæres hæredis quando repræsentet testatorem,ita vt onus primi hæredis transeat in secundum.Conclus.*65.Vide,*Substitutio facta in vnum casum quando extendatur ad alium.Concl.*843.

Fideicommissum, *si sine filiis decesserit*, quando dicatur purificatum. Concl.254.

FIDEICOMMISSVM † iniunctum hæredi *si sine filiis decesserit,* 1
dicitur purificatum, si decedat sine filiis tẽpore mortis, licet habuerit filios ante mortem,qui decesserũt. † Et quod post mor. 2
tem grauati decedentis sine filiis sit factus locus fideicõmisso,est tex.in *l.si.*§.*sin autem sub condit.C.comm.de legat.*Ruin.*conf.*7.*n.*5.*in fi. lib.*2.† Amplia,vt procedat,etiam si filius extet,sed sit professus in 3
religione fratrum Minorum de obseruantia,qui nõ sunt capaces bonorum.Alex.*cõs.*13.*lib.*3.vbi late;quia tunc Monasterium non habetur loco filii. † Amplia; quia fideicõmissum factum,*si Titius* 4
decesserit sine filiis, dicitur purificatũ eo ipso, quod probatur, quod Titius grauatus decesserit; quia non tenetur probare, quod sine filiis decesserit. Alex.*conf.*179. *Visis in fi.n.*10.*vers.requisitus.lib.*7.Vide plene Mascard.*concl.*801.*quem decessisse sine liberis.* † Extende; quia 5
sufficit, quod succedere volens probet se fratrem defuncti, vel consanguineum in tali gradu,& qui vult dicere adesse proximiorem,probet. Alex. *d.cõs.*179.*n.*10.*lib.*7.hanc partem tuetur,apostillando ad Alex.*conf.*124.*Viso processu,in prin ver.probare,lib.*7.quæ dat plures conc.& citat Tiraq.*de retr.lign.*§.11.*gl.*1.*n.*6.† Cõtrarium tenet 6
Alex.*conf.*117.*Viso processu,in princ.lib.*4.vbi tenet,quod imo debet probare,quod decesserit sine filiis,imo *d.cõs.*124.*Viso processu,in pr. lib.*7.dicit,quod debet probare se proximiorem,& idem tenet etiam Dec.*conf.*322.*per tot.* † Limita; quia fideicommissum non dici- 7
tur purificatum factum, si sine filiis decesserit, quando reliquit grauatus vnicum filium; quia satis est, quod non decesserit sine filiis,etiam si mortuo grauato filius mortuus sit. Alexand.*consil.*133. *Stantibus iis,in princip.lib.*7.vbi apostill.in *ver. decessisse*,dat concordã. † Limita; quia nõ dicitur purificatum, si fideicommissum est sub 8
pluribus conditionibus, puta, *si filius meus decesserit sine filiis, & filii ex filio meo sine filiis decesserint* ; quia sufficit, quod nepotes habuerint filios, vt deficiat fideicommissum,ita apostill. ad Alexand. *d.*
cons.

consil.133.in princ. desciisse, lib.7. vbi pro hoc allegat Calcan. *cons.20. col.1.* & potest esse ratio; quia quando vtraq; conditio non potest verificari, vt in casu isto, sufficit altera conditio nō impleta. Alex. *cons.88.in princ.lib.7.* & idem etiam tenet Alex. *d.cons.133.n.6.& 7.* 9 *ver.vel etiam potest subsistinendo.lib.7.* † Extende, vt idem sit, quando fuit dictum, *si decesserit sine filiis, & sine testamento*, vel dictum fuit *sine filiis, vel sine testamento*; quia tunc ad fauorem descendentium fiunt copulatiue, vt excludatur substitutus; quia debet vtraque conditio verificari. Alex. *cons.88. Omissis tribus, in princ.lib.7.* Vide, *Substitutio facta*, si sine filiis, *quando dicatur purificata, vel non. Conclus.* 847. Vide, *Fideicommissum non habet locum, nisi prout verba sonant. Concl.261.* Vide, *Fideicommissum quando, &c. Concl.246.*

Fideicommissum iniunctum filio post mortem intelligitur, *si sine filiis decesserit.* Concl.255.

1 FILIVS † institutus, & grauatus restituere ex fideicommisso alteri post mortē suam, intelligitur, *si sine filiis decesserit*, & ideo si filias habeat, nō tenetur restituere, *l.cum acutissimi, C.de fideicommiss.* Bald.*cons.386.col.2.lib.3.* † Et non dicitur decedere sine filiis, qui habet vnum filium professum. Anch. *cons.396. In vnum casum.* † Amplia, vt procedat etiam in vxore instituta hærede, & grauata restituere post mortem extraneo; quia intelligitur, *si decesserit sine filiis communibus vxoris, & testatoris.* Bald. *d.cons.386. Factum tale est, n.4.in secundo puncto, lib.3.* † Amplia in fideicommisso iniuncto in donatione causa mortis, quod donatarius alteri restituat; quia intelligitur, *si sine filiis decesserit.* gloss. magna *in l.1.in vers. actio. C.de donat. causa mortis*, pro qua facit text. *in l.generaliter. §. cum autem, in fin. C. de institut. & substitut.* † Et quid si in donatione sit fideicommissum, si donatarius decesserit sine filiis, donata vadant ad Hospitale, an filius legitimatus excludat pium locum substitutum. *Ital.consil.39.lib.3.* Vide Socin. *reg.4. Grauatus de restituendo*, vbi ponit 6 regulam cum fallentia in extraneo. † Limita, vt non procedat, quando extraneus esset institutus, & rogatus de restituendo post mortem; quia etiam si habuerit filios, tenetur restituere; quia affectio filiorum in extraneo non procedit. Bald. *d.cons.386.n.3.li.3.* 7 † Limita in fideicommisso rei particularis; quia prohibitus alienare certam domum, nisi tali, & tali, non potest illam relinquere filio naturali, sed bene filio legitimato per subsequens matrimonium. Bald. *cons.141. Punctus talis est per tot.* vbi in fine, quod conditio *si sine filiis*, nō subintelligitur in fideicommisso particulari, sed 8 bene in vniuersali, *lib.5.* † Limita, quādo in dispositione plurium de vno tantum dicitur, *si decesserit sine filiis*; quia tunc de aliis non intelligitur. Simon de Præt. *de interpr. vlt. volunt. lib.4. fol.448.n.36.* Vide Conclus. prox. sequent. Vide, *Substitutio facta decedenti quando intelligatur*, si sine filiis. *Concl.844. cum duabus conclusionibus prox. sequentibus.*

Fideicommissum non habet locum, si grauatus decedat cum filiis, & quando. Concl.256.

1 FIDEICOMMISSVM † iniunctum alicui cohæredi instituto intelligitur, *si filios non relinquat grauatus.* Vide, *Substitutio facta decedenti quando intelligatur*, si sine filiis decesserit. *Concl.844.* † Declara, vt procedat in descendentibus testatoris; secus in extraneo, vel trāsuersali, Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.11. tit.3.n.13.* vbi late. Amplia, vt † procedat multo magis, quando fuit expresse dictum, Bald. *cons.304. Nobilis vir, in fi. lib.5.* vbi, quod ista conditio non extenditur, nisi ad primum hæredem, quando fuit dictum, *quod si dicti hæredes instituti decesserint, alter succedat.* † Limita in spurio incapace; quia si instituatur hæres cum onere fideicommissi, etiam in casu, quod decedat sine filiis, si est omnino incapax, & relinquat filios, adhuc hæredes ab intestato restituent fideicommissum, quod an deficiat propter filios incapaces, videtur Bald. inclinare, quod non, *consil.399. Casus talis est, n.2. ver. quoad secundum, lib.2.* Vide Conclus. prox. præced.

Fideicommissum factum in certas personas sub diuersis formis quandiu duret, & qualiter intelligatur. Concl.257.

1 FIDEICOMMISSVM † factū hoc modo, quod hæres habens legitimam personā possit solummodo testari, & relinquere bona propinquioribus suis ex linea, seu prole patris sui, intelligitur de linea descendentium à patre. Bald. *cons.331. In quæst. quæ vertitur, per tot.* maxime *n.6.7.& 8 lib.3.* quod est Barthol. Salyceti, & duplicatur inter consilia Ancharani *consil.95.* vbi, quod intelligitur de magis proximis. † Et quod ex talibus verbis censeatur hæres prohibitus testari in extraneos, concludit Pet. de Anch. *cons.95. in quæstione, quæ vertitur, in pr.* quod est Barth. Salyceti. † Secundo modo potest intelligi ex linea patris subiectiua, videl. sub qua linea pater subiicitur, & iste sensus videtur magis placere; quia habet secum vsum communem, ita Anch. *d.cons.95.n.7. versic. aliius sensus*, vbi, quod incipit à patre eius, cuius linea nominatur, & licet adsint aliæ lineæ, puta fratres patris, & sorores, ac etiam descendentes ex eis; tamen non sunt de linea patris, ex quo necesse est, quod ex auo descendatur in patrem. † Declara tamen; quia potest etiam intelligi de propinquioribus ex linea & prole patris passiue, non actiue, vt sufficiat, quod sint ascendentes, vel transuersales patris ex eadem linea, & agnatione. Bald. *d.cons.331. nu.7.8. & seq. lib.3.* tamen proprius sensus est, vt intelligatur de descēdentibus. † Et comprehendūtur appellatione propinquorum tam masculi, quam fœminæ. Ancha. *d.cons.95.n.5. ver. tertio circa hoc*, vbi, quod 5 procedit in materia indifferenti. † Declara tamen; quia descendentes ex fœminis dicuntur cognati, descendentes ex masculis 6 dicuntur agnati; ideo quando dixit ex linea patris hæredis, intellexit de agnatis, & ex linea directa in patrem. Anch. *d.cons.95.n.9. & seq.* † Intelligitur tale fideicommissum durare, donec durant descendentes ex linea patris; ideo finita linea, licet adsit soror pa- 7 tris, cuius linea designatur, licet sit de agnatione; tamen finitur fideicommissum, quia ipsa nón cōtinetur. Bald. *d.cons.331.n.10. vsq. in fi. lib.3.* quod est Bartholomæi de Salyceto. † Declara, vt maxi- 8 me procedat, quando hæres grauatus instituit auum maternum, qui est proximior, quam sit amita, quæ non includebatur in fideicommisso. Barth. de Salyc. *in add. ad d.cons. Baldi 331. lib.3.* quia cum sit successurus ab intestato, multo magis ex testamento, vt Petrus Anchar. *consil.95. in fin.* † Amplia; quia fideicommissum factum; 9 quia testator prohibuit filios hæredes institutos posse alienare; quia testator voluit eius bona in filios hæredes suos, & posteros liberos, & eiusdē hæredes descendentes in perpetuum deuenire, censetur factum in descendentes masculos tantum; ideo si quis ex ipsis relinquat filias fœminas, & masculos, soli masculi succedunt. Bald. *cons.85. Præmissis verbis, circa fin. lib.5.* † Extēde; quia imo 10 etiam si extarent solæ fœminæ descendentes ex aliquo filio, succederent alii filii testatoris, si superuiuant, vel ex eis masculi descendentes. Bald. *d.cons.85. in fi. lib.5.* † Extendē; quia si substitutio 11 esset facta de agnatis masculis, ipsi succederent exclusis etiam filiabus fœminis. Bald. *d.cons.85. in fi. lib.5.* † Amplia; quia fideicom- 12 missum factum inter filios, quod vnus alteri decedenti sine filiis succedat, & omnibus decedētibus sine filiis, successio fiat secundum iuris dispositionem, si vltimus testatus sit, an venientes ab intestato præferantur. Anch. *cons.377. In omnibus autem*, dicit, quod valet testamentum; quia illa est successio secundum iuris dispositionem, & idem repetit *consil.342. In Christi nomine, amen.* † Amplia; quia fideicommissum filiis iniunctum, *si decesserint sine filiis ab intestato*, requirit vtrumque, quod sine filiis, & ab intestato decedant. Alex. *cons.59.n.7.& 8.lib.3.* ideo potest testari. † Idem, si al- 14 ternatiue sit dictum, *si decesserit sine filiis, vel ab intestato*; quia vtrumque requiritur; quia alternatiua fauore filiorum capitur pro coniuncta. Socin. *cons.150.n.24. ver. nono confirmatur, lib.1.* † Restringe, 15 nisi constaret de mente testatoris; quia tunc non requiritur vtraque conditio. Vide, *Substitutio pluribus facta non habet locum vno tantum moriente, sed requirit concursum omnium, & quando secus. Concl.836.* † Amplia; quia fideicommissum factum hoc modo; quia testator 16 prohibuit, quod hæredes sui non possint vendere, vel alienare de bonis suis, & hæreditate sua, saluo in casu pditionis membri, vel periculi mortis, & hoc facit, vt bona, & hæreditas sua semper remaneant apud hæredes, & filios, & hæredes ipsorum masculos tantū, & eorum successores, & posteros semper de domo sua masculos tantum, & si decesserit hæres filius institutus sine hæredib. masculis ex se descendentibus, quod dicta bona, & hæreditas deueniant in alios hæredes suos masculos, aut proximiores suos de domo sua masculos tantum, censetur perpetuum etiam in transuersales finita linea descendentium. Anch. *consil.152. Plura sunt, in prin. & n.15.* vbi, quod mouetur à causa. † Amplia; quia fideicom- 17 missum factum filio, *si decesserit sine hærede legitimo*, intelligitur de filio legitimo. Signor. *cons.124. in prin.* vbi, quod est fideicommissaria substitutio. † Extende idem, quando est dictum, *si decesserint sine hærede.* Signor. *d.cons.124.n.2.* † Amplia; quia fideicommissum 18 19 factum in eo, quod superesset hæredi, non comprehendit bona, quæ hæres donauit, vel legauit. Alex. *cons.14. Circa primum, n.4.& 5.lib.1.* † Extende, quia fideicommissum factum filio, *si in vita sua de bonis fideicommissis non disposuerit*, non habet locum, si disposuit in 20 vita; quia potest disponere. Anch. *cons.365. In themate proposito, n.9.*

21 Declara †tamen; quia tenetur quartam partem hæreditatis reser-
uare in vtroq; casu. Vide infra: *Fideicommissum non potest alienari, &*
22 *quando secus. Concl. 283. nu. 98. & seq.* † Vide Alex. *cons. 4. Ponderatis, per tot. lib. 4.* qui late tuetur, quod inspicienda est dispositio, & si vocantur maiores ex certo stipite, semper maiores natu sunt intelligendi, & ad filios non transmittitur; quia alias nunquam maiores succederent, & attenditur potius sensus, vt verba naturaliter intelligantur, quam per fictionem, & repræsentationem, & idem sentit apostill. *in ver. transmitteret*, quæ dicit secus in primo-
23 genitura. †Et quid, si vnicus maior natu vocatur, & adsint plures nati vnico tempore. Alexand. *d. cons. 4. n. 9.* vbi apostill. in *ver solus, lib. 4.* dicit, quod forte dirimitur, si alias non potest constare, quis sit maior.

Fideicommissum comprehendit bona post onus legata, & quæ, & quando. Concl. 258.

1 GRAVATVS † onere fideicommissi non restituit alia bona, quę ad eũ peruenerunt ex substitutione facta aliis post onus fideicommissi. Pet. de Anch *cõs. 27. Non seruato ordine, n. 3. ver. quar-*
* *tum dubium*, vbi dicit * cõmunem. Bald. *cons. 93. Videtur quod filius,*
2 *li. 4. & cons. 484. Punctus quæstionis, n. 4. ver. & tunc incidit, li. 3.* † Contrarium videtur velle Bald. *cons. 316. Super præmisso, ver. alij dicunt. lib.*
3 *5.* vbi, quod opinio Bart. circa hoc non probatur bene. † Amplia multo magis, vt procedat, quando apparet de mente testatoris, puta, quia iniunxit fideicommissum vniuersale saluis legatis, vel saluis infra dicendis; quia legata, & infra dicenda, quæ excipiuntur, nunquam comprehenduntur. Pet. de Ancha. *d. cons. 27. n. 5. &*
4 *6. ver. accedit.* † Amplia; quia neque comprehendit bona, quæ hæres grauat⁹ habuit ex substitutione pupillari facta à testatore post fideicommissum, & onus; secus si ante. Bal. *cons. 474. Punctus quæstionis, n. 4. lib. 3. & cons. 93. Videtur, quod filius, lib. 4.* Vide Conclusionem prox. præced. Vide, *Fideicommissum quæ bona comprehendat, & quæ non, sed deduci debeant. Conclus. 259.* Vide, *Fideicommissum in bonis immobilibus quæ comprehendat, vel non. Concl. 243.*

Fideicommissum quæ bona comprehendat, vel non. Concl. 259.

1 FIDEICOMMISSVM † comprehendit bona, quæ hæres grauatus restituere capit ex pupillari substitutione; ideo si inter plures filios pater substituit pupillariter, & omnibus decedentibus per fideicommissum, venit in restitutione fideicõmissi, quicquid habuit vltimus decedens, etiam ex pupillari substitutione prædefunctorum; deductis tamen legitima & Trebellianica omnium, quæ debentur hæredibus ab intestato. Bald. *cons. 41. Flora*
* *& Nesutia, lib. 2.* vbi recitatis opinionibus dicit hanc * opinionem communem, sequitur Pet. de Anch. *cons. 27. Non seruato ordine, nu.*
2 *4. ver. ad aliud verbum.* † Vide Bart. *in l. ita tamen, § qui suspectam, ff. ad*
3 *Trebell.* † Extende; quia quicquid capit grauatus fideicommisso vniuersali ex reciproca substitutione, excepta legitima, & Trebellianica, debet restitui ab vltimo grauato. Castr. *consil. 77. Viso facti narratione, col. 3. ver. quantum vero, sub n. 4. lib. 2.* vbi, quod quic-
4 quid percipit iudicio testatoris, restituit. † Et quod legitima, & Trebellianica substitutorum inuicem ex fideicommisso sit deducenda per hæredes ab intestato, & qualiter inter plures sit diuidenda. Bald. *cons. 94. Punctus quæstionis, lib. 2.* & aliud consilium super diuisione plurium substitutorum, Bald. *cons. 99. Factum tale est, lib. 2. & consil. 356. In nomine Domini lib. 2. & consil. 297. Factum sic proponitur, & cons. 300. Tam legitimam, lib. 4. & cons. 487. Punctus est,*
5 *lib. 3.* vbi, quid si extant ex diuersis parentibus fratres. † Declara; quia bona, quæ quis capit ex pupillari, venire in fideicõmissum, procedit, quando primo est facta substitutio, postea fideicommissum, alias secus. Bald. *consil. 93. Videtur quod filius, lib. 4. & consil.*
6 *474. Punctus quæstionis, nu. 4. ver. & tunc incidit, lib. 3.* Vide, *Fideicommissum comprehendit bona post onus legata. Concl. prox. preced.* † Item declara, vt procedat quoad bona, quæ erant testatoris; secus quoad bona pupilli, quæ non erant testatoris; quia in fideicommissum non veniunt. Bald. *d. consil. 93. in fine. lib. 4.* & ita videtur velle
7 idem Bald. *consil. 316. Super præmisso, in princ. lib. 5.* † Quæ bona veniant in restitutione, & quæ non, vide Sim. de Præt. *tract. de interp. vlt. voluntat. lib. 3. solut. 1. fol. 344.* Mantic. *in eod. tract. lib. 7. tit. 8. per tot.*
8 † Amplia; quia fideicommissum capit etiam bona prælegata hæ-
* redi grauato, secundum * communem, de qua Alex. *cons. 25. Circa primum, n. 8. ver. quantum autem ad secundum, lib. 1.* Curt. Iun. *consil.*
13. Castr. *cons. 177. Viso supradicto puncto, & cons. 399. lib. 1.* Dec. *consil.*
* 643. Paril. *cons. 79. lib. 2.* & est * communis opinio, nisi contrarium
9 constet ex coniecturis. Soc. Iun. *cons. 89. lib. 1.* † Et de materia vide late Ias. *cons. 175.* quod est vltimum, *lib. 4.* & in omnibus casibus, in quibus prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi; tamen debent in Trebellianicam imputari, *l. in quartam.* vbi Bart. & alii *ff. ad leg. Falcid.* Alex. ibi *nu. 11. vers. nec obstat, quod in fideicommisso.*
† Extende; quia comprehendit etiam illud, quod obuenit hære- 10
di grauato à testatore per fideicommissum, vel substitutionem.
Alex. *d. cons. 25. n. 8. lib. 1.* † Extende; quia etiam veniunt capta à co- 11
hærede per grauatum. Alex. *d. cons. 25. n. 8. lib. 1. ver. & secundum eum.*
† Extende, vt etiam fideicommissum capiat legata simplicia fa- 12
cta hæredi; item facta ei, qui decessit viuo testatore, cui hæres erat substitutus, & illa habuit vel ex iure accrescendi, vel ex substitutione; quia veniunt in fideicommissum, maxime ad fauorem piæ causæ. Ant. de Butr. *cons. 68. Quoad ducentas.* † Extende, etiam si in- 13
stitutio dicat, *in omnibus autem aliis bonis instituit Titium, & post eius mortem substituit Caium*, quia adhuc prælegata facta Titio hæredi ante institutionem venient in substitutione, licet institutio sit de aliis, & non comprehendat prælegata. Alex. *d. cons. 25. num 8. vers. quantum autem*, vbi est casus, *lib. 1.* & proprie Ant. de But. *d. cons. 68.*
per tot. & sequitur etiam Dec. *cons. 204. col. 2.* † Extende imo, vt pro- 14
cedat, etiam si substitutio videatur respicere personam hæredis, veluti, si dixit testator, *instituo Titiũ. & eidem substituo Caium.* Alex.
d. cons. 25 n. 8. ver. & maxime Salycetus, li. 1. † Restringe; quando con- 15
stat de coniecturata mente testatoris; quia tunc prælegata non veniunt in restitutione fideicommissi, ita DD. tres Rotæ Florentinæ in motiuis die 3. Nouembr. 1562. Et idem in prælegatis pro
exonerationc cõscientiæ. Vide, *Prælegata veniunt in restitutione fidei-* 16
commissi, & quando secus. Conclus. 513. † Restringe; quia in fideicommisso non veniunt bona, quæ hæres aliunde acquisiuisset, quam ex testamento, etiam si à testatore acquisiuisset. Alex *cons. 20. Pon-*
deratis, n. 9. & seq. ver. istis sic præmissis, lib. 3. allegat *l. sequęs quæstio. cum*
ibi notat. ff. de leg. 2. † Restringe; quia filia instituta, & grauata restituere omnia per fideicommissum, quæ habuit à patre instituente, & grauante, non restituit dotem habitam, *l. à filia, in princ. ff. ad*
Trebell. Alex. *cons. 20 n. 10. vers. & comprobantur, lib. 3.* † Declara to- 18
tam istam materiam; quia non tenetur hæres grauatus restituere habita à testatore extra testamentum, vel dotem, quatenus non excedat legitimam, etiam si in specie testator mandaret talia bona restitui, nisi in duobus casibus, videlicet, quando Trebellianica, quæ remanet hæredi, ad tantundem ascendat, vel quando habita à testatore fuerunt titulo donationis meræ. Alex. *d. cons. 20. n.*
9. & seq. per tot. lib. 3. maxime, quando non approbauit hæres fideicommissum, & institutionem. † An plia; quia fideicommissum 19
capit bona feudalia, & emphyteutica hereditaria transitoria ad extraneos; quia sicut possunt alienari, ita etiam fideicommisso dari. Alex. *in l. si patronus, nu. 13. ver. sed tenendo, quod supra dixi. ff. ad Trebellian.* qui dicit hoc esse verum, quando est pro se, & hæredibus quibuscunque. Clarus *in § feudum, q. 85.* qui dicit * communem, * vbi declarat esse verum, quando est hæreditarium simpliciter; secus, si secundum quid, vel mixtum. † Extende; quia imo feudum 20
hæreditarium secundum quid venit in restitutione fideicommissi, quando est factũ inter capaces, & vocatos; secus, si inter extraneos, ita Alexand. *cons. 19. num. 9. & seq. lib. 5.* vbi secus dicit, quando feudum esset pro filiis ex prouidentia. Castrens. *cons. 406. Super*
primo, in fine, lib. 2. † Contrarium tenet Alex. *consil. 91. Ponderatis, nu.* 21
10. ver. quoad secundum, vsque in fin. lib. 1. vbi, quod solum feudum hæreditarium absolute cadit sub fideicommisso. † Declara; 22
quia si is, qui habet fideicommissum, & debet habere feudum ex prouidentia, adierit simpliciter, sibi præiudicat in feudo vel emphyteusi, secundum Ioan. Andr. quem refert Alex. *d. cons. 91. n. 10.*
ver. non obstant allegata, lib. 1. quod declarat verum Alex. ibi, *n. 10. in*
fine. vers. vnde si quo casu, vt procedat, quando testator expresse dis- 23
posuit de emphyteusi, & hæres adiuit simpliciter. † Extendeet
iam in emphyteusi priuati, licet non sit pro hæredibus quibuscunque; quia ex quo est transitoria ad hæredes extraneos, potest comprehendi sub fideicommisso. Alex. *in d. l. si patroni, nu. 14. ff. ad*
Trebell. † Extende, etiam si non sit transitoria, quando sumus in 24
primo acquirente, alias secus. Marzar. *in epit. fideicom. in 2. part. in §.*
& 9. quæst. vbi supponit, & *in 10. q.* vbi præcise hoc tenet in primo acquirente. Iul. Clar. *in § emphyteusis, quæst. 16.* † Extende etiam in 25
melioramentis; quia siue emphyteusis in transitoria, siue non, & siue simus in primo acquirente, siue non, videtur, quod ex quo finita emphyteusi per generationem transeunt ad omnes hæredes, quod valeat fideicommissum in eis in casu finitæ lineæ vocatorũ, ita coram me in causa Bonon. pro Trusiis contra Grimaldos, 26
facit Clar. *in d. § emphyteusis, q. 15.* † Restringe in emphyteusi Eccle-
siæ, vel priuati, acquisitæ ex prouidentia maiorum, quia nõ cadit 27
sub fideicommisso. Bart. *cons. 1. Proponitur, n. 3. lib. 2.* † Amplia; quia
fideicom-

fideicommissum vniuersale comprehendit credita, & pecunias repertas in hæreditate tempore mortis testatoris. Fulgos. *consil.* 41.
28 *Casu talis in fin. ver. ad sextum.* † Extende in tantum, vt teneatur fideicommissarius de suo, si culpa ipsius sunt effecta credita inexigibilia. Fulg. *d. cons.* 41. *in fi. ver. ad sextum.* † Amplia; quia fideicommissum vniuersale comprehendit bona redempta per hæredem, quæ erant alienata per testatorem cum pacto redimendi, & si pecunia nō erat hæreditaria, repetit hæres pretium solutum de suo. Dec. *cons.* 238. *n.* 5. Grat. *cons.* 160. *n.* 51. *lib.* 2. Tiraq. *de retract. conuen. in fi. n.* 86. quos refert, & sequitur Mant. *de coniect. vlt. vol. lib.* 7. *tit.* 8. *n.* 20. Sim. de Præt. *in eod. tract. lib.* 3. *solut.* 1. *nu.* 10 *fol.* 346. allegat Dec. *cons.* 88. *col.* 2. Marzar. *in epit. fideicom. q* 6. Alciat. *cons.* 155. *Placet sententia, lib.* 9. *nu.* 4. † Extende in casu conuerso; quia bona vendita ex
29 pacto francandi facto à testatore, licet sint libera à fideicommisso, tamen pretium receptum secus; secūdum quod ex mente cognoscitur. Soc. Iun. *cons.* 120. *lib.* 1. Mantic. vbi supr. *n.* 22. † Et idem, si pro legitima datum sit prædium pro certa æstimatione; quia si quid supereſt de pretio pretii, fideicommissum est ad pretium remanens, non ad prædium, stante datione in solutum. Castr. *cons.*
30 77. *n.* 5. *ver. circa sextum. lib.* 2. † Amplia; quia comprehendit acquisitas per alluuionem. Decia. *cons.* 52. *n.* 41. *& seq. lib.* 1. † Amplia; quia comprehendit accepta bona in solutum à debitore hæreditatis fideicommissariæ. Alex. *consil.* 49. *lib.* 3. Castr. *cons.* 326. *Super primo, in quibus semper intelligunt in fideicommisso vniuersali.* Rui. *cons.*
31 *crimin. pen.* & alios citat vltra istos Sim. de Præt. *de coniect. vlt. volunt. in fi. lib.* 3. *n.* 11. *fol.* 346. † Vide tamen eundem Castr. *cons. prædicto* 326. *in fin. lib.* 2. vbi, quod quando hæres accepit à debitore hæreditario in solutum bona; quia est quædam emptio, fingitur recepisse pecuniam hæreditariam à debitore, & ex ea emisse, quo casu euenes ex pecunia hæreditaria non acquirit hæreditati; ideo non est hæreditaria res recepta in solutum, sed intelligas, quando recepit vt hæres, procedit ampliatio, secus si nomine proprio acce-
32 pisset datione m in solutum. † Amplia; quia si pater instituat tres filios, & eos inuicem substituat per fideicommissum, *si decesserint sine filiis*, si vnus decedat sine filiis, cui alii succedunt, postea decedat alius, restitui debet etiam illa portio primi acquisita ex fideicommisso. Bart. *in l. pater.* §. *quindecim, ff. de legat.* 3. *& in l. Marcellus*, §. *quidam, & in l. Scaeuola, ff. ad Trebell.* Castr. *cons.* 77. *col.* 3. *ver. quantum*
33 *vero, sub n.* 4. *lib.* 2. † Amplia; quia si hæres grauatus alienauit bona aliqua fideicommisso subiecta, & ex pretio alia cōparauit, comparata sunt subrogata in locum fideicommissi. Ias. *consil.* 231. *in pr. lib.* 2. Alciat. *cons.* 66. *n.* 19. *in fin. & sequent. lib.* 9. Mantic. *de coniectur. vltim. volunt. lib.* 7. *tit.* 8. *num.* 21. Decian. *cons.* 52. *num.* 39. *& seq. lib.* 1. Alexand. plene *cons.* 124. *Super primo, num.* 10. *& 11. lib.* 4. vbi loquitur non in fideicommisso; sed in vniuersalibus; quia pretium succedit loco rei, & è conuerso. † Extende maxime in bonis alienatis, quæ tempore erant peritura. Mantic. vbi supr. *n.* 22. † Extende in bonis permutatis in bonis liberis, quia libera permutata debent restitui fideicommissario. Decian. *consil.* 52. *nu.* 28. *& seq. lib.* 1. Mantic. *d. loco, n.* 23. allegat Decian. plura argumenta, & in terminis Alexand. *consil.* 49. *num.* 4. *lib.* 3. Socin. *cons.* 36. *num.* 1. *lib.* 3. Corn. *cons.* 150. *in fin. lib.* 3. Ias. *cons.* 43. *in fin. lib.* 3. plenius *cons.* 231. *lib.* 2. vbi, quod assumunt eandem naturam. Cravet. *cons.* 295. *n.* 4. vbi, quod finguntur ab initio relicta in fideicommisso. Mandel. *cons.* 97. *nu.*
39 51. & Decian. *d. cons.* 52. *num.* 41. *lib.* 1. † Declarat Alex. *d. consil.* 124. *num.* 11. *ver. & per prædicta, lib.* 4. quia licet non essent in hæreditate tempore mortis defuncti; ideo non sunt proprie hæreditaria, tamen sunt ex hæreditate sine dubio. † Limita; quia id, quod capit
40 substitutus ex pupillari, non venit in restitutione fideicommissi, quando fideicommissum non est de toto, sed de tanto. Bald. *cons.*
41 79. *Casus talis est, Zeno, n.* 5. *ver. super eo autem, lib.* 1. † Extende; quia imo secundum aliquos fideicommissum nullo modo comprehendit bona, quæ hæres grauatus habuit ex substitutione pupillari, vel ex substitutione exemplari facta mente capto. Alex. *cons.*
42 25. *Circa primum. n.* 8. *in fin. ver. nec etiam prædictis obstat, lib.* 1. † Limita; quia si testator fecit legatum liberum in casu, in quo hæres grauatus decedat sine liberis, istud legatum debet deduci ex fideicommisso vniuersali. Castr. *d. cons.* 77. *n.* 4. *versic. circa quintum, lib.* 2.
43 † Limita; quia non capit legitimam, neq; Trebellianicam, quando non est prohibita. Bald. *cons.* 300. *Tam legitima. in princ. lib.* 4. *& cons.* 367. *circa fin. lib.* 4. Bald. *d. cons.* 316. *lib.* 5. *circa fin.* Castr. *d. cons.* 77. *Visa facti narratione, col.* 3. *n.* 4. *ver. sed postquam decessit, lib.* 2. Roman.
44 Alex. *consil.* 201. *Perspectis, nu.* 2. *ver. & in hoc, lib.* 6. † Extende; quia imo etiam si esset prohibita, non venit in fideicommisso. Alex. *d. cons.* 101. *in princ. n.* 2. *lib.* 6. Vide, *Legitima non recipit grauamen. Concl.*
45 187. † Declara; quia non capit legitimam, etiam si sit substituta pia causa, sed bene capit Trebellianicam, quæ non deducitur contra piam causam. Castr. *consil.* 102. *in princ. ver. alius casus est, lib.* 2. Vide, *Legitimæ, & Trebellianica simul deducuntur ex fideicommisso, & quando secus. Concl.* 212. Vide, *Trebellianica, & legitima possunt amba deduci. Concl.* 384. † Limita; quia non comprehendit bona quæ-
46 sita per filium grauatum post mortem patris. Bald. *cons.* 300. *nu.* 4. *ver. bona quæsita, lib.* 4. *& consil.* 367. *Dubium, super quo, circa fin. lib.* 4. Alexand. *d. consil.* 201. *Perspectis, in princ. lib.* 6. † Extende; quia sub-
47 stitutio fideicommissaria non comprehendit bona quæsita extra substantiam testatoris. Bald. *consil.* 291. *Licet de multis, lib.* 5. *in princ.* Roman. *cons.* 185. *Pro decisione, num.* 5. vbi apostill. *in ver. acquisita*, dat concor. † Declara limitationem, nisi bona essent per filium quæ-
48 sita post mortem testatoris ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorum. Bald. *cons.* 367. *in fin. lib.* 4. Vide, *Fideicommissarius quando teneatur restituere fructus. Concl.* 278. † Extende; quia fideicommissum generale non comprehendit bona ad hæredem spectantia alio iure, quam hæreditario, *l. coheredi*, §. *cum filio. ff. de vulg. & pupill.* † Declara, seu restringe; quia si per viam restitutionis in
50 integrum bona fideicommissaria confiscata restituta sunt hæredi grauato; tunc licet habeat ex nouo titulo; tamen obligatur, prout erat obligatus ante confiscationem; quia restitutio est repositio in pristinum. Roman. plene *consil.* 247. *num.* 3. *& seq. versic. secundo dici posset*, allegat text. *in l. si debitor. C. de sent. passis.* & apostilla ibi ad Rom. *in ver. afflictus*, quæ dat concordantes, & dicit* commu- *
nem, vbi allegat communem conclusionem, quod restitutus ad bona tenetur ad onera, ad quæ prius tenebatur. † Limita; quia
51 substitutio fideicommissaria facta filio, & cuicunque alteri, non capit bona propria eius, cui fit substitutio; & ideo talia bona propria hæredis grauati non veniunt in restitutione. Bald. *consil.* 492. *Non est dubium, in princip lib.* 2. & duplicatur *consil.* 303. *Non est dubium, lib.* 3. Vide, *Substitutio fideicommissaria qua bona comprehendat. Concl.* 791. † Extende; quia fideicommissum non comprehen-
52 dit bona grauati, etiam si ea habuit inter vitos à testatore, quia fideicommissum non capit, nisi bona, quæ grauatus iudicio testatoris habuit, quando est vniuersale. Castr. *cons.* 77. *Visa facti narratione, n.* 2. *ver. quantum ad secundum, lib.* 2. † Extende; quia in re-
53 stitutione fideicommissi vniuersalis, non venit etiam illud, quod grauatus percepit iudicio testatoris, quando illud in diuisione cum cohærede relaxauit in portionem cohæredis, & habuit in suam portionem tantundem; quia sufficit, quod habitum locō dimissi cadat in fideicommisso. Castr. *d. cons.* 77. *n.* 2. *ver. & si dicatur, lib.* 2. † Limita; quia fideicommissum in pecunia, prout in do-
54 te filiæ vltra legitimam, quæ consistebat in pecunia, nō operatur; quod bona empta ex pecunia prædicta, si fuerunt alienata, sint suppositia fideicommisso, sed bene illa bona, quæ grauatus reliquit. Castrens. *cons.* 469. *Ad primum, in fi. n.* 4. *ver. restat postremo, lib.* 1. vbi, quod contra tertios possessores non potest agere fideicommissarius rei vendicatione, neque hypothecaria, nēque in subsidium, nisi alienatio esset titulo gratuito. † Et quod pater possit
55 facere fideicommissum in dote relicta filiæ vltra legitimā. Castr. *cons.* 346. *Circa bona, in fin. lib.* 1. *& cons.* 394. *Substitutio, in fin. eod. lib. &* 348. *in princip. eodem.* † Limita; quia illud, quod capit grauatus à
56 cohærede ex successione ab intestato, vel ex testamento, non venit in restitutione, prout, si plures filii deducunt legitimam, & grauati ex fideicommisso, si vnus successit aliis prædefunctis, & ipse decedat, non restituitur illud, quod est illi quæsitum liberum. Castrens. *d. consil.* 77. *nu.* 4. *ver. circa quartum, lib.* 2. *& consil.* 19. *eod. lib.* † Declara; quia licet possit pater filio impuberi substitue-
57 re in legitima, vel eius hæredi; secus, quando pubes est, & pubes decedit. Castrens. *d. cons.* 77. *n.* 4. *ver. non obstat, lib.* 2. † Limita; quia
58 dotes filiarum legatæ à fideicommittente, etiam sunt deducendæ vltra legitimam debitam masculis grauatis; quia quod dicitur grauatum obligari ad dotes suarum filiarum ex legitima, & si non sufficit ex fideicommisso, procedit ex dispositione legali, *authent. res quæ, C. commun. de legat.* sed quando testator legauit dotes filiabus grauati deduci debent extra legitimam grauato debitam. Castr. *cons.* 102. *Videndum, col.* 2. *nu.* 2. *ver. sed dubium, lib.* 2. Vide Conclusionem proxime præcedentem. Vide, *Fideicommisso qua bona subiaceant, vel non. Concl.* 236.

Fideicommissum, seu legatum quando tacite inducatur. Concl. 260.

MATERIA † fideicommissorum est taliter fundata in vo- 1
luntate defuncti, quod quibuscunque verbis, coniecturis, seu præsumptionibus potest apparere, sufficit ad inducendum fideicommissum. Nam quamuis olim essent verba deputata specialiter,

17 *alienę & qualiter. Concl. 276.* † Restringe tamen quoad fructus perceptos per tertium possessorem bonæ fidei; quia non tenetur ad illos; quia prout nec tenetur, quando habet solum titulum putatium accedente lapsu 30. annorum; si vero tertius possessor nullum titulum probat; quia presumitur in mala fide, tenetur ad früctus. glos. Bart. & alii *in l. ex diuerso, in princ. ff. de rei vendic.* † Amplia;
18 quia comperit etiam edictum *l. fi. C. de edicto Diui Adriani tollend.* Gabriel. *d. consil. 46. per tot.* maxime *in prin.* † Amplia, quia item petitio
19 hæreditatis fideicommissariæ, quando habet titulum post obitum testatoris, secundum Bald. *in d. l. fin. C. de edicto Diui Adriani tol-*
20 *lendo in 9. oppositi.* † Contrarium tenet Benintent. *decis. 35. per tot.* vbi
* dicit magis * communem opinionem. † Amplia; quia retentio
21 bonorum grauati conceditur fideicommissario; quia si datur actio, multo magis retentio, *l. per retentionem, C. de vsuris.* gl. in *l. si non*
fortem. §. si centū, in ver. retinebitur. & ibi Bart. & Doctor. *ff. de condict.*
indeb. l. si debitor sub pignore, in pr. ver. igitur non tantum retentio. ff. ad Tre-
bellian. quia si datur actio, multo magis retentio. Capra *cons. 19. per*
22 *tot.* † Amplia; quia publiciana etiam agit, vt latissime Gabriel.
23 *cons. 32. per tot.* vbi, contra quos competat, vel non. † Amplia; quia
Saluiano interdicto agere potest. Gabriel. *dict. cons. 46 per tot. lib. 1.*
24 † Amplia; quia regulariter fideicommissarius agit rei vendicatione ad bona alienata, quæ sunt subiecta fideicommisso prohibito
25 alienari. Rom. *cons. 18. n. 3.* Castr. *cons. 238. lib. 2.* † Et quando, & quibus transmittatur ius vendicandi bona prohibita alienari, & an
filiure suo, vel ex transmissione agant, quando testator voluit
bona perpetuo conseruari in familia; vide Castr. *d. cons. 238. per tot.*
26 *lib. 2.* vbi multum se inuoluit. † Restringe, vt non procedat, quando fideicommissarius adiuisset hæreditatem alienantis; quia non
potest agere, vt recuperet fideicommissum. Rom. *d. cons. 18. n. 4. in*
27 *ver. habere.* † Contrarium infra prox. *in 2. ampliatione, num. 30.* Vide
ff. plenius, *Fideicommissarius qua actione compellatur restituere.* Cõcl. 274.
Fideicommissarius qualiter probet fideicommissum, & quam actionem in-
28 *tentare possit pro restitutione. Concl. 277.* † Amplia; quia nedum valet prohibitio alienationis fideicommissi, & debet seruari tanquam
lex. sed etiam debet seruari, & valet prohibitio locationis bonorum fideicommissariorum sub pœna, & induçit fideicõmissum,
si contra fiat, & priuatio contra facientis. Alex. *consil. 57.* incip. *Per-*
29 *spectis testamento, in pr. lib. 2.* Corn. *cons. 253. Viso processu, col. 2. ver. &*
facit quia, lib. 3. † Extende; quia valet prohibitio nedum alienationis, sed etiam locationis facta à testatore, siue tacita sit prohibitio,
siue expressa; & ideo si testator supponit domum fideicommisso
illos de familia, vt soli in ea succedant, & domum inhabitare
teneantur, non poterunt illam locare, & licet qui habet habitationem domus, possit alteri locare; tamen secus est in eo, qui est
grauatus de habitando. Cast. *in l. Aquilius Regulus ff. le donat.* & quãdo vnus ex pluribus habitat partem suam, bene excusantur alii
non habitantes à pœna; sed tamen non possunt extraneo locare.
30 † Amplia; quia filius, etiam si sit hæres patris alienantis fideicommissum, potest petere bona alienata. Ioseph. de Rustic. *in tract an,*
& quando liberi in conditione positi, cap. 2. par. 1. lib. 1. n. 19. & 20. cum seq.
ff. Vide, *Hæres non potest venire contra factum defuncti. Concl. 53.* † Ex-
31 tende; quia quando filius venit ex persona sua ad fideicommissum, non obstat sibi, quod sit hæres patris. Natta *consil. 470. num.*
12. *& seq. ver. nec dicatur.* Grammat. *decis. 93. num. 13. ver. & sic Gabriel.*
tit. de regulis iuris. concl. 11. num. 30. Crauet. *consi. 200. numer. 7.* Ruin.
consil. 220. num. 2. ver. nec obstat, cum sequ. lib. 1. Corneus *consil. 301. nu.*
2. *ver. secundo respondetur, lib. 1.* plures allegat Marza. *in epit. fideicom.*
quæst. 46. vbi multo plures pro parte contraria, vide infra in vltima extensione; quia hoc procedit, quando adest prohibitio expressa; quia ille idem, qui alienauit, potest contrauenire; quia est
32 ipso iure nulla. † Extende in omnibus descendentibus vocatis, quando adest prohibitio alienationis; quia est nulla ipso iure, ideo etiam si sit hæres, non prohibetur descendens petere fideicommissum sibi relictum, & à patre alienatum. Gram. *d. decis. 93.*
n. 8. & seq. & cons 91. n. 15. plene Cepha. *cons. 624. n. 21. & seq.* vbi plures allegat, *lib. 5.* ideo non loquitur in hærede, sed in eo, qui tacite
approbauit alienationem. Natta *dict. cons. 470. nu. 17. ver. sed istud.*
Grat. *consil. 91. num. 13. 25. & 35. libr. 1.* Crauet. *dict. cons. 200. numer. 7.*
post. Salust. *inter consi. Castren. 193. num. 1. ver. propterea, lib. 2. & consil.*
448. *num. 3. eod. lib. 2.* Bero. *cons. 129. nu. 17. & seq. lib. 2.* Mandell. Al-
33 ba. plene *cons. 74.* post Ruin. *cons. 138. lib. 2.* † Extende idem, si fuit renunciarum fideicommisso ex diuisione, vel alias; quia non
præiudicat descendentibus vocatis, quin ex persona sua possint
petere fideicommissum, etiam si fideicommissarius sit hæres renunciantis, quando non vt hæres. Grat. *cons. 22. nu. 21. lib. 1.* in puncto Ruin. *consil. 138. num. 10. lib. 2.* Cephal. *consil. 171. num 32. & sequ.*
Mandell. *dict. consil. 74.* plene Decian. *cons. 33. num. 108. & sequ. ver.*

quarto dato, libr. 1. vbi dicit esse efficacissimum fundamentum ex
Bald *in l. qui se patris, C. vnde liber. ver. item quæritur, si vasallus,* quod
fuit Nicolai de Matarellis. † Contrarium, quod imo exceptio 34
ne doli submoueatur, quando est hæres. Menoch. *consil. 87. num.*
99. *& seq.* vbi respondet ad contraria. & *consil. 89. numer. 117. &*
seq. vbi respondet ad omnia contraria. Natta contrarius sibi *consil.*
530. *num. 2. & seq.* Socin. Iun. *consil. 108. num. 54. & seq. lib. 3.* † Exten- 35
de idem, quando is, qui alienauit, tenebatur conseruare bona alienata descendentibus; quia descendentes semper possunt, etiam si hæredes sint, contrauenire. Grat. *d. consil. 91. n. 35. lib. 1.* Natta
cons. 470. n. 17. ver. sed istud, Crauett. *d. cons. 200. num. 7.* cum aliis supra in secunda extensione. Soc. *consil. 44. ad fi. ver. vel dicamus secun-*
do, lib. 3. † Extende, quia imo illemet, qui alienauit, potest veni- 36
re contra alienationem, quando adest prohibitio expressa, & maxime si emptor sciuit. Bald. *in l. quoties, la prima, nu. 10. C. de fideicom.*
Alex. *cons. 93. lib. 2.* Grammat. *cons. 91. num. 25. & decis. 93. num. 8. & 9.*
Afflict. *decis. 240. num. 8.* Tiraq. *de vtroque retract. §. 26. glos. 2. num. 6.*
quia propter duplicem prohibitionem, legis videlicet, & hominis
alienatio est ipso iure nulla. Ruin. *cons. 47. & cons. 118. lib. 2. & cons.*
23. *& cons. 82. lib. 5. & cons. 150. Viso testamento, lib. 2.* † Declara totam 37
hanc materiam, vt per Gabriel. *cons. 125.* vt qui simpliciter renunciat fideicommisso, vel consentit alienationi illius, non teneatur
de euictione, neque excludat alios vocatos; quia renunciatio est
personalis, & est communis * opinio, vt ipse attestatur in princ. *
consilii, etiam si sint hæredes, qui petunt. † Si vero non per re- 28
nunciationem, vel simplicẽ consensum, sed per conuentionem
expressam, vel pactum; tunc etiam non præiudicat aliis non hæredibus; si vero sunt hæredes, illis præiudicat, quia tenentur ad obseruantiam facti defuncti, cuius sunt hæredes. Gabriel. *d. cons. 125.*
num. 2. & seq. † Restringe, quando factum authoris est nullum, ita 39
Gabriel. *d. cons. 125. num. 6. & seq.* vbi, quod ita procedit *decis. Gram-*
mat. 93. & decis. Pedem. 180. † Restringe, quando defunctus faceret 40
in fraudem hæredis. Gabriel. *d. consil. 125. num. 8.* † Restringe, quan- 41
do hæres fecit inuentarium, quod tamen declara, vt plene idem
Gabriel. *d. cons. 125. num. 9. & seq.* vbi allegat pro vtraque parte, &
distinguit. † Amplia; quia fideicommissum factum inter filios, 42
cum prohibitione expressa de non alienando, & casu, quo aliquis
eorum alienaret, voluit dicta bona deuenire ad Hospitale, & si
fiat alienatio partis, incidit in priuationem totius fideicommissi.
Vide, *Prohibitus alienare sub pœna ad certum tempus quando incurrat pœ-*
nam. Concluf. 901. † Contrarium; quia imo si vnus tantum ex pro- 43
hibitis alienet partem domus, sola pars alienata cadat in commissum. Ias. *in l. ait prætor, la seconda, col. 1. ff. de iureiur.* vbi dicit se ita consuluisse. † Restringe; quia quando testator prohibuit filiis alienationem bonorum fideicommisso subiectorum, sub pœna priua- 44
tionis, alias voluit bona transire in religiosum, debent transire in
monasterium durante vita monachi vocati, postea reuertitur ad
alios vocatos. Ruin. *cons. 122. & 131. lib. 2.* Patrit. *cons. 70. li. 3.* Zanch.
in l. hæredes mei. § cum ita. num. 414. ff. ad Trebellian. † Et quod sufficiat 45
fideicõmissario probare testamentum per instrumẽtum, & quod
euenerit casus substitutionis; item, quod conuentus possideat
bona testatoris, & fructus perceperit. Alex. *cons. 254.* quod est *fi. li.*
6. in fin. † Vide, *Fideicommissarius qualiter probet fideicommissum. Con-* 46
cluf. 277. † Et purificato fideicommisso, & probatis probandis, in-
dex debet pronunciare cessisse diem fideicommissi, & bona rela- 47
xanda fideicommissario *l. pen. & fin. C. ad Trebellian.* Bald. *cons. 286.*
ver. super quarto, lib. 3. Patrit. *cons. 18. num. 18. & cons. 26. nu. 7. lib. 2.* deductis tamen deducendis, de quibus supra. † Limita, quando 48
prohibitio esset simplex, & stans infinibus puri consilii, quia tunc
non obligat, & valet alienatio, & dicitur esse consilium, quando
non est prouisum, quod in euentu alienationis applicentur alteri. Angel. de Perus. plene *cons. 7. In Dei nomine, Amen, ex d. themate. n.*
6. ver. restat ergo. † Limita, quia prohibitio expressa alienandi fi- 49
cta filiis non extenditur ad nepotes; quia est odiosa. Alex. *cons. 55.*
lib. 3. Dec. *cons. 513.* † Limita; quia licet prohibita alienari, ex quo 50
sub conditione sunt supposita fideicommisso, possint alienari,
donec veniat cõditio, & ea adueniente venditio sit nulla; tamen
non potest agi via exequutiua contra tertium possessorem etiam
post conditionem purificatam, sed agendum est via hypothecaria. Ang. *cons. 263. Statuto Pistorien. per tot.* † Declara; quia licet fiat 51
alienatio fideicommissi pendente conditione, non potest vocatus redimere, seu recuperare bona, donec conditio eueniat in
persona sua, etiam si sit causa pia. Cast. *cons. 267. Viuentibus in pr.*
lib. 2. Vide, *Fideicommissum non potest alienari, &*
quando secus. Concl 283.

Fideicommissarius vniuersalis dicitur hæres p. imi testatoris grauantis, non grauati. Concl. 265.

1 FIDEICOMMISSARIVS † vniuersalis, facta sibi restitutione fideicommissi, dicitur hæres primi testatoris rogantis vtiliter, non autem rogati, & restituentis. Bald. *consil. 79. Casus talis est, Zeno, in princ. lib. 1.* vbi, quod libellus est ineptus, in quo fideicommissarius agit tanquam hæres rogati. Corn. *consil. 146. in princ. lib. 2.* Boer. *dec. 156. n. 10.* Decian. *consil. 21. num. 35. lib. 2.* Alex. *consil. 64. Difficultas, in princ. lib. 5.* † Extende; quia facta restitutione verbo vel facto, in eo transeunt iura, & actiones actiue, & passiue. Vide, *Fideicommissarius quando habeat iura, & actiones, vel non. Concl. 269.* † Declara; quia non est proprie hæres in materia odiosa, sed fauorabili sic; quia dicitur similis hæredi. Craff. *in §. hæreditas, qu. 10. per tot.*

4 † Amplia in tantum, vt si testator instituat filium, & illius hæredes cum clausula, *si filius decedat sine filijs, succedant extranei*, poterunt filii primi hæredis capere ex fideicommisso, nec tenentur ad debita patris, nisi quantum sit valor legitimæ, & Trebellianicæ, debitarum eorum patri. Bald. *consil. 189 Casus talis est, Petrus, lib. 1.* vbi, quod filii primi hæredis censentur vocati, vt filii, non vt hæredes.

5 † Et quod is, qui capit ex fideicommisso, vel substitutione, non teneatur ad debita, neque ad hypothecas primi hæredis fideicommissarii. Cuma. *consil. 76. Sicut proponitur.* † Amplia in tantum, vt actiones hæreditariæ tempore testatoris transeant, non autem à grauato causatæ. Corne. *d. consil. 146. in fi. lib. 2.* Vide, *Fideicommissarius quando habeat iura, & actiones. Concl. 269.* † Amplia; quia fideicommissarius dicitur succedere testatori, & non grauato Decia. *consil. 52. nu. 7. lib. 1. l. mortis causa capitur ff. de donat. causa mortis*, & ibi

8 Bart. Castrens. *consil. 357. Primo videndum in princip. lib. 1.* † Extende in tantum, quod statutum Florentiæ *rubr. 29. lib. 2.* quod facit hæredem eum, qui tenet, & possidet bona, quæ fuerunt defuncti, vt per Angel. *consil. 306. Statuto Florentino*, tamen non habet locum in fideicõmisso; tutius tamen est capere possessionem authore prætore, quæ excusabit, etiam si ex persona grauati competeret retentio, vel deductio legitimæ, vel alterius portionis ad fauorem

9 creditorum. † Amplia in tantum fideicommissarium esse hæredem primi testatoris, & non grauati, vt ob statutum, quod bona transeant in hæredem, vel possit hæres saisiri, vel intentare remedium, tanquam hæres vltimi grauati, sed debet agere petita petitione, plene Boer. *decis. 156. num. 6. & sequ.* maxime *num. 10. &*

10 *11.* † Extende; quia consuetudo de hærede loquente non comprehendit fideicommissarium; quia non est hæres vltimi grauati; sed primi. Boer. *d. consil. 156. nu. 9. & seq.* † Extende; quia statutum, quod possessio continuet in hæredes, non habet locum in fideicommissario Bero. *consil. 85. num. 15. lib. 2.* Decian. *consil. 74. num. 36.*

12 *lib. 3.* † Extende generaliter; quia fideicommissarius vere, & proprie non est hæres, sed large, & improprie; ideo non venit appellatione hæredis in dispositione odiosa. Bero. *d. consil. 85. n. 13. & seq.*

13 *lib. 2.* Decia. *consil. 26. n. 47. li. 2.* † Extẽde; quia fideicõmissarius non est etiam proprie bonorum possessor. Decia. *d. consil. 26. n. 47. lib. 2.*

14 † Restringe; quia licet fideicommissarius non sit hæres, neq; successor grauati, sed testatoris; tamen dicitur successor grauati, in quantum succedit illi in fideicommisso Decian. *consil. 25. num. 17.*

15 *lib. 3.* † Declara; quia licet fideicommissarius dicatur succedere testatori, *l. coheredi, § cum filiæ ff. de vulg. & pupill.* Parif. *consil. 62. num. 5. lib. 2.* Socin. Iun. *consil. 24. Non sine magna. nu. 16. lib. 3* illud est tenendum ordinationis testatoris. † Tamen in bonis relictis à grauato etiã si habuerit à testatore sine onere, succeditur à grauato. Curt.

17 Iun. *consil. 101 num. 5.* † Amplia; quia si agatur de successione fideicommissaria, vt filius intret in locum patris, vel repræsentet patrem in succedendo cum patruo, vel non, attenditur persona testatoris, cui succeditur. Vide, *Successio ex fideicommisso qualiter regulatur. Concl. 865 num. 12. & seq.* † Amplia, quod dicitur de fideicommisso, vt succedens ex fideicommisso sit hæres testatoris, non autem grauati, idem sit in hærede succedẽte ex vulgari; quia

19 est hæres primi testatoris, non autem instituti ab eo, qui non potuit, vel non voluit adire. Alex. *d. consil. 64 in princ. lib. 5.* Vide, *Hæres hæredis primi testatoris est hæres. & quando. Concl. 64.* Vide, *Substitutus quando succedat testatori, & quando substituto. Concl. 834.* Vide. Concl. prox. seq.

Fideicõmissarius vniuersalis dicitur hæres, & quando. Concl. 266.

1 REGVLA † est, quod fideicommissarius vniuersalis facta restitutione dicitur hæres cum effectu, & in eum trãleunt iura

2 actiue, & passiue, *§. restitutæ. Instit. de fideicom. hæred.* † Extende; quia fideicommissarius vniuersalis potest conficere inuentarium, si hæres grauatus non cõfecit, & non tenebitur vltra vires hæreditarias. Bart. *in auth. de hæred. & Falcid. § si enim, n. 9.* † Extende; quia si

3 soluit creditori hæreditario testatoris, potest repetere à fideicommissario, *l. 1. C. ad Treb.* Vide Concl. prox. præced.

Fideicommissarius est legitimus contradictor. Cõclus. 267.

1 FIDEICOMMISSARIVS † vniuersalis est contradictor legitimus contra hæredem petentem immitti in possessionem ex edicto Diui Adriani. Oldr. *consil. 107. n. 10. ver ad sextam*, late Dec. *cons. 84. per tot.* & Doct. *in l. fi. C. de edict. D. Adriani tollen.* † Amplia in

2 tantum, vt fideicommissarius existẽs in possessione sine vitio rei, quæ subiacet restitutioni, possit retinere contra hæredem grauati agentem ex *d. l fi. C. de edicto D. Adriani toll.* Bal. *cons. 163. Super primo, in fi. ver. quæritur etiam, lib. 4.* vbi in prin. quod si fideicommissarius habuit facultatem capiendi propria authoritate, bona restituenda tueri debet. Castr. *consil. 292. n. 7. lib. 2.* † Extende; quia non pro-

3 pterea dicitur cecidisse à iure fideicommissi, licet propria authoritate acceperit possessionem hæreditate iacente, & possessione vacua existente. Bal. *cons. 12. lib. 2. & cons. 435 li. 1.* Soc. *consil. 127. n. 14. lib. 3.* Dec. *consil. 34. & cons. 424.* Alex. *cons. 82. lib. 2.* Dec. *cons. 247. & cons. 467. n. 12* Soc *cons. 33. col. fi lib. 1.* Cast. *cõs. 192. Circa primum. n. 7. lib. 2.* † Extende; quia vbi tria concurrunt, videlicet, quod fideicommissarius substitutus apprehendit possessionem hæreditatis

4 vacantem; quia hæres nondum apprehendit, & non est detrahẽda legitima, neq; Trebellianica, aut Falcidia, & constat in continenti de iure substituti, dicitur legitimus contradictor, & admittitur in iudicio summarissimo contra hæredem. Castr. *consil. 292. Circa primum, n. 7. ver. super sexto, lib. 2.* vbi late. Vide, *Lex fin. C. de tol. D. Adriani toll.* non habet locum. *Concl. 288.*

Fideicommissarius non capit hæreditatem propria authoritate, & quando secus. Concl. 268.

1 FIDEICOMMISSARIVS † vniuersalis capiens possessionem hæreditatis ante factam restitutionem re, vel verbo, incidit in pœnam *l. non est dubium, C. de legat.* & priuatur legato, vel fideicommisso, apost. *ad sing. Matheſil. 42. nota. quod. n. 2.* allegat. Alex. *cons. 32. Viso processu, col. fi. ver præterea dato lib 3.* Dec. *cons. 438. Acurate.* vbi alios adducit, communem * dicit Michael Craff. *§ fideicommissum. q. 43. in princ.* Iaſ. *in d. l. non est dubium, C. de leg.* vbi ponit regulam cum fallentiis. Dec. *cons. 243. Vt clarior reddatur.* Bart. *q. 43. filium adultum, in prin.* † Declara tamen; quia si capit post aditam hæreditatem per hæredem, non facta restitutione cadit. si hæres possidebat; si vero solum adiuit hæres non capta possessione, non priuatur fideicommissarius iure suo per apprehensionem possessionis; sed compellitur restituere hæredi. Michael Craff. *in d. § fideicommissum, q. 43. n. 2.* Rol. à Vall. *consil. 78. num. 20. lib. 3.* † Et si fideicommissarius caperet possessionem non de manu hæredis, qui possidet, sed propria authoritate, vel violenter, & asportando fructus quæ remedia cõpetant hæredi, & qua pœna puniatur fideicommissarius, vide pleniſſime per Soc. *cons. 33. Prosequẽlo ordinem, n. 17 & seq. ver. circa quintam quæſtionem. vſq; in fi. lib. 1.* vbi ponit modum formãdi libellum relatiue, vide eum; quia plene distinguit.

† Intellige; quia declaratio procedit, quando nõ extat statutum, quod possessio defuncti transeat in hæredem; quia tunc sicut per additionem possessio transit in hæredem, ante restitutionem verbo, vel facto factam non possit apprehendere, licet hæres naturalem possessionem non apprehendisset. Castrens. *consil. 152. Pro puncto. num. 2 verſic. ad ſecundum, cum ſequent. lib. 2.* † Amplia; quia si

5 deicõmissarius vniuersalis ante factam restitutionem nullam habet actionem realem, vt possit vendicare bona fideicommisso supposita. Bald. *cons. 219. Pepus Nævolus. in princip. ver præmittendum, lib. 2.* † Declara; quia bene potest agere ex Trebelliano contra

6 hæredes ad restitutionem, Barrol. *in ſua q. 13. Filium adultum, circa fin. verſic. quinto ſciendum.* vbi plene. † Extende in tantum, vt nec vendeat donatio, vel cessio fideicommissi nondum restituti; quia vni-

7 uersale fideicommissum non potest donari, neque cedi ante restitutionem. Bald. *d. consil. 219. in princip. lib. 2.* † Amplia; quia hæres, cui debet fieri restitutio ex fideicommisso, debet capere de manu primi hæredis grauati per actionem personalem ex testamento Bald. *consil. 111. Casus aſſeritur talis, circa fin. ver. quinimo, lib. 3.* vbi,

8 quod ante omnia deducitur legitima, & Trebellianica non prohibita. † Et ideo hærede grauato possidente non fit missio fideicommissarii; sed solum petit ab hærede, de cuius manu pere

9 det et.

debet. Michael Crassus *in §. fideicommissum, quæst. 43. num. 5. & seq.*
10 †Amplia; quia restitutio debet fieri de fideicommisso, etiam loco pio; quia ante restitutionem non habet actionem. Bald. *consil. 281. Super primo, num. 5. ver. super quarto, lib. 3.* vbi recitat opinionem
11 tamen dicit hanc tutiorem, quod requiratur restitutio. † Extende, etiamsi dati sint executores; quia non possunt agere pro pia causa ante restitutionem fideicommissi. Bald. *consil. 118. Casus sub tali forma, in pr. ver. allegatur enim, lib. 5.* & plenius *n. 1. ver. super primo.*
12 † Vide, *Executores ad pias causas qualiter, & quibus possint distribuere.*
13 *Conclus. 521.* † Restringe, quia ex quatuor vniuersales iudicii possunt exequi intentionem testatoris super fideicommisso, & illius venditione ad piam causam, absque restitutione. Bald. *d.*
14 *consil. 118. in fi. ver. super vltimo, lib. 5.* † Amplia; quia fideicommissarius nõ capit hæreditatem, seu possessionem propria auctoritate, etiam vacantem, alias est in dolo. Corn. *consil. 207. De pluribus, in fin.*
15 *lib. 2.* † Extende; quia non potest capere propria auctoritate, etiam cum protestatione, quod non facit animo inuadendi. Oldr.
16 *consil. 107. Cum ius municipale, in 6. quæst.* Socin. *consil. 33. Prosequendo ordinem, in vltimo dubio.* † Et quod non possit capere propria auctoritate, sed debeat capere de manu hæredis ipsius grauati, qui debet restituere re, aut verbo. *l. restituta, in pr. & l. facta. in princ. ff.*
17 *ad Trebell.* † Amplia; quia ante factam restitutionem verbo, vel facto, non potest dici legitimus contradictor. Roland à Vall. *d.*
18 *cons. 78. n. 15.* vbi dicit magis * communem, *lib. 3.* † Amplia; quia fideicommissarius ante factam sibi restitutionem, verbo, vel facto, non potest alteri cedere, vel donare fideicommissum. Bald.
19 *cons. 219. Pepus Nicolutij, in princ. lib. 2.* † Declara; quia potest cedere ista vtilia, quæ transeunt in cessionarium, sed debet agere directe nomine cedentis ad sui commodum. Michael Crass. *d. §. fi-*
20 *deicommissum. q. 44.* † Amplia; quia ante factam restitutionẽ verbo, vel facto nullo modo potest agere contra hæredem via executiua, vt mittatur in possessionem via recta. Rol. à Vall. *cons. 78.*
21 *n. 11. & seq. li. 3.* vbi magis receptam dicit, *& n. 14.* † Extende, etiam si causa agatur summarie, & coram Senatu; quia requiritur restitutio facto, vel verbo. *d. cons. 78. per tot.* vbi casus, *& nu. 20. ver. nec*
22 *obstat, lib. 3.* respondet ad contraria. † Extende in tantum, quod si accepit possessionem, etiam ante quam hæres aduenit, tenetur illam restituere hæredi. Roland. à Vall. *d. cons. 78. n. 19. & seq. lib. 3.*
23 † Extende, etiam si essemus in casu, in quo ipso iure transfertur dominium in fideicommissarium; quia vt capiat possessionem actualem, debet capere de manu hæredis, & sic requiritur restitutio verbo, vel facto. Rol. *d. cons. 78. nu. 15. & seq. lib. 3.* vbi dicit omnes * ita tenere Dec. *cons. 438. Accurate, in fin.* Decian. *consil. 60. n.*
24 *4. lib. 3.* † Imo extende etiam facta restitutione ante apprehẽsionem possessionis. Dec. *d. cons. 438. n. 11. & seq.* de quo dubitat Nat.
25 *cons. 471. n 13. & seq.* † Amplia, quia ante factam restitutionem fideicommissi, sicuti nõ potest fideicommissarius agere; ita etiam neque conueniri, quia actiones actiue, & passiue non transeunt
26 ante factam restitutionem. Alex *cons. 171. Viso processu, n. 1. in fin. & n. 2. ver. cum ergo, lib. 2.* † Extende; quia procedit, etiamsi fideicõmissarius transegit cum hærede, & solum habuit bona particularia ex transactione; quia non potest conueniri, vt fideicommissarius, sed debet hæres conueniri. Alex. *d. cons. 171. n. 2. lib. 2.* Limi-
27 tare † videtur, quod possit capere, quando hæres nondum adiuit, vel probabiliter fideicommissarius potuit ignorare hæredẽ adiuisse, ita Oldr. *d. cons. 107. ver. ad sextam, in fi. n. 10.* & ideo est le-
28 gitimus contradictor. Decian. *cons. 44. n. 101. lib. 3.* † Limita, quãdo nihil est remansurum penes grauatum restituere; quia tunc si est prohibita Falcidia, & Trebellianica, potest agere, & capere de manu cuiuscunque, & propria auctoritate. Paris. *cons. 52. Certũ est in præsenti casu, n. 49. ver. quarto necessario, lib. 3. & cons. 59. n. 13. ver. præterea tunc restitutio, eod. li. 3.* Castr. *cons. 292. n. 7. v. super sexto, lib. 2.*
29 † Limita, quando constat de iure claro fideicommissarii, secundum æquitatem canonicam, & vt euitetur circuitus, quando nihil est remansurum penes grauatum. Paris. *d. cons. 52. n. 48. ver. ter-*
30 *tio facit, & cons. 53. n. 115. vsq; in fin. lib. 3.* Castr. *cons. 137. Primum testamentum, in pr. lib. 1.* † Contrarium Boer. *decis. 156. nu. 7.* & reprobat
31 Paris. Rol. à Vall. *cons. 78. n. 20. lib. 3.* vt posui infra. † Limita, quando iam fideicommissarius esset in possessione sciente, & patiente hærede grauato; quia præsumitur præstitisse patientiam ad effectum restitutionis. Paris. *d. consil. 52. nu. 111. & seq. ver. eo etiam,*
lib. 3. Castren. *cons. 137. in princ. lib. 1. & cons. 292. Quia in puncto. col. 2. in princ. ver. si ergo. lib. 1. & cons. 152. num. 3. ver. præterea si cepit possessio-*
34 *nem, lib. 2.* † Limita, quando hæres grauatus alienasset bona supposita fideicommisso; quia tunc non potest hæres allegare, quod capiat fideicommissarius de manu sua; quia in odium alienantis potest capere propria auctoritate fideicommissarius. Paris. *consil.*

52. *num. 46. ver. si vero, lib. 3.* & plenius Bellon. *cons. 80. Quoniam dominus Ioannes, in fin. ver. & si alienata sunt*, quia transeunt iura in fideicommissarium sine cessione. Cuman. *consil. 13. Titius instituit, in fin. ver. quamuis enim*, Bero. *cons. 129. num. 15. lib. 2.* & potest tunc agere rei vendicatione contra emptorem, vt dominus, purificata conditione. Ruin. *consil. 28. num. 2. lib. 5.* Socin. Iun. *consil. 129. num. 16. lib. 1.* Paris. *consil. 12. num. 115. lib. 2.* Crauett. *consil. 19. num. 12.* Menoch. *consil. 43. num. 15.* † Extende; quia fideicommissario competit actio in rem, & hypothecaria in bonis alienatis, etiam nulla facta restitutione re, vel verbo, Ioan. de Anan. *cons. 13. Visis, quæ in processu, in princ.* vbi dicit * communem. Alexand. *consil. 98. Viso, & confderato. n. 3. ver. nec obstat, lib. 2.* † Contrarium arguendo tenet Alexand. sed iudicio meo per errorem, *cons. 3. Viso processu, num. 7. ver. alio in super fundamẽto. lib. 3.* † Declara; quia potest excipere emptor contra fideicommissarium, ne possit agere ante factam restitutionem hæreditatis ex Trebelliano; quia non potest etiam vendicare res particulares ante restitutum vniuersale fideicommissum. Bald. *consil. 219. in princip. ver. & si dicatur, lib. 2.* vbi, quod non requiritur restitutio illarum rerum, sed bene requiritur verbalis restitutio, vel facto in vniuerso. † Extende, vt procedat, etiamsi alienatio sit permissa à testatore; quia si allenat in personas prohibitas, de iure adhuc potest agere fideicommissarius ante restitutionem. Ioan. de Anan. *d. consil. 13. num. 4.* vbi, si testator habens spurium instituat vxorem, cui substituit proximiorem in bonis per eam non alienatis, & ipsa alienet omnia bona, & hæreditatem in spurium testatoris, potest fideicommissarius agere; quia in personam prohibitam alienauit. † Et competit rei vẽdicatio pro rebus alienatis ante restitutionem contra tertium possessorem. Bart. *in l. fin. §. sin autem sub conditione, in fin. C. commun. de legat.* Guid. Pap. *decis. 601.* † Declara, vt procedat, quando exprimitur alienatio, quæ est causa, quod non sit necessaria restitutio, alias secus. Bero. *in cap. in præsentia, n. 25. & 26. de probat.* Limita, † quia fideicommissarius propria auctoritate capit possessionem fideicommissi, quando testator hanc licentiam in testamento dedit. Bald. *cons. 234. Veritas est ista, n. 2. ver. sed vnum est, lib. 3. & cons. 163. Super eo, quod, in princ. lib. 3.* sequitur Boer. *decis. 156. num.* 15. plene Mich. Crass. § *fideicommissum. q. 43. n. 6.* vbi dicit * communem. Roland à Vall. *cons. 78. num. 17. lib. 3.* Angel. & Alexand. *in l. Paulus, la 1. ff. ad Trebell.* † Extende, quia dicitur data licentia, si testator dixit, quod bona libere deueniant ad fideicommissarium, apost. *ad sing. Mathesil. 42. n. 3. & 4.* vbi allegat concord. licet dicat melius esse, quod d tur licentia clara, idem Mich. Crass. *d.* § *fideicommissum. q. 43. n. 7.* vbi allegat plures. † Extẽde in tantum, quod potest capere etiam contra hæredem extraneum grauati propria auctoritate. Bald. *d. cons. 163. in princ. lib. 4.* † Et nedum, quando licẽtia est data expresse, sed etiam si tacite, puta; quia testator fecit fideicommissarium executorem solum à seipso. Boer. *d. decis. 156. n. 17.* & communem * dicit Mich. Crass. *in* § *fideicommissum q. 43 n. 6.* vb magis * communem. Roland. à Vall. *cons. n. 17. lib. 3.* † Extende, vt idem sit, quando testator mandauit fideicommissum illo modo posse molestari; quia censetur data licentia. Boer. *d decis. 156. n. 18.* † Extende, etiam si hæres sit datus executor vna cum alijs, qui contradicant; quia sufficit, quod executoria & ritas iudicis cum hærede executore. Mich. Crass. *d.* § *fideicommissum, q 43. n. 6. in fin.* † Extende; quia data licentia potest hæres fideicommissarius etiam per vim apprehendere possessionem, & non cadit secundum * communem de qua Ripa *in l. Centurio, n. 53. ff. de vulg* quem refert & sequitur Mich. Crass. *in d.* § *fideicommissum, q. 43. n. 7. vers. scias etiam*, vbi dicit ad tollenda scãdala, quæ possunt euenire, quod non videtur tuta opinio. † Extẽde, quando testator dedisset possessionem fideicommissario adueniente conditione. Roland. *d. cons. 78. n. 16 lib. 3.* † Restringe; quia adhuc etiam non obstante licentia debet interuenire vocatio partis à iudice facta, alias non operatur licentia, quod possit ingredi de facto possessionem. Boer. *decis. 156. n. 16.* Bald. *consil. 234. Veritas est ista, vers. sed vnum est aduertendum. lib. 3.* alias non debet talis possessio sine citatione, & decreto iudicis proficere capienti, sed hæres grauati debet mitti, & continuare in possessione. Bald. *cons. 444. Quidam Ioannes decessit, lib. 1.* sequitur Ias. *consil. 146. lib. 4.* vbi dicit, quod ita fuit obseruatum in practica. † Limita, quando princeps restituit fideicommissarium ad possessionẽ bonorum fideicommissi, vel dedit hanc licentiam capiendi possessionem. Ang. Aret. *cons. 18. Ioannes, in fi. n. 21. ver. decimoquarto non obstat.* † Limita, quando grauatus decessit sine hærede. Alex. *cons. 32. Viso processu. n. 4. ver. præterea. lib. 3.* † Limita; quando restitutio ex fideicommisso debet fieri Ecclesiæ; quia in eam transit dominium absque restitutione. Mathesil. *sing. 42. nota, quod si hæres,*

vbi apostilla pro vtraque allegat Alexand. *consil.* 4. *Videtur inspectis, num.* 16. *lib.* 2. vbi dicit * communem, *& consil.* 57. *in fin. eodem lib.* 2. dicit * magis communem, vbi loquitur in fideicommisso vniuersali, *& consil.* 82. *Perspectis, num.* 3. *vers. sed adhuc, l. b.* 2. vbi apostilla *in ver. ipso iure*, dat concord. & hanc magis * communem dicit Alexand. *consil.* 23. *Visis scripturis, in fin. lib.* 3. *& consil.* 4. *Attentis.* * *num.* 9. *lib.* 7. vbi dicit magis * communem, *& consil.* 102. *num.* 6. * *lib.* 7. vbi magis * communem. Castrens. *consil.* 152. *Viso puncto, num.* 3. *lib.* 2. allegat Bald. *in l. pen. C. ad Trebell.* cuius auctoritatem in decidendis causis dicit non paruam. Bart. *in sua quæst.* 13. *filium adultum, in ver. contra. in princip.* vbi apostill. *in ver. ad pias causas*, & plenius Bart. ibi *in ver. solutio. ver. secundo sciendum est*, vbi extendit in directo, & per fideicommissum legato vniuersali, vel particulari.

51 †Contrarium tenet apostill. ad Mathesil. *d. sing.* 42. *in prin.* vbi pro vtraque allegat Alexand. *d. consil.* 82. *num.* 3. *ver. hoc præsupposito*, vbi

52 citat Bald. & Roman. *lib.* 2. & pro vtraque parte allegat. †Declara; quia licet transeat dominium ipso iure, & sine alia restitutione; tamen non potest capere possessionem sine facto hæredis possidentis. ita Alexand. *d. consil.* 82. *Perspectis ij. lib.* 2. *nu.* 3. Dec. *con-*

53 *sil.* 438. *Accurate, num.* 12. Boer. *decis.* 156. *num.* 6. qui alios citat. † Et procedit declaratio, etiamsi extat statutum in loco, quod hæres intelligatur esse in eadem possessione, in qua erat defunctus tempore mortis, & ante per duos menses; quia licet fideicommissarius vniuersalis veniat appellatione hæredis; tamen statutum nõ operatur, quando possessio fuit ab alio apprehensa, nisi possessor citetur. Alexand. *d. consil.* 82. *nu.* 4. *ver. nec ad hoc obstat, lib.* 2. *cum seq.* vbi *nu.* 5. quod statutum huiusmodi non potest iuuare in aliquo fideicommissarium, qui non est hæres grauati, sed primi testatoris; ideo non potest prætendere possessionem grauati, *&* nu. 6. dicit, quod etiam non suffragatur statutum; quia est corrector ium iuris, & non trahitur ad casum fictum; quia fideicommissarius vniuersalis vere non est hæres, sed ficte, vbi plena apostill. *in*

54 *ver. fideicommissarius.* †Extende limitationem etiam in ciuitate. a-

55 postill. ad Mathesil. *d. singul.* 42. †Extende, vt idem sit in fideicõmisso relicto confraternitati laicorum; quia cum sit locus pius, & pauperibus censeatur relictum, non requiritur restitutio, sed transit ipso iure in eos. Alexand. *consil.* 23. *in fin. lib.* 3. vbi dicit ma-

*56 gis * communem, & iterum *cons.* 102. *Super primo n.* 6. *lib.* 8. †Extende, vt idem sit in fideicommisso ad pias causas, & in legato; quia transit dominium ipso iure absque restitutione; & ideo executores possunt distribuere pauperibus. Bart. *d. quæst.* 13. *Filium adultum. in ver. contra.* vbi apostill. *in ver. ad pias causas*, citat Iaf. *in l. fin. col.* 3. *ver. quinto habes. C. de sacrosanct. Eccles.* vbi plene examinat, & plenius Bart. *in d. q.* 13. *in ver. solutio. vers. secundo sciendum est.* Alex. *consil.* * 4. *Videtur, num.* 15. *ver. vnde in talem executorẽ, lib.* 2. vbi dicit * communem, quod potest intentare remedium *l. fin. C. de edicto Diui*

57 *Adriani toll. n.* † Limita in fideicommisso particulari, sicut in legato particulari; quia dominium transit in fideicommissarium absque restitutione. Boer. *d. decis.* 156. *num.* 13. Bero. *consil.* 102. *nu.* 28. *in fin. lib.* 2. *ver. secundo respectu.* Alexand. *consil.* 98. *Viso, & consi-*

58 *derato, num.* 2. *& seq. vers. nec erat necessẽ, lib.* 2. † Limita; quia fideicõmissarius potest capere possessionem fideicommissi, quando possessio est vacans; quia hæres illam nõ apprehendit, & est priuatus; quia sic testator iussit, quod esset priuatus propter non implementum ordinatum; nam ex quo non deducitur quarta, neque legitima, valet apprehensio, & est legitimus cõtradictor in iudicio summario cum hærede petente mitti in possessionem, quando in continenti docet de iure suo. Castrens. *cons.* 292. *num.*

59 5. *& seq. per tot.* vbi late *lib.* 2. † Extende idem, quando fideicommissarius tenet locum hæredis, vt quia nullus alius hæres existit.

60 Alex. *d. consil.* 4. *num.* 16. *ver. & qui commissarius, lib.* 2. † Limita; quia de iure canonico potest fideicommissarius agere nõ facta restitutione etiam via executiua. Guliel. de Benedict. *in cap. Raynutius, de testam. in ver. mortuo it ad testatore. vers. adde, quod Curia Par-*

61 *lamenti Tholos. Patis. consil.* 53. *col. fin. lib.* 3. † Declara, vt procedat in petitorio; secus est in via executiua, vt declarat Boer. *decis.* 156. *n.* 7. *& seq.* sequitur Roland. à Vall. *consil.* 78. *num.* 20 *lib.* 3. *vers. nec*

62 *obstat.* † Contrarium, quod neque petitorio possit agere non facta prius restitutione. Bero. *in cap. in præsentia, nu.* 27. *& seq. de probat.*

63 †Limita in Ecclesia substituta; quia si veniat casus purificationis fideicommissi, potest Ecclesia apprehendere possessionem propria auctoritate, & non potest per hæredem grauati auocari ab

64 Ecclesia ex priuilegio Ecclesiæ, vt per Corn. *consil.* 140. *lib.* 1. †Limita in eo, qui etiam est successor ab intestato; quia non est necessaria restitutio sibi ipsi à seipso. Bero. *d. cap. in præsentia, num.* 29.

65 *& seq. de probat.* Decian. *consil.* 100. *num.* 35. *lib.* 3 †Limita, quando in isto errore ductus credidit se iure directo capere posse, veluti si testator fecit primum testamentum, in quo instituit hæredem Titium pro medietate, postea fecit testamentum secundum, in quo instituit alium in solidum, tertio fecit codicillos, quibus cõfirmauit primum testamentum; nam institutio in primo testamento valet ex codicillis in vim fideicommissi, si fideicommissarius capiat propria auctoritate, non tenetur restituere. Castr. *consil.* 137. *Primum testamentum, in pr. ver. primum est, lib.* 1. † Limita, 66

quando fideicommissarius est vocatus per verba directa; quia potest capere possessionem propria auctoritate sine restitutione præcedente. Bero. *consil.* 16. *num.* 37. *lib.* 2. † Limita pluribus mo- 67

dis, vt per Menoch. *in* 4. *remed. adipiscenda. numer.* 63. *& seq.* † Li- 68

mita, quando post euentum conditionis hæres grauatus esset in mora; quia tunc restitutio habetur pro facta. Bero. *consil.* 54. *num.*

42. *lib.* 2. † Limita; quia in secundum fideicommissarium transeunt iura, & actiones absque alia restitutione, quando semel est facta primo fideicommissario. Bero. *consil.* 58. *num.* 3. *lib.* 2. *& consil.* 102. *num.* 28. *ver. posset etiam, eodem lib.* 2. Decian. *consil.* 44. *in fin. lib.* 3. quia cum semel fuerit facta restitutio primo fideicommissario, in aliis posterioribus transeunt iura ipso iure. † Limita, quando 70

sine vitio, puta, auctoritate iudicis est capta possessio. Castrens. *consil.* 152. *num.* 3. *ver. præterea. lib.* 2. Decian. *d. consil.* 44. *num.* 101. *& seq. lib.* 3. Vide, *Legatarius occupans rem legatam priuatur, & quando priuetur ob contrauentionem, vel non. Conclus.* 151. *& Conclus. ibi proxime praced. & proxime seq.* Vide Conclus. proxime seq. †Practicam re- 71

stitutionis faciendæ ponit Bald. *consil.* 185. *Res alienata, in fin. lib.* 4. vbi, quod si non extat hæres grauati, citatio fit per edictum contra volentes esse hæredes grauati, quod veniant ad respondendum hæredi substituto in testamento talis, alias videndum haberi hæreditatem pro restituta; & tunc nullo comparente danda est missio ex *l. final. C. de edicto diui Adriani tollend.* † Vide relati- 72

ue aliam practicam per apostill. *ad singul. Mathesilan.* 42. *in fin.* allegat Petr. Ferrar. *in pract. in libello, quo agitur ex substitutione, ver. & per fideicommissum, colum. fin. & ver. deinde quæritur, qua forma.* †Duplex 73

est restitutio, vna verbalis, & hæc transfert dominium, sed non possessionem; alia realis, quando cum effectu fit restitutio, & hæc transfert dominium, & possessionem. Michael Crassus *d.* §. *fideicommissum, quæst.* 45. Vide, *Legatarius propria auctoritate non potest capere legatum, sed de manu hæredis, & quando secus. Conclus.* 152. & vide Conclusionem ibi prox. præced.

Fideicommissarius quando habeat iura, & actiones, vel non. Concl. 269.

FIDEICOMMISSARIVS † ex restitutione sibi facta vniuersaliter consequitur iura, & actiones, quæ in ipsum transeunt; & ideo hæredes, qui fecerunt restitutionem ex Trebelliano, non possunt post restitutionem agere contra debitores. Bald. *consil.* 70. *Præmittendum est, in fin. vers. nam ille, lib.* 3. Vide, *Fi-* 1

deicommissarius non capit hæreditatem propria auctoritate, & quando secus. Concl. prox. praced. 268. †Et quod ante factam restitutionem fi- 2

deicommissarius non habet iura, & actiones, est text. *in l. facta ff. ad Trebellian.* Menoch. *in* 4. *remed. adipiscen. num.* 181. *& sequen.* vbi, quod actiones vtiles transeunt facta restitutione verbo, sed facta verbo, & facto transeunt vtiles, & directæ. *l. restituta. ff. ad Trebell.* †Quid in iure patronatus, an præsentatio spectet ad hæredem 3

grauatum, an ad fideicommissarium ante factam restitutionem. Guid. Pap. *decis.* 507. † Restringe, vt non requiratur restitutio 4

multis casibus, *supra, Fideicommissarius non capit hæreditatem propria* 5

auctoritate. Concl. proxime praced. num. 27. *& sequent.* † Amplia, vt 5

nec valeat protestatio hæredis facta in contrarium; quia omnia iura & actiones transeunt in fideicommissarium vniuersalem. Bald. *d. consil.* 70. *in fin. ver. nam ille. lib.* 3. † Amplia, vt procedat 6

etiam in restitutione facta ab executoribus ad piam causam; quia si data est eis facultas vniuersam hæreditatem restituendi ex Trebelliano, & restituerint, omnia iura & actiones transfi- 7

derunt in locum pium, in quem est facta restitutio. Bald. *dict. consil.* 70. *in fin. ver. sed videamus. lib.* 3. † Extende; quia fi- 7

deicommissarius facta restitutione potest agere, & conueniri. §. *restituta. Institut. de fideicommiss. hared.* Bartol. *in authent. de haeredib.* 3

& Falcid. §. *inordinatum.* † Et quando fideicommissarius est vniuersalis omnium bonorum, habet similitudinem cum hærede, & est hæres in effectu. *d.* §. *restituta. Institut. de fideicommiss. hared.* Bart. *in l. filius.* §. *fin. ff. quod cum eo, & in l. postul. ante. ff. ad Trebell.* Castrens. *in l. cum filius.* §. *Lucio. ff. de leg.* 2. & ideo potest inuentarium confi- 8

cere, si hæres non confecit, & non tenebitur vltra vires hæreditarias. Bart. *in d. authent. de hared. & Falcid.* §. *sicut enim, num.* 9. & ideo in fideicommissarium vniuersalem transeunt nedum actiones

actiue

actiue, & passiue. d. §. restituta, sed si aliquid soluit creditori post restitutam hereditatem, habet regressum contra fideicommissarium, & ab eo recuperat. l.1. C. ad Trebell. † Limita, quia debita, & credita facta per grauatum, & restituentem non transeunt in fideicommissarium facta restitutione. Corn. consil.146. In hac consultatione, in fin. lib. 2. Crau. consil.19.n.17. & est text. in l. cum hereditatem.21. ff. ad Trebell. † Extende, vt procedat etiam si debita & credita sint facta occasione hæreditatis restitutæ; quia solum transeunt iura, quæ erant tempore defuncti testatoris. Corn. d. consil. 146. in fin. lib. 2. Crau. consil.19.n.17. l. cum hereditas, la prima. ff. ad Trebell. † Limita, quia instantia cœpta cum hærede non transit in fideicommissarium, cui facta est restitutio fideicommissi. l. cum hæredib. ff. ad Trebell. Bart. late in l. si cum hominem. ff. de fideiuss. † Extende; quia imo actiones, quæ cœperũt nasci in personam hæredis, non transeunt per restitutionem fideicommissi in fideicommissarium, nisi expresse cedantur. l. si hæres pecuniam, in princ. ff. de statu lib. Dd. in l.1. in princ. ff. ad Trebell.

Fideicommissarius hæres exigere potest credita hæreditaria, & quomodo. Concl. 270.

1 HÆRES † grauatus fideicommisso potest exigere à debitore hæreditario, nõ obstante exceptione, quod bona sunt subducta fideicommisso, & quod soluendo non cõsequitur plenam liberationem. Rota Florent. in motiuis 21. Ianuar. 1566. † Cauetamen tenetur hæres fideicommissarius exigens de restituendo, si petatur. Vide, Cautio fideiussoria quando præstanda præcise ab omnib. Concluſ. 174. Vide, Fideicommissarius quando teneatur cauere, & inuentarium facere, Concluſ. 272.

Fideicommissarius non potest approbando, vel confitendo præiudicare fideicommisso, neq; onus imponere. Concluſ. 271.

1 FIDEICOMMISSARIVS † si approbet donationem nullam, quæ veniret in hæreditate fideicommissaria, sibi præiudicat donec viuit, sed ipso mortuo eius confessio, vel approbatio non nocet fideicommissariis, quibus facienda est restitutio. Castrens. consil. 444. Præmittendum, in princ. ver. videndum est, lib. 2. ff. Vide, Fideicommissum quando probetur ex confessione partium, vel alias. 2 Concluſ. 233. † Amplia; quia fideicommissarius grauatus non potest in præiudicium primi fideicommissi nouum onus apponere. Paris. consil.12 num.106. lib. 2. † Extende; quia nullo modo potest disponere de bonis fideicommisso suppositis, & g auatis. 4 Paris. consil.16. num.11. lib. 2. † Amplia; quia grauatus fideicommisso non potest de bonis fideicommissi disponere in præiudicium fideicommissariorum, neque habere hæredem ab intestato in ipso fideicommisso. Paris. consil.20. nu.5. & seq. lib 3. Amplia, 5 † quia grauatus fideicommisso nõ præiudicat fideicommissario, etiamsi instituat causam piam, & ecclesiam in bonis fideicommissi. Bero. consil.89. num.8. lib.2. vbi loquitur etiam in grauato sub 6 conditione. † Amplia; quia imo grauatus fideicommisso cũ plena licẽtia alienandi à testatore data tenetur conseruare quartam partem hæreditatis, quam nullo modo potest alienare. Bero. consil.101. num.9. lib.2.

Fideicommissarius quãdo teneatur cauere, & inuentarium facere. Concluſ. 272.

1 GRAVATVS † de restituendo fideicommissum sub conditione potest compelli ad cauendum de restituendo fideicommissum in euentum conditionis. l. inter omnes. §.1. ff. qui satisd. cog. & per tot. tit. ff. & C. vt legat. nomi. caueatur. Abb. consil.79. Illud de 2 iure. l.1. † Et si non cauet de restituẽdo, & non dilapidando, substitutus mittitur in possessionem etiam ante purificatam conditionem. l. cum Artemidoram. C. vt in possess legat. l. semper. iuncta glossa, ff. eod. l. filius famil. §. idem. ff. de leg.1. Bald. consil.404. In substitutione, ante fin. lib.2. Bart. in l. is potest, num.11. ff. de acquir. hæred. Guid. Pap. 3 decis.351. Abb. d. consil.79. in princip. ver. imo etiam, lib.1. † Vide tamen Bartol. in l. fin. §. fin. ff. ad Tertull. vbi reliquit cogitandum, an possit compelli cauere de non dissipando, & de restituendo ad- 4 ueniente conditione. † Amplia, quia tenetur, & compelli potest ad faciendum inuentarium, & descriptionem bonorum testatoris fideicommisso subiectorum. Guid. Pap. d. dec.351. Tholos.314. 5 † Extende; quia fideicommissarius tenetur conficere inuentariũ de iure communi, nisi sit remissum à testatore; quia, licet non possit remittere inuentarii confectionem in præiudicium creditorum, bene potest in præiudicium legatariorum. Alex. consil.82. Perspectis. n.15. ver. & non potest imputari, lib.2. † Amplia; quia procedit etiam in filio, quando est grauatus restituere transuersali, put patruo, vel cuicunque extraneo, Abb. consil.79. per tot. lib.1. † Limita; quia est speciale in patre versus filium emancipatum, & in domino versus seruũ manumissum, vt admittantur cum obligatione, & hypotheca, circa ea, quæ debent filio emancipato & seruo manumisso restituere. l. filius. ff. vt legat. nomin. caueat. Abb. d. cõs. 79. in princ. lib.1. † Limita in filiis, & descendentibus testatoris; quia 8 quantumcunque sint grauati de restituendo, non possunt cogi ad cauendum, neque ad faciendum inuentarium, & ita alias fuit tentum per l. iubemus. C. ad Trebell. cum auth. ibi posita, gl. in auth. contra cum rogatus. C. eod. Alber. in l. legatorum. ff. vt legat. nom. caueatur. Ias. in l. inter omnes, in 5. fallent. ff. qui satisd. cog. † Extende in pa- 9 tre, & matre; quia non tenentur cauere, nisi in duobus casibus, videl. si testator hoc iussit, vel si ad secunda vota transiuit. Vide, Cautio fideiussoria quibus casibus sit præcise præstanda. Concl. 174. † De- 10 clara; quia non coguntur cauere soli nepotes descendentes testatoris. Abb. consil.79. Illud de iure, circa med. vers. item text. lib.1. vbi; quod d. l. iubemus. loquens de nepote, & pronepote, intelligitur de descendente, non de filio fratris secundum propriam significationem. † Imo, quod filius teneatur cauere de bonis cõseruandis, & restituendis adueniente conditione, excepta portione legitimæ, & Trebellianicæ, videtur text. in l. cum Artemidoram. C. vb in possess. legat. l. cum tale. §. Titius, & ibi gl. & Castr. in pr. ff. de cond. & demonstr. † Declara; quia si filius est obligatus restituere trãsuersali, vel alteri extraneo, bene tenetur cum fideiussore cauere; qã 12 hoc habet locum solum, quando restituit descendenti; ne inter eos oriatur ex fideiussione diffidentia, prout etiam, ne ex causa fideiussionis dotis oriatur inter maritum & vxorẽ, & licet Cyn. & aliqui tenuerint contrarium; quia si liberatur, quando restituit filio; multo magis, quando extraneo; tamẽ verior est prima opinio propter rationem, ita Abb. consil.79. per tot. lib.1. vbi allegat cõcord. † Imo glossa in l. filio. ff. vt legat. nom. caueat. quam citat ibidem 13 Abb. d. consil.79. in fin. lib.1. dicit, quod si nepos fideicommissarius non esset in potestate rogati, teneretur fideiubere. Vide Concl. prox. præced.

Fideicommissarius tenetur de suo ad multa. Concluſ. 273.

GRAVATVS † hæres de restituendo alteri sub die, vel condi- 1 tione, tenetur de suo implere omnia ordinata per testatorem. † Et ideo tenetur ad dotandam puellam, quã ordinauit testator, & si hoc omisit implere, compelli potest ipse, vel hæres eius, ne inferat damnum fideicõmissario. DD. Tres Rotæ in motiuis die 3. Ian. 1579. In causa mota, vbi late. Vide, Fideicõmissarius 3 an teneatur ad dãna causata in fideicõmisso. Concl. 275. † Amplia; quia nedũ tenetur de omissis, & neglectis, sed etiã de excessu; ideo si pater legauit dotes filiæ, puta in summa 200. si soluat vltra summam, tenetur de suo, nec fideicommissarius tenetur ad illud, q̃ soluit vltra DD. Tres Rotæ Florentiæ in eisdem motiuis die 8. Ian. 1574. In causa mota, vbi late. † Restringe, nisi hæres dederit 4 maiorem dotem filiæ, vel nepti testatoris, quam testator obligatus reliquerit, quia licet esset congrua tempore legati, non esset congrua tempore dotationis, vt per Socin. consil.57.n.30. lib.4. ita Crau. consil.291. ad fin. qui plures allegat. Vide, Fideicommissum intelligitur deductio are alieno. Concl. 276. † An autem teneatur hæres 5 ad damna fideicommissario, puta, si non exegit credita, quæ facta sunt nõ exigibilia; an vero liberetur cedendo iura. DD. Tres Rotæ Florentiæ in motiuis 15. Iulii 1576.

Fideicommissarius qua actione compellatur restituere. Concluſ. 274.

REGVLA † est, quod si fideicõmissarius grauatus restituere 1 non adiuit, compelli potest officio iudicis adire, & restituere, l. si res aliena. §.1. ad Trebell. Oldr. consil.248. in fin. & est communis *opinio, vt attestatur Mich. Craſſ. in §. fideicommissum. q.46. in pr. * vbi, quod compellitur officio iudicis nobili. Bero. in c. In præsentia, n.34. deprobat. † Extende; quia fideicommissarius, videl. grau- 2 atus hæres, qui adiuit hæreditatem, & tenetur restituere ex fideicommisso, compelli potest restituere actione ex testamẽto. l. debitor. circa princ. vbi glossa parua in ver. petetur. ff. ad Trebell. Oldr. d. consil.248. in fin. & hæc actio dicitur personalis ex testamento, vt per Mich. de Craſſ. d. §. fideicommissum, q.46. n.3. ver. secundus casus, vbi dicit * communem, prout etiam communem * dicit Bero. * *

*consil.*102.*num.* 28.*lib.*2. vbi pulchre declarat, quando competat actio ex testamento, & quando aliæ actiones, & idem Bero. plene *in cap. in præsentia, num.*39. *de probat. ver. secundus casus*, glos. *in l. & si scriptura. C. ad Trebellian.* Bart. *in l. si legatarius. ff. eod.* & quod actio personalis competit fideicommissario, & contra grauatum ad restituendum, & hæredes eius, Castrens. *consil.*393. *Vt attingamus, in princip. lib.*1. *ver. sertio, & consil.*409. *Quia hic occurrent, in princip. ver. quarto dico, lib.*1. vbi, quod hæc actio acquiritur ignoranti. Vide, *Fideicommissum prohibitum alienari si alienetur. Conclus.*264. † Declara; quia solus fideicommissarius vniuersalis compellitur adire, & restituere, non autem particularis. Mich. de Cras. *d.* §. *fideicommissum, quæst.*3. *num.*2. *l nam quod,* §. *non omnis. ff. ad Trebellian.* vbi dicitur, & declaratur materia in toto illo textu, & seq. vt compulsus. † Differentia est, quia obligatio personalis contra grauatum post mortem est conditionalis, actio vero contra hæredes grauati est personalis pura. Castrens. *d. consil.*393. *in princip. ver. tertio, quod dictus, lib.*1. † Si autem adiuit sponte, vel coactus, & restituit hæreditatem verbo tantum, ipsi fideicommissario competit actio ex testamento, tanquam ex quasi contractu contra hæredem, sed contra tertium possessorem datur fideicommissaria hæreditatis petitio. Michael Crasus *d.* §. *fideicommissum. q.*46. *num.*4. *ver. tertius casus.* Bero. *in d. cap. in præsentia, num.*39. *ver. quartus casus, de probat.* † Declara; quia actio ex testamento potest competere, & datur contra hæredem, sed fideicommissaria hæreditatis petitio non contra hæredem datur, seu alium debentem restituere, sed contra alium, qui pro hærede, vel pro possessore possideret. Bero. *consil.*102. *num.*28. *lib.*2. † Si vero adiuit, & restituit verbo, & facto; tunc facta restitutione datur rei vendicatio ipsi fideicommissario, vt per Bero. *consil.*102. *num.*28. *ver. post restitutionem ante realem, lib.*2. † Si vero adiuit sponte, & aliqua bona restituit, aliqua non; quia pro non restitutis competit contra hæredem actio ex testamento. Bero. *dict. cap. in præsentia, num.*3. *vers. tertius casus. de probat.* † Si vero adiuit, & mortuus est non extante hærede, fit citatio generalis contra volentes, vel prætendentes esse hæredes talis, ad respondendum hæredi substituto in testamento talis, & restituendum, alias videndum hæreditatem haberi pro restitura. Bald. *consil.*185. *Res alienata, in fin lib.*4. vbi, quod eo casu fideicommissarius debebit mitti in possessionem, *ex l. fin. C. de edict. Diui Adriani tollend.* † Quando autem adiuit, & restituit verbo, vel facto, & fideicommissarius cecidit à possessione, competit rei vendicatio, si defunctus erat dominus, non autem fideicommissaria hæreditatis petitio; si vero defunctus non erat dominus, quasi datur publiciana. Mich. Cras. *d.* §. *fideicommissum, quæst.* 46. *in fin.* & quod competat rei vendicatio, quando facto est facta restitutio. Bero. *in dict. cap. in præsentia, num.*39. *vers. quintus casus, de probat.* † Si vero filius familias grauatus restituere moriatur relicto infante pariter grauato restituere, qui statim moritur post patrem, existentibus matre hærede ab intestato, & auo paterno, qui ex beneficio *l. si infanti. C. de iure deliber.* habuit hæreditatem filii non aditam per neporem, & alio fideicommissario existente, cui infans, si adiuisset, tenebatur restituere, qualiter aget iste fideicommissarius personali, & contra quos? dicit Castrens. *consil.*409. *Quia hic occurrunt, num.* 2. & 3. *lib.*1. maxime *ver. nono dico*, quod mater hæres habet actionem personalem transmissam ab infante, & poterit eam exercere contra auum paternum, & recuperato fideicommisso, fideicommissarius pariter poterit agere contra matrem hæredem grauatam, vel si mater hoc non faciat, debet cedere actionem personalem ex testamento sibi competentem ex transmissione infantis ipsi fideicommissario, si agnouit fideicommissum; si vero nō agnouit, remanet penes auum cum dicto onere. † Amplia; quia fideicommissarius potest procedere contra hæredem grauatum per viam petitionis ordinariæ, vt competat actio ex Trebelliano, quod est officium iudicis. Bero. *d. cap. in præsentia. num.*33. & *seq. de probat.* † Amplia; quia fideicommissarius particularis habet, prout legatarius, tres actiones, videlicet actionem personalem, videlicet actionem ex testamento; item actionem rei vendicationis, seu publicanę; item actionem hypothecariam. *l.*1. *C. comm. de legat.* Alexand. *consil.*98. *Viso, & considerato, num.*4. *ver. sed præmissis, lib.*2. † Actio personalis datur contra hæredem testatoris ratione quasi contractus; quia adeundo dicitur quasi contrahere, sed non datur contra tertium possessorem. Alexand. *d. consil.* 98. *num.* 5. *lib.* 2. † Actio hypothecaria bene datur contra tertium possessorem, & hæredem; quia est realis, vel in rem scripta. Alexand. *d. consil.*98. *num.*5. *ver. actio hypothecaria, lib.*2. † Et in hac requirtur, quod constet testatorem fuisse dominum, vel quasi tępore legati, vel fideicommissi. Alexand. *d. consil.*98. *num.*6. *ver. præterea, lib.*2. † Actio rei vendicationis datur contra quemcunque possessorem rei legatæ per fideicommissum, & in hac oportet probare dominium testatoris. Alexand. *d. consil.*98. *num.*7. *vers. restat. lib.*2. † Actio publiciana competit fideicommissario, & legatario particulari ex persona testatoris, si probatur, quod testatori fuit à non domino ex titulo habili tradita, & habuit bonam fidem; quia etiamsi fideicommissarius nō habuit possessionem, intentat tamen publicianam. Alexand. *d. consil.*98. *nu.*8. *lib.*2. *ver. in publiciana.* † Si vero vult legatarius agere publiciana ex persona sua, non potest antequam possessionem habuerit, secundum *communem, de qua Alexand. *d. consil.*98. *num* 8. *ver. ex publiciana, lib.*2. vbi, quod procedit, etiamsi Ecclesia esset legataria, & fideicommissaria; quia, nisi possederit per annum, non potest intentare publicianam. Vide, *Fideicommissarius qualiter probet fid. commissum, & quam actionem intentare possit pro restitutione. Conclus.* 278. Limita; † quia regulariter fideicommissarius debet capere fideicommissum de manu hæredis, non autem propria authoritate. Vide supra, *Fideicommissarius non capit hæreditatem propria authoritate. Conclus.*268. † Limita; quia in omnibus casibus, in quibus cogitur hæres adire, debet sibi caueri, si petat, vt conseruetur indemnis ab aditione per fideicommissarium. *l. debitor. ver. reautem integra. ff. ad Trebell.* vbi* omnes. † Extende, quia si perderet legatum adeundo debet illi dari, alias non compellitur. *d. l. debitor, in fin. princ. ff. ad Trebell.* † Limita; quia substitutus vulgariter patri, si patet adeat, euanescit substitutio; & ideo licet illa bona deueniant ad filium, qui erat substitutus vulgariter; non tamen tenetur restituere ex fideicommisso sibi iniuncto, tanquam substituto, Alexand. *cons.*24. *Attentis, num.*5. *in fin. & n.*6. *ver. modo redeundo, lib.*3. vbi apostilli. *in ver. in casu*, dicit esse notabile, & verum, & dat concordantes. † Extende; quia imo etiam si quis esset vocatus, vt substitutus, & grauaretur alteri restituere, non teneretur restituere, nisi sponte agnouerit fideicommissum, & non sufficit, quod bona possederit, vt compellatur restituere, maxime si non constat, quod habuerit scientiam fideicommissi. Alexand. *d. cons.*24. *n.*11. *ver. præterea posito, lib.*3. vbi, quod in consanguineo præsumitur ignorantia.

Fideicommissarius tenetur ad damna causata in fideicommisso, & quando secus. Concl. 275.

FIDEICOMMISSARIVS † tenetur reficere damna, quantumcunque casu fortuito acciderint in rebus fideicommissi, dummodo ex fructibus possint refici etiam perceptis. *l. si is, qui quadringenta. ff. ad Trebell.* quæ ab aliquibus legitur cum *l. ballista. eod. tit.* Roman. *sing.*261. *tuscis, quod fructus.* Cuman. Imol. & Alex. *in d. l. si is qui* 400. vbi reprobant distinctionem Bartoli. † Contrarium tenet Bartol. quando sumus in filiis primi gradus, & fic est restrictio; quia neque tenentur ex fructibus reficere damna casu fortuito accidentia, *in d. l. si is, qui* 400. *ff. ad Trebell.* & ibi Ang. cuius Bart. auctoritas magna est, & in practica eidem est deferendum dicit Alex. *in d. l. ballista, & in l. in fideicommissaria, ad med. ff. ad Trebell.* & Bartol. in hoc sequitur simpliciter Paris. *cons.*55. *Quoniam Iacobus, num.*58. *lib.*3. † Et ideo filii excusati sunt ab impetu militum; quia non culpæ, sed casui æquiparatur, *l. ex conducto, §.* 1. & *in l. si merces.* §. *culpa. ff. locati.* † Amplia; quia bene tenetur fideicommiss. rius ad damna, & interesse causata in fideicommisso culpa sua, quæ dolo sit proxima, alias secus. *l. mulier.* §. *sed etenim, & seq. ff. ad Trebell.* Dec. *consil.* 81. *num.*4. *in* 5. *dubio.* Doct. *in l. cum rei,* §. *culpa. ff. de leg.*1. † Extende, quia imo etiam tenetur de leui culpa in non adhibendo eam diligentiam, quam quilibet paterfamilias adhibuisset; & ideo grauatus, si tempore belli non asporta. uit mobilia, quæ erant in rure ad ciuitatem, & perdita sunt, tenetur de suo, ita Alexand. *in d. l. cum res,* §. *culpa*, per illum text. & ibi gl. *ff. de leg.*1. Bald. *in l. quæ fortuitis, col. pen. vers. sequitur videre, quæ culpa veniat in actione ex testamento. C. de pign. actio.* Doct. *in l. mulier.* §. *si hæres, ff. ad Trebell.* † Extende; quia tenetur ad omnia damna, & interesse causata culpa, & negligentia fideicommissarii grauati. Patis. *cons.*10. *num.*13. & *seq. lib.*2. vbi, quod etiam teneatur ad interesse. † Extende; quia si merces comburantur casu fortuito, pereunt damno grauati. Bald. *cons.* 135. *Pater Casanas, per tot. lib.*1. qui tamen loquitur in mercibus vsurariis, in quibus contingebat grauatus. † Amplia; quia fideicommissarius compellit hæredem grauatum ad reddendam rationem omnium, quæ erant in hæreditate, & tenetur hæres de administratione mala, & dilapidatione. Alex. *cons.*82. *Perspectis, num.*13. *ver. quantum autem, lib.*2. † Declara; quia fideicommissarius tenetur probare, quod bona essent in hæreditate. Alexand. *d. consil.*82. *nu.*13. & *seq. lib.*2. vbi

vir extendit etiam in hæredē, quæ erat vxor testatoris; quia licet vxor præsumatur acquisiuisse de bonis mariti, tamen ex quo ex hæreditatis fructibus potuit acquirere, & sit rea, & possideat, debet plene probare fideicommissarius. † Limita; quia fideicōmissarius sub conditione, licet teneatur ad damna, & interesse allata in bonis fideicommissi, tamen per hoc non cadit, neq; priuatur potest fideicommisso, sed per cautionem fideiussoriam de restituendis damnis, & interesse perseuerat in bonis. Vide, *Fideicommissarius quando teneatur cauere, & inuentarium facere. Concl.272.* Vide, *fideicommissarius tenetur de suo ad multa. Concl.273.*

Fideicommissum intelligitur deducto ære alieno, & qualiter. Concl.276.

1 FIDEICOMMISSARIVS † vniuersalis debet consequi restitutionem omnium bonorum, deducto ære alieno; quia ęs alienum non cadit sub fideicommisso. *l. Papinianus. §. quarta autē. ff. de inoff. testam. l. pater filium*, vbi Bart. & alii. *ff. de leg. 3. l. æris alieni. C. de donat. & l. successores*, vbi Bald. *C. ad leg. Falcid.* Vide plenius, *Es alienum debet semper deduci, & qualiter. Concluſ. 333.* † Et ideo sicuti hęres grauatus tenetur, & compelli potest ad soluendum æs alienum, & legata. *l. ita tamen. §. qui ex Trebell. in fin. ff. ad Trebell. l. 1. §. fin.* vbi Bart. & alii. *ff. eod. & in l. Marcellus, in princ.* ita habet retentionē ultimus hæredem fideicommissarium per dicta iura. Castr. *cons. 15. visa facti narratione satis longa, in 1. & 3. dub. & cons. 120. Notandū etiam, lib. 1.* Crau. *cons. 295. n. 3. & cons. 316. num. 4.* † Et æs alienum, & funeris impēsa debet diuidi inter hæredes fideicommissarios, vt quilibet habeat partem suam. Fulg. *cons. 41. Casus tales in fin. ver. ad septimum.* Vide, *Funeralia quæ dicantur. Concluſ. 534.*

2 † Amplia, vt neque veniat in restitutione id, quod testator legauit hæredi grauato ex fideicommisso, quando legatū est factum, tanquam de re debita ei, qui est hæres institutus, etiāsi non constet, quod reuera deberetur; quia satis videtur ex mente testatoris prohibita restitutio, ex quo testator tanquam debitum legauit. Bald. *cons. 57. Quia illud, quod testator, lib. 1.* † Extende; quia deductę legata facta à testatore per eum soluta, *l. à filia, in princ. ff. ad Trebell.* Guid. Pap. *decis. 496. Si fideicōmissarius, circa med.* & an ptius deducantur legata, an Trebellianica, Vide, *Fideicommisso quæ bona subiaceant. Concluſ. 236. n. 5.* † Extende; quia omnia legata, & æs alienum solutum per eum, qui grauatur restituere, sunt deducenda in restitutione fideicommissi, etiamsi grauatus nō fecerit inuentarium. Fulg. *cons. 81. Punctum super quo.* Cuman. *cons. 30. per tot.*

3 † Restringe in legatis debitis ex fructibus hæreditatis; quia spectant ad hæredem grauatum, sicuti ad eum spectant balzelli, & onera, quæ ex fructibus solui debēt pendente conditione, text. *in l. liberto, §. 1. ff. de annuis legat.* iuncto text. *in l. apud Iulianum. §. hæres. ff. de leg. 1.* ita Castr. *cons. 16. n. 4. lib. 2.* & latius *cons. 214. n. 4. lib. 2.*

4 vbi, etiāsi non sint exacti, sed confessati. † Idem in legatis annuis; quia debent solui ex fructibus; ideo non deducuntur. *l. deducta. §. qui post. ff. ad Trebell. l. apud. §. hæres. ff. de leg. 1.* Crau. *cons. 19. n. 16. ver.* 5 *quod tamen intellige.* & plen. *cons. 295. in 5. dub.* Ias. *cons. 95. lib. 1.* † Amplia, quia filius grauatus fideicommisso deducit dotes maternas; quia expressa prohibitio nō præiudicat creditoribus. *l. filiusfamil. §. Diui. ff. de leg. 1. l. peto. §. prædium, ff. de leg 2. l. pater filium, in prin. ff. de legat. 3.* facit text. *in l. alienationes. ff. famil. hercisc.* vbi, quod prohibitio alienationis procedit in volūtariis, non in necessariis, & quia dos materna, vti æs alienum, deducitur. *l. 3. §. vxor ff. de dot. præleg. l. sequens quæst. ff. de legat. 2.* Castr. *cons. 77. Visa facti, in 1. dub. lib.* 6 *2. Dec. cons. 55. n. 7.* Castr. *cons. 214. in fin. eod. lib. 2.* † Et quod bona propria hæredis grauati non veniant in fideicommisso, put sunt dotes maternæ, est text. *in d. l. sequens quæstio, ff. de legat. 2. l. à filia, in princ. ff. ad Trebell. & in l. Lucius. §. maritus. ff. eod.* Alex. *cons. 20. col. 3. lib.* 7 *3. coheredi. §. cum filiæ, ff. de vulg. & pupill.* † Extende, quia dotes sororum grauati, quę sunt filiæ, vel neptes testatoris; quia, siue tanquam pater tenetur, vel ascendens. *l. fin. C. de dotis promiſ.* siue quia bona subiecta fideicommisso possunt in causam dotis etiā constituendę alienari, *auth. res quæ. C. comm. de legat.* & in Corpore, vnde sumitur. *§. quamobrē, in auth. de restit. & ea, quæ parit, collat. 4.* Guido Pap. *dec. 496. Si fideicōmissarius, circa med.* Natt. *cons. 255. n. 9.* Bart. 8 *in l. 2. §. si sponsa. ff. de priuil. cred. & in l. Marcellus, §. idem Pomponius, col.* 9 *2. ver. quæro, si testator, ff. ad Trebell.* quia si non soluerentur à grauato, possent peti à fideicommissario. *l. 11. C. ad Trebell.* Bald. *cons. 421. lib. 5.* Fulg. *cons. 82. Factum.* Rom. *cons. 286. n. 6.* Calcan. *cons. 37. col. 4.*

10 † Restringe, quando filius esset hæres patris, & matris simul; quia videtur tunc inducta confusio actionum dotis maternæ, ex quo dicitur creditor patris, & adeundo obligatur. *l. debitori. C. de pact.* 11 *Strat. ham. §. additio. ff. de solut.* † Declara, nisi hæreditas debitoris esset restringenda ex fideicōmisso vniuersali; quia potest retinere; nam licet non detur actio, datur retentio. *l. debitor, & l. ita tamen. §. si ex Trebelliano. ff. ad Treb.* Vide, *Hæres adeundo simpliciter confundit actiones. Concl. 52.* Vide, *Fideicommisso quæ bona subiaceant, & quæ nō. Concl. 236.* † Amplia; quia datur retentio pro melioramentis. *l. domos. ff. de legat. 1.* Castr. *cons. 270. Viso puncto suprædicto, lib. 2.* Ruin. *cons.* 14 *117. in 1. dub. lib. 3. & cons. 135. n. 10. eod. lib.* Bertr. *cons. 21. n. 15. & cons. 324. n. 6. li. 1.* Socin. *cons. 170. n. 8. lib. 2.* & est text. *in l. plane*, vbi Bart. *de petit. hæred.* Affl. *dec. 87.* Neguſ. *de pign. in 5. par. princ. in 4. memb. n. 175. & n. 184.* † Extende; quia nedum via excipiendi, sed etiā via 15 agendi repetit melioramenta grauatus, & eius hæres, *l. vbi pure, §. fin. ff. ad Trebell. d. l. domos. ff. de legat. 1.* vbi Angel. Castr. Alex. & Ias. & est text. *in l. fin. §. emptor. C. comm. de legat.* vbi, quod potest agere ad pretium meliorationē omissa; quia veniūt cum re. † Intellige de 16 expensis melioramentorum vtiliū, & necessariorum, quæ respiciant perpetuam rei vtilitatem. Soc. *cons. 82. in fin. ver. hæres grauatus, lib. 4. d. l. vbi pure. §. qui in distrahendis, & l. mulier, §. sed enim. ff. ad Treb.* † Et dicuntur vtilia, & necessaria facta in plantandis vineis, 17 oliuetis, & in ædificiis. Castr. *cons. 247. In causa, quæ vertitur Saonæ, & cons. 337. Quantum ad illa, lib. 1. & cons. 270. Viso puncto suprædicto, lib. 2.* Alex. *in d. l. domos. ff. de leg. 1.* Affl. *dec. 87.* Neguſ. *de pign. in 5. part. in 4. memb. n. 185. & seq.* † Amplia; quia legitima filiorū debet de- 18 trahi de fideicōmisso; quia legitima non subiacet oneri fideicōmissi, quia de ea reiicitur omne grauamen, *l. quoniam in prioribus. l. scimus. C. de inoff. testam.* Vide, *Legitima filiorum non recipit grauamen. Concl. 187.* † Extende, etiamsi sit ad pias causas testatum. Bald. *cons.* 19 *42. In legitima, in princ. lib. 4.* Dec. *cons. 320. Dum legerem, col. 3. ver. secundo.* † Extende; quia procedit, etiam si filius grauatus esset in- 20 stitutus in quibusdā bonis particularibus, quæ nō sufficiunt pro legitima; quia potest illam deducere. Bald. *cons. 92. Proponitur, in princ. lib. 4.* Castr. *cons. 64. Licet plura, col. 2. ver. & breuiter. lib. 2.* Alex. *cons. 178. Attentis verbis, col. 1. in fi. lib. 5.* Aret. *cons. 18. Visa, post med. col.* 21 *3.* † Extende in Trebellianica, quā quilibet extraneus hæres deducit ex grauamine fideicommissi. *l. 1. per tot. tit. ff. & C. ad Trebell.* quod intellige, si fideicommissum est vniuersale, *§. sed quia, Instit. de fideicomm.* Vide, *Trebellianica ex omnibus deducenda, & quando ex solo fideicommisso. Concl. 376.* vbi, an ex legatis minuatur, vel ipsa Trebellianica minuat legata. † Extende; quia eadem retentio, & de- 22 ductio, quæ competeret filio grauato, & eius hæredibus pro legitima, & Trebellianica, & omni alia portione, competit etiam emptori. Castr. *cons. 94. Clarum est, lib. 2.* Dec. *cons. 323. Cum sit, quod nobilis vir.* † Et transmittitur hæc deductio legitimæ, & Trebellia- 23 nicæ ad quoscūq; hęredes extraneos. Patis. *cons. 45. col. 3. lib. 2.* imo hæc deductio vtilis competit creditoribus. † Restringe; quia pro 24 legitima, & Trebellianica nō possūt retineri omnia bona. Ruin. *cons. 51. n. 5. lib. 4.* quia legitima est quota bonorum. *l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. testam.* & quia ante deductionem; quia talis quota est incerta ratione loci, nulla possessio dicitur quæsita illis, quibus debetur. Bart. *in l. 21. C. quando, & quibus quarta pars, lib. 10.* Aret. *in l. 3. §. incertam. ff. de acquir. possess.* vbi Socin. & Ias. vbi cum cōstituant medietatem, sola medietas potest retineri. Dec. *cons. 55. col. penult.* Paris. *cons. 55. n. 25. lib. 2. & cons. 1. n. 79. lib. 3.* Alex. *cons. 43. Attenta, & cons. 142. Circa primum, col. 5. lib. 2.* Oldr. *cons. 131. Quidam habens.* † Et 25 idem in filio grauato sub cōditione; quia detrahit legitimam, & Trebellianicam, vt *in c. Raynutius, & c. Raynald. de testam. & in cap. si pater eod. tit. in 6. & in l. Papinianus, §. meminisse*, vbi glos. & Bart. *ff. de inoff. testam.* Ias. *in auth. res quæ. C. communia de legat.* Crau. *cons. 50. & cons. 316. n. 3. & 4.* † Declara tamen; quia Trebellianica non debe- 26 tur, quando restitutio esset facienda piæ causæ. Ias. *in d. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell.* Vide, *Trebellianica non deducitur ex relictis ad pias causas. Concl. 381.* † Item non debetur filiis, & descendentibus se- 27 cundi, vel vlterioris gradus; quia compensatur cum fructibus perceptis. *l. iubemus, C. ad Trebellian.* Vide, *Fructus fideicommissi ad quē spectent. Concl. 491.* Vide, *Fructus percepti quando imputentur in quartam. Concl. 503.* † Declara; quia si filius, vel hæres grauatus alie- 28 nasset bona testatoris, tenetur sibi imputare in legitimam & Trebellianicam. *l. Marcellus. §. res quæ*, vbi Dd. maxime Ias. *n. 1. ff. ad Trebell.* & est communis* opinio. Aret. *cons. 18. n. 5.* Alex. *cons. 178. n. 4.* * *lib. 5.* Vide, *Legitima ex quibus debeatur, vel non. Concl. 195. n. 40. & seq.* † Amplia; quia bona acquisita per hæredem grauatum deduci 29 debent ex fideicommisso; quia nō veniunt in restitutione fideicommissi. Corn. *cons. 180. lib. 4.* Socin. *in tract. fallent. reg. 432. ver. Trebellianica. d. coh. eredi. §. cum filiæ. ff. de vulg. & pupill. l. 3. §. vxor. ff. de dote præleg. l. sequens quæstio. ff. de legat. 2.* Dec. *cons. 81. nu. 8. & cons. 218. col. 2.* Alex. *cons. 20. lib. 3. & cons. 207. Ponderatis, n. 13. lib. 6.* Castr. *cons.* 30 *77. Visa facti in 2. dub. lib. 2.* † Extende; quia hæres grauatus deducit id, quod soluit de suo creditoribus, & legatariis hæreditatis.

31 Rom.*cons.*276.*in* 7.*quæsito.* † Extende, quia deducit, & retinere potest.q̃ soluit de suo pro oneribus, & grauedinibus debitis tẽpore testatoris.*l.emptor*, & ibi gloss.*in ver.à non domino.ff.de rei vend.*

32 Negul.*de pign.in* 3.*part.in* 2.*memb.n.*20.† Extẽde; quia deducit ea, q̃ filius, vel hæres non habuit iudicio testatoris, sed aliũde. Castr. *cons.*77.*Visa facti narratione satis longa,n.*2.*v. quantũ ad secundũ lib.*2. Alex.*cons.*91.*n.*10.*vers.bene facit.lib.*1.idem tenet Alex.*cons.*20.*lib.*3. q̃ est repetitum *cons.*217.*lib.*6. Corn.*cons.*196.*col.pen n.*15.&16.*lib.*

33 2.&*cons.*17.*in fin.lib.*4.† Restringe, nisi illud, quod fuit redemptũ ab hærede, fuerit de mandato testatoris redẽptum; quia tunc nõ dicitur ex noua causa apud hęredem, sed ex prima causa, prout ante erat. Bart.*in l.in diẽ.ff.de aq.pluu.arc.* Dec.*cons.*88.*n.*2.&3. late Tiraq.*de retr.tit.*1.§.10.*n.*4.&5.& ideo tanquã hęreditarium imputandum est, vel vt fideicõmissum restituendum. Dec.*cons.*238. *col.fi.v.quinto quæritur.* Cagn.*in l.*2.*q.*94.*n.*254. C.*de pact. inter empt. & vend.* Marz.*ár.in epit. fideicom.q.*6. & maxime stante pacto reso-

34 lutiuo. Salyc.*in l.si liberi.*§.*fi.fundus ff.de contrab. empt.* † Restringe, nisi talia bona essent acquisita ex fructibus bonorum fideicommisso subiectorum, quia tunc censerentur fructus extare & es-

☞ sent restituendi fideicommissario. Ias.*cons.*43.*lib.*3. Vide plenius, *Fideicõmissarius tenetur restituere fructus perceptos. Concl.*278.*n.*8. Am-

35 plia, † quia hæres grauatus deducit illud, quod soluit iudicio testatoris cohæredibus p̃ æquandis portionibus de suo proprio, nisi testator illũ sic grauasset ad soluendum de suo, ita Ruin.*cons.*

36 67.*col.*2.*per tot.lib.*2. † Et quod deducat illud, quod soluit pro

37 æqualitate partium. Alex.*cons.*69.*lib.*1. Anch.*cons.*102.*ad fi.* † Amplia, quia deducit bona prælegata pro exoneratione conscientię

☞ ex mente testatoris. Vide, *Fideicommissum qua bona comprehendat.*

38 *Concl.*259.*n.*8.*& multis seqq.* † Amplia; quia deducit expensas factas in litigando cum legatariis, vel aliis prætendentibus se creditores hæreditatis, maxime, quando fuerũt vtiliter factæ. Bald. *cons.*281. *Aloysius,lib.*1. Soc.Iun.*cons.*150.*n.*40.*lib.*1. Æmil.*cons.*15.*n.*

39 6.*l.fin.*§.*in computatione.C.de iur.delib.* † Limita; quia hæres grauatus non deducit onera, & balzellos soluta, quia de fructibus debentur. Castr.*cons.*13.*in* 3.*dub.lib.*2. Crau.*cons.*295.*n.*3. facit *l. apud Iulian.*§.*hæres.*& ibi Ias.*ff.de leg.*1. Bellon.*cons.*67.*n.*11.*ver.item pecu-*

40 *nia soluta* †Limita, quando hæres simpliciter adiuisset hæreditatem sine beneficio inuẽtarii, quia teneretur de suo ad debita testatoris, & non posset alienare bona testatoris, etiam pro debitis testatoris, nisi in subsidium, quãdo non adessent alia bona libe-

☞ ra, quod non credo verum in descendentibus. Vide, *Fideicõmis-*

41 *sarius quando teneatur cauere, & inuentarium facere. Concl.*272.† Bene verum est, quod si non confecit filius inuentarium, sed adiuit simpliciter, quod tunc non deducit dores maternas, neque pro-

☞ prium creditum. Vide, *Hæres adeundo simpliciter confundit suas actiones. Concl.*52. Vide, *Æs alienum debet semper deduci. Concl.*333.

Fideicõmissarius tenetur restituere fructus perceptos, & quando non. Concl.277.

1 FIdeicommissarius† grauatus de restituenda hæreditate, vna cum fructibus perceptis, seu percipiendis, obligatur etiã ad restituendum fructus, Bologn.*in addit. ad cons.*Io.*de Anan.*102.

2 *in fin.*† Vide plene Mant.*de coniect.vlt.vol.lib.*7.*tit.*10. vbi late distinguit de fructibus ante aditam, vel post aditam hæreditatem, & de perceptis ante conditionem, vel post, & de extantibus, &

3 consumptis, vide eum. † Amplia, vt ꝓcedat, etiamsi nõ fuit grauatus restituere fructus, sed solum si testator prohibuit illi legitimam, quia censetur prohibuisse, quatenus illam consequatur ex fructibus; vnde si prohibitio non valeret quoad legitimam, saltem tenebitur restituere fructus perceptos ex mente Cuma.

☞ *cons.*52.*Ad primum quæsitum,n.*3.*vers.ad secundum,vsq; in fi.* vbi tamẽ aderat clausula, *omni meliori modo.* Vide, *Substitutio facta in vnum ca-*

4 *sum ad alium non se extendit. Concl.*843. † Extende; quia grauatus, cui testator prohibuit Trebellianicam, quod posset secundum

* *communiorem, tenetur restituere fructus perceptos pendente

5 conditione. Fulg.*cons.*24.*ante med.ver.cum autem.* † Amplia; quia licet fructus percepti per grauatum in vita sua nõ veniant in restitutione fideicommissi; tamen imputat grauatus illos in Trebellianicam, & Falcidiam. Fulg.*cons.*24. *Humanissimæ amplitudini,*

6 *ante med.ver.cum autem.* † Extende; quia licet bona per hæredem quæsita post obitum testatoris non veniant in restitutione fideicommissi, & hæres grauati filii possit deducere legitimã, & Trebellianicam; tamen si acquisiuit grauatus ex fructibus bonorũ fideicõmisso subiectorum vltra legitimam, & Trebellianicam, tenetur quæsita restituere. Bald.*cons.*367.*Dubium,super quo,circa fi.*

7 *lib.*4. Vide plenius infr.*in* 1.*ampliatione.*† Amplia; quia hæres grauatus ad certa legata pure, & ad certas species, & corpora hæreditaria sub conditione non potest diminuere legatum speciei, prætextu, quod soluerit quantitates, quæ nõ erant in hæreditate, quando fructus medio tempore percepti ex corporibus sub conditione legatis sufficiunt. Bald.*cons.*143. *In causa, quæ vertitur, lib.*5.*in pr.& per tot.* † Amplia; quia si ex pretio fructuum aliquid esset acquisitum per grauatum, quod extaret, debet restitui fideicommissario; quia tunc censentur fructus extare, *l.Imperator,* §.*fin.cum l.seq.ff.de leg.*2. secundum Imol.*in l.mulier.*§.*cum proponeretur.ff.ad Trebell.*& ibid. Alex. qui idem dicit, *cons.*40.*Perspectis iis, quæ in præsupposito themate narrantur.col.*5.*lib.*3. Ias.*cons.*43.*lib.*3. Bald. *cons.*367.*Dubium,super quo,circa fin.lib.*4. † Contrarium *in ver.Fru-*

8 *ctus fideicommissi ad quẽ spectent. Concl.*491.*in fin.* † Amplia; quia hę-

9 res grauatus restituere fideicommissum tenetur ad fructus perceptos, postquã venit dies restitutionis, si restitutio est facta, vel facto, vel verbo, aut si non est facta, esset data facultas capiendi propria authoritate; quia ex quo translatum est dominium in fideicommissarium, debet consequi fructus, etiamsi non petiit, &

10 hæres grauatus non fuit in mora. Bart.*in l.in fideicõmissaria, n.*6.*ff. ad Treb.* † Et quia adueniente conditione statim transit dominiũ

11 rei alienatæ in fideicommissarium.*l.à Titio.ff.de furt.*& ideo in cõsequentiam dominii veniunt fructus à die conditionis purificatæ. Bart.& alii *in l.fin.C.de vsur.& fruct.legat.* Bart.*cons.*60.*& seq.lib.*

12 2. Rom.*cons.*84. Aret.*cons.*155. Ceph.*cons.*63.*& cons.*131.*n.*14. † Extende; quia si grauatus restituere est in mora, tenetur etiã ad fructus. Bart.*d.l.in fideicommissaria,n.*6.*ff.ad Treb.* dicitur autẽ in mora sine dubio à die litis contestatæ. Salyc.*in l.iubemus,* vbi ẽt Castr.*n.*

13 3.*C.ad Treb.*& licet in petitione hæreditatis veniant,& augeant; tamen id procedit, quando ab extraneo faciendа est restitutio. Bart.*in d.l.in fideicommissaria.ff.ad Treb. in fin.* † Vide Bart.*in l.posta-*

14 *lante.*§.*sed & huiusmodi, ff.ad Trebell.* vbi, quod veniunt fructus restitutione fideicommissi post moram etiam in filiis primi gradus. †Declarat plene Socin.*reg.*5.*Hæres de restituẽdo,* vt ante morã nõ teneatur ad fructus, fallit in tribus casibus, qñ constat de mẽte testatoris, vide eum. †Extende, quia etiãsi sint faciendæ dedu-

15 ctiones per grauatum, vel eius hæredẽ, puta p̃ legitima, vel Trebellianica, aut melioramentis, aut aliis à die petiti fideicõmissi tenetur ad fructus perceptos, postquam venit casus fideicõmissi. Soc.*cons.*42.*n.*3.*ver.requiritur autem.lib.*3. Corn.*cons.*158.*n.*7.*in fin. ver.fructus.lib.*3. Soc.Iun.*cons.*182.*n.*23.*lib.*2. vbi consuluit Florẽtię. Guid.Pap.*dec.*497. † Contrarium tenet idẽ Guid.Pap.*dec.*496.

16 vbi, quod si fideicommissarius petiit totũ simpliciter, & fuit oppositum de detractionibus, non est in mora; quia res non est liquida, & saltem habet iustam causam litigandi, & quod non teneatur, nisi à die litis contestatæ ad fructus; quia prius non est in

17 mora. Dd.*in d.l.in fideicõmissaria ff.ad Trebell.* †Declara; quia prima opinio est verior, vt per Alc.*in l.cũ proponas filios,in fi.ver.sed ego.C. de pact.& in l.*1.§.*fi stipulanti,in fi.ff.de verb.obl.* facit Bald.*in l.ex diuer-*

18 *so.*§.1.*ver.secundo nota.ff.de rei vend.* † Declara; quia in fideicõmisso vniuersali non veniunt fructus in restitutione, nisi à die litis cõtestatæ, & sic post moram grauati; secus in fideicõmisso particulari. Soc.Iun.*d.cons.*182.*n.*14.*lib.*2. vbi adducit rationẽ diuersitatis. Corn.*cons.*158.*ver.& sunt ponderanda,lib.*3.† Et quod fideicom-

19 missarius vniuersalis nõ teneatur ad fructus, nisi à die motæ litis, quia ante morã non debẽtur. *d.l.in fideicommissaria,* & ibi scribent. *ff.ad Trebell.l.*1.*& fin.C.de vsur.& fruct.legat.* Ang.*cons.*331. *Pro consultatione,in pr.* Soc.*cons.*42. *Pro decisione,ad fin.lib.*3. Aret.*cons.*155. *Diligenter visis,in fi.* quia nõ est in mora, nisi postquam est legitime requisitus. *l.si quis bonorum.ff.de leg.*1. Alex.*cons.*37.*col.*4.*lib.*2. Affl.*dec.*

20 87.*n.*6.† Declara; quia debentur à die litis contestatæ solum, vt veniant in restitutione, ad effectum vero vt veniant in cõpensatione melioramentorũ, debentur à die purificatæ conditionis, nõ ante. Dd.*in d.l.in fideicommissaria.ff.ad Treb.* Alex.*in l.si domus.ff.*

21 *de leg.*1. Ruin.*cons.*165.*lib.*4.† Declara; quia licet in petitione hæreditatis veniant fructus à die purificatæ conditionis, & augeat hæreditatem; quia dicitur dominus hęres, ad quẽ hęreditas spectat ab ipsa die, *l.item videndũ.*§.*cum prædiximus ff.de petit.hared.* in illud est, quando fructus perciperentur à possessore, non domino; secus si ab hærede, licet grauato, qui est dominus, donec petatur fideicõmissum, ita Bart.*in d.l.in fideicommissaria.ff.ad Treb.in fi.* & ꝓpterea Salyc.*in l.iubemus.C.eod.*& Castr. ibi *n.*3. dicunt fructus non deberi à grauato, nisi à die litis contestatæ, & motæ. † Re-

22 stringe, quando non est facta restitutio verbo, neq; facto, neque grauatus fuit requisitus, neq; in mora; quia tunc fructus non restituuntur. Bart.*d.l.in fideicommissaria ff.ad Treb.*& non dicitur esse in mora per aduentũ, & purificationem conditionis; quia requiritur interpellatio, & petitio. Guid.Pap.*dec.*497.& quod non de-

bean-

beantur, nisi à die litis contestatæ. Castr. *cons.* 427. *n.* 6. *lib.* 1. & *cons.* 23 94. *col. in lib.* 2. Limita; † quia regula est negatiua, quod fideicō-missarius nō tenetur fructus perceptos restituere. *d. l. in fideicommissaria. ff. ad Treb.* Ang. *cons.* 331. *In restitutione, in pr.* nam pendente conditione illos facit suos, nisi sit in mora. Castr. & alii in *l. quod de bonis. §. quod autus. ff. ad l. Falc.* Ias. *in l. scimus. §. repletionem. C.* 24 *de inoff. test.* Alex. *cons.* 165. *in fin. lib.* 5. Dec. *cons.* 81. *col. fin.* † Extende; quia fructus dicuntur percepti, si sunt separati à solo. *l. si usufructuarius missem*, cum gl. ibi Bart. & alii. *ff. quib. mod. usus fr. amitt.* nam quando sunt separati, spectant ad hæredes defuncti. *l. defuncta ff.* 25 *de usufr.* gl Bart. & Dd. *in l. diuortio, in pr. col. pen. ff. sol. matr.* † Extēde, vt procedat, etiamsi aduenit dies restitutionis; quia antequam fiat petitio, & sit in mora, non tenetur ad fructus. Dd. *in d. l. in fideicommissaria, in pr. ff. ad Treb. l. 1. & fi. C. de usu & usufr. legat.* gl. in *c. Raynutius, in ver. contestatæ de testam.* vbi Canonistæ *omnes. Soc. cons. 41. n. 5. ver. circa id, quod secundo quæritur, lib. 3.* gl. *in l. 2. in ver. ci-*26 *tata ff. de fideicom. hered. pet.* Bart. *in l. nec interest. ff. eod. tit.* † Extende, quia hæres grauati nunquam tenetur ad fructus suorum meliorationum, siue sit bonæ, siue sit malæ fidei. Rom. *sing* 333. Ang. Rom & alii *in l. cæterū. ff. de rei vend.* Bart. *in l. ratio, §. quod si. ff. de actio.* 27 *empt.* † Restringe in accessionibus, seu concessionibus ad hæredē peruenientibus iudicio testatoris, prout sunt pœnæ stipulatæ, seu res acquisitæ per testatorem, quorū dies venit post mortem eius; quia veniūt in restitutione. Ang. *d. cons.* 331. *ver. sexto fallit.* † Declara tamen; quia veniunt in restitutione, si non sunt exactæ per hæredem; sed sunt exigēdæ tempore restitutionis, alias 28 secus. Ang. *cons.* 331. *ver. sexto fallit.* † Restringe, nisi fructus essent pendentes tempore restitutionis; quia dicuntur pars rei, Ang. *d. cons.* 331. *in pr. ver. fallit autem. l. in Falcidia. ff. ad l. Falcid. l. fin. §. pen. ff. de* 29 *his quæ in fraud. cred. l. si seruus communis. Mæuij. §. fin.* & ibi Ang. *ff. de sepul. semo.* & procedit, etiamsi sint maturi; quia debent esse separati *in singulos, in fin. ff. de ann. leg.* † Item in pœnis, & vsuris, & aliis 31 accessionibus. Ang. *cons.* 331. *col.* 2. *ver. sexto fallit.* † Idem in pensionibus, & affectibus possessionum locatarum. *d. l. defuncta.* Bald. *in c. quia in Ecclesiarū, col.* 9. *de constit.* vbi dicit, quod pensiones, sic fit dies solutionis, faciendę non sunt amplius in corpore rerum hę-32 reditariarum, alias secus. *l. interdum. ff. de verb. obl.* † Restringe, quādo non sunt percepti iudicio testatoris, vt quia hæres fuit in mora restituendi; quia mora non debet sibi prodesse. Ang. *d. cons.* 331. 33 *in pr. ver. secundo fallit.* Bologn. *in add. ad lo. de An. cons.* 102. *in fin.* † Idē facta restitutione verbo, vel facto; quia debentur fructus, etiāsi 34 cui debet fieri restitutio, sit negligens. Bart. & alii *in d. l. in fideicommissaria. ff. ad Treb.* Aret. *cons.* 155. *Diligenter visis, in fin.* † Et procedit Florentiæ etiam non facta restitutione, quæ habetur pro facta à die mortis grauati; quia cum statutū *lib.* 2. *de execut. legat.* statim 35 concedat executionem, censetur facta restitutio. † Declara; quia procedit restrictio, quādo hæres grauati esset in mala fide; si vero est bonæ fidei, non tenetur ad fructus etiam legatorum, & fideicōmissi. gl *in l. fin. C. de vsur. & fruct. leg.* vbi maxime Saly. Ruin. *cons.* 97. *Circa primum. col. fin. lib.* 5. sed vt hæres præsumitur ignorare *d. qui in alterius. ff. de reg. iur.* necnon etiam tanquam successor; 36 quia pariter bonæ est fidei. † Restringe, quando testator signāter grauauit hæredem, vt restituat etiam fructus. Ang. *d. cons.* 331. 37 *ver. tertio fallit.* Bologn. *in add. ad cons.* 10. *de Anan.* 102. *in fi.* † Restringe quando apparent coniecturæ, quod testator voluit eriā fructus restitui, si appareat, quod restitutio fuit dilata ad fauorem eius, cui erat facienda, vel si iussit restitui, quicquid percipiet ex 38 dicta hæreditate. Ang. *d. cons.* 331. *col.* 2. *ver. quarto fallit.* † Alia coniecturæ est, quando grauauit hæredem ad restituendum etiam 39 propria bona. Bart. *in l. cum pater, §. Titio. ff. de leg.* 2. † Restringe, qñ grauatus restituere percepit fructus ante aditam hæreditatem, secus si post aditam; quia primo casu fructus augent hæreditatē, sed secus, si sunt percepti post adita. Ang *d. cons.* 331. *col.* 2. *ver. quin* 40 *to fallit.* † Restringe, quando hæres quomodocunq; facto suo diminuisset fideicommissum restituendum, vel propter dotem filiæ, vel alias; quia tunc tenetur in fructibus supplere. Ang. *d. cons.* 41 331. *ver.* 7. *fallit*, vbi, quod non procedit in filiis primi gradus. † Limita; quia hæres grauatus restituere sub stituto omnia bona dicti testatoris, prouenientia, vel prouētura quomodocunq; vel quaterecunque; quia non tenetur restituere fructus perceptos ante restitutionis diem; quia appellatione bonorum non veniūt fru-42 ctus. Ang. *d. consil.* 331. *per tot.* vbi est casus. † Restringe; quādo grauatus ad restituendam hæreditatem, & pecuniam prouenientē, & prouenturam quomodocunque, & qualitercunque; qa tunc tenetur restituere fructus, ex quo appellatione pecuniæ veniunt 43 fructus. Ang. *d. cons.* 331. *col.* 2. *v. inter has autē, vers. in fi.* † Limita; quia hæres grauatus de restituendo per fideicommissum non cōpensat fructus perceptos cum debito ipsi grauato restituēdo. Ruin. *cons.* 112. *col. fin. ver sed ius non obstant. lib.* 2. & *cons.* 115. *n.* 13. & *cons.* 135. *n.* 10. *lib.* 3. Rol. à Vall. *cons.* 65. *n.* 24. *lib.* 2. Crau. *cons.* 295. *n.* 3. *vers. nec tenetur*, plene Soc. Iun. *cons.* 170. *n.* 6. *ver. his stantib. lib.* 2. & ista est magis *communis. † Contrarium tenet Natt. *cons.* 321. *nu.* 3. *vers.* * 44 *quarto dicitur.* † Declara; quia licet filii primi gradus non cōpen- 45 sent fructus perceptos in quartam Trebellianicam sibi debitam. *l. iubemus. C. ad Treb.* & secus sit in muliere creditrice pro dote sua, vt videtur text. *in l. mulier. §. cum proponeretur, in fi. ff. ad Treb.* distinguitur tamen; quia si sunt consumpti bona fide, non compēsantur; secus si extarent tempore mortis grauati, ita Castr. *cons.* 19. *n.* 3. *ver.* 4. *quæritur lib.* 2. † Extende, vt idem sit; quia iidem non com- 46 pensant fructus cum meliorationis; quia licet bonæ fidei possessor teneatur compensare fructus perceptos ex re aliena cum meliorationis. *l. sumptus, & l. emptor. ff. de rei vend.* tamen fideicōmissarius illos percipit ex re sua; ideo non compensat. Neguſ. *de pign. in* 5. *part. in* 4. *memb. n.* 12. *ver. & istud procedit.* Rol. à Vall. *cons.* 28. *n.* 17. *lib.* 1. Vide, *Fructus fideicommissi ad quem spectent. Concluſ.* 491.

Fideicommissarius qualiter probet fideicommissum, & quam actionem intentare possit pro restitutione. Concl. 278.

FIDEICOMMISSARIVS† quid debeat probare, an pos- 1
sessionem defuncti, an etiam dominium, est controuersum; quia confuse loquuntur Dd. sed dicas, quod si agitur contra vniuersalem, vel etiam singularem succedentem grauati, probatio facilior admittitur, & sufficit agere personali, vel etiam probare possessionem; si vero agitur cōtra tertium, siquidem realis actio proponitur per modum rei vendicationis, vel hypothecariæ, probatur dominium, si per modum petitionis hæreditatis fideicōmissariæ, vel alio remedio possessorio, sufficit possessio. Natta *cons.* 400. vbi late, plenius Crau. *cons.* 802. *n.* 18. & *seq.* Hier. Gabr. *cons.* 45. & 46. vide plenissim. per Marzar. *in epit. fideicom. q.* 60. plene Rol. *cons.* 46. *lib.* 3. vbi, quod contra hæredem, & habentem caussam à testatore sufficit probare bona fuisse in bonis tēpore mortis testatoris, contra tertium possessorem extraneum debet probari dominium, vbi late, quando, & qualiter probetur dominium. † Amplia, vt procedat contra tertium possessorem, quan- 2
do emit ab hærede tanquam hærede; quia tenetur stare confessioni hæredis, & sufficit probare bona fuisse in bonis testatoris, Marzar. *d. q.* 60. *in pr. & quasi per totam.* † Extende; quia in antiquis 3
sufficit etiam probatio per famam, quod bona fuerint in bonis testatoris. Marzar. *d. epit. fideicomm. q.* 60. *in fin.* Vide, *Fideicommisso* 4
qualiter bona probentur supposita. Concluſ. 279. † Declarationem recipit concluſio; quia ex multis actionibus, quæ competunt aliquādo vni, non est locus aliquando alteri; ideo petitio hæreditatis fideicommissariæ, quæ similis est petitioni hæreditatis, nō datur contra titulo possidentem, etiamsi habeat causam post obitum defuncti, vt plene Benintend. *dec.* 35. *per tot.* vbi hanc magis dicit *communem. Alex. *cons.* 186. *Omissa disputatione, n.* 2. *lib.* 5. vbi cō- * *munem* dicit. † Contrarium tenet Osasc. quod imo detur cō- * 5
tra titulo possidentem, quando titulus est posterior morte defuncti, vel ab hærede, *in dec. f. Pedem* 56. *per totam*, vbi concord. allegat. † Fideicommissaria igitur hæreditatis petitio, quæ compe- 6
tit fideicommissario contra grauatum hæredem, est eadem cum petitione hæreditatis, & eodem iure regulatur, vt non detur cōtra titulo possidentem, plene Alex. *cons.* 186. *per tot. lib.* 5. vbi *nu.* 2. dicit *communem; & est ratio; quia eodem iure regulatur cum * petitione hæreditatis; quia ista fideicōmissaria est vtilis, alia vero est directa. Bero. *in c. in præsentia, n.* 31. *de probat.* † Et non datur fidei- 7
commissaria hæreditatis petitio contra hæredem, neq; ante restitutionem verbalem, sed solum post restitutionem, & contra possidentem pro hærede, vel possessore. Bero. *cons.* 102. *n.* 28. *lib.* 2. † Competit etiam remedium *l. fin. C. de edicto D. Adriani tollen.* ita 8
Bero. *cons.* 156. *n.* 20. & *seq.* vbi declarat secus esse, si fideicommissum sit ex solis codicillis, absq; eo, quod præcedat testamentum. † Non tamen dicitur intentatum hoc remedium, quando petū- 9
tur fructus, vel quando petitur restitutio rei; secus, si petatur restitutio possessionis rei, & omittuntur fructus. Alex. *cons.* 184. *Viso processu, lib.* 5. *in fi.* † Saluianum interdictum competit pro restitu- 10
tione fideicommissi, tam specialis, & particularis, q̄ vniuersalis, & qualiter, præcedat, plene Hier. Gabr. *cons.* 46. *per tot.* † Partē sub- 11
iectam fideicommisso potest fideicōmissarius vendicare à tertio possessore emptore ab ipso hærede grauato, *l. seruo legato. §. 1. ff. de leg. 1. l. fi. §. sin autem sub conditione. C. comm. de leg.* plene Dec. *cons.* 235. *Non parua, col.* 6. *n.* 13. & *seq. ver. capio igitur septimū.* vbi dicit * com- *
munem.

munem, vbi extendit, etiamsi filius sciẽs alienauit pro sua legiti-
12 ma; quia non potest illam sibi eligere. † Declara tamen; qa pro-
cedit, quando hæres filius, vel alius alienauit sciens, qa datur rei
vendicatio, secus si ignorans bona fide alienauit; quia consequi-
tur pretiũ. Dec. *d. cons.* 235. *n.* 14. *& seq.* vbi concord. addidi. Exten-
13 de †igitur, vt procedat, etiamsi filius alienauit pro legitima; quia
non potest sua auctoritate, sed iudicis arbitrio illam sibi eligere.
Dec. *d. cons.* 235. *col.* 7. *nu.* 14. *ver. nec prædictæ conclusioni*, vbi *n.* 15. dicit
*14 *communem contra Baldum tenentem contrarium. † Contra-
15 rium tenet Bald. *cons.* 217. *Quæritur, vtrũ filius, lib.* 1. † Declarat Dec.
d. cons. 235. *n.* 16. vt opinio Baldi procedat, quando iudex videret
esse æquam alienationem, & non ex dolo, & *n.* 17. dicit doloſam,
si meliorem rem, vel si pro minori pretio, quam valeat, vt si rem
* magni valoris pro legitima minus valente vendidit, & dicit *cõ-
16 munẽ. † Declarat Rol. à Vall. vt proceda alienatio facta pro le-
gitima, quando fuit ex causa necessaria, secus si ex causa voluntа-
17 ria, *cons.* 78. *n.* 19. *lib.* 1. Menoch. *de arbitr. casu* 163. *n.* 19. *& seq.* † Con-
tra declarationes, quod imo emptori detur retentio rei emptæ,
tenent plures, quos citat apost. pen. ad Dec. *d. cons.* 235. *in ver. cau-*
☞ *sa.* Vide, *Fideicommissum prohibitum alienari si alienetur, qualiter detur
rei vendicatio. Concl.* 264. Vide Mascard. *Concl.* 777. *Fideicommissa-
rius agens*, vbi, quod fideicommissarius agẽs ad fideicommissum
debet probare bona fuisse in bonis fideicommittentis, & siquidem
contra grauatum restituere, seu etiam contra extraneũ sine
titulo, sufficit, quod probet fideicommittentem possedisse tem-
pore mortis suæ; si vero contra tertium habẽtem titulum, secus;
☞ quia non datur petitio hęreditatis, & limitat duobus modis. Vi-
de duas Concl. prox. seq.

Fideicommisso qualiter bona probentur suppositа. Concl 279.

1 BONA † probantur suppositа fideicommisso antiquo, quan-
do excedit memoriam hominũ per solam famam antiquã.
Bald. *cons.* 84. *Res prohibitæ, in fin. lib.* 1. *& cons.* 89. *Dn. Thomas, n.* 5. *ver.
3. præmittendum, lib.* 1. Ang. Aret. *cons.* 20. *Visis actis, in pr.* allegat An-
gel. & Cuman, *in l. atqui natura, §. cum de absente, ff. de neg. gest.* per gl.
ibi, quod sola fama probat, quando nullus viuens potest recor-
2 dari. † Et quod probentur bona in antiquis fuisse in dominio, &
bonis testatoris de antiquo per famam, testes de auditu, confes-
siones præmortuorũ grauatorum, & per cõiecturas, & alias præ-
3 sumptiones, plene Ang. Aret. *d. cons.* 20. *in pr. in* 1. *dub.* † Amplia; qa
diuisio inter hæredes fideicõmissarios facta tãquã de bonis sup-
positis fideicõmisso probat bona fideicõmissaria in ptæiudiciũ
hæredum ipsorum diuidentiũ. etiamsi diuisio sit facta per senẽ-
tiam arbitralẽ. Bald. *d. cons.* 89. *n.* 6. *ver. ad hoc etiam facit, lib.* 1. Anch.
4 *cons.* 291. *Super plurib. in fi. n.* 17. *ver. concludo ergo.* † Extende ẽt quoad
bona mobilia, etiamsi hæres neget extare. Anch. *d. consil.* 291. *in fi.*
5 † Amplia; quia bona empta iussu testatoris, vel redempta; item
empta ex pecunia hæreditaria; item empta loco alienatorũ, quæ
☞ erant suppositа fideicõmisso, probantur suppositа. Vide, *Subro-
gatio bonorum in locũ fideicommissi quando facta dicatur, vel non. Concl.*
6 759. † Amplia; quia testes singulares iunctis præsumptionibus,
videl. inuentarii etiam non solenniter facti, probant bona fuisse
in bonis, ita vt sit deferendum iuramentum in supplementum.
Fulg. *cons.* 161. *In causa Iacobi, in pr.* vbi ait satis præsumi etiam qꝛ res
sint in bonis, seu fuerint in bonis, quando sunt penes eos, qui se
faciunt hæredes eius, cuius res dicuntur fuisse in bonis, & repe-
7 tit *cons.* 140. *col.* 2. *in fin. ver. quantum autem ad domos.* † Amplia; quia
inuentarium factum, tanquã de bonis hęreditatis fideicommit-
tentis etiam non solemne facit magnam præsumptionem ad de-
ferendum iuramentũ etiam pro hærede; quia iudex interuenit.
Fulg. *cons.* 161. *in pr. & cons.* 140. *col.* 2. *in fin ver. quantum autem.* Am-
8 plia; † quia possessio bonorũ penes eos, qui dicuntur hæredes,
operatur præsumptionẽ, quod res fuerint in bonis de functi, cu-
ius sunt hæredes, vel se faciunt hæredes, etiã ad fauorem hære-
9 dum possidentium. Fulg. *d. cons.* 161. *col.* 2. *ver. rursus ex alio.* † Idem,
quando bona possidentur à descendentibus fideicommittentis,
nec constat de alio titulo; quia præsumuntur bona à fideicõmit-
tente auo processisse, maxime quando concurrit coniectura, vel
☞ quia pars bonorum probatur, vel fama. Fulg. *cons.* 145. *col.* 2. Vide,
10 *Filius præsumitur hæres, & possessor bonorũ patris. Concl.* 359. † Declara;
quia quando aliquis descendens à fideicõmittente possedit bo-
na aliqua in vita, & tempore mortis, licet prætensi fideicõmissa-
rii acceperint possessionem bonorum; tamẽ filia vltimi possesso-
ris habet intentionem fundatam, vt bona sint libera, & fideicõ-
missarii debeant probare fuisse fideicommittentis, si pſumptio
aliqua concurrit pro filia, pũta, quia non constat patrem agno-
uisse, vel sciuisse fideicõmissum; item si statutũ transfert possessi-
onem in hæredem. Alex. *cons.* 24. *Attentis iis, in fin. nu.* 12. *ver. & non*
11 *obstat, lib.* 3. Amplia, † quia possessio bonorum testatoris fideicõ-
mittentis in facto antiquo arguitur, ex quo bona reperiuntur in
eius catastro tempore eius vitæ, & successiue in catastro filiorũ,
& hæredũ; quia præsumitur testator illa habuisse, & possedisse
tempore mortis, & testamenti, in quo fideicommissum iniunxit,
l. siue possidetis, C. de probat. Bald. *cons.* 20. *lib.* 5. Vide, *Possessio ex quibus*
☞ *præsumatur. Concl.* 415. † Declara maxime, quando filius, & hæres,
12 vel alius, qui mittitur ex testamento, hoc allegat, & contrarium
non probatur. Abb. *in c. cũ ad sedem de rest. spol.* † Amplia; quia licet
13 catastrum non probet possessionem, nisi inter Commune, & de-
scriptum ad catastrum, non autem contra tertium. Bart. *in l. rura,
C. de omni agro deserto, lib.* 10. Ang. & alii, *in l. decem.* vbi Ias. *ff. de verb.
obl. l. censualis, C. de donat. l. solemnibus, C. de rei vend.* Soc. *cons.* 89. *lib.* 1.
tamen negari non põt, quin præsumatur pro possessione illius,
qui dedit ad catastrum, text. est & ibi gl. & Bart. *in l. fin. C. de præd.
nauic. lib.* 11. Castr. *in l. scriniarios, n.* 4. *C. de testam. milit.* & sic inducat
præsumptionem, quæ iũcta cum aliis admiculis plene probat;
vnde cum cõcurrant hic catastratio defuncti, alia catastra filio-
rum, & hęredum, & eorum possessio per testes probata, & quod
dicti hæredes non acquisiuerunt alia bona, & antiquitas tẽporis
88. ann. inducitur plena probatio; quia rigor reducitur ad ar-
trium iudicis. Alex. *cons.* 4. *lib.* 2. Socin. *cons.* 89. *lib.* 1. maxime, quia
non est verisimile, qꝛ testator posuisset ad catastrum, si non pos-
sedisset, cum actus describẽti sit continuo onerosus, propter tri-
xam, quæ cõtinue soluitur fisco. *l. cum de indebito, ff. de probat.* & istis
omnibus iunctis inducitur plena probatio, in simili plene Socin.
cons. 205. *lib.* 2. † Contrarium videtur tenere Corn. *cons.* 23. *n.* 7 *lib.*
4. Gabr. *cons.* 21. *n.* 10. vbi, quod si prima ꝓbatio possessionis de-
functi in vita sua est solum præsumptiua, non operatur aliã præ-
sumptionem, vt etiam vsq; ad mo tem eo tempore præsumatur
possedisse. † Amplia; quia probantur bona suppositа fideicõmis-
14 so præsumptiue: quando constat de titulo tertii conuentiacqui-
sito ab hærede grauato. Castr. *cons.* 94. *Clarum est, in fi. ver. quantum
vero, lib.* 2. † Idem, si tertius possessor opponit in bonis detrahen-
16 dam esse legitimam filii hæredis, qui alienauit, *l. scimus, §. replutan-
nem, C. de inoff. testam.* † Idem, si dixit bona hypothecata pro dote
17 matris hæredis, & vxoris testatoris, *l. 1. in pr. & l. Paulus, in prin ff. de
pign.* † Amplia, quia fideicommissarius agens ad bona suppositа
18 fideicõmisso nedũ tenetur probare res fuisse in bonis defuncti,
sed etiam idẽtitatem bonorum, quam probat ex denominatio-
ne, ex vnico confinio, & quando duo confinia concordant cum
denom natione, sufficit, etiamsi alia duo discordẽt, plene Masc.
Concl. 778. *Fideicommissarius agens, n.* 39. *& seq.* Vide, *Fideicõmissarius*
☞ *qualiter probet fideicommissum. Concl.* 278. Vide, *Fideicommissum quã-
do prob. tur ex confessione partium, vel alias. Concl.* 233. Vide plene per
Masc. *Concl* 778. *Fideicommissarius agens ad fideicommissum quo pacto
probare possit res fuisse in bonis*, vbi, quod probatur in antiquis per
coniecturas; per famam per testes de auditu, per verba enũcia-
tiua instrumẽtorum, & scripturarum; nõ tamen per emptionem,
& quoad possessionem per constitutum, vt per assertionẽ testa-
toris, per inuentarium, per diuisionem, vbi limitat; item per æsti-
mum alio non possidente, per confessionem partis aduersæ, per
locationem, si semel possedit defunctus; item si probatio fuit se-
mel facta contra hæredem, sufficit contra tertium, vbi, quod et-
iam tenetur fideicommissarius probare identitatem bonorum,
& quomodo † Limita; quia fideicõmissarius ex solo instrumen-
19 to testamenti non potest obtinere, sed debet probare, quod e-
uenerit casus substitutionis, & qꝛ aduersarius conuentus possi-
deat bona fideicommisso suppositа, ita Alex. *cons.* 234. *quod est si
lib.* 6. *in fi.* vbi clare. † Extende item; quia solum instrumẽtum te-
20 stamenti, & illius verba non probant res fuisse in bonis testato-
ris, neq; quod ea possederit. Anch. *cons.* 82. *n.* 8. *& 9.* † Et quod fi-
21 deicommissarius, vel agens ex primogenitura debeat probare,
quod testator fuerit dominus rerum, quæ petuntur, vel saltem
quod eas possederit. Petr. Anch. *cons.* 82. *Dicta facti in narratio. n.* 8. *ver.
præterea, cum seq.* † Declara; quia multa probare tenetur fideicom-
22 missarius; primo, quod fideicommittens testator fuerit in rerum
natura, & hoc potest probari in antiquis per famam publicam,
vel per testes de auditu ab iis, qui cognouerunt, vel à maioribus
audiuerunt. Aret. *cons.* 20. *Visis actis, in pr.* † Secundo, quod bona
23 fideicommissaria petita fuerint in bonis fideicommittentis, & si
non exter viuẽs, qui possit recordari, sufficit fama publica, & te-
stes de auditu à maioribus suis, qui dicebant audiuisse à suis ma-
ioribus, &c. Aret. *d. cons.* 20. *in princ.* Alex. *cons.* 24. *Attentis in num. 4.*
ver. 116

*ver. in ergo, li.3.† Tertio, quod petens sit de descendentibus vocatis ad fideicommissum, & quomodo probetur parentela, vel descendentia, plene Aret. *cons.*20. *Visis actis, n.*19. *& seq. ver.*3 *pr.* † E conuerso si prætendatur fideicommissum eo, quod mortuus esset de descendentibus testatoris, & sic præsumptiue, non habet locum, nisi sit probatum, quod esset de descendentibus; quia ei, qui allegat aliquem talem esse, vel fuisse, incumbit onus probandi. Alex. *cons.*24. *Attentis ijs, n.*3. *ver. sed vis consistit, & n.*4. *lib.*3. & * dicit communem Nat. *cons.*473. *n.*33. late Alciat. *reg.*2. *præsumpt.*2. *n.*6. *ff &*7. Vide, *Bona fuisse in bonis testatoris quomodo probetur.* Mascard. *Concl.*199. *&*220.

Fideicommissarius sub conditione quid probare teneatur. Concl. 280.

1 FIDEICOMMISSARIVS † sub conditione mortis alicuius tenetur probare mortem illius, *l. siquidem, C. solut. matr. l.*2. § *si dubitetur. ff. quemadmodum testi aper.* Corn. *cons.*195. *lib.*3. Rui. *cõs.*135. 2 *col. fili.*4. Boer. late *dec.*288. † Et licet statutum Florentiæ, *lib.*2. *sub rub.*4. disponat, quod probetur mors per famã, requiritur tamen, quod testes super ea inducti assignent rationem famæ, & nominent aliquos, à quibus habuit originem. Dec. *cons.*37. *colu.*4. alias 3 eorum depositio est nulla. † Extende; quia substitutus alicui decedenti sine filiis, ex euentu conditionis prædictæ dicitur substitutus in personam substituti effecta pura, quæ erat conditionalis, *l. fi. ff. de vulg. & pupill. l. si pupillus, in fi. ff. de cond. & demonst.* Bal. in *l. unus. an. fi. C. de test. manumiss.* Aret. *l. si.* § *cum mihi, n.*7. *ver. nota* 13. *ff. de rebus dub.* & dicitur probata, si probetur, quod decessit, licet non 4 probetur, quod sine filiis decesserit. † Nam ex euentu conditionis intentio substituti dicitur fundata. Paris. *cons.*18 *n.*18. *cum seq. lib.*2. *& cons.*26. *n.*7. *& cons.*91. *n.*8. *& seq. eod. lib.* vbi allegat iura, & authoritates, ex quibus patet probata purificatione conditionis esse locum restitutioni fideicommissi, *l pen. & fi. C. ad Trebell.* Bald. 5 *cons.*286. *Super primo, ver. super* 4. *puncto, lib.*3. † Et quando probata est mors grauati, & superuiuentia substituti, dicitur cessisse dies fideicommissi, text. in *l cedere diem ff. de verbor signif.* Paris. *cons.*19. & *cons.*26. *n.*7. *& cons.*91. *n.*4. *lib.*2. & ideo poterit agere etiam contra tertium, in quem est facta alienatio, *l. si.* § *sin autem sub conditione, C.* 6 *comm. de leg.* † Amplia; quia fideicõmissarius debet probare, quod fideicommissum comprehendat casum, per quem intendit agere; quia semper dici potest, substitutio hoc casu nõ loquitur. Soc. *cons.*62. *col.*2. *ver. & primis, lib.*3. Ciau. *cons.*161. *Verba substitutionis.* 7 † Declara tamen, nisi doceretur de errore Notarii, qui vnum scripsisset pro alio, vel per ignorantiam verbum vnũ apposuisset pro *ff* alio. Vide, *Notarij error non debet nocere partibus, & quando secus. Concl.* 8 87. † Amplia; quia debet probare identitatem bonorum. Corn. 9 *cons.*144. *col.*3. *ad fi. lib.*4. Crau. *cons.*198. *n.*4. † Amplia; quia debet probare res fuisse in bonis fideicommittentis, secundum Bald. *cons.*84. seu 88. *Res prohibitæ ad fi. & cons.*89. *D. Th lib.*1. *& cons.*103. al. 314. *In causa Bastii lib.*4. Cast. 94. *Clar. fi in iure. & cons.*102. *Videndum est in iure, lib.*2. Alex. *cons.*139. *col.*3. *lib.*6. Crau. *cons.*316. *col.*2. *ver. nono dubitatur.* Alex. *cons.*82 *n.*13. *lib.*1. & quod facta probatione bona fuisse in bonis, & producto testamento purificata conditione consequatur bona. Alex. *cons.*91. *n.*10. *lib.*1 Paris. *cons.*115. *n.*9. *lib.*4. Crau. *cons.*61. *n.*6. Rol. à Val. *cons.*28. *n.*2. *lib.*1 *& consil.*81. *n* 15. *lib.*2. 10 Rim. *cons* 23. *n* 43. † Et hoc probato, si purum, vel purificatum est * fideicõmissum, potest bona vendicare, *l. fi.* § *sin autẽ*, vbi * omnes, *C. comm. de leg.* Cast. *d. cons.*94. Alex. *cons.*178. *Attentis verbis testamenti, col. pen. ad fi lib.*5. Aret. *cons.*37. *col. fi.* Dec. *cons.*236. *n.*6. † Extende, 11 etiam si essemus in fideicommisso antiquo, nõ excedente tamen centum annos, secundum magis * communem, de qua Crauet. *de antiq. tempo. parte* 1. *n.*2. † Extende; quia inuentarium factum per 12 tutorem tanquam de bonis pupilli filii fideicommittentis, postquam non probantur bona aliunde prouenisse, probat pupillum ea assequutum fuisse ex hæreditate paterna Marz. in *epit. fideicom* q 60. cuius dicta multo magis procedunt in pupillo, qui non præ 13 sumitur aliquid lucrari, *l. pen ff de oper. liber.* Bal. in *l. si patruus, C. com. virisque ind.* † Amplia, quia imo fideicommissarius, qui venit ad fideicommissum alienatum propter contrauentionem alienantis, debet probare, quod alienans sciuerit prohibitionem, imo fortius requiritur sententia declaratoria, quod contraueniens 14 ceciderit ad hoc, vt alius admittatur. Vide, *Fideicommissum an præscribipossit. Concl.* 289. *nu.*11. *ver. limita.* Vide, *Substitutus sub conditione vt admittatur probat multa. Conclus.*816.

Vide plenius in Concl. prox. sequent.

Fideicommissarius non tenetur probare grauatum sine filiis decessisse, & quando secus. Concl. 281.

FIDEICOMMISSARIVS † sub conditione, *si talis decesserit* 1 *sine filijs*, non tenetur hoc probare, quod decesserit sine filiis, quia eo ipso, quod probat illum decessisse, habet intentionem fundatam. Alex. plene *cons.*29. *Viso themate, lib.*2 *per totum.* per tex. in *l. ex facto, ff. ad Trebellian.* § *penultim.* in simili Cuman. *cons.*43. *per tot.* & hanc communem * dicit Alciat. in simili in *reg.*1. *præsumpt.* * 49. *num.*5. *& sequent.* Neuizan. *consil.*10. *num.*9. Cassan. plene *cons.* 19. *in tertio dubio, num.*12. Ruin. *cons.*154. *num.*4. *lib.*3. Corne. *cons.*95. *Viso processu, num.*3. *ver. sufficit enim & cons.*197. *Licet in hac consultatione, per totum, lib.*4. Alex. *consil.*20. *Viso processu, in fi. & cons.*39. *Viso themate, lib.*1. repetitum *cons.*29. *lib.*2. Socin. *cons.*90. *In causa agitata, n.* 8. *ver. & si iterum dicatur, libr.*1. plenissime Cephal. *cons.*133. *n.*53. qui dicit hanc magis receptam. Dec. *cons.*652. *nu.*7. vbi dicit * communem. Boer. *decis* 38. *nu.*30. vbi late citat alios, quia substituto fauetur in hoc Alexand. in *l. & potest. ff. de acquiren. hæredit.* Aret. in *l sed & si de sua. ff. eodem*, & facit ratio; quia præsumptio iuris est, quod quis decedat sine filiis; quia filiatio est quid facti, ergo debet probari, *l. in bello,* § *facta, ff. de captiuis.* & præsumptio transfert onus probandi in aduersarium. † Contrarium tenet Alex. *cons.*117. *Viso pro-* 2 *cessu, in princ. lib.*4. † Declara; quia licet quis præsumatur sine filiis 3 decessisse, nisi contrarium probetur, tamen ad bene esse, requisitio facta per nuncium de mãdato iudicis est bona, & facienda. Alex. *cons.*20. *in fi. li.*1. † Contrarium, quod non sit necessaria. Alex. 4 *cons.*39. *n.*3. *lib.*1. *& cons.*39 *lib.*2. † Extende in tantum fideicommissarium habere intentionem fundatam, quod decesserit grauatus 5 sine filiis, si de contrario non constat, vt procedat, etiam si constat grauatum habuisse filios, qui mortui sunt, sed non constat, an ante grauatum, vel post decesserint. Castren. *cons.*388. *Pro declaratione, n.*4. *ver. super quinto lib.*1. apost. mea ad Alex. *d. cons.*39. *lib.*1. vbi concord. plures, vide infra *nu.*19. † Imo procedit extensio, etiam 6 si constet grauatum habuisse filios, & non constat, an mortui sint, quia si grauatus non doceat eos viuere, fideicommissarius habet intentionem fundatam. Castrens. *d. cons.*388. *nu.*4. *ver. super quinto, lib.*1. sequitur d. apost. ad Alex *cons.*39. *lib.*1. † Declara, quia procedunt prædicta magis de plano, videlicet hoc vltimum, quando 7 hæredes grauati sunt actores. Castr. *d. cons.*388. *n.*4. *in fi. lib.*1. † Am- 8 plia, vt idem sit in substitutione facta Titio impuberi, quia mortuo Titio non tenetur fideicommissarius probare illum fuisse impuberem. Alciat. *reg.*2. *præsumpt.*14. vbi de * communi. † Amplia; * 9 quia fideicommissarius probans se agnatum proximum non tenetur probare non extare alium proximiorem se. Cuman. *cons.*43. *per tot.* Alex. *cons.*179. *n.*10. *lib.*7. Crauetta, qui alios citat *cons.*249. *in pr.* Burlat. *cons.*301. *n.*2. *lib.*3. & hæc est communis * opinio. Alba. * *cons.*83. *n.*22. *& seq.* Neuizan. *cons.*10. *num.*9. Alex. *cons.*27. *Considera- tis q. col.*2. *ver. alia ratione, lib.*7. Corn. *cons.*10. *Visa fuit, col.*3. *ver. ijs tamen minime refragantibus, & cons.*119. *Placet mihi. col.*3. *ver. vltra dedu- cta, lib.*1. † Contrarium videtur tenere Alex. *cons.*124. *lib.*2. Dec. *cõs.* 10 320. *in prin.* & quod debeat probare gradum proximiorem, & saltem stipitem, à quo descendit, vt possit sciri, an sit in gradu successibili. Alex. *cons.*82. *lib.*1. Paris. *cons.*51. *n.*8. *lib.*2. † Declara; quia si 11 probat fideicommissarius se agnatum certo gradu, tunc procedit prima opinio; secus, si simpliciter probat se agnatum sine certo gradu, ita Dec. *cons.*321. *col. fi. ver. vltimo non obstat.* † Vide tamen Al- 12 ban. *cons.*83. *n.*82. *& seq.* qui videtur reprobare distinctionem Decii. Neuizan. *cons.*10. *nu.*9. qui dicunt * communem esse primam. * † Declara, nisi cõstaret alium proximiorem extitisse, qui nõ pro- 13 batur mortuus. Cuman. *d. cons.*43. † Declara; quia sufficit proba- 14 tio per confessionem partis extare filios existentis in pari gradu cum eo, qui petit fideicommissum, quia ipsi filii, licet sint in gradu posteriori, repræsentant patrem, vt concurrant ad fideicommissum cum patruo, vel amita, ita Alex. *cons.*124. *Viso processu. nu.*2. *& sequ. ver. præterea probatum est, libr.*7. † Amplia; quia idem est, si a- 15 gatur de probando quem omnino decessisse sine filiis, vel decessisse cum vnico filio tantum, quia negans hoc verum, & quod alii filii adessent, debet probare, Alex. *d. cons.*39. *Viso themate, in fi. lib.*1. quod duplicatur *lib.*2. *& cons.*29. † Amplia etiam si agatur de pro- 16 bando, quod quis fuerit pupillus, vel adultus tẽpore mortis, quia fauetur substituto, vt psumatur in pupillari ætate decessisse. Soc. *cons.*89. *ver. accedat etiam, lib.*1. per *l. ex facto.* § *pen. ff. ad Treb.* † Con- 17 trarium tenet Bal. *cons.*249. *Ex orduendo. factum tale est, lib.*4. sed erra- 18 uit, quia est *cons.*19. *lib.*5. & idem dicit *cons.* 451. *lib.*4. *&* 452. † Declara ampliationem procedere, & esse veram, & opinionem Baldi contrariam solum habere locum, quando ageretur de excludenda matre, non alias, ita Boer. *decis* 38. *nu.*31. Vide, *Substitutio facta, si*

19 sine filiis decesserit, *qualiter probetur verificata. Concl.* 847.† Limita, vt non procedat, quando constaret ex assertione, vel alias extitisse descendentes ex aliquo, quia si nō probetur mors, eo casu non sufficeret docere se proximum aliquo gradu, ita Ripa in *d. l. ex facto, §. pen. nu. 9 ff. ad Treb.* Cap. *dec. 159. n. 11. & n. 13* Rota, vt per Put. *dec. 45. lib. 1.* late Couarr. *variar. resolut. lib. 2. c. 7. n. 6. & seq.* vbi distinguit plures casus, vide supra *n. 5.* & *seq.*

20 vbi declaratur.† Restringe limitationem, vt non procedat, quando constaret quod fideicommissarius habuit filios, & quod decesserint, quia licet non probetur mors filiorum ante fideicommissarium, tamen præsumitur, quod ante decesserint, nisi aliter probetur. Castr. *cons.* 388. *Pro declaratione, n. 4. ver. super quinto, lib. 1.*

21 † Restringe, quando etiam non cōstaret de morte filiorum, quia si non probetur vita, præsumitur fideicommissarius decessisse sine filiis, maxime, quando hæredes defuncti agunt contra fideicommissarium. Castr. *d. cons.* 388. *n. 4. lib. 1.*

Fideicommissum ad fauorem piæ causæ interpretatur, & quando secus. Concl. 282.

1 FIDEICOMMISSVM † factum per patrem in filios, & descendentes masculos in perpetuum, ita quod filii vsq; ad 20. annum non administrent, fœminæ vero maritentur lapso 14. anno, & omnibus filiis mortuis filiabus maritandis augeatur dos in mille; residuum detur amore Dei, restringitur legatum pium, si filii decedant omnes ante 20. annum propter absurdum, & contrarietatem vitandam; quia lapsis viginti annis erunt filiæ maritatæ, & nihil possent consequi, & multa alia considerat contra piā

2 causam Card. Zab. *cons.* 49. *& 50. per tot.* vbi multa adducit.† Amplia; quia si pater instituit filios masculos, & si decesserint sine filiis masculis, voluit, quod dimidia primo loco detur filiabus nepotibus, postea deducantur legata, & alia medietas distribuatur inpuberibus, postea deducantur legata, & alia medietas filiarū sit libera, & ex meter pauperes, importat, quod medietas filiarū sit libera, & ex medietate pauperibus distribuenda, prius deducantur legata propter verisimilem mentem testatoris; quia in legatis præcedentibus rerum particularium partem filiarum voluit esse liberā. Castr. *cons.* 160. *Considerandum est, in princip. lib.* 1. vbi, quod primo loco deducendi debet ex toto æs alienum, secundo loco ex toto deducenda est legitima, postea fieri debent duæ partes, vna libera filiabus, ex alia dimidia deduci debent legata, & ex residuo fit distributio in

3 pauperes. † Amplia; quia substitutio loci pii facta filio nato, & ventri prægnanti, & sic nascituris, & si omnes sine filiis decesserint, vocauit locum pium, nō habet locum, si alii nati non sint ex ventre prægnante, licet institutus natus sine filiis decesserit. Sig. *cons.* 199. *Quidam nomine*, vbi *n.* 3. declarat, nisi adsit vulgaris substitutio tacita in pupillari, vel compendiosa, vel expressa.† Contra-

4 rium tenet in simili Castrens. *d. cons.* 160. *Considerandum est, n. 2. ver. quia igitur casus iste, & per tot. lib. 2.* vbi fideicommissum relictū hoc modo, *si filij mei decesserint sine filijs masculis sed cū fœminis, medietas hæreditatis meæ sit fœminarū, alia medietas distribuatur pauperibus*, decesserunt filii sine masculis, & sine fœminis, quærit Castren. an defecerit conditio, vt nihil debeatur, & dicit, quod imo debetur; quia vnica fuit conditio relinquendi. *si decesserint sine masculis.* Alia vero conditio. *si cum fœminis*, non fuit causa relinquendi, sed causa non plus relinquendi, & licet deficiat causa plus non relinquendi, tamen totum non debet distribui pauperibus, quia argumentum à contrario nō valet in conditionibus, *l. 2. C. de conditio. insert.* vbi Bal.

5 † Limita; quia fauore piæ causæ, licet non contingat casus secundum ordinationem testatoris; tamē fauore piæ causæ est locus fideicommisso, *l. 2. C. de manumiss. testam.* Decius *cons.* 181. *n. 6. & seq.*

6 incip. *In causa occurrebat*, vbi plures allegat.† Contrarium consuluit Ruin. *cons.* 131. *lib. 2.* vbi *n.* 14. *& 15.* confutat Dec. sicut etiam apost.

7 ad Decium *d. consil.* 181.† Declara; quia quicquid sit de opinione prædicta, si adsunt verba, *tunc & eo casu*, quæ denotant extremitatem temporis, non habet locum opinio Decii ex iis, quæ tradit Rom. *cons.* 131. vbi excludit causam piam. Anch *cons.* 356. *col.* 2. Soc. *cons.* 259. *col. fi. ver. confirmantur præmissa, lib.* 2. Dec. *cōs.* 63. *n.* 2. Alciat.

8 *cōs.* 485. *n.* 9. vbi late.† Limita, si pater substituit filio, si decesserit sine filiis masculis, & cum fœminis, filias fœminas in medietate, & locum pium in alia medietate, licet decesserint filii sine filiis, tam masculis, quam fœminis, locus pius habebit medietatem; quia non est relictum sub duplici conditione; prima. *si sine filiis masculis*, secunda. *si cum fœminis*, sed sub vna tantum. *si sine masculis*, alia, *si cū fœminis*, non est conditio, sed causa plus non relinquendi loco pio propter fœminas, & ideo debetur medietas. Castr. *cons.* 160.

9 *n.* 2. *ver. quia igitur, lib.* 2.† Imo videtur, quod tota hæreditas debeatur piæ causæ à cōtrario sensu; quia si fœminæ sunt in causa, quod sola dimidia, & non plus fuerit relictum, ergo à contrario sensu, non extantib. fœminis, totum videtur relictum, *l. 1. §. huius rei. ff. de iurisd. omn. iud.*† Contrarium determinat Castr. *d. cons.* 160. *col.* 1. *in*

10 *fi. ver. pro secunda parte, lib.* 2. vbi, quod in conditionibus non valet argumentum à contrario sensu in dispositione hominis, *l.* 2. *C. de cond. inser.* & ibi Bald. secus in dispositione legis, & dicit, quod casus est omissus, & remanet in dispositione iuris, vt medietas fœminis relicta debeatur, venientibus ab intestato, alia medietas piæ causæ relicta sola debeatur, quia non adest dispositio expressa, neque tacita, quod plus debeatur.† Declara; quia con- 11
trarium est verum cum temperamento; quia si extitissent filiæ hæredes masculorum, deduxissent legitimam ante omnia, sed non extantibus fœminis; quia hæredes percipiunt portionem filiorum iudicio testatoris, & tenentur imputare in legitimam; ideo cessabit deductio legitimæ hoc casu, quod erit ad beneficium piæ causæ pro rata sua, ita Castr. *d. cons.* 160. *col.* 2. *ver. nunc ergo videndum per tot lib.* 2. Vide plenius, *Substitutio piæ causæ multiplex, & quando habeat locum, vel non. Concl.* 832.

Fideicommissum non potest alienari, & quando secus. Concl. 283.

BONA † supposita restitutioni fideicommissi regulariter non 1
possunt alienari, quando fideicommissum est purum, vel in diem certam. *l. fin. §. sed quia nostra. C. communia de legat.* vbi Bart. laf. & alii, *authent. res quæ, C. dicto tit.* Castrens. *cons.* 376 *Ne sub æquivoco, n.* 4. *lib.* 1. † Amplia; quia prohibitus alienare ad tempus non cen- 2
setur permissus alienare post tempus, quando postea adest fideicommissum in eodem testamento, sed bene poterit alienari revocabiliter. Ruin. *cons.* 117. *n.* 27. *lib.* 2.† Contrarium, quando est sola 3
prohibitio testatoris facta alienādi, vsq; ad certum tempus; quia post tempus censetur permissa, ita Decian. *cons.* 27. *nu.* 13 *ver. secundo præsuppono, lib.* 3. vbi citat plurimos.† Declara totam istam ma- 4
teriam, quia sicuti expresse, & tacite potest prohiberi alienatio, ita etiam tacite, & expresse potest concedi licentia alienandi, ideo, quando testator fecit fideicommissum, & expresse prohibuit bona posse alienari, postea concessit licentiam alienandi, ex quo cōcurrunt expressa hominis prohibitio, & tacita legis, talis licentia censetur tollere solam expressam testatoris, non etiam tacitam à lege, vt plene Decia. *d. cons.* 27. *n.* 13. *& 14. lib.* 3. vbi recitat opiniones contrarias; sed si sola tacita inesset prohibitio, tunc dando licentiam bene censetur tollere tacitam hominis, & legis* secūdum cōmunem, Vide, *Prohibitus alienare sub pœna ad certum tempus quando incurrat pœnam. Concl.* 901.† Amplia; quia neque potest prohibere 5
tus alienare constituere vsumfructum vxori. Vide, *Alienatione prohibita quæ alienatio permittatur. Concl.* 262.† Amplia, vt nec possit le- 6
gari etiam per hæredis institutionem etiam loco pio. Calder. *cons.* 331. alias 2. *de testam.* Vide, *Alienatione prohibita an sit prohibita hæredis institutio. Concl.* 263.† Restringe; quia pater instituendo filium, cui 7
tenebatur restituere ex fideicommisso, & pro medietate instituit loca pia, censetur grauare filium etiam quoad bona fideicommissi, quando eidem filio tantundem reliquit, quantum importat fideicommissum, & vlterius filius consequitur legitimam & Trebellianicam, seu Falcidiam. Io. de Anan. *cons.* 3. *Vt so testamenta*, quod dicit verum, si constat de mente testatoris, puta quia grauat filium sub pœna priuationis, vt approber per omnia testamenti, & vsumfructum certorum bonorum fideicōmissi legauit tertio, sequitur ibi Bolog. in apost.† Et procedit restrictio, etiam si filius 8
hæres adiuit hæreditatem cum beneficio legis, & inuentarij; quia adhuc non deducit fideicommissum, si velit hæreditatem patris. Ludou. Bologn. in *addit. ad d. cons.* 3. *Io. de Anan. num.* 6.† Et procedit 9
etiam in bonis emphyteuticis, quæ nō possunt transire ad ecclesiam, vel extraneum, quia censentur comprehēsa in institutione extranei, vel loci pii, vt rot. alia bona consequantur. Ludou. Bologn. *ind. apost. ad cons.* 3. *Io. de Ana.*† Declara, vt procedat in hærede 10
extraneo, in quem non potest fieri hæredis institutio, tante prohibitione de non alienando. Bald. *cōs.* 163. *Super eo, lib.* 4.† Amplia, 11
quia nec potest prohibitus alienare cōcedere in emphyteusim, l. *fi. C. de rei. alien nō alien.* Paris. *cōs.* 85. *Vide copiosas. col.* 1. *lib.* 3.† Amplia, ut 12
vt procedat, etiam si prohibitio fuerit facta sub conditione, *si monasterium non intrauerit*, quia adhuc non vitiat prohibitionē, quando vere non intrauit monasterium. Cald. *consil.* 331. *in fin. ver. sequitur*, alias 2. *de testam.*† Amplia; quia neq; valet compromissum, 13
neq; laudum, neque transactio iurata in præiudicium fideicommissarij substituti. Bald. *cōs.* 347. *Super eo, quod, lib.* 3. *in fi. n.* 6. *ver. item siendum, lib.* 5.† Amplia; quia sententia lata contra fideicommissa- 14
rium grauatum restituere ob delictum, vel negligentiā soluendi,

non

non nocet fideicommissario, cui debet fieri restitutio; quia est res inter alios acta. Castillion. *cons.* 24. *n.* 3. *ver. praterea. & n.* 39. † Limita, quod pro alimētis heredis potest alienari. Alex. & alii *in l. Martellus, §. res quæ, ff. ad Trebell. in prin.* † Limita, vt per Ias. *in auth. res quæ, C. com. de legat.* Alex. *cons.* 3. *lib.* 3. vbi ponunt plures casus pro dote, & aliis. † Limita; quia pro solutione debitorum testatoris potest alienari fideicommissum, gl. *in l. filiusfamiliæ, §. diui*, vbi Bart. & alii, maxime Iason *in* 1. *lectura, n.* 11. *& in* 2. *n.* 14. *ff. de legat.* 1. nam tanto minus dicitur esse in hæreditate, quantum importat æs alienum, *l. ari alieni, ff. ad l. Falcid.* Bart. *in l. peto, §. prædium, n.* 2. *ff. de lega.* 2. Bald. *in l. voluntas, col.* 2. *C. de fideicomm. & in l.* 1. *in fin. C. si aduers. pig.* & ratio est, quia non potest præiudicare suis creditoribus, *l. creditoris arbitrio, ff. de distract. pign.* † Et quod pro ære alieno soluendo, & pro legatis factis à fideicommittente possit hæres alienare. Castill. *cons.* 24. *n.* 33. *vers. circa secundum.* † Et pro dote restituenda, & ære alieno soluendo nulla prohibitio valeat; quia faceret fideicommissum de alieno, non de suo; ideo omnis prohibitio intelligitur de voluntaria, non autem de necessaria proueniente à debito fideicommittentis, ita Angel. Aret. *cons.* 12 *Videtur dicendum, n.* 19. *& seq.* 10 *vers. quarto & sic fortius.* † Extende; quia potest hæres nedum vendere bona, vt satisfaciat creditoribus testatoris, sed etiam potest dare bona in solutū, quę non potest reuocari etiam grauato mortuo intra annum, quia si fideicommissarius vellet reuocare intra annum, non potest. Deci. *cons.* 592. Nec statutum, quod intra annum possit contra accipientem in solutum quis experiri de iuribus suis, prour Florentiæ, opitulatur debitori, sed tertio, ideo fideicommissarius, in quem transeunt iura actiue, & passiue, non 11 nocitur. † Restringe, secus esse pro debitis grauati, secundum gl. ** §. dini*, vbi Bart. *n.* 8. * communem dicit. Castr. *in l. fi. n.* 4. *ver. solum* 12 *intelliges, C. Com. de leg.* † Limita; quia filius potest vsque ad legitimam sibi debitam, vel etiam Trebellianicam alienare, quia sicut potest pro se retinere, ita etiam alienare. Cald. *cons.* 331. alias 2. *de testam. circa med. ver. posset tamen.* Bald. *cons.* 219. *Pepus Nicolutij, nu.* 2. *vers. superest alius, lib.* 2. quod intelligit etiam in vna re, dummodo arbitrio boni viri faciat. Bal. *cons.* 163. *Super eo, n.* 4. *ver. & potest filius, * lib.* 4. & tenent * communiter Dd. *in l. Marcellus, § res quæ. ff. ad Treb.* & quod nō obstante fideicommisso possit pro legitima, & quantum capit, fieri alienatio. Bald. *in l. filium quem habentem. col.* 12. *ver. vlterius queritur, C. famil. hercisc. & in l. scimus, in pr. C. de inoff. test.* Alex. *cons.* 178. *lib.* 5. Soc. *cons.* 36. *col.* 2. *lib.* 3. Bertrand. *cons.* 407. *lib.* 5. Paris. 13 *cons.* 17. *& 18. lib.* 2. *& cons.* 27. *& 93. lib.* 3. Alex. *cons.* 5. *n.* 6. *lib.* 3. † Imo fideicommissum non cadit pro quantitate legitimæ. Bal. *cons.* 50. 14 *Viso testamento, n.* 2. *lib.* 5. † Et ideo si fiat alienatio pendente conditione pergrauatum, valet vsq; ad legitimam, & Trebellianicam, & compensat pretium inuito etiam fideicommissario secundum tempus alienationis, non secundum valorem tempore purificati 15 fideicommissi, Iason *cons.* 161. *lib.* 4. † Extende; quia quoad legitimam, & Trebellianicam deducitur, & retinetur ipso iure libera pro filiis primi gradus, vt non valeat fideicommissum. Ang. Aret. *cons.* 20. *Visis actis, n.* 49. *& seq. ver. octauo, & principaliter.* Alex. *cons.* 32. 16 *Viso processu, in fi. lib.* 3. † Imo deducit ipsam legitimam, quę ipso iure mortuo testatore separatur à fideicommisso, & etiā Trebellianicam, vt nō teneatur filius compensare fructus perceptos, quos imo lucratur, & legitimam retinet, & Trebellianicam, vel deducit in proprietate, & transmittit idem ius aliis descendētibus, qui licet ex sua persona non deducant in proprietate, sed compensant in fructibus Trebellianicam, secus est ex persona filii primi gradus, cuius est hæres, ita plene, & pulchre Ange. Aret. *d. cons* 20. *n.* 49. *& seq. ver. octauo*, vbi de legitima, & *n.* 51. *& seq. vers. secundo potuit*, vbi de Trebellianica, & dicit * cōmunem in libris primi gra- 17 dus, & in hæredibus filii primi gradus. † Et quod legitimā & Trebellianicam deducat filius ex fideicōmisso patris, ita quod si bona aliqua alienauit, non reuocetur alienatio pro rata legitimæ, & etiam pro rata Trebellianicæ, quando fideicommissum est sub conditione, pleue Alex. *d. cons.* 3. *Viso processu, n.* 6. *vers. constat etiam,* 18 *lib.* 3. † Restringe, vt procedat in filio legitimo, secus in filio naturali tantum, cui non debetur legitima. Cald. *d. cons.* 331. *ver. sed secus* 19 *esset, alias* 2. *de testa.* † Declara; quia si alienatio est facta bona fide, subsistinetur vsq; ad quantitatem legitimæ & Trebellianicæ, si dedentem. Castr. *cons.* 263. *n.* 3. *lib.* 2. *& cons.* 268. *n.* 4. *ver.* 4. *quæritur, lib.* 2. 20 † Restringe; quia non procedit limitatio, quando fideicōmissum esset purum, vel in tempus certū, vel etiam sub conditione, si alienatio fieret post purificatam conditionem; quia tunc fideicommissarius posset reuocare talē alienationē. Ias. *cons.* 161. *lib.* 4. quod 21 intelligas quoad Trebellianicam. † Declarat Bald. *cons.* 118. *Casus sub tali forma, in pr. lib.* 5. vt procedat, quando est bonæ fidei is, qui alienat, quia ignorat fideicōmissum, sed tamen scientia primi hæredis nocet secundo. Bald. *ibi n.* 4. *ver. super* 4. † Limita; quia hæres 22 hæredis potest alienare bona subiecta fideicommisso, quando fideicommissum est vniuersale, quia pretium succedit loco rei in vniuersalibus; ideo ipse alienans tenetur ad pretiū. Bal. *cons.* 219. *n.* 2. *ver. amplius hæres, lib.* 2. † Limita; quia pro dote potest fideicōmis- 23 sum obligari, & alienari. Old. *cons.* 107. *in fi.* dicit * communem Io. * de Ana. *cons.* 61. *n.* 2. *& seq. ver. circa tertium*, vbi Bolog. *in fi.* Vide, *Fideicommissum obligatur pro dote. Concl.* 284. † Limita pluribus modis 24 per Alex. & alios *in l. Marcellus, § res quæ. ff. ad Treb.* per Ias. & alios in *l. fi. §. sed quia, C. com. de leg.* † Limita; quia fideicommissum ex causa 25 necessaria, & facilius ab homine, quam à lege alienatur. Alex. *cons.* 23. *Opportune, in fin. lib.* 1. *ver. postremo non obstat, & cons.* 88. *col. fin. lib.* 3. † Limita; quia bona quantumcunque subiecta fideicōmisso pos- 26 sunt alienari pro redimēdo captiuo à manibus Turcarum, & Infidelium. Fulg. *in auth. cōtra cum rogatus. C. ad Trebell.* Soc. *in d. l. Marcellus, § res quæ, col.* 5. *ver. sed circa præmissa. ff. ad Trebel.* Boer. *decis.* 128. *n.* 2. *ver. tertia conclusio.* † Limita; quia si testator post inductum fidei- 27 commissum vniuersale dedit licentiam alienandi certum caput bonorum cum consensu Titii, dummodo pretium reinuestiatur in bonis stabilibus, quæ subiaceant eidem fideicommisso; quia si facta est alienatio seruata forma data à testatore, non potest emptor molestari; quia perinde est, ac si bona vendita nunquā fuissent fideicommisso suppositā. Bart. *in d. auth. res quæ, n.* 5. *ver. quæro similiter extra gl. C. comm. de legat.* facit Decius *cons.* 519. *Visis iis, quæ, n.* 5. Angel. *in auth. de restit. col.* 1. & est text. *in l. mulier, §. cum proponeretur. ff. ad Trebell.* qui passim ab omnibus allegatur, & ibi Bart. & Alex. nam sicut emptor ex legis permissione est securus, *d. auth. res quæ, C. commun de legat.* ita pariter, si emit ex dispositione testatoris, argument. *§. disponat auth de nupt.* vltra quod procedit argumentum de lege ad testatorem, *l. si ita fuerit seruis duobus, in fin.* & ibi Bart. *ff. de manumiss. testam l seruus hac lege ff. de manumiss.* & habetur *in l. cum quidam. ver. quemadmodum. C. de verb. sign.* † Limita; quia vltimus fi- 28 deicōmissarius potest irreuocabiliter alienare libere bona. Ceph. *cons.* 432. *n.* 10. Deci. *cons.* 181. alias 182. *In causa occurrenti, in princ.* Ias. *cons.* 3. *lib.* 1. *& cons.* 164. *lib.* 4. & quod possit vltimus ad libitum disponere. Doct. *in l. hæredes mei, § cum ita. ff. ad Trebell.* Castr. *cons.* 454. *De eo, quod primo loco, vers. quantum ad secundum, lib.* 1. † Extende, vt 29 procedat, siue sint substituti plures inuicem, siue alias; quia vltimus libere disponit, & transmittit ad quoscunque hæredes, *l.* 2. & ibi Bald. *C. quando dies leg ced.* † Limita; quia in fideicommisso con- 30 ditionali pendente conditione non impeditur creditor agere ad primum, & secundum decretum, ex quo potest valide alienari pendente conditione, ita Bart. & Bald. *in l. peto, §. prædium, ff. de legat.* 2. Bald. *in auth ei qui, col.* 15. *C. de bon. auth. iud. possid.* sequitur Dec. *cons.* 422. *in fin.* Ægid Bella. *cons.* 39. *n.* 12. vbi, quod pendentia conditionis non impedit alienationis effectum etiam in vltimis voluntatibus. † Limita; quia fideicommissum etiam expresse pro- 31 hibitum alienari cum causa; quia voluit perpetuo in illis de familia remanere, potest tamen alienari, & valet alienatio etiam in extraneum consentientibus omnibus de familia, ad quorum fauorem est inductum fideicommissum, *l. quoties, la* 1. *C. de fideicom.* vbi * omnes. † Limita, quando hæres fideicommissarius simpliciter * 32 adiuit hæreditatem grauati, qui alienauit; quia non potest venire contra factum defuncti. Alex. *cons.* 32. *Viso processu, in fi. lib.* 3. *& cons.* 3. *in princ. lib.* † Limita; quia fideicommissum sub conditione po- 33 test alienari, donec conditio veniat, qua adueniente, reuocatur alienatio. & est nulla. Bald. *cons.* 73. *Filiæ de restituendo, lib.* 4 *& consil.* 118. *Casus sub tali forma, n.* 3. *ver. super tertio. lib.* 5. Ang. *cons.* 263. *n.* 2. *&* 3. Alex. *cons* 65. *Omissis argumentis, in prin. lib.* 5. *l. fin. C. commun. de leg. l. peto. §. fin autem, & §. prædium*, & ibi Bar. *ff. de leg.* 2. Ias. *in l. filius. §. dicui, in* 2. *lect. n.* 83. & ibi Rip. *n.* 57. *ff. de leg.* 1. Alex. *cons.* 3. *n.* 1. *lib.* 3. & resolutio fit ex nunc, & realiter transfertur dominium in fideicommissarium Ruin. *cons.* 163 *num.* 8. *lib.* 3. late Roland. à Vall *cons.* 70. *ad fin. lib.* 3. & * communem dicit Socin. Iun. *consil.* 137. *num.* 2. *& sequentib. lib* 1. Castrens. *consil.* 247. *num.* 3. *versicu. nunc venio, lib.* 1. *& consil.* 238. *Videtur, & consil.* 446 *in fin. lib.* 2. † Et quod aduenien- 34 te conditione possit substituti fideicommissarius vendicare bona alienata fideicommisso subiecta. Alexand. *consil.* 184. *Viso themate, in princip. lib.* 2. † Ante conditionem non potest agere, nec au- 35 ditur volens impedire conditionem, neque emptor potest retinere pretium, sed per fideiussionem sibi datam, & hypothecam bonorum pro indemnitate compellitur soluere. plene Alexand. *d. cons.* 65. *Omissis argumentis lib* 5. *per tot.* vbi late, & ibi apost. in ver. *liberam*, ponit plures casus. † Ideo grauatus filius restituere, *si sine* 36 *filiis decesserit*, interim pendente cōditione valide alienare potest, sed adueniente conditione poterit fideicommissarius consequi bona alienata tanquam fideicommissaria, excepta portione le-

gitimæ,& Trebellianicæ.Bal.*cons.*471.*Factum sit se habet,lib.*5.Alex.
47 *consil.*98.*Viso,n.*3.*vers.*nec obstat,*lib.*2.† Extende;quia fideicommissum potest alienari &transfertur dominium in emptorem,quando nondum sunt nati fideicommissarii vocati;quia dominiũ nõ debet esse in pendẽti,& semel facta valide alienatione perpetuo sunt excluſi,ita arguendo Cast.*cons.*247.*In causa,quæ vertitur,col.*4.*n.*3.*lib.*1.adducit text.in *l fin.* cum ibi not.per gl. & Doct.*commun.*
48 *prædio.*† Declara;quia licet possit fieri alienatio, & trãsferatur dominium propter non existentiam liberorum, ad quos peruenire debebant bona in casu alienationis,tamẽ sicuti si extitissent tempore alienationis, fuisset alienatio nulla, ita cum nati fuerint,annullatur ex nunc tempore natiuitatis; prout idem dicimus in fideicommisso sub cõditione relicto;quia valet alienatio ante existentiam conditionis, purificata conditione annullatur,& dominium retrotransfertur.Castrens.*d.cons.*247.*n.*3.*ver.sed ista allegatio, lib.*1.vbi tollit omnia contraria,& dicit maxime procedere,quando prohibitio est per verba ante alienationem, non post alienationem,prout loquitur *l. Stichus seruus meus. ff. de manumiss. testam.*
49 †Si vero conditio non eueniat, valet alienatio tanquam perpetuo fieri potuerit. Alex.*cons.*31.*Ponderatis,in princip.lib.*3.*vers.*praeterea.†Et procedit declaratio, siue testator vsus sit verbo directo,*lego*,siue non,quia semper verum est,quod an e conditionem existentem valet alienatio,&ea existente reuocatur.Cast.*d.cons.*247.
51 *col.*5.*num.*3.*versic.*nec obstat,*quod testator vsus est verbo*,lego,*lib.*1.†Declara;quia si fiat donatio per grauatum subſtituto de bonis fideicommiſſi,licet valeat donatio,&ex ea transferatur dominium ex donato,pendente conditione,tamen ea aduenięte,mutatur causa dominii, & subſtitutus dicitur habere ex testamento, non ex donato.Castr.*cons.*346.*Circa bona,quæ fuerunt, lib.*1.*in pr.*vbi,quod pendente conditione habet ex donato,ea purificata ex fideicommisso,quia grauatus non potest alterare fideicommissum,secus in
52 grauante testatore,& idem *cons.*391.*in pr.lib.*1.† Et dicit procedere declarationem,etiam in casu,quando pater donauit filio emancipato certa bona ea conditione,quod si filius decedat sine filiis, bona reuertantur ad patrem donantem, & suos hæredes. Nam si pater postea facit fideicommissum in omnibus bonis suis,& iuribus,&filius sit hęres patris subſtituti filio decedenti sine filiis, habebunt omnia bona ex fideicommisso vniuersali ; quia actio ex donato confusa est per additionem filii.Castrens.*d.cons.*346.*in prin.*
53 *lib.*1.*ver.similiter.*†Contrarium in hoc vltimo tenet Cast.*cons.*348.
54 *Quia circa donationem*,& plenius *cons.responsum* 344.*libr.*1.† Declara;quia si donatio esset valida perpetuo, certum est, quod fideicommissarius consequatur rem subiectam fideicommisso ex alio titulo valido,&sic cessat fideicommissum,secus si donatio,vel titulus est nullus,vel validus à principio, sed resoluendus aduenite
55 conditione,sic declarat Castrens.*d.cons.*346.*in pr.lib.*1.† Extẽde,vt quod dicitur de donatione,procedat in legato facto per grauatum de re,quam debet restituere,quia si nondum est purificata conditio,valet,sed aduenięte cõditione mutatur causa dominii,& si fiat donatio,vel legatum post purificatam conditionẽ, non valet,quia est inutile.Castr. *d.cons.*391.*Primo videndum,in prin.*
56 *lib.*1.†Imo in tantum est verum,quod si grauatus legat fideicommissario rem suppositam fideicõmisso cum onere compensandi in legitimam,vel alias,etiam quod acceperit legatum,nõ sibi præiudicat,& onus,& compensatio reiicitur Castr.*d.cons.*191.*in prin.*
57 *lib.*1.† Extende;quia fideicommissum sicut pendente conditione potest alienari,&purificata cõditione vendicari potest, ita etiam potest pignorari,cum pacto, quod res pignorata si nõ redimatur intra certum terminum,sit vendita,quia erit quidem vendita,sed purificata conditione poterit vendicari à fideicommissario. Cast.
58 *cons.*156.*Visis actis,col.*2.*ver.tertio probatur,li.*2.† Extende,quia fideicommissum inductum ex institutione patris & filiorum, quando vocantur ordine successiuo,quia censentur subſtituti vulgariter, & per fideicommissum,si pater alienat medietatem,valet in præiudicium patris,& non potest reuocari à filiis, donec pater viuit, neque eo mortuo,si essent hæredes simpliciter, vel etiã cum beneficio legis,& inuentarii,quando vltra legitimam filiis debitam esset hæreditas soluendo in totum, vel in parte,quia pro parte, p qua est soluendo debent habere ritum,si vero nihil supereſt, vel non sunt hæredes,secus; quia possint reuocare. Caſtr. plene *consil.*370.*Quia in supra dicto,per tot.li.*2.&reperit plenius *cons.*263.*Circa primum,n.*3.*ver.circa secundum,lib.*2.vbi addit tertium casum,nisi alienatio fiat solum, quantum importat legitima, & Trebellianica,
59 quando debentur.† Extende,quia donec eueniat conditio, non potest agere fideicommissarius. Alexan.*cons.*65.*in prin.lib.*3.*l.* peto. *§ pradium ff. de legat.*2.& ibi Bart.Rum.*cons.*109.*in pr.&num* 26.& 29.*lib.*2.& ideo nec præscriptio anni ex statuto Florentiæ, neque alia obstat non valenti agere.† Extende,vt procedat limitatio si- 61
ue fideicommissum sit vniuersale,siue particulare,*d.l fin. § fin autem,C.commun. de legat.*† Extẽde,siue alienatio sit voluntaria siue 62
necessaria pro soluẽdo hæredis debito proprio *d.l.*peto.*§. pradium, ff. de legat.*2.vbi Bart.Bald.Imol.& alii.†Declara tamen; quia licet 62
alienatio reddatur nulla conditione fideicommissi purificata,tamen non potest fideicommissarius agere via exequutiua vigore statuti contra talem tertium posse ſsorem, sed debet agere hypothecaria.Ang.*cons.*263.*Statuto Pistorien si. per tot.*† Extende, vt pro- 63
cedat,siue fideicommissum sit in testamento, siue in donatione causa mortis;quando non extat expressa prohibitio,& non sufficit,quod resulter ex subſtitutionibus feriatim factis. Franc.Marzar.in motiuis Florentiæ sub die 13.Iunii 1569. In causa verten te inter excellentem. † Contrarium in donatione Ægid. Bellam. 64
*cons*39.*n.*15.vbi,quod est speciale in casu *l.*1.*C. de donat.quæ sub mo- do.*†Restringe,quando alienatio esset expresse prohibita;quia non 65
valeret,& non transit dominium. Vide, *Dominii an possit prohiberi transferri. Concluſ.*612.† Extende,quia facta traditione dominium 66
transfertur pendente conditione,*d.l.fi.§ fin autem.C.comm de l.* vbi omnes, Guido Pap.*decis.*611.& Dec.*cons.*417.*Visis,in pr.*fed ad- 67
ueniente conditione alienatio ipso iure resoluitur,&datur reuẽdicatio fideicommissario,*d.l.fi.§ fin autem*,† Et quę remedia comperant emptori eueniente conditione in casu restitutionis, vide plene Decium *cons.* 323. *Cum sit, quod nobilis vir,* & emptor potest retinere pro legitima,& Trebellianica grauari,si non est consumpta.Castr.*cons.*94.*Clarum est,lib.*2 Vide, *Fideicommissum intelligitur deducto are alieno.Concl.*278.*n.*14.*& seq.* † Restringe; quia in subſidium datur actio contra emptorem,quando vterque ignorauit,si hæres,qui vendidit,non est soluendo.Soc.*cõs.*75.*circa fi.li.*1.*Crott.* 49.*n.*12.*vers.secundo respondetur.lib.*1.Corn.qui consuluit in eodem casu *cons.*294.*n.*8.*lib.*3.Castr.*cons.*96.*Clarum est,in prin.lib.*2.vbi tenent omnes,quod datur regressus ad bona contra emptorem,& sic vendicat bona.Hippo.Rim.*cõs.*23.*n.*328.*li.*1.vbi,quod si fiat opposita exceptio excussionis,& constat,quod hæres, qui alienauit,nõ est soluendo,debet retractari venditio, & idẽ tenet Corn. *cõs.*294.*n.*8.*in fi.lib.*3.vide infra *n.*121.*cum seq.*† Restringe,nisi sub 69
stituti omnes fideicommissarii renũciarent fideicommisso,quod facere possunt,& tunc alienatio perpetuo valet. Alex.*cons.*184.*in princ.lib.*.. vbi *num.*2.*ver.secundo moueor*, extendit etiam ad descendentes eorum,qui renunciarunt.† Limita; quia si deficiat perso- 70
na,in quam disponitur, vel cuius contemplatione fit prohibitio, tunc grauatus potest libere disponere.Bald.*cõs.*336.*Quæritur vtrũ, n.*3.*ver in alio puncto,lib.*3. Extẽde;quia prohibitus alienare sub pœna,non incidit in pœnam,quando ex tali alienatione non offenditur persona,in cuius fauorem prohibita fuit alienatio.Ang.*cõs.* 169.*Super puncto,colu.*2.† Limita;quia ex diuisione facta, vel præ- 71
sumpta spatio 10.annorum inter vocatos prælcribitur fideicommissum,vt transeat ad descendentes eorum, quibus conuenerit in diuisione.Alex.*cons.*3 *Viso processu.in fi.li.*3.† Limita;quia prohi- 72
biti alienare extra familiam possunt inter le alienare, & vnus potest alteri partem suam donare,& valet alienatio, si est insinuata, quateuus insinuatione indigeat.Bald.*cons.*163.*Super eo,num.*2.*&*3. *vers.super eo,lib.*4. Vide, *Prohibitus alienare si alienat,cui, & qualiter bona applicentur.Cons.*901.† Extende;quia possunt alienare,& diui- 73
dere,& licet promittant sibi de euictione, non tamen tenentur, quando ex natura sequitur euictio. Vide, *Diuisio non præiudicat si- deicommisso. & quando secus.Conclus.*543.*n.*32.*&seq.* † Declara;quia a 74
lienatione facta inter cllos durat ius fideicommissi, adeo quod si decedat is, qui emit bona debentur aliis vocatis.Mazo.*cons.*35.*n.* 53.*cum seq.*vbi respondet ad *l.pater.§. quindecim.ff. de legat.*3. quia loquitur in fideicommisso personali; vide eum *n.*56.*&seq.*vbi,quod si venditor est,qui moritur sine descendentibus, tunc emptor recuperat pretium ab hæredibus venditoris.† Limita; quia fideicõ- 75
missum potest alienari etiam pro alimentis descẽdentium relatorũ grauatorum restituere, si decesserint sine filiis; ideo mirer, quæ propria bona in alimentis filiorum expendit,vt repeteret,reperit etiam ex fideicommisso.Bald.*cons.*50.*n.*6.*&* 7.*ver.subsequenter quæritur*,vbi quod ita tenent Old.& Iacob.de Aren.& ipse eos sequitur cõtra gl.in *auth res quæ.C.com.de leg.* Ang.Aret.*cõs.*20 *Visis actis n.*48.*&* 49.*ver.*7 *pr.*†Limita;quia fideicommissum si diuide- 76
tur bona fide inter grauatos restituere eorũ descendentibus,non potent filij, vel descẽdẽs post mortẽ patris repudiare eĩ hæredi- tate reuocare diuisionẽ factã, *l.*cũ pater *§ hæred.ff.* feodo *ff. de leg.*2.cũdũ vna lectura,qa diuisio est permutatio,nõ alienatio,& portiones obtẽtæ in vniuersali b. succedũt loco portionũ, q̃ pr diuiso debebantur,& ita illum tex.not.ibi Bar.Bal.Alber. & Castr.& in terminis consuluit idem Castr.*cons.*125.*Dubitatur,col.*si *ver decimo,*

1 FIDEICOMMISSVM † iniunctum per patrem inter filios, aliquis eorum sine filiis decesserit, superstites succedant, nō censetur remissum, licet filii post mortem patris compromiserint, & concordauerint super hæreditate paterna, assignando cui- cunque partem suam. Fulgos. *consil.* 41. *Casus talis proponitur, num.* 3. *ver. ad secundum*, vbi, quod sicut æs alienum non censetur remis- 2 sum, ita neq; fideicommissum, adde alios, infra *ver. Regula.* † Amplia in alienatione facta inter illos de familia; quia licet illa res possit alienari inter eos; tamen extra familiam non fit alienatio, quando vltra prohibitionem vocantur illi de familia. Bartol. *in l.* 3 *qui Roma. 6. coheredes. ff. de verbor. obligat.* † Declara, vt pulchre Castrens. *consilio* 448. *Si iste masculus, lib.* . vbi, quod si facta est emptio alicuius de familia, de portionibus extra familiam alienari prohibitis, potest postea alienari in extraneos; quia facta est semel alienabilis; secus si pertuenisset in istum de familia ex dispositione testatoris, vel si nominatim emens esset vocatus à testatore in 4 portione empta. † Amplia; quia neque per diuisionem bonorum inter scientes fideicommissum censetur illi renunciatum, licet promiserint non venire contra diuisionem; quia si non adest pactum rollens fideicommissum, non censetur illi derogatum, se- cundum * communem, de qua Fulgos. *dict. consil.* 41. *numer.* 4. & 5. ff *ver. super eo, quod tertio.* Vide, *Diuisio non præiudicat fideicommissario & quando secus. Concl.* 543. Vide Mascard. *Concl.* 776. *Fideicommisso an renunciatum probetur.* vbi ampliat sex modis, & limitat septem. 5 † Extende, etiam si diuisio fuit facta per se, & suos hæredes, & successores; quia iuri accrescendi in feudo, vel emphyteusi diuisa non censetur renunciatum. Alexand. *cons.* 107. *In causa. num.* 15. *ver. ad secundam partem, lib.* 4. vbi apostilla *in ver. Bald.* dat concordant. & vbi Alexand *num.* 16. additrationem, quia in materia non trās- missibili hæredum appellatio intelligitur de descendentibus. 6 † Extende, vt procedat, etiam si in diuisione promiserunt consentire, quod fiat noua inuestitura pro partibus diuisis; quia intelligitur cum iure accrescendi, secundum antiquas inuestituras. 7 Alexand. *consil.* 107. *num.* 13. & 14. *ver. insuper ostensum, lib.* 4. † Extende; quia imo per diuisionem feudi, vel emphyteusis Ecclesiasticæ antiquæ factam inter descendentes, non censetur renunciatum iure accrescendi, etiam si dixerunt, quod vnus alteri, & è cō- uerso renunciabat omne ius, quod habebat, vel habere sperabat. 8 Alexand *dict. consil.* 107. *in fine, num.* 17. *lib.* 4. † Extende, maxime in fideicommisso conditionali, & non purificato; quia in dubio illi non censetur renunciatum. Bartol. *in l. qui Romæ* 8. *duo fratres, in* 9 *quæst. ff. de verbor. obligat.* qui * communiter approbatur ab omnibus, vt ibi Castr. Alexand. & alii, & in laudo diuisorio. Bald. *consil.* 54. *In testamento Rolandi. lib.* 2. Rom. *consil.* 403. *Pro decisione.* Cuman. *consil.* 108. *Testator, colum. fin. & consil.* 146. *Visis*, Fulgos. *consil.* 41. *Ca-* 10 *sus talis*, vbi dicit * communem, sequitur Dec. *consil.* 86. *Viso puncto, colum.* 2. & in fortioribus Gozadin. *consil.* 32. *colum. penultim.* Curt. Iun. *consil.* 6 *num.* 7. & 8. Ang. *cons.* 287. *Pro clariori ver. non obstat instrumentum, colu.* 2. *in fin.* Bald. *consil* 18. *Nobilis, lib.* 3. Alexand. *consil.* 308. *Ponderatis narratis. per tot lib.* 6. Dec. *consil.* 495 *Viso eleganti, in* 11 2. *dub.* latissime Ruin. *consil.* 137. *De duobus, lib.* 2. † Amplia, & declara multis modis, de quibus in *ver. Diuisio non præiudicat fideicommiss.* ff *so. Conclu.* 543. *num.* 111 & *multis sequent.* † Amplia; quia si granatus donat bona subiecta fideicommisso ipsi fideicommissario acceptanti, ante purificatam conditionem acquirit ex donato, sed ad- ueniente conditione mutatur causa dominii, & retinet ex fideicommisso, cui non potuit renunciare. Castrens. *consil.* 346. *Circa bona, in princip. lib.* 1. † Extende, vt procedat, etiam si grauatus apposuit onus compensandi cum legitima, vel alias; quia non cen- 11 setur renunciatum fideicommisso per acceptationem legati. Castrens. *cons.* 391. *Primo videndum, per tot. lib.* 1. † Amplia; quia ad hoc, 12 vt renunciatio facta fideicommisso valeat, oportet, quod renunciantes sciuerint, & viderint verba fideicommissi, & quod in renunciatione exprimantur verba illa, *visis, & inspectis, &c.* de quibus *in l. de iis ff. de transact.* ita Decian. *consil.* 33. *num.* 103. & *sequen. lib.* 1. vbi, quod habet locum, nedum in transactione, sed in pacto, & in specie in renunciatione fideicommissi, & esse * communem, & * in practica seruari, & ad hoc allegat Corne. *consil.* 135. *De pluribus. post princip. lib.* 2. & plenius idem Decian. *cons.* 3. *num.* 120. *lib.* 1. † Ex- 13 tende in tantum, vt imo si adessent illa verba, *inspectis, & cognitis, &c.* vel verba, *ex certa scientia*, quando constat de contratio, vt quia asseruerunt fideicommissum esse vno modo, & esset aliter; tunc non valet renunciatio, idem Decian *dict. consil.* 23. *num.* 104. & *seq. lib.* 1. † Amplia; quia renunciatio etiam valida ex certa causa, puta 14 vt possint libere disponere, cessante causa, vt quia non disposuerunt, non præiudicat. Decian. *d. consil.* 33. *num.* 106. & *seq. ver. tertio dico, lib* 1. late Cephal. *consil.* 62. *nu.* 42. *lib.* 1. † Extende, vt idem sit, si 15 renunciatio reuocaretur inter renunciantes; quia tunc non præiudicat renunciatio. Decian. *d. cons.* 33. *num.* 109. *vers. quinto tollitur, cum sequent lib.* 1. † Extende idem, quando ex proœmio constaret; 16 quod ex necessitate, puta pro exequutione iudicati renunciatio fieret; quia non plus comprehenderent verba renunciationis ad exequutionem prolata, quam contineant in ipso actu, vel iudicato. Decian. *d. consil.* 3. *nu.* 125. *ver.* 8. *lib.* 1. Vide, *Clausulæ exequutiuæ non ampliant, &c. Conclus.* 312. & idem Dec. *d. cons* 3. *num.* 115. & *sequ.* vbi, quod attēditur causa necessaria in proœmio expressa, puta in exequutione iudicis, vel iudicati. † Amplia; quia renunciatio ex- 17 pressa facta omnibus fideicommissis inter diuidētes restringitur ad fideicommissum, seu fideicommissa de præsenti, quorum casus venit, non de conditionalibus fideicommissis dependentibus à futuro euentu. Decian. *d. cons.* 3. *n.* 121. & *seq. lib.* 1. quia renunciationes sunt stricte interpretandæ, allegat Corne. *consil.* 102. *lib.* 4. & alios. † Extende idem in fideicommisso in diem, cuius dies 18 nondum venit; quia per renunciationem simpliciter factam de fideicommisso, non censetur renunciatum, nisi de præsenti, & purificato. Cephal. *consil.* 14. *num.* 10. *lib.* 1. † Amplia; quia ex licen- 19 tia libere alienandi non censetur renunciatum fideicommisso, nisi sequuta fuerit alienatio. Cephal. *consil.* 296. *num.* 22. † Declara; 20 quia si est renunciatum fideicommisso inter primos instituros, & substitutos; non tamen præiudicat talis renunciatio aliis posterioribus substituris; Castr. *cons.* 267. *Viuentibus lib.* 2. vbi, si pater instituit filiam, & nepotes ex filia, & istis substituit nepotes transuersales, & nepotibus transuersalibus piam causam, si filia, & nepos ex filia vna concordāt, vel transigunt cum nepotibus, primis substitutis, non præiudicāt causæ piæ vltimo substitutæ, si veniat casus. † Amplia; quia imo renunciatio fideicommissi facta pro o. 21 mni iure, quod renunciās habet, vel habere sperat, intelligitur ex causa de præsenti, non ex causa de futuro, & sic acquirenda; ideo non intelligitur per mortem aliorum, qui viuunt tempore renunciationis; quia inest clausula, *rebus sic stantibus*, nec extenditur ad nouum casum. Alexand. *cons.* 170. *colum.* 2. *versic. item illa talis lib.* 7. Socin. *consil.* 50. *in fine, lib.* 1. Curt. Sen. *consil.* 49. *colum.* 19. *ver. ad quintum argumentum*, quos refert & sequitur Decian. *d. cons.* 3. *num.* 123. & *seq. vers. septimo dico, lib.* 1. Grat. plene *cons.* 17. *num.* 45. & *sequ. lib.* 1. plenissime Curt. Iun. *cons.* 23. *colum.* 2. *vers. aggredior. per totum.* vbi, si verba etiam de futuro possunt aliquid operari de præsenti in renunciante, non continent futura, & conditionalia, allegat Corn. *cons.* 340 *quamuis, col. fin. lib.* 1. & alios. Beccius *cons.* 111. *n.* 31. † Exten- 22 de; quia generalis liberatio, & remissio facta inter diuidentes, quantumcunque generalis, & generalissima, etiam si fit dictum, quod trahatur ad incognita, & incogitata: neque in præsentem diem, non inducit renūciationem fideicommissi de futuro; quia restringitur ad præsentem diem tantum, & est limitata. Surd. *cons.* 67. *n.* 50. & *seq. lib.* 1. & est * communis opinio. Bellon. *cons* 19. *nu.* 8. * & *seq.* † Et quod si verba sunt de præsenti, vel relatiua occasione 23 præmissorum non trahantur ad fideicommissum de futuro purificandum, latissime Beccius *cons.* 111. *nu.* 27. & *seq. ver.* & *præsertim hoc dicendum*, allegat Ang. *cons.* 287. *col.* 4. Corne. *cons.* 339. *colum fin. lib.* 1. Dec. *cons.* 86. *num.* 4. & *cons.* 495. *n.* 18. Barbar. *cons.* 49. *lib.* 1. Bellon. *cons.* 19. *nu.* 8. † Amplia, quando post renunciationem adesset 24 reseruatio iurium omnium, & quorumcumque competentium

dictis partibus; quia ne sint superfluæ reseruationes, nõ est derogatum fideicommisso futuro, ita Decian. *d.consil.3.num.128.& seq. ver.nono, quodimo, lib.*1.allegat Paris.*cons.26.nu.52.lib.*2.& idem tenet Cephal.*consil.296.num.*10.*& seq. & num.*18.*& sequ.ver.vel si vo-*
25 *lumus.* Vide infra in prima limitatione. † Restringe, quia imo reseruatio fideicommissi facta in specie, quando esset illi renuncia. tum in diuisione ex clausulis generalibus; non releuat tanquam contraria facto, vide plene Cephal.*consil.253.num.*17.*& sequ.lib.*2. vbi respondet tribus modis ad reseruationem, quando fuit facta in alia præcedenti diuisione, & secunda diuisio non recedit à prima. Socin.*consil.43.lib.*4. vbi, quod renunciatio facta valet, non
26 obstante reseruatione contraria, quæ repugnat. † Declara, vt per Cephal.*dict.consil.296.num.*30.*lib.*2. quia præualet reseruatio ipsi renunciationi, quando est renunciatio affecta ab ipsa reseruatione, vt quia dictum est, *saluis infrascriptis, & non aliis*; secus si simpliciter esset facta renunciatio, & postea reseruatio, *&num.*18.*ver.vel*
27 *si volumus.* † Amplia, quando fuit facta donatio de omnibus iuribus fideicommissi, quæ donans haberet; quia licet verbum, *haberet*, habeat tractum successiuum; tamen sufficit, quod operetur
28 de præsenti. Castr.*in l.cum stipulamur ff.de verb.obligat.* † Restringe; nisi adessent verba, *quæ haberet, seu haberi*; quia ne sint superflua, cẽsetur renunciasse iuribus de præsenti, & de futuro; & quia dictio (seu) stat augmentatiue. Abbas *in cap. inter cæteras, de rescriptis.*
29 † Declara restrictionem, nisi conster aliter de mente; quia dictio, *seu*, tunc stat expositiue; quia non est inter diuersa, & importat idem, quod dictio, *id est*. gloss.*in l.decernimus.C.de Episc.audient.* Dec. *cap.*2.*num.*14.*de rescript.* Alexand.*consil.*22.*colum.*2.*lib.*1.& quia in dubio non præsumitur donatio, vbi alia coniectura sumi potest.
30 Vide, *Donatio qualiter interpretetur. Conclusio.*626. † Amplia; quia quando in specie fuit dictum, quod non intendebant aliquo modo præiudicare fideicommisso per generalem licentiam alienandi, non censetur præiudicatum fideicommisso. Grat.*cons.* 29.*n.*19.*& seq per tot.*ac *cons.*126.*n.*40.*& seq per tot lib.*2. Ceph.*cons.* 296.*num.*29.*&*30. Crot.*in l.qui Romæ.§.duo fratres, n.*45.*ff.de verbor.*
31 *obligat.* vbi Alciat.*num.*3. † Amplia; quia fideicommisso de futuro non censetur præiudicatum ita de facili per consensum alienandi, sicuti, si de præsenti; quia magis de facili remittitur ius cõpetens ex contractu inter viuos, quam ex testamento, & maxime in præiudicium descendentium, plene Bero.*consil.*64.*per tot.lib.*1.
32 † Amplia; quia is, qui renunciauit expresse, vel tacite portioni suę feudi, vel fideicommissi ad fauorem cõfendatarii, vel fideicommissarii, siue patiendo ipsum præscribere totum feudum non sibi præiudicat, quin mortuis omnibus ipse ex substitutione succedat ex prima inuestitura, vel ex substitutione. Castr.*consil.*181.*ver.*
33 *secundo loco, per tot.* † Restringe, nisi renunciatio esset tam de parte sua feudi, quam de toto feudo, ad effectum, vt fieret inuestitura tanquam de feudo nouo illi, cui facta fuit renunciatio. Ca-
34 strens.*d.consil.*181.*n.*2.*vsq; in fi.lib.*2. † Limita; quia renunciatum censetur fideicommisso per diuisionem factam, cum clausula, *ad habendum*, & licentia alienandi, & libere disponendi. Cephal.*consil.* 253.*num.*7.*& seq.lib.*2. vbi late Riminal. Iun.*cons.*80.*num.*38.*& seq.* vbi declarat sequuta alienatione, & quid si de stylo Notarii, vide
35 eum, *num.*42.*& seq.* per totum consilium. † Et maxime procedit renunciatio, quando in diuisione fuit dictum, quod possint libere disponere, prout sibi placuerit, & promiserunt rata habere omnia; namque ex eo, quod sciuerint fideicommissum, quod sit reciprocum, & quod fuerit facta renũciatio iuribus futuris, semper inducitur renunciatio fideicommissi. Cephal.*d.cons.*253.*nu.*9.
36 *& seq.* vbi late. † Dicas tres esse casus; primus est, quando simplex
* fuit diuisio, & communiter * tenetur, quod non censetur renunciatum. Io. de Anan.*cons.*29.*Visa Imperiali.nu.*9. Cephal.*d.cons.*253. *num.*15.*& seq.* Alex.*in l.qui Romæ.§.duo fratres*, vbi Ias. & Crot.*ff.de verb.oblig.* Alex.*consil.*190.*Viso, & mature, colum.*5.*lib.*2. Corne.*cons.* 150.*Prima facie, lib.*3. Curt. Sen.*consil.*75.*colum.*5.*&*6. Paris.*cons.*46. *num.*24.*lib.*2.*& cons.*56.*nu.*13.*eod.lib.* Dec.*consil.*86.*Viso puncto, col.*2. *cum seq.* & aliquid *consil.*79.*Et pro tenui colum.*2.*ad fin. & cons.*243.*Vt clarior, colum.*1.*in*2.*dubio. & cons.*267.*Non excidit post princip. & cons.* 287.*In Ciuitate, colum.pen.ad fi.cum seq.* Alexand.*consil*8.*lib.*5.*& cons.* 21.*eod.lib.* Cuma.*cons.*108.*Testator instituit. & cons.*123.*Bartolus instituit. & cons.*141.*Visis.* Fulgos.*consil.*41.*Proponitur* Roman.*consil.*403.
37 *Pro defensione.* † Secundus casus est, quando fit diuisio, cum ex-
38 pressa renunciatione, & istud diuersimode fit. † Tertius est, quando non fit renunciatio, sed promittunt non contrauenire, neque item inferre, & non censetur renunciatum, plene Ioan. de Ana.
39 *consil.*29.*in fi.* vbi allegat multos. † Extende, etiam si diuisio sit facta per sententiam laudi, & promissum non contrauenire. Castr.
* *consil.*36.*in fi.verſic.quantum ad tertium, lib.*2. vbi dicit *communem.

Vide, *Diuisio non præiudicat fideicommisso. Conclus.*543. Vide, Clausula, *ad habendum, tenendum.* Conclus.297. † Limita; quia fideicom- 40
missum factum inter filios, & si decesserint sine filiis masculis, subsstituit causam piam, & fœminis legauit dotes, si supersunt duo filii, quorum vnus habet filias solas, alter masculos legitimatos, & contentantur renunciare fideicommisso, & quisque disponat in filias, & legitimatos, possunt hoc facere quoad præiudicium eorum, & valet renunciatio cum pacto iurato de non veniendo contra, & fœminæ habebunt fideicommissum ex iure cessio, donec extabunt vocati masculi legitimati. Castr. plene *consil.*102. *Videndum, in princip. lib.*2. † Limita; quia fideicommissarius potest 41
renunciare fideicommisso, contra mentem, & dispositionem testatoris. Cephal.*consil.*282.*num.*21.*lib.*2. † Restringe, quando ad- 42
est duplex prohibitio legis, & hominis; quia tunc non potest renunciari fideicommisso. Cephal. *consil.*296.*num.*24.*& sequ.* vbi alios allegat. † Limita, quando est data licentia libere alienandi, 43
non obstante testamento patris. Alexand.*d.consil.*189.*num.*96.*& seq. ver.sed istis non obstan. lib.*2. † Contrarium, quod diuisio emphyteu- 44
sis, vel feudi facta inter inuestitos, etiam si se inuicem liberarunt, non comprehendat ius de futuro, vt sit renunciatum inuestiture, in euentum, quod linea vnius extinguatur; quia cum possint hoc facere, censetur fecisse, donec resoluat ius datoris, plura allegat Alexand.*dict.consil.*180.*Viso, & mature, num.*2.*in fine, cum sequen. ver. Nec habet obstare, lib.*2. vbi hoc extendit, etiam si erat data licentia alienandi, vbi plures allegat, licet postea tu eatur partem contra- 45
riam. † Declarat Alexand.*d.consil.*189.*num.*10.*& seq.lib.*2. vt censetur renunciatum fideicommisso, quando diuidentes diuiserunt totam hæreditatem, tam bonorum allodialium, quam feudalium & in emphyteusim ab ecclesia receptorum, cedentes sibi inuicem omnia iura ad habendum, & dederunt licentiam vendendi; quia, si est sequuta alienatio, vel hæredis substitutio, valet quoad diuidentes, etiam extincta linea vnius ex diuidentib⁹. sed hoc ideo tenet; quia præsupponit inuestituram in illo casu posse etiam extraneos comprehendere, & ad eos transire, prout fideicommissum. † Limita; quia censetur renunciatum, quãdo adest clau- 46
sula, *ad habendum extensa, & quicquid placuerit faciẽdum*, ita loquitur Men. *consil.*87. qui proprie loquitur in diuisione, & cum dicta licentia, vt *num.*15.& etiam, quando erat reciproca, *num.*29. † Et ita 47
loquitur Crauett.*cons.*24. vbi *num.*8. ponit casum, quod erat facta diuisio, & adiudicatio, & vnus alteri, & è contra dederat licentiam libere alienandi. † Et quod ex clausula, *ad habendum, &c.* in 48
diuisione inter fratres censeatur renunciatum fideicõmisso. Bart. Iason, & alii, *in l. Qui Romæ.§.duo fratres ff. de verbor. obligat.* Alexan. *cons.*89.*num.*10.*lib.*2. late Crauetta *consil.*24.*num.*8.& 9. Paris.*cons.* 71.*num.*4.& 5.*lib.*3. Curt. Iun.*cons.*49.*num.*12. qui ambo reprehendunt Dec. contrarium tenentem, & contra Dec. nouissime Rota Romana tenuit, vt per Mohed. *decis.*156. *Bonorum.* de cuius clausulæ virtute Corne. *cons.*51.*colum.*4.*lib.*2. vbi, quod si fuit appolita per patrem in donatione dotis filiæ, non solum videtur dedisse ius, quod habet in vita, sed etiam ius, quod filii habuissent. † Li- 49
mita; quia fideicommisso censetur renunciatum, quando verba contrahentium sunt ita lata, quod adaptari possunt, nõ solum ad iura ex fideicommisso competentia, & spectantia iam purificata, sed etiam ad futura, & competitura ex personis aliorum post talem venditionem, & cessionem defunctorum; quia, quando clara sunt verba, non admittitur quæstio dubitandi, *l. cõtinuus.§.cum ita ff.de verb.obli.* & propterea ab eis non est recedendum *l.non aliter. ff.de legat.*3. maxime, quia si aliter diceremus, plura verba essent superflua, contra textum *in l.si quando. ff. de legat.*1. declarat Bald. *in rubr.C.de contrahen.empt.* & imputet sibi ille, qui voluit nimis late loqui. † Limita; quia si fideicommissarius post purifica- 50
tam conditionem sciens vendidit rem subiectam fideicommisso scienti, censetur renunciare fideicommisso, à contrario sensu; ga sicuti ignorans non censetur renunciare; ita è conuerso sciens censetur renũciare fideicommisso. Ita Dyn. *in l.qui Romæ.§.duo fra-*
* *tres ff.de verbor.obligat* cuius opinionem magis *communem dicit Alexand. *cons.*100. *Super primo, num.*5.*& seq.ver.moueor & sortiora.* *tione, lib.*7. vbi tollit contrarium *num* 129. † Declara tamen; quia 51
si vendatur ei, ad quem res ex lego, vel fideicommisso venditæ peruentura erat, si scienter emat, videtur renunciare legato, vel fideicommisso; si vero ignorat, potest euincere rem ipsam à seipso, & tenetur vendens de euictione. Alexand. *d.cons.*100.*num.*5. *& seq per tot.lib.*2. Vide, *Emere rem suam nemo potest. Concl.*129. † Li- 52
mita; quia licet ex simplici diuisione non censeatur renunciatum fideicommisso; tamen secus est aliis concurrentibus; vide licet, si est facta mentio testamenti, vel si extant clausulæ hoc importantes. Alex. notabiliter *cons.*100. *Super primo dubio.col fi.ver.tertio prin-*
cipali

53 *ipsis fundamento, li.7.* † Limita, quia substituti possunt expresse facta mentione de testamento renunciare fideicommisso, & substitutionib. ita vt sint nulla, & non habeant effectum, & valet transactio & renunciatio. Alexand. *cons.* 206. *Ponderatis verbis, in princip.*

54 *lib.6.* † Adde tamen, quod illi, ad quorum fauorem est factum fideicommissum, possunt renũciare fideicommisso in sui fauorem facto; & hæc renunciatio afficit alios fideicõmissarios, si sunt hæredes eius, qui renunciauit, alias non. Castrens. *consil.* 247. *In causa,*

55 *quæ vertitur. colu. 2. ver. nec obstat, quod allegat. lib. 1.* † Imo quoad non heredes renunciantes aperitur via, vt ad eos bona fideicommisso subiecta deuoluantur, si modo renuncians fuit maior, qui potuerit renunciare. Castrens. *dict. consil.* 247. *colum. 2. versic. nec obstat. lib. 1.*

Fideicõmissum cedi, vel donari non potest, & quando secus. Concl. 287.

1 FIDEICOMMISSVM † cedi vel donari non potest, quando est vniuersale ante factam restitutionem ex Trebelliano, & id. ceſſionarius, vel donatarius agere non potest, & exceptione submoueri potest. Bald. *cons.* 219. *Pepus Nicolutij, in princ. libr. 2. l. mu-*

* *lier. § ex asse. ff. de iur. dot.* † Amplia, vt nec conualidetur cessio quoadbona postea per hæredem grauatum restituere alienata; quia cum non essent alienata tempore cessionis, neque poterit agere

2 *idem.* Bald. *d. cons.* 219. *ver. & si dicatur, circa princip. lib.* 2. † Amplia; quãfideicommissum non purificatum non potest tolli per lau-

4 *dum latum inter partes.* Cuman. *cons.* 142. *Visis tenore, in fine.* † Extende, quia per quæcunque verba generalia laudi, quod teneantur partes se quietare, & liberare ab omnibus; non inducitur renunciatio fideicommissi, de quo non sit facta mentio specialis, Cuman. *d. cons.* 142. *num.* 2. *ver. nec rursum, per totum,* vbi, quod non potest dici debitum in diem, vel alias; quia non habet initium.

5 † Limita; quia si fideicommissum est inter duos fratres, & eorum filios masculos, si alter habet solas fœminas, & is, qui habet masculos, vult cedere, quod portio fratris transeat ad fœminas, potesti. se, & filii renunciare per pactum cum iuramento de nõ veniendo contra, & valebit quoad præiudiciũ renunciantium. Ca-

6 strens. *cons.* 102. *in princip. lib.* 2. † Limita; quia potest hæres institutus, qui etiam est substitutus legatario in certis bonis legatis, si decesserit sine filiis, cedere & donare ius fideicommissi non purificati, & valet talis cessio, & donatio etiam facta non præcedente alia aditione; quia ex ea inducitur etiam aditio. Fulgos. *consi.* 100. *Testator in suo. per tot.* vbi in fine respondet ad contraria, quod actio, & passio in eodem stare non potest; quia dicit, quod dona-

7 tio, & cessio resoluitur in liberationem grauati. † Extende; quia fideicommissum, & iura fideicommissi possunt vendi, & cedi, siue sit purificatum, siue non. *l. 1. C. de pactis. l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de*

8 *verbor. obligat.* † Et quod ante purificatam conditionem possit fideicommissarius habẽs spem cedere alteri, vel remittere dictum fideicommissum. Guido Pap. *decis.* 232. Bart. *in l. à testatore. ff. de cond. & demonstr. & in l. substitutio. ff. de acquir. rerum domin.* & traduntBar. & alii post eum *in d. l. qui Romæ. §. duo fratres, in* 4. *quæst. ff. de verborum obligat.*

Fideicommissum quando possit confiscari, vel non. Conclus. 288.

1 FIDEICOMMISSVM † regulariter non potest confiscari, quando grauatus fideicommisso est prohibitus expresse alienare: quia sicuti potest is, cui facienda est restitutio, statim facta alienatione agere rei vendicatione, non expectata morte grauati. Castr. *in l. filiusfamil. §. Diui, col. 2. ver. interdictum res subiecta. ff. de leg.* 1. vbi Claud. *num.* 12. Crot. *num.* 27. *& consil.* 44. *nu.* 17. Soci. *cons.* 43.

2 *n. 11. in fine, ver. ex quo prohibita fuerunt bona expresse, lib.* 4. cum aliis per Marzar. *in epit. fideicomm parte* 2. *quæst.* 37. † Ita etiam possunt statim exeorporari, & vendicari à Fisco per prædicta, & sic non cõfiscantur etiam durante vita grauati isto casu, sed illico spectant ad vocatos proximiores ad fideicommissum. Bart. *in l. Imperator, num.* 1. *ff. de fideicomm. libert.* Clar. *in* § *fin. qu.* 78. *ver. item quæro.* Hieronym. Gabriel. *cons.* 184. *per tot. lib.* 1. Thob. Non. *consil.* 97. *in princ.* Boss. *tit. de publicat. bonor. num.* 34. Alexan. *cons.* 23. *num.* 10. *versic.* 9. *manifeste,*

3 *cum seq. lib.* 1 † Et quod bona suppositia fideicommisso non possint confiscari, quando adest prohibitio alienationis. Bart. *in d. l. in Imperator.* vbi Ang. & alii. *ff. de fideicom. libert.* Ias. *in l. filiusfamil.* § *Diui, in* 2. *lect. numer.* 19. *ff. de leg.* 1. Dec. *consil.* 442. Boer. *decis.* 268. *num.* 6.

4 Grammat. *decis.* 105. *numer.* 31. † Declara; quia facta auocatione à Fisco per vocatos, si bannitus suscipiat filios, tenentur proximiores restituere filiis vocatis, vt in terminis tradit Bartol. *in l. 1. in fin. ff.*

* *de bonis damnat.* & cum eo transeunt * omnes non improbantes, vnde approbare cẽsentur, vt per glossam *in l. inter omnes, ff. qui satisf. cogant.* in glossa prima, quam ad hoc allegat Curt. Sen. *cons.* 58. *colum.* 3. Alexand. *consil.* 139. *num.* 14. *lib.* 6. Corne. *consi.* 24. *num.* 3 *lib.* 2. & Bart. sequitur Curt. *cons.* 1. *nu.* 9. † Declara, quia ex incorporan-

5 dis bonis à Fisco tanquam suppositis fideicommisso attendi debet dies purificati fideicommissi. Alexand. *consi.* 13. *lib.* 4. Dec. *cons.*

6 253. *num.* 4. Roman. *consi.* 231. † Extende, vt procedat etiam respectu legitimæ, vel Trebellianicę in filiis primi gradus; quia licet nõ recipiant grauamen, neque onus; si tamen fiat prohibitio ad fauorem minoris, vel ad certum tempus; quo casu valet prohibitio; quia non est onus, sed commodum filii. Bero. *quæst.* 87. Dec. *consil.*

* 442. vbi dicit * communem; non enim poterit fieri confiscatio, si occurrat confiscari bona talis prohibiti intra tempus prohibitionis, vt per Roland. à Valle *cons.* 31. *num.* 30. *lib.* 1. *& consil.* 98. *num.* 25.

7 *lib.* 2. Thob. Nonius *cons.* 97. Iulius Clar. *in prax.* §. *fin. quæst.* 78. *ver. Item quæro, nunquid in confiscatione.* † Restringe, quando adest prohibitio sola legis; quia tunc fideicommissum potest alienari, sed reuocabiliter, videlicet, vsque ad mortem grauati; quia fideicommissum sub conditione mortis potest vsque ad mortem alienari, licet adueniente morte fingatur non alienatum. *l. fin.* §. *fin autem. C. commun. de legat.* Ita isto casu, donec veniat mors grauati naturaliter, Fiscus potest confiscare reuocabiliter. Bero. *quæst.* 41. Crot.

8 *cõs.* 61. vbi, quod fideicommissarius primo non agit. † Limita, quia fideicommissum, vel substitutio in casum mortis non verificatur in eo; qui bannitur cum confiscatione bonorum; nec tamen bona possunt confiscari: sed donec viuit bannitus, Fiscus retinet bona, vide plene Surd. *consilio* 90. vbi plene pro vtraque parte, &

* hanc * veram tuetur, & dicit procedere, etiam si posset impune offendi. Vide, *Confiscatio generalis quæ bona comprehendat, vel non. Concl.* 719.

Fideicommissum an præscribi possit, & quando incipiat præscriptio. Concl 289.

1 FIDEICOMMISSVM † præscribi potest contra eum, qui potuit agere, & incipit à die purificatæ conditionis. Deci. *consil.* 267. Ripa post alios *in l. filius famil.* §. *Diui. num.* 116. *ff. de leg.* 1. & idem tenet Surdus *cons.* 73. *num.* 33. Castren. *cons.* 158. *Visa supradicta, num.* 3. *ver. quinto videtur. & per tot lib.* 2. Alexand. *cons.* 59. *Attentis verbis, numer.* 11. *& sequ. ver sexto præsupponitur, lib.* 3. Vide, *Præscriptio non habet locum contra eum, qui non potest agere. Conclus.* 525. † Extende i-

2 dem in feudo; quia potest præscribi 30. vel 40. annis, etiam si titulus sit verus, vel putatiuus, etiam errore iuris causatus, quoad eos, qui potuerunt agere. Castrens. *consil.* 44. *colum.* 2. *ver. sed ex alio, libr.* 2. † Contrarium, quod non præscribatur fideicommissum,

3 tenent Corne. *consil.* 294. *in fine, l. fin.* §. *sed quia. &* §. *final. Cod. commun de legat.* Alexand. *consil.* 177. *Attentis verbis, libro* 5. Castren. *cons.* 94. *Clarum est in iure, in princip. libr.* 2. vbi, quod fideicommissum conditionale non præscribitur, *l. fin.* § *fin autem auaritia. cum l. sequ. C. commun. de legat.* Vide Socin. *Reg.* 13. *Alienari in alium prohibita nec vsucapi, nec præscribi possunt.* limitat duobus modis; primus est, si alienatio fuit facta à non domino, vel bona fide, secundus; quãdo interuenit scientia eorum, contra quos præscribitur. † Declara,

4 in feudo; quia non potest vocatus primo ad feudum antiquum, neque expresse, neque tacite præiudicare aliis, qui non possunt agere eo viuente, quin ex persona sua aperto iure agendi possint agere, ita Castrens. *d. cons.* 44. *colum. si ver. si ergo illi, lib.* 2. & licet distinguatur quoad descendẽtes, præiudicet magis de facili, quam agnatis, dicas procedere in feudo nouo, in quo magis de facili præiudicatur descendentibus, quam agnatis in antiquo, ita Alex.

5 *cons.* 18. *nu.* 6. *& 7. lib.* 5. † Declara; quia fideicommissum conditionale pendente conditione non potest præscribi ad præiudicium fideicommissarii; quia pendente conditione non potest agere, & non valenti agere non currit præscriptio. Castr. & Ias. *in l. fin.* §. *fin autem sub conditione. C. commun. de legat.* Alex. *cons.* 59. *col.* 4. *lib.* 3. late Balb. *in tract. præscript. in* 5 *part.* 5. *partis principalis, quæst.* 5. vel saltem competeret restitutio in integrum ex clausula. *si qua mihi iusta causa.* Socin. & alii *in l. cum filius.* §. *in hac ff. de verbor. obligat.* & in specie voluit Alciat. *in l. si filiusfam. §. Diui ff. de leg. primo.* Deci. *consil.* 235. *Non parua. numer.* 13. *versic. Capio igitur.* allegat Alexand. *consil.* 178. *Attentis verbis lib.* 5. *& consil.* 98. *Viso, & considerato, numer.* 3. *versicul. nec etiam obstat. libr.* 2. † Declara; quia præscribi non potest fidei- 6
commissum, quando adest expressa prohibitio alienationis, ita per plura declarat Corne. *consil.* 294. *numer.* 9. *ver. circa secundum,*

vbi

* vbi circa fin. dicit * communem, & respondet ad contraria, *lib.* 3.
7 † Declara; quia si fideicommissum alienatur per prohibitum alienare, præscribi non potest longo tempore; quia alienatio est nulla, *l. cum pater, § libertis. ff. de legat.* 2. quia non confertur titulus scienti, vel erranti, & sine titulo præscriptio non habet locum: si vero alienatio fiat per nō prohibitum, sed per alium etiam de consensu prohibiti, præscriptio longi temporis habet locum; quia causatur titulus habilis ad præscribendum. Castr. *cons.* 318. *Alias in*
8 *hoc facto, n.* 2. † Amplia; quia præscribi potest à die purificatæ conditionis, & à tempore, quo substitutus potuit agere, & sciuit. Vide infra *ver. limita.* Alex. *cons.* 101. *Super primo, nu.* 23. *& seq. vers. venio*
9 *ad quintum, lib.* 7. † Amplia; quia imo fideicommissum, & res debita restitutioni, si alienatur, & is, cui debet fieri restitutio, sciat, & patiatur, præscribitur decem annis à die purificatæ conditionis. Castr. *cons.* 158. *Visa supradicta, in princ. & per tot.* maxime *in fine, lib.* 2.
10 † Amplia; quia præscriptio decem annorum habet locum ex titulo diuisionis veræ, vel præsumptæ inter eos, qui erant vocati; nam probatio, quod diuiserunt bona, & in partem vnius ex fideicommissariis obuenerūt ista bona, vel probatio possessionis per decem annos pro diuiso, & excluditi alios, ex quo sciuerunt, & passi sunt, & præsumuntur habuisse recompensam in aliis bonis,
11 plene Alexand. *d. consil.* 3. *Viso processu, in fine, lib.* 3. † Limita, etiam si adsit prohibitio expressa testatoris; quia emptor non potest vti exceptione præscriptionis; quia licet sequuta contrauentione, & alienatione potuissent substituti vendicare bona, *l peto, § fratre,*
* *l. cum pater, § libertis,* vbi * Doctor. *ff. de legat.* 2. tamen si non constant de scientia substitutorum, non currit præscriptio, & ignorantia præsumitur, *l. verius. ff. de probat.* quæ præsumptio non tollitur ex eo, quod coniunctus esset grauati; quia, quod dicitur coniunctum præsumi scire facta coniuncti, non procedit in momentaneis, sed solum in successiuum tractum habentibus, & facere contractum dicitur actus momentaneus. Castr. *in l. 1. ff. si cert. pet.* Alexand. *cons.* 71. *colum. penult. & fin. lib.* 1. & Corn. *consil.* 294. *num.* 9.
* *& seq. lib.* 3. vbi dicit * communem, & tollit contraria, quod stante prohibitione non possit alienari; sed tamen vide Curt. Iunior. *consil.* 88. *num.* 3. vbi dicit idem, quod limitatio, quod potest alienari de consensu vocatorum; igitur potest præscribi, quando alienatio sub certa forma potest fieri; secus si prohibitio esset etiam
12 stante consensu omnium. † Declara; quia licet possit præscribi, stante scientia eius, qui facta alienatione potest vendicare statim stante prohibitione expressa; tamen non procedit, quando non potest alienari etiam de consensu omnium vocatorum, ita Curt.
13 Iun. *dict. consil.* 88. *num.* 3. *ver. non obstat.* † Incipit autem præscriptio, postquam euenit conditio fideicommissi; quia ante non potest incipere, ex quo non valenti agere non currit præscriptio. Baldus *cons.* 348. *Proponitur, quod Gerardus in fine, vers. item ad illud, lib.* 3. Cuman. *cons.* 13. *Titius instituit, num.* 2. *ver. nec ei vsucapionem.* Vide Anto. Gabriel *lib.* 5. *titul. de præscript. concluſ.* 13. *Res prohibita alienari præscribi non potest.*

Fideiussio multiplex, & de singulis speciebus. Concluſ. 290.

1 FIDEIVSSIO † alia est propria, videl. quæ fit accessoria ad principalem obligationem. Roma. *cons.* 114. *Visis supra consultis,*
2 *in princ.* † Et semper quod est dubium, an sit fideiussio accessoria, & an principalis obligatio, in dubio iudicatur fideiussio. Rom. *d.*
3 *cons.* 114. *n.* 2. *ver. hoc igitur.* † Alia est impropria, vt si fideiubeo tibi, vt fideiubeas, ute est contractus innominatus, iti quo non cadit mandatum; ideo non agit, nisi primo soluerit. Bald. *in l. si pro ea, n.*
4 12. *ver. vndeimo quæro, C. mand.* † Alia est fideiussio, quæ fit mandato alterius; & tunc competit eadem actio mandati contra principalem, quod est, quando principali præsente, vel mandante, vel
5 eodem tempore fit. † Alia est, quæ fit simpliciter, non contemplatione principalis, sed fideiussor à se ipso separatim se obligat, & dicit, quod non precibus principalis, sed sciens sponte; isto casu solum competit actio negotiorum gestorum, si fecit vtiliter, releuatur, alias non; si vero principalis prohiberet, nullo modo teneretur. Castrens. *cons.* 188. *Præfati promissores, num.* 2. *ver. Nunc est*
6 *videndum, lib.* 1. † Alia est promissio conseruationis indemnitatis, quæ quandoq; fit per fideiussorem creditori, & non potest conueniri, nisi quatenus reus non sit soluendo. Bald. *dict. l si pro ea, nu.*
13. *vers. duodecimo quæro, C. mand.* & ad quæ teneatur, vide Castrens.
7 *consil.* 229. *Super hoc facto, in princip. lib.* 1. † Et iste fideiussor conseruationis indemnitatis, etiam si renunciauit beneficio de fideiussoribus, non potest conueniri ante principalem. Bart. *in l.* 1. *in fin. vers. ex iis apparet. C. de conuen. Fisci debit. & in l. quæro, in princip. in* 4. *notabil. ff. locati.* & ideo non potest conueniri ante principalem, si fuit opposita exceptio excussionis. † Et non tenetur, neque po- 8
test conueniri, nisi is, cui promisit, damnum patiatur, vel interesse. Alexand. *cons.* 199. *Viso processu, num.* 3. *lib.* 7. † Et quod imo non 9
teneatur iste fideiussor indemnitatis, nisi in subsidium, etiam si renunciauit omnibus exceptionibus, &c. Castrens. plene *consil.* 239. *Super hoc, in princ. lib.* 1. vbi, quod est obligatio sub conditione, & *num.* 2. dicit, quod renunciatio non potest referri ad hoc, quia contradiceret substantiæ obligationis; & imo statutum tollens omnem excussionem non tollit istam, quę est ex conuentione partium, sed eam, quæ est de iure communi, & tollit omnia contraria. † Potest tamen talis fideiussor conueniri statim mota 10
lite contra eum, cui promisit, & cogitur suscipere iudicium in se, ita Bart. *in l. pater, in princip. ff. de dote prælegat.* qui dicit non esse alibi, idem dixit Alexand. *in l. quæro, in principio. ff. locati.* † Et ad quæ te- 11
neatur iste fideiussor indemnitatis dicas, quod ad omnia damna passa per eum, cui promisit, & ad eius interesse. Bald. *in l.* 2. *col.* 1. *vers. modo pone. C. de sent. quæ sine certa quant. & in l. fin. § 1. colum. final. C. de vsu. rei iudic.* Castrens. *cons.* 397. *Ad primum quæsitum, in princip. lib.* 1. Corn. *consil.* 228. *Multum diffuse, lib.* 1. Socin. *cons.* 59. *Visis, col.* 2. *in princ. lib.* 3. Dec. *cons.* 551. *Plene, colum.* 2. *n.* 7. Abb. *consil.* 43. *Videtur, col.* 1. *lib.* 1. Aretin. *in l. præterea, in* 4. *notab. ff. mandati,* post Bart. *in d. l. quæro, in princ. ff. locati.* † Extende; quia multum refert inter fide- 12
iussorem simplicem, & fideiussorem indemnitatis; quia simplex, qui fideiussit pro dote, quæ erat mille, vsque ad 500. si extant bona pro 500. videtur liberatus; quia prima solutio censetur facta in duriorem causam, in qua est fideiussor, *l.* 1. *& 2. ff. de solut.* secus, si esset fideiussor indemnitatis, prout voluit teneri de suo vsque ad 500. si maritus non restitueret dotem. † Extende; quia tenetur 13
fideiussor indemnitatis ad expensas factas per creditorem post lapsum termini obligationis contra principales, & contra fideiussores; quia expensæ in exigendo deduci debēt de exactis; quia fructus non dicuntur, nisi deductis expensis; secus, si expensæ sunt ante terminum factæ. Castrens. *consil.* 239. *Super hoc, in fine, vers. super tertio. lib.* 3. † Vide tamen Alexand. *consil.* 199. *Viso pro-* 14
cessu, nu. 5. *lib.* 4. vbi, quod ista fideiussio conseruationis indemnitatis, si fiat versus debitorem à muliere, non gaudebit beneficio Velleiani; secus, si fiat creditori. † Quandoque fit per reum debi- 15
torem fideiussori, & ista est plenior. Bald. *d. l si pro ea. nu.* 13 *C. mand.* † Alia est fideiussio, quæ oritur tacite, prout si pater consentit fi- 16
lium suum dari in tutorem; quia censetur pro filio esse fideiussor indemnitatis. Alexand. *consil.* 29. *Clarissime. num.* 34. *vers. sicul. constat autem. quod pater, lib.* 7. † Alia est fideiussio, quæ fit ab eo, qui se 17
obligat tanquam principalis, & animo nouandi; & iste potest conueniri, nulla facta excussione. Alexand. *d. consil.* 29. *Clarissime, num.* 34. *in fine, & seq. vers. tertio principaliter, lib.* 7. vbi dicit * com- *
munem. † Alia est fideiussio, quæ fit ab eo, qui se obligat vt prin- 18
cipalis, sine illis verbis, *animo nouandi*; & siquidem fiat in eodem contractu, sunt duo rei, & non requiritur discussio; si vero in diuerso contractu, distinguitur; quia si dixit, *animo nouandi*, non requiritur excussio; si vero non dixit, *animo nouandi*, bene requiritur excussio. Alex. *d. consil.* 29 *num.* 36. *ver. quinimo*, vbi dicit, quod nullus in hoc contradicit. † Alia est fideiussio duorum, vel plurium 19
principaliter promittentium me cōseruare indemnem ab aliquo facto; quia non requiritur excussio. Alexand. *d. consil.* 29. *n.* 36. *ver. sicut non requiritur, lib.* 7. † Alia est fideiussio facta sine mandato, & 20
ista nō habet mandatum, nisi postquam dominus ratum habuit; alia est, quæ habet mandatum. Bald. *d. l si pro ea, in fine. Cod mandat.* † Et qui promittit, quod habens rem ad vsum recognoscet em- 21
ptorem rei vsualis, alias ipse soluet pro eo, non dicitur fideiussor, & non potest vti iure eius, qui est vsuarius, to quo promisit, plene Angel. Aretin. *consil.* 54. *Videtur dicendum, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & tollit contraria, quia promissio est facta sine mandato, & pro absente. † Generaliter, quando aliquis pro. 22
mittit pro alio, dicitur fideiubere. Alex. *cons.* 159. *Circa primum, vol.* 2. *num.* 3. *libr.* 2. Bald. *consil.* 101. *Nobiles viri. col.* 1. *in fine, lib.* 3. † Declara; 23
quia refert multum inter fideiussionem, & delegationem; quia qui se obligat pro alio, dicitur fideiubere; qui se obligat loco alterius, vel vice alterius, & est debitor ipsius, pro quo se obligat, dicitur ex delegatione obligari, & inducitur nouatio, & extinguitur prima obligatio; secus, si est fideiussor. Alexand. *cons.* 60. *Viso tene-* 24
lo, numer. 2. *ver. nec potest dici, lib.* 6. † Persuadens aliquid alicui, vt 24
credat alteri; quia si est idoneus, dicitur approbator, & tenetur ratione mandati, vel ex dolo, si sciebat non idoneum. *l. si remunerandi. § si tibi. ff. mand.* Vide, *Persuadens quando teneatur, vel non, &* 25
quid operetur persuasio. Concluſ. 322. † Approbator fideiussoris dici- tur alter fideiussor, & tenetur ipse, sicut tenetur approbatus.

Alex.

Alexand. *in l. si vero, §. qui prorei, n. 4. ff. qui satisdar. cog.* & ibi maxime Fulgos. *in princip.* Ial. *n. 2.* Vide, *Approbatio personæ alicuius non extenditur ad aliam. Conclus. 432.* † Affirmator pariter dicitur fideiussor, quando affirmet aliquē idoneum, videtur eum approbare, *l. cum ostendimus, §. final. ff. de fideiussor. tutor.* vbi Baldus dicit fideiussorem, affirmatorem, & approbatorem teneri, si præsens, & sciens patitur se describi in iudicio talis pro minore; & idem pro fisco, & apost. dicit idem pro Ecclesia; quia licet stipulationem requirat fideiussio, tamē calore iudicii pro minore censetur inesse tacita stipulatio. † Alius est fideiussor principaliter obligatus, & iste proprie dicit principalis, etiam si tota pecunia peruenisset ad vnum. Roman. *dict. consil. 114. num. 3. & 4. vers. iis tamen*, vbi apostilla *in ver. principales*, & loquitur Roman. quando omnes eodem tempore se obligarunt. † Constitutores dicuntur illi, qui post obligationem alterius constituunt se principales debitores. Roman. *d. cons. 114. vers. Nec videtur dici posse.* † Rei vero debendi dicuntur, qui pluries in solidum debent idem vere vel ficte ex vna eademque causa, principaliter, & ex voluntate. Roman. *dict. consil. 114 nu 4. ver. Necvidetur.* † Differunt autem fideiussor, mandator, & expromissor. gloss. *in authent. de fideiuss in princ.* & quod expromissor differat a fideiussore, est textus *in l. qui libertinus, § final ff. de oper. libert.* quem notabilem dicit Angel. Aretin. *cons. 53. Videtur dicendum, nu. 16.* † Expromissio potest fieri etiam pro obligatione futura, Alexand. *Instit. de fideiussor.* Socin. Iun. *consil. 106. num. 20. & 81. lib. 3. cons. 69. num. 2. & sequent. lib. 2.* † Expromissor proprie tenetur eam pro non obligato, *l. eleganter, §. seruus pactionis. ff. de dolo*, & est text. *in l. aliquando. ff. ad Velleian.* vbi Aretin. & *in l. si quis accepto. ff. de iudicat. ob cauf.* vbi Alexand. gloss. *in authent. de fideiuss in princ. in ver. fideiussor.* Angel. & Alexand. *in l. 5. §. stipulatio. ff. de verbor. oblig.* † Et habet actionem mandati ab eo, pro quo se obligauit expromissor, etiam quod se vltro obtulerit. Marsil. *in rubric. de fideiussor. n. 5.* Ioan. de Plat. & Aretin. *Instit. de fideiussor. in princip.* Socinus Iunior *34. consil. 106. Considerato puncto, num. 20. lib 3.* † Quandoque tamen expromissor ponitur pro fideiussore, *l. stipulationum aliæ, §. Satis accepto*, cum glossa *in ver. expromissores*, quæ exponit *l. fideiussores, ff. de verbor. obligat.* † Fideiussor se obligans, quod principalis obseruabit, alias de suo proprio voluit teneri, non requirit necessario, quod fiat excussio cōtra principalem, sed sufficit mora principalis, vt lapso termino possit conueniri. Bartol. & Castrens. *in l. si duo, §. hoc autem verba. ff. de constitu pecun.* quem §. Castrens. legit sub §. *Aut Prator, eiusdem legis.* † Fideiussor vero obligatus in casu, quod talis non soluerit, non tenetur, nisi probata negatiua; quæ tamen *ff.* non probatur eo ipso, quod non constat de solutione. Vide in. *37. fin. Fideiussor quando non possit conueniri. Conclus. 306.* † Fideiussor se obligans in euentum, quod si principalis nō soluerit, de suo proprio soluere, & alius se obligans, in euentum, quod si principalis non esset soluendo, soluere de suo, videntur esse eiusdem conditionis, neque secundus debet esse melioris conditionis, ex quo vtrius fuit verbis inusitatis magis subtilibus, & forte animo decipiendi. Castrens. *cons. 285. Visis & ponderatis, colum. 3. lib. 1.* imo quod illa verba, in euentum, quod si principalis non esset soluendo, denotent actum solutionis, videtur text. *in l. fideiuss. §. fin. ff. de fideiuss. tribus*, vbi, quod inest hæc tacita conditio in omni fideiussione.

Fideiussio qualiter fiat, vt valida sit, & de natura fideiussionis. Concl. 291.

1 FIDEIVSSIO † ad hoc, vt valeat, & fideiubens teneatur ex ea, debet interuenire stipulatio, vel debet esse presens fideiussor, & patiens se describi, vti fideiussorem, alias autem facta fideiussio per nuncium, vel epistolam non obligat fideiubentem. Bald. *cons. 337. Duo famuli, lib. 2. & cons. 180. Primo dicendum est, lib. 5.* Vide Ial. *in Iuris gentium, §. Quinimo, in 5 limit. ff. de pactis.* vbi, quod requiritur præsentia, & stipulatio, *l. 1. §. satisdatio, ff. de verbor. oblig.* 2 Alexand. *consil. 60. Viso titulo, in princip. lib. 6.* † Extende, vt procedat etiam inter armigeros de iure stricto, quamuis æquitas inter eos seruanda sit, & non apices iuris. Bald. *consil. 180. lib. 5 in princip.* 3 † Et quod non valeat fideiussio, nisi interueniat stipulatio. Dyn. *consil. 16. Diligenter considerata, in princ.* Alexand. *consil. 199. Viso proc-* 4 *essu, num. 4. & sequ. lib. 7.* † Extende etiam de iure canonico; quia non obligatur fideiussor nudo pacto, sed requiritur stipulatio. Bald. *in c. 1. de pace tenen. colum. penult. ver. pactum nudum*, & est text. *in* Iblanditus. *C. de fideiussor. & in l. 5. §. satis accepto, ff. de verbor. obligation.* 5 † Restringe in iudiciali fideiussione, vel cautione; quia tacita stipulatio sufficit; ideo valet fideiussio de iudicato soluendo, etiam si simpliciter Notarius scripsit, *talis fideiussit pro tali.* Bald. *cons. 309. Decreto magnifici, in princ. lib. 5.* † Idem est in qualibet fideiussione in iudicio præstita; quia calor iudicii hoc operatur. Bald. *in cap. 1. de pace tenen. colum. penult. ver. pactum nudum*, & sequitur ibi Feli. Vide, *Iudicij calor multa operatur. Concl. 483.* † Et in dubio præsumitur stipulatio interuenisse in fideiussione, quando fit de præsenti, secus de præterito. Vide Mascard. *concl. 781. Fideiussio an præsumatur*, vbi ampliat. & limitat. † Item, debet continere, quod fideiussor faciet, & curabit, quod principalis dabit, vel faciet; quia si fideiussor se obligaret, quod principalis faciet, vel dabit, nulla esset fideiussio, tanquam de facto alieno. Bal. *cons. 484. Fideiussor in quantitate, num. 2. vers. iis præmissis, lib. 3.* † Declara, nisi constet de mente contrahentium, puta, quod fiat super debito præcedenti, & valido, & efficaci omni iure; quia censentur partes voluisse agi posse omni meliori modo, puta de constituta actione. Castrens. *cons. 52. colum. 2. versic. & posito, iuncto ver. Nec est inconueniens, lib. 2.* † Restringe; quia non requiritur stipulatio, quando fideiussio fit pro debito confessato, & habente assistentiam rei iudicatæ; quia datur exequutio extremedio legis sine stipulatione. Castrens. *consil. 52. num. 4. ver. sed ad primum, lib. 2.* † Restringe; quia obligatio pro alio facta absente parte, & sic sine stipulatione, & sine præsentia partis, licet non valeat vt fideiussio, valet bene, vt obligatio ex constituto. Alex. *consil. 91. Circa primum, n. 3. & seq. lib. 4.* Vide, *Constitutio debitorn qualiter fieri possit. & quæ requirat. Conclus. 783.* † Amplia; quia fideiussio per solam stipulationem fieri potest, *l. blanditus, C. de fideiuss.* Ideo stricte intelligenda; ideo obligatus pro condictione vectigalis non obligatur ad vsuras. Decia. *cons. 72. n. 18. & seq. lib. 2.* † Extende; quia fideiussio pro actore circa expensas, si succumbat, non habet locum pro expensis, si instantia deseratur. Decian. *d. cons. 72. nu. 19. lib. 2.* † Natura autem fideiussionis est, vt illius effectus nunquam extendatur, nisi in quantum se extendunt verba; ideo fideiussor non obligatur, nisi in quantum est specificatum. Dyn. *consil. 16. in princip. & per tot.* vbi, quod sit stricta interpretatio, prout in stipulatione, & verba sumuntur in proprio significatu. Decian. *d. cons. 72. num. 18. & seq. lib. 2.* Vide, *Fideiussor ex vna causa, & coram vno iudice non tenetur ex alia causa, nec coram alio. Concl. 304.* † Item natura fideiussionis est, quod verba necessario concludant; ideo si quis dicat, non volo, quod patiaris damnum, non dicitur fideiubere, neque promittit indemnem conseruare; quia diuersa sunt; & quia stant simul, quod ego non vellem te pati damnum, & non sim obligatus; quia mihi displiceat, quod patiaris damnū, & verba non concludunt necessario, & in dubio contra stipulatorem fit interpretatio. Alexand. *cons. 199. Viso processu, in princ. lib. 7.* † Et non tenetur, nisi pro quanto se obligauit, cum fideiussio sit stricti iuris, & non possit teneri in plus, quam intercesserit, *l. si pignore. l. fideiussores mag. stratuum. §. 1. ff. de fideiussor.* glossa, & ibi Bart. Castr. & alii *in l. quæro. ff. locati.* Bald. *consil. 55. lib. 2. & consil. 483. cum tribus sequentib. lib. 3.* Roman. *consil. 507.* Alexand. *consil. 34. lib. 2.* Negus. *de pignoribus in 4. membr. 2. partis, num. 53. & in 1. membro quintæ partis, quæst. 5.* † Extende; quia fideiussio vsque ad certam quantitatem non extenditur vnquam vltra quantitatem expressam, licet principalis sit obligatus in maiori quantitate. Bald. *cons. 484. Fideiussor in quantitate, in princip. lib. 3.* † Restringe; quia fideiussio simpliciter præstita sine restrictione extenditur ad omnia, quę in principali obligatione continentur. Bald. *dict. consil. 484. in princip lib. 3.* † Imo de natura fideiussionis, puta pro vendente, de euictione, est, quod generaliter, & simpliciter se obliget, quoties res vendita euincatur secundum naturam euictionis, alias non valet, nec liberatur venditor. † Restringe; quia si quis est obligatus tanquam fideiussor ex quacunque causa pro Titio campsore, extenditur fideiussio ad omnes obligationes Titii, in quibus tanquam campsor se obligauit, licet extra causam cambii, & campsoris. Bald. *d. consil. 484. Punctus quidam, cum aliis quatuor consiliis sequentib. lib. 3.* † Restringe; quia verba dubia fideiussoris, licet stricte sint intelligenda, tamen cōtra ipsum fideiussorem, qui potuit clarius loqui, sunt intelligenda. Bald. *cons. 486. Quia sermo, ver. præterea verba, lib. 3.* † Amplia; quia fideiussionis natura est, quod fideiussor releuetur ab eo, pro quo fideiussit. Vide plene infra, *Fideiussio operatur multa. Conclusione 314. numero 2.* † Et quod fideiussor non potest allegare, quod non subsit causa, per quam se obligauit; quia de natura fideiussionis est, quod teneatur sine causa; ideo dicunt semper, sciens non teneri, sed teneri volens, &c. Marsilius *singular. 482. num. 2. & seq.* vbi generaliter loquitur, Decian. *d. consil. 72. nu. 8. lib. 2.* † Et quod pro causa sit ipsa scientia non teneri; sed tamen vult teneri, & propterea tollitur, quod non potest allegare indebitum, plene Roman. *consil. 87. Circa id, de quo, nu. 4.* vbi late. † Fideiussor pro eo, quem credebat diuitem, & est pauper, non minus valet, ideo tenetur, nec propterea habet

aliam

aliam defensionem ex intentione, vel errore. Io. de Imola *consil.*
26 *102. num. 14. ver. nec tractandum.* † Amplia; quia non requirit causam fideiussio, dummodo principalis obligatio sit cum causa, & valida. Soci. Iun. *consil. 206. lib. 3.* Gozadi. *consil. 61. colum. fin.* sequi-
27 tur Phanuc. *de inuentario parte 5. nu. 125.* † Contrarium distinguen-
28 do Marsilius *in rubr. de fideiuss. num. 320.* † Extende; quia eo ipso; quod fideiussor se obligat, tenetur; quia est actus tendens ad damnum obligantis; ideo licet credat eum, pro quo fideiubet, esse idoneum, & non sit, non releuatur; quia ignorantia, vel error non
29 excusat. Ioan. de Imola *consil. 102. num. 14. in fine.* † idem in appro-
30 batore. *l. si vero. §. fin. ff. qui satisd. cog.* ibi, *si dubitetur, &c.* † Amplia, quia præcedere potest, & subsequi obligationem principalem fideiussio; & in hoc differt à constituto; quia constitutum fit sine stipulatione, & per Epistolam inter absentes, sed non potest fieri ante obligationem principalem. Bald. *dict. consil. 180. in princip. lib.*
31 *5. l. stipulatus sum à reo. §. adhiberi.* & ibi Alber. *ff. de fideiussor. Instit. eod.* §. *fideiussor.* † Et quod posset præcedere etiam pro futura obligatione. Decian. *d. consil. 72. num. 10. lib. 2. l. stipulatus. §. fin. ff. de fideiuss. In-*
32 *stit. eod. titul. §. fideiussor.* † Differentia est, an fideiussio fiat eodem tempore, quo principalis obligatio, vel post: quia si fiat in solidum, vel se obliget vti principalis tempore principalis obligationis, reuera sunt duo rei debendi, si ex post, fideiussio. Decian. *d.*
33 *consil. 72. num. 6. lib. 2.* † Amplia; quia potest accedere obligationi, etiam quod data sint pignora per debitorem. *l. 2. Cod. de fideiuss.*
34 *sor. l. omissis. & l. inter eos. §. creditor. ff. eod.* † Et si creditor vendat pignora, & non sufficiant, poterit pro residuo agere contra fideiussorem. *l. pignorib.* & ibi glos. & Salyc. *C. de fideiussor.*

Fideiussor non potest esse sine principali obligatione, & quando secus. Concl. 292.

1 FIDEIVSSOR † non potest obligari sine principali obligatione; quia fideiussio semper præsupponit principalem obligationem. Bald. *consil. 223. Primo statuto, in fine, ver. item nunquam re-*
2 *peritur. libro 1.* & plenius infra *numero 27. & sequent.* † Et quod necesse sit ad hoc, vt fideiussor obligetur, quod principalis, pro quo fit fideiussio, sit obligatus saltem ciuiliter, vel naturaliter, alias fideiussio non valet. plene Alexand. *consil. 159. Circa primum, in*
3 *princip. libro 2.* † Extende in tantum, quod fideiussor non potest molestari, nisi doceatur de obligatione sui principalis. Bald. *in l. si nomen. ver. secundo not. ff. de hered. vel actio. vend.* Alex. *in l. sciendum. ff. de*
4 *verbor. obligat.* † Declara extensionem, vt non procedat, quando in fideiussione fieret explicita mentio de obligatione principali. Bald. Angel. & Alexan. *in l. si dubitetur. ff. de fideiuss. & in l. si mandato meo, eodem titul.* Iason plene *in authent si quis in aliquo. colu. penult. ver.*
5 *hinc infert. Cod. de edend.* † Amplia in tantum procedere, vt is, qui tenetur satisdare, teneatur etiam se obligare, & fideiussoriam cautionem præstare, nec releuaret fideiussio præstita sine principali obligatione, nisi quando officio iudicis accederet; sed tamen non est ita efficax. Bald. *consilio 261. numero 6. versicul. tertium*
6 *dubium, libro 1.* † Extende, seu declara, vt licet fideiussoria non possit stare sine principali, si reperitur fideiussio, & non principalis obligatio; non tamen præsumitur principalis, quando non apparet. Bald. *dict. consil. 261. num. 7. versic. sed hic potest dubitari. lib. 1.*
7 † Extende in tantum, vt si esset prestita fideiussio pro maiori summa, quam teneatur principalis, in tantum sit nulla; quia non potest esse sine principali, vt nec obligetur pro summa, pro qua minori est obligatus principalis; quia vtile per inutile vitiatur. Bald.
8 *consil. 484. Fideiussor in quantitatem, in princip. libro tertio.* † Amplia, quia in tantum obligatio fideiussoria stare non potest sine principali, vt si quis fideiubeat apud Titium non habentem iura actiua obligationis principalis, non valeat. *l. fideiussor obligari. ff. de fideiussor.* Angel. *consil. 70. Iohannes olim. in princip.* vbi, quod non potest obligatio principalis esse ad fauorem vnius, & fideiussoria ad fa-
9 uorem alterius. † Extende; quia fideiussor non potest esse pro Titio ad fauorem Titii eiusdem; quia non datur actio, & passio; & idem, si pater obliget filio in potestate existenti in profectitijs, in quibus acquiritur patri, & det fideiussorem, non valet obligatio; neque fideiussio; quia est pro patre ad fauorem patris, cui per
10 filium acquiritur. Signorol. *consil. 126. per totum.* † Amplia; quia si principalis obligatio esset nulla de iure communi, etiam fideiussio accessoria annullatur. Apostilla ad Alexand. *consil. 59. circa finem, num. 11. in ver. accessoria.* vbi allegat Ancharan. *consil. 330.* & alios, *libr. 1.* & est text. *in l. 1. ff. de fideiussor. & in §. fideiussores, Instit.*
11 *eod. l. cum lex. ff. de fideiussor.* † Et quod si principalis obligatio est nulla, etiam sit nulla fideiussio; ea ratione; quia non stante subiecto obligationis, eius accidens eidem adhærere non potest.

l. eius. qui. §. si stipulatus. vbi Deci. *ff. si certum petatur.* † Et ideo si 12
nulliter carceratus aufugit, & puniri non debet, nec incidit in pœnam, non etiam tenetur fideiussor. Afflict. *decis. 149. In causa Mag. Palamedis, num. 3.* Signorol Homod. *consil. 174.* Vide casus contrarios apud Socin. *consil. 113. numer. 4. lib. 3. & consil. 99. num. 7.* 13
& consil. 100. num. 3. lib. 4. vbi ex diuersitate casus. † Extende et iam; quod fideiussor iurauerit; adhuc tamen si obligatio principalis est nulla, erit nulla etiam fideiussio. Socin. *consil. 65. Circa pri-*
mam quæst. superius formatam colum. antepenult. versic. sed tamen. † Ex- 14
tende, vt procedat, etiam si fideiussor obligauerit se, vt principalis. Bartol. *in l. si à reo. §. si à furioso. & in l. si quis pro eo. colum. ff. de fideiussor.* est glossa ordinar. *in §. 1. in ver. fideiussorem. authent. de fideiussor.* Abb. *in cap. 2. de fideiussor.* † Contrarium tenet Decian. *d. consil. 72.* 15
num. 5. lib. 2. † Declara, quando ille, qui se obligauit vti principa- 16
lis, vel in solidum, se obligat extra primum instrumentum; tunc si principalis obligatio est nulla, erit nulla obligatio fideiussoris separata; si vero obligatio fideiussoris fiat in eodem mmer instrumento simul cum principali, & se obliget vt principalis, tunc quia dicuntur duo rei debendi, licet obligatio principalis non valeat, bene valet alia obligatio; quia non potest tunc dici accessoria. Alexand. *consil. 32. In causa exequutionis mota. colum. penult. lib. 4.* vbi, quod in hoc non reperit contradicentem, quem sequitur Iason *consil. 58. circa med. lib. 3.* Decian. *d. cons. 72. nu. 5. & 6. lib. 2.* † Con- 17
tra declarationem consuluit Iason *cons. 133. colum. penult. lib. 4.* vbi, quod licet maritus, & socer se obligent in eodem instrumento cum iuramento, & vt principales pro vxore, & nutu, quæ renunciauit cum iuramento doti materne, & omnes in solidum promi, serunt, quod non veniet contra, si obligatio principalis est nulla, non tenentur etiam fideiussores, vbi late hoc tuetur. † Dicas, 18
quod si obligatio principalis est nulla, vt quia turpis, & contra leges, prout obligatio de exigendis vsuris, vel fœnerādi ad vsuram; quia neque oritur naturalis obligatio contra principalem; ita neque valet obligatio fideiussoris. Abbas *cons. 74. Illud de iure, in fine, lib. 2.* & plenius *consil. 75. colum. 3. in fine, num. 4. lib. 2. ver. quamuis pia-*
dico. † Dicas plenius; quia si obligatio fideiussoris in solidum, vel 19
vt principalis, fit pro minore prohibito contrahere; quia est color quæritus ad fraudandam legem, quando is, cui fit obligatio, scit statutum prohibens; ideo non valet obligatio, neque fideiussio; quia est in fraudem legis. Alex. *cons. 66. Viso themate, li. 4. per tot.* Vide infra, *Fraus non præsumitur, & quando secus. Conclus. 477.* † Ex- 20
tende, quia minor sine decreto alienans non obligatur, nec valet alienatio. *l. si ad resoluendum. C. de prad. minor.* consequenter non valet obligatio fideiussoris. *l. fideiussor obligari. §. fideiussor. ff. de fideiussor.* † Extende; quia si prima obligatio est nulla defectu manda- 21
ti, fideiussoria pariter redditur nulla, tanquam accessoria. Petr. Ancharan. *consil. 75. Viso diligenter, num. 8. versicul. ex praditis.* † Ex- 22
tende; quia tutor, vel curator solus rem minoris non potest vendere, & non valet venditio. Salycet. *in l. & si is. Cod. de prad. minor.* Ideo nec valet fideiussio; si vero tutor, vel curator venderet nomine proprio, tunc bene valet obligatio, & fideiussio, ita Bart. *in l. cum lex, in fine. ff. de fideiuss.* vbi Castrens. *versic. aliquando, & quar-*
to. idem Castr. *in l. 1. C. de fideiuss. minor.* post Fulg. & Ant. de Alex. ibidem *colum. 4.* Salycet. *in dict. l. & si is. C de prad. minor.* † Extende, 23
quia sicuti filius familias ex mutuo gratuito sibi facto non obligatur exceptione Macedoniani; ita etiam illius fideiussor, quantumcunque etiam principaliter se obligauerit, nisi expresse constaret, quod non solum vt principalis, sed animo donandi intercesserit. Alex. *consil. 66. num. 4. & 5. lib. 4.* per text. *in l. sed iulianus non*
solum ff. ad Macedonian. † Extende; quia si obligatio principalis est 24
nulla, vel inefficax; quia sit sine causa, secundum *communem, * & magis communem, de qua Alexand. *d. consil. 159. Circa primum,*
numer. 2. libr. 2. ita etiam fideiussio erit nulla, vt ibi. † Restringe, 25
quando is, qui fideiubet pro Titio, erat prius valide obligatus Titio; quia tunc valida est fideiussio facta pro Titio; quia videtur Titius mandare; sed tamen requiritur mandatum Titii, & is, cui fecit fideiussionem, necessario debet agere vt procurator Titii; quando principalis obligatio non tenet, plene Alex. *d. consil. 159. n.*
2. versicul. & si diceretur, libr. 2. vbi *nu. 3.* dicit, quod aliud est delega- 26
tio, aliud fideiussio. † Restringe, quando obligatio principalis 27
annullaretur iure speciali, vt quia ex forma statuti non esset seruata solemnitas; tunc non annullatur fideiussio accessoria. Alex. *d. cons. 59. Viso instrumento, num. 11. lib. 1.* vbi apostilla dat concor- 28
dat. in ver. accessoria, allegat Iaf. *consil. 133. colum. penult. lib. 4.* Ripa *in l. fin. quam. Cod. de renoc. donat. colum. 6.* plene Patri. *cons. 16. num. 110. & seq.* 29
lib. 2. † Contrarium, quod quando non valet obligatio principa- 30
lis, prout in casu statuti Florentie, quod mulier non possit obligari sine mūdualdo; quo casu obligatio mulieris esset nulla, de quo

statuto

statuto. Corn. *cons.* 254. *n.* 4. *cum seq. lib.* 1. Dec. *cons.* 302. & Soc. *cons.* 80. *n.* 22. *lib.* 1. eo casu, quo non valet principalis obligatio, neq; valeat fideiussoria, est text. *in l. cum lex.* vbi Bart. Bald. & Ang. & *omnes. ff. de fideiuss.* Alex. *cons.* 109. *nu.* 8. *lib.* 4. vbi dicit * communem; quia vbicunque fideiussoria valeret, debet habere regressum contra principalem, sed si principalis non tenet; ergo non debet etiam tenere fideiussoria. Soc. Iun. *cons.* 27. *n.* 16. *lib.* 2. per *l. fel & Spatar. § non solū. ff. ad Macedon.* Soc. *cons.* 132. *n.* 39 *lib.* 1. & *cons.* 192. *n.* 14. & 15. *lib.* 2. Alex. *d. cons.* 66. *Viso themate, in fin. & cons.* 109. *n.* 8. *lib.* 4. & in simili, licet restitutio in integrum minoris principalis non competat regulariter ad beneficium fideiussoris; tamen si fideiussor est habiturus regressum contra minorem, tunc datur etiam fideiussorem. *l.* 1. C. *de fideiuss. minor.* Sfort. Odd. *de rest. in neg. q.* 48. *n.* 4. *lib.* 1. & ita Ial. *cons.* 133. *lib.* 4. vbi, quod filia renūcians hæreditati paternæ, & maternæ, si est enormiter læsa, non valet renunciatio, neq; fideiussio præstita pro filia. Pro hoc faciunt dicta per Bart. *in q.* 2. *ver. ex aduerso n.* 15. *ver. sexto. & n.* 18. *ver. nono.* vbi, quod priuilegium competens vni competit etiam alteri, qui talium habiturus est regressum contra priuilegiatum. Vide plenius, *Dignum magis trahit ad se minus dignum. Concl.* 435. † Declara plene Alex. *cōs.* 109. *n.* 8. *& seq. li.* 4. quia, si prohibita est obligatio fuore obligantis, puta mulieris; tūc sicuti non valet principalis obligatio; ita neque fideiussoria; secus si fuore tertii, prout quando vendat fundum dotalem, qui est prohibitus alienari fuore mulieris, non fauore mariti, tunc valebit fideiussio, licet annulletur principalis venditio prohibita fuore tertii; quia fideiussor licet habeat regressum contra maritum; tamē minus non habet regressum contra uxorem. † Declara secundo; quia, quando fideiussor non potest habere regressum contra principalem, obligatur, licet principalis obligatio sit nulla. Alex. *d. cons.* 66. *Visothemate, in fi. lib.* 4. vbi dicit * communem. † Declara tertiō quia his, cuius fauore principalis obligatio est nulla, animo decipiendi se obligauit, puta mulier tacendo, quod sit fundus dotalis; tunc valet obligatio principalis, & fideiussoris, licet lex prohibeat, vel annuller. Alex. *d. cons.* 109. *nu.* 10. *& seq. ver plus dico. lib.* 4. vbi ponit plura similia † Declara; quia communis * opin. est contra Bart. vt per Alex. *cons.* 65 *In causa & lite, n.* 5. *ver secundo principaliter. lib.* 7. & loquitur Alex. in compromisso inter consanguineos, vt iis, qui conuenitur, non sit consanguineus, non sit locus compromisso, licet alius prætendens interesse, qui non est successarius defensor conuenti esset consanguineus. † Restringe, quando quis se obligauit vt fideiussor cōstituendo se principalē in solidū; quia etiamsi obligatio principalis sit nulla; tamen fideiussio est valida. Decian. *cons.* 72. *n.* 5. *lib.* 2. vbi, quod tali casu sunt duo rei. Ial. *cons.* 58. *lib.* 3. *col.* 1. *ver. non obstat.* plene Paris. *cons.* 16. *nu.* 10. *& seq. lib.* 2. vbi reddit rationem; quia fideiussio non est ita famorabilis. Itē quia accessorium valet sine principali, qñ iure speciali principale annullatur. † Restringe, qñ deest iuramentum in obligatione fideiussoria. Decian. *d. cons.* 72. *n.* 5. *lib.* 2. Paris. *d. consil.* 16. *n.* 119. *lib.* 2. vbi dicit * communem. † Restringe; quādo in eodem cōtractu principalis obligationis sit ēt obligatio fideiussoris, vt principalis; quia valet, etiāsi nulla sit obligatio principalis. Ial. *cons.* 58. *col.* 1. *ver. Non obstat, lib.* 3. late Decian. *d. cons.* 72. *n.* 5. *& 6. lib.* 2. † Amplia; quia extincta obligatione principali, vel liberato principali, ēt liberatur fideiussor, qui non reincidit in obligationem, licet principalis rerum obligetur. Io. de Im. *cons.* 12. *in fi.* † Amplia; quia si fideiussor habiturus regressum cōtra clericum conuenitur, pōt clericus trahere causam ad forū ecclesiasticū; quia principale trahit accessorium, & magis dignū trahit minus dignum. Vide, *Dignū magis trahit ad se minus dignū. Concl.* 435. † Amplia, etiamsi tertius promittat mihi, q̄ Titius dare debebat; quia nō censetur vt principalis, sed vt fideiussor accessorius; ideo non pōt conueniri ante principalem, neq; ex tali obligatione fit novatio, plene Bart. *cons.* 99. *Tertius promittit. lib.* 2. cōcordat Alex. *cōs.* 173. *n.* 3. *in fi. lib.* 7. vbi apost. dat concor. & Bart. sequitur Affl. *dec.* 333. *n.* 3. Vide, *Exceptio competens principali quando competat fideiussori. Concl.* 415. † Limita; quia bene pōt esse obligatio fideiussoria ad fauorē vnius, & principalis ad fauorem alterius, postquā semel est producta in esse; quia ego possum legare nomē fideiussionis mihi debitæ, & valebit legatum, & legatarius aget valide contra fideiussorem, licet sint cedenda iura fideiussori per hæredē Ang. *cons.* 70. *in pr. & per tot.* † Limita; quia pōt stare fideiussoria obligatio sine principali, quando accederet officio iudicis, sed tamen non est, prout fideiussio. Bald. plene *cons.* 261. *Primo quæritur, n.* 6. *ver. tertiū dubium. lib.* 1. † Limita, qñ accederet obligationi legali; quia si extat statutum, vel decretum, q̄ appellans teneatur soluere expensis, si succumbat, & dare fideiussorem, & reperiatur datus fideiussor sine obligatione principalis, valebit, propter obligationem legalem. Bald. *cons.* 309. *Decreto mag. lib.* 5. *in pr.* † Limita; quia fideiussor tutoris obligatur; licet tutela sit nulla; quia poterit cōueniri is, qui administrauit tutelam, ac fideiussor, perinde, ac si tutela valeret. Fulg *cons.* 211. *Pupillo cuidam. col. fi. ver. Nec ambigo fideiussores.* † Limita, quando alias esset nulla, & adessent verba, per quæ posset sustineri, vt obligatio correi, vel principalis, veluti si adessent verba, *quod promisit, & se obligauit, & fideiussit.* Bald. *cons.* 309. *in pr. lib.* 5. vbi loquitur in fideiussore iudiciali, & dicit, quod illa verba, *fideiussit, &c.* impropriantur, vt sit expromissor, ne dici possit nulla. † Declara, nisi sit cōtra bonos mores, videl. super obligatione reprobata, puta super pacto de hæreditate viuentis, qui non consensit fieri pactum de sua hæreditate; quia sicuti non valet principalis renunciatio; ita neq; fideiussiō vt principalis cum iuramento. Fulg. *cons.* 73. *in fi. ver. super vltimo.*

Fideiussor non obligatur in plus, quam principalis. Concl. 293.

REGVLA † est, quod fideiussor non obligatur in plus, quam obligetur principalis. *l. fideiussores. ff. de fideiuss.* Dyn. *cons.* 16. *Diligenter consideranda, in pr.* Ang. *cons.* 286. *Quoniam in facto, n.* 2. *col.* 3. *circa fin. ver. Nā pro illa summa.* † Et an teneatur fideiussor ad damna, interesse, & accessiones, sicut principalis. Vide, *Fideiussio pro principali sorte non comprehendit accessoria, & augmentum, & quando secus. Concl.* 323. † Sed obligatur fideiussor mitius, quam principalis, quia non ita aspere fit citatio; pretatio contra fideiussorem. Vide, *Mitius agēdum cū fideiussore, quam cum principali. Concl.* 291. † Amplia in tantum esse verum, vt si fideiussor se obligaret in maiori quātitate, q̄ teneatur principalis, nō obligaretur in aliquo, quia hoc casu vtile per inutile vitiatur. Bald. *cons.* 484. *Fideiussor in quantitatem, in pr. lib.* 3. *l. Grace. § illud ff. de fideiuss.* † Contrarium, q̄ licet fideiussor non possit in re, vel quantitate plus obligari; tamen si se obligauit in plus, non valet in eo pluri, non autem in totū obligatio corruit. Castr. *cons.* 186. *In causa, quæ vertitur Pisis. col. fi. n.* 4. *v. item nō obstat. lib.* 1. allegat *l. h. actenus. § fi. ff. de fideiuss.* & est ratio, vt ipse dicit, quia fideiussor se obligat ad id, q̄ alius debet, si ergo alius debet centū, & fideiussor se obligat ad 200. deficit substantia in centum, quæ non debentur, & pœa non debet esse obligatus. † Declara, quia hodie si in plus se obligat, cēsetur donare secundum gl. *in d. l. hactenus.* sed intelligas, quando ex certa sciētia hoc facit, alias secus. Castr. *d. cons.* 186. *col. fi. ver. nec obstat glossa, lib.* 1. † Declara, nisi interuenerit iuramentum, q̄ equipollet clausulę, *omni meliori modo. l. cū pater. § filius. ff. de legat.* 2. Bald. *in l. eam quam. C. de fideic.* & tunc vigore iuramenti tenebitur, non vt fideiussor, sed vt principalis. Bart. *in l. si quis pro eo. ff. de fideiuss.* † Declara; quia fideiussor pōt obligari plus q̄ principalis, videlic. tempore, causa, vel loco; quia durius potest obligari, sed non plus in re, vel quātitate. Castr. *d. cons.* 186. *in fi. v. itē non obstat. n.* 4. *lib.* 1. Amplia, † quia si principalis obligatio nō valet, quia sit facta per metū, puta, facta à carcerato iniuste, neq; etiā obligatur fideiussor. Sign. *consil* 174. *Super intellectu per tot.* † Extende; quia obligatio fideiussoris accessoria, licet sit facta simpliciter; si habet omnes qualitates, & conditiones, siue expressas, siue nō expressas, quas habet obligatio principalis. Abb. *cons.* 48. *Attingā. col.* 2. *in fi. v. secūdo ad quartum, lib.* 1. vbi, q̄ fideiussores, q̄ sponsū contrahet matrimonium, & pro dote simpliciter dati liberantur in omnib. casibus, in quibus de iure sponsa liberatur à contrahendo matrimonio, licet non sit expressum. † Limita; quia fideiussor obligatur efficaciter pro facto suo proprio. Fulg. *cons.* 160. *Nanes, & Gorus, in pr.* & maxime *n.* 2. *v. potest enim fideiussor.* † Limita; quia licet si plures se obligent versus aliquē, teneātur, prata tantum, tamē, si plures fideiussores se obligēt, quilibet tenetur p̄ toto. *§ plures. Inst. de fideiuss.* vbi gl. Vide, *Fideiussores plures omnes, p̄ toto obligātur. Concl.* 299. † Limita in minore compromittente, quia, si dedit fideiussores pro pœna in euentum, q̄ non impleat laudum in termino declarando, & minor petat restitutionem in integrum, cui non renunciauit, ipse non cōmittit pœnam, sed fideiussor, at verum est, q̄ non implet in termino, petendo restitutionem. Bald. *cons.* 225. *Verba, lib.* 2. † Extende idem etiam, quādo lato laudo petitur reductio, ita vt non impleat; quia fideiussor cadit in pœnam, & sic tenetur in plus, quam principalis. Fulg *cons.* 160. *in pr. n.* 4. † Extēde; quia si minor, qui non potest se obligare sine solemnitatibus, se obligat soluere, vel dare, & maior pro eo se obliget illud idem soluere, vel dare, non pro pœna, sed vt sim securus, tenetur fideiussor, qui se obligauit vt principalis, licet minor non teneatur, & sibi imputet, qui pro eo promisit, si non habet releuatorem.

16 Castr.*cons.*434.*Visis omnib.col.3.ver.sed iis non obstantib.lib.*1.† Declara tamen, vt non procedãt prædicta, quando fideiussor obligasse se pro minore pro pœna, si minor non faceret, vel non daret; quia tunc excusatur fideiussor; quia pœna nunquam debetur sine mora, & culpa; igitur si minor non est in culpa, vt quia per eũ non stetit, neq; fideiussor obligatur. Castr.*d.cons.*434.*col.3.ver.iis*
17 *non obstantib.li.*1.† Limita, qa licet filiusfam. vel seruus nõ possint obligari; tamẽ si intercessit pro eis fideiussor, in solidum obligãtur. Menoch.*cons.*58.*n.*71.*& seq.vsq; in fi.* vbi distinguit, quod si ex defectu cõsensus nõ valet principalis obligatio, neq, fideiussio,
18 secus si ex alia causa non valeret, & tollit contraria. † Restringe, & declara limitationes; quia si fideiussor etiam obligatus principaliter pro eo, qui renunciauit, vel fecit pactũ de hæreditate viuentis, sine consensu eius, de cuius hæreditate agitur, promittat ẽt cum iuramento, quod renuncians non contraueniet, non tamen obligatur; quia obligatio est super eo, ꝙ est reprobatum à iure, & contra bonos mores. Fulg.*cons.*73.*Paterfam.habens.in fi.v.*
19 *super vltimo.* † Restringe limitationes, vt non procedant in obligatione facta per tertium, ꝙ minor non reclamabit, sed ratã habebit liberationem tutoris, alias tertius vult teneri de suo & manutenere; quia si liberatio facta per minorẽ est ex dolo reipsa vt quia deceptus est enormissime, vel ex proposito; quia nõ valet, neq; expressa obligatio fieri posset, ꝙ dolosus contractus ratus habeatur; ideo etiam iurata, & cum omnib. clausulis, non valet.
20 Anch.*cons.*330.*Visis facti,n.*15.*& seq.ver.sed iis non obst.an.* † Et procedunt restrictiones, etiam si ista secunda obligatio sit omnino separata, & non pendeat à prima, quia eo ipso, quod tendit ad cõseruandam, vel cõualidandam obligationem ex dolo nõ valet, secus, si prima esset nulla ex alio capite, q̃ ex dolo, & contra bo-
21 nos mores. Anch.*d.cons.*330.*n.*18.*& seq.* † Limita, quia licet fideiussor regulariter in plus non obligetur, quam principalis, tamẽ obligatur in tantum, quãtum principalis, & ideo si extat decretũ, prout Mediolani, quod nullus possit carcerari pro debito ciuili, & aliud decretum, quod fictabiles, mezadri, & molinarii, ac similes respondentes Domino, possint carcerari, si quis fideiubeat pro mezadro in omnem causam, vel etiã simpliciter, prout sic intelligitur in omnẽ causam, poterit fideiussor carcerari, sicut principalis, licet ipse fideiussor non sit talis. Castill.*cons.*29.*per tot.* vbi pro vtraq; parte, & ita tenet, maxime *n.*10.*& seq.*maxime *nu.*
16.& *n.*22. vbi* communem dicit, quod obligando se in omnem causam pro principali censetur renũciare primo decreto, & vel-
22 le conueniri, prout principalis. † Extende; quia eo casu etiam fideiussor obligatur ad vsuras ex mora prouenientes, quãdo fideiussit in omnem causam. *l. Quero, in princ.ff.locati.* Castill.*cons.*29.*n.*10.*& seq.* & idem si simpliciter; quia censetur in omnem causam
23 secundum communem, *vt ibi *n.*9.*& seq.ver.cæterum.* † Limita; quia licet fideiussor non obligetur in plus, quam principalis, tamen secus est, quando se obligauit omni meliori modo; quia tenebitur vti expromissor in plus, etiam si principalis obligatio esset nulla. Castr.*cons.*52.*n.*4.*ver.ad secũdam.lib.*2. post. ad Alex.*cons.*
24 29.*in fi.in ver.tenet,lib.*7. † Limita; quia fideiussor obligatur in duriorem causam, quam sit obligatus principalis, quando se obligauit cum iuramento; quia tenetur, vt principalis, & si non valet eo modo, quo facta est, valet, vt valere potest. Alex.*cons.*29.*Clarissime, in fi.ver.quinto, & vltimo, lib.*7. vbi apostil. dicit hoc etiã esse
25 sine iuramento, vsq, ad summam principalis. † Limita; quia licet fideiussor non possit obligari in plus, quam principalis; tamen è conuerso principalis potest obligari in plus, q̃ fideiussor. Roma.
26 *cons.*114.*Visis supra consultis circa fi.ver.Quoad quartum.* † Extẽde, vt idem sit, quod principalis obligatur in plus, quam fideiussor, vti principalis; quia ius non repugnat. Rom.*d.cons.*114.*in fi.* Vide Socin. *Reg.*5.*Fideiussor in duriorem causam.* vbi ponit hanc regulam cum duabus limitationibus.

Fideiussor & principalis an quis possit esse, & quando. Concl.294.

1 Eadem † persona potest obligari, tãquam principalis pro eodem negotio, & tanquam fideiussor pro aliis. Bald.*cons.*454.
*Quoad punctum, in pr.lib.*2. Vide, *Persona vna potest habere iura diuersarum personarum. Concl.*317. † Extende multo magis, si sunt diuersæ
2 personæ, quia possunt omnes etiam vti principales se obligare, & vti fideiussores, & reuera is, qui est fideiussor, licet se obliget vti principalis; remanet fideiussor. Alex.*cons.*126.*Repetitus, in fi.lib.*
3 6. vbi dicit de hoc esse glossam sing. *in auth. de fideiuss. in prin.* † Declara; quia in dubio obligans se pro alio etiã vt principalis, præsumitur potius animo fideiubendi, & obligatur vt fideiussor, nõ autem animo nouandi. Rom.*cons.*211. *Allegationes, in pr.ver.iis tamen non refragantibus.* Alex.*cons.*106.*Quoad præsens.col.*2.*in prin.lib.*1. vbi allegat rationẽ viuam, quia fideiussor dicitur obligari principaliter tantum gratia debitoris, non creditoris. *l.*2.§.*in re.ff.de*
4 *mand.princ.* † In contrarium videtur facere, quod imo fideiussor in solidum obligatus principalis dicatur, & reus. Vide, *Fideiussores plures obligantur, etiam si vnus non possit obligari, & quando secus. Concluſ.*298.*n.*2.*&* seq.

Fideiussor in quibus habeat mandatum à principali. Concluſ.295.

1 Fideiussor † dicitur habere mandatum à principali ad soluendum debitum, pro quo est fideiussor. *l.inter causas.§. præterea.ff.mandati.* & ideo potest agere contra eum ad recuperẽdum solutum actione mandati, vna cum damnis, & interesse, quando in præsentia principalis fideiussit. *l.ex mandato.§.*1.*l.qui fide.l.si procuratorem.§.mandati.* vbi gl. & Bart. *l.si quis alieni.§.impendia.ff.mand.l.si fideiussor.C.eod.* glossa. & * Doct. *in c.*2.*ver.indemne.de*
2 *fideiuss.* † Extende, quia fideiussor potest soluere etiã de pecuniis principalis debitoris existentibus apud eum. Bart. *in l.procuratorem.§.si ignorantes.ff.mand.* & propterea non competit actio eidem principali ad repetendum pro summa soluta in causam fideiussionis. *l.inter causas.§.præterea ff.mand.* † Extende; quia fideiussor non tenetur denunciare principali, sed condemnatus, si soluat,
3 repetit actione mandati. Abb.*cons.*60.*& cons.*82.*lib.*1. † Extende, etiam si sit fideiussor pro eui ctione, de cuius natura est, quod fiat notificatio venditori, quia adhuc non tenetur notificare, & si condemnatur, & soluit, absolute repetit, quia de mandato debitoris præsumitur soluisse, per Dd. *in l.*2.§.*voluntatem ff.sol.matr.* Alex.*cons.*67.*lib.*3.*& cons.*63.*ad fi.lib.*6. † Amplia; quia fideiussor soluens; quia condemnatus fuit, potest eandem sententiam exequi facere contra principalem debitorem confitentem debitum, licet principalis non fuerit citatus. Castr.*cons.*232.*In causa, qua venitur.per tot.* maxime *in fi.lib.*2.

Fideiussor habet multa remedia contra principalem. Concluſ.296.

1 Fideiussor † debet releuari omnino indemnis à principali. Vide Castr.*cons.*472.*In causa captura.col.pen.in fin.lib.*1. Socin.*cons.*244.*Considerata, in princ.lib.*2. † Et si compellitur soluere, potest officio eiusdem iudicis compellere debitorem principalem, pro quo soluit, vt restituat. *l.cum vendente. C.vbi causa fiscal.* Vide, *Fideiussio operatur multa. Concluſ.*314. vbi videas multas ampliationes. † Et postquam soluit fideiussor, habet executionem paratam contra principalem, & eius bona. Bart. *in l.*1. *in fi. C.de vsur.rei iud.& in l.*2.§.*fin.ff.qui satisd.cog. & in l.*1.*ff.iud.sol.* Bald. *in l.cũ eorum.circa prin.C.de sent.* † Imo, si habet fideiussor instrumentum contra principalem quod habeat executionem paratam, si contra fideiussorem agit creditor, poterit & ipse agere contra debitorem, pro quo fideiussit, ac si esset condemnatus. Vide, *Fideiussor*
*quando possit petere se liberari ab obligatione. Concluſ.*316.*n.*3. Vide plenius, *Fideiussio operatur multa, & quando agat fideiussor contra principalem. Concluſ.*314.*n.*16.*& seq.* † Et si iudex de facto compulit fideiussorem ad soluendum, de facto compellere debet etiam mandantem, pro quo solutum fuit. Salyc. & Castr. *in d.l.cum vendente. C.vbi caus.fiscal.* Ioan. de Amicis *cons.*34.*n.*2. † Et si soluit, & habet confessionẽ debitoris de recepto satis probat soluisse. Bart. *cons.*
60. Salyc. Castr. & Alex. *in l.duob.§.à fideiussore.ff.de iureiur.* vbi Bal. dicit* communem. † Et vt sibi satisfiat, fideiussor, qui soluit pro principali, potest vendere bona principalis debitoris. *d.§.si procuratorem.§.si ignorantes.* & ibi Bart. *ff.mand.* Bart. & Bald. *in auth.qua in prouincia.C.vbi de crim agi oport & in auth.si captiui. C.de episc.& cler.* & tanto magis, quando fuit sibi concessa hæc facultas à principali debitore. † Imo, si habet pecunias principalis debitoris penes se, potest soluere creditori. Vide, *Fideiussor in quibus habet mandatum à principali. Concl.prox.præced.n.*2. † Et quando diu stetit in
9 obligatione, vel venit tẽpus soluendi, aut molestatur potest petere se liberari à fideiussione, & tenetur principalis illum liberare. † Amplia maxime in fideiussore de iudicio sisti, & iudicatum soluendo; quia sicut potest exigi nõ facto nouo processu ex sola sententia contra principalem, ita exactus repetit, & exequitur contra principalem sine alio processu. Bart. *in l.*1.*n.*5.*ff.iud.sol.* late
11 Boer. *decis.*277.*n.*4. vbi multos citat. † Antequam soluat, potest agere, vt releuetur indemnis, & tenetur principalis, vel facere se eximere ab obligatione, vel si non potest, debet dare nouos fideiussores, vel pignora pro indemnitate. Castr. *cons.*244.*Visis prædicto col.*2.*in princ.lib.*1. & istud iudicium est leuioris præiudicii.

Post

12 † Postquã fideiussor soluit creditori principali, ipse fideiussor liberatur ipso iure, debitor vero principalis liberatur ope exceptionis. Castr. *consil.244.in pr.lib.1.* † Et debet fideiussor repetens à principali nedum plene probare fideiussionem factã, & solutionem, sed etiam, q̃ de mandato principalis fideiusserit, vel, quod principalis ratum habuerit, vel loco istorum, quod negotiũ vtiliter gesserit. Castr. *d.consil.244.n.2.ver. Rursus non sufficit.lib.1.* † Dicitur autem negotium vtiliter gestum; si principalis fuit liberatus à carceribus, etiam si iniuste detinebatur, dummodo nõ aliter fuisset relaxatus. Castr. *d.consil.244.col.2.ver.constat negotium.lib.1.*

13 † Amplia; quia prædicta remedia habet non solum contra principalem debitorem, sed etiam contra hæredes, & etiam non hæredes, si sunt vniuersales bonorum debitoris possessores, in quos actio personalis transit. Castren. *d. consil.244. col.2.ver.super eo ve-*
16 *rũ.lib.1.* † Extende, quia imo si habet obligationem bonorum debitoris, potest contra omnes singulares possessores posteriores agere.

Fideiussor qualiter habeat obligata bona principalis. Concluſ.297.

1 FIDEIVSSOR † de iure communi habet actionem mandati contra principalem. Vide, *Fideiussor in quibus habeat mandatum principali.Concluſ.295.* † Si vero per instrumentum facta est promissio de releuando, habet ex conuentione obligata omnia bona principalis. † Imo, quod postquam soluit de iure cõmuni absolute habeat executionem paratam cõtra debitorem, pro quo
2 soluit, & eius bona. Vide Concluſ. prox. præced. Extende etiam
4 † contra fiscum succedentem in bonis principalis ex cõfiscatione; quia si principalis rumpat pacem post confiscationẽ, & agat fiscus contra fideiussorẽ, repellitur exceptione doli, ex quo possidet bona principalis obligata pro releuatione *l.quæritur.ff.mãd. l.unius.ff.de fideiuss.l.vendicantem.ff.de euiction. c.dolo facus, de reg.iur.in*
5 *6.* † Extende maxime Florentię, vbi exta statutum *de rep.solut.lib.*
2.*rub.33.* disponens, quod bona principalis sint obligata fideiussori ex die fideiussionis. † Declara; quia licet ex statuto hypotheca tacita inducatur, habetur tamen pro expressa. Neg. *l.de pignor.*
7 *in 4.memb.2.partis, in prin.* † Extende etiam contra dotem. Nam si maritus pro parte dotis primo loco receptæ dedit fideiussorem, postea confessus residuum dotis mortuo marito, & non superstite bona pro dote, sed p̃ parte, quæ mulier retinet loco pignoris pro residuo dotis, & pro prima parte soluta agit cõtra fideiussorẽ, qui opponit, quod mulier sibi cedat iura, & quod hoc modo teneatur relaxare bona, quia fideiussor est anterior, fuit iudicatum Florentiæ pro fideiussore per ea, quę habentur *in l.Stichũ.*
8 *§.pen.ff.de solut.l.2. C.de distract. pign.* quia mulier repellitur exceptione cedendarum, & si cedit, est anterior. † Vide, & declara in
9 *ver.Hypothecarij creditores pares si sunt, quis præferatur. Concluſ.130.* Et † quod fideiussor pro marito circa dotis restitutionem, si soluat, habeat hypothecata omnia bona mariti, sicut dos, Florentiæ, ap-
10 paret ex statuto, sub *rub.61. & rubr.63 lib.2.* † Extende; quia procedit, etiamsi vxor renunciauit hypothecæ in bonis mariti; quia debet solum valere renunciatio, si maritus tempore restitutionis est soluendo, non si tempore renunciationis, vt Florentiæ extat statutum *sub rub.111. lib.4.* quod se refert ad ius commune in
11 hoc, & de iure communi concluſio est vera. Vide, *Mulier quando possit renunciare hypothecæ, vel non. Concluſ.420.n.26.*

Fideiussores plures obligantur, etiamsi vnus non potest obligari, & quando secus. Concluſ.298.

1 DVO † vel plures rei, vel duo fideiussores in solidum obligati efficaciter tenentur, licet quoad vnum obligatio nihil valeat; vt quia non potuerit obligari; quia ex quo in solidum tenẽtur, vnus, & quilibet in totum remanet obligatus. Bald. *consil.31.*
2 *Statuto ciuitatis Astensis, n.2.ver.in contrarium videtur.lib.1.* † Amplia; quia quãdo principaliter, & vti principalis se obligat fideiussor, tunc dicitur potius reus, & potest conueniri ante principalem, & quod obligatio principalis non sit valida. Decian. *consil.72.n.5.lib.*
3 2. † Extende maxime; quia quando fideiussor se obligat, vti principalis, & cum iuramento, eodem instanti, vere dicuntur duo rei, ipse, & principalis, & vnus ab alio non pendet, secus, si postea se
4 obligaret fideiussor. Decian. *d.consil.72.n.5. & 6.lib.2.* † Contrariũ, q̃ nihilominus fideiussor, in solidum obligatus sit fideiussor. Vi-
5 de, *Fideiussor & principalis, quando quis possit esse. Concl.294.* † Declara; quia duo fideiussores in solidum obligati, tanquam duo rei respectu creditoris tenentur in solidum, & vnus potest conueniri, licet alius, pura minor, vel mulier cõtraxerint sine solemnitatibus. Paris. *consil.6.n.110. & seq.lib.2.* & maxime, quãdo adest iuramentũ, vt ibi *n.119.* vbi dicit * communem, secus est, qñ obligatio fideiussoris fuit facta in solidum, & vt principalis pro eo, qui non poterat obligari, quando pecunia debuit solui minori, vel mulieri, qui non poterant obligari sine certa solemnitate, quia præsumitur talis obligatio facta in fraudẽ legis, vel statuti, & est quæsitus color. Alex. plene *consil.66. Viso themate, per tot. lib.4.* vbi *n.6.* dicit, quod sicuti obligati in solidum inter se sunt fideiussores, secus quoad creditores de iure cõmuni, secus, si adest quæsitus color; quia etiam quoad creditorem sunt fideiussores, & exceptio competens principali competit etiam fideiussori isto casu. Vide Concluſ. prox. seq.

Fideiussores plures omnes pro toto obligantur. Concluſ.299.

PLVRES † fideiussores dati, omnes tenentur pro tota summa, non autem pro parte, quoad creditorẽ, licet quoad ipsos fideiussores habeant beneficiũ diuisionis, est text. *in §.plures.* vbi gl. *Inſt.de fideiuſſ.* plene Capic. *dec.180. in pr.* plenissime Roncheg. *in l.eandem.ff.de duob.reis.n.37. & seq.ver.nunc dicẽdum.* vbi ponit rationem; quia cum obligatio principalis non sit scissa, sed ad totum, ita etiam fideiussoria obligatio debet esse, quæ fit ad maiorem securitatem. Vide, *Rei plures quando simul principales sint, & quãdo vnus tantum. Concl.108.* † Declara, nisi in fraudem legis, & sciẽte eo, cui fit obligatio; quia tunc color quæsitus operatur q̃ sicuti inter se sunt fideiussores, ita etiam quoad creditorẽ, cui obligantur, & exceptio competens vni, & principali cõpetit omnibus. Alex. *consil.66. Viso themate, n.6.ver.corroborantur, lib.4.* Amplia; † quia idem est in plurib. mandatoribus, quia obligatio institoris præpositi negotio obligat omnes mandantes in solidum, licet inter se postea habeant beneficium diuisionis. Capic. *d.decis.* 180. *in pr.* † Declara, vt is, qui cõstituit se debitorem pro alio, firma manente obligatione principalis, æquiparetur fideiussori, & obligetur in solidum; si vero constituit se debitorem pro alio, cui, ipse erat debitor, vt se liberaret; quia non est fideiussor, ex quo principalis obligatio non atur, & extinguitur, & iste obligatur solum pro parte, & virili rata si aliter non est dictum; quãdo sunt plures, ita Roncheg. *d.l.eandem, n.38. & seq. & n.41.* vbi, quod ita debet intelligi Bart. ibi in *5.q.* dum reprobat gl. & dicit idem in mandatore, quod in fideiussore. † Amplia, vt procedant prædicta non solum de iure communi, sed etiam de iure municipali Florentiæ fideiussores quoad principalem tenentur in solidũ, licet habeant beneficium ex epistola D. Adriani, vt non conueniantur, nisi in viriles, vel melius, quod possint diuidere inter se, & repetere ratam, *vt lib.2. de recuper. debiti soluti. Rubr.34.* † Extende idem in casu conuerso; quia plures fideiussores in solidum inter se diuidunt, etiamsi vnus soluit totum, & obtinuit cessionem iurium; quia non potest petere ab aliis ratã suam. Alex. *consil.38. Visis, & diligenter, col.fi.in fi.lib.5.* † Extende; quia si fideiussores accedũt alterius obligationi vti principales, siue pecunia peruenerit tota ad vnum, siue non, non est dubium quod non sunt fideiussores accessorii, sed sunt principales omnes, & tenentur oẽs vti principales, licet si tota pecunia peruenit ad vnum, possint implorare, vt eorum sumptibus dirigatur actio contra eum, ad quẽ peruenit pecunia. Rom. *consil.114. Visis nu.3. & seq.* vbi apost. plena *in ver.principales. & in ver.sumptib.* † Restringe, nisi constaret, quod tota pecunia peruenisset ad vnum solum ex pluribus fideiussoribus in solidum obligatis; quia ille solus est principalis, licet omnes sint fideiussores, vel omnes principales; & ideo potest cõfideiussor etiam in solidum obligatus, vel correus, si conueniatur, obtinere, quod primo excutiatur is, qui habuit totam pecuniam. Castr. *consil.410. Considerandã sunt, in pr.lib.1* & idẽ tenet Ant. de Butr. *consil.38. in pr. ver. quinimo.* qui loquitur in obligatis p̃ dote, & *consil.41. in prin.* vbi loquitur in clerico, vbi plena apost. *in ver. principaliter.* Rom. *d.consil.114. Visis supra consultis, n.3. & per tot.* vbi apostill *in ver.principales.* † Declara restrictionem, vt non p̃cedat, nisi esset renunciatum huic beneficio. Ant. de Butr. *d. consil.41. in pr.* vbi loquitur etiam in clerico. † Si vero non constat, quod pecunia magis ad vnum peruenerit, quam ad alterum, licet quilibet in solidũ fateatur habuisse, præsumitur diuisa inter eos, p̃ut in reis; ideo quantum ad obligationem realem, quæ attenditur inter eos, quilibet tenetur pro rata; quantum vero ad obligationem verbalem, qua creditor nititur, quilibet tenetur in solidũ, & pro toto. Castr. *d.consil.410. in pr. ver. si vero, lib.1.* † Amplia; quia prædicta procedunt etiam in mandante, seu constituẽte procuratorem ad recipiendum pecunias, & obligandum mandantem

pro quacunque summa; quia si procurator cum alio se obligauit ad mille in solidum, dominus obligatur solum pro obligatione reali, non pro verbali, & ideo si non constat, quod tota pecunia peruenerit ad procuratorem, non tenetur, nisi pro rata, nisi quãdo procurator, & alius obligatus renunciassent beneficio diuisionis, & dominus promisisset cum iuramento ratum habiturũ,
2 &c. Castr. *d. cons. 410. n. 2. ver. quantum vero, vsq; in fi. lib. 1.* † Amplia, quia si maritus fuit confessus dotem vxoris suæ, & se obligauit ad restitutionem insimul cum patre suo, & fratre, mo. tuo marito si mulier egit contra patrem, qui erat dominus bonorum, & ipse dicat teneri solum pro tertia, & rata sua, quam offerat, *l. reos. §. cum in tabulis ff. de duob. reis. l. 1. C. si plures vna sent.* & in terminis dotis est text. *in l. si cum dotem. § transgrediamur. ff. sol. matr.* vbi Dd. tamen Florentiæ ad totũ fuit condemnatus propter statutũ sub *rubr. 71. lib. 2. de dote donat. restit.* vbi disponitur, q̃ si plures se obligant cũ marito ad restitutionem dotis, vir centetur principalis, & alii fideiussores, quo casu clarũ est de iure, quod si sunt plures fideiussores, omnes tenentur in solidum, & est in electione creditoris, quem velit in solidum exigere. *§. si plures. Instit. de fideiuss.*
3 † Declara; quia licet fideiussores teneantur in solidum, nõ pro rata; tamen habent beneficium diuisionis inter se ex epist. D. Adriani, vt *in d. §. si plures. Inst. de fideiuss.* q̃ ita demum procedit, si opponatur de beneficio, & quatenus sit oppositum, si probetur, q̃ fideiussor sit soluendo tempore litis contestatæ. Bart. *in l. si dubitetur, in pr. ff. de fideiuss.* † Florẽtiæ cessat difficultas; quia omnes obligati in solidum habentur pro fideiussoribus, nõ autem pro reis debendi, ita Rom. *cons. 392. Circa primum, n. 5. & 6. v. quo ad secundũ.* vbi plus dicit, quod quicquid sit de iure communi, an statutũ valeat super fideiussione dotis, Florentini volunt sua statuta etiam
5 inuiolata seruari in suo statu. † Limita in pluribus reis, vel pmissoribus; quia pro rata videntur promittere. Capic. *d. decis. 180. in pr.* Vide, *Obligatio respiciens plures personas, & res qualiter distribuatur.*
6 *Concluſ. 32.* † Extende in pluribus constituẽtibus se pro alio principales debitores, & idem, si in se suscipiant alienam obligationem; quia tenentur pro rata. Bart. *in l. eandem. in 5. q. ff. de duob. reis.* q̃
7 declara, vt ibi per Roncheg. *n. 39. & seq.* † Extende, vt procedat, etiamsi agatur de causa dotis; quia in hoc non est priuilegiata, vt teneantur in solidum. Cuman. *cons. 40. col. 2.* Roucheg. *in l. reos. §.*
8 *cum in tabulis. n. 30. ff. de duob. reis.* † Declara; quia multum refert, an quis sit obligatus tãquam correus, an vt fideiussor; quia obligatus vt fideiussor, siue accessorie, siue etiã vt principalis, & in solidum, nõ est correus; ideo si soluat, non liberat principalem, put correus ipso iure, sed solũ liberat ope exceptionis, itẽ potest tali fideiussori soluenti fieri cessio iurium quandocunq; etiam post solutionem, & valebit, item soluere præsumitur pro sua obligatione, & pro se ipso, secus in correo. Vide Castr. *cons. 181. Viso puncto, in pr. lib. 1. & cons. seq. in pr. eod. lib. 1.*

Fideiussor pro residuo ad quid obligetur. Concl. 300.

1 FIDEIVSSOR † obligatus pro residuo certæ societatis, vel administrationis certæ personæ liberatur per solutionẽ simpliciter factam à principali, etiamsi esset ipse obligatus soluenti pro aliis sociis; q̃a pro se soluisse præsumitur. Ang. *cons. 286. Quoniam in facto, col 3. ver. verum quia consuluit.* Vide, *Residui appellatio importat finalem satisfactionem. Concluſ. 255.* † Et non potest conueniri
2 antequam fiat diligentia contra principalem, & constet, quãtum sit residuum. Vide, *Fideiussor potest conueniri ante principalem, & quãdo secus. Concl. 310.*

Fideiussor in quo loco dari possit. Concl. 301.

1 FIDEIVSSOR † dari debet in loco, in quo petitur, & iudiciũ agitatur, vel vbi facta est obligatio. Bart. *in l. si fideiussor. §. si necessaria. ff. qui satisd. cog.* & ibi Bald. Castr. & alii, sequitur Marsil. in
2 *rubr. ff. de fideiuss. n. 262.* Bocr. *decis. 69. n. 4.* † Extende etiam in causa criminali, in qua est locus relaxationi carcerati cum fideiussione; quia debet dari in loco iudicii, etiam si offeratur in alia ciuitate, sub eodem Principe. Clar. *in §. fin. q. 46. nu. 13. ver. pone, quod.*
3 † Limita, quia bene potest offerri, & dari in alio loco, quã in eo, in quo petitur, si reus iuret se ibi non inuenire fideiussorem, etiamsi ex necessitate statuti esset præstandus. Alex. *cons. 57. col. pen. lib. 2.* Vide, *Satisdatio de iudicio sisti, & iudicato soluendo, à quibus præstanda, vel non. Concl. 29. n. 28. & multis seqq.* Vide, *Statutum circa fideiussiones præstandas. Concl. 551.* † Extende; quia quando quis non reperit fideiussorem magis idoneum, & iurat alium nõ posse in-
4 uenire, debet admitti inuentus talis qualis. Ang. & Imo. *in l. communi non facile. ff. si cui plusquam per leg. Falc.* Dd. *in l. 1. C. de vsufr.* Barb. *cons. 11. Pro præsenti, col. fin. lib. 3.* Marsil. *in l. fin. nu. 123. & seq. ff. de iurisd. omn. iud.* Vide, *Cautio iuratoria quando admittenda. Concluſ. 175.*

Fideiubere qui possint, vel non. Concluſ. 302.

FILIVS familias † maior 25. annis potest fideiubere pro patre, & pro alio quocunq;. Dyn. *cons. 33. Quæstio talis est, quidam nomine.* Bald. *cons. 90. Quæritur, an captus, lib. 5.* vbi quod potest filius
1 fideiubere pro patre carcerato pro debito ciuili. † Extende in tãtum, vt si renunciauit beneficio nouarum constitutionum, & Epistolę D. Hadriani, possit nedum conuenire pro parte, sed etiam in totum. Dyn. *d. cons. 33. n. 3. ver. præterea, cũ renunciatum fuerit.* Amplis; † quia filius familias, qui alias non posset obligari ex forma
3 statutorum, vel alias, bene obligatur, si fideiubet pro conducẽte vectigalia à Fisco, Principe, vel Republica, etiam sine consensu patris. Bald. Nouell. *de dote in §. par priuil. 48.* Alber. *in tract. stat. in*
4 *2. part. in fi.* † Limita in muliere, quæ pro alio non potest fideiubere, nisi in octo casibus, de quibus *in ver. Mulier inuatur beneficio Velleiani, & quando. Concl. 421.*

Fideiussor sibi præiudicat fideiubendo. Concluſ. 303.

FIDEIVSSOR † censetur consentire contractui, pro quo fideiubet, ideo sibi præiudicat, si ius prætenderet aliquod l. 1.
§. sed & si serui. & ibi gl. & Dd. *ff. quod iussu. l. exceptione.* vbi Alber. & Bald. *C. de euict.* Vide, *Consensus quãdo præiudicat consentienti, vt pendat ius suum. Concl. 752.* † Amplia; quia fideiussor eo ipso, quod fideiubet, dicitur lædi, & lęsus; ideo minor fideiubẽs restituitur probata sola minori ætate absque alia læsione, & fideiussio remanet
4 nulla. *l. de die. §. 1.* & ibi Alex. *ff. qui satisd. cog. l. si Titius, & Seia. ff. de fideiuss.* † Et fideiussio valet, & obligat fideiussorem, licet creditor principalem esse soluendo, qui non sit; quia error non excusat, quin teneatur. Io. de Im. *cons. 102. n. 14. in fi.* † Ratio est; quia fideiussio non requirit causam. Soc. Iun. *cons. 206 lib. 3.* Gozad. *consil. 61. col. fi.* sequitur Phanuc. *de inuent. par. §. n. 125.*

Fideiussor ex vna causa, & coram vno iudice, non tenetur coram alio. Concl. 304.

FIDEIVSSOR † obligatus repræsentare aliquem sub pœna
1 coram vno iudice, non tenetur coram alio iudice repræsentare. Cuman. *cons. 32. Inculpatus D. in pr.* & Bald. *cons. 142. Quidã Odorisius, circa med. ver. & hoc apparet. lib. 5.* Vide, *Satisdatio de iudicio sisti quandiu duret. Concluſ. 42.* † Ratio est; quia iudex stipulando simpliciter, semper intelligitur stipulari pro suo interesse, & pro sua iurisdictione. Bald. *d. cons. 142. Quidã Odorisius, in fi. ver. certe iudex, li.*
5 † Declara tamen; quia vbicunq; quis cauere debet cũ fideiussore, debet fideiussio esse generalis in omni curia, nõ autẽ restricta ad certam curiam. Castr. *cons. 260. Super, in fi. lib. 1.* † Amplia, vt
4 idẽ sit, si pro alio delicto esset condẽnatus; quia fideiussor p̃ vno delicto non põt pro alio conueniri ad repræsentandum. Cuma. *d. cons. 32. in pr.* † Amplia, etiam si alius iudex daretur loco primi ad
5 eandem causam, corã quo non posset conueniri, quãdo coram persona primi fideiussit. Cald. *cons. 10. de iudic.* alias 124. Vide, *Cõpromissum, vel remissio in certum iudic. Concluſ. 510.* † Amplia; quia
6 fideiussio est stricti iuris, prout stipulatio; q̃a non perficitur, nisi stipulatione; ideo non fit extensio, nisi prout est expressum, & fideiussor in vno casu, & ex vna causa non est fideiussor ex alia. Dyn. plene *cons. 16. Diligenter considerata per tot.* Vide, *Obligatio est stricti iuris, & de vno casu ad aliũ non extenditur. Concl. 33.* † Amplia, vt
7 imo fideiussio incerta non extẽdatur vltra illud, q̃ æstimari potest à principio per fideiussorẽ promissum, sed extenditur tãtum obligatio principalis. Dyn. *d. cons. 16. n. 5. ver. præterea.* † Amplia, vt
8 procedat etiam in fideiussione præstita versus Rempubl. quia si est facta ex vna causa, & pro vno delicto, non extenditur ad aliã causam, & ad aliud delictum. Dyn. *d. cons. 16. per tot.* maxime *n. 6. ver. item, quia lege cauetur.* † Amplia; quia fideiussio præstita per a-
9 liquem pro nepotibus suis, intelligitur de nepotibus propriis descendentibus, non autẽ de filio fratris, qui dicitur nepos ex fratre. Dyn. *d. cons. 16. num. 8. ver. item consilium.* vbi declarat, nisi vsus communis loquendi obstet. † Amplia; quia fideiussio pro consanguineis certo gradu non se extendit ad spurios in illo gradu. Dyn. *d. consil. 16. in fin.* † Amplia; quia fideiussio præstita de stando iuri, & iudicatum soluendo, non habet locum coram alio iudice, quam coram eo, in cuius iudicio fuit præstita. Abb. *cons. 23. in princ. ver. tertio obstat, lib. 1. iuncto fin.* Rom.

cons.

num.468. *in casu proposito*, vbi apost. dat concord. *in ver. in casu*. Declara † tamẽ, quia si fuit expressum nomen iudicis, vt si dicatur fideiubeo, ℔ Titius stabit iuri, & iudicatum soluet in tali causa coram D. Titio iudici, non tenetur etiã coram successore in eo-
2 dẽ officio, secus si nomen iudicis nõ fuit expressum. Abb. *d. cons.*
3 23. *Videtur dictũ Petrum, in fi. lib.* 1. †Extende; quia ꝓcedit etiam in fideiussore de iudicio sisti, qa mutatio iudicis, vel instantię libe-
4 rat fideiussorem. Rom. *d. cons.* 468. *in fi.* † Amplia; quia fideiussio de expensis reficiendis in causa pro muliere ex forma statuti Bo-
noniæ præstita coram vno iudice, & in vna instantia, non se ex-
tendit in alia instantia, & coram alio iudice. Io. de Im. *cons.* 89. *In*
5 *casu præmisso*. Amplia, † quia fideiussor pro vna re, vel vna causa
nõ tenetur pro alia. *l. non à iudice*, & ibi gl. & Castr. *ff. de iudic.* Rom.
cons. 210. & *cons.* 270. & idem in sententia, qui sunt stricti iuris, &
non probant, nisi illud; quod ex necessitate infertur. Bart. *in l.*
si latum, n. 3. *ff. de cond. indeb.* Vide, *Fideiussio pro principali sorte an com-*
6 *prehendat accessoria. Concl.* 324. † Extende; quia fideiussor pro ali-
quo pro arte cambii non dicitur fideiussisse pro debitis lanæ, pi-
peris, & similium extra artẽ cambii, etiamsi talia debita sint de-
scripta in libro artis cambii. Castr. *cons.* 285. *col.* 3. *ad med. lib.* 1. vbi,
quod non ipsi picitur, in quo libro fiat descriptio, sed ad q̃ artem
7 spectent negotia. Vide, *Fideiussor ex quacunq; causa. Concl.* 308. *n.* 5.
8 † Extende; quia in dubio fideiussor videtur se restrinxisse
ad illum casum, de quo verisimiliter fuit actum inter partes, &
non voluisse suam obligationem ampliare, vt per Alex. *cons.* 134.
col. penult. ver. & nedum, lib. 1. *& cons.* 239. *col.* 1. *ver. præterea constat, lib.* 6.
cons. 58. *col.* 2. *ver. accedit*. vbi alios refert, *lib.* 7. cum aliis, de quib.
per Dec. *cons.* 389. *col fi. ver. potest responderi. & cons.* 414. *col.* 2. *prope fi.*
& facit, quia contractus debent interpretari secundum verisimi-
lem mentem contrahentium. *l. si ita stipulatus. de vsur.* Soc. *cons.* 15.
vltio. ver. quarto etiam, lib. 1. & quia ex secutis post mens contra-
hentium deprehenditur. Rom. *cons.* 470. *Cũ isti fratres*. Alex. *cons.*
146. *col.* 4. *ver. alio principali fundamento, lib.* 5. *& cons.* 63. *ver. præterea*
9 *posse, lib.* 7. Soc. *cons.* 160. *col.* 3. *in pr. lib.* 2. †Extende; quia fideiussor
pro alio pro pecuniis debitis ex emptione mercium nõ tenetur
pro pecuniis, quas principalis debet ex cambiis, licet cambia fe-
cerit respectu debitoris ex emptionibus mercium. Iaſ. *in l. age cum*
Gemin. n. 10. *C. de transact.* & in simili facit gloss. *in l. quæro, iuncto illo*
textu, ff. locati, quod fideiussor pro sorte non tenetur pro vsuris.
10 †Extẽde; quia fideiussor pro vno tempore non tenetur de ge-
stis alio tempore, *l. Lucius. la secunda.* §. *Paulus. ff. de admin. tut.* & fide-
iussor pro mercibus habẽdis non obligatur pro iam habitis per
principalem, arg *l. si vero non remunerandi*, §. *si post creditum. ff. mand.*
per quem text. dicit Castr. *in l. si quis.* §. *initium, in fi. ff. de in ius vo rupt.*
iussum, quod si dominus dat licentiam alienandi, talis licentia nõ
extenditur ad iam alienata, nisi dominus sciuerit alienationem
11 factam, idẽ Castr. *in l. facta, n.* 3. *de cond. & demonstr.* † Extende; quia
fideiussor obligatus in vnum casum nõ trahitur ad alium, etiam
si verba fiat quantumcunq; generalia, quia debent restringi per
præcedentia, & connexa, quia fideiussio est stricti iuris. *supr. n.* 6.
12 † Limita; quia fideiussor de iudicato soluendo, & de expensis,
bene tenetur, & debet soluere expensas primæ sententiæ, per q̃
fuit condemnatus, etiamsi in sententia appellationis confirma-
toria sit absolutus ab expensis; quia intelligitur absolutus ab ex-
pensis secundæ instãtiæ. Bald. *cons.* 309. *Decreto magnifici, circa med.*
ff. sed contra hoc. lib. 5. Vide, *Fideiussor de iudicio sisti coram vno iudice*
non tenetur coram alio. Concl. 327. Vide Ant. Gabr. *lib.* 3. *tit. de fideiuss.*
Concl. 4. *Fideiussor de iudicato soluendo coram certo iudice.*

Fideiussor non obligatur, si aliter fiat obligatio, quam sit conuentum. Concluſ. 305.

1 FIDEIVSSOR † obligatus in euentũ, in quem venditio fiat,
secundum formam, & tenorem expressum in obligatione,
& non alias, nec alio modo, si venditio fiat sub alia forma, non
2 tenetur fideiussor. *l. stipulatus*, vbi Bart. & * Doct. *ff. de fideiuss.* † Ex-
tende; quia si fideiussor promittat, quod carceratus nõ aufugiet,
3 non tenebitur, si iudicis culpa aufugit. *l.* 2. & ibi * Doct. §. *similiq.*
med. ff. si quis cautionib. Paris de Puteo *in tract. de syndicatu. in ver. fi-*
4 *deiussor. ver. subjicio, n.* 3. †Extende; quia regula est, quod fideiussor
pro vno facto non obligatur, si factum mutetur. Marſ. *in rubr. de*
5 *fideiuss. n.* 143. † Amplia; quia fideiussor pro Petro de omnibus,
de quibus efficeretur debitor Ioannis, nõ tenetur, si per laudum
declaratur debitor Ioannis, quia laudum non afficit fideiussorẽ.
6 Aret. *cons.* 78. & vide Alexand. *in l. sæpe. ff. de re iud.* Vide Conclus.
præcedentem, & conclusionem prox. seq.

Fideiussor quando non possit conueniri. Concluſ. 306.

1 FIDEIVSSOR † non potest regulariter cõueniri, quando sibi
iura non potest cedere principalis. Vide, *Cessio iurium debet fieri*
ex necessitate multis casib. Concl. 211. Vide, *Exceptio cedendarum actionũ*
quibus competit ad excludendum creditorem. Concl. 386. †Extende, et-
2 iamsi in fideiussione sint clausulæ, & renunciationes quantum-
cunque generales. Affl. late *dec.* 182. *post med.* vbi late examinat, &
vide eum pro veritate; quia videtur tenere contrarium. † Am-
3 plia; quia fideiussor, quod principalis obseruabit, alias voluit te-
neri, non potest conueniri ante moram principalis; quia ista ver-
ba non important necessariam executionem cõtra principalem
ex natura obligationis, sed solum, quod sit in mora. Bart. & Cast.
in l. si duo. §. *hæc autem verba. ff. de const. pecun.* quem §. Castr. legit sub
§. ait Prætor. eiusdem legis. † Extende, quia fideiussor obligatus in
4 casu, quod talis non soluerit, non potest cogi per creditorem ad
soluendum, nisi creditor probauerit illum non soluisse; quia ex
quo ista negatiua est fundamentum intentionis suæ, debet ante
omnia illam probare. Bart. & Doct. *in l. in illa. ff. de verb. obl.* Cano-
nistæ *in c. super iis. de accus.* Dd. *in l. pen.* §. *docere. ff. ne quis eum.* Salyc. *in*
l. 2. *C. de iur. emph.* vbi Iaſ. *n.* 133. Ang. *cons.* 161. *col. fin.* Castr. *cons.* 205.
col. 2. *lib.* 2. Alex. *cons.* 37. *n.* 13. *lib.* 2. Affl. *decis.* 377. † Et procedit ex-
5 tensio, etiamsi principalis creditor habeat instrumentum contra
debitorem; quia licet tunc debitori incumbat onus probãdi so-
lutionem. gloss. & * communiter Dd. *in d. l.* 2. *C. de iur. emph.* vbi Iaſ.
n. 132. Alex. *cons.* 79. *lib.* 4. Corn. *cons.* 110. *lib.* 1. tamen contra fide-
iussorem, vel tertium possessorem non habentes causam ab ipso
creditore non procedit hæc præsumptio. Castr. *in l. cum res. C. de*
probat. Soc. *cons.* 89. *lib.* 1. † Amplia; quia si tibi promisi illud, quod
6 minus à Titio exigere poteris, non teneor ad aliquid, antequam
expertus fueris contra Titium, & constet, quod nõ potueris exi-
gere ab eo. *l. decem.* vbi Iaſ. & alii, *ff. de verb. oblig.* Alex. *cons.* 92. *Cla-*
rissimæ Doctor, n. 29. *lib.* 7. † Extende, etiamsi principalis debitor es-
7 set notorie non soluendo; quia prius experiendum est contra
eum, ad hoc, vt sciri possit, pro quanto ego tenear, ex quo debeo
sub conditione. Vide Conclus. duas prox. præced.

Fideiussor ad quæ possit se obligare vel non. Concluſ. 307.

1 FIDEIVSSOR † nõ potest obligari, vt carceretur, & perdat
libertatem, quando debitum nõ est liquidum. Castr. *cons.* 52.
n. 4. *ver. sed ad primum, lib.* 2. † Restringe, nisi adsit assistentia iuris
2 communis, vel statuti, prout si obliga tu fideiussor pro debito li-
quido, & confessato, vel executivo, seu in vim rei iudicatæ, pro
quibus datur executio personalis. Castr. *d. cons.* 52. *nu.* 4. *ver. sed ad*
primum, lib. 2. † Amplia; quia fideiussor non põt in plus obligari,
3 quam principalis, ideo si ex obligatione principalis ipse non po-
terat carcerari, ergo neque fideiussor. † Restringe; quia fideiuſ-
4 sor obligatur etiam in iis, quæ non iure actionis, sed officio iudi-
cis expediuntur, ideo cum officio iudicis possit quis carcerari,
ergo & fideiussor. Castr. *cons.* 52. *n.* 4. *ver. ad secundum, lib.* 2.

Fideiussio ex quacunque causa pro Titio campsore, vel certo exercitio, quas obligationes comprehendat. Concluſ. 308.

1 FIDEIVSSIO † pro Titio campsore ex quacunq; causa cõ-
prehendit omnes obligationes factas per Titium tanquam
campsorem, etiam si extra causam campsoris sit facta obligatio,
quia standum est verbis vniuersalibus. Bald. *cons.* 482. *Pactus, quida-*
dam, ℔ est Petri de Perus. & *cons.* 483. *Facti series*, quod est Diony-
sii de Barigiariis, & *cons.* 484. *Fideiussor in quantitate*, quod est Lu-
douici de Perus. & *cons.* 485. *Quia per supradictos*. quod est Fr̃ãcisci
D. Baldi, & *cons.* 486. *Quia sermo*. quod est Marci Angeli, *lib.* 3. Ex-
tende; † quia imo fideiussio simplex, & indistincta censetur facta
2 in omnem causam, secundum * communem Castill. *cons.* 29. *n.* 9. *
& seq. ver. Caterum. vbi, quod importat omnem obligationem, &
condemnationem, & causam, pro qua potest principalis conde-
mnari. † Amplia, vt procedat, etiam si campsor tempore obliga-
3 tionis iam leuasset tabulam exercitii, campsoris, quia si se obli-
gauit tanquam campsor, tenetur, vt fideiussor, quia leuatio ta-
bulæ non est modus tollendæ obligationis. Bald. *d consil.* 482. *&*
4 *quatuor seq. lib.* 3. † Amplia; quia fideiussio pro summa incerta va-
let, puta pro omni eo, & toto, quod factis calculis apparebit de-
bitor; quia potest reduci ad certitudinem. Decian. *cons.* 72. *n.* 11.
& 12. lib. 2. Limita; † quia fideiussio restricta ad certã causam ex-
5 ercitii, & certam personam non extenditur extra causam, & per-
sonam expressam. Bald. *cons.* 428. *si fideiussor, circa fin. ver. solutio, lib.*
2. Vide, *Fideiussor ex vna causa, & coram vno iudice non tenetur corã alio.*

Concluſ. 304. †Extende; quia ille, qui fideiuſſit ſimpliciter, p Capſerio, quod fideliter exercebit illam artem pro ſumma mille, ſi efficiatur campſor fallitus, nõ tenetur fideiuſſor ad debita mercantilia capſerii, extra illam artem, etiamſi fecit ſe debitorem in libro capſerii. Bald. *d. conſ.* 142. *Quidam Odoriſius, lib.* 5. † Limita, qñ fideiuſſor pro campſore eſſet obligatus ex cauſa neceſſaria; quia quantumcunque verba ſint generalia, reſtringitur ad neceſſitatem, item ad cogitatum, item ad rationem. Bald. *conſil.* 185. *Generalitas verborum, per tot. lib.* 4. *& conſ.* 142. *lib.* 5. vbi, quod fideiuſſor pro campſore continet debita campſoris extra artem, licet ſcripſerit in libro artis tale debitum. † Extende limitationem, quãdo adeſſet dictio reſtrictiua, veluti ſecũdum certam formã, ad quam fieret relatio, vel quãdo ſequeretur ſpecies poſt genus, quia tunc fideiuſſio ex quacunq; cauſa reſtringeretur ad ſpeciẽ. Bald. *conſ.* 187. *per tot. lib.* 4. † Limita, quia fideiuſſor principaliter conſtitutus pro N. qui promiſit ſoluere omnem ſummam, quam debebit ex cauſa gabellæ, quam exercet, non tenetur, ſi idem N. ad fauorem ſui ipſius confitetur ſe debere ipſi ex cauſa gabellæ certam ſummam; quia ſiue cõfeſſus ſit ad præſentiam; ſiue in abſentia fideiuſſoris, non tenetur fideiuſſor, niſi in quantum vere conſtet de veritate, ne fiat fraus. Bald. *conſ.* 43. *Quidam ſer Cechus, lib.* 5. *per tot.* Vide, *Confeſſio vnius quando noceat alteri. Concl.* 662. † Limita, quia fideiuſſor pro vſufructuaria, quod vtetur arbitrio boni viri, & reſtituet finito vſufructu relicto in teſtamento, non tenetur ex alia cauſa, etiamſi adſit clauſula generalis in fine, quod teneatur pro omnibus aliis cauſis. Ægid. *conſ.* 3. *nu.* 11. *& ſeq. ver. ſed pone.* †Extende; quia fideiuſſio de reſtituendo vſufructu, nõ habet locum, ſi agatur ad nullitatem vſufructus, & declaretur nõ deberi, puta pro legitima, vel alia cauſa; quia nõ dicitur finitum, quod nunquam cepit. Ægid. *conſ.* 3. *n.* 14. *ver. ſed nunquid.* †Limita, quia fideiuſſor alicuius, puta pro arte cambii, non tenetur ratione debitorum per eius principalem contractorum ex alia cauſa, puta occaſione pannorum, piperis, & lanæ, quamuis reperiãtur deſcripta in libro intitulato *arte di cambio*. Bald. *conſ.* 187. *Generalitas, lib.* 4. *& conſ.* 142. *Quidã Odoriſius, lib.* 5. ſequitur Petr. de Vbald. *in tract. de duob. fratrib. in* 8. *part. q.* 4. Felin. *in c. cum ordinem. nu.* 12. *de reſcript.* Caſtr. *conſ.* 285. *col* 3. *ad med. lib.* 1. vbi, quod ad hoc, vt aliqui dicantur debitores, vel creditores banchi, non eſt inſpiciendũ, in quo libro ſint deſcripti, ſed ad quam negociationem pertinent, & ſic an ſint contracta debita ex cauſa, vel in cauſam bãchi, vel non. †Extende, etiam ſi adſit clauſula, *toties quoties*. Gabr. *conſ.* 181. *in princ. lib.* 1.

Fideiuſſio ſimpliciter præſtita intelligitur ſecundũ naturam negotii, de quo agitur. Concl. 309.

REGVLA † eſt, quod fideiuſſio ſimpliciter recepta per Notarium de mãdato iudicis intelligitur ſecundum naturã cauſæ, in qua fideiuſſor datur de ſtando iuri, iudicatum ſoluendo, & de ſoluendo omnem cõdemnationem. Crau. *conſ.* 45. *per tot.* maxime *n.* 4. *& ſeq.* † Extende; quia fideiuſſor intelligitur incedere in omnẽ cauſam, & teneturad omnia, quæ ſunt de natura principalis obligationis, & ideo ſi interuenit in ſocietate, de cuius natura eſt, vt adminiſtrator poſſit conueniri ad reddendas rationes, & conſignandum reliqua, poteſt etiam conueniri fideiuſſor eo modo, & forma, p out principalis. Alex. *conſ.* 34. *lib.* 2. †Extende; quia fideiuſſor ſimpliciter datus nedum tenetur ad ſortem, ſed etiam ad intereſſe, & in omnem cauſam totius obligationis ſui principalis, *l. ſi poſtea quam. ff. rem pup. ſaluam fore. l. ſi quis pro eo. §. ſi * nummos. l. amiſi. §. fideiuſſores ff. de fideiuſſ.* gl. &*Dd. *in l. cẽtum Capuæ. ff. de eo, quod certo loco.* Alex. *conſ.* 34. *Viſo inſtrumento, col.* 2. *n.* 7. *ver. iſtis ſic præſuppoſitis. lib.* 2. † Extende; quia fideiuſſor datus in cauſa reuocationis ſequeſtri, etiam ſi ſit de ſtando iuri, & iudicatum ſoluendo erit perpetua, prout natura ſequeſtri erat. Abb. *conſ.* 23. *Videtur dictum Petrum, col. fin. ver. vlt. alia ratione. lib.* 1. Vide, *Verba ſecũdum ſubiectam materiam intelliguntur. Concl.* 95. Vide, *Verba dubia ſecundum naturam rei intelligenda. Concluſ.* 96.

Fideiuſſor poteſt conueniri ante principalem, quando renunciauit beneficio, vel eſt in ſolidum, & quando ſecus. Concluſ. 310.

FIDEIVSSOR, † qui renunciauit beneficio nouæ cõſtitutionis, poteſt cõueniri ante principalẽ. Bald. *conſ.* 266. *Proponitur, quod quidam. n.* 3. *ver. ſed quæritur ſecundo, lib.* 1. †Extende, quia in dubio præſumitur renunciaſſe huic beneficio, quia ita eſt cõſuetum. Bald. *conſ.* 215. *num* 3. *ver. ſed quæritur ſecundo, lib.* 1. & de iſto cõſueto, quod renuncietur beneficio nouæ cõſtitutionis, apoſt. ad Rom. *conſ.* 392. *n.* 8. *in ver. renunciari.* allegat Decian *l. ſi. nu.* 20. *ff. ſi cert. pet.* † Amplia, vt procedat, etiamſi fideiuſſores incidãt in obligationẽ ex delicto principalis, puta cuſtodis carcerum, p quo fideiuſſerunt; quia nihilominus põt iudex, ſi vult, incipere cõtra fideiuſſores de rigore, licet de manſuetudine poſſit incipere cõtra delinquentem. Bald. *conſ.* 266. *nu.* 4. *ver. ſed quæritur tertio, lib.* 1. †Declara tamen, ſeu reſtringe, quod licet iudex incipere poſſit pœna cõmiſſa contra fideiuſſores, tamen tenetur eodem imperio procedere ad inſtantiam fideiuſſoris contra principale, vt illum conſeruet indemnẽ. Bald. *d. conſ.* 266. *in fi. ver. illud non omitto, lib.* 1. Amplia, † quando fideiuſſor ſe obligauit cum iuramento; quia poteſt cõueniri ante principalem. Crau. *conſ.* 613. *n.* 30. Bald. *in c. ex reſcripto de iureiur.* Alex. *conſ.* 31. *col. fin. ver. quarto principal, fundamento, lib.* 4. qui loquitur etiam in fideiuſſore indemnitatis, & hanc magis *communem dicit Gabr. *de fideiuſſ. concl.* 1. *n.* 44. †Cõtrarium in fideiuſſore indẽnitatis. Iaſ. *in l. decem, nu.* 23. qui allegat Felin. & alios. *ff. de verb. obl.* †Contrarium ſimpliciter tenent multi, quos idem Gabr. *d. concl.* 1. *tu. de fideiuſſ. n.* 44. †Amplia, quando fideiuſſor ſe obligauit in ſolidum; quia poteſt conueniri nõ diſcuſſo principali. Bald. *conſ.* 198. *n.* 7 *v. aut ſumus in caſu, lib.* 1. quod duplicatur *conſ.* 453. *lib.* 5. Ioan. de Im. *conſ.* 46 *in fi.* Vide, *Inſolidum aliquid fieri quid importet. Concluſ.* 201. † Ratio eſt; quia quoad reſtem obligationem, quæ attenditur inter plures fideiuſſores tenẽtur inter ſe, prout quilibet participauit de re, vel pecunia, pro qua fideiuſſerunt, ſed quoad verbalem obligationem, quæ attenditur reſpectu creditoris, omnes in ſolidum tenentur. Caſtr. *conſ.* 420. *Conſideranda ſunt, lib.* 1. vbi ſi tota res peruenit ad vnum, ille eſt principalis, alii fideiuſſores inter ſe. † Extende, vt idem ſit quando ſe obligauit vt principalis, & principaliter; quia tũc duo rei, & quilibet poteſt conueniri. Iaſ. *in l. decẽ ſtipulatus, in fi. de verb. obl. n.* 4. Decia. *in conſ.* 72. *n.* 5. *& 6. lit.* 2. Marſ. *in rubr. C. de fideiuſſ. n.* 62. † Contrarium tenet Guid. Pap. *ſing.* 604. incip. *Qualiter debeat*, plene Decian. qui alios citat *conſ.* 25. *n.* 10. *lib.* 2. vbi dicit ſolum Marſilium tenere contrarium. † Declarat Alex. *in conſ.* 31. *in cauſa executionis, col pen. ver. tertio principaliter.* vbi, quod ſi obligatio eſt in eodem inſtrumẽto principaliter facta, tenetur in ſolidum, ſecus, ſi in alio inſtrumento ſeparato, niſi ſit dictũ, quod animo nouandi, & idem videtur tenere Decian. *d. conſil.* 25. *nu.* 10. *lib.* 2. quando cõſtat, quod eſt fideiuſſor, licet principaliter ſe obliget, & *conſ.* 72. *n.* 6. vbi allegat alios. *lib.* 2. †Extende, vt idem ſit, quando fideiuſſor renunciauit beneficio de fideiuſſoribus, vel omni legum auxilio. Roman. *conſ.* 392. *n.* 8. vbi apoſtill. *in ver. renunciari.* Vide, *Exceptio diſcuſſionis in quibus cauſis habeat locum, & in quib. non. Concl.* 404. † Reſtringe in fideiuſſore obligato ad ſoluendum, quanto minus conſequetur à principali; quia ſemper de natura actus eſt, vt primo principalis conueniatur, etiam ſi eſſet dictũ, in ſolidum, vt principalis, & eſſet renunciatum beneficiis. Iaſ. *in d. l. decem. n.* 5. *& ſeq. ff. de verb. obl.* Alex. *conſ.* 29. *Clariſſime, n.* 28. *ver. dene fateor, lib.* 7. †Reſtringe, vt idem ſit in fideiuſſore indemnitatis; quia non poteſt conueniri ante principalem, etiam ſi in ſolidum teneatur, quia eſt de natura obligationis, vt conſeruet, ſi à principali non poterit. Iaſ. *in d. l. decem, n.* 7. *& ſeq. ff. de verb. obl.* Roman. *conſ.* 211. *allegationes Doctoris, n.* 2. vbi apoſtill. dicit communẽ* opinionem etiamſi dictum ſit libere, *omni exceptione remota*; quia nõ tollit iuſtam exceptionem, & quæ eſt de natura actus. Idẽ Rom. *conſ.* 241 *n.* 6. Ruin. *conſ.* 187. *n.* 4. *lib.* 1. Soc. Iun. *conſ.* 147. *nu.* 5. *lib.* 3. Rom. *conſ.* 392. *Circa primum, nu.* 8. vbi apoſtill. *in ver. renunciari*, & plures citat apoſt. ad Alex. *conſ.* 29. *num.* 24. *in ver. non videtur, lib.* 7. † Imo etiamſi renunciatum fuit beneficio fideiuſſorum, adhuc non poteſt conueniri fideiuſſor indemnitatis, niſi prius excuſſo principali. Rom. *d. conſ.* 241. *Spectabiles Domini, n.* 6. † Et procedit reſtrictio, quod fideiuſſori indemnitatis non poteſt conueniri, niſi prius diſcuſſo principali, etiamſi extet ſtatutum, quod repellatur excuſſio; quia debet intelligi de excuſſione beneficio legis inducta; non de ea, quæ venit ex natura contractus, vt iſta. Rom. *d. conſ.* 241. *n.* 5. *in fi. ver. & ſi dicatur. & n.* 6. † Imo, quod plus eſt reiam ſi conſtaret notorie principalem non eſſe ſoluendo, nõ poteſt fideiuſſor indemnitatis conueniri, niſi ſecuta prius declaratione iudicis. Rom. *d. conſ.* 241. *n.* 7. *ver. plane, ſi dicatur*, vbi apoſtill. *in ver. declinatoria.* dicit * communem. †Contrarium tenet Alex. *d. conſ.* 29. *Clariſſime, n.* 14. *& ſeq. per tot. ver. tertium principale. lib.* 7. vbi facit differentiam inter fideiuſſorem indemnitatis, & fideiuſſorem, quanto minus poteris exigere à principali; quia in primo caſu excuſſio non impedit ortum obligationis, ſed exactionem, ideo ſi non opponatur ſpecifice, valet ſententia, ſecus in ſecundo caſu, quia obligatio eſt conditionalis. † Declarat tamen duas re-

restrictiones Alex. *cons.31. In causa executionis. per tot.* non procedere, quando renunciasset nedum beneficio de fideiussoribus, sed etiam omni legum auxilio, vt *col. pen. ver. principaliter, lib.4.* Secundo declarat non procedere, quando in eodē instrumento se obligasset fideiussor indemnitatis principaliter, vel etiam in instrumento separato expresso principaliter, & quod animo nouādi, vt ibid. *ver. tertio principaliter.* † Contra duas declarationes tenet Ias. *in d.l.decem.n.5. & seq. ff. de verb. obl.* Benint. *decis.81.n.11.* † Tertio declarat, quando adesset iuramentum. Alex. *d. consil.3. col. fin. ver. quarto principaliter. lib.4.* † Contrarium expresse in hac vltima declaratione tenet Ias. *in d.l.decem.n.22. & seq. ff. de verb. oblig.* qui alios allegat. sequitur Ruin. *cons.187. nu.4.* Benint. *d. decis 81. nu.11.* Coratt. *de pact. §.4.n.4.* † Restringe; quia licet fideiussor obligatus in solidum possit conueniri, non excusso principali; non tamen procedit, si feratur sententia contra eum; quia licet possit in solidum condemnari; tamen censetur condemnatus pro rata eum tangente, quando sunt plures fideiussores in solidum obligati. *l.1. C. si plures vna sententia.* † Et procedit hæc vltima restrictio, etiam si actum fuisset contra fideiussorem indemnitatis vnū tantum, & in sententia esset condemnatus ad integram summam; quia intelligitur pro rata. A ffl. *decis.215. Sexdecim Iudei.* † Restringe quia non potest fideiussor etiam in solidum obligatus conuenīri, nisi doceatur de obligatione principalis. Bald. *in l. si nouē, de haered. vel actio. vend.* Alex. *in l. sciendum. ff. de verb. oblig.* † Declara, nisi in instrumento fideiussionis fieret clara mentio obligationis principalis; quia tunc non debet produci obligatio principalis. Bald. & Ang. vbi supr. Alex. *in l. si dubitetur. ff. de fideiuss. & in l. si mandato meo, eod. tit.* in addit. ad Castr. Ias. *in auth. si quis in aliquo, col. pen. ver. hinc infert. C. de eden.* † Limita; quia fideiussor non potest conueniri à creditore, nisi creditor cedat eidem iura, pro quibus agit contra principalem debitorem. *l.2. C. de fideiuss. l. mulier, in fin. ff. iuratorum. in pign. hab.* † Extende; quia si creditor fecit, ne cedere possit iura, nihil consequi potest à fideiussore, *l. si pupillus. ff. de admin. tut.* gloss. *in d.l.2. C. de fideiuss.* † Cessio autem debet fieri ante solutionem, vel in actu solutionis, non autem postea, ad hoc, vt sit valida Dd. *in l. Modestinus. ff. de solut.* quia alias iura remanēt extincta post solutionem; ideo cessio post solutionem non valet. *Instit. quib. mod. tollitur obligat. in princ.* gloss. *in §. sed neque. vers. contra eum. in auth. de fideiuss.* Vide, *Exceptio cedendarum actionum quib. competat. Concluſ.386.* † Limita; quia regulariter fideiussor non potest conueniri, nisi excusso principali debitore, *auth. præsente. C. de fideiuss.* & hanc regulam ponit Socin. *in reg.134.* cum pluribus limit. & Ias. *in l. fin.* vbi late. *ff. si cert. petat.* quos videas. Castr. *cons.175. Ad primum quæsitum, in princ. lib.2.* Castr. *cons.327. Clarum est. lib.2.* vbi, quod omnis interessor cuiusque speciei habet beneficium excussionis, si ei non renunciauit, vel nō transtulit in se obligationem alterius animo nouandi. Alex. *cons.159. Circa primum. n.4. ver. si ergo. lib.2.* † Vide, *in ver. Exceptio discussionis in quibus causis habeat locum, & in quibus non. Concluſ.404.* vbi habes plures limitationes, & ampliationes. † Extende, etiamsi fideiussor promisit libere soluere, & sine aliqua exceptione; quia per hoc non dicitur renunciasse beneficio de fideiussorib. quin prius excutiatur principalis debitor, cum istud veniat ex natura actus, & illa verba, *sine aliqua exceptione*, debent intelligi de friuola exceptione. Rom. *cons.211. Allegationes. col.2. ver. qua quidem. cum seq.* † Extende, vt procedat, quod requiritur excussio, etiamsi intercedat, vel fideiubeat pro suo creditore, & sic videatur in rem propriam intercedere; quia adhuc debet fieri excussio contra principalē. Alex. plene *cons.159.n.4 & seq. ver. nec ad hoc obstat. lib.2.* vbi citat pro vtraque parte, & soluit, quod imo requiratur semper excussio. Extende † in tantum, vt si fideiussor fuit captus, non excusso principali prius, capiatur sit nulla, & debeat tāquam male captus relaxari. Alex. *cons.159.n.6. ver. vel potest dici. lib.2.* vbi, quod ista exceptio impedit processum; & aliter factum reddit nullū. † Restringe Florentiæ stante statuto de reiecta excussione bonorum. *lib.2.59.* † Secus si dicat; *reiecta omni exceptione*; quia nō reiicitur ista, neque aliæ, quæ sunt de natura obligationis. Castr. *cons.327. nu.2. ver. statutum autem. lib.2.* † Declara; quia statutum tollens excussionem bonorum debet intelligi de excussione iuris cōmunis, & quæ fit auctoritate legis, non de illa, quæ fit ex natura contractus, prout est fideiussor indemnitatis. Rom. *cons.241.n.5. in fi. ver. & si dicatur, & n.6.* † Restringe, quando fideiussor iurasset soluere; quia licet nō renūciauerit beneficio de fideiussoribus, potest conueniri non excusso principali. Bald. *in c. ex rescripto. col.2. de iureiur.* sequitur Alex. *cons.32. lib.4. & in l. Marcellus*, in apost. ad Bart. *ff. de fideiuss.* Bauer. *tract. de iuramento, in 11. not.* vbi dicit modernos attestari se obtinuisse in facto Bononiæ, & hæc opinio videtur verior, & magis * communis & Florētiæ seruata fuit in practica. † Contrarium tamen tenet Alex. *in l. fin. in 3. col. ff. si cert. pet.* Socin. *cons.24. Visis. col. fi. lib.1.* Corset. *in rubr. de iureiur. char.1.* † Restringe, quando fideiussor renūciauit beneficio de fideiussoribus. Spec. *tit. de renun. & con. §.1. ver. viso beneficio, & legum auxilio.* Alex. *d. cons. 32. lib.4.* Castr. *cons.327. lib.2.* † Idem, si renunciauit omni legum auxilio. Alex. *cons.31. In causa executionis, col. pen. ver. secundo principaliter. li.4.* & idem, si esset cęte. ata, *renuncians, &c.* quia de stylo formularii ita extendi debet. Bart. & alii *in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth.* † Restringe in mercatore, vel cāpsore; quia tales personæ possunt conueniri non excusso principali propter præcipuam fidem talium hominum. §. *fin. in auth. de fideiuss.* & ibi Dd. Bald. *in l. frustra. C. de non num. pec. & in l. fin. ad fin. C. ad l. Vald.* Aret. *in §. item si quis in fraudem. col.9. Inst. de act.* vbi dicit text. *in d. §. fin. auth. de fideiuss.* esse singularem, de quo per Moder. *in l. si vnus. in princ. ff. de pact.* facit Bart. *in l. quæritur. ff. mandati.* & in terminis Curt. *consil. 6. col.1.* † Restringe in nummulario fideiussore; quia potest conueniri non discusso principali. Rom. *cons.392. nu.9. ver. tertio quia.* † Restringe, quando creditor esset debitor fideiussoris, & vellet vti compensatione; quia fideiussor hoc casu non potest dicere, excutias prius principalem, sed potest cogi per creditorem ad faciendum compensationem absq; alia excussione. Bald. *in l. exceptiones, circa princ. C. de euict.* quod dictum sequuntur Modern. *in c. peruenit. de fideiuss.* † Restringe vbicunque sumus in casu, in quo proceditur ex æquitate, & agitur de bona fide; quia non requiritur excussio, cum illa sit inducta ad rigorem iuris conseruandū. Bart. *in l.1. in si ff. de condict. indeb.* & Aret. *in §. si quis in fraudem. vers. quinto quæro. Instit. de act. & in §. in bonæ fidei, ver. quid si dicatur. Instit. eod.* & quod non procedat regula in causis, in quibus proceditur de æquitate, & sola facti veritate inspecta. Alex. *cons.114. nu.9. lib.6.* † Restringe, quando fideiussor est correus debendi. Roman. *cons.392.n.10 ver. quarto præmittendum.* † Restringe, quando ex forma statuti proceditur in causis summarie, & sine strepitu, & figura iudicii. Soc. *cons.24. Viso, in vlt. col. ver. insuper.* vbi plura allegat. facit Bald. *in l. mancipia. C. de euict.* & ita fuit iudicatum Florentiæ. † Contrarium tenet Bald. *in l. fin. §. sed si quis. col.4. ver. fuit quæsitum. C. commun. de legat.* pro quo vide etiam Bart. *in extrauag. ad reprimendum. ver. videbitur in fin. alib. verbis.* † Restringe, quando principalis debitor est absens à ciuitate, seu iurisdictione iudicis, sub qua facta est obligatio. Alex. *cons.100. Discussis, col. pen. lib.5.* † Restringe, quando principalis fallitat, & non patitur se citari. Guido Papæ *decis.570.* vbi, quod fuit datus terminus fideiussori ad præsentandum principalem prius; quia hoc est de iure. *d. authent: præsente. C. de fideiuss.* † Restringe, quando fideiussor negaret se fideiussisse; quia ob huiusmodi mendacium perdit beneficium diuisionis. Bald. *in auth. contra qui propriam. col.3. C. de non numerat. pecun.* Alex. *in l. si dubitetur.* post Bart. & Ang. ibi *de fideiussor. & in l. etiam. §. licet in dot. alib. colum.2. ff. sol. matr.* † Restringe in omnibus casibus, in quibus tertius possessor non potest opponere discussionem; quia à pari procedunt. Ægid. Bell. *cons.39.n.22. & seq.* † Restringe, vbicunque fideiussor succederet debitori, tanquā hęres; quia tunc per traditionem hæreditatis extinguitur obligatio fideiussoria, & ipse fideiussor tunc efficitur vt principalis, & sic cessat beneficium excussionis. *l. fideiussor*, vbi Ang. & Dd. *C. de fideiuss.* quod etiam tenet Aret. *in §. item si quis in fraudem, in 6. col. in fin. ver. adde prædicta. Inst. de act.* † Declara tamen, vt per Ang. *in d.l. fideiussor. C. de fideiuss.* † Restringe, quando principalis notorie est non soluendo, vt quia eius bona fuerunt confiscata; sed tamen contra fiscum debet fieri excussio. Castr. *cons.327. num.3. lib.2.* † Restringe, vbi debitorem se cōstitueret fideiussor animo nouandi; quia tunc non habet beneficium diuisionis, neque excussionis. gl. in *auth. de fideiuss. in ver. fideiussorem, in pr.* Bald. *in l. in personam. §.1. in l. rescriptum. §. fin. ff. de pact.* Alex. *cons.32. li.4.* & quod fideiussio fuerit animo nouandi, probatur ex coniecturis, vt dicit Bald. *d. l. rescriptum. §. fin. ff. de pact.* Alex. *cons.10. col.5. lib.2.* Curt. *cons.6. Primo aspectu, col.1.* vbi dicit esse vnam coniecturam, quando in ipso actu fideiubendi creditor liberat principalem debitorem. Castr. *consil. 327. in princ. lib.2.* † In dubio non præsumitur animus nouandi, sed fideiubendi. Rom. *cons.211. Allegationes, in pr. ver. hīc tamen.* Restringe † in fideiussore indēnitatis; quia statim, quod is, cui promisit, molestatur in iudicio, tenetur, & cogitur suscipere iudicii. Bart. *in l. pater, in princ. ff. de dot. præleg.* vbi dicit non esse alibi. Alex. *in l. quæro. in pr. ff. locati.* sed ista est extensio, & non restrictio; quia prius debet molestari principalis. † Vide Rom. *d. cons.211. Allegationes. n.2. ver. quinimo.* vbi, quod antequam molestetur is quē indemnem, &c. non tenetur, etiam si se obligauit, & renunciauit vt principalis, & dicit, quod est necessaria diuisio. † Restringe,

quando fideiussor se obligat tãquam principalis, & in solidum; quia non requiritur alia discussio. gl. *in l. si vero non remunerandi. §. si post creditum, in ver. rectissime ff. mandati, & in rub. in auth. de fideiuss.*

63 Im. *in l. eandem. n. 3. ff. de duob. reis.* † Idem, si obligat se vt principalé, vel tãquam principalis. Bald. *in l. 1. col. pen. C. de conuen. fisci debit. lib.* 10. Grat. *cons. 87. col. fin. lib. 1.* Boer. *decis. 222. n. 1.* Alex. *cons. 31. in fin. lib. 3. & in l. vbi. §. illud. ff. de verb. obl.* Abb. *in c. 2. de fideiuss. col. pen.* Gui-

64 do Pap. *decis. 570.* Capell. Thol. *decis. 8.* & ibi apost. † Et an prædictæ duæ restrictiones procedant in fideiussore indemnitatis, & quod non, expresse tenet Rom. *d. cons. 211. n. 2.* vbi, quod requiritur excussio, etiamsi renunciauit beneficio, vbi apost. *in ver. renũ-*

65 *ciauit*, dicit* communem, & supra *n. 15. & multis seqq.* † Restringe, quia licet fideiussor non possit molestari, nisi prius excusso principali, procedit, si opponatur: si vero nihil opponatur, tunc procedit iudicium. Bart. *in l. si. in pr. ff. si cert. pet.* & ibi Dd. *& in l. decem. ff. de verb. obl. & in l. exceptionem. ff. de probat.* Bart. *in l. si mancipium. §. 1. ff. de euict.* Bald. *in l. cum eorum. col. 2. n. 5. C. de sent. & interloc. omn. iud.* Affl. *dec. 378. Quidam debitor. & in fin.* Alex. *cons. 32. In causa executio-*

66 *nis, col. 1. & 2. lib. 4.* † Idem etiam in fideiussore indemnitatis; quia licet non teneatur, etiam si se obligauerit in solidum, & vt principalis, nisi prius conuento, & excusso principali; tamen si non opposuit exceptionem excussionis, valet iudicium. Alex. in terminis *cons. 32. lib. 4.* quod ego non credo verum; quia cum natura huius fideiussionis hoc expostulet, eo ipso, quod conuenitur, vt fideiussor indẽnitatis ex ventre, & ꝓpositione actoris, oritur ex-

Ⓕ ceptio, quæ excludit. Vide, *Exceptiones quæ nunquã dicuntur exclusæ. Conclus. 381.* vbi, quod ego dico, videtur probari cum declaratio-

67 nibus, quæ ibi sequũtur, & vide sup. *n. 15. & multis seqq.* † Restringe; quãdo fideiussor sibi prouidit, vt quia fecit sibi assignare aliquid pro sua releuatione. gl. *in l. nisi. ff. de pact.* quia ex quo remansit contentus, sicuti non posset molestare principalem; ita non

68 potest opponere, quod excutiatur. Castr. *consil. 327. Clarum est, in pr. ver. sed dubium. lib. 2.* † Declara; quia restrictio est vera, si id, quod principalis assignauit, stat firmũ; quia intelligitur, rebus sic stantibus; sed si bona principalis sunt confiscata, debet prius excuti confiscatio, quæ retinet bona etiam releuationis. Castr. *d. consil. 327. ver. sed respondetur, per tot. lib. 2.* vbi respondet, quod licet casus confiscationis nõ debeant nocere creditori, neq; etiam fideiussori, vt sentiat damnum, licet bene noceat, ne sentiat lucrum, &

Ⓖ quod licet is, cui sunt bona confiscata, non debeat excuti bene debet excuti fiscus illi succedens. Vide, *Exceptio discussionis in quib. causis habeat locum, & in quibus non. Concl. 404.*

Fideiussor contractus non patitur exequutionem sententiæ latæ contra principalem, & quando secus. Concluſ. 311.

1 SENTENTIA † lata contra principalem non meretur executionem contra fideiussorem contractus. Petr. de Anch. *cons. 35. Apud intelligentes, ver. sicut nec sententia. n. 1.* Ægid. Bell. *consil. 3. per tot.* maxime *n. 11.* Guid. Pap. *dec. 26.* vbi late & *cons. 212. Circa dubia, ad fin.* Aret. *cons. 78. In causa.* Corn. *cons. 211. Quanquam, col. 3. n. 5. ver. iu-*

* *uatur. lib. 3.* & communem* dicit Alex. *cons. 31. In causa, col. 2. n. 7. lib.*

2 2. Castr. *cons. 236. Visis supradictis, in princ. lib. 1.* † Contrarium tenẽt plures, quos citat Guid. Pap. *decis. 26. & cons. 212. Circa dubia mihi*

Ⓐ *transmissa, ad fin.* licet ipse hoc non firmet. Vide etiam Masc. *Concluſ. 707. Excussionis bonorum sententia*, vbi citat pro vtraque parte,

3 sed contraria reprobat. † Amplia, vt idem sit in laudo lato cõtra principalem; quia non habet executionem paratam cõtra fideiussorem ex stipulatu, etiamsi laudum ex forma statuti habeat executionem paratam, Petr. de Anch. *d. cons. 35. per tot.* vbi est casus, qui loquitur in sententia arbitratoris; quia licet coram eo sit interposita; tamen est extraiudicialis. Castr. *cons. 236. in pr. lib. 1.* & in executione laudi loquitur Alex. *d. cons. 131. n. 7. lib. 2.* licet argu-

4 tà termino sententiæ. † Amplia, vt idẽ sit in fideiussore de standō iuri, vel repræsentando aliquem pro delicto; quia si in contumaciam est condemnatus, & sunt confiscata bona delinquentis, fideiussor est liberatus. Cuman. *cons. 32. Inculpatus D. circa med. ver. secundo videndum, vsq; in fin.* sequitur Bero. *cons. 206. lib. 3. nu. 9.*

5 † Amplia, vt procedat etiam in fideiussore pœnæ; quia condemnato principali non potest sine nouo processu agi contra fideiussorem. late Bero. *cons. 206. Super dubio proposito. num. 24. & seq. lib.* 3. vbi, quod non potest agi, nisi via actionis contra fideiussorem. Bero. late *d. cons. 206. Super dubio ꝓpositio. n. 24. & seq. lib. 3.* vbi, quod non potest agi, nisi via actionis contra fideiussorem, non autem via inquisitionis, vel accusationis, quando pœna parti debetur.

6 † Declara respectu fisci, quando pœna esset legalis; quia tũc potest fiscus consequi à fideiussore sine nouo processu secuta cõ-

7 ditione contra principalem, nedum pro sua rata, sed etiam pro rata partis ratione communionis. Bero. *d. cons. 206. n. 24. & seq. li.* 3. † Amplia; quia lata contra vnum ex correis non potest exequi

8 contra alium correum, licet sint ambo obligati in solidũ. Castr. *d. cons. 236. in princ. lib. 1.* † Amplia in pluribus tutoribus; quia licet

9 sint in solidum obligati, sententia lata contra vnum ex tutorib. qui administrauit, non potest exequi contra alium non citatum. Castr. *d. cons. 236. in pr. lib. 1.* † Declara tamen; quia si condẽnatus

10 administrasset nomine omnium, & tanquam ab aliis deputatus; quia tunc ex quo nomine omnium vti administrator est condemnatus, posset contra omnes sententia exequi. Castr. *d. cons. 236. col. 1. in fin. & col. 2. in pr. lib. 1.* † Limita in fideiussione de iudicato

11 soluendo coram iudice, vel in iudicio præstita; quia potest sentẽtia lata contra principalem exequi cõtra fideiussorem; secus si est fideiussio extraiudicialis. Petr. de Anch. *d. cons. 35. n. 1. ver. secus si cõtra.* sic declarat etiam Bero. *d. cons. 206. n. 3. lib. 3.* Ægid *cons. 3. n. 2.* Bero. *cons. 202. n. 34. lib. 3.* Clar. *in §. fin. q. 46. n. 19.* & latius *q. 95. circa princ.* Vide, *Satisdatio de iudicio sisti, & iudicato soluendo quid operetur. Concl. 43.* † Et quod fideiussor de iudicio sisti, & iudicato sol-

12 uendo lata sententia contra principalem, statim sit obligatus, & possit fieri executio. Bart. *in l. 1. ff. iud. sol. col. 2.* & quãuis fideiussor non fuerit citatus ad sententiam, de necessitate non debet citari. Bart. *in l. duob. §. qui iurauit. ff. de iureiur.* & ibi Ias. Felin. *in c. quamuis, de re iud.* gl. *in l. si. in ver. persoluere. C. de vsur. rei iudic.* Bald. *in l. duobus. §. igitur si quis. ff. de iureiur.* Alciat. *in l. decem. n. 29. ff. de verb. oblig.* Rip.

13 *in l. 2. n. 34. C. de eden.* Mars. *in rub. de fideiuss. n. 348.* † Et quod procedat limitatio, quod sententia lata contra principalem possit exequi cõtra fideiussorem de standō iuri, & iudicatum soluendo etiam non citatum, tenet Bald. *cons. 46. in fin. lib. 3. & in d. l. in duob. §. igitur si quis. ff. de iureiur.* vbi dicit, quod talis fideiussor fingitur cõdemnatus cum principali, & si aliter diceremus, res in infinitũ procederet, & pro vno aduersario quis cogeretur habere plures; idem tenet Guid. Pap. *dec. 26. & in cons. 212. Circa dubia ad fin.* & est

14 text. *in l. fi. C. de vsur. rei iud.* vbi gl. Bart. & alii idem Bart. *in l. 1. ff. iudic. solui.* † Declara tamen, quia licet fideiussor de iudicato soluẽdo teneatur lata sententia; tamen si ab ea appelletur, licet confirmetur, non poterit cõtra eum agi, nisi sit in secunda instantia confirmata; quia agitur ex sententia confirmante, non ex confirmata; ideo talis fideiussio euanescit. Petr. de Anch. *d. cons. 35.*

15 *ver. præterea aduertendum. circa med.* † Extende idem in laudo; quia si petatur reductio ad arbitriũ boni viri; quia iudex arbitrii succedit loco iudicis appellationis; & ideo fideiussor laudi liberatur, si petitur reductio, etiam si laudum confirmetur; quia debet renouari talis fideiussio. Petr. de Anch. *d. cons. 35. in fi. ver. ex quo infero.* Extende, etiamsi fideiussor sit clericus; quia non gaudet priuilegio hoc casu secundum Franc. Marc. *decis. Delphina. 1055. n. 9.*

16 *lib. 1.* † Extende idem in casu cõtrario; quia fideiussor de iudicio sisti ex. ctus statim agit, & exequitur cõtra principalem sine alio

17 processu. Boer. *dec. 277. n. 4.* † Limita; quia licet fideiussor cõtractus non patiatur executionem sententiæ latæ contra principalem sine alio processu, bene præiudicat talis sententia lata scien-

18 te fideiussore in eo, quod principalis declaratur creditor, pro quo tenetur fideiussor. Ægid. *d. cons. 3. per tot.* † Limita, quando fideiussor contractus fuit citatus ad iudicium factum contra principalẽ; quia tunc sententia lata contra principalem probat contra vtrumque, & potest sine nouo processu mitti executioni, et-

19 iam contra fideiussorem. Castr. *l. cum filiusfam. ff. de verb. obl.* † Extende, vt procedat, etiam si talis sententia sit lata contra principalem vigore iuramenti in litem; quia extenditur ad fideiussore; quia cui nocet sententia, nocent etiam probationes factæ ante sententiam. Bart. *in l. 2. C. de eden.* † Limita; quia sententia lata contra fideiussorem contractus nocet ipsi, & licet possit agere cõtra principalem pro releuatione, tamen sententia dicitur lata contra fideiussorem, & si est iniusta, fit exequutio contra eum. Castr. *cons. 136. Visis, & consideratis, col. 2. n. 2. in fin. & col. 4. nu. 3. & seq. lib. 1.* vbi, quod fideiussor contractus æquiparatur emptori, non autẽ procuratori, & quod sententia talis mittitur executioni contra fideiussorem, non autem contra principalem sine nouo processu. Vide, *Exequutio sententia lata contra principalem an possit fieri contra fideiussorem. Concl. 478.* Vide, *Sententia contra vnum lata quando alteri præiudicet, vel non. Concl. 174.*

Fide-

Fideiussor pro vno, & sociis quando & qualiter agat contra alios de societate. Concl. 312.

1 FIDEIVSSOR, † qui promisit pro vno, & sociis etiam in iis, quæ spectant ad societatem, non potest agere ad releuationem contra alios de societate ex stipulatu, sed bene potest agere ad releuationem contra alios de societate ex stipulatu contra illum, pro quo fideiussit, & contra allos actione negotiorum gestorum, vel institoria actione vtili. Bald. *cons.* 428. *Cum sæpe contingat. lib. 2. per tot.* † Extende, vt procedat etiam in ipsis sociis obligatis in solidum; quia licet omnes teneantur, & possit solitum de rigore exigi ab vno, etiamsi nihil de societate exegit; tamen equitas suadet, quod cõueniantur illi socii, qui exegerunt, & administrarunt. Ang. *cons.* 286. *Quoniam in facto, per tot.* † Limita, nisi fideiussio sit fundata pro societate, vel sociali commercio, non autem pro persona de societate; quia tunc socios omnes de societate potest conuenire ex stipulatu. Bald. *d. cons.* 428. *in fin. vers. præterea multum, lib.* 2. † Limita, nisi ex forma statuti aliter esset dispositum, prout in ciuitate Perusii. Bald. *d. cons.* 428. *in pr. lib.* 2. vbi ponit verba statuti. † Limita; quia non agit contra alios socios liberatos, quando ipsi socii essent creditores eiusdem socii, pro quo ipse fuit fideiussor. Bald. *consil.* 96. *Petrus fideiusit, & consil. vlt. Considerandum est. lib.* 4. quia exceptione submouetur. Vide, *an obligat socium fideiubendo, & quando secus. Conclus.* 301.

Fideiussor dandus ad sanandam nullitatem quo tempore dandus sit. Concl. 313.

1 RESCRIPTVM † concedens dilationem debitori redditur nullum, nisi satisfet de soluendo in fine dilationis. *l. vniuersis. C. de precib. imper. offer.* tamen quandocunq; talis fideiussio ante sententiam præstetur, sanatur nullitas. Bald. *cons.* 69. *Viso statuto, n. 2. ver. præterea, & cons.* 114. vbi duplicatur *lib.* 1. & iterum *cons.* 86. *li.* 2. vbi, quod dum text. dicit, nulla sint, intelligitur, interim.

2 † Statutum Ciconi, quod si fiat alienatio stabilium in nobiles, vel forenses non suppositos, alienatio sit nulla, & pœnam incurrat, saluo, nisi emptor satisfecerit de soluendo onera, &c. qa quandocunque ante sententiam potest satisfare, vt sanetur alienatio. Bart. *d. cons.* 69. *& cons.* 114. *lib.* 1. *& cons.* 86. *lib.* 2. vbi tollit cõtraria;

3 quia interim est nulla, donec detur fideiussor. † Extende; quia in aliis exemplis, quæ ponit Crau. *cons.* 201. *n.* 26. *& 27.* vbi, quod sufficit, quod qualitas superueniat ad sanandam nullitatem, quę est necessaria, seu requisita.

Fideiussio operatur multa, & quando agat fideiussor contra principalem, vel non. Concl 314.

1 FIDEIVSSIO † præstita de restituendo operatur, quod detur exequutio sententiæ, quæ alias de iure non esset danda; vel esset dubium. Bald. *cons.* 294. *In causa istorum nobilium. post med. ver. pro quarta lib.* 5. vbi loquitur, quando iudex secularis pronũciauit super exequutione instrumenti, & cõdemnatus post sententiam adiuit iudicem Ecclesiasticum, dans de vsuraria simulatione; quia non debet Ecclesiasticus post sententiam inhibere,

2 si datur fideiussio. † Amplia; quia fideiussio operatur, quod bona fideiussoris dicuntur aggregata bonis debitoris; ideo excussio facta contra debitorem non releuat, quando dedit fideiussorem, nisi etiam fiat eadem excussio in bonis per fideiussionem aggregatis. Roman. *consil.* 320. *Nec istorum. nu.* 2. *ver. cæterum.* vbi a-

3 post, dat concord. Marsil. *in rubr. ff. de fideiuss. num.* 179. Et *in singul.* 3 *ad hoc, vt ad carcerationem.* † Amplia; quia operatur fideiussio ex sui natura, quod fideiussor debet releuari indemnis à principali. So cin. *consil.* 244. *Considerata. in princip. lib.* 2. Castrens. *consil.* 472. *In*

4 *causa capture, col. pen. in fin. lib.* 1 † Et procedit etiam aduersus fideiussorem indemnitatis, & sic è conuerso; quia quicquid patitur creditor, tenetur illi fideiussor indemnitatis. Bald. *in l* 2. *col.* 2. *ver.*

5 *modo pœna. C. de sent. quæ sine certa quantit.* † Extende; quia fideiussio operatur, quod fideiussor ex natura fideiussionis debeat releuari, & conseruari indemnis pereius principalem, quãtumcunque hoc non fuerit promissum, neque expressum; quia tacite inest, etiamsi principalis esset clericus. *cap. peruenit, de fideiussor.* Bald. *in l. constitutionibus, in princip. C. de vsur.* plene Abb. *consil.* 60. *Quoniam satis. col.* 1. *lib.* 1. Marsil. *in rubr. de fideiuss. num.* 193. vbi, quod

6 magna esset iniquitas, quod fideiussor remaneret in damno. *l. si pro. ff. mandati.* gloss. *in authent. de fideiuss. in princ.* † Et hæc conseruatio indemnitatis importat, quod non solum debeat refici damnum emergens, sed etiam lucrum cessans. Bart. *in l.* 1. *C. de sent. quæ pro eo, quod interest.* Franc. *in c. laicus, de foro comp. lib.* 6. † Contrarium (& credo male) tenuerunt DD. tres Rotæ Florentiæ in motiuis 11. Martii 1556. vbi dicunt, quod si fideiussor indemnitatis soluit pro principali debitore annuum affictum grani pro pluribus annis, etiam facta protestatione ad quantiplurimi, non posset se valere de illo quantiplurimi cõtra principalem; quia principalis tenetur illum conseruare sine damno, & damnum est diminutio patrimonii. *l.* 3. *ff. de dæmn. infect.* & patrimonium nõ fuit diminutum, nisi in valore communi grani, tempore, quo illud præstitit. *l. pretia rerum.* vbi Bart. & alii. *ff. ad leg. Falcid.* sed si consequitur illud quantiplurimi, esset lucrum, & non damnum, quæ inter se differunt. *l. Proculus. ff. de damn. infect.* & quod promittens indemnitatem non dicatur promisisse lucrum. Alex. *consil.* 114. *Super eo, de quo quæritur, in pr. lib.* 3. sed forte melior est ratio, quod imo consequatur illud plus; quia ex illo pretio soluto pro grano habet iura cessa à principali creditore, cuius loco subrogatur, & sicut principalis consequi posset, ita eius cessionarius, cogita. Et

7 † nedum pro sorte, sed etiam pro damnis, & interesse. Bart. *in l. exceptionem. ff. de except.* Bald. *in l. consultationibus. C. de vsur.* per text.

8 *in c. peruenit, de fideiuss. ver. alio.* nam magna est iniquitas, si fideiussor est in damno. Alb. *cons.* 60. *Quando satis est.* Marsil. *in rubr. de fideiussorib. n.* 193. Bald. *in l. constitutionib. C. de vsur.* † Imo, quod prin-

9 cipalis teneatur versus fideiussorem etiam ad damna casu fortuito passa, consuluit Abb. *d. cons.* 60. *Quoniam satis. lib.* 1. *in princip.* Marsil. *in rubr. de fideiuss. nu.* 193. sed tamen Abb. *d. cons.* 60. intelligit, quando credebantur posse accidere. † Extende, etiamsi sibi nõ

10 sint cessa iura à creditore, cui soluit. Abb. post gl. *in c.* 2. *in ver. indemnem, de fideiuss.* quia hoc ex natura fideiussionis debetur, & etiam actione mandati, quando fideiussit præsente principali debitore. † Extende; quia si fideiussor compellitur ad soluendum

11 pro principali, potest officio eiusdẽ iudicis cõpellere eum, pro quo soluit, vt restituat, text. est *in l. cum vendente. C. vbi caus. fiscal.* & notant Dd. *in l.* 1. § *in fideiuss. ff. qui satisd. cog.* Anch. & Franc. *in c. cum laicus, de for. comp. in* 6. † Et talis sententia lata contra fideiussorem

12 potest exequi contra principalem, licet principalis non fuerit citatus. Castrens. *cons* 232. *In causa, quæ vertitur, in fin. lib.* 2. † Restringe in casu notabili, si testator mãdat, quod hæres eius fideiubeat pro Titio, quatenus soluere compellatur pro Titio, non repetit

13 ab eo solutum; quia in vltima voluntate censetur iussus, vt non repetat; secus si inter viuos. Alex. *consil.* 58. *Habita. n.* 13. *ver. & in notabili. lib.* 3. licet apostillibi, quod imo repetet. † Amplia; quia fi-

14 deiussio præstita per maritum de restituenda dote operatur, ne possit agi ad dotem ob vergentiam mariti ad inopiam, de quo articulo, an sit verus, Vide pro vtraque parte *in ver. Dos quando possit restitui ob inopiam mariti. Conclus.* 762. *num.* 8. *& multis seqq.* † Et

15 an fideiussor indemnitatis faciat cessare damnum, & restitutionem minoris læsi, quod non. Vide, *Restitutio in integrum, vt detur minori, qua constare, & probari debeant. Conclus.* 286. † Amplia, quia

16 fideiussor si soluit, agere potest contra principalem, etiam, quod indebitum soluerit, si fecit, quicquid potuit, ne condemnetur, vel cogeretur soluere. Bald. *in l. venditor. §. solet. ff. de hæred. act.* quia satis est, quod fuit coactus, vel condemnatus absque suo dolo, & totum istud negotium principaliter pertinet ad debitorem, ita Abb. *consil.* 60. *Quoniam satis abunde, colum.* 1. *lib.* 1. vbi dixit, quod hoc probatur ad litteram *in l. exceptiones. ff. de except.* Marsil.

17 *in rubr de fideiussor. quæst.* 24. † Extende, quia principalis debitor non potest excipere contra fideiussorem condemnatum soluẽtem, quod debuit excipere, quod prius conueniretur principalis; quia non tenetur, si non velit, ex quo habet mandatum ad

18 soluendum. Castrens. *d. consil.* 232. *in fin. lib.* 2. † Et vbicunque fideiussor bona fide soluit, & sine dolo, & coacte, libere repetit solutum à principali sine exceptione. Marsil. *in rubr. de fideiuss. quæst.* 24. *num.* 186. † Extende; quia si fecit fideiussor, quãtum po-

19 tuit, & sine culpa fuit per iniuriam soluere coactus, repetit à principali. Abb. *consil.* 60. *Quoniam satis, in princ. ver. quarto præsupposito. lib.* 1. † Extende, vt procedat etiam si soluit non vti fideius-

20 sor, nec vt liberaret reum, sed vt actionis cessionem obtineret à creditore; quia eo ipso, quod agit mandati, liberat reum. Bald. *in l. si pro ea. nu.* 6. *vers. modo circa istam. C. mand.* † Et an sola confessio

21 creditoris, quod fideiussor sibi soluit, probet solutionem; quod sic, & est communis * opinio. Iason post Alexand. *in l. duobus, in* * *princip. colum.* 2. *ad fin. ff. de iureiur. and.* Castrens. *consil.* 63. *lib.* 1. Felin. *in cap. si cautio, in fin. de fid. instrument.* Dec. *in l.* 2. *in fin. ff. si certum petatur.* Cæpoll. *consil. ciuili* 12. *per totum.* Vide Mascardum *Conclusio.* 783. *Fideiussor an probare debeat*, vbi citat pro vtraque parte. † Extende, etiam si fideiussio esset nulla, & obligatio prin-

22 cipalis nulla, vt quia facta est eo existente carcerato; quia si nihilo-

nihilominus de facto fideiussor fuit exactus, repetit à principali, quantumcunque sit nulla fideiussio, & obligatio. Affl. *decis.* 149.

23 † Extende, maxime, quando fideiussor erat obligatus ex instrumento habente executionem paratam; quia tunc habetur pro condemnato, & potest cõfiteri, & agnoscere bonam fidem, nec sibi imputatur. Alex. *consil.* 72. *Visis, & diligenter, nu.* 6. *lib.* 2. Marsil.

24 *in rubr. C. de fideiuss. n.* 293. infra *ver. restringe. n.* 72. † Contrarium a-

25 postill. tenet ad Alex. ibi *in verb. condemnato.* † Extende; quia fideiussor exactus per executionem factam contra eum, potest eandem executionem facere contra principalem. Bart. *in l.* 1. *ad fin ff.*

26 *iud. sol.* per *l. fin. C. de vsur. rei iud.* Amplia, † quia fideiussor de repræsentando delinquẽtem, qui fuit relaxatus sub pœna 500. si postea aufugit, & fideiussor citatus ad repræsentandum condemnetur in 500. postea bannitur in pœnam capitis reus cum confiscatione bonorum, tenetur fiscus releuare cum bonis confiscatis fideiussorem. Cuman. *cons.* 32. *in vltimo quæsito.* post Bart. *in l. capitis. ff. de fideiuss.* Ioan. And. *in addit. ad Specul. tit. de fideiuss. in addit. magna.* vbi, quod ex quo per publicationem bonorum sunt confusæ actiones fisci, non potest petere pœnam, vel si exegit, tenetur illũ

27 conseruare indemnem. † Declara; quia cautela est, quod si plus est in pœna promissa, quam in confiscatione, agat solum ad pœnam sine confiscatione; sed tu dicas hanc cautelam nihil releuan-

28 re; quia etiam si fiat confiscatio, non tenetur vlra vires. † Amplia; quia fideiussor agit contra principalem, etiamsi non soluit, si fuit condemnatus ad soluendum. Vide infra, *Restringe, quia fi-*

29 *deiussor, n* 72. † Extende; quia adueniente termino, potest agnoscere bonam fidem, & non tenetur tergiuersari. Affl. *decis.* 49. Cõ-

30 *uenitur fideiussor.* † Extende, etiamsi non appellauit à sententia; quia non tenetur appellare, quando fuit iusta, secus si iniusta, & sciebat exceptionem cõpetere. *l. si pro ea*, & ibi Bald. *C. mand.* Affl.

31 *dec.* 49. *Conuenitur fideiussor*, vbi alios citat. † Declara; quia fideiussor vt agat contra principalẽ pro expensis, non debet esse in cul-

32 pa iniustæ litis. Paris. *cons.* 104. *lib.* 3. † Extende, & ideo si iniustitiam passus est sine culpa, agere potest contra principalem. Bald.

33 *in l. si pro ea, in fin. n.* 15. *C. mandat.* † Amplia; quia fideiussor non agit contra principalem etiam condemnatus, quando non opposuit

34 exceptiones competentes. Abb. *cons.* 82. *in fin. lib.* 1. † Extende; quia in specie si fideiussor non repetit vsuras prohibitas per eum solutas, ad quas fuit condemnatus; quia non opposuit exceptionem quod vsuræ non essent debitæ. Alex. *cons.* 57. *in pr. lib.* 1. allegat gl. *in c. peruenit, de fideiuss.* quam dicit * communiter teneri per

35 Dd. Bart. *cons.* 82. *lib.* 1. *circa fin.* † Et vbicunque exceptio competens est necessaria, vel manifesta, & non fuit opposita per fideiussorem, non datur ei regressus contra principalem, maxime

36 † damnorum, & interesse passorum. *l. si fideiussor conuentus. ff. mandat.* Bart. *in l. inter quos, in fin. princ. ff. de damn. infect.* Bald. *in l. si man-*

37 *dauero. §. qui ædem. ff. mand.* † Extende; quia fideiussor mulctatus pro sua contumacia non repetit. Bart. *consil.* 82. *Punctus quæstionis.*

38 *n.* 3. *ver. super reliquis. lib.* 1. † Idem, si pro soluenda mulcta passus est

39 alia damna. Bart. *d. cons.* 82. *n.* 3. *in fin. ver. & eadem ratione. lib.* 1. † Idẽ in expensis litigandi; quia non debuit litigare. Bart. *d. cons.* 82. *n.* 3.

40 *in fin. ver. item assignatur, lib.* 1. † Idem, si fuerunt carcerati; quia debuerunt soluere, & pecunias ad vsuras recipere damno princi-

41 palis. Bart. *d. consil.* 82. *n.* 4 *col.* 2. *ver. deinde declarauerunt, lib.* 1. † Extende, vt procedat extentio, etiamsi fideiussor conuentus instituerit, vel notificuerit principali; quia per hoc non repetit. Alex.

42 *d. cons.* 57. *in pr. ver. & non videtur excusat. lib.* 1. † Extende; quia id, quod dicitur de exceptione sibi competente; quia si sciuit competere, & non opposuit non repetit. Alex. *d. consil.* 57. *in princ. lib.* 1.

43 † Extende, quia si mandatarius, qui recepit ad vsuras pro mandante, esset solitus fœnerari, nũ quam repetit vsuras solutas; quia

44 præsumitur, quod à seipso receperit, Affl *decis.* 91. *n.* 11. † Extende; quia imo etiamsi intimatio facta esset, non releuaret, si non opposuit exceptionem, quam sciuit fideiussor competere. Alex.

45 *d. consil.* 57. *in princ. ver. & non videtur excusatus. lib.* 1. † Extende idem in casu contrario; quia si fideiussor soluit, & nõ certiorauit principalem, qui soluit, non potest fideiussor repetere à principali, sed sufficit, quod principalis cedat ius repetendi fideiussori *d. l. fideiussor, in fin princip. ff. mandat.* quod intelligas, si commode cer-

46 tiorare potuit, & per eum non stetit, vt ibi. † Et in dubio fideiussor præsumitur ignorare pactum de non petendo, vel liberationem factam principali, *l. verius, ff. de probat.* ideo principalis debet probare scientiam fideiussoris, vt eum excludat, ne teneatur re-

47 leuare pro soluto. † Restringe, quia non tenetur excipere fideiussor circa ea, quæ sunt de apicibus iuris, sed solum de iis, quæ respiciunt factum, & facti veritatem, & substantiam. Bald. *in l. si*

48 *pro ea, num.* 13. *vers. venio ad secundam partem, C. mandati.* † Et ideo si non fouet ius in meritis, non tenetur allegare nullitatem processus. Cranett. *consil.* 179. *num.* 6. † Restringe, vt per Abbatem 49

consil. 60. *per tot. lib.* 1. vbi, quod non tenetur opponere exceptiones pudoris, vel turpitudinis, neque si esset periculum allatura exceptio, vel si contra potentem, vel si soluit rebelli, vel excommunicato, qui erat talis tempore fideiussionis; quia non tenetur opponere, quia inducit pudorem, vt reprobet, quod semel approbauit. † Restringe; quia fideiussor consequi debet releua- 50

tionem aduersus principalem, quando soluit vigore statuti, vel obseruantiæ de facto, etiamsi esset irrationabile statutum, licet nihil opposuerit; quia non tenetur hoc casu excipere. Alexand. 51

consil. 8. *in princip. lib.* 6. † Idem, quando soluit vsuras priuilegiato de facto; quia non auditur principalis excipiens, quod iniuste soluit. Alex. *d. consil.* 8. *nu.* 3. *lib.* 6. vbi idem in vsuris vsurarum, plenius idem Alexand. *consil.* 57. *Quoniam in quæstione proposita, num.* 3. 52

† Restringe; quia in casibus, in quibus necessario requiritur intimatio, vt in cuictionibus, si fideiussor condemnatus soluat non facta notificatione principali; tamen debet releuari à debitore, vt per * omnes *in l. emptorem. ff. de act. empt.* Alexand. *consil.* 67. *lib.* 3. * 53

& consil. 63. *ad fin. lib.* 6. † Ratio est; quia intimatio non est necessaria respectu principalis, ad hoc, vt fideiussor possit consequiid, quod soluit iure mediante, quia præcedit mandatum. Abb. *dict.* 54

consil. 60. *per tot. lib.* 1. † Declara tamen; quia si potuit commode certiorare, & non certiorauit, non repetit à debitore, qui soluerat; quia sufficit, quod cedat iura, vt repetat à creditore, qui bis 55

exegit, vt infra in fine *ver. extende.* † Restringe; quia si fideiussor etiam vltro soluerit creditori illius, pro quo fideiussit non facta intimatione principali, repetit à principali; quia habet actionem mandati à lege, *l. idemque. §. fideiussores, ff. mandat.* & sufficit confessio creditoris secundum * communem. Marsil. *in rubr.* * 56

fideiussor. quæst. 35. *num.* 265. † Restringe, nisi interuenisset instrumentum de soluendis vsuris, quia indistincte repetit fideiussor 57

à principali, qui iurauit. Alexand. *d. consil.* 57. *in princ. ver. & hic, quia præsupponitur. lib.* 1. Afflict. *decis.* 91. *n.* 10. † Restringe, quando fideiussor conuenitur de facto coram iudice incompetenti, & 58

compellitur soluere, & expectauit exequutionem; quia culpa & facto principalis adscribitur. Abb. *d. consil.* 60. *num.* 3. *ver. secus probatur, lib.* 1. maxime si diu stetit obligatus. † Idem, si ty- anno 59

quis soluerit non opposita aliqua exceptione. Abbas *d. consil.* 60. *n.* 4. *ver. quarto optime, lib.* 1. † Idem, si de facto fuit commissa exe- 60

cutio per Priores ciuitatis; quia non releuat, si excipiatur, quod non habebant auctoritatem; quia sufficit, quod essent in possessione iurisdictionis, & exceptio, quod non habebant dantes cõmissionem talem potestatem, non releuat; quia debet opponi, & quod non erant in possessione, ita Bart. *cons.* 82. *Punctus quæstionis, in prin. lib.* 1. vbi plena apost. *in ver. in possessione*, dat concord. † Idem, si commissio fuit, quod de facto procederet; quia fideiussor soluens repetit. Bart. *d. cons.* 82. *n.* 2. *lib.* 1. quia ipse soluẽs compulsus de facto excusatur. † Restringe, quando principalis promisit soluere certam quãtitatem cum conditione, vel sine, quia si fideiussor accedit eodẽ modo, & soluit, debet releuari à principali, siue bene sit condemnatus, siue non. Bart. *d. consil.* 82. *nu.* 2. *ver. præterea posito, lib.* 1. vbi, quod respectu sortis principalis promissæ, vt supra, si soluit, & iniuste condemnatus debet releuari, quia odio principalis est grauatus, & ibi apost. *in ver. ex alio.* † Re- 61 62

stringe, quia expensæ pro releuandis scripturis debent reficiBart. *d. consil* 82. *num.* 4. † Restringe pro sorte principali soluta, & damnis, & interesse, seu vsuris passis pro sorte ipsa soluenda. Bart. *d. consil.* 82. *num.* 4. *vers. idem dicunt se læsos*, vbi apostill. *in ver. iusta causa, & in ver. pro vsuris, lib.* 1. quæ dant concord. Roman. *consil.* 101. *Propositæ.* Abb. *consil.* 7 *col.* 3. *ver. venio ad tertium, lib.* 2. † Declara totam hanc materiam ex text. *in l. si fideiussor. ff. mandat.* vbi fideiussor soluens non opposita exceptione, quam sciebat competere, non repetit, si vero ignorauit exceptionem facti, vt quia principalis soluerat, vel habebat pactum de non petendo, repetit à principali; quia non potuit diuinare, ex quo principalis debuit fideiussorem certiorare hoc casu, *d. l. si fideiussor, §. si cum dator, l. si procurator, §. ignoranti, ff. mandati.* Abb. *dict. consil.* 60. & 85. *lib.* 1. † Limita; quia fideiussor regulariter non agit, antequam soluat contra reum principalem, quia ante solutionem non dicitur impleuisse mandatum. Bald. *in l. si pro ea, n.* 2. *C. mandat.* † Extende, vt idem sit in fideiussore dato alteri, vt fideiuberet; quia non agit, antequam soluat; quia est contractus innominatus, & cadit mandatum in hoc. Bald. *in d. l. si pro ea, n.* 12. *ver. undecimo quæro. C. mand.* † Extende; quia requiritur vera solutio, & quod de ea 63 64 65 66 67 68

constet. Soc. Iun. *cons.* 47. *n.* 5. *lib.* 3. † Extende in fideiubente sine mandato, quia non agit, nisi soluat prius Bald. *in d. l. si pro ea, in fin. C. mand.*

69 *C.mand.* † Extende, quia etiam non agit post solutionem, si solu-
ituit ante tempus: quia non repetit, nisi aduen ete tempore. Bald.
70 *in d.l.si pro ea,n.4.ver secundo oppono, C.mand.* † Restringe, quando
diu stetit in obligatione. Bald. *d.l.si pro ea,n.4.ver.tertio oppono, C.*
mandati, vbi *nu.5.* quod si diu stetit in obligatione conditionali,
71 non agit, secus, si pura. † Tempus 10. annorum dicitur diuturn-
72 num. Bald. vbi supra *n.12.* † Restringe; quia si deiussor condēna-
tus agit contra principalem; & idem, si habeatur pro condēna-
to, puta si obligatio fideiussoris habet executionem paratā. Bald.
d.l.si pro ea,n.7.ver.quarto quaro.C.mand. Alex. *cons.72. Visis diligenter.*
n.6.lib.2. vbi apost. *in ver.condemnato*, allegat Marsil. *in rubr. de fideiuss.*
n.293. licet dicat non esse verum, neq; seruari in practica. Bart.
& Alex. *in l.fideiussor pro euictione, ff. de fideiuss.* Ias. *in l.frater à fratre, n.*
73 *21. ff. de cond. indeb.* † Restringe, quando est periculum dilationis,
74 ne incidat in pœnam. Bald. *d.l.si pro ea,n.8. C.mand.* † Restringe,
quando non est condemnatus, sed est concluſum in causa, ita
quod debet condemnari; quia agit tunc, antequam soluat. Bald.
75 *d.l.si pro ea,n.9.ver.sexto quaro.C.mand.* † Restringe in fideiussore
indicii; quia est parata executio. Bald. *d.l.si pro ea,n.4. C.mand.* Re-
76 stringe † Florentiæ, quia ex forma statuti cauetur, quod quando
venit dies, possit agere cōtra principalem, vt eximat eum ab ob-
ligatione, *vt lib.2.rub.33.* vbi, quod lapsis 15. diebus post terminū
in obligatione contentum, potest agere, vt liberetur, & captura-
77 tur principalem in persona, & bonis. † Restringe cōtra reum, qui
78 male versatur. Bald. *d.l.si pro ea, in pr. C.mand.* † Idem, si reuertatur
ad primæuum bonum statum, quia ius quæsitū non perdit. Bald.
79 *d.l.si pro ea,n.10.ver.octauo quaro, C.mand.* † Restringe, quando est
conuentum, vt ad petitionē fideiussoris teneatur liberare. Bald.
80 *d.l.si pro ea,n.11.ver.nono.C.mand.* † Modus agendi, antequam sol-
uat, est, vt liberetur à fideiussione, & relcuetur indemnis. Bald. *d.*
l.si pro ea,n.6.ver.tertio quaro, C.mandat.

Fideiussor liberatur multis modis. Concluſ. 315.

1 FIDEIVSSOR † obligatus pro dote habens certum credi-
tum obligatum mōtis, pro sui releuatione, liberatur ope ex-
ceptionis, si mulier etiam tanquam tutrix filiorum exegit illud
creditū montis, & consumpsit pro filiis, & aliis; quia si agat con-
tra fideiussorem, exceptione submouetur. Castr. *cons. 62. Præsup-*
posito, vt dicitur, puncto, per tot. lib.1. vbi, quod sicut pro re stabili ex
hypotheca datur auocatio; ita pro credito hypothecato, & con-
sumpto datur personalis ad exhibendum, vel in factum ex illo
2 iure reali. † Amplia; quia fideiussores plures si sunt obligati, qui-
libet pro rata liberatur, si principalis soluat partem debiti, dan-
do bona in solutum; quia si nihil dicit, liberantur pro rata, si in
liberationem certi fideiussoris declaret, liberatur ille, pro quo fit
3 declaratio. Castr. *cons.317. Certum est, in princ. lib.1.* † Extende, vt
procedat, etiamsi datio in solutum fiat in contumaciam debito-
ris, & is, qui petit dari bona in solutum, protestatur, quod nullus
fideiussorum liberetur, quia adhuc poterit debitor declarare, &
liberare, quem velit ex fideiussoribus, quia contumacia debito-
ris non est circa hoc, sed circa dationem in solutum; ideo nō de-
bet nocere, nisi in eo, in quo se extendit contumacia. Castrens. *d.*
cons.317. in princ. ver. contrarium, lib.1. Vide Concluſ. prox. seq.

Fideiussor quando petere possit se liberari ab obligatione. Concl. 316.

1 FIDEIVSSOR † pro dote, & pro alia causa potest petere se
liberari à fideiussione facta ab eo, pro quo fideiussit, si princi-
palis passus est condemnationem, quia dicitur mutasse statum,
& tenentur releuare, & extrahere suos fideiussores ab obligatio-
ne, alias ipsi debent in contumaciam poni in' possessionem bo-
norum principalis contumacis. Bald. *cons.315. Factum tale proponi-*
tur, lib.4. Guid. Pap. *decis.117.* Afflict. *decis.241. in 2. quæsito.* quia di-
3 citur mutasse statum. Vide, *Fideiussio operatur multa. Concluſ.314.*
2 Vide, *Fideiussor liberatur multis modis. Concluſ.315.* † Extende multo
magis, quando ipse fideiussor fuit condemnatus ad soluendum.
3 Guid. Pap. *d.decis.117.* Afflict. *d.decis.241. in 2. quæsito.* † Extende,
quia si statutum dat aliquod remedium fideiussori condemna-
to ad soluendum, potest interim fideiussor agere contra princi-
palem, ac si esset condemnatus principalis, si habet fideiussor in-
strumentum executiuum. Bald. *in l.certum, C. famil. herciſc.* Petr.
de Vbald. *in repet. l. si fratres, ff. pro socio. in 8. part. prin. ver. secundo quæ-*
ro. Anton. de Canar. *de execut. instrum. q.45.* Alex. *cons.73. lib.2.* A-
retin. *in §. fin. Instit. de except.* vbi dicit, nunquam obliuiscendum.
Bart. *in l. fideiussor pro venditore. ff. de fideiuss.* † Amplia in fideiussore 4
tutoris, qui male cœpit versari; quia licet nō possit petere se exi-
mi à fideiussione durante tutela, bene potest petere sibi dari re-
leuatorem indemnitatis. Bald. *consil. 425. Quæstio stat in hoc, lib.4.*
quia conseruatio debet fieri eo modo, quo potest. Bald. *in l. si pro*
ea, n.11. ver. nono quæritur, C. mandati. † Extende; quia in omnibus 5
casibus, in quibus principalis incipit male versari, & est deteri-
or factus, potest fideiussor petere se liberari, ita Guid. Pap. *d.de-*
cis.117. Afflict. *d.decis.241. in secundo quæsito.* † Amplia, quia omnis 6
fideiussor potest obtinere quod eximatur à fideiussione, quan-
do post fideiussionem inter eum, & principalem, pro quo fidei-
ussit, superuenit inimicitia. Roman. *cons.459. In proposita consulta-*
tione, n.7. † Amplia, vt idem sit in fideiussore, qui diu stetit in ob-
ligatione; quia potest petere se liberari. Alexand. *in l. facere posse,*
ff. solut. matrim. Guid. Pap. *d.decis.117.* Afflict. *d.decis.241. in secundo*
quæsito. Vide Soc. *Reg.6. fideiussor, qui in fideiussione diu stetit.* vbi po-
nit pro regula, & ponit nouem fallentias, quibus non potest pe-
tere se liberari, licet diu steterit obligatus. † Limita; quia regula- 8
riter de iure communi non potest fideiussor agere contra prin-
cipalem, vt liberetur ab obligatione, *l. indebitum. ff. de cond. indeb. &*
l. si pro ea, C. mandat. Instit. de fideiuss. in princ. Marsil. *in rubr. de fideiuss.*
quæst.31. & quæst.39. gloss. & Bald. *in l. Lucius Titius. ff. mandat.* † Re- 9
stringe regulariter tribus modis, quando diu fideiussor stetit in
obligatione; secundo, quando principalis cœpit dissipare bona;
tertio, quando fideiussor fuit condemnatus ad soluendum de-
bitum, de quibus per Guid. Pap. *d.decis.117.* & Affl. *d.decis.241. in*
secundo quæsito, & supra in ampliatione, & tradunt Doct. & gloss.
in d.l. si pro ea, C. mandat. & in d.l. Lucius Titius. ff. eod. † Remedium, 10
quod datur isto casu, est, quod extrahatur de fideiussione de
consensu creditoris, & ipsi dentur alii fideiussores, vel si credi-
tor non vult consentire, debitor condemnetur fideiussori ad in-
demnitatem, quam præstat dando eidem fideiussori pignora,
vel alios fideiussores, qui promittant indemnitatem. Castrens.
consil.244. Viso supradicto, colum.2. in princip. lib.1. † Limita; quia 11
fideiussor condemnatus per laudum, vel alias ad soluendum
suo principali, pro quo fideiussit, certam summam, non potest
retinere summam, in qua fuit condemnatus prætextu, quod ve-
lit liberari à fideiussione facta. Alexand. *in d.l. facere posse, ff. solut.*
matrim. † Limita in fideiussore de euictione; quia licet diu stete- 12
rit in fideiussione; tamen si non venit euictio, non potest petere
se liberari. Afflict. *d.decis.241. num.4.* Caballin. *de euictio. §.2. num.*
19. Alexand. *in d.l. facere, ff. solut. matrim.* vbi dicit communem* o- *
pinionem. † Extende in omni fideiussore conditionali; quia li- 13
cet diu steterit in obligatione fideiussoria, non potest petere se
liberari; secus, si in obligatione soluendi, vt quia venit casus con-
ditionis. Afflict. *d.decis.241. num.4. vsque in fin.* † Limita in patre, 14
qui fideiussit pro restitutione dotis vxoris filii; quia non potest
petere liberari à filio, ita iudicauit consilium Neapolis, vt per
Afflict. *d.decis.241. in secundo quæsito.* Vide Concluſ. prox. præced.
& Concluſiones seq. Vide Socin. *reg.7. Fideiussor contra principa-*
lem. vbi, quod non potest petere eximi à fideiussione, antequam
soluatur, limitat quatuor modis.

Fideiussor liberatur ex nouatione facta cum principali, & quando secus. Concl 317.

FIDEIVSSOR † liberatur, si inter principalem creditorem 1
& debitorem est factum compromissum, & sequutum
laudum, super negocio, pro quo fideiussor tenebatur; quia ex
laudo oritur nouatio voluntaria. Bald. *consil. 77. Quidam D. Ga-*
leatius, lib.1. & consil.215. Quatuor fuerunt, lib.1. vbi, quod com-
promissum est transactio. † Amplia multo magis in tranſ- 2
actione, quia fideiussor liberatur. Bald. *dict. consil.77. lib. primo.*
† Amplia; quia si quis locauit molendinum pro centum, 3
recepto fideiussore à conductore, postea durante locatio-
ne vendidit molendinum cum pacto locationis, emptor a-
gens pro pensione contra fideiussorem succubuit, qui fuit
liberatus per alienationem factam durante locatione à die
venditionis, *l. nouatione, Cod. de fideiuss. l.1. Cod. etiam ob chi-*
rogr. pecun. † Extende idem, si conductor molendini, vel 4
alterius rei tenebatur soluere, puta quinquaginta staria
grani; & quia non soluit, & ab eo petebat locator ad ra-
tionem quantiplurimi conuenerunt, quod solueretur ad ratio-
nem libr. quatuor pro sextario; quia dicitur facta nouatio,
& liberatus fideiussor conductoris; quia est mutata species

eius,

eius, quod debebatur pro affictu quasi vendiderit locator granum conductori, & ipse pretium promiserit, *l singularia, ff. si cert. pet. l. licet, § quotes, ff. de iur. dot. l. aduersus, § 1. C de non numer. pecun.* & ita fuit iudicatum Florentiæ. † Extende idem, si fideiussor sit datus pro affictu rei, & dominus eidem conductori locet ad medium; quia fit nouatio, ex quo contractus locationis nouatur in societatem; id oliberatur fideiussor, *l, nouatione, C. de fideiuss.* Bald. *cons. 128. Factum tale proponitur, n. 1. & 2 lib. 2. & cons. 318. Practica Ciuitatis, n. 3. & seq. l. b. 1.* Socin, *cons. 21. Visis diligenter, n. 9 lib. 1.* Marsil. *in rub. de fideiuss. n. 98.* † Amplia in casu notabili, Petr. est creditor Greg. cum tribus fideiussoribus Greg. debitor vendidit possessionem Seio, quæ euincitur, Petr. creditor cedit Seio creditum suum pro defensione rerum emptarum, & ad petendum in casum euictionis, cessionarius cum debitore facit compromissum, secuto laudo non potest agere contra fideiussores. Bald. *cons. 215. per tot. lib. 1.* vbi relinquit cogitandum. † Amplia; quia si fiat nouatio inter debitorem & creditorem, liberantur fideiussores. Bald. *consil. 92. circa med. ver. an contrarium, lib. 3.* † Extende, quia siue fiat nouatio ipso iure, siue ope exceptionis, quantum ad principalem, semper fideiussor liberatur, *l. vbicunq; ff. de fideiuss.* & ibi Dd. apost. ad Abbat. *in c. constitutus de fideiuss. ver. & ad hoc.* † Amplia in tantum liberati fideiussores ex nouatione facta cum principali, vt si principalis possus sit executionem, & soluit pœnam maiorem promissam, censetur liberatus fideiussor ab obligatione pœnæ minoris pro eodem delicto, & eadem persona promissæ. Bald. *consil. 454. Quoad punctū. lib. 2. per tot.* secus, si ex alio delicto, vel pro alia persona. † Amplia; quia fideiussor pro conductore certi temporis liberatur, licet fiat prorogatio locationis inter locatorem & conductorem. Decian. *cons. 72. nu. 13 lib. 2.* qui videtur loqui in tacita prorogatione post primam locationem. *nu. 15. 16. & per tot.* † Declarat Alex. *cons. 72. Habita, lib. 6.* quia si obligatio fideiussoris est, quod per annum conductor soluet pensionem, si prorogitur locatio, bene liberatur, ne teneatur ad pensionem aliorum annorum; quia augeretur obligatio fideiussoris sine eo, sed non liberatur ab obligatione pensionis pro primo anno; quia semper est obligatus, & ista est veritas. † Extende, etiamsi data sit facultas partibus prorogandi tempus laudi, vel locationis; quia fideiussor liberatur facta prorogatione. Decian. *d. cons. 72. nu. 14. lib. 2.* † Et multo magis, si non sit data licentia prorogandi, & partes prorogarunt, liberantur fideiussores. *l. Labeo in princ. iuncto § fin. ff. de arbitr.* Alexand. *consil. 72. num. 2. vers. ad idem, lib. 6.* † Extende, etiamsi locator vendat rem locatam, & emptor cunctetur continuare locationem; quia fideiussor pro conductore liberatur, *d. l. nouatione, C. de fideiuss. l. 1. C. etiam ob chirogr.* † Amplia; quia delegatione debitoris facta creditori, pro quo datus erat fideiussor, liberatur fideiussores, plene Surd. *consil. 145. n. 14. & seq. lib. 1.* quod solutione liberantur, vel delegatione, quæ solutionis robur obtinet. † Extende; quia depositofacto per debitorem liberatur fideiussor, etiamsi depositum amoueatur. Surd. *cons. 145. n. 22.* Extende, † vt idem sit, quando aliqua res datur in solutum creditoris, quia licet euincatur postea; tamen liberatur fideiussor. Surd. *d. cons. 145. num. 23. & seq. per tot. lib. 1.* † Idem quando sit cessio cum datione in solutum; secus si cessio simplex; quia primo casu fit liberatio, secundo casu non. Dec. *cons. 99. n. 4.* Becc. *cons. 150. num. 35.* sequitur Petr. Surd. *d. cons. 145. n. 29.* † Amplia; quia solutione facta per principalem, liberatur fideiussor; quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. *Instit. quibus mod. tollitur oblig. § 1.* † Extende idem, quando creditor egit contra principalem, & obtinuit subhastari bona principalis, quæ sibi creditori tanquam plus offerenti fuerunt concessæ; quia non potest pœnitere, & velle satisfieri à fideiussore. Guid. Pap. qui pro vtraque parte arguit, & dicit pro hac parte fuisse iudicatum *decis. 348. Nobilis Petrus.* † Limita, quando fuit facta reseruatio in laudo, quod non censeatur facta nouatio, neque sint extincta iura primæua, si non pareatur laudo; quia si non est paritum, fideiussores nō sunt liberati. Bald. *d. consil. 77. ver. in contrarium. lib. 1.* vide infra *num. 37. ver. Extende, quia si creditor.* † Contrarium, quod iura sint reseruata inter debitorem, & creditorem nouantes citra præiudicium iurium primæ obligationis, & contra fideiussorem nihil releuent, quin sit facta nouatio, & liberatio fideiussoris; quia videtur protestatio repugnans, & contraria, quod nouetur principalis obligatio, & fideiussoria, quæ accessoria est, remaneat, *l. nouatione, ff. de nouat. l. nouatio. C. eod.* & protestatio contratia facto nō releuat. Bart. *in l. 1. nu. 16. C. de litis contest.* Ias. *in l. si quis extraneus, n. 8. ff. de acquir. haered.* facit Roman. *cons. 270.* Quia tenetur fideiussor de iudicio sisti solum ex principali petito, non ex incidenti postea nato. † Limita, quando adeuitur fideiussoria, vel coæqualis obligatio primæ; quia primi fideiussores per secundam fideiussionem non sunt liberati. Bald. *consil. 266. Proponitur, quod quidam, in princ. lib. 1.* † Declara vt infra *n. 38. ver. Extende, vt procedat.* † Limita in obligatione sociorum; quia primi socii non liberantur, neq; primi fideiussores, licet vnus ex sociis iterum se obliget, & etiam nouos fideiussores obligari faciat, Bald. *consil. 266. in princip. lib. 1.* Limita; † quia in præiudicium ciuitatis, & minoris, non inducitur nouatio, per quam communitas, vel minor in sui præiudicii liberasse dicatur primos obligatos, per accessionem nouorum fideiussorum. Bald. *d. cons. 266. in princ. lib. 1.* † Limita; quia per simplicem prorogationem termini factam principali, non liberatur fideiussor. Dyn. *consil. 11. Quæstio talis est, quod Benogius, per tot. latissime* Ias. *in l. 1. C. de iudic. num. 18. & seq.* pro quo plene distingue, vt per Dec. *consil. 93. circa fin.* Socin. *consil. 21 in fin. lib. 1.* Iason pleniſſime *in l. 1. col. penult. C. de iudic.* & quod per prorogationem termini cum principali non liberetur fideiussor. Abb. post alios *in cap. constitutus, in fin. de fideiuss.* Archidiac. *in cap. te quidem. 11 quæst. 1.* Bald. Angel. & Alexand. *in l. si vnus, § 1. in princip. per illum text. ff. de pact.* Rota *d. decis. 860. in antiquis*, quæ est *1. depositi*, pleniſſime Alexand. *consil. 72. Habita opportuna, lib. 6.* vbi pro vtraque, & hanc tuetur. † Et quod per prorogationem termini factam principali, non sit liberatus fideiussor, facit; quia terminus prorogatus est idem cum termino, de quo fit prorogatio, communiter † Canonistæ *in cap. de causis, de offic. deleg.* quod maxime procedit, quando non tendit in præiudicium tertii, vt declarat ibi Felin. & hoc casu ex prorogatione non grauatur fideiussor; quia ad commodiorem solutionem faciendam tendit prorogatio; ideo non debet minus teneri; quia inducta ad vnum finem non debent contrarium operari, *l. legat. a inutiliter. ff. de adimend. legat.* † Facit; quia prorogatio simpliciter facta intelligitur cum omnibus qualitatibus suis. Bart. *in l. 1. § & post operis. ff. de nou. oper. nunciat.* etiam quantum ad pœnam, *l. cum stipulatus sim mihi à Proculo, ff. de verb. oblig.* Cepoll. *cons. 8.* Vide, *Prorogatio simplex censetur cum omnibus pactis, & quando non. Concl. 922.* † Facit; quia per talem prorogationem non fit nouatio. Dd. *in § præterea, Instit. quibus mod. tollitur oblig.* Vide, *Nouatio quando & ex quibus inducatur, vel non. Concluſ. 119. num. 99. & multis seqq.* † Contrarium, quod imo ex sola prorogatione facta principali liberatur fideiussor, est text. *in l. si cum Hermes. C. locati, & in l. item quæritur, § qui impleto. ff. eodem.* vbi, si prorogatur terminus principali, fideiussor non tenetur, nisi expresse de nouo se obliget, & gloss. notat *in l. 2. C. de procur.* vbi, quod datus fideiussor de iudicato soluendo in causa principali, non intelligitur datus in causa appellationis, & in hanc partem per alia fundamenta inclinat Ias. *in l. lecta in 7. colum. ff. si cert. pet.* quam expresse consulendo tuetur Ioan. de Imol. *cons. 12. Viso quodam, in fin.* & idem post longam disputationem concludit Fulgos. *consil. 130. Matthæus Cimator.* † Declara; quia si ex prorogatione termini augeretur obligatio fideiussoris, puta quia principalis conduxit domum ad tres annos, & dedit fideiussorem, si prorogat locationem; tunc fideiussor liberatur; quia alias prorogaretur obligatio fideiussoria sine consensu fideiussoris. Abb. & alii *in d. cap. constitutus, de fideiuss.* late Iason *in l. 1. ad fin. C. de iudic.* vbi respondet fundamento, q. magnifaciebat *in d. l. lecta.* ad idem text. *in l. eum qui ita. § quinta stipulatus, il primo. ff. de verb. oblig.* vbi Ias. *nu. 3. versic. tertio nota,* & nouissime Dec. *in cap. præterea. de appellationibus*, & iste casus dicitur, quando erat obligatio limitata ad certum tempus, in quo tempore aduenient non tenetur pro vlteriori tempore, vt declarat Alexand. *consil. 72. Habita opportune, col. 2. lib. 6. & consil. 66. num. 6. lib. 7. versic. super tertio dubio.* † Secus, si per prorogationem termini obligatio fideiussoris augetur; quia tunc non liberatur fideiussor; quia ex ea non grauatur in aliquo, vt dicunt prædicti Doctor. & Alexand. *consil. 72. lib. 6. & cons. 66. num. 7. lib. 7.* & ita magistraliter declarat Socin. *consil. 21.* incipit, *Visis, & diligenter, colum. 4. in fin. lib. 1.* Capella Tholos. *decis. 181.* vbi a postill. Dec. *consil. 400.* & hanc distinctionem, per quam conciliantur opiniones, sequitur Marsil. *in rubr. de fideiussoribus. num. 89. ver. quæro sexto.* Franc. *in cap. 1. de iureiur. in 6.* & maxime; quia prorogatio est fauorabilis etiam fideiussori, & est ratio; quia etiam nulla facta prorogatione fideiussor est obligatus post tempus; ideo in nullo grauatur. Abb. *in cap. constitutus, in fin. de fideiussor.* Castrens. *consil. 103. Datur, quod d. Ioan. Paulus, lib. 2.* Alexand. *in dictis consiliis.* Dec. *consil. 93. Et pro tenui, in fine,* Socin. *consil. 21. Visis, lib. 1.* † Et licet aliqui dicant, quod immo haec prorogatio potest nocere fideiussori, quia potest contingere, quod sit principalis soluendo in primo termino, & non in prorogatione; tamen respondetur, quod hoc non præsumitur; quia quilibet in futurum præsumitur ditari, *l. fin. C. arbitr. tutelæ. l. cum.*

turæ, §. deficientium. ff. de muner. & honor. & maxime Florentiæ hoc procedit stante statuto *rubr. 33. lib. 2.* quod quilibet fideiussor postquam venerit tempus ad soluendum, & elapsis 15. diebus agere contra principalem debitorem, vt eum liberet; quia tunc debitor non posset opponere, quod creditor fecerit sibi dilationem; quia cum fecerit absque licentia, & consensu suo, non potuit in hoc præiudicare, licet non sit liberatus. † Contra declarationem videtur facere Dec. *consil. 93. Et pro tenui facultate*, vbi tenet, quod quædam D. Lisa, quæ in compromisso promisit in aliquo non cõtrauenire laudo ferendo per totum mensem Augusti, & dedit fideiussores, si postea eis ignorãtibus fuit facta prorogatio compromissi, non tenentur fideiussores, facit text. *in l. Labeo, la facunda, § 1. ff. de arbitr.* vbi fideiussores dati in primo compromisso liberantur facta prorogatione, & tamen non augetur obligatio fideiussoris. & procedit hæc liberatio fideiussoris, etiam quod à principio esset actum, quod posset prorogari; quia adhuc non sufficeret obligatio à principio simpliciter facta, sed necesse esset, quod fideiussores iterum se obligarent tempore prorogationis, alias non tenerentur. Alexand. *in l. dies cautionis, ff. de damno infect.* & ibi Castrensis. † Dicas, quod istud non est contrarium declarationi, sed conforme; quia si labitur tempus compromissi, extinguitur obligatio fideiussoris, & si protelaretur per prorogationem inducereturque augmentum obligationis; quia de extincta fieret prorogatio, quod esset augere obligationem; ideo nõ mirum est, quod non prorogetur; secus est, quãdo datur prorogatio termini adsoluendum; quia per lapsum termini non extinguitur obligatio; ergo prorogatio non auget, & non mirum, si fideiussor non liberatur, & sic remanet vera distinctio, & declaratio, quę in se est verissima. † Extende; quia si creditor in prorogatione termini facta principali debitori sibi reseruasset ius contra fideiussorem, quando nõ fieret solutio per principalem debitorem in termino prorogato, sed res intelligeretur esse, & restare in priori statu, & obligatione, quod posset facere creditor, secundum Bartol. *in l. si quis aliam, post princip. ff. de solut.* quia tunc debitore principali non soluente, illa prima obligatio fideiussoris remanet firma sine dubio, sequitur Iason *in l. 1. circa fin. ver. limita tamen duobus modis, C. de iudic.* Bart. & alii *in l. libera. C. de sent. & interloquut. omn. iudic.* Cæpol. *de cautel. 177. supra num. 21. ver. limita, quando fuit facta.* † Extende, vt procedat, q̃ non fiat prorogatio per simplicem prorogationem, quando non augetur obligatio fideiussoris, etiam quod in prorogatione dati sint noui fideiussores, absq; eo, quod principalis debitor promittat illud, ad quod tenetur; sed duntaxat dat fideiussores, qui promittant; quia non fit nouatio, & primi fideiussores non sunt liberati, sed eis secundi accedunt, argu. *l. si Titius. ff. de fideiuss.* vbi Bart. ita decidit, & ibidem Angel. *in ver. septimus casus.* & ibi Castren. *in fin.* idem Castrens. & Alexand. *in d. l. 4. § si ex conuentione, ff. de re iudica. nu. 8.* vbi Alexand. ad hoc citat Dyn. & Rayner. * Ripa ibid. *num. 7.* qui dicit * communem. Socinus *consil. 18. Prosequendo, colum. 5. vers. verum prædictis minime obstantib. & cons. 21. per tot.* *lib. 1.* vide supra *num. 23. vers. limita, quando adijcitur.* † Extende, etiam si debitor vltra prorogationem, & nouos fideiussores, vt supra, soluisset partem debiti; quia primi fideiussores non sunt liberati ab eo, quod restat debitor. Bart. *in l. Valerianus. ff. de præto. stipul.* per tex. *in l. fundum Cornelianum. ff. de nouat.* Socin. & alii supradicti. † Declara tamen; quia non potest fideiussor, qui prætendit se liberatum ex prorogatione, compelli ad soluendum, nisi lapso termino prorogationis. Alexand. *consil. 270. num. 1. lib. 6. & consil. 40. n. 1. & nu. 7. lib. 4.* facit *l. pacta nouissima, C. de pactis.* † Declara totam istam materiam; quia aut solutio est collata in diem cum fideiussore, & facta prorogatione solutionis non liberatur fideiussor; quia semper post terminum tenetur soluere, donec sit solutum, aut obligatio est facta in diem, videlicet vsque ad certum tempus, & per prorogationem temporis non prorogatur obligatio fideiussoris. Alexand. *consil. 72. Habita, n. 4. & seq.* vbi ponit exempla, promisit fideiussor, quod Titius trafficabit per annum certum exercitiũ, & in fine anni soluet centum, fit prorogatio trafici, extincta est obligatio, quod trafficabit, sed non est extincta, quod soluet centum, sic etiam *n. 5.* de fideiussore, qui se obligauit, quod Titius castrum custodiet per annũ, & in fine anni illud restituet, facta prorogatione liberatur fideiussor respectu custodiæ vltra annum, sed non respectu restitutionis castri; quia quoad custodiam fit nouatio, quoad restitutionem secus, sicque consideratur, an fideiussor obligetur causa limitandæ obligationis, & lapso termino liberatur, an causa differendæ solutionis, & non liberatur, repetit Alex. clarius *cõs. 66. In causa, n. 7. ver. super tertio, li. 7.* vbi, quod si obligatio est pura, & solutio in diem, censetur causa differendæ solutionis, secus, si obligatio esset cõditionalis, & non pura, & ad hoc citat apost. ad Alex. *d. cons. 72. n. 7. in ver. differendæ, li. 6.* Socin. *cons. 62. lib. 4.* & Bertrand. *cons. 188. Duo fuerunt. col. 1. lib. 1.* Vide plene Ant. Gabr. *lib. 3. tit. de fideiuss. concl. 3. Fideiussor an dicatur liberatus.* † Limita in dote promissa solui marito, & fratribus mariti, qui omnes se obligarũt pro restitutione dictæ dotis; quia si fuit soluta soli marito; quia liberauit soluentem, eueniente casu restitutionis omnes tenentur, licet omnibus soluta non fuerit; quia ex quo dos marito spectabat, censentur fratres pro marito intercessisse. Bald. *cons. 388. Factum tale est, lib. 3. per tot.* † Limita; quia fideiussores certi emptoris salis non liberantur, licet non idem sal consignetur, sed alius sal tradatur per venditorem emptori consentienti, quia non propterea sunt fideiussores liberati. Bald. *cons. 92. Gabriel Palanistius. lib. 3.* vbi pro vtraq; allegat, & dicit quæstionem dubiam, sed hanc veriorem, vbi, quod si soluitur aliud pro alio, & non liberantur fideiussores.

Fideiussor non liberatur per mutationem status sui principalis, & quando secus. Concl. 318.

FIDEIVSSOR † non liberatur per mutationem status sui principalis, pro quo promisit se facturum, & curaturũ, quod faciet, quando mutatio status prouenit post moram commissam fideiussoris. Baldus *consil. 435. Promittens se facturum, in princip. lib. 2.* Abbas *consil. 90. Circa primum, in princip. lib. 1.* Vide, *Fideiussor de repræsentando eum, qui punitus. Conclus. 321.* † Extende; quia principalis passus condemnationem; quia dicitur mutasse statum. Baldus *consil. 315. Factum tale, lib. 4.* † Amplia, vt procedat, etiam si mutatio status principalis debitoris fuit ante moram commissam ab ipso fideiussore, quando illud promissum ita potest impleri à principali debitore post mutationem status, sicuti ante. Bald. *dict. consil. 435. circa princ. ver. aut status fuit mutatus, lib. 3.* † Amplia; quia quando fideiussor est de repræsentando toties quoties, praxis est, quod licet præsentandus ex alio delicto imputatus liberet fideiussores, quando ipse reus fuit primo cõdemnatus; tamen secus est, quando primo citantur isti fideiussores, vt præsentent. Clar. *in § finali, quæst. 46. num. 22.* vbi, quod ita practicatur. Vide, Clausula, *toties quoties*, quid operetur. *Conclus. 353.* † Amplia; quia fideiussor pro Titio, qui conduxit lectos, non liberatur, licet lecti perdantur per rebellionem; quia casus nocet conductori, non locatori; ideo fideiussor non liberatur. Ioan. de Anan. *consil. 78. Visis, & intellectis*, vbi Bologn. *in addit.* † Extende maxime, quando res non periit; quia reperitur penes spoliatorem, quia agere debet conductor contra eum, licet etiam locator possit vendicare lectos suos locatos à quocunque occupante. Signor. *d. consil. 78. in fin.* vbi Bologn. *in addit.* † Amplia, quia fideiussor non liberatur ex impetratione iuris iniqui facta per suum principalem, qui non potest conueniri; quia debuit hoc cogitare. Signor. *addit. ad d. consil.* Ioan. de Anan. *78. in fin.* † Amplia; quia potest exigi pœna à fideiussoribus ratione contemptus iudicis, etiam si repræsentandus post terminum sponte se præsentauerit, licet quoad partem secus. Capic. *decis. 95.* qui dicit, quod expectandus euentus causæ. Amplia in eo, qui est tacitus fideiussor, prout vi eximens carceratum, vel consulens fugam; quia etiam si repræsentet eum, tenetur, & non liberatur. Boer. *decis. 217. num. 15. & seq.* † Amplia, seu declara; quia fideiussor statim potest condemnari, quando fideiussio est ad omne mandatum iudicis, alias de iure communi haberet sex menses. Clarus *d. § fin. quæst. 46. in fin. num. 23. vers. sed hic quæro.* † Limita; quia fideiussor non simpliciter, sed in eo, quod à principali non poterit exigi, liberatur, si creditor potuit exigere à debitore, & fuit negligens; quia præsumitur odio fideiussoris, qui remanet liberatus, *l. si fideiussores, in princip. ff. de fideiussor.* Ruin. *consil. 45. num. 5. lib. 5.* † Declara, vt non procedat limitatio in simplici fideiussore; quia etiam instante eo, si principalis non vult agere, fideiussor non liberatur, *l. si fideiuss. creditori. ff. de fideiuss.* Ruin. *d. consil. 45. nu. 5. ver. nec obstat. lib. 5.* † Limita, quando principalis debitor mutasset statum ante moram fideiussoris, & illud factum non potest impleri mutato statu, sicut ante; quia fideiussor liberatur. Bald. *consil. 435. ante med. ver. aut tale debitum, lib. 2.* Abbas *d. consil. 90. per tot. lib. 1.* Vide, *Fideiussor quando petere possit se liberari ab obligatione. Conclus. 316.* † Extende; quia fideiussor de præsentando delinquentem liberatur, si delinquens efficiatur clericus, vel monachus, qui coram seculari non potest præsentari, dummodo ante moram. Marsil. *in rubr. de fideiussor. num. 110. & seq.* vbi alia exempla. † Et dicitur ante moram commissam, quando post terminum assignatum fuit facta alia conuentio; quia licet mors sequatur post primum terminum, non tamen est mora commissa propter nouam conuentionẽ. Abb. *d. cons. 90. n. 1. vers. quod autem pœna non esset, lib. 1.*

16 Declara † tamen; quia in casu limitationis non potest fideiussor retinere aliquid habitum pro cautione; quia tenetur illud soluere, vel restituere. Bald. *cons.* 435. *circa med. ver. tamen eo casu, lib.* 2. De-
17 clara; † quia si quis promittit, quod Titius vendet suã possessionem in tali loco, si bona omnia dicti Titii, vel possessio promissa vendi confiscatur; licet fiscus velit vendere; tamen non tenetur emptor; quia imo sibi reddi debet pretium solutum, ex quo sua potest interesse potius emisse à priuato, quam à fisco. Bald. *d. cons.*
18 435. *post med. ver. nunc autem est videndum, lib.* 2. † Extende; quia fideiussor, quod Titius intra certum tempus faciet aliquod opus, quando est solum, quod curabit sub pœna, non autẽ, quod si non faciat Titius, faciat fideiussor, liberatur mortuo Titio ante morã commissam, tam ab opere, quam à pœna, propter impossibilita-
19 tem. Abb. *cons.* 90. *Circa primum per tot. lib.* 1. † Extende; quia etiam liberatur socius eius, qui susceptt opus ædificii; nam si promisit alius cum Titio perficere opus, & Titius ante moram commissam moriatur, liberatur socius. Abb. *d. cons.* 90. *col fin. vers. & ex iis, lib.* 1. vbi *in fin.* infert ad legatum factum alicui, si moratur cum hærede;
☞ quia debetur, cũ hæres sit mortuus, vel recuset, q; moretur. Vide, *Legatũ quando censeatur factum ad vtilitatẽ legatarij, vel potius tanquam*
20 *ministro. Concl.* 95. † Limita; quia fideiussor liberatur, si principalis ex alia causa imputatus de crimine fuit bannitus & cõdemna-
* tus, * communem dicit Clar. *in* § *fin. q.* 46. *num.* 22. *vers. quæro pone.*
21 † Extende, vt idem sit, si primo condemnetur ex illo crimine, pro quo fideiussit, quia liberatur. Clar. *dict.* § *fin. quæst.* 46. *num.* 22. *circa fin.* vbi, quod ita seruatur, & vide proximam limitationem.
22 † Contrarium tenet Bart. quem sequitur Bossius *tit. de carcer. fideiuss. relax. n.* 41. & pro hac parte videtur, quod fisco non possit iu-
23 dex præiudicare per processum inordinatum. † Declara; quia cauti iudices primo citant fideiussorem, antequam condemnent principalem ex illa, vel alia causa, & si fideiussor non repræsentat, compellitur soluere pœnam, postea pro delicto condemnatur
24 principalis. Clar. *in* § *fin. q.* 46. *num.* 22. † Extende, quando facto iudicis reus positus fuit in fugam; quia liberatur fideiussor. Marsil. *rubr. de fideiussor. num.* 71. *& seq.* Cephal. *d. consil.* 187. *num.* 5. Gabriel.
25 *d. cons.* 181. *num.* 20. *& seq. lib.* 1. † Extende; quia liberatur fideiussor, quando is, pro quo alius fideiussit, commisit homicidium, de quo non dubitatur, etiam si iudex dolo differret accipere accusationem. Gabriel. *dict. consil.* 181. *num.* 20. *& seq. lib.* 1. Calefar. *cons.* 87.
num. 47. *part.* 2. *inter consil. crimin.* Surd. *consil.* 38. *num.* 7. Mar. Anton.
26 Eugen. *cons.* 2. *nu.* 40. † Et procedunt prædicta, etiam si allegaret, quod nuncius citauerit à seipso, non de ordine iudicis; quia in
* contrarium est præsumptio, secundum * communem. Eugen. *d.*
27 *consil.* 2. *num.* 41. † Extende; quia liberatur fideiussor de repræsentando, si principalis in causa capitali inquiratur, vel cõdemnetur; quia si efficitur fugitiuus culpa iudicis inquirentis, fideiussor non tenetur; quia ineſt tacita clausula, *rebus sic stantibus.* Marsil. *d. rubr. de fideiussor. n.* 150. *& seq.* & quod sufficiat sola commissio noui delicti per principalem, vt liberetur fideiussor, Cephal. *consil.* 187. *per totum.* & quod sola inquisitio, vel citatio. Thobias Nonius *consil.*
103. *lib.* 1. Gabriel. *d. cons.* 181 *lib.* 1. & alii, quos citat Farina. *quæst.* 34.
* *num.* 54. *& seq.* vbi *num.* 85. dicit * communem, Bonacossa in suis
28 *communibus opin. crim in ver. Fideiussores tenentur. fol.* 71. *pag.* 1. † Contrarium, quod imo requiratur conditio, vt liberetur fideiussor,
** communem * dicit, & magis * communem Farinac. *dict. quæst.* 34. *nu.* 59. *& seq.* vbi etiam in seq. declarat, quando fideiussio est præstita pro vno delicto, vt si superueniant alia noua indicia, de eodẽ delicto teneatur, licet principalis nouum delictũ commiserit, & sit inquisitus; si vero noua indicia non subsunt ex primo delicto, liberetur ex secundo, & hanc partem tenet Signorol. *consil.* 118.
29 *Quædam Richelda, per tot.* † Vide pro contrario text. *in l. sed & si quis. ff. si quis cautionib. in pr.* quia pro sola accusatione nõ liberatur fideiussor, nisi sit condemnatus, vel bannitus, & ibi hoc communiter
* tenent * Doctores, vt affirmat etiam Gabriel. *consil.* 181. *num.* 20.
lib. 1. allegat Alberic. *de statut. part.* 4. *quæst.* 64. & alios, & idem *in l. si*
* *decesserit. ff. qui satisdar. cog.* & ita Ias. & * omnes *in d. l. sed & si quis ff. si*
* *quis cautionib.* vbi etiam Bart. & * omnes, & est text. *in l.* 1. *C. de fide-*
30 *iussor.* † Declarat tamen Gabriel. *dict. consil.* 181. *num.* 20. *& seq. lib.* 1. illud procedere coram alio iudice; secus si coram eo, coram quo accusaretur capitaliter, vel saltem, si coram eodem iudice, dicit procedere, quando nõ constat de delicto capitali; quia inhumanum esset velle eum debere constitui, & inuehitur contra iudices, qui ex dolo differunt inquirere. Eugen. *consil.* 2. *nu.* 38. *& seq. &*
31 *con. l.* 67. *num.* 35. *& seq. & consil.* 68. *num* 20. *& seq. lib.* 1. † Ista declaratio non est vera; quia sumitur ex Bartol. *in l.* 4. § *finali, in princip. ff. de cust. reor.* qui loquitur in alio casu, non isto, bene dicit, quod text. *in dicta l. sed & si quis*, procedit, quando principalis commisit nouum delictum post fideiussionem, & ex eo conuenitur; secus, si pro delicto præcedenti. † Declarat secundo *num.* 27. *& seq.* 32
idem Gabriel. *d. cons.* 181 *lib.* 1. quod, licet data fidantia per Principem debeat constitui accusatus, vel condemnatus, * secundum *
communem, de qua Angel. *in l. si decesserit. ff. qui satisdar. cog.* tamen debet intelligi quoad reum, non quoad fideiussores iam liberatos per exceptionem, sed ista declaratio non releuat; quia reus
non est obligatus, si capitaliter condemnatus est. † Declarat 33
Bart. *in l.* 4. § *fin. in princ. ff. de custod. reorum.* vt citatus, vel inquisitus de delicto cõmisso ante fideiussionem capitali, bene liberet fideiussores; secus, si pro delicto cõmisso post fideiussionem; quia
non liberantur. † Declarat Ias. *in dicta l. sed & si quis, ff. si quis cautio-* 34
nibus, ex mente Moder. quia si fideiussio est de sistendo in iudicio reo liberatur fideiussor per mutationem status principalis, pro
quo fideiussit; quia impossibile est, quod sistat; si vero certa pœna est promissa, si non sisteret, tunc bene committitur, per *l.* 1. *C. de fi-*
deiuss. † Sed, si fideiussio est absoluta non ratione primi, vel alte- 35
rius delicti pendentis, nihil dicit; ideo magis * cõmunis opinio *
tunc tenenda videtur. Cartar. *in tract. de exequut. sentent. capitul. anni-*
to, cap. 1. *n.* 472. *& seq.* Bertazol. *cons.* 500. *n.* 6. *& seq. lib.* 2. † Restrin- 36
ge, quando adesset affectatio, vt quia principalis deliquisset, vt liberarentur fideiussores; quia non liberantur eo casu, Marsil. *rub.*
ff. de fideiussorib. num. 152. *& sequent.* † Limita; quia fideiussor dere- 37
præsentando aliquem liberatur, si ipse fuit condemnatus in pœnam capitis, & confiscata sunt illius bona; quia ex quo fiscus est
loco hæredis, liberatur fideiussor, siue bona confiscata sufficiant, siue non. Cuman. *consil.* 32. *Inculpatus D. num.* 2. *ver. vltimo videndum.*
† Extende, vt imo sola accusatio pro crimine capitali excusetfi- 38
deiussores. Hieronymus Gabriel. *consil.* 181. *num.* 21. *& seq.* † Limi- 39
ta; quia fideiussores liberantur, quando constat de innocentia repræsentandi, vt non possit puniri, etiam si adsit clausula, *totes, quoties*; quia obligatio censetur semper restricta ad causam. Hier.
Gabriel. *d. consil.* 181. *in princip.* † Limita, quando supernenit nouã causa; quia sunt liberati, ex quo intelligitur obligatio, quando
res in eodem statu permanet. Gabriel. *d. consil.* 181. *num.* 5 *& seq.* vbi
multa adducit. † Declara omnes limitationes, vt non proce- 41
dant, quando iudex iussu Principis faceret saluum conductum repræsentando, ita vt nisi pro causa, pro qua dati sunt fideiussores, molestabitur. Gabriel. *d. consil.* 181. *num.* 27. *vsque in finem.* † Li- 42
mita; quia mutatione status principalis liberatur fideiussor. Marsil. *in rubric. ff. de fideiussor. num.* 110. *quæst.* 11. *cum seq.* † Limita, 43
quando repræsentandus fuit captus ex alia causa, & aufugit; quia fideiussores etiam cum clausula, *toties, quoties*, sunt liberati. Afflict.
decis. 130. *per totam.* Vide, *Fideiussor de repræsentando committit pœnam,* ☞
si requisitus non præsentat, & quando secus. Conclus. 322. † Extende idem 44
multo magis, quando pro ista causa fuit carceratus, & aufugit.
Afflict *dict. decis.* 130. † Contrarium est verum; quia * communis 45 *
opinio est, quod non liberatur fideiussor semel præsentando, vt dicit Vrsillus addendo ad *d. decisionem Afflict.* 130. qui tamen videtur saluare Afflict. vt procedat, quando curia cepit malefactorem, qui aufugit; quia videtur liberasse fideiussores, tamen non
firmat. Tu vide omnino Marsil. *in rubr. de fideiussor. nu.* 142. *cum seq.*
vt si captus à iudice ex alia causa, & aufugit, non liberetur, quando adest clausula, *toties, quoties*, imo neque si fideiussor protectus fuit, imo neque si ex eadem causa, si esset carceratus, & aufu- 46
gisset. † Sed bene dicit liberati fideiussores, quando captus aufugit culpa custodis salariati, vide eum; quia ponit multa pulchra. Vrsill. *ad dict. decisionem Afflict.* 130. & idem Marsilius *in rubr.*
ff. de fideiussor. num. 143. *in fin.* quia custos est fideiussor pro carcera- 47
to, & si aufugiat culpa alterius fideiussoris, alter liberatur. † De-
clara; quia fideiussor obligatus simpliciter repræsentare aliquem, si repræsentauit, & aufugit, liberatur; si vero est obligatus repræsentare toties, quoties, non liberatur per vnam præsentationem, sed bene liberatur per binam præsentationem, secundum alios, vt tollatur infinitas, licet alii teneant contra; quia illa ver-
ba, *toties, quoties*, important infinitatem. Marsil. *dict. rubr. de fide-*
iussor. nu. 138. *& seq.* si vero fideiussio fit de præsentando aliquem
sine termino, vel de sistendo in iudicio; sed est in voce tantum, expirat lapsis quatuor mensibus. Marsilius ibidem *num.* 141. † Li- 48
beratur fideiussor de iudicio sisti, & iudicatum soluendo per-
ipsum duorum mensium, si actor destitit prosequi litem, & litis
contestationem, ex *not. in l. fideiussor. C. de fideiussorib.* † Declara ta- 49
men, vt non procedat, quãdo fideiussio esset simpliciter præstita, vel in causam sequestri, vel alterius causæ perpetuæ; quia tunc est
iam est perpetua. Abb. *cons.* 23 *Videtur dictum per tot. lib.* 1. vbi, quod
ista lex deuiat à regulis iuris, & stricte in suis terminis tenenda, non extendenda. † Limita; quia regulariter fideiussio extingui- 50
tur

tur extincta principali obligatione, *l. Græce. in fi. ff. de fideiussor.* Abb. *consil. 22. num. 2. ver. sed cessat obligatio, lib. 1.*

Fideiubere obligatus qualiter liberetur. Concl. 319.

1 OBLIGATVS † fideiubere tenetur præstare fideiussorem idoneum in loco contractus. Vide supra, *Fideiussor in quo loco* 2 *dari possit. Conclus. 301.* vbi limitatur. † Item dare fideiussorem idoneum facultatibus & facilitate conueniendi debet. Vide, *Fi-* 3 *deiussores idonei qui dicantur, vel non. Conclus. 331.* † Et non sufficit, quod fideiussor se obliget de facto, sed debet obligatio eius esse 4 *facti*, & iuris effectum habere, vt *d. conclus. 331.* † Si tamen certum fideiussorem promisit, qui non velit fideiubere, vel sit mortuus, sufficit, quod æque idoneum præstet loco promissi. Alexand. *cons.* 5 *60. Consideratis ijs, num. 5. & 6. libr. 5.* † Si fideiussor sit præstandus in venditione pro euictione, debet fideiussor talis generaliter, & quoties euinceretur res vendita, se obligare iuxta naturam eui- ctionis *l. 1. cum ibi not. ff. de euiction.* & quantumcunque duo vendant, ex quo defensio est indiuidua, debet fideiussor obligari in solidum, iuxta tex. & eius rationem *in l. cum ex causa duplæ. ff. de verb. obli.* Socin. in terminis *consil. 200. num. 3. lib. 2.* ideo si promitteret limitare, vel conditionaliter, non valeret fideiussio, & obligatus non liberatur; quia non satisfecit promissioni. Bald. *in l. si quidem. Che exception. & in authen. ingressi. n. 7. C. de sacrosan. Eccles.* Alexand. *nell. 3. num. 5. lib. 1.* Socin. *consil. 251. col. 4. lib. 2.* Ias. *in l. final. num. 142. & chirne emphyt.* † Si tamen obligatus præstare fideiussorem ex dispositione legis illum præstitit, qui non erat idoneus, vel effectus est non idoneus, tenetur, & compellitur alium idoneum præstare officio iudicis; quia hoc dictat æquitas, & mitius cum lege, quam cum homine agitur. Alexand. *consil. 60. Consideratis ijs, nu. 5.* 7 *infin. & num. 6. ver. nec obstat l. is, à quo. lib. 5.* † Contrarium in fideiussione promissa ex contractu; quia si semel fuit præstitus fideiussor ab obligato ex cõtractu, liberatur, ne vlterius possit compelli ex- tam prætextu, quod non esset idoneus à principio; quia recipiens talem fideiussorem, censetur approbasse. Alexand. *dict. cons. 60. in* 8 *princip. & num. 6. vers. sed quando ex contractu, lib. 5.* † Declara restrictionem; quia si non erat idoneus fideiussor à principio, & recipiens sciebat, vel scire debebat; quia tenebatur se informare, sibi præiudicauit, quia censetur approbasse; quia paria sunt scire, vel scire debere, si vero ignorauit; quia reputabatur idoneus, & non erat, vel quia præstans fideiussorem dixerit, quod erat idoneus, vel dolose deceperit; quia tunc bene tenetur alium præstare, alias nõ, ita plene Alex. *d. consil. 60. in pr. ver. solum restat, cum seq. li. 5.* vbi di- cit * communem conclusionem esse, quando ignorauit, sed in- telligi de ignorantia in casibus prædictis, non de ignorantia sim- 9 pliciter. † Imo; quia controuersa est opinio, an is, qui ignoranter recepit fideiussorem non idoneum, possit iterum petere, quod detur fideiussor alius idoneus, & Bart. & aliqui tenent, quod non, sed solum potest petere damna, & interesse ab eo, qui tenebatur præstare idoneum, & dolose, seu persuasiue præstitit non idoneum; alii vero tenent contrarium, quos in conflictu citat Alexan. *d. consil. 60. num. 2. ver. sed melius probatur, & n. 3. & 4.* tandem Alexan. ibi *nu. 4. vers. sed certe, lib. 5.* conciliat, quod si debetur ex contractu bonæ fidei, & ignoranter receptus est, potest peti alius; si vero ex contractu stricti iuris, debetur, si ignoranter receptus est, non te- netur alium præstare; quia solutione etiam deteriori tollitur obli- gatio, & sic non potest agi primæua actione, sed de dolo ad inter- 10 esse, si dolus interfuit, vel actione in factum. † Extende; quia i- mo si obligatus ex contractu fideiubere, fideiussit idonee, sed postea fideiussor est effectus non soluendo, non tenetur obliga- 11 tus alium præstare. Alex. *d. cons. 60. num. 5. vers. plus dico, lib. 5.* † Re- stringe, vt non procedat in eo, qui recipit, siue scienter, siue igno- ranter rem sibi debitam; quia sibi non præiudicat, quin possit a- gere ad interesse. Alexand. *d. cons. 60. num. 5. versic. præterea lib. 5.* In- 12 fert † propterea Alexand. ex prædictis regulis, quod obligatus fideiubere ex contractu, vel à lege, secundum singulos casus præ- dictos potuit iurari suspectus, vel non, prout singuli casus dispo- nunt, quod sit liberatus, vel non. Alexand. *d. consil. 60. in fi. ver ex ijs* 13 *infertur, lib. 6.* Vide, *Cautere obligatus qualiter liberetur. Conclus. 173.*

Fideiussor semel liberatus quando reincidat in obligationem, vel non. Concl. 320.

1 FIDEIVSSOR † semel liberatus beneficio sententiæ, non re- incidit in obligationem ex noua lege facta contra reum prin- cipalem. Baid. *cons. 396. Fideiussor beneficio. lib. 2.* Marsil. *in rubr. ff. de fi-* 2 *deiussor. num. 93. versic. pro istis.* † Extende; quia non reincidit in ob-

ligationem, etiam si fiat statutum, quod absolutus per sententiam iterum reddat computa. Marsil. *d. rubr. de fideiussor. num. 212.* vbi et- iam extendit in criminalibus, & plures allegat. † Amplia; quia fi- 3 deiussor de repræsentando carceratum, si eum repræsentat, tollitur obligatio, neque reincidit in obligationem. Fulgos. *consil. 154. Super eo. ver. in secundo.* Vide, *Fideiussor de repræsentando cõmittit pœnam si non repræsentat, & quando secus. Conclus. 322.* † Extende in fideiussore de iudicio sisti, vel iudicato soluẽdo; quia lapsa instantia, vel lata sententia, licet appelletur, liberatur, & non reincidit in obligationem. Aloys. de Albert. *singul. 123.* † Amplia; quia desertio ap- 5 pellationis, quæ incidit ratificationem, licet noceat principali negligenti, non tamen facit reincidere in obligationem fideiussores; quia negligentia principalis non nocet fideiussoribus. Ant. de Butr. *consil. 18. num. 2. versicul. hoc supposito.* † Amplia, quia liberato 6 principali debitore semel, liberatur e iam fideiussor, neque rein- cidit in obligationem, licet iterum principalis obligetur cum eo- dem sine consensu fideiussoris. Ioan. de Imola *consil. 12. in fine.* Dec. *consil. 107. per totum.* † Extende, quia habens turrim, vel fortali- 7 tium in custodiam sub fideiussione de custodiendo, si consignat alteri ministro iussu domini, liberantur fideiussores, nec reinci- dunt in obligationem, licet dominus restituat postea fortalitium, vel turrim eidem, qui dederat fideiussores, inscijs fideiussoribus. Signorol. *consil. 221. In quæstione præsuppositæ, per tot.* † Amplia; quia 8 fideiussor pro principali vsque ad certum tempus locationis, fini- to tempore ita liberatur, vt non reincidat in obligationem, licet principalis vltra tempus perseueret in conductione. Ias. *in l. 1. n. 18.* *ver. considera duos casus. C. de iudic.* † Amplia; quia fideiussor alicuius 9 qui tenetur reddere administrationẽ negocii, si semel liberatur; quia principalis fuit absolutus per sententiam, non reincidit in obligationem, licet iterum principalis ex noua causa molestetur super eisdem computis, & forte cõdemnetur; quia fideiussor non tenetur. Bart. & alii *in l. fin. ff. de pact.* † Extende, vt procedat etiam, 10 quando reuisio fit de præterito contra principalem; quia non no- cet fideiussoribus semel liberatis, vt declarat Fulg. *d. l. fi. ff. de pact.* Restringe, † quando in sententia reuisionis computorum, per 11 quam absoluitur principalis, adesset reseruatio; quia tunc ex quo fideiussor nititur ex sententia habente reseruationem, non dici- tur liberatus, si vigore reseruationis iterum condemnetur. Socin. *cons. 91. n. 7. lib. 4.* † Contrarium dicit Soc. *d. consil. 91. per tot. lib. 4.* in 12 fideiussore iudicatum solui; quia si fertur sententia absolutoria, liberatur, & licet reseruetur facultas reuidendi; tamen ex quo re- seruatio est odiosa contra eus, non reincidit fideiussor, & * dicit * communem. † Declara; quia si fideiussor liberatus est facto suo, 13 non potest reincidere in obligationem, à qua semel est liberatus propter factum, vel delictum principalis, sed quando est libera- tus, quia tenetur factum principalis allegare; tũ bene debet cum sua causa, & sic potest reincidere, prout factum debitoris requirit Ias. *in l. 3. § si is. pro quo. ff. quod quisque iuris, in fi.* vbi post multas solu- tiones hanc tenet, quæ videtur contraria Soc. tamen Curt. Iun. ibi *n. 10. & n. 13.* dicit hanc declarationem * communem. † Restrin- * ge, quando ratione erroris in prima calculatione condemnate- 14 tur; quia error non inducit liberationem. Menoch. *de arbitr. casu 209. lib. 2.* † Amplia; quia fideiussio præstita de reficiendis expen- 15 sis in iudicio nullo contra filium familias, & sententia lata nulliter liberatur fideiussor, neque reincidit in obligationem, licet pater appellet pro filio. Ant de Butr. *consil. 18. col. 2. in princ. vsque ad nu. 3.* vbi extendit etiam stante statuto, quod deserta instantia senten- tia exequatur; quia debet intelligi quoad principales litigantes, non quoad fideiussores. † Extende, quia fideiussor de expensis 16 pro minore in iudicio nullo facto sine legitimatione personæ, ex quo iudicium est nullum, & omnia nulla; non tamen obligatur ex pronuncia, vel statuto, quod legitimatæ sint personæ; quia sta- tutum intelligitur quoad principales litigantes, & in eorum præ- iudicium, non quoad fideiussores, non potest loqui, quando mi- noris persona, vel filiifamilias persona reintegratetur; quia esset impossibile, & absurdum. Ant. de Butr. *consil. 18. colu. 2. ver. non ob-* *stante pronunciatione, per tot.* † Amplia; quia si mercator habens ob- 17 ligatum Titium in suo libro pro mille, & pro dicto credito ha- bens fideiussores, describat in facciata contra scripta eundem de- bitorem, creditorem, etiam si à tertio sit facta solutio, liberatur principalis, & fideiussores, non attento, quod principalis ex alia causa in aliis partitis sit debitor, ita Ioan. de Imola *d. consil. 12.* & Dec. *consil. 107.* *per tot.*

Fideiussor de repræsentando eum, qui punitus post ea in capite, vel condemnatus fuit, ad quid teneatur. Concl 321.

1 FIDEIVSSOR † de repræsentando eum, qui postea fuit condemnatus in capite, non tenetur ad aliquid; quia interesse est inæstimabile; & ideo debet addi certa pœna ad hoc vt teneatur, Cuma. *consil.32. Inculpatus D. in prin.* vbi, quod tutius est addere
2 pœnam arbitrariam in fideiussione. † Amplia; quia ex quo pœna corporalis pro alio solui non potest, non valet vlla fideiussio, vel obligatio pro alio circa pœnam corporalem. Rom. *cons.15.n.2.* vbi, quod neque lex, vel statutum obligans vnum pro alio potest habere locum in pœna corporali, sed ciuiliter intelligendum est, & ita late Marsil. *in rubr. de fideiussoribus*, vbi pro vtraq; parte allegat; sed dicit hanc mitiorem, quod nõ valeat obligatio fideiussoris in
3 pœnam corporalem, licet contraria sit verior. † Limita; quia bene tenetur fideiussor ad pœnam mulctæ. Cuman. *d. consil.32. ante med. ver. tutius tamen est.*

Fideiussor de repræsentando committit pœnam, si requisitus non præsentat, & quando secus. Concl. 322.

1 FIDEIVSSOR, qui † promisit repræsentare aliquem, quoties requireretur, sub pœna, si fuit requisitus ad repræsentandum, & non repræsentauit, potest condemnari in pœnam promissam. *l. magis. C. de contrahen. & committen. stipulat.* Oldr. *consil.302. Hæ sunt*
2 *breues, in princ.* † Vide tamen Oldrad. *consil.303. in princip.* qui dicit, quod quando ista obligatio est sine certa die, sed quoties fuerit requisitus, quod talis promissio habet aliam diem a lege appositam. *l. sancimus. C. de fideiussor.* quæ si non est assignata, debet duplicari, & assignari. Vide plenius, *Termino assignato, si expirauit, quando*
3 *duplicari debeat, vel non. Concl.72.* † Declara plene, vt per *decis. Pedemont.49. in fin.* quia si quis debet repræsentare intra octo dies, lapso termino, vt incurrat moram, debet dari alia dilatio similis; secus, quando adesset iuramentum; quia *d. l. sancimus.* non habet locũ. † Imo, quod talis promissio de præsentando aliquẽ intra octo
4 dies debet intelligi, si promittens intra illum terminum fuerit interpellatus, alias, si non fuit interpellatus, lapso termino liberatur. Castr. *cons.68.* refert, & sequitur Bauer. *tract. de mora in 14. limit.* quod est menti tenẽdum. Vide infra; quia stante iuramento hoc
5 non habet locum *d. dec. Pedemont.49.* Boer. *cons.22.* † Amplia; quia fideiussor de repræsentando nõ liberatur, si fiat repræsentatio per alium, vel ad alium finem; quia non sufficit à quocunque id fieri, nisi idem effectus sequatur Bald. *consil.307. Verba Dyni lib.2.* Affl. *dec.130.* Lucas de Penna *in l. si quis decurio, col.4. ver. solutio. C. de decurio. lib.10.* Roma. *in l.2. §. in fideiussorem, col.2. ver. ponatur etiam, quod*
6 *talis promissus. ff. qui satisd. cogant.* † Extende; quia ratione contemptus potest exigi pœna, etiam si post terminum se constituerit. Gram. *decis.95.* qui loquitur, quando ab euentu causæ succubuit, sed bene hoc dicunt Rom. *consil.510. num.9. in fi. & seq.* Iason & alii
7 *in l. stipulatio ista, §. alteri. num.10. ff. de verb. oblig.* † Restringe, nisi debens repræsentare protestetur, quod est carceratus, & non vult teneri amplius; quia siue ob eam causam sit captus, siue ob aliam, liberatur. apost. ad Rom. *consil.137. ista promissio*, quæ allegat Ioan.
8 Andr. *in addit. Spec. tit. de accusation. § sequitur, in ver. exceptionem*, quã opinionem sequitur Roman. *d. consil.137. in fine.* † Amplia; quia regula est, quod vbi non est dies certa, vel etiam est certa, sed cum clausula, *ad beneplacitum superioris*, non committitur pœna, si non
9 est facta interpellatio ad repræsentandum *d. dec. Pedem.49.* † Contrarium, quod imo si dies est certa, & pœna, etiam quod dies sit variabilis ad nutum creditoris; tamen committitur pœna. Boer.
10 *cons.22. in prin.* † Exrende; quia nunquam mora incurritur, quan-
11 do dies non est certa. Boer. *d. consil.22.* † Extende, etiam si dies adesset certa, sed causa finiendæ obligationis. Boer. *d. consil.22. in fin.*
12 Restringe, † vt non procedat, quando adest dies & pœna, vel dies & iuramentum; quia non requiritur interpellatio; quia iuramentum semper interpellat *d. decis. Pedem.49.* Boer. *d. cons.22.* Am-
13 plia, † quia fideiussor de repræsentando, toties, quoties non liberatur, licet semel præsentauerit. Vrsill. ad *decis. Afflict.130.* vbi di-
* cit* communem, allegat Marsil. *in rubr. ff. de fideiuss. num.103.* apost.
14 fin. ad *sing. Mathesil.177. Nota, quod fideiussor.* † Extende, etiam si captus fuit ex alia causa, & aufugit sine culpa custodis, secus, si culpa
15 custodis, vt dicunt Afflict. & Vrsill. *dict. decis.130.* † Extende, quia clausula, *toties quoties*, etiam in aliis contractibus, puta in compromisso, quod pœna toties, quoties committatur, rato manente
16 compromisso semper operatur. Fulgos. *consil.111. per tot.* † Restringe, si fuisset captus ex eadẽ causa, pro qua datus est fideiussor, &
aufugit, quia liberatur tunc fideiussor, & ita bis fuisse iudicatum Afflict. *d. decis.130.* & vide Lucam de Penna pro vtraque parte *in*
l. si quis decurio. C. de decurio. lib.10. † Quid, si fideiussor non fuit re- 17
quisitus, vt repræsentet, sed iudex debitorem repræsentandum capi fecit, & dum esset in carceribus, aufugit, an sit fideiussor liberatus. Affl. *in rubr. de fideiuss. col.3. & decis.130. per totam.* vbi casus, quod liberatur; quia videtur recessum à fideiussione, & ita saluat
Afflict. vbi Vrsil. in addit. vt sit speciale, quando fuit captus, *nu.2.*
ver. sicut. posset dici. † Extende; quia neque liberatur, si bis repræsen- 18
tauerit; quia tenetur toties, quoties. apostil. ad Rom. *cons.15. Plura*
sunt, in ver. bina, vbi, quod est communis * opinio. † Contrarium * 19
quod si bis repræsentauit, non teneatur vlterius ad tollendam infinitatem. Roman. *d. cons.15. circa fin.* vbi apostill. dat plures concord. in princip. *in ver. bina.* & Roman. ibi in fine dicit opinionem Angel. pro ista parte in iudiciis obseruari, prout existimat Angel.
in l. oratione. ff. de ferijs. Alexand. *cons.145. lib.2.* Vide, Clausula, *toties,*
quoties, quid operetur *Conclus.353.* Vide Anton. Gabriel. *lib.7. tit. de* 20
criminal. Conclus.15. Promittens repræsentare toties, quoties. † Amplia;
quia obligatus repræsentare aliquem in carceribus tenetur realiter, & præsentialiter præsentare intra carceres, alias non liberatur. Bossius *tit. de carcer. fideiuss. relaxar. nu.36.* plenius Farinac. *q.34.*
num.20. & sequent. vbi si prætori præsentet, non libera ur, nisi ipse
pro bona acceptauerit. † Extende; quia sicuti fideiussor ad præ- 21
sentandum in vno loco non compellitur in alio, ita è conuerso, si fideiussor non præsentat in loco conuento, non liberatur, licet in
alio præsentauerit, Farinac. *dict. quæst.34. num.171.* † Amplia; quia 22
obligatus repræsentare aliquem sub pœna ad omne mandatum iudicis; quia obligatio est incerta, clarificanda ex iudicis requisitione, sicuti non potest compelli, nisi iudex compellat, ita non
potest liberari repræsentando, antequam iudex requirat, vt se- 23
uetur æqualitas. Rom. *cons.137. Ista promissio*, vbi, quod si fieret ante requisitionẽ, fieret in cõgruis loco, & tempore. † Contrarium 24
dicit tenere Ioan. Andr. quem sequitur in illo casu idem Roman.
d. consil.137. in fin. vbi apostil. pro vtraque parte dat concord. † Li-
mita; quia si est obligatio simplex de repræsentando, tunc bene liberatur facta repræsentatione, ita vt non reincidat in obligatio- 25
nem. Fulgos. *cons.154. Super eo. vers. in secundo.* & est text. *in l. duos §. si*
ff. de tureur. vbi glossa, & Doctores, vbi, quod si semel præsentauit, est liberatus. † Restringe, quia limitatio procedit, quando
quis promisit repræsentare absentem; secus, si præsentem; quia 26
tunc intelligitur, donec finiatur iudicium. Castrens. *in l.2. §. fin. ff.*
qui satisd. cogan. † Restringe, quando iumus in licentia de eundo
ex carcere, & redeundo, fideiussio non consumitur in vna vice, prout in carceratis stinchiatum Florẽtiæ, qui relaxantur cum cathena, vt possint ire, & negociari; quia fideiussor tenetur, donec
ille effectus consumitur, vt dictat statutum dictæ Curiæ. Ias. *in l.*
duobus. §. si ei. & in l. duo rtio. §. quod in anno, ad fin. ff. soluto matrimon. 27
Limita; † quia fideiussor de præsentando, sicuti liberatur mor-
te naturali præsentandi; ita etiam liberatur morte ciuili, si est cõ-
demnatus in pœna capitali; quia, si post condemnationem requiratur ad repræsentandum, non tenetur, Sign. *consil.118. Quæ-*
dam Richelda, per tot. maxime *ver. deinde capio primũ*, & ista est magis
communis * opinio, quod requiritur condemnatio capitalis. Far. *
quæst.34. num.59. & sequent. Extende, † quia talis fideiussio non 28
cõtinet pœnam capitalem, etiam si fideiussor de repræsentando voluit teneri de omni pœna; quia capitalis non includitur. Sign.
consil.118. in princip. Roman. *consil.11. & cons.15. circa princip.* vbi apostilla. † Limita, quia obligatus repræsentare aliquem toties, quo- 29
ties, liberatur, si lapsa sunt tempora ad agendum contra talem, pro quo fideiussit; quia si statutum dengat audientiam contra
principalem, liberat etiam fideiussorem, ne teneatur repræsenta-
re. Roman. *consil.15. in fin.* vbi apostilla *in ver. teneatur*, citat Tiraqu.
de retract. lignag. §.1. glossa 10. num.34. plene Gabriel *cons.181. in prin.*
lib.1. † Extende; quia clausula, *toties, quoties*, apposita in fideiussio- 30
ne ex certa causa, restringitur ad causam. Gabriel. *dict. consil.181. in*
princip. lib.1. † Imo, quod in dubio, si non est facta relatio ad 31
causam, præsumatur. Gabriel. *dict. cons.181. num.3. ver. secundo etiam*
circumscripto. lib.1. vbi *n.18. & seq.* quod clausulæ generales in præ-
torijs stipulationibus restringuntur; quia præter æquitatem ter-
minat, ne quis decipiatur, vel obligetur, vltra quam credidit.
Declara † tamen, quia in omnibus casibus, in quibus quis pro- 32
mittit repræsentare aliquem, & patitur damna, & interesse, vel
soluit pœnam; quia repræsentandus aufugit, fideiussor habet ob-
ligatum repræsentãdum ad omnia damna, & debet ab eo relevari indemnis. † Limita in fideiussore de iudicio sisti; quia lata sen- 33
tentia liberatur. Math. *d. sing.177. Nota. Q. fideiussor.* † Extende, etiã 34
si fuit

si sit dictum, *toties, quoties*. Cremen. *singul. 11. si quis promisit*. vbi limitat, nisi adesset dictio, *quandoque, & omni tempore*. Vrsil. in addit. ad Affl. *dec. 130. n. 2.* † Restringe; quia clausula, *toties, quoties*, operatur, vt licet fideiussor semel repræsentauerit, nihilominus teneatur iterum repræsentare, neque sit liberatus. Alex. & Ias. *in l. duob. §. 1. ff.* 36 *de usur.* Alex. *cons. 145. lib. 2.* † Contrarium tamen attestantur seruari Afflict. *decis. 130.* Grammat. *cons. 66. n. 60. & 64.* quos sequitur 37 Gabr. *consil. 181. n. 15. lib. 1.* † Limita; quia is, qui fuit relaxatus sub fideiussione de se repræsentando; quia non constabat de delicto contra eum, non debet reuocari ad carceres, nisi superueniant noua indicia. Clar. *in §. fi. q. 46. n. 10. ver. hæc autẽ relaxatio*, vbi, quod 38 est arbitrarium iudici. † Extende; quia paria sunt, quasi absoluere rebus stantibus, vel liberare cum cautione de se præsentando; quia communiter à tali absoluto datur hæc cautio. Clar. *§. fin. qu.* 39 *6. n. 2.* Vide, Clausula, *toties, quoties*, quid operetur. *Conclus. 353.* Vide, *Fideiussor quando liberetur per mutationem status eius, pro quo fideiuit. Conclus. 318.*

Fideiussio, quod quis ex domo non recedet, quando committatur. Concl. 323.

1 FIDEIVBENS † pro Titio, quod ex domo, siue alio loco sine licentia non recedet, committitur, si recessit, seu exiuit de domo vel loco sine licentia. Vulpell. *cons. 139. per totum*. vbi, quod licet redierit, commissa est pœna propter contemptum, & hanc communem * dicit Farinacius *quæst. 30. num. 76.* Bertazolius filius *consil. patris 80. littera A. lib. 1.* Riminald. Iun. *consil. 135. num. 22. &* 2 *seq.* quod est insertum *in 2. tom. crim. consil. 82.* † Contrarium; quia si rediit, non sit pœna commissa. Roman. *consil. 193. in fin. & per tot.* quia nihil interest. Carrer. *in praxi, de indit. & tortura. §. vidi tertium iuditium, num. 30.* sequitur Roderic. Suarez. *in tract. de fideiussorib. in* 3 *causa crimin. num. 32. in fine.* Hercul. *caut. 50. num. 17.* † Declara; quia venor est opinio Vulpelli, quando rediit nonstatim; secus, si stat-4 im. Grammat. *consil. 57. in princip.* † Declarat Grammatic. *decis. 95.* quod ab euentu causæ principalis erit liberatus, vel non; sed tamen dicit, quod potest exigi ratione contemptus à iudice, sed nõ 5 à parte. Declarat † Farinac. *quæst. 30. num. 77.* quia solet compositio fieri in dimidia, propter controuersas opiniones, & ita Romę obseruatum asserit; quia quod teneatur ad totam pœnam, est nimis rigorosum, quod liceat contemnere iudicem, non est admit-6 tendum, & adducit similia. † Declara; quia in mere conuentionalibus pœna committitur, licet non interfit, in prætoriis vero, & iudicialibus secus, *Pedemont. decis. 70. nu. 7. & per totam*, vbi pro vtraque parte; & ita declarat; si ergo fideiussio ista de iudicio sisti, & non recedendo, est prætoria, vt dicit Roma. *d. consil. 193. in princip.* non committitur pœna, nisi interfit, & reddit rationem; quia 7 prætoriæ fundantur super meræ æquitate. † Declara; quia aut pœna est adiecta loco interesse; & non debetur vtrunque, quia est contra æquitatem, vt *l. apud Celsum. §. Labeo. ff. de doli excepti.* aut opposita est pœna loco contemptus, vt si non pareatur committatur pœna; & tunc vtrunque debetur, & per repræsentationem non cessat pœna, ita declarat glossa *in authent. de iudicib. §. quia vero in ver. & mulcta. colum. 6.* Roman. *consil. 310. num. 9. in fin. cum seq.* Iason *in l. stipulatio ista. §. alteri, num. 10. vers. quinto nota. ff. de verb. ob-** *lig.* & * ibi omnes. Vide eundem Iasonem *in l. 2. §. fi n. 15. & seq.* vbi ponit regulam, quod pœna debeatur etiam facta repræsentatione, quando ob contemptum, & limitat sex modis. *ff. eod. tit.* adde Barbar. *consil. 45. vers. item, quia dicta pœna. lib. 4.* Corn. *cons. 153. in pr.* * *lib. 3.* Parisi. *cons. 54. lib. 1.* Ripa *respons. 9. lib. 2.* Dec. *in l. cum proponas. in fin. C. de pact.* & hanc communem * dicit Vulpell. *de treuga. & pace, quæst. 64.* vbi, quod ratione contemptus imposita videatur, vbi et-8 iam multos pro contraria, quod non noceat interesse. † Et dicitur ob contemptum, quando ex inobedictia læditur alius, quam stipulator, prout iudex. Grammat. *decis. 95. nu. 2.* vbi alios citat. Ad 9 † prædicta, vide forte, an sit differentia, quod quis non recedet, vel quod alter eum repræsentabit; quia recedendo delinquit faciendo, quod grauius est, non præsentando delinquit, non faciendo, quod leuius est, sicque facilius purgatur mora, prout Doctores dant exemplũ in emphyteuta, qui cadit; quia alienauit faciendo, vel quia cadit eo; quia non soluit, & sic negligendo, de quo plene Iason *in l. si mora. num. 22. ff. soluto matrim.* postea reperio, quod Rimin. Iun. *consil. 135. in prin. & n. 22. & seq.* dicit, quod etiam si esset iniuste captus, si fideiubet de non recedendo, committitur pœna, sed Farinac. in suo *tract. crimin. q. 30. in 1. limitat. n. 61. & seq.* maxime *n. 65. & seq.* comprobat, quando est iuste captus, secus, si 10 iniuste, † Solue, quia imo non factum resoluitur in delictum facti, quando incidit in contemptum iudicis. Angel. *cons. 72. Statuto antiquo, n. 2. vers. tertio quia.* Anch. *cons. 158. n. 17. iuncto cons. 148. Apud antiquos.* vbi, quod contumacia semper habet contemptum, pro quibus vide plene Iason. *in l. 2. § fi. n. 4. ff. de verb. oblig.* vbi declarat, quando non factum habeatur pro facto affirmatiuo, vel negatiuo. † Extende; quia obligatio, & pœna de non offendendo exigi- 11 tur sine interesse; quia est potius ratione contemptus, quam interesse, plene Vulpel. *de treug. & pace, q. 64.* vbi dicit * communem. *
† Amplia, vt idem sit, quod committitur pœna, quando fideius- 12 sor promisit, quod non recedet de loco assignato, maxime, quãdo recepit eum in custodiam. Farinac. qui plures citat *d. quæst. 30.*
† Limita; quia vbicunque duo promittuntur pro vna intentione 13 finali, si per vnum satisfit intentioni in totum, licet per alterum non fiat implementum, non committitur pœna. Rom. *d. cons. 193. vers. secundo principaliter, & per totum.* sequitur Grammatic. *decis. 95. num. 2. & 3.*

Fideiussio pro principali sorte non comprehendit accessoria, & augmentum pœnæ, & quando secus. Concl. 324.

REGVLA † est, quod fideiussio est stricti iuris; & ideo non 1 potest extendi vltra verba stipulationis. *l. blanditus. C. de fideiuss.* Alexand. *cons. 34. Viso instrumento, in princip. lib. 2. l. fideiussores magistratuum. §. 1. ff. de fideiussor.* vbi gloss. magistralis *l. si fideiussor. Cod. eodem.* & est communis * opinio, vt late per Marsil. *rubr. de fideiussor.* * *num. 91. ver. vlterius quæro, cum sequ.* vbi *num. 95.* dicit * communem. *
Extende; † quia fideiussor pro officiali Reipublicæ non obliga- 2 tur ad pœnam maleficii. *l. fideiussores magistratuum, in princip. ff. de fideiussor.* Alexand. *consil. 34. in princip. lib. 2.* Roman. *consil. 507. In casu, colum. 2.* † Extende; quia fideiussor obligatus pro sorte non te- 3 netur ad pœnam augmentatam ob moram principalis, vel contumaciam. *l. si ff. de fideiussorib.* Roman. *cons. 507. In casu, per totum.* vbi apostilla *in ver. obligationem*, dat plures concord. & idem in fideiussione de iudicio sisti. Roman. *consil. 270. Pro decisione, in fi.* † Extende; quia fideiussor pro sorte non obligatur pro vsuris Alexan. 4 *dict. consil. 34. in princip.* Negu. *de pignor. part. 2. membr. 4. num. 47.* † Extende; quia etiam si fideiussor de euictione simpliciter præstitus 5 teneatur ad damna, & interesse, secundum naturam contractus. Castrens. *consil. 23. lib. 1.* tamen, quando in promissione se restrinxit solum ad restitutionem pretii, vel alias limitate se obligauit, non tenetur ad aliud. Vide plenius supra, *Fideiussor ex quacunque causa. Concl. 308.* † Amplia; quia fideiussor tutoris non tenetur ad 6 ea, quæ debet tutor ex iuramento in litem. Castrens. *consil. 124. In causa, quæ vertitur, in fin. lib. 1.* † Amplia; quia, quod dicitur de fide- 7 iussore, habet locum in principali, qui hypothecauit bona pro certa summa, quia si augetur ob contumaciam, hypotheca non augetur. Roman. *d. cons. 507. per tot.* vbi, quod valet argumentum de hypotheca accessoria ad obligationem ad fideiussionem, & è conuerso. † Amplia; quia fideiussor pro aliquo delinquente de 8 soluendo omnem pœnam non tenetur ad illud, quod crescit ex contumacia non soluentis, vt puta, si pœna duplicatur; vel quadruplicetur, si non soluit in certo termino, glossa, & ibi Bald. *in l. 2. ff. de in litem iurando.* Bart. *in l. si qua pœna. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris.* Afflict. *in repetit. l. nemo carcerem. Cod. de exactor. tribut. lib. 10.* col. 2. Declara, † & limita, vt per Ias. *in d. l. 2.* quam legit cum prima. 9 *ff. de in litem iurando.* † Limita multis modis, de quibus Marsil. *dict.* 10 *rubr. de fideiussor. num. 95. & seq.* vbi adducit multos text. ex quibus certis casibus fideiussor tenetur ad pœnam auctam, vel augmentum obligationis principalis, pro quo fideiussit, quos videas. † Li- 11 mita; quia si constat de mente, etiam fideiussio secundum mentem extenditur, & comprehendit, Alex. *d. cons. 34. n. 3. & 8. lib. 2.* ♋ declara, vt per eum *cons. 28. lib. 1.* prout etiam restringitur ex mẽte Alex. *cons. 134. col. pen. vers. & nedum. lib. 1.* † Extende; quia obligatio 12 facta per fideiussorem pro societate ad certum tempus obligatur ad omnia, quæ ex dicta societate debentur per eum, pro quo facta est fideiussio. Alex. *d. cons. 34. per tot lib. 2.* † Extende; quia etiam 13 in contractibus stricti iuris attenditur mens, & etiam id, quod est verisimile ex mente, videlicet, quod ad accessoria voluerit obligari. Alexan. *d. consil. 34. num. 7. lib. 2.* † Contrarium apostilla ibi ad 14 Alexan. *in ver. verisimile*, vbi, quod imo verisimile est, quod non se obligauerit in plus, quam verba importent, vbi respondet ad cõtraria, quod loquuntur in fideiussione simpliciter præstita, puta pro dote; quia tenetur pro accessionibus, ita Ias. *in l. centum Caputæ, col. 7. & 8. ff. de eo quod certo loco.* Negusan. *de pign. in 2. parte, in 4. mem. n. 56. ver. vera est ergo. & ver. septimo amplia.* † Extende; quia obliga- 15 tio fideiussoris censetur in omnem causam obligationis principalis. Alexan. *d. cons. 34. num. 5. lib. 2.* communem * dicit Castillion. *

consil. 29. n. 9. & seq. ver. caterum. vbi, quod comprehendit omnem obligationem, causam, & executionem etiam personalem, quæ fieri potest contra principalem, vt etiam fiat contra fideiussorem
16 obligatum in omnem causam etiam respectu vsurarum. † Extende; quia fideiussor, quod finita societate inita per sex annos socius redder bonam rationem, comprehendit casum, etiam si ante tempus per mortem socii finiatur. Alexand. d. consil. 34. num. 6.
17 lib. 2. † Extende; quia fideiussor accedens contractui censetur obligatus etiam ad vsuras, damna, & interesse. Bart. in l. solutum, §. si in sortem, ff. de pignor. act. Castill. d. cons. 29. num. 9. versic. caterum, cum
18 seq. † Contrarium tenet gloss. per illum textum in l. quæro, ff. locati. Vide supra, Fideiussor ex vna causa, & coram vno iudice non tenetur co-
19 ram alio. Conclus. 304. † Idem in fideiussore venditionis pro securitate emptoris; quia secundum naturam cõtractus censetur obligatus ad damna, expensas, & interesse. Castr. cons. 23. lib. 1. l. si seruum, §. videamus, ff. de verb. oblig. l. quæro. ff. locati. Crauet. consil. 45. n. 6.
20 Quidam homines patriæ. † Declara; quia non obligaretur ad ea, quæ solo officio iudicis ex mora petuntur; quia nõ esset tutum in præiudicium tertii trahere retro. Negus. de pignor. in 1. memb. 5. partis, n.
21 10. & seq. † Limita; quia si p vulnere sit pœna centum, pro homicidio mille, & is, qui vulnerauit, det fideiussorem de vulnere, de quo imputatur, & contingat vulneratum mori, tenetur fideiussor ad mille, si tempore fideiussionis vulnus erat mortale, alias ad
* centum, & ita * communiter teneri dicit Clar. in fin. quæst. 46. n. 21.
22 vers. sed quæro. † Contrarium videtur tenere Marsil. in rubric. de fide-
23 iussor. num. 211. † Limita; quia fideiussor simpliciter fideiubens pro mallario pignorum, vel alio officiali, tenetur vltra sortem ad pœnas, quas commisisset ille, qui se male gessit in officio, l. quæro, ff. locati, l. 1. ff. de in lit. iur. Bart. & Ial. in l. si centum Capuæ, ff. quod certo lo-
co. Vide Conclus. prox. seq.

Fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo ad quæ teneatur. Concl. 325.

* FIDEIVSSIO † de iudicio sisti importat, quod principalis, pro quo promittitur, quod sistet, non sit contumax, & non committitur, nisi fideiussor fuerit requisitus facere, vt sistat in iudicio, & sit contumax; alia vero iudicatum solui requirit, quod fuerit iudicatum, alias non potest committi, ita Alex. cons. 210. Reuer. Pater, nu. 8. & 9. vers. alia etiam ratione, lib. 2. vbi, quod requiritur in se-
cunda iudicatum solui, quod etiam res sit liquida. Vide, Fideiussio de iudicio sisti in quib. differat à fideiussione de iudicato soluendo. Concl. 328.
2 † Fideiussor de iudicato soluẽdo tenetur soluere, quicquid fuerit per sententiam iudicatum; quia videtur se referre ad sententiam. Boer. decis. 314. per tot. & decis. seq. Bart. in q. 3. Perusine ciuitatis, in prin.
*3 vbi dicit * communem. † Extẽde; quia fideiussor de iudicato soluendo tenetur, etiam si sententia sit lata contra principalem absentem, & indefensum, pro quo fideiussit. Bart. d. q. 3. nu. 2. vers. secundo probatur sic. & plenius in solutione ad dictam quæstionem 3. in princ. vbi videtur dicere, quod sufficiat condemnatio princi-
4 palis, siue præsentis, siue absentis, siue sit debitor, siue non. † Natura huius fideiussionis est, quod propterea non fit prorogatio iurisdictionis, si iudex est incompetens, etiam si dictum sit, quod promisit parere mandatis iudicis, coram quo fideiubet. Marsil. in l. si quis ne quæstio, n. 18. & 19. ff. de quæst. quod declara, vt per eund. sing.
5 227. Pro datione. † Item, quod licet quis promittat factũ alienum, videlicet, quod alius stabit iuri, & iudicatum soluet; intelligitur tamen fideiussor talis promittere se facturum, & curaturũ. Castr. & Ias. in l. quoties, ff. de verb. oblig. & in l. stipulatio ista, in pr. ff. eod. & contra eum potest fieri executio pro iudicato. Bart. in l. 1. ff. iudic. solui. & forma fideiussionis attenditur ad obligãdum fideiussorem. Bart.
6 in l. quæro. ff. locati. † Amplia; quia fideiussor, qui se obligauit dare, & soluere pro Titio, quicquid iudicatum fuerit, tenetur etiam facere depositum, ad quod Titius fuit condemnatus. Angel. consil.
7 208. Andre. Signini, in pr. † Amplia; quia præcise tenetur ad omnia, ad quæ condemnatur principalis in illo iudicio; & ideo excussio facta contra principalem, etiã eo non citato, illi præiudicat. Dec. in l. 2. n. 52. C. de edend. & licet in alio fideiussore condemnato principali non agatur sine nouo processu contra fideiussorem; secus est in fideiussore de iudicato soluendo. Iac. de Beluis. in sua praxi,
8 tit. de criminoso remisso, n. 16. & seq. † Contrarium, quod fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo, non teneatur, nisi facta excussione contra principalem eo citato. Ruin. cons. 98. Quæritur, v-
9 trum fideiussor, lib. 5. per tot. † Declara; quia executio sententiæ non fit contra fideiussorem contractus, nisi ex nouo processu, & excussione; secus est in fideiussore de iudicio sisti, & iudicato so-
* luendo, vtramque * communem esse dicit Bursat. cons. 203. In iudicio, per tot. & de * communi, quod non fiat noua condemnatio contra fideiussorem de iudicato soluendo. Aret. in §. fin. in pr. Inst. de satisd. vbi, quod non agitur ex sententia contra talem fideiussorem, sed ex confessione, & qualiter procedat, & quod sententia lata contra principalem nõ citato fideiussore de iudicato soluendo contra eum possit exequi sine nouo processu. † Extende in con-
10 uerso; quia sicuti fit executio contra fideiussorem de iudicio sisti; ita ipse statim, quod soluit, habet executionem paratam contra principalẽ, & sine nouo processu, & non est necesse, quod agatur actione mandati. Bart. in l. 1. n. 5. ff. iud. sol. Boer. dec. 277. n. 4.
11 qui plurimos allegat. † Declara secundum Ruin. d. consil. 98. lib. 5. quod si est præstita in iudicio fideiussio coram iudice, non fit excussio; secus, si extra iudicium absente iudice. Anchar. cons. 35. ver.
12 præterea, circa med. † Declara; quia aut fideiussor de iudicato soluendo est præstitus in iudicio, & penes acta; & tunc non fit processus cum eo, sed cum principali; secus, si esset de iudicato soluendo ex contractu extra iudicium, sic Bero. cons. 206. n. 29. & 30.
lib. 3. Vide, Fideiussor contractus non patitur executionem sententiæ latæ
13 contra principalem, & quando secus. Concl. 311. † Limita; quia fideiussor de iudicato soluendo, licet obligetur ad interesse, non fuisse solutum iudicatũ, intelligitur de eo, quod erat in lite deductum tempore fideiussionis, nõ autem ex post; ideo si pendet iudicium super confessione instrumenti rei venditæ, & postea dato fideiussore instituitur iudicium rei non traditæ, nõ obligatur fideiussor.
Rom. cons. 270. Pro decisione, n. 6. ver. quinto dubitatur. † Limita; quia
14 non tenetur fideiussor ex contumacia principalis, quando obligatur augeretur. Boer. decis. 314. in princ. & 315. sequitur apostill. ad
Rom. consil. 507. In casu proposita. in ver. obligatione, quę dat concord.
15 † Extende; quia non tenetur fideiussor de iudicato soluendo, nisi pro principali petitione pendente; secus pro incidenti, puta ex negatione, vel contumacia, quæ inducerent augmentum. Rom.
d. consil. 270. in fin num. 7. vers. secundo quia fideiussor, vbi apostilla in
16 ver. contumaciæ, & Roman. d. consil. 507. vbi apostilla in ver. contumacia, dat concord. † Declara; quia bene tenetur de iudicato soluendo, etiam si sententia contra principalem sit lata in contumaciam. Bart. & Doct. in l. 1. ff. iudicat. sol. & in l. tale pactum, §. qui pro-
cauit. ff. de pact. & non requiritur citatio fideiussoris de iudicio sisti, & iudicato soluendo, vt in dictis locis. † Declarat Boer. d. dec. 314.
17 per tot. quod licet non teneatur fideiussor de iudicio sisti, & iudicatum soluendo, nisi ad id, quod est debitum principale; tamen ex quo indistincte se obligat de iudicato soluendo, tenetur ad omnia contenta in condemnatione; quia hoc verba important, & ita fuit iudicatum per quinque, licet quatuor contradicerent, & secus, quando certa summa exprimitur, vt in decis. Boer. 315. in prin.
Vide Conclusionem prox. præcedentem.

Fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo, non tenetur, nisi in prima instantia, & quando secus. Concl. 326.

FIDEIVSSOR † de iudicio sisti, & iudicato soluendo regu-
1 lariter nõ tenetur, nisi in prima instantia, ideo lata prima sententia absolutoria per iudicem, coram quo litigatur, liberatur, licet aliter iudicaretur, l. 3. in prin. & l. cum apud Sempronium, vbi Bart.
Ang. & alii, ff. iudic. sol. Roman. cons. 210. Dec. in l. 2. nu. 53. C. de edend.
plene Socin. cons. 91. Concludo D. Philippum, lib. 4. per tot. Rom. consil.
100. col. fin. & * communem dicit Fulgos. in l. 2. C. de procurat. Gabr. *
in suis conclus. lib. 3. tit. de fideiussor. concl. 4. & vltra allegatos per eum
de * communi attestatur Paris. consil. 171. n. 3. lib. 4. Rolan. cons. 18. *
num. 12. lib. 1. Thob. Nonius consil. 103. Bero. quæst. famil. 77. num. 2.
Marsil. in rubr. de fideiussor. quæst. 10. nu. 108. vide Boer. decis. 115. qui
ponit cautelam, vt teneatur coram omni iudice. Signo. cons. 260.
plene Socin. cons. 91. Concludo D. Philippum, lib. 4. per tot. l. Grace, §. &
post litem, vbi Castrens. ff. de fideiuss. Ial. in l. 1. ff. de in lit. iur. gl. in auth.
de his, qui ingred. ad appell. in prin. in gl. magna, & in §. suscepta. authent.
de exhib. reis. communem * dicit Clar. in § final. quæst. 46. n. 20. vers. *
sis tamen cautus. Abbas cons. 23 in princ. lib. 1. Roman. plene cons. 468.
In casu. vbi apost. dat concor. Alex. cõs. 160. Viso. n. 4. ver. & talis fide-
iuss. lib. 5. Alex. cons. 209. In causa. in pr. lib. 7. & cõs. 210. n. 8. & seq. lib. 7.
† Et de veritate huius conclusionis, Bart. in l. cum apud. ff. iudic. solu. 2
† Ratio videtur esse; quia fideiussio est stricti iuris, & non fit, nisi per stipulationem, l. blanditur, Cod. de fideiussoribus, l. 5. §. satis autem. ff. de verbor. obligat. † Extende, etiam si in tali prima sententia 4
absolutoria essent reseruata iura coram ordinario deducendo, & proponenda; quia ex quo nouum iudicium erit inchoandum, & noua erit instantia, erit liberatus fideiussor, l. cum lite mortua, & l. si qui. ff. iudicatum solui. Alexand. consil. 209. in principio,
6 & 10.

& vbi tol. *s.n.3.lib.7.* Marsil. in *rubr. de fideiussor. in 7.q.& q.10 n.80. & nu.90.* Rom. *d.cons.210. & cons.468.* Natt. *cons.202.n.3.* quia talis cautio in vna instantia interposita non committitur, si in alia iudicatur. Bart. ita summans illum text. in *l. à iudice, §.1.ff. de iud.* quia talis cautio respicit instantiam iudicii, Imol. *cons.47.* & ideo dixit Bald. quod nouum iudicium nouam satisdationem expostulat.

† Soc. *cons.91.lib.4. per tot.* vbi latissime tuetur. † Contrarium tenent Doctores in *l.3. §. si is, pro quo. ff. quod quisque iuris.* vbi Iason in fine, quod si fideiussor vult vti beneficio sibi, pueniente ex facto principalis, debet vti cum sua causa, & reincidit in obligationem, secus, si facto fideiussoris, & communem* dicit ibi Curt. Iun. *nu.13.*

6 † Extende; quia huiusmodi fideiussor tenetur solum ad contenta in principali petitione, non autem ad id, quod cõdemnatur principalis ex incidenti. Roma. *d. cons.270.* † Extende; quia sicut fideiussor primæ instantiæ nõ tenetur in secũda, ita è conuerso fideiussor in secunda, & causa appellationis non tenetur in prima, & in causa principali. Io. de Im. *cons.89. In casu præmisso,* quẽ refert, &

8 sequitur Marsil. *de rubr. de fideiuss. q.10.n.108.* † Extende, vt procedat, etiam si sententia absolutoria rei, pro quo est datus fideiussor, esset postea reuocata, & contrarium iudicatum, quia non tenetur. Soc. *d. cons.91. per tot. lib.4.* vbi, quod ita Bononiæ fuit iudicatum.

9 † Extende, etiam si iurasset fideiussor. Bald. in *l. Iulianus. col.4. versicundo quæritur. ff. qui satisd. cogant.* Gabr. *de fideiuss. concl.4. n.9. lib.3.*

10 † Contrarium tenet a post. ad Alex. *d. cons.209. in ver. instantia. lib.* 11 vbi, quod est verior, & ita in cons. Parisien. ob seruatur. † Extende, etiam si in sententia absolutoria adsit aliqua cõditio, vel reseruatio, Soc. *d. cons.91.n.2. & seq. lib.4.* & latius *nu.4. ver. secundum quod* 12 *est,* vbi loquitur in sententia absolutoria, nisi constaret de errore libri; quia etiam si postea constaret de errore libri, tamen est diffinitiua, & liberat. † Extẽde, etiamsi fideiussor se obligauerit de iudicato soluẽdo, vsq; ad sententiam diffinitiuam; quia lata prima sententia diffinitiua pro eo, qui fideiussit, non tenetur vltra. Soc.

13 *d. cons.91.nu.2.lib.2. vsque in fi.* † Extende, vt idem sit in fideiussore dato coram arbitro; quia lato laudo si petitur reductio, debet re-

14 nouari, alias liberatur, plene Petr. de Anch. *cons.55. per tot.* Vide, *Fideiussor contractus non patitur exequutionem sententiæ latæ contra principalem Concl.311.* † Contrarium, quando fideiussio esset de parendo laudo, quia transit ad iudicem super reductione. Bald. in *l. fin.*

15 *col.6. C. de contrahen. empt. num.18. vers. decimo quæro.* Gabr. *de fideiussor Conclus. 4. num. 11. lib.3.* † Restringe, vt non procedat, quando prima sententia esset condemnatoria principalis, pro quo est datus fideiussor, quia tunc tenetur etiam in aliis instantiis, quando sententiæ sunt cõformes, ne reddatur elusoria, ita Grat. *consil.34. Visis elegantissimis dubiis. num. 6. & sequent. vers. tertio respondeo. lib.2.* &

16 ita tenuit etiam Rota Romana, vt per Caputaquen. *decis.64. lib.2.* allegat ita tenere Rotam antiquam, & modernam, & fuisse iudicatum etiam in Parlamento Galliæ, vt per Boer. *decis.315.* nam si prima sententia fertur contra eum, qui fideiussit, & contingat in effectu, quod confirmetur in causam iudicati, datur exequutio contra fideiussorem. Gabriel. *d. concl.4. tit. de fideiussor.* vbi alios al-

18 legat. † Restringe, quando fideiussor se obligasset præcise etiam post sententiam, vel per verba, *stabit iuri toties quoties, & quandocunque.* Bar. in *l. si quis reum. num.2. ver. sed quando fideiussio. ff. de custod. reor.*

17 Farinac. *q.34.n.108.* † Restringe, vbicunque prima sententia exequeretur, & ex ea ageretur, quia tunc fideiussor de iudicato soluendo tenetur, veluti si appelletur, & transit deserta appellatio.

18 Aret. in *§. sin autem, n.4. Instit. de satisd.* † Contrarium in fideiussore de iudicio sisti, quia deserta instantia non tenetur. Bart. in *l. Græce. §. & postilitem. ff. de fideiussor.* Marsil. in *rubr. eodem tit. q.11. num.109. l.*

19 *2. ff. iud. sol.* Alexand. *consil.160. lib.5.* Cæpol. *cautel.98.* † Et procedit contrarium, quia fideiussio de iudicio sisti expirat, si principalis mutat statum, vel forum. Marsil. *d. rubr. quæst.12. num.110. & sequ.*

20 vbi multa. † Restringe, vbicunque prima sententia non rescindi-
tur, veluti si dicatur de nullitate, vel si de restitutione. Bald. in *l.*

21 *Iulianus. colum. fin. versic. tertio quæritur ff. qui satisdar. cog.* † Restringe, quando fideiussor talis se obligasset, vt principalis, & in solidum. Rota *dict. decisione Caputaquen. 64. lib.2.* Grat. *dict. consil.34. lib.2.* Ab-

22 bas *consil.23. lib.1.* † Restringe, quando aliæ sententiæ essent con-

23 formes primæ. Grat. *d. cons.34. lib.2.* sequitur Vrsill. in *addit. ad Asst. dec.362 in fin.* † Idem, quando se obligasset per relationem ad ali-

24 quid in solidum. Grat. *d. consil.34. in princ. lib.2.* † Restringe, vt non procedat, quãdo lata prima sententia principalis nõ appellasset, sed fideiussor; quia obligatur in quacunque instantia. Doctor. in

25 *l.2. C. de procur.* † Restringe in causa criminali; quia data fideiussio in causa inquisitionis durat, etiam si omissa inquisitione procedatur per accusationem. Gabriel. *d. conclus. 4. in fin. tit. de fideiussorib.*

26 *lib.3.* † Restringe, quando verba fideiussionis sunt generalia. Ar-

tin. *Instit. de satisdat. §.1.* sequitur Grat. *d. consil.34. n.5. lib.2.* vbi Aret intelligit, quando fuit dictum, *coram quocunque iudice, vel per quemcunque iudicem fuerit iudicatum,* ibi *nu.2.* secus si simpliciter nullo iudice expresso, vt idem Aret. ibi *§. sin autem, n.4.* † Restringe; quia 27
fideiussor in causa sequestri intelligitur obligatus, donec durat causa sequestri, vt per Doctor. in *l. fideiussor. §. fin. ff. qui satisd. cogant.* Abb. *cons.23. lib.1.*

Fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo corã vno iudice & cum vna persona, non habet locum coram alio, & cum diuersa persona, & quando secus. Concl 327.

REGVLA; quia † fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo coram vno iudice non habet effectum coram alio, quando est expressum nomen; quia neque ad successorem extẽditur. Roman. *cons.210. Circa primum, vers. quoad secundum.* Marsil. in *rubr. de fideiussor. quæst.13. num.133.* Ioan. de Imol. *cons.47. In casu præmisso. l.3. in princip. ff. iudic. solui.* Bartol. in *l. apud. ff. eodem.* † Extende, 2
etiam si nomen iudicis non sit expressum; quia, si est ordinarius, bene ad successorẽ transit, secus, si est delegatus, quia satisdatio non habet locum coram alio successore quocunque. Roman. *d. cons.210.* vbi ponit alias declarationes. Aret. *Instit. de satisd. §. sin autem. num.4.* Marsil. *dict. rubr. num.133.* Abb. *cons.23. in fi. lib.1.* qui debet ita intelligi. † Extende; quia nunquam fideiussio præstita co- 3
ram delegato se extendit coram subrogato, vel successore, etiam si nomen iudicis non sit expressum. Ang. *cons.210.* Gabriel. *de fideiussor. conclus.4. lib.3.* † Contra restrictiones tenet Io. de Im. *cons.47.* 4
vbi conuentus coram prætore Imolæ, qui dedit fideiussorem de iudicio sisti, & iudicato soluendo, si causa auocatur per legatum, liberatur fideiussor. † Restringe igitur in iudice ordinario; quia si 5
nomen non est expressum ipsius iudicis in fideiussione, extenditur ad iudicem successorem, ita Roman. *dict. consil.210.* Aretin. *Instit. de satisd. §. sin autem. num.4.* Marsil. in *rubric. ff. de fideiuss. num.133.* † Restringe; quia bene extenditur ad iudicem subrogatum. Are- 6
tin. *consil.80.* Cravet. *consil.973. num.13.* † Restringe; quia bene ex- 7
tenditur ad successorem iudicem ordinarium in officio. Rom. *d. consil.210.* Socin. *cons.91. in princip. lib.4.* † Idem in iudice reductio- 8
nis laudi; quia dicitur successor loco arbitrornæ. Bald. in *l. fi. C. de contrahen. empt. num.18. in 10. quæst.* † Declara; quia si est ordinarius, 9
& etiam fuit expressum nomen iudicis proprium, & tunc attenditur id, quod præcedit, vel est verisimile. Marsil. *d. rubric. num.133.* Roman. *dicto consil.210. in fine.* † Amplia; quia fideiussor de iudicio 10
sisti, & iudicato soluendo non habet locum, si per aliam personã agatur, vel cum alio, vel diuerso modo, quam esset tempore fideiussionis. Roman. *dict. cons.210. in princ.* allegat *l. non à iudice. §.1. ff. de iudic.* † Et quod finiatur hæc fideiussio sex modis, plene Bald. in *l.* 11
Iulianus. ff. qui satisd. cog. † Amplia; quia fideiussor non tenetur, li- 12
cet conditio sequatur contra principalem ex aliquo incidenti diuerso à principali petitione, veluti si ob contumaciam, vel negationem incidat in pœnam, vel aliquid, quod per inficiationem accrescat. Rom. *cons.270. Pro decisione, in fi.* † Contrarium Boer. *dec.* 13
314. *per totam.* vbi pro vtraque parte, tandem, quod per maiorem partem fuit ita iudicatum. † Restringe in criminali; quia, si reus 14
fugiat, tenetur ad interesse arbitrio iudicis. Iacob. de Beluis. *in tit. de criminoso remisso. §. nunc autem. in fin.* † Amplia; quia fideiussor de 15
iudicio sisti, & iudicato soluendo non habet locum, si mutatur persona in iudicio, vel actio, aut modus agendi. Rom. *cons.210. in princip.* † Extende; quia fideiussor de iudicato soluendo non te- 16
netur, si mutetur causa, vel res petita, plene Bartol. *consil.21. Visa prima. lib.2. per totum.* vbi latissime. † Extende; quia imo si fide- 17
iussor de iudicato soluendo est datus occasione mutui ex stipulatu, & numeratione, & sequatur condemnatio, & mutatio petitionis ex sola numeratione, vel sola stipulatione, non tenetur, etiam si adsint verba, *quocunque modo, & tempore condemnetur,* quia debet intelligi de modo, videlicet, siue ordinario, vel exequutiuo modo, non de causa, quia causa respicit præterita, modus futura. Bart. plene *d. consil.21. per tot. lib.2.* Vide, *Fideiussor ex vna causa, & coram vno iudice non tenetur coram alio. Conclus.303.* Vide Anto. Gabriel. *lib.3. tit. de fideiussor. Conclus.4. Fideiussor de iudicato soluendo coram vno.*

Fideiussio de iudicio sisti in quo differat à fideiussione de iudicato soluendo, & qui teneantur. Concluſ. 328.

1 FIDEIVSSOR † de iudicio ſiſti liberatur lata ſententia, ſi principalis fuit ſiſtens, alias tenetur ad intereſſe. Iaco. de Beluiſ. in ſua *praxi iudiciaria, tit. de criminoſo remiſſo, §. nunc autem, nu.* 18. *& ſeq.*
2 Alex. *conſ.* 160. *Viſo proceſſu, n.* 4. *ver. & talis fideiuſſor, lib.* 5. † Et dicitur fideiuſſio de iudicio ſiſti, ſi captus pro certo debito de facto, ordine non ſeruato, tanquam ſuſpectus, quando relaxatur ſimpliciter, quia Titius pro eo fideiuſſit, ita Rota Florent. in motiu. 1506.
☞ cauſæ 88. Vide, *Fuga ſuſpectus in criminalibus non relaxatur ſub cautione,*
3 *ne, ſecus in ciuilibus, & quando. Concl.* 526. *n.* 4. *& ſeq.* † De iudicato ſoluendo non finitur lata ſententia. Iac. de Beluiſ. *d. praxi*, vbi ſupr. *n.*
4 20. † Imo finitur fideiuſſio de iudicio ſiſti deſerta inſtantia, vel ſi principalis mutauit ſtatum. Marſil. *in rubr. ff. de fideiuſſor. q.* 11. *n.* 109.
5 *& q.* 12. *n.* 110. *& ſeq.* † Et quod differat iſtæ duæ fideiuſſiones, quia illa de iudicio ſiſti eſt data inſtantiæ, alia vero de iudicato ſoluen-
6 do, non ita ſimpliciter. Bald. *in l. Iulianus n.* 1 *ff. qui ſatisd. cog.* † Item, quod differant, plene Alex. *conſ.* 160. *col. ſi circa fin. lib.* 5. vbi iudicat
7 pro abſurdo, ſi non eſſet differentia. † Et quod fideiuſſio de ſtando iuri expiret, ſi mutetur prima petitio, & alia petitio inſtituatur. Ang. *in l. ſi ita ſtipulatus fuero, ff. de fideiuſſ.* & habetur *in l. cum pa-*
8 *ter. §. pater centum, ff. de leg.* 2. vbi Bald. & Imol. † Omnes, qui non poſſident in loco bona ſtabilia, tenentur fideiubere de iudicio ſiſti, *l. ſciendum. ff. qui ſatisd.* Vide Socin. *in reg.* 5. *Cauere de iudicio ſiſti*, vbi limitat tribus modis.

Fideiuſſio pro facto alieno quando valida. Concluſ. 329.

1 FIDEIVSSOR † regulariter accedens obligationi, per quam quis promittit vendere quædam bona, & impetrare aſſenſum Regium intra duos menſes, alias de ſuo, &c. videtur promittere factum alienum, quæ de ſui natura non valet, *l. ſicuti, ff. de fideiuſſor.*
2 *Inſt. de inut. ſtipul. § ſi quis.* † Contrarium, quod imo fideiuſſor ſimpliciter accedens promiſſioni facti alieni intelligatur fideiubere omni meliori modo, quo fideiuſſio valere poteſt, & ſic videatur promittere ſe facturum, & curaturum, licet non exprimat, tenent
3 Bart. Caſtr. & cæteri in *l. ſi quis pro eo. ff. de fideiuſſ.* † Idē eſt in fideiuſſore de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo. Vide ſup. *Fideiuſſio de iu-*
☞ *dicio ſiſti, & iudicato ſoluendo nō tenetur, niſi in prima inſtātia. Concl.* 326.
4 † Et ideo ſi non curat, ſuccedit obligatio ad intereſſe, *l. quoties quis.*
5 vbi Dd. *ff. de verb. obl.* Bart. *in l.* 4. *§. Cato, in* 11. *oppoſ. ff. eod. tit.* † Et curare tenetur, cum primum fieri poteſt, abſque alia interpellatione. Alex. & Iaſ. *in l. quod te ff ſi cert. pet.* idem Alex. *conſil.* 157. *col.* 1. *lib.* 6. *&*
conſ. 148. *col.* 1. *lib.* 7. Aret. *conſ.* 142. *col.* 4. Socin. *conſ.* 254. *lib.* 2. Ruin.
* *conſ.* 136. *circa ſi. lib.* 5. Curt. Iun. *conſ.* 74. *col.* 4. & eſt * communis opi-
6 nio, quicquid dicat in contrariū Dec. *conſ.* 2. *& in d. l. quod te.* † Con-
7 trarium Dec. *d. conſ.* 2. *& in l. quod te ff. ſi cert. pet.* † Declara; quia dictum Decii poteſt procedere, quando ageretur de pœna, non autem de intereſſe. Soc. *conſ.* 133. *col.* 1. *lib.* 1. Gozad. *conſ.* 27. *col.* 3. Crau.
8 *conſ.* 64. † Reſtringe; quia bene valet, quando fideiuſſor promittit ſe facturum, & curaturum, quod venditor impetrabit dictum aſſenſum, vt *in d. §. ſi quis, Inſtit. de inutil. ſtipul.* Bart. *in l. ſi quis pro eo.* vbi
* Caſtr. & alii, *ff. de fideiuſſ.* Bart. & * communiter Dd. *in l. cum filius familias*, §. 1. *ff. de verb. oblig.* Abb. & Fel. *in t. ex reſcripto, de iureiur.* † Re-
9 ſtringe, quando obligatio principalis eſſet de faciendo, & obligatio fideiuſſoris eſſet pro intereſſe, vt eſt rex. & ibi Bar. Caſtr. & alii *in l. ſtipulatus. ff. de fideiuſſ.* Bart. & alii *in d. l. cum filius fam. §. 1. ff. de verb.*
10 *obligat.* † Amplia; quia valet fideiuſſio pro facto alieno negatiuo, prout quod bannitus non intrabit ſtatum Principis ſub pœna.
11 † Extende; quia imo valet conſtitutio, quod talis obligatio habeatur pro facta, & fideiuſſio pro præſtita, ſtatim, quod ſit præceptum, quod iudex facit præceptum, prout in ſtatu Florentiæ extat lex particularis, quæ rollit offenſam, & in ſtatu Vrbini atte ſtatur Vulpellus *de treuga & pace, q.* 81. *in ſi.* vbi, quod munus eſt Prin-
☞ cipum ad obuiandum ſcandalis prędicta ſeruari facere. Vide, *Factum alienum promittens ad quid obligetur. Concl.* 25. *cum duabus conc luſ. ibi prox. ſeqq.*

Fideiuſſoribus non fit relaxatio in cauſa capitali, & quando ſecus. Concl. 330.

1 FIDEIVSSORIBVS † quantumcunq; idoneis non relaxatur reus in cauſa capitali. Bald. *conſ.* 337. *Duo famuli, in fin. lib.* 2. Iul.
* Clar. *in §. ſi. q.* 46. *n.* 6. *ver. in hac autem*, vbi dicit regulā eſſe, & * com-
2 munem. † Extende in tantum, vt ſi daretur pro pœna capitali, vel
* corporali, non valeret, communem * dicit *d. q.* 46. Clar. *n.* 18. vbi, quod non datur hæc obligatio, vide latius Marſil. *rubr. de fideiuſſor. num.* 206. *& ſeq.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur vti æquiorem, licet dicat contrariam veriorem. † Reſtringe, niſi quis aſſu-3
meret cuſtodiam carcerati, & ſe obligaret, vt cuſtos. Clar. *d. §. fin. quæſt.* 46. *n.* 18. *in ſi.* licet dicat in Ducatu Mediolani hunc modum non admitti, vide Marſil. *in rub. de fideiuſſ. nu.* 208. vbi, quod iſta eſt verior, & quia delinquendo poteſt obligari, ergo & obligando ſe; quia valet argumentum de contractu ad quaſi contractum, li-
cet poſtea aliam teneat. † Reſtringe; quia bene poteſt quis ſepro 4
alio obligare etiam ad pœnam capitalem, & mortis, quando concurrit lex, vel ſtatutum, prout in ſtatuto Parmæ imponente fractoribus pacis pœnam mortis, quia etiam fideiuſſores tenentur, licet dura ſit opinio, ita Alber. de Roſat. *in* 1. *part. ſtatut. q.* 51. incip.
ex prædictis. † Et idem, quando accedit lex, vel ſtatutum, quod quis 5
poſſit ſe obligare etiam pro reo criminaliter detento ad pœnam criminis. Couar. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 8. vbi late. † Amplia, vt pro- 6
cedat etiam in clerico inquiſito de crimine capitali; quia debet detineri carceratus. Io. de Anan. *conſ.* 1. *in princip.* vbi Lud. Bologn.
in addit. num. 13. *ver. omiſſo ergo.* † Amplia, ſiue ſit carceratus per iu- 7
dicem primæ inſtantiæ, ſiue per iudicem ſecundæ inſtantiæ; quia in cauſa capitali non relaxatur fideiuſſoribus. Io. de Ana. *d. conſ.* 1.
in princ. Lud. Bologn. ibi *num.* 13. *verſ. præterea.* † Amplia maxime, 8
quando prima ſententia eſt lata contra carceratum. Io. de Anan. *d. conſ.* 1. *in princ.* Bologn. ibi *in apoſtill. n.* 13. † Amplia; quia etiamin 9
caſibus, in quibus captus eſſet relaxandus fideiuſſoribus, nunquam fit relaxatio, quando ſemel aufugit de carcere, ita Ludou. Bologn. *in addit. ad conſ.* 1. *Ioan. de Anan. n.* 13. *ver. omiſſo ergo.* † Amplia, 10
quia in cauſis criminalibus, & vbi ingeritur pœna ſanguinis, vel corporis afflictiua, fideiuſſor regulariter nō admittitur, *c. cum homo*, vbi gl. 23. *q.* 5. quam Bald. reputat ſingularem. *in cap. æx reſcripto, de iureiur. col. pen.* Iaſ. *in l.* 1. *ff. de in lit. iuran.* Clar. *in §. fin. q.* 46. *n.* 6. *vn*
in hac autem materia, vbi dicit * communem, & eſſe regulam. † Re- 11
ſtringe, niſi qualitas perſonæ hoc ſuaderet, quod daretur militibus cuſtodiendus extra carceres in loco tuto, vel iudex ei aſſignaret domum pro carcere, cum idonea fideiuſſione de nō recedendo ſub graui pœna; quia ſi iudex habet credulitatem innocentiæ, & quod non ſit receſſurus, poteſt hoc facere. Clar. *d. §. fin. q.* 46. *n.*
11. *ver. in dubio.* vbi dicit Ang. de Malef. contrarium dicere propter periculum iudicis, ſi aufugiat. † Limita in cauſa ciuili, quia carce- 12
ratus debet relaxari data fideiuſſione idonea, etiam ſi pater daret filium in fideiuſſorem, dummodo ſit idoneus. Bald. *conſ.* 90. *Quæritur, an captus, lib.* 1. † Limita; quia licet non admittatur fideiuſ- 13
ſor, vbi agitur de pœna ſanguinis, bene admittūtur, imo compelluntur conſanguinei fideiubere pro bannitis, quod non intrabit intra confinia. Angel. *conſil.* 63. *per tot.* vbi excipit conſanguineos
minores, & dicit hoc eſſe ex publica vtilitate. Vide, *Publica vtilitas* ☞
habet multa ſpecialia. Concl. 960. † Limita; quia in cauſa capitali da- 14
mnatus, ſeu inquiſitus poteſt relaxari ſub fideiuſſione, quādo extaret conſuetudo. Lud. Bologn. *in addit. ad conſil.* 1. *Ioan. de Ana. n.* 13.
verſ. omiſſo ergo, nam moribus, & conſuetudine hoc poteſt induci. Roman. *conſ.* 15. *& ſingul.* 128. Marſil. *de fideiuſſ. q.* 29. & alii, quos citat Couarr. *var. reſolut. cap.* 8. *num.* 8. vbi pro vtraque parte, & ipſe tenet contrarium. † Extende, vt idem ſit, quando extat ſtatutum, 15
vel iuſſus Principis; quia, licet quis pro alio non poſſit ſe obligare ad pœnam corporis afflictiuam, non procedit, quando vltra conſenſum accedit lex, vel conſuetūdo. Couarr. *var. reſol. lib.* 2. *c.* 8.
n. 8. vbi late. † Limita; quia in cauſa criminali, vbi agitur de pœna 16
pecuniaria, non poteſt quis detineri, ſi fideiuſſores dare vult. Io. de Anan. *conſ.* 21. *Videtur primo, n.* 8. vbi Bologn. *in addit. in fin.* dicit
eſſe verum, quando eſt fideiuſſor approbatus. † Extende, vt pro- 17
cedat, etiam ſi pœna imponatur alternatiua pecuniaria, & ſi non ſoluat, capitalis; quia adhuc non poteſt detineri, ſi vult fideiubere. Ioan. de Anan. *d. conſ.* 21. *n.* 8. † Extende, vt procedat, etiam ſi
inquiſitus ſit confeſſus; quia adhuc non poteſt detineri, ſi vult fi- *
deiubere. Io. de Anan. *d. conſ.* 21. *n.* 4. *& ſeq.* vbi dicit * communem,
& reſpondet ad contraria, videlicet ad *l. ſi confeſſus. ff. de cuſtod. reor.*
vt procedat in crimine publico, vbi agitur de pœna corporali, & 19
ibi Bologn. *in addit. nu.* 9. † Contrarium vide *in ver. Carcer an quan-* ☞
do relaxandi, vel non data cautione. Concl. 87. † Reſtringe; quia licet 20
offerat cautionem extra locum iudicii, etiam ſub eodem Princi-
pe, non tamen relaxatur, quia debet dare in loco iudicii. Clar. *ubi* 21
ſin. q. 46. *n.* 13. *ver pone, quod.* † Reſtringe, quia non admittitur iura-
toria cautio, etiam ſi non poſſit fideiuſſorem habere. Clar. *d. q.* 46.
n. 14. vbi, quod ita ſeruatur, & tam in muliere, quam in maſcu- 22
lo. † Contrarium de iure, idem Clar. *d. q.* 46. *n.* 14. vbi de * com- 23
muni. † Declara; quia arbitrarium eſt iudici, & ſi admittitur, fit
præceptum in faciem pœnale pro pœna delicti, pro quo impune-
tur.

tur, & maxime, quando sunt infirmi, & vere pauperes. Clar. *d. §. fin. q. 46. n. 14. & 15.* dicit, quod iudex summarie sumat informationem prius de paupertate, & quod nō possit fideiubere, quia non
24 statui sola iuramento propter fraudes. † Viri tamen illustres admittuntur de iure ad iuratoriam, sed tamen non seruatur. Clar. *d. §. fin. q. 46. n. 17.* Vide, *Carcerati quando relaxandi, vel non, data fideiussori. Concl. 87.* † Forma obligationis fideiussoris in causa criminali, vbi non ingeritur pœna sanguinis, debet continere, quod promittit consignare reum ad omne mandatū iudicis, sub certa pœna specificanda, non autem se obligat ad interesse, & ita seruari
25 dicit Clar. *d. §. fin. q. 46. n. 17. ver. quæro, quæ debeat.* † Imo aduertit etiam Clar. *d. q. 46. n. 20. ver. sis tamen cautus*, quod promittat fideiussor soluere omnem pœnam contra suum principalem, vel de repræsentando, etiam in causis appellationis, vel coram quocunq; iudice in qualibet instantia; quia alias liberaretur lata prima sen-
* 25 tentia, secundum * communem. † Et debet esse de repræsentando ad omne mandatum iudicis toties quoties, alias haberet de iure fideiussor terminum sex mensium. Clar. *d. §. fin. q. 46. n. 23.*

Fideiussores idonei qui dicantur, vel non, & si recipiuntur non idonei, quis teneatur. Concl. 331.

1 DONEVS † non præsumitur fideiussor, nisi probetur, *l. si vero, §. qui pro rei. ff. qui satisd. cogant.* & ibi est gl. melior de iure. Bald. *in ff. impubes, C. quand. fisc. vel priuat.* Vide, *Diuitiæ an potius paupertas præsumatur. Concl. 547.* † Extende; quia licet fiscus sit soluendo, non
2 est idoneus fideiussor etiam de iudicio sisti, neque pro deposito, vel alio credito, quia est difficilis ad conueniendum. Bald. *in l. sententia. ff. de fideiuss.* Vide, *Fiscus semper est soluendo, & quando secus. Concl. 333.* † Extende maxime, quando statutum requirit idoneum
3 fideiussorem, prout in statuto Mirandulano; quia non præsumitur idoneus fideiussor, nisi approbetur, *d. l. si vero, §. qui pro rei. ff. qui satisd. cog.* Alex. *cons. 37. Viso, & opportune, n. 13. lib. 2.* qui ita consuluit super dicto statuto Mirandulæ. Vide Mascard. *concl. 782.* vbi pro vtraque parte allegat, quod præsumatur idoneus, & quod non præsumatur idoneus: & tandē dicit, quod is probare debet, qui affirmat, vel negat idoneum pro fundamento suæ intentionis.
4 † Amplia; quia obligatus dare fideiussorem debet dare idoneum
5 & habilem, *l. 2. ff. qui satisd. cog. l. 3. ff. de fideiuss.* vbi Doct. † Extende; quia qui tenetur tarisdare, & non præstitit idoneum, perinde est,
6 ac si non fideiussisset. Alex. *cons. 37. col. 1. lib. 2.* † Extende, etiam si obligatio sit de dando Titio in fideiussorē; quia si fieret cessans, licet se obligaret vt fideiussor, tamen non valet fideiussio, quia nulla est, ex quo cessans Florētiæ habetur pro mortuo; ideo promittens tenetur præstare alium idoneum, facit Bald. *cons. 327. li. 1.* vbi, quod si licitantur bona, & tertius plus offerens non est idoneus, tenetur secundus; quia non fit liberatio per vltimam oblationem nullam; quia verba debēnt intelligi cum effectu, *l. pen. §. penul. ff. ne quis eum.* & ad effectum pertinet, quod actus sit alicuius
7 momenti, & non frustratorius, *c. si ciuitas. de sent. excom. lib. 6.* † Extende; quia promittens dare fideiussorem obligatum intelligitur de obligatione valida facti, & iuris, non de obligatione facti tantum, sed vt possit conueniri, vt est text. & ibi gl. Bart. & alii *in l. 3. ff.*
8 *de fideiussor.* † Item, quod obligatus possit conueniri de iure, & de facto, alias promittens non dicitur implere promissa, *l. 2.* vbi gloss.
9 Bar. & alii, *ff. qui satisd. cog.* † Extende, vt procedat, etiam si is, cui dandus erat fideiussor, personam approbasset; quia si erat tempore approbationis decoctus fideiussor, & ipse ignorauit, potest impugnare approbationem per errorem factam. Felin. *in cap. cum inter, n. 23. de except.* si vero decoxit post approbationem, debet approbatio intelligi rebus sic stantibus, *l. si ab arbitro. ff. qui satisd. cog.*
10 † Declara; quia si fideiussor promissus, fuit in genere promissus, puta de dando fideiussore indefinite, bene procedit ampliatio, & extensiones, quia debet dari idoneus, & ideo si datur cessans, & non idoneus, siue sit talis tempore promissionis, vel fideiussionis, siue post, non impleuit, si vero promissio est de dando Titio, & sic certo homine, tunc liberatur, si Titius fideiussit, licet esset decoctus, vel non idoneus tempore promissionis, ita Aretin. *in l. quamuis, §. quoties, in 3 & 5. not. ff. ad S. C. Velleian.* nec potest releuari creditor prætextu ignorantiæ qualitatis ipsius, quia qui cum alio contrahit, præsumitur, & tenetur scire. Cagnol. *in l. qui cum alio, ff. de regul. iur.* vbi, *n. 8.* dicit, quod solum releuaretur, si probaret iustam ignorantiam, puta, quia suasionibus dantis fideiussorem fuit inductus, quia dicebat esse idoneum, ita DD. tres Rotæ Florentiæ 29. Aprilis 1567. vbi dicunt idem esse, si erat idoneus tempore promissionis, licet postea decoxerit, quia non refert, quid
11 postea eueniat, sed dicitur impleuisse. † Limita; quia idoneus reputari debet fideiussor, quando possidet immobilia pro summa, de qua agitur, *l. si vero, §. qui pro rei, l. si fideiussor non negetur, l. si ab arbitro. ff. qui satisda. cogant.* & ibi * Doctor. Alex. *consil. 37. num. 3 lib. 2.* Roman. *cons. 72.* Franc. Marc. *decis. 1055. in fine. in 1. parte.* Rebuff. *de sent. exequut. fol. 329. n. 25. & fol. 331. n. 37. tom. 1.* Alciat. *de præsumpt. reg. 2. præsumpt. 72. n. 4.* † Ista iura non faciunt, licet limitatio videatur 12
vera, & eam tenet glos. *in § suscepto, authent. de exhibend. reis.* Iat. *in l. sciendum, in fin. princ. ff. qui satisdar. cog.* licet loquatur in casu contrario, quod non est idoneus fideiussor, qui non possidet immobilia, & dicit * communem, sed contrarium videtur velle *in l. 2. ff. eod.* *
in princip. dum dicit, quod duo requiruntur, quod sit idoneus facultatibus, & facilitate conueniendi, addit tertium, quod possideat immobilia, & sic non est idoneus, nisi possideat immobilia, sed non sequitur, ergo est idoneus, si possidet immobilia, & ita etiam Bald. *in l. qui crimen, in 4. q. n. 11. C. qui accu. non possunt*, sequitur Fran. Marc. *q 681. n. 5. in 1. part.* † Imo etiam si non possidet immo- 13
bilia, sed multa mobilia, prout merces, credita, & alia, quæ non possunt de facili asportari, excedentia summam, pro qua fideiubet, dicitur idoneus. Clar. *in § fi. q. 46. n. 12. ver. dicitur autem*, vbi, quod ita seruatur. † Declara tamen; quia ista idoneitas consideratur, vt supra, sed deducto ære alieno. Rimin. *in l. fideiussor. n. 1. ver. sed dubitatur. ff. qui satisd. cog.* Claud. *in l. 1. § si heres. n. 3. vers. & sic beneficiunt. ff. ad Trebell.* sed tamen, qui allegat adesse æs alienum, debet 14
probare, vt dicit ibi Claud. † Restringe; quia vltra idoneitatem 15
facultatibus requisitam debet etiam esse habilis, vt cōueniri possit, *l. fideiussor.* vbi Iaf. post alios. *ff. qui satisd. cog.* † Limita; quia idoneus reputatur, si per partem fuit receptus fideiussor, sed tamen 16
tenetur alium dare, si efficiatur deterior, & non idoneus. Alex. *d. l. si ab arbitro, in pr. ff. qui satisd. cog.* † Adde, quia officialis tenetur, si 17
fideiussorem non idoneum recipiat, *l. 1. ff. de magistrat. conuen.* & est text. *in auth. generaliter, C. de Episc. & cler.* vbi gl. *in ver. officij.* Cyril. *in prax. crim. tit. de fideiuss. §. 2. n. 5.* † Extende in Notario, vel Cancel- 18
lario, aut alio deputato ad approbandum, an fideiussor sit idoneus, vel non, *d. l. 1. §. D. Adrianus.* & ibi gloss. *in ver. satisdationes. ff. de magistrat. conuen.* † Extende in affirmatore, & approbatore quo- 19
cunque, quia tenetur vt fideiussor, *l. cum ostendimus, §. fi.* & ibi Bal. plene *ff. de fideiuss. tut.* plene Alex. *in l. si vero, §. qui pro rei, n. 4. ff. qui satisdar. cog.* † Restringe, quando fuit dubitatum de idoneitate, & 20
arbiter, vel iudex pronunciauit eum esse idoneum, quod aliud non quæritur, *l. si ab arbitro ff. qui satisd cog.* † Declara tamen, quia 21
potest appellari à sententia lata super idoneitate, vel non idoneitate fideiussoris, *l. arbitro. ff. qui satisd. cogant.* & licet sit, vel dici possit interloquutoria, tamen requirit causæ cognitionem, & partis citationem. Rom. *cons. 72. Circa primum, n. 2. & per tot.* † Restringe; 22
quia sufficit, quod tempore fideiussionis præstitæ sit idoneus fideiussor, sed bene verum est, quod si effectus est deterior, compellitur obligatus iterum fideiubere, *d. l. si ab arbitro, in fin ff. qui satisd. cog.* & melius *in l. sciendum. § fin. ff. eod.* vbi non spectatur, quod postea fit, vel euenit. † Limita; quia si officiali mandetur, quod re- 23
laxet carceratum recepto idoneo fideiussore, & ipse recepto fideiussore consanguineo carcerati relaxauit carceratum, licet postea non sit idoneus, non tamen debet officialis condemnari ad interesse, si habuit iustam causam credendi eum idoneum. † Con- 24
trarium, quod officialis teneatur in subsidium, si recepit fideiussorem non idoneum, est textus *in l. 1. § si magistratus. ff. de magistrat. conuen.* Catald. *in tract. de syndicat. n. 255.* Aret. *in tract. maleficior. in ver. pro quibus, n. 13. ver. nota etiam quod consuetudo*, & ibidem Ariminen. *in addit. n. 5.* Boss. *de carcer. fideiuss. n. 707.* Iulius Clatus *in praxi, § fin. ver. cæterum debet iudex, q. 46. n. 12.* vbi dat cautelam, quod vltra fideiussorem recipiatur approbator. † Declara; quia contrarium 25
est verum, quando officialis, vel magistratus approbauit fideiussorem non idoneum, & habuit notitiam de dicto fideiussore, si vero Cancellarius in absentia magistratus recepit absq; scientia, & participatione magistratus, non tenetur magistratus, sed Cancellarius. † Restringe limitationem in officialibus magistratus 26
salis, qui vigore legis particularis ipsi obligantur. † Declarat Iul. 27
Clarus, quod imo solus Notarius, qui recepit fideiussorem non idoneum, teneatur, & non officialis, quia ad curam Notarii habentis maiorem notitiam hoc spectat, ita *d. § fin. q. 46. n. 12. ver. sed certe*, quod ego admitterem, nisi iudex certum fideiussorem nominasset, & ita seruatur.

Fideiussores dotium qualiter prohibeantur, & quare. Concl. 332.

FIDEIVSSORES † dotium sunt prohibiti inter virum & vxo- 1
rem, ne pfidia inter eos oriatur. Bald. *cons. 29. Casus, vir donauit, num. 2.*

num.2.ver.item prohibitum,lib.1.est tex.in l.2.C.ne fideiuſſ.dot.dent. vbi Bart.& alii,& *in l.ſi conſtante,§.quoties.* vbi Alex.*n.5 ff.ſol.matrim.* di-
* cit*communem,vbi loquitur nedum prohibitionem eſſe de dote conſeruanda,ſed etiam de reſtituenda. Caſtr.*conſ.188.& conſil.*
2 190.*lib.1.*Soc.*conſ.82.Super quæſtionib.lib.3.* vbi declarat. † Contrarium, quod imo ille text. *C.ne fideiuſſ.dot.dent.* loquatur in fideiuſſione de dote conſeruanda, & ideo nõ habeat locum in dote reſtituenda, tenẽt plurimi,quos citat Alex.*d.l.ſi conſtante,§.quoties,n.*
5*ff.ſol.matr.* vbi refert Io.de Im. ibi in prin. illius legis dixiſſe hanc
* 3 communem,& *veriorem,licet ipſe Alex.non conſentiat.† Declara,prout Bald.Nouel.de dot.part.6.priu.21.in pr.* vbi,quod prima
* opinio eſt*communis,& verior,& reſpondet ad omnia cõtraria.
4 † Amplia in tantum,quod neq; talis fideiuſſio firmatur iuramento.Bal.*d.conſ.29.n.2.ver.item prohibitũ,lib.1.*& ita tenet Bart.*d.l.2.C.*
5 *ne fideiuſſ.dot.den.* † Contrarium Caſtr.*conſ.188.Præfati promiſſores,in*
* *fi.lib.1.*& iſta eſt*communis opinio ſecundum Alex.*in l.ſi conſtante,*
* *n.5.ff.ſol.matr.*& *communem dicit Caſtr.*conſ.190.Cum tempore,n.*
6 *2.ver.item&tertio,lib.1.* † Amplia, vt procedat,etiam ſi ſponte præſtaretur, & eſſet renunciatũ titulo, ne fideiuſſores dotiũ dentur,
* quia nõ poteſt illi renunciari expreſſe ſecundum *opinionem,de
7 qua Bal.Nouel.*de dote,par.6.priu.21.n.5.ver.quarto limita.* † Contrarium tamen diſputando tenet idem Bal.Nouel.vbi ſupr.vbi dicit hanc veriorem in puncto iuris,licet in decidendo nõ ſit recedendum à *communi opinione,& eam approbat Alex.*d l.ſi conſtante,*
* *in 3.limit.* vbi pro vtraq; parte allegat,& dicit veriorem præcedentem eſſe ampliationem,licet multi teneant contrarium. † Limita
9 in caſu inopiæ.Bal.Nouel.vbi ſupr.*n.6.in 5.limit.* † Extende idem in caſu ſequeſtrationis.Bal.Nouel.vbi ſup.*n.7.ver.ſexto limita.* Li-
10 mita; † quia ſi maritus,& fratres ſimul confiteãtur habuiſſe dotẽ, & ſe obligant ad illius reſtitutionem, & poſtea obligatio fiat de ſoluenda dictis marito,& fratribus dote cõfeſſata,omnes tenentur, licet fuerit ſoluta ſoli marito; quia fratres obligati cenſentur contemplatione mariti,& ſolutionis illi faciendæ.Bald.*conſ.388.*
11 *Factũ tale eſt,lib.3.per tot.* † Limita 13.modis, de quib. Bald.Nouel. *tract.de dot.part.6.priu.21.* vbi latiſs. Alex. poſt Bart.& alios *in d.l.ſi*
12 *conſtante,§.quoties,ff.ſol.matri.* † Limita; quia à muliere bene poteſt exigi fideiuſſio de dote ſoluenda.Bald.Nouel.*d.tract.de dote,parte*
13 *6.priu.21.in 8.limitat.num.9.* † Limita de conſuetudine in multis locis,maxime Florentiæ,vt atteſtatur gl.*in l.1. C.ne fideiuſſ.dot.dent.* in gl. magna, vbi, quod in ciuitate gloſſatoris datur de reſtituendo,ſed non de conſeruando,& hoc innuit ſtatutum Florẽtiæ ſub *rubr.de dot.& don.reſtit.c.61.* de quo meminit Caſtr.*in l.ſi conſtante,§.*
quoties,n.7.ff.ſolu.matr. idem Caſtr.*conſ.62.per tot.* vbi fideiuſſorem dotis ſupponit obligatum in caſu contingente Florentiæ, & *conſ.*
80.*in fin.* vbi, quod ſtatutum Florentiæ admittit fideiuſſorem dotis,*lib.1.* plenius Rom.*conſ.392.Circa primum,n 5.& 6.ver.quoad ſe-*
cundum, vbi, quod licet de iure non valeret, tamen Florentini volunt, quod ſua ſtatuta ſeruentur,prout cantant,etiam ſi ſint inua-
14 lida, vbi apoſt.*ver.Florentini.* † Extende; quia licet filiusfam.minor 25.annis prohibeatur obligari in facto patris, tamẽ ſi eſt emancipatus, valet obligatio cõiunctim cum patre pro dote reſtituẽda,
15 ita etiã dicit Rom.*d conſ.392.n.6.ver.vnde ſopita.* † Limita; quia poteſt dari fideiuſſor etiam cõſtante matrimonio,quando ipſe fideiuſſor ſeparatim à marito ſe obligaret cum iſtis verbis, *non precibus*
mariti,ſed ſciens nõ teneri à ſeipſo,vt principalis ſe obligat; tũc ceſſat prohibitio,quia non habet regreſſum contra maritũ, niſi actione negotiorum geſtorum vtiliter,& ceſſat obiurgatio. Caſtr.*conſil.188.*
Præfati promiſſores,n.2.ver.nunc eſt videndum,lib.1. vbi,quod ſi maritus prohiberet,non haberet regreſſum aliquem contra principalem.
16 * † Limita,quando iuramentũ interueniſſet,ſecundum*communem,de qua Alex.*d.l.ſi conſtante,n.5.ver.ſecundo limita.ff.ſol.mat.* Li-
17 mita,† quando maritus,& pater,vel tertius ante contractũ matrimonium promiſerunt facere cautam dotem; quia donec cautam reddãt,non poſſunt petere dotem,nec debent fructus conſequi, licet maritus ſuſtineat onera matrimonii; quia nõ debent ſoluentes decipi,& forte nõ aliter cõtraxiſſent,& dos licet eſſe non poſſit ſine matrimonio,bene poteſt eſſe matrimoniũ ſine dote. Caſt.
plene *d.conſ.188.Prædicti promiſſores,in prim.lib.1.* & plenius *conſ.190.*
18 *Cum tempore.per tot.eod lib.1.* Corn.*conſ.287.Tota,lib.4.* † Limita,qũ ſoluto matrimonio daretur fideiuſſor; quia ceſſat ratio perſidiæ.
19 Bal.Nouel.*tract.de dote,par.6.priu.21.n.3.ver.ſecundo fallit.* † Limita; quia licet nõ poſſit dari fideiuſſor,bene poteſt obligari alius tanquam correus,& plures correi. Bart.*in l.ſi. C.de dot.caut.non numer.*
20 & ibi Salyc. † Limita in patre, qui poteſt eſſe fideiuſſor pro dote reſtituenda, imo aliquando poteſt cogi ad ſe obligandum pro fi-
21 lio.Bal.Nouel.vbi ſupr.*n.4.ver.tertio limita.* † Extende in fratre,&
22 coniunctis, qui poſſunt eſſe fideiuſſores. † Contrarium in aliis coniunctis,excepto patre,tenet Bal.Nouel.*de dote,in 6.part.priuil.*
21.*n.4.in 3.limit.ver.ſed ſolet.* † Declara, vt per Alex.*d.l.ſi conſtante,§.*
quoties,n.7.ff.ſolut.matrim. vbi, an poſſint duo rei conſtitui.

Fidelitas quotuplex,& quid ſit. Concluſ.333.

FIDELITAS † aliaeſt,quæ debetur proximo,per quam tenemur non offendere,neque inſidiari,non tamen tenemur defendere. Bart.*in extrauag.ad reprimend.in princip.ver.totius fidelitatis.* † Alia debetur patri, quem quis etiam tenetur defendere verbo, 2
& opere,& etiam patri indicare, quid contra eum cognoſcat,*l.1.*
in fin.cum l.ſeq.ff.ad leg.Pomp de parricid. Bart.*dict.extrauagan.ad reprimendum,in princip.ver.totius fidelitatis.* vbi, quod non reperitur iure cautum, vt teneatur patrem defendere opponendo ſe de facto.
† Idem eſt circa patriam, cui magis debemus, quam parentibus, 3
Bart.*quæſt.1.Lucanæ.ver.è contra,num.17.verſ.ſeptimo probatur.* † Alia 4
eſt,quæ debetur domino,& principi,per quam tenemur non ſolum non offendere,ſed imo defendere,& indicare, quod ſcimus contra eum moliri, quia habetur tanquam Deus in terris.Bart.*d.*
extrauagan.ad reprimend.in princ.ver.totius fidelitatis. † Declara; quia 5
hæc fidelitas ad principem habet duas habenas, per quas ducimur, prout equus, videlicet ad non offendendum, & ad defendendum. Bart.*d.extrauag.ad reprimend.in ver.habenis.* † Alia eſt fi- 6
delitas,quam præſtat feudatarius domino feudi,& illa regulatur à iuramenti forma,& quia feudum dicitur à fidelitate,*ver.Feudum*
*quid ſit, & qualiter conſtituatur. Concluſ.*104. † Et iſta fidelitas,quæ 7
præſtatur per vaſallum domino, eſt præſtatio iuramenti fidelitatis,obſeruantia dicitur exequutio iuramenti,& ſi contrarium facit,dicitur proditor,& pœna proditoris punitur, & omnis vaſallus tenetur,exceptis quinque caſibus, de quibus plene Afflict.in *pralud.feudor.n.40.& multis ſeqq.* Vide, *Fidele homagium,& fidelitas*
*quid ſint,& in quibus differant. Concluſ.*117. † Alia eſt, quæ debetur
ratione adminiſtrationis,*authen.iuſturand.quod præſtatur ab eo in §.*
iuſturand.& vide plene Aluarot.*in c.1.n.2.titul.quid præcedere debeat,* vbi de omni fidelitate diſcutit.

Fides habita de pretio multa operatur,& quando habita dicatur. Concl.334.

FIDES † dicitur habita de pretio à venditore,ſi rem vendat,& 1
dominium transferat in emptorẽ, facta dilatione ad ſoluendum pretium. † Idem in locatore, quia ſi locat faciendo dilatio- 2
nem conductori in longius tempus, quam ſint recollectus, cenſetur habere fidem de pretio,& ſtatim, quod conductor collegit fructus,fecit illos ſuos,licet penſionem non ſoluerit. Aretin.*conſ.*
63 In præſenti conſultatione,col penult.ver.non obſtant allegata.n.7. † Et 3
qui poſſint habere fidem de pretio, vel non, Vide, *Vendere quæ non*
*poſſint habita fide de pretio. Concluſ.*67. Vide, *Procurator ad exigendum*
*an poſſit confiteri recepiſſe.Concl.*847.† Operatur fides habita de pre- 4
tio translationem dominii,ſicut vera ſolutio. Aret.*d.conſil.63.n.1.*
ver.ex iis ſequitur. vbi, quod procedit, tam in venditione,quam in locatione reſpectu fructuum.

Fides ſeruanda hoſtibus, & quando ſecus. Concluſ.335.

HOSTIBVS † in bello licito fides ſeruanda eſt,maxime iura- 1
ta; ideo ſi quis captus in bello licito relaxetur ſub iuramẽto de reuertendo,tenetur reuerti.Bal.*conſ.343.Illuſtris domine,in fi.lib.*
2. † Et ꝙ hoſtibus fides publicatis ſeruanda; quia eſt de iure gen- 2
tium primæuo,& ſic de iure naturali,& ſemper continet bonum & æquum,alias princeps non ſeruans fidem priuaretur commercio hominum,quod eſt ſummè cauendum.Caſtr.*conſ.318.Viſo,&*
examinato,col pen.ver.iis nõ obſtant.lib.1. † Amplia; quia multo ma- 3
gis ſeruanda eſt fides amicis, & qui ſe dederunt in ſubiectionem ſub fide, & promiſſione, prout de Paduanis, qui ſe ſubiecerunt Venetis,& creati fuerũt cives Veneti,vt non poſſit reuocari,quia fides publica violaretur.Caſtr.*d.conſ.318.n.5.ver.tertio,& vltimo,per*
tot.lib.1. † Extende, vt idem ſit, quia ſeruanda eſt vaſallis,& ſubdi- 4
tis. Rom.*conſ.52.In quæſtione,col.1.ver.cũ ergo intereſſe.* vbi, quod gratis. Rom.*conſ.52.In quæſtione,col.1.ver.cũ ergo intereſſe.* vbi, quod gratiſſimum eſt fallere fidem. † Amplia; quia etiã bannitis, qui pol- 5
ſunt impune offendi, fides eſt ſeruanda; ideo ſi quis facit pacem cum tali bannito,etiam ſi poſtea banniretur ex illa cauſa,pro qua pax facta fuit,non poſſet offendi,& pax rumperetur,ſecundum Clar.*in §.homicidium,n.60.ver.quæro.aliquis,in fin.* † Extende; quia 6
etiam ſi quis bannito,& hoſti dedit fidem de non offendendo,& offendat,dicitur proditorie offendere,& debet puniri, quia etiam hoſti

hostis fides seruanda est, secundum eũdem Clar. in *d. §. homicidium, n.61. ver sed an licebit, in fi.* & pro hac parte faciunt fundamenta per 7 Bar. in *q. Luc. an ciuitatis in pr. n.6. ver. sexto probatur, & n seq.* † Contrarium tenet Bar. *d.q.1. ver. è contra, n.13. ver. tertio probatur sic.* per *au-* 8 *thent. de mand. pr. §. neque autem homicidio.* † Declara; quia hostibus, latronibus, & desertoribus fides non seruatur, quia possunt interfici impune, ergo neque bannitis, quando possunt impune interfici. Bar. *d.q.1. ver. è contra, n.16. ver. sexto probatur sic. & n.17 ver. septimo probatur sic.* vbi reddit rationem, vt procedat, quia ex quo possunt impune interfici, istud est ob publicam vtilitatem inductum, sed pro defensione parentum, & patriæ licitum est impune rumpere 9 pacem, & rebellem, & transfugam interficere, ergo, &c. † Intelligas tamen declarationem, prout Bar. intelligit, de fide priuata, nõ de fide publica, prout data à duce belli; quia illa est seruanda, secusin data à priuato contra publicam vtilitatem. Bar. *d.q.1. in solu-* 10 *tio n.9 ver. sed licitum est.* † Amplia; quia fides data, & iuramentum equiparantur, ideo frangens fidem ita priuatur feudo, sicut veniens contra iuramentum, & ita efficitur infamis, sicut periurus; quia habent se vt genus, & species, plura Curt. Iun. *cons. 275. n.30.* 11 *& multis seq. lib.3.* † Limita, nisi propter crudelitatẽ hostium relictus timeat mortem; quia non tenetur reddere. Bald. *cons. 358.* 12 *Iuris tarruncalis, per tot. lib.2.* † Limita, quando bellum non est licitũ, quale, qui promisit reuerti etiam cum iuramento, non tenetur 13 reuerti. Bal. *d. cons. 343. in fi. & cons. 358. per tot. li.2.* † Limita, quando agunt de redeundo ad capturam propter debitum ciuile, quia 14 non tenetur reuerti. Bal. *d. cons. 343. in fin. lib.2.* † Limita; quia latro- *ff.* nibus non est seruanda fides. Bald. *d. cons. 358. in princ. lib.2.* Vide, *Fi- dem publica seruandam per principem, & quando secus. Concl. prox. seq.*

Fides publica seruanda per principem, & quando secus. Concl. 336.

1 TIDES † publica seruanda in principe, vide omnino Cagnol. in *epistola de boni principis regimine, n.91.* vbi multa pulchra, & quod 2 fine fide omnia corruũt. † Statutum, quod banniti etiam pro debito ciuili possint impune interfici, licet sit controuersum, an valeat, quia est communis * opinio pro vtraque parte, tamen ne quis 3 sub fide publica decipiatur, debet seruari de facto. Clar. *§. homici-* *dium, n.52. ver. plerunq; in fi.* † Extende; quia si quis interficit bannitum, qui esset nulliter bannitus, sufficit fides publica, quod esset in albo descriptus, & exter statutum permittens offendi, quia si ignorauit nullitatem, excusatur in totũ propter fidem publicam. Clar. *d. §. homicidium, num. 63. ver. sic. maior est, in fi.* vbi dicit hanc ve- * riorem, & in practica obseruandam, licet contraria * communis, 4 si non inueniatur. † Extende etiam in ciuilibus; quia si princeps veniam ætatis concessit minori, vt contrahat vt maior, non habet restitutionem in integrum, ne is, qui sub fide publica contrahit, decipiatur, *l.1. Cod. de ijs, qui veniam ætat. impetr.* vbi Bald. & alii. 5 † Nam & hostibus fides seruatur, & graue est fidem fallere, & multa mala ob fidem non seruatam, illamq; maxime publice da- tam seruandam, dicit Mantua *singul. 305. millies dici solet.* vbi exemplum Cæsaris, qui dixit regnandi causa fidem frangendam, & eidẽ fuit fracta, quia occisus est regnandi causa, videlicet vt nõ regnaret. *l. ff. de consist pecun.* Marsil. *Singul. 148. graue est.* & est text. in *l. fi.* 6 *ff. de legationib.* † Amplia; quia princeps debet, & tenetur omnino seruare fidem publicam bannito, & hosti, cui fecit gratiã vel salvum conductum, etiam si sit in casu quo non debuisset, vel forte non potuisset via iuris. Menoch. *de arbit. casu 336. n.27. & n.33.* alle- get Bald. *cons. 490. Ponitur, quod quidam, circa fi. lib.1.* Sign. *cons. 102. n.* 7 6. † Amplia; quia Commissarius, qui potest solum in foro conscientię dispensare super matrimonio prohibito, si dispensat in foro fori, legitima est proles ob fidem bonam. Rota in *nouiss. decis. 477.* 8 *n.1.* † Amplia; quia dux belli potest inire conuentionem cum ho- 9 die, & est seruanda, *l. conuentionum. ff. de pactis.* † Et de Venetis late Cail. *cons. 318. Viso, & examinato, col. pen. ver. ijs non obstantibus, lib.1.* vbi 10 late. † Amplia, & declara multis modis, vt per Farinac. *q. 29. per tot.* vbi pro vtraque parte, in princ. quod sit seruanda fides, nõ tamen in atrocioribus, quia imo licitum sit decipere; tamen primam ve- 11 rioremꝰ dicit. † Vide omnino Marsil. *Sing. 177. malitiis hominum.* vbi 12 cumulat plurima, quod nõ seruetur. † Amplia in casu contrario; quia fides principi data est seruanda, alias punitur, vt sacrilegus. 13 Bero. *cons. 165. n.8. & seq. lib.3.* † Limita in pace facta; quia non iuuat 14 bannii ũ. Bar. in *d.q. Luc. ciuitatis.* † Restringe de iure canonico, vel quando princeps fuisset præsens huic paci. Bero. *cons. 185. n.11.* 15 *d.3.* † Limita, quando gratiam habens delinquit, vel abutitur. Fa- rinac. *d.q.29. n.59. & seq.* vbi dat plura exempla, vel quãdo ipse non 16 seruat. Marsil. *d. Sing. 177. circa fin.* † Et quod ex delicto perdat sal- vum conductum. Menoch. *d casu 337. n.13. & 14.* vbi, quod nõ extenditur ad futura delicta. † Limita; quia lædẽtibus diuinam ma- 17 iestatem fides non est seruanda. Morõ *de pace, q.107. in fi.* † Limita, 18 quãdo fides publica esset data ab inferiore contra legem, vel statutum, quia sibi imputet; qui credidit. Farinac. *d.q.29. n.97. & seq.* vbi idem, quãdo conceditur ab eo, qui nullam prorsus habet iurisdictionem, quia à pari procedũt, vel quod detur à iudice supra facultatem suam, vel à priuato, quo casu non potest dici publica, neque seruanda est. Nellus *de bannit. in 2 parte 2. temp. q.15. n.15. ver. quoad tertium.* † Et ideo nõ valet gratia facta bannito, vel relegato 19 per iudicem, *l. relegati, in fi ff. de pœnis*, & data si frangitur, fides publica non violatur. Nellus in *2. parte 2. tempo. q.15. n.15. ver. quoad ter- tium l. pœnam. C. de pœnis*, & est tex. in *l.1. in fi. ff. de q. cum ibi notat.* & ita tenuit Consilium Neapolis, vt per Afflict. *decis. 4.* quod fidantia data per iudicem, vel fiscalem procuratorem in casu non permisso, non sit seruanda, vbi Vrsill. late Menoch. *casu 337. nu.10. & seq.* vbi extendit, etiam si lex, & statutum mandet seruari, quia intelligitur, quando potuit dari in casu licito. † Et quod iudicis authori- 20 tas inualida non excusat. Alex. *cons. 160. Visis narratis, n.2. lib.7.* vbi citat plures textus Canonicos. † Contrarium in fortioribus, quod 21 imo clericus bannitus à iudice laico, quia potest quilibet bannitus impune occidi, si talis clericus nulliter bannitus occidatur, fides publica nulla excusat à dolo, & à pœna ordinaria, licet non à culpa, ideo poterit solum puniri pœna extraordinaria, propter fidem publicam, ita distinguit Alex. *d. cons. 160. nu.3. & seq.* maxime *nu.5. ver. fortificantur. cum seq. lib.7.* † Extende; quia propterea iudex 22 si promittat reo delinquenti impunitatem, si confiteatur delictũ, non obligatur, quia est supra suam facultatem, & fatuus est, qui sibi credidit. Bossi. *tit. de confess facta in tortura, nu.12.* vbi de communi, & magis * communi. Clar. *§ fi. q.55. n.9. in fin.* vbi de * commu- ** ni. † Contraria opinio est * communis, quod non debeat mori ex 23 * tali cõfessione. Decius in *l. ea est natura. ff. de reg. iur.* vbi, quod iudex est publica persona, & fidem datam seruare debet, & ibi Cagnol. *num.18.* vbi dicit * communem. vide omnino Decium ibi, & Ca- * gnol. qui multa allegant. † Extende; quia iudex, qui solum potest 24 concedere saluum conductum bannito ano superiore, vt veniat ad se excusandum à delicto, pro quo non admittitur procurator, vt per Bar. in *l. is qui reum, n.12. ff. de public. iudic.* vbi admittunt, dummodo sit ad tempus; si concedat supra facultatem suam, videlicet vel bannito à principe, vel perpetuo, vel in causa, in qua procurator admitti potest, nihil facit, & non valet, neque debet seruari. Menoch. *de arbitr. casu 337. n.11. & seq.* Alberic. in *4. parte statut. q.39.* *circa fi.* † Extende idem, quando iudex per sententiam absolueret 25 criminosum, qui non debuit absolui, certe nõ potest tueri sub fide publica, quia licet reus semel absolutus, vel condemnatus non possit iterũ molestari, illud est verum, si iuste fuit absolutus, alias secus, ita Clar. in *§ fi. q.57. n.9.* Bossi. *tit. banniti quid amittant, n.3. ver. successiue.* Fel. in *c. quoniã contra, n.26. ver. quartus casus. de probat.* Clar. *d. § q.55. n.9. in fi.* vbi si iudex nõ potest facere gratiam, vel dispensare ex concessione principis, vel legis non potest absoluere, & nõ valet. † Generaliter autem quod gratia, vel saluus cõductus con- 26 cessus à iudice non valeat, & non debet seruari, nisi habeat particulariẽ facultatem. Nellus *d. tract. bannit. in 2. parte 2. tempor. q.15. ver. quoad tertium.* sequitur Gozad. *cons. 61 n.10. & sequ. ver. tertio adduco.* plene Olsatchus *dec. Pedem. 101. n.6.* vbi plures allegat, quia cogitur ius dicere, allegat Cynũ in *l. præses. C. de transact. in fi.* vbi, quod non habet iudex administrationem, nisi vt ius dicat. Zabarel. *c.1. n.2. de offic ord.* † Extende, etiam si præcederet bannimentum principis, 27 vel statutũ qualificatum, puta quod faciet princeps gratiam habentibus legitimam pacem, quia licet iudex declaret pacem non legitimam esse legitimam, poterit offendi. Cępol. *cons. 7. n.5. & per tot.* Nellus in *1. parte 3. tempor. q.3.* allegat tex. in *l. si non secundum. ff. de donat. inter vir. & vxor.* plene Bossi. *tit. banniti quid amittant. nu.3. ver. successiue quæro.* vbi ponit exemplum, quando fit gratia homicidæ non animo deliberato, quia licet iudex declaret nõ esse animum deliberatum, & si esset, non valeret, nec posset tueri ex fide publica, quia imo impune, & prius potest offendi. † Extende generali- 28 ter; quia intentans remedium statuti qualificati, nisi probet qualitatem, nihil agit, & sententia non valet, quia statutum dicitur formale. Vide, *Statutum formale dicitur, quando contra ius commune.* *Concl. 556.* † Et quod sententia iudicis non pertineat ad fidem pu- 29 blicam, probatur, quia fides publica debet seruari omnino, siue iusta, siue non, etiam si non debuit dari, & nullo prætextu, etiam quod non valeat, vel non potuerit dari, est violanda. Zabar. *d.c.1. n.2. de offic. ord. Pedemont. d. decis. 101. n.6. & seq.* † Restringe, nisi quo- 30 ad multam impossibilem, vel excessiuam, quam potest præses remittere, & remissio debet seruari, *l. allicitas, §. fin. ff. de offic. præsid.*

vel

vel si ratione ætatis, *l. in causa, §. fi. ff. de min.* quod declara, nisi sententia lata contra minorem esset principis, vel superioris, *l. minor autem, ff. eodem.* † Vide Moron. *de pace qu. 105. in fi.* vbi, quod si est supra, vel præter authoritatem, potest seruare, sed non tenetur, allegat Menoch. *casu 383. de arbitrar.* † Declarat Bald. in *l. 1. §. non fuit autem, ff. de dolo.* quia si à iudice datur fidantia bannito, vel hosti sine causæ cognitione, non est seruanda, si cum causæ cognitione, est seruanda, idem Nellus in *2. parte 2. temporis, q. 15.* Bald. *de statut. §. fides,* & non dicitur causę cognitio adhibita, si notorie iniustitia facit secundum probata; quia sententia est ipso iure nulla. Felin. in *cap. quoniam contra, num. 23. & seq. de probat.* Vant. *de nullit. ex defectu proces. nu. 127.* vbi vterque de communi; quia eo casu cessat præsumptio sententiæ, etiam si transiuit in iudicatum; quia iudex tenetur iudicare secundum acta, & probata, *l. illicitas, §. veritas. ff. de officio præsid.* Vide, *Confessio facta sub promissione venia non nocet. Concl. 681.*

Fides non seruatur ei, qui eandem fidem frangit. Concl. 337.

1 FRangenti † fidem nõ seruantur promissa, vel eadem fides, *l. cum proponas, la secõda C. de pactis.* & hanc esse regulam generalem dicit Rol. à Valle *cons. 57. n. 20. lib. 1.* † Amplia; quia quis dicitur impugnare, & frangere fidem nedum contrarium faciendo, sed etiam non implendo promissa. Deci. *d. l. cum proponas, la secunda, C. de transact.* vbi dicit notandum pro ampliatione, facit *cons. Roma. 204. Pro discutienda, n. 9. ver. secundo idem probatur ex vulgari regula. &*
3 *cons. 244. Pro euidentia. n. 2.* vbi apost. in *ver fallere.* dat conc. † Amplia, etiam si interuenerit iuramentum. Rol. à Valle *cons. 57. n. 21. li. 1.* Ruin. *cons. 136. col. 4. lib. 5. ver. quoad aliud.* Rom. *d. cons. 244. n. 2.* vbi
4 apost. in *ver. interueniret,* dat concordãt. † Extende; quia is, qui renunciauit cum iuramento appellationi, quia appellatus promisit eum non molestare, si molestetur, non tenetur stare renunciationi iuratæ. Io. de Imol. *cons. 81. In casu præmisso.* † Extende, vt procedat, etiam si vltra iuramentum adsit clausula, *rato manente pacto,*
6 quia adhuc non tenetur seruare fidem, & promissa is, cui non seruatur per aduersarium. Gozad. *cons. 31. n. 5.* sequitur Rol. à Vall. *d. cons. 57. n. 22. lib. 1.* † Amplia; quia obligati obseruare pacta, & conuentiones, si contraueniunt etiam in vno, non possunt petere sibi obseruari, quia ratio, quæ sumitur ex vniuerso, si in vno est falsa,
7 in totum reputatur falsa. Cast. *cons. 176. Videtur, quod, col. 2. in fi. lib. 3.* conc. Nat. *cons. 481. in fi.* Rim. Iun. *cons. 122. n. 30. & seq. lib. 2.* † Amplia; quia creditores non tenentur seruare salutum cõductum debitori decocto; si ipse non seruat creditoribus. Ioan. de Imol. *cons.*
8 *147. in pr.* maxime *n. 8. & 9.* † Amplia; quia si partes homologari fecerunt laudum nullum, quod valet, & debet seruari in vim pacti à partib. homologantibus, intelligitur, si partes seruauerint, sed altera non seruante non potest petere sibi seruari. Rom. *cons. 175. Dictum*
9 *vltimum in fi.* vbi apost. fi. † Amplia; quia feudatarius, qui domino non seruat fidem fidelitatis, priuatur feudo, & sic commodo conuentionis; quia frangenti fidem fides frangenda est. Io. de Anan.
10 *cons. 7. n. 8.* † Amplia; quia is, qui est obligatus ex contractu soluere in pluribus paghis, & terminis, perdit dilationem, si deficit in prima pagha, quando interuenit iuramentum, plura allegat apost. ad
11 Mathesil. *sing. 2. in fi.* vbi plura allegat. † Extende; quia imo is, qui habet dilationem soluendi, puta in tribus annis singulo anno tertiam partem, si deficiat in primo anno, & prima pagha, potest cõueniri ad totum debitum, non obstante dilatione, quam perdidit ob inobseruantiam, ita Caccialup. in *tract. de transact. in 15. q.* sequitur Feratius *cautel. 20. incip. Notum est, circa fi.* Armenius *dialogo*
88. apost. ad Abb. in *c. fi. diligenti. col. 5. in ver. valet, de for. comp.* & pro cautela solet exprimi in dilatione. Bar. in *l. si quis aliam. ff. de solut.* & ita facit regula prædicta; quia frangenti fidem; & quia ex actu impugnato quis non potest iuuari, & dicitur impugnare non implendo promissa. Dec. *d. l. cum proponas, la 2. C. de transact.* Rom. *cõs.*
204. *Pro discutienda. n. 9. & seq. & cons. 244. Pro euidentia. n. 2.* vt in pri-
12 ma ampliatione. † Amplia maxime in transactione, & omni contractu vltro, citroque obligatorio; quia in eis inest tacita conditio seruandi, si per alteram partem seruetur; item quia non potest claudicare, vt tu non serues, & ego seruare tenear. Cast. *consil. 413.*
13 *Quia breue spatium, in pr. lib. 1.* † Limita septem modis, de quibus Socin. *reg. 8. Fidem frangenti regulariter fides seruari non debet.*

Fides non facit fidem, & quando secus. Concl. 338.

1 FIdes † non facit fidem; quia dicitur scriptura relatiua, quæ fidem non facit. Burs. *consil. 26. n. 12. lib. 1.* maxime vbi facta est, non citata parte, late Cephal. *cons. 384. n. 21. lib. 2.* Decian. *cons. 51. n.*
6. & 7. lib. 2. † Extende; quia fides priuatæ nullam fidem facit, 2
cum sint scriptæ priuatæ, imo etiam factæ à Notario non probant
Guido Pap. *decis. 19. Valentinus.* Dec. *cons. 97. num. 3.* † Amplia; quia 3
Notario attestanti se rogatum de mandato alicuius non creditur.
Gui. Pap. *q. 19. Valentinus. n. 1.* & pro hac parte facit ratio; quia im-
breuiatura, licet possit authenticari; tamẽ antequam authentice- 4
tur, nullam habet exequutionem. *l. contractus* vbi Bar. *C. de fid. instr.*
& multa requiruntur, vt sit authenticum, in *l. generali. C. de tabu. lib.*
10. † Contrarium, quando facit fidem in iudicio in causa, in qua, 5
ipse est Notarius; quia ipsi creditur, & sufficit productio verbalis
cũ fide sua. Fulg. *cõs. 195. Quidam procuratorio. per tot.* † Amplia; quia 6
neque valet dictum testis in scriptis productum. Dec. *d. cons. 51. in*
pr. li. 2. quia non testimoniis, sed testibus est credendum. Cast. *cons.*
395. *Videndum est. n. 2. lib. 1.* † Declara; quia verum est, si iudex vel 7
eum examinare, sed examinatus si referat se ad fidem factam, &
examen prædictum, bene valet. Decia. *d. cons. 51. n. 96. ver. non obstat*
primum. lib. 2. † Amplia; quia fides Notarii, quod fuerit rogatus de 8
instrumento, non facit fidem, licet si publicaret instrumentum
attestando se rogatum ipsi crederetur. Guido Pap. *d. decis. 19.* Con-
tratium † Fulg. *cons. 195. per tot.* † Amplia; quia litteræ attestationis 9
officialis etiam consilii Principis extranei, attestantes aliquid de
præterito factum sine alia solemnitate non probant. Alex. *cons. 57.*
Viso, & opportune. nu. 23. & 24. ver. nec prædictis obstat. lib. 2. † Amplia; 10
quia imo fides domini loci, quod habuerit feu. 25. à tali pro tali
pro vna condemnatione contra eum, pro quo facta est solutio,
non probat; quia fidei vnius quantumcunque authoritatis non
creditur; maxime quia hoc casu tractat de commodo suo. Alex.
plene *cons. 59. In causa appellationis, in pr. li. 7.* vbi loquitur in fide Do-
mini Thadæi Manfredi, Domini Tusignani, vt non probet etiam
inter subditos. † Limita, quando pars non opposuit, etiam sine 11
seruauit sibi ius opponẽdi. Decia. *d. cons. 51. n. 96. ver. secundo resti-*
detur. lib. 2. † Extende idem in simplici copia, quæ probat partem 12
opponente. Cran. *cons. 150. n. 2.* Vide, *Exemplum. & copia non probat,*
& quando secus. Concl. 550. † Limita, quando periti deponerent de 13
peritia; quia fides facit fidem. Deci. *d. cons. 51. n. 100. ver. tertio resti-*
detur. lib. 2. † Limita, quando testes fidem approbant, vt quia ad fi- 14
dem se referunt. Nat. *cons. 537. in prin.* Caputaquen. *decis. 187. par. 3.*
† Limita coram arbitro, & arbitratore. Decian. *d. cons. 51. n 101. ver. 15*
quinto, vt tollatur. lib. 2. † Limita, quando essent personæ graues, 16
prout officiales. Decia. *d. cons. 51. n. 101. vers. quarto dico. lib. 2.* † Ex- 17
tende; quia fides officialis, vel deputatorum ex publico, quod a-
liquis sit Notarius publicus, & credat eius scripturis in loco rogi-
tus probat. Vide, *Litteræ legalitatis probant, & quando secus. Concl. 363.*
† Contrarium, quod non credatur etiam Cardinali in præiudici- 18
um alterius. Decius *cons. 463. n. 10.* qui loquitur, quod ad proban-
dam simulationem, fides Cardinalis non probat. Cast. *d. cons. 395.*
n. 2. li. 1. vbi loquitur in præside. † Declara; quia si fides fiat per ver- 19
ba enunciatiua per quemcunq; officialem de iis, quæ non pertinent ad officium illius, & non probat, si agitur de magno præiu-
dicio. Cast. *d. cons. 395. n. 2. lib. 1.* † Limita; quia creditur litteris ma- 20
gistratuum fidem facientibus circa ea, quę spectant ad eorum officium in iis, quæ sunt modici præiudicii, prout, quod sit vitæ
honestæ, quod clericus, vel promotus, & similia. Alex. *d. cons. 59. in*
pr. ver. nec obstat. lib. 7. Vide, *Exemplum, & copia non probant. & quando*
secus. Concl. 550. Vide, *Testi de auditu ab occiso non probat. Concl. 181.*

Fides mala authoris quando præiudicet successori, vel non. Concl. 339.

1 FIdes † mala donatoris non impedit præscriptionem decen-
nalem donatarii, etiam si sit filius emãcipatus donantis, dum-
modo bona fide possederit contra habentem hypothecam, vel
obligationem rei donatæ. Old. *cons. 19.* vbi quod *authen. mala fidei.*
C. de præscript. longi temp. non habet locum, nec corrigit titulum *C.*
aduer. credit. Vide, *Bona fides quando præsumatur in præscribente, vel non.*
Concl. 100. Vide, *Bona fidei possessor quis dicatur, vel præsumatur. Concl.*
99. Vide, *Mala fides defuncti, vel authoris quãdo noceat heredi, vel succes-*
sori. Concl. 22. Vide, *Præscriptio non procedit sine bona fide, & quis dicatur*
bonæ fidei vel non. Concl. 521. † Limita; quia fideicommissarius, qui 2
scit bona non posse alienari tanquam supposita fideicommis-
so, impedit, ne heres suus possit dici bona fide alienasse. Bald. *cons.*
98. *Casus sub tali forma. n. 4. ver. super quarto, & per tot. lib. 5.* † Ex- 3
tende; quia mala fides acquirentis nocet filio, & hęre-
di, ne præscribat. Ioan. de Imol. *cons.*
73. *n. 4. & n. 7.*

Fides bona, vel mala qualiter probetur. Concl.

VIDE Mascard. *Conclus.* 785. *Fides bona.* vbi, quod si quis fecit probationem validam iuris sui, probat bonam fidem, si probationem inualidam, dicitur probata mala fides. Vide, *Bona fides possessor quis dicatur, vel præsumatur. Concl. 99. cum Concl. ibi proxime sect.*

Fidem accommodans testatori quando compellatur obseruare. Concl. 340.

1 HÆRES † in solidum institutus, qui prius accommodauerat fidem testatori de faciendo participem pro medietate fratrem habilem, compellitur obseruare fidem actione negociorũ gestorum communi nomine, vel mandati, si præcesserit mandatũ, vel vtili actione ex testamento. Castr. *consil.* 195. *In quæstione, quæ pertitur. col. 2. ver. primo quia. lib. 2.* † Et compellitur communicare medietatem, vel portionem, pro qua fidem accommodauit, & si semel admisit illum, censetur facta communicatio, non autem receptus iure familiaritatis; quia præcedit titulus. Castr. *d. consil.* 395. *col. 3. ver. & hoc præsupposito. lib. 2.* vbi etiam dicit, quod testes singulares admittuntur ad probãdam præsumptionem accommodatæ fidei. † Limita, quando in prohibitis accommodat fidem testatori, puta de restituenda hæreditate patris filio spurio. Vide, *Fiscus succedit indignis, & incapacibus instituti, & quando secus. Concl.* 394.

Figura quid sit, & quid importet. Conclus. 341.

1 FIGVRA † est cuiuslibet rei forma potens ipsius, vel faciens, in qua substantia figuratur. *l. non figura. ff. de act. & oblig.* quod intelligit Bart. verũ in re corporali; secus in re incorporali; quia figura dicitur eius natura; ideo figurã actionis appellat eius naturam, ita Bart. *in extrauag. ad reprimen. in ver. & figura, in princ.* vbi 2 apost. *in ver. in figura rei.* † Si vero sumus in actu consistentię in fieri, seu in faciendo, figura importat ordinem. Bart. *d. extrauag. ad reprimendum. ver. & figura. n. 2. vers. quadam sunt,* vbi *n. 3.* dicit, quod figura iudicii, quod est in faciendo, est ordo; & ideo verba, *sine figura iudicii,* tollunt ordinem, & substantiam iudicii de iure ciuili 3 inductam, non autem de iure naturali, vel gentium. † Verbum, quod describitur in figura banni intelligatur de banno habente figuram banni rectę, & rite facti; ideo si est nullum euidenter, non dicitur esse in figura banni. Alex. *conſ. 77. Visis, n. 14. & 15. ver. vlt. lib. 3.*

Filiatio multiplex, & de singulis speciebus filiationis. Conclus. 342.

1 FILIATIO † vnica olim fuit iure primæuo gentium, ante quã essent ciuitates, & magistratus; quia nõ erat tunc distinctio, an essent legitimi & naturales an naturales tantũ, & spurii; postquã vero ciuitates, & magistratus esse cœperunt, facta est distinctio in tres species; quarum prima est approbata; secunda reprobata; tertia neque approbata, neque reprobata, ita Florian. de S. Petro, plene *q. 3. in prin.* vbi deducit originem huius diuisionis ex Isidoro, *lib. 5. Ethic.* ex Gratiano 7. *dist. c. Moses. & c. seq.* ex *l. 2. ff. de origine iuris.* † Approbata filiatio est, quæ generata est sacramento 2 matrimonii, isti quidem sunt legitimi & naturales. Florian. *d. q. 3. n. 5.* † Reprobata filiatio est illa species, quæ ex dãnato, & reprobato coitu nascitur, & isti dicuntur spurii, quasi nati extra puritatem iuris naturalis, & isti sunt nati ex adulterio ex vna, vel duplici parte, vel ex constituto in sacris vel ex professo, & ex aliis, qui prohibentur, & isti nec filii appellantur, nec possunt succedere; sed nec alii possunt de iure ciuili, licet secus de iure cano- 4 nico. Florian. *d. q. 3. n. 4. & seq. ver. ex secunda.* † Et an de iure Ciuili filia spuria possit dotari. Florian. *d. q. 3. n. 6. ver. an tamen.* vbi remittitur ad Bart. *in l. fi. ff. de his, quib. vt indign.* † Tertia species eorum, 5 qui non sunt approbati, neque reprobati, est naturalium, sic dicti; quia ex coniunctione naturali procreantur, sed non legitimi; quia à iure neque dignitatem, neque approbationem habẽt, prout nati ex concubina, quæ in omnibus æquiparatur vxori: præterquam quoad dignitatem, & debet esse vnica in domo inducta, non libidinis, sed prolis procreandæ causa; item, quod sit talis mulier, cum qua matrimoniũ esse possit; item, quod sit dotata, & retenta in schemate concubinæ, & propterea concubinatus ex lege nomen assumpsit; & extra pœnam legis est, non in prohibitione legis. *l. an concubinatu. in fin. ff. de concubin.* Florian. *d. q. 3. n. 6. & seq. ver. & tertia.* † Et isti alunt̃r, in parte aliqua succedunt non extantibus legitimis & naturalibus; item ei legari potest.

Florian. *d. q. 3. n. 8. v. tales naturales.* † Hodie cõcubinatus secundũ aliquos est de iure prohibitus. *c. nemo. 30. q. 4.* & secundũ aliquos 7 ꝓhibitio etiã est de iure Ciuili non simpliciter, sed secundũ q̃d; puta in habente vxorẽ. *l. 1. C. de concub.* quoad clericos, & religiosos; itẽ quoad peccatũ, sed non quoad hoc, ꝙ tales naturales dicantur ꝓhibiti circa tẽporalem successionem; imo *c. tanta, qui filij sint legit.* videtur expresse illos admittere. † Filii legitimi & na- 8 turales dicũtur nati ex legitimo matrimonio, & ĩsta definitio ꝓbatur secundũ *l. filiũ diffinitmus. ff. de his qui sunt sui, vel alieni iuris.* Anchar. *conſ. 225. Videtur prima. n. 10. ver. super alio.* † Et dicũtur legiti- 9 mi & naturales, q̃ nascũtur de coitu solẽnizato, & ap̃ꝓbato à iure, ꝓut matrimoniũ; nã naturales sunt; quia naturaliter ꝓcreantur, & sunt legitimi, ẽt quia interuenit solẽnizatio iuris, & ap̃ꝓbatio, vt per Castr. *conſ. 467. Viso pũcto, col. 3. v. sunt igitur. lib. 2.* Filii 10 † naturales dicuntur nati ex soluto, vel soluta retenta in concubinatu, & si natus est in domo; quia retinebatur in domo ad hũc effectũ ꝓbatur filiatio. Anch. *conſ. 225. n. 10.* † Et dicũtur naturales nati ex coitu non solemnizato à iure, sed tolerato, ꝓut ex cõcubina delecta vnica retẽta in domo, nõ libidinis causa, sed puro, & indubitato affectu, & est quædã solẽnitas iuris ciuilis tantũ. Castr. *conſ. 467. col. 3. v. ex tertia. lib. 2.* † Si vero ex muliere, q̃ non 12 tenebatur in domo, & ad q̃ accessus non patebat tutus; vt quia monialis, vel filia magni ciuis est; tunc si est in domo patris educatus, tanquã talis tractatus, accedente fama viciniæ ꝓbatur filiatio. Anch. *d. conſ. 225. n. 10. & seq.* † Filii spurii ex adulterio pati- 13 ter probantur legitimi, ex eo, quod sint educati in domo; & nominati ꝓtal bus, & accedẽte publica fama viciniæ. Anch. *d. conſ. 225. n. 10. & seq. per tot.* † Spurii sunt, qui nascũtur ex cõiunctione 14 naturali dãnata à lege humana & oẽs qui nascũtur ex quocunq; coitu damnato de iure positiuo sunt spurii, siue ꝓpter effusam libidinẽ siue ꝓpter incestũ, vel alio modo ꝓhibitũ cõcubitũ. Castr. *d. conſ. 465. col. 3. ver. ex secunda. lib. 2.* † Filii vero legitimati dicũtur, 15 q̃n status personæ transfertur in oppositum, vt de spurio, vel illegitimo fit legitimus. Bald. *conſ. 146. Titulus Principis, in pr. ver. præmitto ad euidentiam. lib. 1.* † Filii ciuiles sunt, quorũ status ex nihilo 16 oritur, vt per adoptionem, & sunt filii ficti natura non cooperante. Bald. *conſ. 146. in pr. ver. præmitto ad euidentiam. lib. 1.*

Filiatio est probanda ab eo, qui dicit se filium. Concl. 343.

FILIATIONEM † allegans debet probare, siue dicat se filium 1 sim; iciter, siue dicat se filium naturalem, siue filiũ legitimatum; quia probatio semper incũbit asserenti. *l. verius. ff. de probat.* Vide, *Probatio incumbit asserenti. Concl.* 768. † De primo, q̃ is, qui dicit se filium alicuius, debeat probare filiationem, est text. *in l. 1. ff. de probat. & in l. fi. C. de alen. liber.* Bald. *conſ. 188. Mortuo filio. n. 1. lib. 3.* Ias. *conſ. 102. In casu prædicto. n. 4. v. nam qui petit. lib. 4.* Dec. *conſ. 54. in pr. & conſ. 321. In causa. n. 2 & conſ. 471 Iuridicam. in pr. & conſ. 576. n. 10. ver. cum dictus Philippus.* Rol. à Vall. *conſ. 3. nu. 43. ver. & ista opinio probatur. & conſ. 63. Perspectis. n. 13. lib. 1.* Soc. Iun. *conſ. 86. Disputatur. n. 34. v. verumtamen iis non obstantib. lib. 2.* Natt. *conſ. 473. Quadam. nu. 11. vol. 2.* Bero *conſ. 20 Visa. n. 24. ver. postremo lib. 2.* † Et qui dicit se 3 filium legitimum, & naturalem alicuius debet hoc probare vere, vel præsumptiue, vt quia natus fuit ex tali, & tali coniugibus, & in domo eorum educatus, & talis reputatus. Alex. *conſ. 74. Viso pro. essu, in pr. lib. 2. & conſ. 24. Attentis n. 4 lib. 3.* Ias. *conſ. 106. per tot. li. 1.* Natt. *d. conſ. 473. n. 32.* vbi dicit* communem. Alc. *reg. 2. præsumpt.* * *2. n. 6. & 7.* † Et si constat per testes de contrario, q̃ mater ꝓtensi 4 filii esset concubina, & q̃ pater erat clericus, nõ etiam probatur, q̃ esset naturalis; sed imo spurius, ita Alex. *d. conſ. 74. in pr. ver. istud autem. lib. 2.* † Vel si probatur, quod prætensus pater dicebat non 5 esse filiam, sed quod amore Dei alimentabat, non esset probata præsumptiua filiatio. Alex. *d. conſ. 74. n. 2. ver. sic etiam posito, lib. 2.* In † dubio autem pro non filiatione, vt euitetur delictũ, quod cle- 6 ricus tenuerit concubinam, præsumitur. Alex. *d. conſ. 74. n. 3. v. nã in dubio. lib. 2.* † Extende, etiam si dicit se filiũ naturalem, siue spu- 7 rium, vel alias, qualificatum. Ias. *d. conſ. 102. In casu. n. 4. ver. sed præmissis non obstantib. lib. 4.* Natt. *d. conſ. 473. n. 39. ver. postremo dubitatũ fuit.* † Extende in filio dicente non se legitime natum, sed legiti- 8 matum. Rol. à Vall. *conſ. 49. Legitimationem. n. 23. ver. verũ si diligenter. lib. 4. & conſ. 100. Reperatur. n. 19. ver. quib. tamen, lib. 2.* Alex. *conſ. 60. Visa legitimatione. n. 17. ver. venio ad secũdum. lib. 2.* Castr. *conſ. 178. Super eo. n. 1. ver. cum igitur, lib. 2.* Vide, *Legitimatio ab assertẽte debet probari. Concl.* 241. † Et in tantum procedit extensio, quod si instituatur filius vt legitimatus, si non probat se legitimatum, & hæreditas deferatur venientibus ab intestato. Castr. *in l. eam quam. C. de fideic.* vbi Ias. late Dec. *conſ. 176. n. 3. 6. & 7.* vbi, quod nullum ha-

ber contradictorē, idem Dec. *cons.*453.*n.*8.*& cons.*600.*n.*10. Soc. Iun. *cons.*99.*n.*34.*vol.*2.& est communis*sententia, vt dicit Paris. *cons.*12.*n.*227.*& cons.*228.*& in cons.*3.*n.*18.*& 19.lib.*2.† Amplia; q̃a procedunt prædicta, etiamsi quis allegans se filium possideret; quia si actor ꝓbauit de iure suo, & obtinere deberet, si possessor non esset filius, adhuc etiam compellitur probare se filium, pro ut allegat Ang. *in l. liberorum. n.*2. vbi plenius Castr. *n.*5. *ver. breuiter videtur. ff. de iis qui not. an. infamia.* Ias. *in l. neq; professio. C. de testib.* Natt. *d. cons.*473.*n.*11.*ver. Non est tamen negandum.* Ruin. *cons.*52.*n.*3.*lib.*5. Natt. *cons.*421.*in princ.* † Amplia, quia filiatio debet probari ab eo, qui dicit se filium, siue legitimum & naturalem, siue legitimum, siue naturalem; maxime, quando est actor. *l.*1. *C. quor. bonor.* bene Ang. *in l. liberorum, in pr. ff. de iis qui not. infam.* Dec. *cons.*471.*n.* 2.† Extende; quia filius naturalis & illegitimus nō probatur ex eo, quod pater eum legitimauit, & instituit tanquā filium, quando natus est ex muliere quæstū faciente; quia dicitur vulgo conceptus, qui nescit patrem ostendere. *l. vulgo. ff. de stat. homin.* & maxime, quando fuit expositus apud Hospitale, vt per Bald. *in d. l. vulgo, in* 1. *&* 2. *lectura.* † Et mag s procedit extensio, quando pater est nobilis, & mulier vilissima meretrix. Angel. *in auth. quib. mod. natural. effic. legit. §. sed & aliud, n.*4. *ver. & ideo sit semper.* † Cōtra extensionem, quod imo filiatio probetur ex fide baptismi, ex eo, quod fuit educatus vt filius; legitimatus vt filius, & hæres institutus vt filius, vt fuit tentum per Rotam coram Sanctissimo tūc Aldobrādino auditore 12. Septemb. 1576. In illa causa della Bordissiera allegantur. Abb. *in c. transmissa. n.*10. *qui filij sint legit.* Felin. *in c. per tuas. n.*16. *de probat.* Dec. *cons.*34.*n.*2.& est in parte prima diuers. *decis.*238. Paris. *cons.*10. *n.*62.65.*&* 67. *lib.*2. Corn. *cons.*1.*n.*20. *ver. legitimatio. lib.*3. Gozad. *cons.*13.*n.*44. † Et expositio ad Hospitale non nocet filio, neque filiationi. *c.*1. vbi Abb. & alii. *de insant. expos.* † Imo quod filiatio ex tractatu subsecuto; etiāsi ante negatio patris præcesserit, possit probari. Felin. *d. c. per tuas. n.*14. *vers. amplia secundo. & n.*18. *de probat.* Paris. *d. cons.*10.*n.*107. *lib.*2. Limita; † quia legatū factum filio ponit filium in quasi possessione filiationis; ideo habet pro se præsumptionem, quod sit filius, donec contrarium probetur. Abb. *consil.*105. *Ex processu, col.*1. *in fin. & col. seq. ver. quoad tertium. lib.*1. Vide Masc. *Conclus.*786. *Filium alicuius se asserens.* vbi ponit regulam affirmatiuam, ampliat, siue agat, siue conueniatur; item, etiamsi sit in possessione filiationis, vbi pro vtraque parte, & declarat; item tenetur probare filiationem legitimam, limitat quoad alimenta; item, quando non requiritur, quod sit legitimus. Vide plenius Menoch. *lib.*2. *de arb. cas.*89. vbi plene explicat materiam.

Filiatio dubia qualiter iudicanda, vel terminanda. Cōclus. 344.

1 CONCEPTIO † filiationis dubia, quæ potest secundum possibile asscribi ad legitimam, & ad illicitam conceptionem, præsumitur potius legitima, quam illicita, etiamsi mater proba-
2 retur adultera. Bald. *cons.*390. *Tam profunde, in princ. lib.*2.† Amplia; quia si licite potuit concipi à duobus patribus, & dubium sit, cuius censeatur filius, & præsumitur potius filius eius, cui tēpus magis aptum est secūdum naturā, & morem regionis in pariēdo.
3 Bald. *d. cons.*390. *in pr. ver. interdum potuit. lib.*2.† Amplia in duabus matribus, quæ eadem nocte pepererunt in eodem lecto masculum, & fœminam, quia præsumptionibus iudicatur, cuius sit masculus, & cuius fœmina. Bald. *d. cons.*390. *in princ. ver. & in duabus*
4 *matrib. lib.*2.† Quandoq; dubitatur, quis dicatur primo, vel secūdo loco natus inter duos in eodem partu emissos, & recurrimus
5 ad materiam *l. Arethusa. ff. de statu homin.* † Quandoq; dubitatur, an quis sit agnatus, vel cognatus proximior, & in hoc statur probationi, vt qui clarius probat, admitti debeat. Bald. *d. cons*390. *in pr. ver, secundo modo. lib.*2. vbi, quę dicatur ꝓbatio dubia, & de mul-
6 tiplici specie. † Quandoq; dubium est, an conceptus steterit in vtero 7. vel 8. aut 9. 10. vel 11. menses; & quia incertum est. nisi Deo, & Matri, statur præsumptioni, quæ oritur ex cōmuni contingentia, vt præsumatur 9. mensium in dubio. Bald. *d. cons.*390.
7 *n.*2.*&* 3. *ver. amplius considerandum. lib.*2.† Quandoq; dubitatur, an conceptus sit animatus, vel ne, & quia non est necessaria anima in concepto; idcirco sufficit probare, & articulare cōceptionem partus tempore mortis patris. Bald. *d. cons.*390. *in fi. ver. sequitur ter-*
8 *tia quæstio. lib.*2. †Filius natus ex muliere maritata tempore cōceptionis, & natiuitatis præsumitur filius mariti, etiamsi probetur adulterium mulieris. Alex. *cons.*37. *In causa mota. nu.*5. *in fi. lib.*1.& est præsumptio quod filius sit mariti habitantis cum vxore, licet probaretur, quod etiam alii habebant rem carnalem cum eadē vxore. *l. miles. §. defuncto. ff. de adult.* Alex. *cons.*157. *Circa primum. lib.*
9 5. *n.*2.† Idem est in eo, qui retinet mulierem in concubinatu; quia licet multi ad eam ingrediantur, & habeant rem carnalem cum ea, tamen præsumitur prægnans ex eo, qui retinet in concubinatu extra matrimonium, & concubinatum, & intrat regula, quod probatio debet de necessitate concludere. Alex. *d. cons.*157. *Circa primum. n.*2. *lib.*5.

Filiatio dubia relatiua ad quem referatur. Conclus. 345.

SI † testator instituit Petrum & Antonium filios eius, vel filios
1 suos, hæc verba referuntur ad patrem, vt solos Petrum & Antonium instituerit filios suos, non autem referuntur ad filios, vt etiam filios filiorum vocauerit, & instituerit. Alex. *cons.*198. *Perse-*
2 *ctis. n.*2. *& seq. lib.*6. quia in dubio refertur ad loquentem. † Extende, vt idem sit, si est facta ꝓhibitio alienationis; quia testator voluit post mortem vxoris domum, quam ipsi legauerat, nō posse legari, seu alienari, sed perpetuo remanere penes hæredes eius, intelligitur testatoris, non autem vxoris legatariæ. Alex. *consil.*56. *Consideratis, in princ.* vbi plena apost. *in ver. testatoris*, citat concord.
3 *lib.*1.† Restringe, nisi adsit copula etiam quæ auget, vt si dixisset, *instituo Petrum & Antonium, & filios*; quia tunc deberet referri ad filios filiorum, Alex. *d. cons.*198. *nu.*2. *in fin. ver. si enim testator, lib.*6.
4 † Amplia, vt procedat, etiamsi Notarius in testamento loquitur in tertia persona, puta quia dixit, quod instituit in re certa extraneum, postea dicit, quod substituebat ei post mortem per hæc verba, cuius filios substituit post mortem legatarii; quia intelligitur de filiis testatoris, non de filiis legatarii extranei. Alexand. *d. cons.*198. *n.*3. *ver. confirmo. lib.*6.

Filiatio enunciata ex quibus dicatur. Conclus. 346.

FILIATIO † enunciata dicitur, si dicatur, *Titius Seij*, quia per-
1 inde est, ac si diceretur, *filius Seij*; quia Florentiæ omittitur verbum, *filius*, ob breuitatem, ita Fulg. *cons.*15. *Proponitur, quod in fi.* Alex. *cons.*125. *Viso processu, n.*2. *in fi. ver. quod autem dicta contrariis. lib.*
7.& plenius *n.*8. vbi, quod genitiuus isto casu secundum cōmunem *vsum denotat causam efficientē, & sic paternitatem. † Ex-* *1
tende, vt idem sit, etiamsi progrediatur vlterius; quia probatur pater, auus, & proauus, puta si dicatur, *Titius Seij, Antonij, Sebastiani, & de tali familia.* Alex. *d. cons.*125. *n.*2. *in fi. & n.*6. *cum seq. lib.*7. De-
2 clara † tamen; quia si dicatur enunciatiue, *Titius Seij*, præsumitur, quod Seius pater viuat; sed si dicitur, *Titius quondam Seij*, inducitur mors patris; quia dictio, *quondam*, hoc importat. Vide, Dictio, *quondam*, quid importet. *Conclus.*352.

Filiatio ex quibus probetur, vel præsumatur legitima, vel non, & quomodo articulanda. Concl. 347.

FILIATIO † consueuit articulari tribus articulis, & ꝓbari vno
1 ex tribus; quia articulatur, ꝙ Titius natus est in figura matrimonii, ex A. & B. coniugibus scientib. fecūdo, quod dd. A. & B. coniuges tractauerunt Titium vt filium; tertio, quod secundum vulgi opinionē reputabatur eorum filius, & sufficit vnum ex tribus probare, vt sit ꝓbata filiatio. Alex. *cons.*51. *Viso, & discusso, n.*2.
3 *v. & ideo dicit. lib.*1.& ita declarat intelligi Bart. *in l. filiū. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni.* prout etiam declarat Dec. *cons.*54. *In causa domini Antonij, in fin. & per tot.* plenius Ang. Aret. *cons.*20. *Visis actis, n.*20. *vs*
4 *secundo quando tractatur.* vbi, quod probatur tribus modis; primo à causis, videl. à matrimonio præcedente; secundo à signis, prout est vocatio tractatus; tertio à signis, & causis simul, & multis aliis modis, prout communis reputatio, & similia, & ita debere Bar-
5 tolum intelligi. Vide plenius Masc. *Conclus.*797. *quo pacto articuli sint concipiendi.* vbi qualiter sunt concipiendi, & *nu.*6. *& seq.* quod duo testes sufficiant, an consanguinei admittantur, recitatopiniones, & qualiter deponere debeant, *n.*13. *& seq.* & an sufficiat de auditu, vide eum. † Amplia; quia probatur, & præsumitur
6 filiatio legitima & naturalis, eo ipso, quod probatur matrimonium legitime contractum inter duos, & quod ex eis viuentib. publice in matrimonio natus sit talis, ita Cyn. *in l. si vicinus. n.*2. *ver.*
7 *secundo quæritur. C. de nupt.* vbi, quod præsumptione iuris & de iure probatur filius legitimus & naturalis, quando durante matrimonio fuit conceptus, vbi Bald. & Salyc. & Bald. *cons.*437. Ter-
8 *tius. nu.*2. *lib.*5. *& in l. filium. num.*13. *vers. quæro, quomodo. ff. quis sunt sui vel*

sita per filium sunt patris, & quæsita per patrem iuris ordine sunt filii; quia mortuo patre dominium dicitur continuare in filium, quasi ante suum fuerit. Castillion. *d. cons.* 38. *n.* 23. *& seq.* vbi *num.* 25. quod diuitiæ patris sunt filii. † Extẽde; quia filius in potestate pa- 32
tris non potest patri aliquid in testamento adscribere, sicut neq; sibi, quia eadem est persona, secus, si esset emancipatus. Vide, *Notarius non potest sibi aliquid adscribere in testamẽto. Concl.* 77. † Amplia; 33
quia in omni dispositione, & acquisitione facta per patrem pro se, licet non dicat pro filiis, tamen subintelliguntur. Marsil. *Sing.* 160. *circa fi. ver. & vltra omnia.* † Extẽde in stipulatione immunitatis fa- 34
cta sibi, aut Titio; quia intelligitur etiam de filiis hæredibus ipsius stipulantis, non autẽ Titii. Bal. *cons.* 354. *Forma verborũ, lib.* 1. † Am- 35
plia; quia quod dicitur de patre & filio, & nepote per rectã lineã, vt censeantur eadem persona, idem de auo materno cum nepote ex filia, licet non adsit tanta ratio. Cast. *cons.* 164. *In præsenti causa, n.* 4. *lib.* 2. † Amplia; quia in tãtum filii sunt chari parentibus, & inter 36
coniuges inducunt amorem, & coniugii pignora. Vnde maritus plus diligit vxorem propter filios. Fulgos. *cons.* 49. *Ex facto, num.* 3. † Amplia; quia pater & filius pro vno capite computantur, & nu- 37
merantur in muneribus subeundis. Alex. *cõs.* 48. *Super extractione, n.* 2. *ver. tertio pro hoc, lib.* 1. vbi plena apostilla *in ver. pro vno.* † Exten- 38
de; quia imo pater & filius quoad munera adeo sunt vnicum caput, vt dicantur quid inseparabile. Alexand. *d. cons.* 48. *num.* 2. *lib.* 1. † Extende; quia pater vocatus ad honorem, & officium præbet 39
vacationem filio quoad aliud officium, ne possit continuare in filio. Alex. *d. cõs.* 48. *n.* 2. *vers. quarto probatur, lib.* 1. † Restringe, vt nõ 40
procedat, quando nõ habitarent simul, & in eadem domo. Alex. *d. consil.* 48. *in fi. lib.* 1. vel quando statutum aliter disponeret, vt ibi Alexan. † Amplia; quia appellatione lineæ patris propriè veniunt 41
filii, & descendentes à patre. Bald. *cons.* 336. *in pr. lib.* 3. vbi loquens in materia feudali, dicit, quod appellatione lineæ filii non venit pater. † Amplia; quia multa prohibita sunt quoad omnes, quæ 42
non habent locum de patre in filium, prout feudi alienatio. *cap.* 1. §. 1. *per quos fiat inuest in vsib. feudor.* † Statutum prohibens posse do- 43
nari officia collegii non habet locũ, si pater donat filio. Rom. *cons.* 277. *num.* 5. † Et quod donatio non habens certam solemnitatem 44
non valeat, non habet locum, si mater donat filio. Bald. *cons* 407. *num.* 4. *lib.* 2. † Declara; quia instrumenta defuncti non possunt re- 45
leuari sine auctoritate iudicis, & citatione partis; etiam si filius releuat instrumẽta patris ex cõmuni. Burs. *cons.* 370. *n.* 51. *lib.* 4. † Am- 46
plia in tantũ patrem & filium censeri vnã personam, vt vox vnius sit vox alterius. Petrus Anch. *cons.* 82. *Dicta facti narratio, nu.* 3. † Et 47
maxima est identitas patris & filii, quia in filium continuatur dominium rerum patris, & quodammodo viuo patre dominus reputatur filius. Anch. *d. consil.* 82. *num.* 3. † Et natura pater & filius v- 48
na persona esse dicuntur; & vbi vnus est, alius esse videtur. Anch. *d. cõs.* 82. *n.* 3. † Et pater præbet formam in creatione filii, vnde dat 49
esse rei, vt dicunt naturales. Chassan. *cons.* 53. *n.* 5. † Et pater non dicitur in totum mortuus, si eius filius viuit. Anch. *d. cons.* 82. *n.* 3. † Et 50
licet caro filii sit caro patris augmentata, quæ propter animã constituit nouum hominem, tamen pater non potest dici extinctus, 51
donec extat filius pars patris; quia si adest pars, videtur adesse totus. Cassan. *d. cons.* 53. *n.* 5 & 6. † Et licet statutum dans vendicandi 52
facultatem alicui intelligatur per se ipsum, non per aliũ, tamẽ bene quod pater facit per filium, facit per se ipsum. Rolan. *cons.* 34. *n.* 27. *& seq. lib.* 2. † Declara tamen; quia per fictionem, & repræsenta- 53
tionẽ omnia prædicta procedunt, non per veritatẽ, vt idẽ Cassan. *d. cons.* 53. *n.* 45. *& seq.* † Amplia; quia filius sequitur originem, & cõ- 54
ditionem patris non matris, nisi per priuilegium sit contrarium dispositũ, *l. assumptio.* §. 1. *ff. ad municip.* Vide, *Domicilium originis quid sit, & qualiter attendatur. Conclus.* 592. † Amplia; quia licet naturalis 55
dicatur persona turpis, vt nõ possit institui ab eo, qui habet fratrẽ non relicta legitima fratri. Ial. *in l. fratres. C. de inoffic. test.* tamen secus est, quando pater instituit filium naturalem, quia frater instituentis nullam habet querelam inofficiosi, ita Marsil. Laud. *in q. de legit. num.* 14. *versic. vlterius fui interrogatus de tali casu.* vbi, quod ita consuluit. † Limita; quia non est idem de filio ad patrem, quod 56
est de patre ad filium; quia filius est substantia, & arena patris, sed

57 non è contra. Bald. *conſ.* 336. *n.* 3. *ver. filius autem. li.* 3. † Limita in ſpiritualibus, quia licet pater non poſſit ſeipſum præſentare ad beneficium, bene poteſt præſentare filium. Abb. *conſ.* 96. *Ad claram*, *in prin. lib.* 2. vbi de * communi. † Limita, quando pater & filius ſimul contrahunt, quia pro virili cenſentur acquirere, & ſic duæ perſonæ reputantur. Bald. *conſ.* 452. *Hæredi habenti, nu.* 2. *ver. tertio eſt conſiderandum. li.* 5. † Extende, vt etiam duo rei conſtitui poſſint pater & filius. Bald. *conſ.* 452. *n.* 2. *ver. poſſunt etiam, lib.* 5. † Limita in factis Vniuerſitatum; quia pater poteſt filio per vocem, & votum ſuum ſuffragari, licet non poſſit pro ſe ipſo. Abbas *d. conſ.* 96. *in pr. lib.* 2. Vide concluſionem ſequentem. Vide, *Pater & Filius cenſentur eadem perſona, & in quibus. Concl.* 117.

Filius patrem repræſentat, & in quibus. Concl. 352.

1 FILIVS † repræſentat perſonam patris, quia patris locum, & gradum ingreditur, *auth. vt fratrum filij, in pr. collat.* 9. qui text. intelligitur, ſi tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, erat mortuus, vt eſt tex. *in authent. poſt fratres. la prima. in ver. iam deceſſerint. C. de legit. hæredib.* vbi Salycet. & Corne. & tenet Decius
2 *conſ.* 1. *& cõſ.* 87. *col. pen.* Vide infra proxime. † Declara; quia tunc filii ingrediuntur in locum patris, vt ſuccedant, prout pater ſuccederet, quando agitur de ſucceſſione patrui, vel amitæ; alias ſi agatur de ſucceſſione aliorum tranſuerſalium, filius non ingreditur perſonam, neque in locum patris. Caſtren. *conſ.* 80. *Super primo dubio, col.* 2. *ver. ad quartũ, lib.* 2. vbi, quod extra patruorum ſucceſſionem, quoad ſucceſſionem tranſuerſalium vnuſquiſque ſuccedit
3 ex perſona ſua, non ex perſona patris. † Vide tamen Alex. *conſ.* 4. *Ponderatis, nu.* 13. *ver. quod etiam quando, lib.* 4. vbi tenet, quod etiam quando nepos intrat in locum patris, dicitur ſuccedere ex ſua
4 propria perſona, non autem patris, & credo, quod male. † Declara, quia filius ingreditur locum patris, quando tempore mortis eius, de cuius hæreditate agitur, iam pater filii erat mortuus, ſed ſi erat viuus, non habet locum *d. authent. vt fratrum filij.* ita eſt text. *in authent. poſt fratres. la prima, in ver. iam deceſſerint. C. de legit. hæred.* & ibi Salycet. quem ſequitur Iaſon *conſ.* 124. *lib.* 4. & ideo ſi poſt moritur frater non adita hæreditate fratris præmortui, filij non intrant in locum patris quoad ſuccedendum patruo, cum ſubintratio fiat
5 legis auxilio, quæ ceſſat ex præſumpta mente defuncti. † Difficultas eſt, quid ſi filius habens filios nepotes renunciauit hæreditati paternæ, & cum iuramento, quia habuit ſuam partem, vel legitimam, an mortuo auo ſuperſtite filio, qui renunciauit, poſſint nepotes venire cum amita, aut patruo ad ſucceſſionem auj ex perſona ſua. Angel. Aretin. *conſ.* 33. *Videtur dicendum, in prin.* tenet, quod non, in terminis iuris communis allegat Batt. *in l.* 1. §. *qui filium, in* 4. *quæſtione pr. de bono. poſſ. contra tab.* quia idẽ, ſi in certa parte ſit inſtitutus; quia ſequentes excludit, & paribus partem facit, & ipſe præteritus non rumpit teſtamentum, & quia quando habuit legitimam, nunquam facit locum ſequentibus, ſi ipſe viuit, vbi plura ſimilia, quod renunciatio patris nocet filiis, & quia cum ipſe
6 viuat, non poteſt ſequens intrare locum eius. † In contrarium facit, quia qui renunciauit hæreditati paternæ, facit ſe inhabilem facto ſuo, exemplo deportati, ergo aperit viam filiis ſuis, prout in ſimili de iure antiquo emancipatus voluntate ſua aperiebat viam filiis ſuis, vt auo ſuccederent, & quia repudians, & cedens mortuo æquiparatur, ita arguit Angel. Aretin. *d. conſil.* 33. *num.* 9. *& ſeq.*
7 *ver. ſed tamen.* † Declarat, quod ſi extat ſtatutum, quod ſtantibus maſculis filiæ fœminæ dotatæ non ſuccedant, ſi maſculi adiuerint, alias fœminæ ſuccedant, prout Bononiæ, tunc contrarium procedit, quia omnes deſcendentes vocantur ordine ſucceſſiuo, & primis renunciantibus ſequentes à lege vocantur, & tunc factum patris iuratum non nocet vocatis à lege; quia habent à lege,
8 non à patre. Angel. Aretin. *d. conſ.* 33. *num* 19. *& ſeq.* † Amplia, vtin tantum ſit verum, vt capiat filius ex perſona patris multa, quæ non caperet ex perſona ſua. Nam licet emancipatus ſuccedens conferat fratri, qui ſuus eſt, non autem emancipato, tamen confert nepoti emancipato ſuccedenti in locum patris ſui; quia pater non erat emancipatus. Old. *conſ.* 224. *n.* 22. *ver. quod pulchre monſtratur. l.* 1. §. *portiones ff. de collation. bon.* Petr. Anchar. *conſil.* 82. *num.* 13.
9 *verſ. ſecundo hoc probatur.* † Amplia; quia filius præſumitur patri ſimilis, ideo filius partialis contra Regem præſumitur, ſi pater eſt talis contra Regem. Neuiza. *conſil.* 12. *n.* 47. vbi, quod natus ex pa-
10 tre infamato de crimine præſumitur talis. † Et quod filius patri ſimilis præſumatur tam in vitiis, quam in virtutibus. Rol. à Val-
11 le *conſil.* 1. *num.* 42. *lib.* 3. † Amplia, quod nepos ex filio primogenito ſuccedit auo, mortuo eius patre excluſo ſecundo genito filio à Regno, vel Ducatu, licet ſecundo genitus ſit maior natu; quia quod non habet ex perſona ſua, nepos habet ex repræſentatione perſonæ patris vt habeatur pro primogenito. Oldr. *conſil.* 224. *per tot.* vbi rationes hinc inde, & ita fuit iudicatum per Regem Robertum. Abb. *conſ.* 85. *lib.* 1. † Amplia; quia ingreditur in locum pa- 12
tris, & patrem repræſentat filius quoad merita paterna erga principem facta, ideo priuilegium patris contemplatione conceſſum, & ob merita, influit magis in filios benemeriti, quam in fratres ex
mente, etiam ſi verba non conueniunt, quia de maiore natu loquatur priuilegium. Roman. *conſ.* 29. *In cauſa maioria, per tot.* vbi
poſtillæ dant concord. ſequitur Socin. *conſ.* 37. *Viſo teſtamento, col.* 2. 13
ver. ſecundo iſta concluſio probatur, libr. 3 † Amplia, quod nepotes ex
fratre meo defuncto mihi ab inteſtato ſuccedunt, quando frater defunctus erat vtrinque coniunctus, & excludunt fratrem meum conſanguineum tantum, prout excluderet frater vtrinque coniunctus eorum pater, ſi viueret; quia ex perſona patris, quam repræſentant, hoc faciunt, non ex perſona ſua. Oldra. *conſ.* 224. *n.* 23. 14
& 24. verſ. præterea, ad idem arguit. Anch. *d. conſ.* 82. *num.* 3. *ver. ſecundo hoc probatur.* † Amplia, vt etiam priuilegia perſonalia, quæ non
tranſeunt ad hæredes, tranſeant tamen ad filios, *l. ſordidorum. Cod.* 15
de excuſat. muner. libr. 10. Oldrad. *conſil.* 224. *numer.* 29. *verſicul. nec obſtat.* † Amplia; quia filius non poteſt eſſe melioris conditionis, 15
quam pater, & mater, quorum perſonam repræſentat. Alexand.
conſil. 56. *num.* 4. *lib.* 5. vbi plena apoſtilla *in ver. melioris.* citat plurimos. † Amplia in tantum filium repræſentare patrem, vt imo fili- 16
us dicatur vere eſſe pars patris, & hac ratione pater plus diligit filium, quam ſeipſum; quia etiam mortuus dicitur viuere, ex quo
pars ſui, hoc eſt, filius viuit. Old. *d. conſ.* 224. *n.* 35. *ver. nec odioſum ius.* & latius in fine, *n.* 42. *ver. præterea quando*, vbi, quod filius dicitur eſſe reliquia patris. † Amplia, vt tanta ſit filii & patris identitas, 17
etiam viuente patre filius videatur quaſi dominus iurium paternorum, nec diſtinguatur pater à filio, niſi nota, per quam diſtinguitur genitor ab eo, qui eſt genitus, *l. in ſuis. ff. de liber. & poſthum.*
Oldrad. *d. conſ.* 224. *nu.* 36. *ver. præterea tangebat.* † Amplia; quia vox 18
patris dicitur vox filii: ideo pater facit teſtamentum pro filio in pupillari ætate, eligit ſepulturam pro eo; quia quicquid facit pater, filius dicitur facere circa iſta. Oldrad. *conſ.* 225. *col. fin. n.* 24. *verſ.* 19
circa duodecimam. † Amplia; quia quando filii fratrum ſunt vocati ſub nomine deſcendentium, ſemper intrant in locum parentum.
Decian. *conſil.* 1. *nu.* 346. *lib.* 1. † Amplia; quia ſtante ſtatuto, quod fi- 20
lius excludat filiam, pariter nepos ex filio excludet filiam; quia ingreditur locum patris. Bald. *in l. venia, in fi. C. de in ius voc.* vbi idem dicit in caſu converſo, quod filia excluſa à maſculo erit excluſa neptis ex filia, quæ repræſentat matrem. † Extende, vt procedat, 21
etiam ſi extant filius, & nepos ex præmortuo filio, vterque pro dimidia ſuccedit, & excludit. Alexand. *conſil.* 26. *Videretur, num.* 10.
verſ. pro hoc etiam facit. lib. 3. vbi apoſtilla dicit eſſe indubitatum, & loquitur Alexand. quando ſtatutum erat, quod extantibus filiis,
vel nepotibus, quaſi ordine ſucceſſiuo intelligeretur, & tamen ſecus eſt. † Extende etiam, quando filia excluditur à maſculo; quia 22
non excluderetur neptis ex filio maſculo; quia repræſentat patrem. Bald. *dict. l. venia, in fine. Cod. de in ius voc.* † Amplia; quia nedum fi- 23
lius, ſed etiam nepos intrat in locum patris, quando ſumus in ſucceſſione ex ſtipulatu concepta, quod ſuccedant in ſtirpes. Vide,
Deſcendentium, & poſterorum familia, & ſimilium appellatione qui veniant. Concluſio. 220. † Amplia; quia quando nepos ſuccedit auo, vel pa- 24
truo in concurſu cum patruis, eius pater eſt mortuus, tunc plene intrat in locum patris defuncti. Iaſ. *in conſil.* 159. *lib.* 4 *per tot.* Decia.
conſil. 47. *num.* 5. *lib.* 3. & idem ſi agatur de ſucceſſione auiæ, vel materteræ. Crauett. *conſil.* 67. *num.* 4 *& ſeq.* vbi *num.* 5. dicit * commu-
nem, & ad ſucceſſionem auunculi. Decia. *conſ.* 51. *n.* 140. *lib.* 2. Anchar. *conſ.* 365. *In themate propoſito, in pr.* & eſt tex. *in auth. vt fratrum*
filij, col. 9. & generaliter, vbi agitur de ſucceſſione aui, ſeu auiæ, aut patrui, ſeu amitæ, filii ſuccedunt in locum patris, vt ſuccedant
cum patruo, vel amita. Abbas *conſ.* 86. *In quæſtione, in princip. lib.* 1. 25
† Extende; quia nepos ex filio, vel filia, viuente ſubintrat in locum patris, vel matris, quando pater, vel mater habentur pro
mortuis, vt quia ſunt banniti. Alex. *conſ.* 75. *n.* 13. *lib.* 1. Declara plene totam hãc materiam, quia nunquam filius repræſentat perſonam
patris, neq; ingreditur eius locum, niſi quando vel agitur de ſucceſſione auo, vel patruo, extra hos duos caſus non ingreditur lo-
cum patris, ita Alex. *conſ.* 5. *Circa primum. in fine, lib.* 3. & apoſt. ibi ſub
n. 7. *in ver. ſuccedens.* † Declara totam hanc materiam, quia ſi filia, 26
vel filius fuit excluſus tempore delatæ hæreditatis, vt quia filius deceſſit poſt mortem aui, tunc nepos non repræſentat filium, vel
filiam, ſecus ſi filius, vel filia deceſſit ante auum; quia tunc ad ſucceſſionem aui nepos intrat in locum filii. Alex. *d. conſ.* 75. *n.* 14. *&* 27
in ſi. lib. 1. † Extende; quis quando pronepos contendit cum alio,

qui

qui est filius eius, de cuius successione agitur, non potest admitti ex persona sua; quia est remotior. Ideo necesse est, quod repræsenter patrem, vel auum, ex cuius persona vult admitti, pulchre
28 Anch. *cons.365. In themate, in pr.* † Restringe; quia ad hoc, vt nepos intret in locum aui, ex cuius persona vult admitti, oportet, quod fuerit conceptus viuente auo; alias non potest eum repræsentare,
29 quia non agnascitur. Anchar. *d. cons.365. in princ.* Vide, *Concepti viuente auo dicuntur agnati. Concl.* 545. † Amplia; quia quotiescunque filius, vel filia excluditur morte, vel repudiatione, tunc nepotes ex filia intrant in locum patris, vel matris ex persona propria. Bartol. *in l. liberorum, num.* 15. & 16. *ff. de verb. significat.* vbi reddit rationem; quia affectio, quæ erat in filio, vel filia, transit in Nepotem, ita etiam Alexan *cons.*75. *num.*13. & 14 *lib.*1. vbi, quod si filia repudiasset, nepos non posset venire, vt hæres ex persona repudiatis,
30 sed ex propria. † Extende, vt idem sit, quando filius, vel filia excluditur propter delictum, vel ingratitudinem, & tunc non transit delictum, vel ingratitudo in nepotes; ideo succedunt in locum patris, sed ex persona sua. Bartol. *d. l. liberorum, num.*16. *ff. de verb. si-*
31 *gnif.* Alexand. *d. cons.*75. *in fine, versic. nec obstat quod, lib.*1. † Extende; quia patre deportato, vel bannito quoad successionem aui, vel patrui, filii intrant in locum patris, vel matris. *l. si qua pœna ff. de his, quæ sunt sui, vel alieni iuris*, vbi clare Bartol. hoc concludit. Alexand.
32 *cons.*13. repetito *cons.*88. *vers. septimo lib.*3. & clarius *consil.*75. *colu.*4. *vers. quod secundum. iuncto ver. in contrarium, lib.*1. † Declara, quia exemplo non procedit in filiis banniti pro crimine læsæ maiestatis ex primo capite legis Iuliæ, *l. quisquis. Codic. ad leg. Iul. maiestat.* quia filius ex illo text. sunt insuccessibiles, vt ibi Bartol. & alii; secus in aliis
33 incipitibus, vt per Ang. & Salycet. *in l. fallaciter. Codic. de abolitio.* ita Alexand. *cons.*103. *in fin. vol.*1. Soc. *cons.*275. *lib.*2. & *cons.*121. *lib.*4. quicquid secus dixerit *consil.*21. *lib.*1. & eandem declarationem tenent Angel. *consil.* 223. *Pro decisione.* Decius *cons.*410. Iason *cons.*86.
34 *in causa Reuerendi, lib.*3. † Restringe, quando filia excluditur propter fauorem decedentis, vel alterius, vt quod fœmina non succedat stante masculo, sed do tetur, non etiam succedet nepos ex fœmina exclusa. Bartol. *dict. l. liberorum, num.*16. *vers. quandoque filia excluditur. ff. de verb. significat.* Alexand. *consil.*75. *num.*12 *lib.*1. & *in fi.*
35 Bald. *in l. vena, in fin. Codic. de in ius vocan.* Vide, *Exclusus semel quando semper excludatur, vel non. Conclus.*433. † Idem, si fœmina excluditur a Baronia propter masculos, certe neque masculus ex fœmina succedet; quia est ex persona exclusa propter fauorem alterius,
36 qui extat. Alex. *dict. cons.* 75. *num.*12. *lib.*1. † Amplia in feudis; quia filius intrat in locum patris. Decian. *cons.*9. *num.*5. *lib.*2. Alexand. *cons.*129. *Perspectis, in fin. lib.*5. vbi reddit rationem, quia feudum est
37 cohærens hæreditati. † Extende in emphyteusi. Crauett. *cons.*67. *num.*5. quia si est quæsita ab auo pro se, & descendentibus ordine successiuo, nepos acquirentis ex filio intrat in locum patris.
38 † Dicas, quod opinio est satis cõtrouersa; quia in emphyteusi Ecclesiastica ex prouidentia pro se, & filiis, & nepotibus; quia ordine successiuo primo sibi, postea filiis, vltimo nepotibus, & sic nepos non ingreditur locum patris, vt cõcurrat cum patruo, qui est filius acquirentis, secus si emphyteusis esset Ecclesiastica hæreditaria, vel priuati, vel in feudo, quod magis cohæret hæreditati. Alex. plene *cons.*129. *Perspectis*, vbi plena apostilla in verbo, *præmor-*
39 *tuo*, erat pro vtraque. † Quid in successione statuti, Decian. *consil.* 1. *num.*349. *lib.*1. Vide Alexand. *dict consil.*87. *lib.*1. qui dicit* communiter teneri, quod filius succedit cum patruo in bonis ascendentis, vel defuncti patrui. † Limita in dispositione statuti, quod
40 mater succedens in hæreditate aliquorum filiorum teneatur reseruare fratribus defuncti hæreditatem sibi delatam, etiam si non transeat ad secunda vota, quia si non extant fratres, sed filii fratrum, etiam quod concurrerent cum aliis patruis tempore delatæ hæreditatis, non repræsentant patrem in materia statuti correctorii iuris communis, ita Alexand. *consil.* 227. *Ponderatis, in pr. ver*
41 *aut consideramus, lib.*6. † Contrarium tenet Bald. *in l. in quibus. Codic. de secund. nupt. in ver. & prædicta faciunt ad quæstionem*, quando statutum diceret, quod filia dotata non succedat stantibus filiis, quia mortuo patre, & superstitibus filiis, & nepotibus ex filio præmortuo, nepotes concurrunt cum patruis, etiam in dispositione statuti. Alexand. *cons.*227. *nu.*2. *ver. tamen videretur, lib.*6. vbi apostilla
42 *in ver. contrarium.* dat concord. † Declarat Alexand. quod non venit isto casu nepos, quia de iure communi venit etiam in dispositione statuti, quando statutum recipit interpretationem à iure communi, sed quando non recipit interpretationem à iure communi, put in casu limitationis, quia disponit, quod mater viduitatẽ seruans teneatur reseruare filiis, seu fratribus defunctæ personæ hæreditatem, quod est cõtra ius commune de directo; ergo nõ recipit interpretationem à iure communi, vt amplietur & extendatur etiam ad nepotes, ita Alexand. *d consil.*227. *num.*2. & *seq. lib.*6. vbi ponit plura similia. † Limita, quia in casibus, in quibus filius non ingreditur personam patris, potest tamen ex persona sua succedere auo, & auiæ, etiam non habito respectu ad patrem, vel matrem. Bart. *in l.*2. *Cod. de lib. præter.* ibi etiam Iaſ. & idem Iaſ. *in l.*2. *num.*6. *C. de in ius voc.* Alex. *in l. pactum, col. fi. C. de collat.* Bar. *in l. liberorum, num.*14. *ff. de ver signif.* Ang. Aret. *cons.*33 *Videtur dicendum, num.* 31. & *seq. ver. aut ipse Ioannes.* vbi *nu.*32. quando non dicitur tunc habere à patre, sed à lege. † Limita, quia filius patrem non repræsentat, nec factum patris sibi præiudicat, quando non vt filius, sed ex dispositione aliena vocatur, puta si vocantur duo antiquiores de familia ad fideicommissum, licet pater antiquior repudiet; non tamen filius eius excluditur, si euaderet antiquior. Anch. *cons.*27. *num.*14. & 15. *ver. ex iis igitur* † Limita; quia vbicunque agitur de succedendo non ascendentibus, neque patruis in concursu, cum aliis patruis, aut materteræ, vel amitæ, nũquam filius repræsentat patrem ad effectum excludendi proximiorem in gradu, ita Alex. *cons.*44. *circa fin. ver. nec obstat. nu.*19. *lib.*5. vbi, quod ex gradu suo, & persona sua succedit, & est tex. *in authent. de hæred. ab intest.* §.1. & §. *si quis igitur defunctus. ver. huiusmodi vero priuilegium*, vbi Ang. dicit esse summe notandum. Bald. *in auth. post fratres. Cod. de legit. hæredib.* Dec. *cons.*1. *num.*2. & *cons.*79. *in primo dubio. ver. ista difficultas. & cons.* 464. *n.*6. *ver. secundum. de iure communi.* Iaſ. *in l. is potest. n.*21. *ff. de acqu. hæred.* & est text. clar. *Instit. de hæred. quæ ab intest.* §. *filius.* † Contrarium; quia imo etiam si agatur de succedendo patruo non cum patruo, sed cum auo, puta extant pater, & duo filii, moritur vnus filius relictis filiis, qui succedunt, postea moritur alius filius existente patre, & nepotibus ex fratre, an nepotes repræsentent patrem eorum, qui si viueret, concurreret cum patre, *authen. defuncto. Codic. ad Tertullian.* dubitatum fuit, & pro patre dicebatur, quod prima successio est descendentium, secunda ascendẽtium, tertia transuersalium, & licet fratres vtrinque coniuncti, & sorores admittantur cum ascendentibus; tamen non existentes in vlteriori gradu, nisi duobus casibus, quando agitur de successione aui, vel patrui concurrentibus patruis; tamen contrarium fuit rẽtum per text. *in* §. 1. *in auth. vt fratrum filij*, quem in terminis allegat Mathesil. *in tract. suo de success. ab intestato.* † Extende; quia licet nepos intret in locum patris, tamen ex sua persona succedit, quando hereditas non fuit delata patri, secus si fuit delata patri; quia tunc ex persona propria non succedit, sed ex persona patris. Alexan. *cons.* 20. *num.*3. *vers. octauo. & num.*8. *vers. non obstat octauum, lib.*1. Paulus de Montepi. *l. in quartam. nu.*227. *ff. ad legem Falcid.* Petr. Surd. *cons.* 85. *num.*12. & 13. † Imo licet filius repræsentet patrem, vel matrem in successione aui, tamen habet à lege, non ex persona repræsentata. Bar. *in l. qui superstitis. ff. de petit. hared. col.*2. *vers. respõde ad contrarium.* † Declara; quia siue filius intret in locum patris, vel matris, siue non, semper succedit ex persona sua, & dicitur habere ex iure proprio; ideo factum patris, vel matris sibi non præiudicat. Petr. Surd. *d. cons.*85. *num.*11. & *sequ. ver. præterea inanis.* vbi latissime declarat, plenius *consil* 133. *num.*25. vbi, quod licet ingrediatur locum matris succedendo in stirpes, tamen id est ex sua persona; quia habet à lege, non à matre, vel à patre. † Extende; quia in fideicommissis transuersalium filius non intrat locum patris, nisi quando sunt vocati in stirpes, prout filii filiorum in stirpes, & nõ in capita. Marius Anguissol. *cons.*122. *num.*49. & *sequ.* † Et procedit declaratio, siue concurrat cum patruo ad successionem aui, siue non; quia nepos intrans locum patris, vel matris, semper ex persona sua agit, non ex persona repræsentata. Petr. Surd. *d. cons.*133. *n.*25. *per tot. & in fi.* † Declara, quia filius repræsentãs patrem in successione repræsentat cum omnibus qualitatibus filii, non patris, ideo stante statuto, quod filius masculus excludat fœminam, si quis habet filios duos masculos, & vnam fœminam, & vnus masculus decedat, relicta fœmina, vtriq; auo neptis non succedet, neque patruo stantibus masculis, quia licet repræsentet patrem, qui erat masculus, & successisset; tamen neptis fœmina repræsentatur vt fœmina in locũ patris. Rota *in nouissim. decis.*686. *n.*2. & *seq. par.*1. allegat Socin. *cons.*168. *nu.*46. *lib.*2. & alios, quos videas. † Et facit Alex. *cons.*24. *n.*5. *lib.*5. vbi, quod acquirens pro se, & absente, si absens non acceptat, acquirit sibi primo acquirenti, secundum qualitatem absentis; quia durabit acquisitio secundum generationẽ absentis, non secundum generationem acquirẽtis. † Limita; quia in successionibus nunquam filius ingreditur locum patris, quando pater viuit. Crau. *cons.*127. *n.*6. Restringe; quia etiam nepos ingreditur locum patris, quãdo pater habetur pro mortuo, licet viuat, put quãdo est bannitus. Alex. *cons.*75. *n.*13. & *seq. lib.*1. † Limita in dispositione statuti, in qua vocant proximiores, vel in dispositione hominis, quia cũ frater sit proximior nepos, nõ repræsen-

tar patrem ad conquiſtum cum patruo iſto caſu, prout in diſpoſitione iuris communis, maxime, quando ſtatutum eſt contra ius.
55 Alex. *conſ.* 227. *Ponderatis n.* 5. *ver. & pro hoc lib.* 6. † Limita, quando agitur de ſucceſſione hominis; quia tunc non intrat in locum patris. Dec. *conſ.* 1. *n.* 5. *& ſeq.* vbi late Alex. *conſ.* 204. *Conſideratis, num.* 6. *ver. confirmantur, lib.* 2. vbi, quod ſi agitur de ſucceſſione ex diſpoſitione hominis, non iudicatur de filiis fratrum mortuorum, ſicut de fratribus viuentibus, vbi plena apoſtil. *in ver.* ut. dat concor-
56 dant. plurimos. † Extende in ſucceſſione ad fideicommiſſum, ſed tamen declara, vt per Decian. *conſ.* 16. *n.* 48. *lib.* 1. *& conſ.* 1. *num.* 350. idem tenet Decius *conſ.* 1. *& conſ.* 79. *col.* 2. *& conſ.* 227. *& conſ.* 408. *In præſenti conſultatione ad fi. & conſ.* 412. *Viſo eleganti, & in l. fin. colu.* 2. C.
57 * *de ſucceſſ. edict.* † Contrarium tenet Crauett. qui pro vtraque multos citat, & declarat *conſ.* 67. *num.* 5. & hanc communem * dicit Alex. *conſ.* 88. *Quod concurrere, lib.* 1. quod duplicatur *conſ.* 137. *eod. lib.* 1.
58 † Et quod in fideicommiſſis, & ſubſtitutionibus, filius non intret in locum patris. Alex. *conſ.* 204. *num.* 6. *& ſeq. ver. confirmantur, lib.* 2. vbi plena apoſtilla *in ver. prout*, dat plures concor. quia in diſpoſitione hominis filius non intrat in locum patris cum patruo; reddit rationem; quia iſta repræſentatio eſt per fictionem, & fictio non habet locum in contractibus, *& nu.* 11. *& ſeq.* tollit contraria.
59 † Extende in feudis, quando agitur de ſucceſſione ex diſpoſitio-
60 ne hominis, & ſic ex inueſtitura. Alex. *d. conſ.* 204. *n.* 6. *lib.* 2. † Extende; quia vbi non agitur de ſucceſſione hæreditatis, ſed de particulari ſucceſſione, vel non legali ſucceſſione filius non quam repræſentat perſonam patris. Alex *d. conſ.* 204. *nu.* 6. *lib.* 2. allegat Bart. *in*
61 *auth. poſt fratres. C. de legit. hæred.* † Contrarium, quod imo filius etiam in fideicommiſſis intret in locum patris, tenet Iaſon *conſ.* 159. *lib.* 4. vbi loquitur in fideicõmiſſo facto in proximiores, & tamen neptis ex filia teſtatoris ſuccedit cum alia filia teſtatoris, & hanc eſſe opinionem glo. *in l. cum ita. §. in fideicommiſſo ff. de legat.* 2. quam
* eſſe magis communem * atteſtatur Alex. *conſ.* 26. *Videtur fortaſſe, n.* 13. *ver. præterea gloſſa*, vbi plena apoſtilla *in ver. communiter, lib.* 3. *&*
62 *in conſ.* 124. *n.* 2. *& ſequent. ver. præterea, lib.* 7. † Declara, vt per dictam apoſtillam ad Alex. *d. conſ.* 26. *n.* 13. *in ver. communiter, lib.* 3. quia ſi fideicommiſſum eſt relictum in proximiores, vel familiæ, vel cognationi in genere, non diſtinguendo gradus, neque perſonas, cenſetur, prout de iure communi, & ſic filius repreſentat patrem, & concurrit cum patruo, & amita, & ſic procedit contrarium, ſi vero agitur de relicto, vel fideicommiſſo facto filiis, vel fratribus, vel certis perſonis, aut gradibus perſonarum, vel non agitur de filio fratris teſtatoris, vel ſic diſponentis, ſed de remotiori; tunc limitatio, & extenſiones procedunt, & ita Deci. *conſ.* 1. qui dicit *in l.* 2. C. *de ſucceſſ. edict.* quod Rota Romana hanc diſtinctionem approbauit, & dicta apoſtilla dicit, quod ita omnia contraria loquuntur, & hoc modo tolluntur tanquam in caſibus diuerſis, &
63 ita etiam declarat Alex. *dict. conſ.* 26. *n.* 13. *vſque in fi. lib.* 3. † Declara; quia ſi agitur de ſuccedendo auo, filius, & nepotes ex alio filio, pariter admittuntur; quia nepotes in ſtirpes ſuccedunt repræſentando patrem; & idem, ſi agatur de ſuccedendo patruo, quia frater, vel ſoror ſuccedit vna cum nepotibus ex alio fratre, vel ſorore, & ſic de amita, vel matertera, extra iſtos duos caſus filii non repræſentãt patrem, ſed proximior ſuccedit; quia in iſtis duobus caſibus filius ad ſucceſſionẽ repræſentat patrem, extra iſtos duos caſus ſecus eſt, tex. *in* § *reliquum, in auth. de hæred. ab inteſt.* & ibi Angel. *in* 3. *not.* Bar. Bald. & Salycet. *in auth. poſt fratres. C. de legit. hær.* Iaſ. *in l. ſi auia. colum.* 2. *Cod. de ſucceſſ. edict.* & pleniſſime *conſ.* 14. *lib.* 4. vbi, quod ſolum intrant filii in locum patris, quando agitur de ſucceſſione aſcendentium, & quãdo agitur de ſucceſſione tranſuerſalium patruorum, vltra hos gradus non, & ita etiam debet intelligi Iaſ. *d. conſ.* 159. *lib.* 4. quia agebatur de ſucceſſione aui, & ſic in altero ex duobus caſibus, & non eſt contra, quia tunc ſuccedit̃ teſtatori, & non auato. Dec. *conſ.* 217. *n.* 1. *& conſil.* 1. *per tot.* & eſt
64 tex. *in* § *ſi igitur de ſunctus, in auth. de hæred. ab inteſt.* † Et ideo ſi decedat aliquis ab inteſtato ſine deſcendentibus, relictis tamen duobus nepotibus ex duobus fratribus ipſi nepotes ſuccedunt, & repræſentant eorum parentes quoad ſucceſſionem patrui, ſed dato, quod alter ex eis non adeat hæreditatem, & moriatur relicto filio, & nepote ex alio filio ſuo prædefuncto, tunc filius excludet nepotem, quia cũ agatur de ſucceſſione patrui magni, nepos excludit pronepotem, bene verum eſt, quod ſi intra annum deceſſiſſet iſte nepos, qui non adiuit, quia tranſmitteret ius deliberandi, ambo ſuccederent ex iure deliberandi. Vide, *Succeſſio ex fidei-*
65 *commiſſo quomodo reguletur. Concluſ.* 875. † Extende limitationem in ſucceſſione ex ſubſtitutione fideicommiſſaria. Anch. *conſ.* 390. *n.* 8. *in fin. ver. ex quibus.* Vide Concl. prox. præced. Vide, *Nepotes qualiter ſuccedant, an ex perſona propria, vel parentum. Concl.* 45. Vide plene per Anto. Gabr. *lib.* 4. *tit. de ſucceſſio. concluſ.* 1. *In ſucceſſione ab inteſtato.*

Filius quando, & in quibus patri acquirat, vel non. Concl. 353.

FILIVS † in poteſtate patris exiſtens quicquid acquirit, patri 1
acquirit in iis, quæ ſunt profectitia. § *igitur. Inſtit. per quas perſo-*
nobis acquir. Vide, *Bona aduentitia, & profectitia quæ dicantur, & in qui-*
bus differant. Concluſ. 107. † Et ideo neque datur obligatio, neque ac- 2
tio ciuilis filio contra patrem, cui acquirit filius. Signorol. *conſil.*
126. *per tot.* & vide inf. Vide plenius inf. *Filius familiæ non poteſt age-*
re. Concl. 361. *n.* 25. *& ſeq.* † Et erat generalis regula de iure antiquo, 3
quod quicquid filius acquirebat, patri acquirebat, & quoad proprietatem, & vſum fructũ, ſed iure nouo in aduentitiis, & bonis maternis, vel ex induſtria, aut alias præter à patre proficiſcentia filius acquirit ſibi proprietatem, vſufructus vero eſt patris. Cuma. plene *conſ.* 89. *Circa primum. per tot.* vbi, quod etiam pater eſt legitimus adminiſtrator in recompenſa delatæ ſucceſſionis, & ſibi in
torũ filius quæreret. Vide, *Pater in quibus ſit legitimus adminiſtrator* 4
filiorum. Concl. 125. † Amplia, vt procedat etiam in legatis factis filio contemplatione patris, quia patri acquiritur, quando hoc conſtat; quod contemplatione patris. Dyn. *conſ.* 12. *Factum tale eſt. n.* 7. *ver. item quidam.* † Reſtringe, quando legatum eſſet factum filio 5
contemplatione filii, & non contemplatione patris; quia patri acquiritur ſolus vſusfructus, & legatum proprietatis eſt filii. Dyn. *d. conſ.* 12. *nu.* 7. † Idem in dubio, quia ſi non conſtat, an contempla- 6
tione patris, vel filii ſit factum legatum præſumitur contemplatione filii in dubio, ideo pater ſolum habet vſumfructum. Dyn. *d. conſ.* 12. *nu.* 7. *ver. item ſi dubitatur.* Vide, *Contemplatione alicuius factũ*
quando præſumatur, vel non. Concluſ. 965. † Declara, quod dicitur pa- 7
trem lucrari vſumfructum eorum, quæ legantur filio contemplatione patris, vt procedat durante patria poteſtate, quia ſi filius emancipatur, tunc medietas vſusfructus remanet ſola patri, filio vero alia medietas cum proprietate. Dyn. *d. cõſ.* 12. *in fi. n.* 11. *ver. item*
ſuper eo. Vide, *Emancipatus filius quid conſequatur ab inuito patre. Concl.* 8
113. † Declara, niſi pater cogeretur emancipare filium. Cum. *conſ.* 83. *Inſpectis cauſis.* Vide, *Pater in quibus bonis habeat vſumfructum. Con-*
cluſ. 124. † Amplia, quia in profectis à patre in filium ſub patria 9
poteſtate non datur modus, quin dominium profectitiorum ſit patris; ideo non valet acquiſitio filii facta à patre Bald. *conſ.* 304. *Quidam de inſula. li.* 4. plene Caſt. *conſ.* 346. *Circa bona. n.* 2. *ver. ſecundo*
videtur obſtare. lib. 1. vbi reddit rationem; quia pater ſibi donare videtur, & penes filium non poteſt eſſe, & ſi cũ iuramento, & dicit
* communem, quia iuramentum non reddit filiũ capacem. † Ex- 10
tende; quia propterea non valet donatio patris filio, niſi confirmetur morte, & ſequuta traditione. Vide, *Donatio patris filio in pote-*
ſtate exiſtenti, quando valeat, vel non. Concl. 673. † Reſtringe, quando 11
pater donaret filio ob merita ſpecificata, & vti extraneo; quia valet, & tunc profectitia efficiuntur aduentitia. Caſtrenſ. *conſ.* 346. *num.* 2. *ver. ſecundo videtur obſtare. lib.* 1. † Reſtringe in profectitiis de- 12
tis per patrem filio cauſa dotis, quia in iſtis non acquiritur patri, ſed filio. Bald. *d. conſ.* 304. *lib.* 4. † Declarat Caſt. *d. conſ.* 346. *col.* 2. *ver.* 13
primo quia lib. 1. vt procedat, quando pater dat filiæ in dotem, & conſignat illam marito, vel quando donat pro filio nutrui propter nuptias; qui acquiritur actio filio, & filiæ, ſecus, ſi donat filio, vt 14
det propter nuptias, vel filiæ, vt det in dotem; quia priuilegium ceſſat, ne fiat fraus legi. † Amplia; quia quicquid acquirit filius ex negociatione cum pecunia patris, acquirit patri. Ang. *conſ.* 85. *Pater*
habens per tot. maxime *ver. in contrarium*, qui loquitur, quando conſtat, quod lucrũ prouenit ex pecunia patris, & quod nomine pa- 15
tris ſe exercuerunt, & ita etiam Rom. *conſ.* 469. *Quoad primum, in*
5. ver. mihi autem in primo caſu, vbi quatuor caſus cõſtituit, & iſte eſt primus caſus, videlicet quando cum pecunia patris negociatur filius nomine patris, & poſt mortem patris tenetur communicare.
† Extendit, & iſte eſt ſecundus caſus. Roman. *d. conſ.* 469. *num.* 5. 17
quando filius ex pecunia patris negociatur ſimpliciter, videlicet non exprimendo nomine ſuo, neque patris, neque communi, & tenetur communicare fratribus. † Reſtringe, vt non procedat in quoad quæſita ex operibus, & induſtria filiorum; quia ſi nõ conſtat, quod nomine patris, acquirunt ſibi, non aut̃ patri. Ang. *conſ.* 85. *n.* 3. *ver. ſi autem de voluntate.* vbi, quod iſta ſunt etiam aduentitia.
† Reſtringe etiam, quãdo cum peculio patris filius acquiſiuit ne- 17
gociãdo nomine proprio, & periculo proprio, quia filius acquirit ſibi, & non tenetur fratribus communicare. Roman. *d. conſ.* 469. *n.* 5. *ver. tertio caſu.* † Quartus caſus eſt, quando filius cum peculio 18
paterno negociatus eſt nomine cõmuni, & iſto caſu præſumitur filius

filius nõ velle operam, & industriam suam iactare; ideo pro parte personæ debitæ, & industria quærit sibi, & non communicat fratribus; secus est pro parte spectãte ad peculium paternum, ita Rom. *cons.* 469. *n.* 5. *ver. vltimo casu.* † Difficultas est isto quarto casu q̃ portio debeatur capitali, & quæ debeatur industriæ filii, & Rom. *d. cons.* 469. *Quoad primum, in pr.* recitat quatuor opiniones sequentes; prima est glossæ *in l. cum oportet. C. de bon. quæ liber.* & aliorum, q̃ filius quicquid acquisiit ex peculio, seu pecunia patris, acquirit patri, & tenetur post mortem patris communicare. Secunda † opinio est Bart. *in l.* 1. §. *nec castrense. C. de collat. bonor.* & sequacium, q̃ medietas lucri applicetur patri pro capitali, alia medietas filio pro industria, & non tenetur communicare fratribus quæsitũ ex industria, secus pro parte debita ex peculio paterno. Rom. *d. cons.* 469. *in pr. v. secunda facit*, & *n.* 5. *in fi.* dicit, q̃ in consulendo huic sequitur, & ibi apost. *in ver. non conferri*, dicit hãc * veriorem, & cõmuniorem, & dat plurimos concord. † Tertia opinio Bald. *in auth. ex testamento, C. de collat.* vbi reprobat opinionem Bart. q̃ dicit habere locum solum in rusticalibus, vel inter socios; quia natura societatis est, q̃ præsumantur cõuenisse pro portionibus æqualibus; in negociatione vero debet fieri acquisitio arbitrio boni viri, vt si industria ex centum quis acquisiuit mille, cum non videtur æqualitas seruanda, sicuti è conuerso, si maximum esset peculium, & industria parua. Rom. *d. cons.* 469. *n.* 2. & *tertia fuit.* & hanc opinionem dicit ibi Rom. *n.* 5. *v. vltimo, in fine*, quod legendo hanc tenuit semper pro veritate; sed tamẽ subsequendo, q̃ consulendo non recedit ab opinione Bart. in quo semper videtur esse substantia veritatis. † Quarta opinio fuit Baldi *in l. vnic. C. famil. herciscũ.* quæ reincidit in primam opinionem gloss. q̃ totum acquiratur patri, & totum cõmunicetur fratribus. Rom. *d. cons.* 469. *n.* 3. *in fi.* & *n.* 4. *ver. quarta fuit*, mouetur, quia peculium est quid vniuersale, & ex augmento, & diminutione semper remanet peculium, & augmẽtum debet esse eius naturæ, cuius id, ad quod accedit. † Quintus casus ponitur ab eod. Rom. *cons.* 471 *tarum col.* 2. *in pr.* vbi, quod filii in eadem domo cum patre habitantes non possunt dici fecisse inter se societatem, licet negocientur, quia necessario negocientur pro patre, ex quo in aduẽtitiis non possent facere societatem sine consensu patris. Vide Concluſ. prox. seq. † Amplia; quia quod dicitur filium acquirere patri in profectitiis quoad proprietatem, & vsumfructum, & in aduẽtitiis quoad vsumfructum tantum, procedit, siue filius habitet cum patre, siue seorsum à patre, quia habitatio separata nõ facit cessare, quin patri acquiratur, nisi filius esset emancipatus, vel præsumeretur per longam habitationem separatam emãcipatus. Alex. *cons.* 48. *n.* 4. *lib.* 1. † Extende, quia filius non põt bona aduentitia, in quibus pater habet vsumfructum, alienare in præiudicium patris, & nõ valet alienatio facta, nec obligatio in præiudicium patris. Alex. *cons.* 106. *Super alio dubio per tot. lib.* 7. † Extẽde; quia ꝓterea non valet pactum de retrouendẽdo bona aduentitia empta per filium, quando tale pactum est ex interuallo post emptionem; quia quoad patrem, & eius preiudiciũ non valet. Alex. *d. cons.* 106. *lib.* 7. vbi est casus. Vide, *Cõfiscatio bonorum generalis quæ bona comprehendat. Concl.* 719. † Limita; quia filius emãcipatus non acquirit aliquid patri post emãcipationẽ. *l. si filius. ff. de verb. obl. l. fi. ff. de stipul. seruor.* Oldr. *cons.* 214. *Factum tale est, in instrumento circa pr.* Alex. *cons.* 48. *n.* 4. *ver. alias dato lib.* 1. † Extende in tantum esse verum, vt ẽt si pater sibi reseruaret in emãcipatione ius, q̃ filius emancipatus sibi patri, vt prius acquireret, non valeret talis reseruatio. Oldr. *cons.* 214. *per tot.* quem sequitur apost. *ad cõs. Dyn.* 12. *in fi. ver.* §. *cũ autem*, vbi allegat Fulg. in quodam cons. hoc tenentem. Limita, quia in aduẽtitiis patri acquiritur solus vsusfructus. Fulg. *cons.* 197. *in pr.* † Extende, vt acquiratur patri ẽt ad damnũ patris, puta auus instituit nepotem legitimum & naturalem ex filio spurio in potestate patris, valet institutio, sed quatenus acquiritur patri vsusfructus, aufert ab eo fiscus tãquam ab indigno. Signor. *cons.* 114. *n.* 4. † Extende, vt ꝓcedat, etiamsi essent pecuniæ, quia acquiritur patri vsusfructus eo modo, quo quæri potest, videlic. q̃ data cautione de restituendo patri tradatur pecunia, de qua efficitur dominus, donec durat vsusfructus. Fulg. *d. cons.* 197. *Zongus Ondedei. n.* 1. *ver. circa alium.* † Restringe, nisi donans aduentitia apponeret legem, q̃ patri non acquiratur etiam vsusfructus, quia valeret lex apposita, & patri nihil acquiritur eo casu. Socin. *cons.* 198. *Primo aspectu. ver. secundo ista concl. lib.* 2. † Restringe, quãdo res non recipit vsumfructũ, sed solũ vsum per vestes, iocalia, & similia. Castr. *cons.* 382. *Primo videndũ. n.* 2. *& 3. lib.* 1. † Restringe; quia filius in potestate secũdum iura nouissima si habet vsumfructum in persona sua, ex quo est quid personale, & non datur vsusfructus alterius vsusfructus nihil patri acquirit. Castr. *consil.* 455. *Ad primum, col. pen. ver. nunc ad tertium, lib.* 2. † Idem, si ex forma statuti maritus haberet vsumfructum in bonis extradotalibus vxoris, nam licet maritus sit in patris potestate, nõ habebit pater vsumfructum filio quæsitum. Castr. *cons.* 455. *n.* 7. *ver. si ergo ex forma. lib.* 2. † Declara tamen; quia non acquiritur patri vsusfructus de vsufructu, tamen acquiritur vsus ipsius vsusfructus, & ideo si pater dat cautionem filio de restituendo finito vsufructu, habebit vsumfructum, videlic. commoditatem, licet vsusfructus sit filii. Castr. *d. cons.* 455. *col. pen. n.* 7. *ver. si ergo. lib.* 2. † Limita; quia fauore matrimonii acquirit filius sibi, & quod plus est, pater donare potest filio occasione futuri matrimonii, & valet donatio, & obligatur filio. Alex. *cons.* 117. *in fi. lib.* 6. late Guid. Pap. *dec.* 145. vbi tollit contraria. † Contrarium Castr. *cons* 346. *Circa bona. n.* 2. *& seq. lib.* 1. † Limita; quia filius etiam sub patria potestate non acquirit patri ex delicto, vel maleficio, prout nec seruus domino. *l. quod seruus. ff. de acq. possess. cum ibi notat.* Bald *cons.* 481. *In causa vertente. ver. de iure autem nouo, col.* 1. *lib.* 3. Limita; † quia in acquisitis per filium ex operibus suis, & industria sua non communicat, nec patri acquirit, sed sibi. Bald. *cons.* 259. *Factum sic se habet, per tot.* maxime *circa fin. ver. est & tertius casus. lib.* 5. quod est Francisci domini Baldi. Angel. *cons.* 85. *n* 3. *ver. si autem.* † Extende, vt idem sit, quando acquisiuit partim ex re paterna, partim ex industria sua, quia quæsita ex industria pro rata non communicantur, nec patri acquiruntur. Bald. *d. cons.* 259. *per tot. lib.* 5. licet *cons.* 234. *in fi. lib.* 5. dicat viuente patre, patrem habere vsumfructum etiam in istis quæsitis ex industria, Ang. *cons.* 85. *n.* 3. *ver si autem.* † Limita; quia pater acquirens filio existenti in potestate, si interuenit traditio, acquirit filio, & valet. Vide, *Pater quando acquirat filio, vel nepoti. Concl.* 116. ✠ † Limita; quia filius non acquirit patri, quando ambo simul aliquid acquirunt, quia vnusquisque pro rata sua censetur acquirere. Bald. *cons.* 452. *Hæredi habenti. n.* 2. *ver. tertio est considerandum. lib.* 5. † Limita; quia filius habens vxorem, & dotem separatam à patre, si aliquid acquirat, etiamsi sit in potestate patris, sibi soli acquirit etiam quoad vsumfructum. Ang. *cons.* 386. *Statuto Florentiæ, n.* 3. *vs. q̃ in fin.* † Limita; quia quoad alimenta filius sibi acquirit, non patri; imo obligatio cadit inter patrem & filium circa obligationem alimentorum. Ang. Aret. *cons.* 140. *In casu præmisso. n.* 4. *& seq. ver. sed tamen iis non obstantib. & per tot.* † Limita in aduẽtitiis, quia filius acquirit patri solum quoad vsumfructum, text. *Inst. per quas person. nobis acquir.* §. *igitur.* Aretin. plene distinguit, sequitur Corn. *consil.* 27. *In hac consultatione. n.* 9. *lib.* 2. vbi, quod aduentitia sunt, quæ à patre, vel contemplatione patris non proficiscũtur. † Extende, & declara, vt procedat, quando filiusfamilias adiret hæreditatem cum consensu patris; quia acquiritur patri vsusfructus, & filio proprietas, quã nullo modo potest alienare filius sine consensu patris. Fulg. *cons.* 75. *in prin.* † Restringe, quia imo acquiritur patri in totum, quãdo filius recusat adire, & pater vult, quod adeat, & pariter filius non alienat hoc casu; quia nõ est dominus. Fulg. *d. cons.* 75. *n.* 1. † Limita in castrensibus, vel quasi castrensibus, *Instit. per quas person.* §. *igitur.* † Dicitur autem quasi castrense acquisitum per filiũ in officiis vtilibus; ideo nihil acquiritur patri, quando officium est publicum auctoritate, & vtilitate. Alex. *cons.* 48. *Super exactione. n.* 4. *lib.* 1. Vide, *Bona profectitia, & aduentitia quæ dicantur, & in quibus differant. Concl.* 107. Vide, *Pater quando acquirat filio, vel nepoti. Concluſ.* 116. ✠

Filiusfamilias quando, & in quibus mandatum habere dicatur à patre, vel non. Concluſ. 354.

FILIVS FAMILIAS † non habet mandatũ à patre, nisi specialiter fuerit procurator constitutus; ideo non potest exigere creditum patris, nec liberatur debitor illi soluendo. Bald. *cons.* 14. *Filiusf. im liberauit. lib.* 1. vbi casus. Amplia, † quia filius licet habere dicatur mandatum à patre pro se, & pro rebus patris, istud procedit, quando pater abest, secus, si est præsens, vel habetur pro absente, prout coniuncta persona. Castrens. *cons.* 298. *Ad primum, col. fin. ver. ad vltimum, lib.* 2. † Limita; quia si pater abest, vel pro absente habetur, filius tanquam coniuncta persona agit pro patre. Castrens. *cons.* 298. *in fin. lib.* 2. † Restringe, quia in iis, quæ requirunt mandatum speciale, prout ad compromittendum sub pœna, sicuti coniuncta persona non agit pro coniuncta; ita neque filius pro patre. Castrens. *d. cons.* 298. *in fin. ver. est enim compromissum. lib.* 2. † Limita; quia filius potest acquirere patri absenti,

senti, sed requiritur, quod vt acquiratur, pater sciuerit, & ratum habuerit. Alex. *cons.* 184. *Viso processu. n.* 8. *ver. sed in proposito, lib.* 5.

Filius præsumitur acquisiuisse ex bonis patris, & quando secus. Concluſ. 355.

1 FILIVS † præsumitur acquisiuisse ex bonis patris, quando est in potestate paterna. Alex. *cons.* 24. *Visis dubiis. n.* 1. *lib.* 1. Ant. de
2 But. *cons.* 9. *n.* 2. *ver. secundum autem.* † Et propterea si dotauit sororem, præsumitur dotasse de bonis paternis alio non docto. Ant. de Butr. *d. cons.* 9. *n.* 2. *v. secundum autem*, & plenius super facto dicti consilii, *v. secundum dubium*, vbi allegat gl. Bart. & Cyn. *in l. cum oportet. C. de bonis quæ liber.* † Amplia; quia si filius negociauit nomine
3 suo pecunias, cum esset pauper, & eius pater esset administrator societatis præsumitur ex pecuniis patris acquisiuisse, & tenetur communicare sociis. Alex. *cons.* 13. *Circa primum, in fi. ver. circa*
4 *quintũ. lib.* 3. † Amplia maxime, quando filius administrauit bona patris. Masc. *Concl.* 803. *Filius cum patre*, vbi limitat, qñ filius esset industriosus. † Limita, quando pater & filius in eodem instru-
5 mento soluũt aliquid; quia præsumitur medietas filii. Alex. *cons.*
6 24. *n.* 1. *ver. & attẽto, lib.* 1. † Extende limitationem in vxore, & marito soluentibus in eodem instrumento; quia medietas vxoris,
☞ & medietas viri præsumitur. Alex. *cons.* 24. *n.* 2. *lib.* 2. Vide plenius, *Vxor præsumitur acquisiuisse ex bonis mariti, & quando non. Concl.* 394.
7 † Limita in filio spurio; quia si aliquid acquirit, non præsumitur
8 ex bonis patris. Fed. de Sen. *cons.* 57. *in pr. ver. super tertio dubio.* † Limita; quia si filius est Notarius, & procurator, & solitus lucrari, & est administrator bonorum patris, emit bona nomine suo, & illa describi fecit ad æstimum patris, præsumitur de suo acquisiuisse, quia alias resultaret delictũ; quia pecuniam, quam administrabat, habuisset, & vbi delictum potest resultare, semper præsumitur de suo, vt delictum excludatur. Alex. *cons.* 132. *Stantibus iis. n.* 6. *ver. an illud, quod filius. lib.* 7. vbi tollit illam descriptionem ad catastrum patris; quia pater erat vsufructuarius, & ad eum onera spectabant; ergo, vt solueret, non quia voluerit dominium transferre in patrẽ, vel declarare, quod ex bonis paternis acquisierit.
9 † Mihi videtur, quod ista ratio Alex. licet sit vera, quod semper fit interpretatio, vt delictum excludatur. *l. defunctus. C. arb. tut.* non bene applicatur casui isto; quia semper esset dicendum, quod filius de suo acquisierit non ex bonis patris, qa semper, quod acquisierit nomine suo, inesset delictũ, si præsumeremus acquisiuisse ex bonis paternis; quia semper intraret delictum, q̃ subripuerit patri, nisi dicamus, q̃ tunc sit locus coniecturis, quando aperitur, q̃ simpliciter acquisiuit, & cogita, quod ita videtur cõcludere. Alex. sibi cõtrarius *cons.* 13. *Circa primũ, in fi. ver. circa quin-*
10 *tum. lib.* 3. † Limita, qñ filius habet industriam, & habitat seorsum à patre; quia p̃sumitur acquisiuisse ex operibus, & industria sua. Bald. *cons.* 259. *Factum sic se habet, circa fi. lib.* 5. Ang. *cons.* 386. *n.* 6. Ex-
11 tende, † quando filius habet industriam, & attem; quia præsumitur lucrari ex industria. Fulg. *cons.* 197. *Zongus Ondedei n.* 1. Abb. *cõs.*
12 6. *in pr. lib.* 2. vbi declarat. † Limita, qñ filius habet dotem, ppriæ vxoris; quia licet sit in potestate patris; tamẽ non præsumitur acquisiuisse de rebus, vel ex bonis paternis. Ang. *cons.* 386. *Statuto*
13 *Florentiæ. n.* 3. *v. ad id autẽ.* † Distingue totã istam materiã in plures casus, primus est, quando filius est in potestate patris viuẽtis, & acquisiuit contrahendo vel negociando, quia si habuit à patre peculium, & sic capitale, cum quo negociatur, & acquisitũ censetur patri; quia ex bonis patris, puenit acquisitio: pro industria vero personali acquirit sibi ipsi, nõ patri, & in dubio attribuitur medietas sorti, & alia medietas personæ. Abb. *consil.* 36. *Circa primũ. lib.* 2. *in pr.* allegat Bart. & alios *in l. cũ oportet. C de bon. quæ liber.*
14 † Secundus casus est, qñ constat, quod filius acquisiuit sine capitali, vel sorte patris, sed ex sua industria, & acquirit omnia sibi, non patri, & acquisita sunt aduentitia, non profectitia. Abb. *d.*
15 *cons.* 36. *in pr. lib* 2. † Tertius casus est, quando dubitatur, an capitale puenerit à patre, vel non? & in hoc sunt plures opiniones, & distinctiones; quia aliqui tenent, q̃ præsumatur capitale puenisse ex bonis paternis, prout in vxore constante matrimonio, vt præsumatur acquisiuisse ex bonis mariti. *l. Quintus. ff. de don. int.*
16 *vir. & vx. l. etiam. C. eod. tit.* † Contrarium tenẽt alii, quod imo præsumatur ex sua industria quæsiuisse, vel prospera fortuna, prout
17 in tutore. *l. si destinctus. C. arb. tutel.* † Decl. tatur iste casus; quia aut pater erat pauper, & filius industriosus, & diligens, & præsumitur acquisitum per filium ex sola industria, aut pater erat diues, & filius erat negligens, & præsumitur acquisiuisse ex bonis patris, & argumentũ de vxore hic non cadit, quia turpitudo quæstus cessat in filio. Abb. *cons.* 36. *col.* 2. *in pr. v. si vero dubitetur. lib.* 2. v-
18 bi recitat omnia prædicta. † Hanc declarationem dicit veram Alex. *cons.* 133. *Stantibus iis. nu.* 6. *ver. an illud, quod filius. lib.* 7. quando sumus in dubio, & non resultat delictum, sed si resultaret delictum, vt quia filius cum esset administrator bonorum patris, emit nomine suo; quia Notarius erat, præsumitur de suo, ne resultet delictum. † Declaratur iste tertius casus etiã alio modo, pro-19 ut in clerico, an præsumatur acquisiuisse ex bonis Ecclesiæ, vel propriis; quia aut filius, qui acquisiuit, possidet, & per patrem scientem nunquam fuit molestatus, & frater, qui petit diuisionem, & communicationem bonorum acquisitorum, debet probare; quia præsumitur acquisiuisse ex industria, aut frater, qui acquisiuit, non possidet, sed ipse petit sibi dari quæsita tanquam sua & ex sua industria, & ipse debet probare; quia asserenti incumbit probatio. Abb. *d. cons.* 36. *col.* 2. *ante med. ver. aliam solutionẽ. lib.* 2. † Declaratur etiam alio modo; quia materia est coniectura-20 lis, & statur coniecturis fortioribus, an acquisiuerit ex industria, vel ex bonis paternis, & ita concludit Abb. *d. consil.* 36. *col.* 2. *circa med. ver. in casu ergo nostro. lib.* 2. & quod sit coniecturalis. Alex. *cons.* 133. *n.* 5. & *seq.* vbi, quod attenditur coniectura, quæ excludit delictum. *lib.* 7. Vide Concluſ. præced. Vide, *Bona per prælatum acquisita an sint hæredum, vel Ecclesiæ. Concluſ.* 212. Vide, *Acquisiuisse in dubio quis præsumatur de suo, & quando secus. Concluſ.* 443. maxime *num.* 14.

Filius non potest repudiare hæreditatem retenta legitima, & quando secus. Concl. 356.

FILIVS † quando à patre non grauatur, sed instituitur hæres, non potest repudiare hæreditatem, & velle legitimam. Bart. *in l. gerit. n.* 22. *ff. de acq. hæred.* vbi Alex. in apost. magna *in ver. habet totum.* dat concor. plurimos. Ias. & cæteri *in l.* 1. *n.* 11 *ff. eod. tit.* Bur. *in l. quia poterat. ff. ad Trebell.* Alex. *cons.* 75. *n.* 6. *lib.* 1. Bald. *cons.* 184. *fusitatio facta. lib.* 4. & est communis * opinio Fabian. de monte *auth. nouissima. C. de ineff. testam. n.* 150. *q.* 11. Bero. *q.* 88. *n.* 10. Conan. *in cap. Raynutius. §.* 11. *n.* 11. *de testam.* Fanuc. *tract. de inuent. part.* 7. *nu.* 21. Abb. *cons.* 3. *n.* 1. *ver. tamen vltra. lib.* 2. plenissime Ang. Aret. *cons.* 78. *Pro decisione. n* 30. & *seq.* Alex. *cons. vlt. n.* 8. & 9. *lib.* 5. † Ratio est, quia quis non potest adire partem hæreditatis, quando tota est delata. *l.* 1. & 2. *ff. de acquir. hæred.* & ita plene Ang. Aret. *cons.* 78. *nu.* 31. & *seq.* Alex. *d. cons. vlt. n.* 8. & 9. *lib.* 5. † Amplia, etiamsi pater instituit filium, & eidem substituit vulgariter alium, quia non pot dicere se grauatum, ex quo est in potestate sua excludere substitutum. Anch. *cons.* 312. *Ex sola vulgari, in princ.* vbi dicit * communẽ. † Amplia, vt procedat, etiam si filius repudiaret hæreditatẽ salua legitima, quia tunc non dicitur repudiare, sed adire in totum, ex quo adit in parte ex testamento, ita Ias. *d. l.* 1. *n.* 12. *ff. de acquir. hæred.* plures allegat Alex. in addit. ad Bart. *d. l. gerit. nu.* 22. *ff. eod. in ver. habeat totum, in fin.* Alex. *d. cons. vlt. n.* 9. *lib.* 5. vbi, quod eo casu censetur adire. † Declara tamẽ, quia licet filius acceptet hæreditatem in totum; non tamen grauatur ex tali acceptatione in legitima, quam debet consequi sine vllo grauamine. Bald. *in l. scimus. §. cum autem. C. de inoff. testam.* vbi etiam Ias. *n.* 2. Saly. *in l. quoniam in prioribus. C. eod.* vbi Ias. *in* 2. *ampliat.* Guil. de Bened. *in c. Raynutius. ver. reliquit. n.* 28. *de testam.* Ruin. *cons.* 168. *nu.* 13. *lib.* 1. Socin. *cons.* 97. *lib.* 3. Corn. *cons.* 106. *lib.* 2. Paris. *cons.* 36. *n.* 37. & *cons.* 108. *lib.* 2. Hieron. Mago. *in decis. Lucen.* 85. *n.* 2. Vasq. *de succes. creat. lib.* 1. §. 10. *nu.* 244. *fol.* 193. Gabriel. *tit. de legat. conclus.* 1. *num.* 4. *ampl.* 2. † Amplia; quia & quod dicitur in hæreditate, idem est in legato. Vide, *Legatum cui onere agnitum ex certa scientia, vt obliget ad onus. Concl.* 70. *n.* 12. & *seq.* Vide plenius, *Legatarius particularis, vel vniuersalis quando possit accipere, vel repudiare. Concl.* 155. *n.* 4. & *seq.* † Amplia, vt quod dicitur de legitima, idem sit de primogenitura, & de feudo; quia licet primogenitus debeat habere primogenituram, tamen si est hæres patris ex testamento, vel ab intestato, non potest velle pires patris ex testamento, vel ab intestato, non potest velle primogenituram, vel feudum & repudiare hæreditatem. Abb. *consil.* 3. *col.* 2. *num.* 1. *ver. tamen vltra quæsitum. lib.* 2. † Declarat tamen Abb. *consil.* 3. *num.* 2. *lib.* 2. in feudo, quia si de feudo non potest testari, neque iure hæreditario debetur, quod filius primogenitus habebit feudum ex successorio edicto feudorum, vel quia cum sit hæres patris, transit cum vniuersitate bonorum. † Limita; quando filius grauaretur in rebus propriis à patre; quia posset repudiare hæreditatem, habere legitimam liberam, & idem, si grauaretur tot legatis, quod legitima non esset salua. Ias. *consil.* 1. *num.* 13. *ff. de acquir. hæred.* ex mente Bart. *in l. gerit. num.* 22. & *seq.* vbi apostill. *in ver. habeat totum ff. eodem.* † Contrarium tener Anch. *consil.* 312. *in princ. ver. sed saluo.* Roman. quem citat Alexand. dict. apostill. ad Bart. *in d. l. gerit. num.* 22. *ff. de acquir. hæred. in ver. habeat totum.* † Declara, quia vbicunque filius grauaretur in aliquo, et etiam

etiam si superfit tantum, quod excedat legitimam, potest eo casu repudiare hæreditatem, siue ab intestato, siue extestamento, reseruata legitima, quam debet habere, alias si non grauaretur, non posset; & est ratio; quia nō potest compelli agnoscere grauamen, & si perderet legitimam, compelleretur. Castr. *cons.* 297. *Visis actis, n.* 5 *col.* 3. *in fi. cum seq. ver. secundo petit legitimam, lib.* 1. *& cons.* 222. *Super primo, in fi. lib.* 2. † Limita in legitima patroni; quia si grauatur in rebus propriis, potest repudiare hæreditatem, & velle habere legitimam; qui casus est specialis, & non trahitur ad filios. Anch. *d. cons.* 312. *n.* 2. *ver. non obstat.* † Limita, quando filius succederet ab intestato; quia cum legitima sit quota bonorum, & non relinquatur iure institutionis, isto casu repudiata hæreditate non perdit legitimam. Alex. *in addit. ad Bart. in l. gerit, n.* 22. *ver. habeat totum, in fi. ff. de acquir. hæred.* † Extende, vt procedat, etiam si ex ascendens prætentus a filio, qui instituit extraneum cum clausula codicillari; quia ascendens succedit ab intestato, & restituit ex clausula codicillari, poterit repudiare hæreditatem, & velle legitimam. Angel. Aret. *cons.* 96. *In themate supradicto, n.* 21. *& seq. vers. & ideo dicta d. Anto.* † Limita, quando filius habet cohæredem, & ipse reperitur institutus in certa parte paulo plus vltra legitimam; quia tunc potest repudiare hæreditatem, & velle legitimā; quia cum accrescat cohæredi, non potest testator decedere pro parte testatus, & pro parte non testatus. Aretin. *in l.* 1. *n.* 10 *ff. de vulgar. & pupillar.* Angel. *in fi. Subtiliter.* Decius *in l.* 3. *in fin. C. de impub. & al. substi.* † Extende idem, quando habet filius substitutum vulgarem; ita in specie de hoc consuluit Castrens. *cons.* 222. *Super primo, in fin. lib.* 2. vbi extendit ad legitimam etiam auctam per statutum. † Extende in legato particulari facto per patrem filio; quia potest filius repudiare ipsum legatum, & petere legitimam. Deci. *cons.* 235. *Non parua, in fi. n.* 11. *ver. vndecimo.* Vide, *Hæres repudians hæreditatem perdit legata, & legitimam, & quando secus. Conclus.* 41. Vide, *Legitima filiorum non recipit grauamen. Concl.* 188. *n.* 61. Vide Socin. *regul.* 14. *Filius si hæreditatem adire nolit*, vbi firmat regulam, & dicit *communem, & limitatribus modis.

Filius quæ possit consequi ab inuito patre viuente, vel non. Concl. 357.

1 FILIVS † non potest compellere patrem, vt sibi consignet pater viuens legitimam, vel aliquam proprietatem, quia nō obligatur in vita filio, nisi ad alimenta. Bald. *cons.* 304. *Quidā de insula,* 2 *lib.* 4. † Limita; quia bene valet conuentio facta inter patrem viuentem, & filium super legitima filio assignata, & quod filius sit tacitus pro omni eo, & toto, quod petere potest. Castr *consil.* 415. 3 *Piso, & examinato, in pr. & per tot. lib.* 2. † Extende; quia filius famil. legitimatus, & beneficiatus si fecit finem patri pro omni eo, & toto, quod petere potest, ab hæreditate patris repellitur, nedum si petat legitimam, sed etiam si petat fructus beneficii exactos per patrem per plures annos. Castr. *d. cons.* 415. *in pr. & per tot. lib.* 2. vbi, quod pater potest compensare alimenta præstita filio; quia cum habeat aliunde, & pater esset administrator, censetur in dubio a- 4 limentasse de bonis filii. † Limita; quia bene tenetur pater alimentare filium, *l.* 1. § *pen. ff. de iust & iur.* Bald. *d. cons.* 304. *in pr. lib.* 4. 5 † Declara, vt ita demum pater teneatur ad alimenta filio, si filius vult stare apud patrem, & operari in domo patris, alias non tene- 6 tur etiam ad alimenta. Bald. *d. cons.* 304. *circa si & per tot. lib.* 4. † Limita; quia si pater sine causa interfecit vxorem, & sic matrem filiorum, & non possint, vel non velint filii cum patre morari, possunt illum compellere, vt ipsos emancipet. Cuma. *cons.* 83. *Inspectis causis*, quem sequitur Alex. in addit. ad Bart. *in l. cum oportet*, § *cum autem, C de bon. quæ liber.* vbi dicit, quod debent veniam impetrare 7 prius. † Extende; quia filii possunt excludere patrem à successio- 8 ne, si interfecit sine causa illarum matrē. Cuma. *d. cons.* 83. *n.* 2. † Extende; quia secuta emancipatione pater compellitur restituere filiis bona materna, nullo retento vsufructu. cum sit ingnus propter interitum vxoris procuratum sine causa. Cuma. *d. cons* 83 *n* 3. 9 † Limita; quia pater compellitur inuitus præstare consensum filio ad illius commodum, vt possit litigare. Bald. *in l. fi.* § *in computatione. n.* 7. *C de iur. delib.* vbi Corn. *in ver. recolligendo igitur.* Ias. *consil.* 56. *n.* 8. *lib.* 3. Ioseph. Lud. *decis. Perusin.* 13. *in fin.*

Filius obligatur patri in multis, & in quibus. Concluſ. 358.

1 FILIVSFAMILIAS † debet præstare obedientiam, & reuerentiam patri, & obligatur ad hoc de iure diuino, & de iure positiuo, *l.* 2 *ff. de iust & iur.* Fed. de Sen. *cons.* 191. *in pr.* Vide, *Pater quam* 2 *potestatem habeat in filios. Consl.* 119. † Vouere non potest filiusfam. sine consensu patris, siue sit impubes, siue pubes, excepto voto Religionis, per quod liberatur à patria potestate. Fed. de Sen. *cons.* 191. *ver. hinc est, nu.* 2. Vide, *Votum qui emittere non possint. Concluſ.* 291. † Non valet iuramentum, neq; alia obligatio filii, per quam non teneatur parere patri; ideo si filius iurauit non recedere ex loco, non est periurus, si recedit iussu patris, ita Fed. *d. cōs.* 191. *Quæstio talis est, scholaris, per tot.* vbi est casus. Vide, *Iuramentum non obligat in multis. Concl.* 511. † Amplia, vt neq; ex delicto spirituali filiusfam. soluat patriam potestatem; ideo si incurrit pœnam excommunicationis canonis, *c. si quis suadente diabolo*, non tenetur itinerare pro absolutione ad curiā; sicut nec alii alienæ potestati obnoxii. Fed. *d. cons.* 191. *n.* 3. *ver. imo plus.* † Amplia; quia non testatur, non donat, neq; alienat sine consensu patris; ratio est; quia alias præiudicaret patri, ad quem possent bona filii eo mortuo peruenire. Fulg. *cons.* 87. *Visis superius, n.* 1. *in fi. ver. alienatio namque.* Vide, *Filiusfamilias quid possit circa vltimas voluntates. Concluſ.* 363.

Filius potest à patre priuari successione paterna, excepta legitima. Concl. 359.

FILIVS † licet non possit sine causa priuari legitima, seu in totum exhæredari à patre, tamē potest salua legitima priuari sine causa vlteriori successione sua, *l. parentib. C. de inoff. test.* vbi Castr. multa dicit, *l. quoties*, & ibi Ias. post Alex. *C. famil. herciſc.* latiſs. Alex. *cons.* 12. *Perspectis, lib.* 5. late Castr. *cons.* 414. *Viso & examinato, in princ. lib.* 2. † Et ideo datur cautela patri, qui habet filium dissipatorem, 2 qui habet filios, vt instituat filium in aliquo modico; quia solum poterit petere supplementum legitimæ, & instituat nepotes hæredes vniuersales cum conditione, quod nihil acquiratur eorum patri, tam in proprietate, quam in vsufructu, neque etiam aliqua administratio ei acquiri possit; quia cum sint bona profectitia à patre proueniētia, acquireretur illi, nisi fieret prohibitio, ita Ang. Aret. *Instit per quas person nobis acqui.* § *igitur. n.* 6. vbi notabiliter loquitur. † Amplia, vt idem sit in auo, vel alio ascendente, vel auia; 3 quia si relinquat nepotibus ex filio mortuo legitimam debitam, potest reliqua successione sua priuare ipsos nepotes, & stantibus filiis ipsos, vel alios instituere etiam sine causa; quia excepta legitima potest ascendens de reliquo disponere. Bald. *cons.* 300. *Tam legitimam. in fin. vers. nepotes ex vno lib.* 4. Vide, *Legitima quibus debeatur, & quibus non. Concluſ.* 182. † Extende; quia imo si pater instituat filium in eo, quod sibi debetur de iure, & alios filios faciat hæredes vniuersales, censetur solum legitimam dare filio instituto in eo, quod sibi debetur; quia licet debeatur portio virilis ab intestato, tamen ex testamento non debetur, nisi legitima. Anch. *cons.* 311. *Quæsitum.* Vide, *Successionis*, verbum quid importet. *Concl.* 861. † Amplia; quia sufficit, quod pater relinquat aliquid iure in- 5 stitutionis filiæ, quia potest residuum extraneo dare; quia filius poterit habere supplementum legitimæ, & de eo debet esse contentus. Castr. *consil.* 414. *in princ. lib.* 2. vbi dicit, quod filia facit imprudenter venire contra testamentum patris, quando reliquit legitimam ipsi filiæ. Vide, *Legitima sicuti debetur filiis ab intestato, ita etiam facto testamento. Concluſ.* 199. Vide, *Legitima non potest minui per fraudem parentum. Concluſ.* 188.

Filius præsumitur in potestate patris, & quando secus. Concl. 360.

FILIVS † in dubio præsumitur esse in potestate patris, nisi 1 contrarium probetur. Soc. Iun. *cons.* 15. *Visa contingentia, in prin. lib.* 2. Decius *cons.* 54. Alexan. *cons.* 3. *Viso processu, n.* 5. *lib.* 3. † Contra- 2 rium, quia imo quilibet præsumitur pater familias, nisi contrarium probetur, *l. Titia, ff. solut matr.* ita Bart. plene *cons.* 42. *Visa inquisitione, in princ. lib.* 1. & reddit rationem, quia filius non probatur paterfamilias, nisi probet matrimonium, & matrimonium non præsumitur. Corn. *cons.* 68. *n.* 14. *lib.* 1. † Declara; quia contrarium 3 procedit, quādo non constat, quod quis natus fuerit ex legitimo matrimonio; quia tunc præsumitur paterfamilias, secus è contra, ita apostil. ad Bartol. *d. consil.* 42 *in ver. semper præsumitur*, vbi allegat Corn. *cons.* 204. *Principaliter videndum, colum.* 5. *ver. nec obstat, quod dictum Bartoli.* Alciat. *de præsumpt. reg.* 2 *præsumpt.* 2. vbi declarat consilium Bart. & d. apostill. ad Bart. l. citat plures pro vtraque parte. † Extende, etiam si filius, vel præsentatus eum hoc allegaret; quia 4 nisi contrarium probetur, habet intentionem fundatam. Alexand. *d. cons.* 3. *n.* 5 *ver. & sic allegatur, lib.* 3. † Amplia; quia dispositio 5 loquens de filio Titii præsupponit filium Titii viuentis, quando non adest dictio (quondam Titii.) Alex. *cons.* 207. *Ponderatis verb. n.* 11. *vers. sexto sanct. lib.* 6. † Limita, quando pater passus est per 10. 6 annos,

annos, tanquam sui iuris; quia censetur ipsum emancipasse solemniter. Castr. *cons.*314. *Postremo, in prin. lib.*1. Ias. post alios *in l. qui in aliena, n.*50. *ff. de acquir. hæred.* vbi dicit hoc procedere, si hoc allegetur. † Extende, vt procedat, etiam quando pater emancipasset filium, licet nulliter; quia si passus est per decennium filium repulsum, licet nulliter; quia si passus est per decennium filium repulsum, licet nulliter; quia si passus est per decennium filium repulsum

dem declarat, quod opinio Ant. procedat, quando ex certa scien-
13 tia fecit, & expressit. † Amplia; quia filius non potest contrahere, vel donare bona aduētitia, in quibus pater habet vsumfructum, nec præiudicetur patri. Castr. *cons.* 382. *Primo videndum, n. 2. ver. secun-*
14 *do quæritur, lib. 1.* † Restringe, qñ bona aduentitia sunt talia, quod pater non habet in eis vsumfructum, vel habere non potest, quia filius potest libere donare inter viuos sine patre, dummodo sit ma-
15 ior. Castr. *d. cons.* 382. *n. 2. ver. contrarium lib. 1.* † Et ideo in iocalibus, & vestibus muliebribus, in quibus pater non potest habere vsum, nec vsumfructum, non prohibetur filius familias donare. & dis ponere per contractum. Castr. *d. cons.* 382. *lib. 1. n. 3. ver. sed in illis iocа-*
16 *libus.* † Amplia; quia filius fa. non potest donare profectitia; quia requiritur consensus patris. Alex. *consil.* 182. *Viso processu, in fin. lib.* 7.
17 † Restringe, nisi donaret pro iusta causa, prout si ad piam causam, vel pro salute animæ. Castr. *cons.* 382. *col. 2. ver. ad hæc facit, lib. 1.* Am-
18 plia; † quia filius fam. minor 25. ann. qui ex forma statuti non potest contrahere cum aliquo sine consensu patris, nō potest dona re patri aduentitia, & donando, ipsa donatio est nulla triplici ex capite; primo supra summ. scut. 500. est nulla de defectu insinuatio-
nis, sancimus, C. de dona. secūdo in totum est nulla, quia minor sine decreto nō potest alienare, *l. 1. & per tot. tit. de reb. eor.* tertio est nul-
la, quia pater non potest sibi authorari. Flor. à S. Pet. *cons.* 8 *per tot.*
19 † Extende; quia neque potest patri donare profectitia, in quibus pater habet vsumfructum; quia licet pater sit administrator legi-
timus, tamen donatio nō est de administratione, & pater sibi ipsi
20 authorari non potest Flor. *d. cons.* 8 *per tot.* † Extende; quia concur-
rente statuto Florentiæ filiusfamilias non obligatur, neq; minor etiam cum iuramento obligatur, etiam minori ratione tutelę, vel alterius administrationis, siue minor habeat curatorē, siue non, quando statutum generaliter loquitur. Alex. plene *cons.* 196. *Per-*
21 *fectis, per tot. lib.* 6. † Amplia; quia filiusfamilias, licet tanquam pa-terfamil. fideiubendo se obliget, non tamen valet fideiussio stan-
22 te statuto. Castr. *cons.* 175. *Ad primū, n. 3. ver. circa tertium, lib.* 2. † Re-stringe; quia bene obligatur, quando gerit negotia omnia pro se, tanquam paterfamilias, stāte statuto, dummodo viuat separatus à patre, quia licet nō habeat locum, si ipse filius staret cum patre, bene habet locū, quando pater staret cum filio; quia perinde est,
23 ac si staret separatus à patre. Castr. *d consil.* 175. *n. 3 lib.* 2. † Amplia; quia filiusfamilias nō potest legatum sibi factum, & agnitum per patrem repudiare. Alex. *cons.* 182. *Viso processu, in fin. n.* 11. *ver. denique.*
24 *lib.* 7. † Extende; quia non potest filius sine patre renunciare lega-to sibi facto, & agnito. Alex. *d. cons* 182. *nu.* 11. *vers. denique lib.* 7. vbi, quod nullo modo potest sine patre ius sibi competens in alium
25 transferre. † Declara: in tantum verum esse, quod filius sine patre non cedit, non renunciat, non alienat, neq; transfert legatum sibi factum, vt si alias faciat, acquitatur patri totum, *l. si in pr. iuncto §. fi. ver. quam legatis, C. de bon. quæ lib.* Alex *d cōs.* 182. *in fi. li.* 7. licet apost. ibi *ver. d. l. fi.* dicat esse exposam, quia intrat *l. vnica, C. de caduc. toll.*
26 † Amplia, maxime, quādo interuenit metus, vel nimia reuerentia, quā filius debet probare, alias nō releuat allegatio sola. Bald.
27 *cons.* 62. *in pr. lib.* 1. † Amplia, quando liberatio non habet iustam causam, puta, si filius liberauit patrem; quia pater fecit tales expensas nuptiarum, quando filius duxit vxorem; quia ex quo pa-ter tenebatur ad illas expensas, causa est erronea, & liberatio non
28 valet. Bald. *cons.* 62. *lib.* 1. † Amplia; quia pater non potest stipulari filio non emancipato, quando pater obligatur ex ipsa stipulatio-
29 ne. Bald. *cons.* 395. *De principali instrumento, n. 6. lib.* 5. † Limita; quia filiusfamilias extra mutuum, per quod pecunias recepit mutuo, obligatur cum iuramento, & maxime, si extendit obligationem ad tempus, quo futurus est paterfamilias, & ideo si minor viuen-te patre cum iuramento promisit dotem sorori, postquam hære-ditatem patris adierit, obligatur, neque restitui debet aduersus iuramentum licitum ex parte iurantis, & recipientis, neq; debet
30 absolui, plene Abb. *cons.* 12. *Vt clare. col. fin. in vlt. dub. lib.* 1. † Limita, quia inter patrem & filium conualidatur omnis contractus etiam prohibitus iuramento. Bal. *cons.* 430. *Præmittendum, circa med. & in fi. lib.* 1. quem sequitur Alex. plenius declarās *cons.* 20. *Ponderatis, n.* 2. 3. vbi *in ver. pro quo*, etiam adducit rationem, videl. quia in con-tractu etiam prohibito inter patrem & filium oritur sine dubio naturalis obligatio, quæ à iure ciuili redditur inefficax, sed per iu-ramentum naturalis inefficax efficitur efficax; ergo iuramentum conualidat. Bald. vero *d. cons.* 430. *in fi. lib.* 1. aliter dicit, quod natu-ralis inefficax de iure ciuili fit efficax per iuramentum de iure ca-nonico, quæ efficacia iuris canonici habet effectum iuris ciuilis.
31 Dec. *cons.* 240. dicit * comm. † Extende, vt procedat, etiam si op-poneretur de insinuatione; quia præsumatur donatio, quia hoc non attenditur, quando reuera esset donatio remuneratoria, vel ex causa; imo, si esset etiam donatio mera, valeret cum iuramento, quia iuramentum supplet insinuationem, & si actus esset co-ram iudice, non requiritur alia insinuatio, plene Alex. *d. cons.* 20. *in*
32 3 *& seq. ver. est etiam attendendum, lib.* 3. † Limita; quia non potest pa-ter donare filio existenti in potestate patris, & donatio non valet, nisi duo interueniant, traditio, & quod morte confirmetur. Vide, *Donatio patris filio in potestate existenti quando valeat, & quando secus. Concluſ.* 673. † Limita; quia filiusfamilias etiam non emancipatus
33 potest cedere valide iura materna patri, si modo est maior, vel si minor cedat cum solemnitatibus, & decreto iudicis. Bald. *cons.* 62. *Punctus talis, lib.* 5. Alex. *cons.* 20. *Ponderatis, in pr. li.* 3. † Extende, quia
34 hodie in aduentitiis inter patrem & filium cadit obligatio ciuilis, & naturalis. Alex. *cons.* 185. *In causa, & lite, n. 6. ver. & fortius dico, li.* 6. qui loquitur de filio non emancipato. † Extende, quia filiusfa-milias de rebus suis, in quibus pater nihil habet agere, prout est
35 lucrum dotis, licite, & valide obligatur patri, si est maior, vel cum solemnitate. Card. Zab. *cons.* 37. *n. 2. ver. si vero erat*, vbi idem, si erat pubes, & cum iuramento se obligauit. † Et generaliter filiusfami-
36 lias in potestate patris potest circa ea, quæ sunt sua propria, con-trahere cum patre, & pater cum eo emendo, cedendo, transigen-do, & alia faciendo. Alex. *d cons.* 20. *lib.* 3. maxime, quando contra-hunt simul palam, & bona fide, vel si coram iudice. † Extende,
37 quia etiam potest filiusfamilias sine patre obligare personam su-am. Castr. *cons.* 298. *Ad primum, in fi. lib.* 2. allegat *l. filiusfamilias, ff. de act. & oblig.* † Extende in casu contrario, quia imo etiam valet do-
38 natio & omnis contractus patris ad fauorem filii in potestate exi-stentis, quando non est mera donatio, sed ex causa, vel remune-ratoria. Alex. *d. cons.* 20. *in pr. lib.* 3. † Limita, quia filiusfamilias, vel
39 filiafamilias sunt capaces dotis, & donationis propter nuptias, & propterea sine patre possunt obligari, & obligationes recipere si-ne patre in dote, & donatione propter nuptias. Castr. *cons.* 388. *Pro declaratione, in pr. lib.* 1. vbi, quod pater in istis potest obligari filio, & filius, licet sit hæres patris, & adeundo confundat actiones, ta-men si grauatur de restituēdo alteri, retinebit sibi debita per pa-trem. † Limita, quia bene conualidatur contractus filiifamilias
40 factus sine patre, ex consensu subsequuto patris, siue tacito, siue expresso. Dyn. *d. cons.* 23. *in prin.* † Limita; quia filiusfamilias valide
41 sine patre contrahit, & distrahit, circa ea, quæ sunt sibi donata à patre pro legitima, vel in quibus pater non habet vsumfructum. Crau. *cons.* 543. *De ann.* 1520 *per tot.* communem * dicit idem Crau. *
cons. 84. *n. 9.* & plenius *cons.* 92. *in prin.* † Extende, quia filiafamilias
42 disponit sine patre de dote sibi data pro legitima. Castr. *consil.* 372. *Quantum ad illam, in fi. lib.* 1. Crau. *d cons.* 543. *in princ.* vbi alios citat, plenius idem Crau. *cons.* 84. *per tot.* vbi, quod si pater habet vsum-fructum, & quod censetur pro legitima data, quando dat pro o-mni eo, & toto, &c. † Extende, quia pater non reuocat donata fi-
43 lio pro legitima, sicut filius nō reuocat donata patri. Crau. *d. cons.* 543. *n. 4. vers. quarto obseruandum.* † Restringe, quia non potest do-
44 nare causa mortis sine cōsensu patris, secundum aliquos, de qui-bus Crau. *cons.* 92. *in pr.* vbi pro vtraque parte allegat, & dicit esse dubium. † Limita, quia filiusfamilias emancipatus à patre valide
45 contrahit cum patre, ideo valet liberatio facta per filium patri de bonis patris, & matris, & dotis vxoris suæ. Bald. *cons.* 62. *Facta, super quibus. lib.* 1. Zab. *cons.* 37. *n. 2. ver. hoc præsupposito.* Alex. *consil.* 20. *Pon-derata, in princ lib* 3. *& cons.* 185. *In causa, n. 5. ver. nec obstat, lib.* 6. † Ex-
46 tende, quia valet etiam obligatio facta cum patre, & aliis. Zabar. *cons.* 37. *nu.* 2. *vers. hoc præsupposito.* † Limita, quia filiafamilias furiosi
47 non habēris curatorem, valide potest se dotare in bonis paternis. Bald. Nouell. *de dot. in* 1 *part priuil.* 61. † Limita, vt imo filiusfami-
48 lias maior 25. an. sub patria potestate obligetur fideiubendo pro patre, & pro aliis, & propterea non auditur opponens hanc exce-ptionem, si habet, vnde soluat. Dyn. *cons.* 33. *Quæstio talis est, quidam nomine. per tot.* † Limita, quia filiusfamilias, qui publice contrahit,
49 & negotiatur, tanquam paterfamilias obligatur. Dyn. *d. consil.* 33. *num.* 4. *ver. præterea proponitur.* † Limita, quia filiusfamilias obliga-
50 tur circa acquisita ex castrensi, vel quasi castrensi, prout ex officio notariatus, vel ex salario publico. Castr. *consil.* 98. *In causa appella-tionis, in princ lib.* 2. † Limita, quia filiusfamilias publice regens, &
51 gubernans domum patris contrahit sine patre, & obligatur de iu-re communi, maxime quoad ignorantes eum esse filiumfamilias. Castr. *cons.* 98. *col.* 2. *lib.* 2. *in princ.* † Extende etiam quoad scientes
52 eum esse filiumfamilias, stante statuto, prout in Foro Iulii, quod filiusfamilias non possit efficaciter obligari, nisi faciat publice, & continue facta domus; quia à contrario obligatur, si facit facta domus, etiam quoad scientes eum filiumfamilias, ne statu-tum sit elusorium. Castr. *d. cons.* 98. *col.* 2. *in pr.*
& num. 2. *lib.* 2.

Filiusfamilias non potest agere, & conueniri sine consensu patris, & inter patrem & filium non datur actio. Concl. 363.

1 FILIVSFAMILIAS † non potest agere, vel conueniri iu iudicio sine consensu patris, *l. fin. §. necessitate. C. de bon. quæ lib.* Fulg. *cons.* 165. *In quæstione proposita, in pr.* vbi, quod sententia est nulla, lata contra filiumfamilias sine consensu patris comparentem in iudicio. *l. 1. §. fi. C. de annal. except. in l. 1.*, & ibi Salyc. *vers. quæro. si de fideiussore, C. de bon. mater.* Rimin. *cons.* 153. *n. 2. lib. 1.* Roman. *cons.* 36. *Visa*

2 *disceptatione, in pr. ver. primo, quia.* Vide, *Pater in quibus sit legitimus administrator filiorum. Concl.* 125. † Et regula procedit in tantum, quod sufficit allegare nullitatem iudicii, tanquam facti à filiofamilias; quia quilibet præsumitur filiusfamilias. Franc. *in c. si annum, §. fin.*

3 *in fin. de iudic. in 6.* † Extende in tantum, quod consensus patris requiratur ad solemnizandum iudicium tempore contestationis litis, ita quod si superueniat, non conualidet iudicium, neq; si antecedat, secundum vnam opinionem, gl. *in d. l. fin. §. necessitatem, C.*

4 *de bon. quæ lib.* vbi Bald. dicit adhærendum gl. sicut carocio. † Contrarium tamen, quod consensus patris potest superuenire, & superueniens cõualidat iudicium retro nullum; quia filiusfamilias habet integram personam standi in iudicio, sed cum cõsensu patris; ideo conualidatur per superuenientiam consensus. Anchar. *cons.* 337. *De efficacia, in fi. n. 12. & seq. ver. super* 2. Affli. *dec.* 180. vbi recitat opiniones, & dicit, quod siue acquiratur patri vsusfructus, siue non, consensus patris conualidat iudicium ex post, & quod possit superuenire, vel precedere consensus patris, veriorem dicit Castr. *cons.* 253. *Super primo, col. 1. ver. præterea secunda opinio, li. 2.* Con-

5 trarium, † quod non sufficiat, quod pater ratificet, vel consentiat post latam sententiã in prima instantia; quia res non est integra. Salyc. *in d. l. fi. §. necessitate, C. de bon. quæ lib. n. 10. vers. contrarium tenet*

6 *gloss.* & est *decisio Capellæ Tholos.* 306. incipit, *Item filiusfamilias.* † Declara; quia contrarium est verum; quia consensus superueniens patris conualidat iudicium, dummodo ante sententiam. Afflict.

7 *d. decis.* 180. Cagnol. *in l. 1. n. 22. ff. de iudic.* † Declara; quia prima opinio, quod requiratur consensus patris tempore litis contestatæ, procedit, quando filius agit super re, in qua patri acquiritur vsusfructus; secunda vero opinio procedit, quando agitur super re, in qua patri non acquiritur vsusfructus. Castr. *d. cons.* 253. *n. 2. ver. præterea Cyn. lib.* 2. † Amplia, vt procedat etiam in aduentitiis, in quibus non quæritur patri vsusfructus; quia adhuc filius non potest agere, vel conueniri sine patre, vel eius consensu. Bald. *consil.* 481.

8 *col. 2. ver. quinimo si recte inspiciatur, li.* 3. vbi recitat multas opiniones pro vtraque parte, & dicit esse arbitrarium; tamen Franc. *in c. si annum, §. fi. n.* 4. *ver. item pro quo videtur, de iud. in* 6. dicit, quod de con-

9 suetudine generali hæc ampliatio approbatur. † Contrarium videtur velle Bald. *cons.* 193. *in decidendo, li.* 3. vbi, q. standum est glossæ in decidendo, quæ hoc tenet *in l. cum non solum, §. necessitate, C. de bon. quæ lib.* Anch. *cons.* 73. *in princ.* Afflict. *d. decis.* 180. *in fi.* vbi, quod

10 ita tenuit magna Vicaria cum 10. Doctoribus consiliariis. † Extende, vt procedat in tantum, quod iudicium est nullum factum cum filiofamilias sine consensu patris, vt sententia, & exequutio tanquam de facto facta debeat reuocari. Bald. *d. cons.* 193. *lib.* 3. Ex-

11 tende; † quia statutum prohibens dici de nullitate non habet locum, si dicatur de nullitate ratione inhabilitatis personarũ; quia

12 statutum præsupponit personas habiles. Bald. *d. cons.* 193. *lib.* 3. Vide, *Statutum circa nullitates. Concluſ.* 603. † Et in quibus casibus requiratur consensus patris, & in quibus non, vide plene Aret. *Instit. de actio. § actiones, ver. quæro, an filiusfamilias.* Ias. *in authen. quod locum,*

13 *col. 7. & 8. C. de collat.* Guid. Pap. *decis.* 54. † Declara, vt imo filiusfamilias etiam cum authoritate patris non possit accusare super iniuria, nisi dato curatore, quando est minor, & processus est nullus, si pars opponat; quia ex iniuria nihil quæritur patri. Bald. *cons.*

14 405. *Factum sic proponitur, lib.* 3. quod est Andreæ de Monte Vbiano, & Baldi. † Amplia; quia in profectitiis, in quibus acquiritur patri vsusfructus, in tantum filiusfamilias non potest disponere, vel alienare sine consensu patris, vt etiam mortuo patre non consolidetur, neque conualescat obligatio; quia æquiparatur prodi-

15 go. Bald. *in l. si. §. filius autem, C. de bon. quæ lib.* † Extende; quia sicuti prodigus non obligatur etiam iuramento, ita neque filiusfamilias, vt de prodigo Bar. *in l. qui habet. ff. de tutel.* per æquiparationem

16 prædictam. † Contrarium tenet Io. de Imol. *cons. 1. n. 6. in fi. ver. nec*

17 *obstat, quod filiusfamilias.* † Amplia; quia filiusfamilias agens contra aliquem potest compelli ad fideiubendum de expensis refi-

18 ciendis. Castr. *cons.* 407. inci. *Quod index, lib.* 1. † Ampha; quia consensus patris est necessarius, siue causa sit ordinaria, siue summaria, aut exequutiua. Alex. *cons.* 59. *Viso processu, in pr. lib.* 2. vbi, quod legitimatio personarum requiritur indistincte in omnibus causis. † Amplia in tantum verum, quod filiusfam. non potest agere, 19 neque conueniri in iudicio sine consensu patris, vt iudicium, & omnia acta contra illum sine consensu patris sint nulla, *l. cum non solum, §. necessitate, C. de bon. quæ liber.* vbi magis * communiter Dd. hoc firmant, Speculat. *in tit. de actore, §. expedito tractatu. n.* 42. & 43. Bald. *cons.* 193. *lib.* 3. Fulg. *cons.* 165. cum aliis, de quibus Lanfranch. *in cap. quoniam contra, in ver. de confessionibus, col.* 2. *de probat.* Alex. *cons.* 59. *lib.* 2. Cagnol. *in l. 1. n.* 22. *ff. de iudic.* † Extende; quia talis exceptio 20 potest semper opponi etiam post litem contestatam, & reddit iudicium retro nullum. Specul. *in tit. de actore, § expeditо, num.* 43. & *in tit. de exceptionibus, §. dicto, num.* 22. *& in tit. de sent. §. iuxta. nu.* 3. sequitur Marsil. *in l. si quis ne quæstio, num.* 44. *cum seq. ff. de quæstion.* † Et 21 stante tali nullitate iudex debet absoluere reum ab obseruatione iudicii, *l. non idcirco*, iuncta gl. & ibi scrib. maxime Castr. *ff. de minor. l. 1. ff. si mens. fals. mod. dix.* Alex. *cons.* 112. *Super eo, num. 1. lib.* 5. Cagnol. *in l. 2. n.* 148. & 149. *C. de rescind. vend.* Luc. de Penna *in l. vnica, q.* 17. *de sumpt. recuper. lib.* 10. Alex. *cons.* 76. *In causa, col. fin. in fin. lib.* 7. † Ex- 22 tende; quia nullitas non reparatur ex consensu patris superueniente; quia quando est pro integranda persona filii, debet præstari in ipso actu, si vero agatur solum de præiudicio patris, prout de peculio, vel bonis, in quibus habet vsumfructum, potest præstari post, & ante. Aretin. *cons.* 138 *Super primo, in princ.* † Restringe, vbi 24 non agitur de vsufructu patris. Affli. *decis.* 180. † Restringe, quia 24 valet iudicium sine cõsensu patris in præparatoriis, prout in protestando, interpellando, & similibus, prout Lanfranch. *in dict. an quoniam contra, in ver. confessionis. num.* 8. *de probation.* † Amplia, quia 27 filius in potestate patris nõ potest habere actionem ciuilem contra patrem, sed solam naturalem, & inefficacem; quia quicquid acquirit patri, acquirit in aduentitiis. Signor. pulchre *consil.* 111. *Habens duas filias*, vbi reddit rationem, ne pater sibi ipsi obligare videatur. Vide, *Filius quando, & in quibus patri acquirat, vel non. Cu-* 28 *cluſ.* 351. † Extende, vt procedat, etiam si filius, vel filia, cui pater 28 obligauit in potestate existenti, postea emancipetur; quia non conualescit obligatio, quę sola naturalis est, vt detur ciuilis. Sign. *d. cons.* 126. *in pr.* † Extende; quia non datur personalis actio filio 27 in potestate contra patrem; quia sibi ipsi pater se obligaret per circuitũ, quia obligando filio ipsa obligatio redundat in patrem, cui acquiritur. Signor. *d. cons.* 126. *n.* 3. † Extende, vt neque valeat 28 fideiussio præstita p patrẽ filio existẽti in potestate; quia nõ valet fideiussio pro eo ad fauorem eiusdem. Signor. *d. cons.* 126. *n.* 3. *ver. si vero aliunde.* † Extende; quia non valet etiam hypotheca, vel 29 realis obligatio patris ad fauorem filii in potestate; quia semper redundaret in eundem; ideo contra tertios possessores non agit filius hypothecaria ex obligatione patris. Signor. *d. cons.* 126. *nu.* 3. vbi dicit hanc veriorem. † Contra extentionem pulchre arguit 30 idem Sign. *d. cons.* 126. *n.* 3. quia etiam naturali obligationi accedit hypotheca. † Restringe in aduẽ itiis, quia ex quo proprietas non 31 acquiritur patri, valet obligatio, quoad proprietatẽ, item hypotheca, item fideiussio. Signor. *d. cons.* 126. *in fin. ver. quod sine scrupulo.* † Restringe in filio emancipato. Sign. *d. cons.* 126. *in pr.* † Restrin- 32 ge, quia vbi deficit actio ciuilis, & subest æquitas, insurgit officium 33 iudicis, veluti, si pater male versatur in bonis dotalibus, quia potest filius mortua matre repetere dotem, vt pater de manu alterius capiat vsumfructum, & filio consulatur. Signo. *cons.* 135. *Paterfamilias, per tot.* maxime *in fin.* Vide, *Dos restituta debet marito reuerente* 34 *ad inopiam. Concl.* 761. Vide Socin. *regul.* 27. *In inter patrem, & filium regulariter esse non potest.* vbi restringit octo modis. † Limita, quan- 34 do filiusfamilias conuenitur ex proprio delicto; & ideo valet iudicium contra filiumfamilias spoliatorem sine consensu patris. Bald. *cons.* 217. *Verba libelli, n.* 6. *ver. secundo principaliter lib.* 2. vbi dicit communem * opinionem. Castr. *cons.* 253. *col* 2. *ver. sed in casu nostro, lib.* 2. † Extende maxime, quando filiusfamilias fuit citatus, & eti- 35 contumax, & extat statutum, quod contumax habeatur pro confesso, quia non requiritur consensus patris, ideo potest condemnari, ac si cum consensu patris comparuisset. Castr. *cons.* 253. *de-* 36 *per* 1. *col.* 1. *ver. sic ergo post quam, lib.* 2. † Declara, nisi ageretur de exe- 36 cutione facienda pro delicto in bonis, in quib. pater habet vsumfructum. Castr. *d. cons.* 253 *col.* 2. *lib.* 2. *ver. non enim est.* † Limita, quã- 37 do pater nomine filii sui ageret; quia satis dicitur præstare consensum filio, pro quo ipse mouet iudicium. Bart. *in l. sum pater, ff. liberis. ff. de leg.* 2. Socin. *cons.* 125. *Quoniam, num.* 12. *lib.* 4. faciunt 38 dicta per Alex. *cons.* 59. *Viso, nu.* 2. *& nu* 3. *lib.* 2. † Limita etiam in illo 38 casu spolii sine violentia propter priuilegium causæ non admittentis exceptiones, quæ sunt de apicibus iuris. Bald. *cons.* 217. *nu.* 6. *lib.* 2. † Contrariũ cõsuluit Pet. de Perus. inter cons. Bal. *cons.* 48. *in* 39

causa

causa vertente, lib.3. in pr. & quasi per tot. vbi, licet dicat esse opiniones hinc inde, & esse arbitrarium iudici; tamen tenet hanc partem vti veriorem. † Limita in causa communi patris & filii; quia latis dicitur pater præstare consensum, ex quo agit, & excipit cum filio in causa communi. Bal. *d. cons. 217. n. 6. ver. item quia habuit, li. 2.* † Limita in iis, in quibus non acquiritur vsusfructus patri. Anch. *cons. 73. in prin.* Bal. *cons. 193. In decidendo, lib. 3.* vbi. quod standum est glossæ, quæ hoc tenet *in l. cum non solum. §. necessitate, C. de bonis quæ lib.* † Contrarium sup. in 1. amplia. ibi vide *nu. 8. & seq.* † Limita in causa extraordinaria, puta in processu exequutionis cõtra solum filium; quia si sententia, & res iudicata est lata contra filium cum authoritate patris, exequutio potest fieri sine patre; quia in extraordinariis iudiciis valet contra solum filium famil. Bald. *cons. 481. In causa vertente, num. 3. ver. item quia processus, lib. 3.* quod est Petri de Vbald. & omnis causa summaria dicitur extraordinaria, vt ibi *n. 3. ver. modo restat.* † Exte..de, quia propterea potest dicere solus de nullitate sententiæ criminalis latæ contra filium. Petr. Anch. *cons. 73. in princ.* † Limita, quando pater est absens, vel non potest præstare consensum, seu authoritatem; quia valet iudicium cum solo filiofamilias maiore. Bal. *d. cons. 481. n. 3. ver. ad l. tam ex contractibus, li. 3.* Roman. *d. cons. 36. in princ.* vbi apostilla *in ver. patre,* dat conc. † Declara præcedentem limitationem, vt procedat, si pater est absens, & de facili eius præsentia haberi non potest, vel si non dimittit curatorem, alias secus. Franc. *in cap. si annum, §. si. n. 5. vers. in ea glossa. ind. in 6.* † Limita in causa criminali, quando agitur de pœna applicanda fisco. Petr. de Anchar. *cons. 73. Visis omnibus, in pr.* & potest esse ratio; quia iudicium est publicum. † Limita, quando filiusfamilias agit pro sua defensione. Aretin. *cons. 138. Super primo, in pen.* † Limita; quia bene valet iudicium, & sententia ad fauorem minoris filiifamilias etiam sine patre, quando fuit ad fauorem minoris. Alex. *cons. 59. Viso processu, n. 3. & 4. ver. secundo potest respõderi, lib. 2.* † Limita in iudiciis publicis; quia filiusfamilias potest agere tanquam vnus de populo, etiam sine consensu patris, secus est in crimine, & iudicio priuati criminis, Bald. *cons. 481. n. 3. ver. ad l. sed si minus, lib. 3.* † Extende; quia idem est in monacho; quia licet non possit agere pro offensa sibi facta; tamen quia publice interest, quod offensa facta religioso puniatur, iudex suppleat ex officio, & substinetur iudicium sine superiore. Aret. *cons. 138. in fi.* † Limita in causis, & iudiciis, in quibus cõuenitur ratione castrensis, vel quasi castrensi peculii, Bald. *d. cons. 481. nu. 3. ver. modo restat, lib. 3.* † Limita; quia filiafamilias agit sine patre ad consequutionem legati pro dote, secundum magis cõmunem, de qua Alex. *cons. 20. Viso processu, n. 9. in fi. & n. 10. ver. nec obstat, li. 2.* vbi apost. *in ver. solu. matr.* dat concor. † Limita in beneficialibus, & spiritualibus; quia speciale est, quod filiusfamilias agit, & conuenitur sine patre, & sine illius consensu *d. c. si annum, de iudic. in 6.* & est ratio; quia procedit summarie, & extra ordinem, & quia sunt quasi castrensia. Bald. *d. consil. 481. n. 3. ver. modo restat respõdere, lib. 3.* † Limita in causa momentaneæ possessionis; quia filiusfamilias sine patre potest stare in iudicio. Gl. *an d. c. si annũ, in glossa final.* incip. *regulariter, de iudic. in 6.* quę ponit alias limitationes. Bald. *cons. 217. nu. 6. lib. 2.* † Declara, vt procedat agendo, & ad fauorem, secus est, vt filiusfamilias cõueniri possit. Bal. *cons. 481. nu. 3. ver. sed quomodo respondetur, lib. 3.* vbi limitat gloss. illam, & dicit hanc esse communem * opinionem. † Limita; quia sufficit consensus patris ante litem motam, dummodo ante litem contestatam non fuerit reuocatus; ideo si pater dedit consensum tutoris, vel curatoris dationi ad litem mouendam, sufficit. Alex. *cons. 59. Viso processu, n. 2. li. 2.* † Extende; quia imo sufficit consensus generalis patris in omnibus causis filii præsentibus, & futuris. Ale. *d. cons. 59. n. 3. ver. vnde dicit. li. 2.* † Extende; quia consensus præstitus in causa principali sufficit in iudicio exequutionis. Alex. *d. cons. 59. n. 1. lib. 2.* † Limitat Soc. *reg. 10. Filiusfamilias in iudicio sine consensu patris esse non potest,* tredecim modis, in quibus sine consensu patris potest filiusfamilias agere, & esse in iudicio.

Filiusfamilias nõ potest aliquid circa testamentum, & vltimam voluntatem sine consensu patris, & quando secus. Concl. 364.

1 FILIVSFAMILIAS † non potest testari. *l. nemo. C. qui testament. fac poss. & Instit. quib. non est permiss. fac. testam. §. 1.* Cum. *cons. 190. Filiusfamilias, in princip.* Castrens. *cons. 382. Primo videndum. in pr. lib.* 2 † allegat tex. *in l. qui in potestate, ff. de testam.* † Extende in tantum, vt si filiusfamilias testatus fuerit instituendo fratrem, quem grauauit ad dotandam eiusdem testatoris filiam, & mortuus est, & frater adita hæreditate filiam testatoris mandauit dotari in mille cum onere, si moriatur ante nuptias, quod locis piis debeatur eadem quantitas, mortua filia, illius hæredes possunt repetere hereditatem à patruo, sed ramen tenetur cautum reddere, ne molestetur in dote, quam reliquit ea contemplatione; quia credidit se hæredem. Castr. *cons. 410. Viso, & examinato, per tot. lib. 2.* † Amplia, 3 quod nec potest codicillari, quia qui non potest testari, neque potest codicillari. Federic. de Sen. *cons. 298. Quoniam veritas, in pr.* Cuman. *d. consil. 190. in princ.* Castrens. *d. cons. 382. in princ. lib. 1.* Alex. *cons. 17. Visis, & opportune, in pr. lib. 2.* † Amplia, vt nec possit testari, 4 vel codicillari, etiam cum consensu patris. *l. qui in potestate. ff. de testam.* Bald. *cons. 481. Pone, quod filius, lib. 5.* vbi reddit rationem, videlicet; quia non habet integram personam, quæ neque potest reintegrari consensu patris; quia testamentum est publici iuris; se- 5 cus in donatione causa mortis. Alexan. *d. consil. 17. in pr. lib. 2.* † Amplia, vt neque testari possit etiam de consensu patris ad piam causam. Feder. de Sen. *d. cons. 298. num. 2. vsque ad ver. meo iudicio,* quod consilium est Iacobi de Appi. Calder. *cons. 339.* alias 10. *de testam.* † Contrarium tenet Feder. de Senis ibidem *cons. 298. col. final. ver.* 6 *meo iudicio, vsque ad finem.* quod est consilium Federici, & idem Feder. *cons. 294. per tot.* qui dicit hoc procedere de iure canonico, & loquitur ad piam causam, & sic pro anima cum consensu patris. Cast. *cons. 101. Circa primum, n. 2. vers. secundum quæsitum, lib. 2.* vbi tenet, quod sine consensu patris non potest, nisi in aduentitiis, & in omnibus de consensu patris ad piam causam potest, & hanc partem tenet etiam Soc. *reg. 12. Filiusfamilias regulariter testari nõ potest.* in prima limitatione. † Declara; quia non potest testari etiam 7 ad pias causas de iis, quæ non sunt castrensia, vel quasi, ex quo est in potestate; sed si pater est præsens dicto legato, & consensit, vel promisit illud soluere, valet. Cald. *cons. 339.* alias 10. *de testam. in fine,* & ita loquitur Feder. *in d. cons. 298. in fine. vers. meo iudicio, & consil. 294. per tot.* secundum casum dictorum consiliorum. † Exten- 8 de; quia filiusfamilias non potest testari ad piam causam sine cõsensu patris de bonis patris, etiam si testaretur de legitima sua, quando decessit viuente patre. Castrens. *dict. consil. 101. num. 2. versicul. sed contrarium, lib. 2.* vbi, quod istud impedimentum est naturæ, non iuris ciuilis. † Extende; quia neque potest testari ad piam 9 causam de rebus, in quibus pater habet vsumfructum. Castrens. *d. cons. 101. nu. 2. ver. sed contrarium. lib. 2.* † Amplia; quia neque valet 10 testamentum filiifamilias sine consensu patris de bonis non castrensibus, vel quasi, etiam si legaret præceptori suo. Calder. *dict. consil. 339.* alias 10. *in princ. de testam.* † Amplia; quia nedum non valet testamentum filiifamilias etiam cum consensu patris, sed ne- 11 que substinetur, vt donatio causa mortis, licet sit dictum, quod si non valet vt testamentum, valeat, vt vltima voluntas; quia donatio causa mortis proprie non est vltima voluntas. Bald. *consil. 481. lib. 5.* Castrens. *consil. 382. in princip. libr. 1.* Vide, *Donatio causa mortis in quibus habeat effectum vltimæ voluntatis. Conclus. 663. cum conclus. ibi prox. seq.* † Contrarium videtur tenere Fulgos. *consil. 87. Visis supe-* 12 *rius allegatis,* vbi pro vtraque parte, & videtur inclinare in hanc partem, quando dixit, quod si non valet vt testamentum, valeat vt codicillus, seu vt quælibet alia vltima voluntas. † Declara, 13 quia si filiusfamilias est maior, valebit in aduentitiis donatio causa mortis facta patri; quia valeret donatio causa mortis de tea liena consentiente domino. Fulgos. *dict. cons. 87. col. 2. versicul. cæterum consueuit mihi placere.* † Declara, vt per Signorol. *consil. 30. Fa-* 14 *ctum tale est, quidam. per tot.* Vide, *Filiusfamilias quid possit circa vltimas voluntates cum consensu patris. Concl. 363.* † Amplia; quia non potest 15 facere legata. Castrens. *dict. consil. 428. Viso casu. num. 4. vers. quantum ad vltimum. lib. 2.* † Amplia; quia non valet testamentum filiifamilias etiam circa aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum. Castrens. *cons. 101. Ad primum, num. 2. vers. secundum quæsitum, li. 2.* allegat *l. pen. C. qui testam. facere poss.* & istam esse communiorem opinionem * dicit Rom. *cons. 512. Quoad primum, nu. 3. ver. nec refragatur.* & ibi apost. *in ver. testari.* dat concord. & dicit communem. * * †Extende, quod dicitur de testamento in aduentitiis, vt procedat 17 etiam in donatione causa mortis, secundum * communem, ex re- * xtu *in l. 1. §. vnde quæritur in fine. ff. de tute. & ratio. distrah.* Rom. *d. cons. 512. n. 3.* vbi apostilla *in ver. iureconsultus.* † Contrarium tenet Rom. 18 *d. cons. 512. in princip. ver. fallit secũdo.* † Declarat apostilla ad Roman. 19 *d. cons. 512. in ver. in aduentitijs,* quod communis * opinio est, quod * sicuti non valet testamentum in aduentitiis sine consensu patris, ita neque donatio causa mortis, & dicit, quod allegata per Rom. habent locum inter viuos; quia filiusfamilias bene sine consensu patris disponit inter viuos. † Declarat alster Rom. *dict. consil. 512. n.* 20 *3. & 4. vers. quoniam respondeo,* vbi apostilla dat concordantes; quia filius, qui non potest testari vllo modo, prout pupillus, neque potest donare causa mortis, sed si potest filiusfamilias testari aliquo casu, puta de castrensibus, vel quasi castrẽsibus, poterit etiam do-

21 mare circa aduentitia. † Restringe; quia bene valet ad piam causam circa aduentitia; quia solũ prohibetur de iure ciuili; ergo ius
22 ciuile non obstat piæ causæ. Cast. *consil.*101. *n.*2. *lib.*2. † Amplia; quia filiafamilias existens in potestate patris non potest testari. Zabar. *consil.*111. *nu.*2. *vers. tertium dubium*, vbi quod sicuti non potest testari vniuersaliter; ita neque quoad dotem habitam à patre, ex mente Bald. quem allegat *nu.*2. licet in fine videatur in dote fauore piæ causæ contrarium tenere, plenius Alexan. *consil.*17. *Visis, & opportune, lib.*2. *in pr.* vbi, quod in dote nullum circa hoc habet priuile-
23 gium testandi, vel codicillandi, vel donandi causa mortis. † Sed quod imo filia possit de dote habita à patre testari, quando pater stipulatus est reddi filiæ; quia censetur donasse, & potest illam ad hæredes transmittere, tenet Castrens. *consil.*373. *Quantum ad illam partem, in pr. lib.*1. & hanc partem tenet Zabar. *dict. consil.*152. *in fin.*
24 Bald. plene *cons.*442. *in fi. lib.*4. incipit, *Punctus Nicolanus.* † Declarat Zabar. *d. cons.*152. *in fine*, posse defendi, quod filia in dote possit
25 testari, maxime fauore piæ causæ. † Sed Castr. *d. cons.*373. *in fin. lib.*1. tenet, quod imo potest filiusfamilias testari de omnibus, quæ potest sibi acquirere, allegat text. *in l. lege duodecim tabularum. Cod. de legit. hæred. & in authent. de hæred. ab intest.* §. 1. & est quasi naturale, & necessaria ratio; quia, qui vult antecedens, vt acquirat, vult consequens, vt disponat, & idem dicit in dote filiæ reddi stipulatæ.
26 † Vide tamen eundem Cast. *cons.*382. *n.*4. *ver. dico ergo lib.*1. qui dubitat, & dicit, quando constitutio dotis facta est à patre simpliciter actio consolidatur patri per mortem viri, & debet redire ad patrem, à quo profecta est, nec habet locum hoc casu consuetudo, quod maneat penes liberos; & idem, si mortua esset filia remanentibus filiis, & quod ita fuit terminatum Bononiæ per octo Doct. Bononien. & isto casu non potest testari de dote, neque
27 donare. † Si vero dos fuit data à patre; quia filia remisit bona paterna, & materna, vel alias renunciauit legitimæ, tunc dubium oritur; quia sicuti de bonis paternis, & maternis, & legitima non potuisset disponere sine patre; ita neque de dote, quæ succedit loco dictorum bonorum, nisi pater dedisset talem dotem quoad proprietatem perpetuam, & vsumfructum; quia tunc disponere posset sine patre, sed an in dubio ita dedisse videatur, non delibe-
28 rat, ita idem Castr. *d. cons.*382. *num.*4. *ver. si vero lib.*1. † Pater igitur, quod adhoc, vt filiafamilias possit de profectitiis, & dote & legitima, & bonis paternis, vel maternis testari, vel donare, quod est necesse, quod pater liberauerit ab vsufructu, & dederit libere ipsi filiæ; quia viuente patre disponit, si est habilis ætate, & sine con-
29 sensu patris; quia non interest in aliquo patri. † Et si disponat in casu prohibito, an conualescat alienatio, si fiat sui iuris per mortem patris, vel per emancipationem, vide pro vtraque parte Ca-
30 strens. *d. consil.*382. *num.*4. *in fin. vers. dicunt tamen, lib.*1. † Vide omnino circa hanc materiam, quando dos stipulata reddi patri, vel filiæ, vel curiius, & casus dederit; quia mortuo marito, si filia ingreditur monasterium, videretur, quod actio consolidetur in patre viuente, qui transmittit actionem ad hæredes; quia consolidatio fit ita per mortem ciuilem, sicut per naturalem; & ideo videtur, quod non acquiratur monasterio, contrarium tenet Alexand. *cons.*139. *Viso themate per tot. li.*2. vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & tollit contraria; quia hoc casu licet professus dicatur mortuus mundo, & sic ciuiliter; tamen hæc mors ciuilis non æquiparatur naturali in hoc; quia professus manducat, & bibit, ergo dotem retinet, & quia mulier ingrediendo monasterium censetur disponere de dote ad fauorem monasterii; item, quia dato, quod actio in patre esset consolidata, tenetur dotem conseruare pro filia, & illam dotare iterum, si ingreditur monasterium, sicuti si nuberet secundo, & dicit hoc procedere, siue pater exegerit dotem,
31 siue non post mortem mariti filiæ suæ, vnde videtur Ale. concludere, quod filia disponit de dote hoc casu viuente patre. † Limita; quia filiusfamilias Comes, & Eques, vel Doctor, potest testari,
32 & codicillari. Cuma. *cons.*190. *n.*2. *versic. illud etiam considerari.* † Limita; quia filiusfamilias potest testari de castrensibus, vel quasi castrensibus. Fulg. *cons.*225. *Serenissimum Ducale, num.*3. Zabar. *consil.*111. *ver. tertium dubium, num.*2. Castrens. *cons.*101. *Circa primum, n.*
33 2. *lib.*2. & *cons.*428. *Viso. in fin. lib.*2. † Extende; quia potest testari de donatis sibi per principem, siue sint mobilia, siue stabilia; quia in eis habet omnem facultatem, quam habet in castrensi, vel quasi.
34 Fulgos. *d. consil.*225. *numer.*3. † Limita; quia filiusfamilias potest testari, & valet testamentum, si pater eius esset mortuus, licet ipse hoc ignoraret. Castr. *cons.*101. *Circa primum. n.*3. *vers. secundus passus,*
35 *lib.*2. † Limita; quia licet testari non possit filiusfamilias, neque ex testamento habere hæredem, bene potest habere hæredem ab
36 intestato. Cast. *cons.*410. *in prin. lib.*2. † Limita; quia potest filiusfamilias testari de legitima. Bald. *cons.*442. *Punctus, lib.*4. *in fin.* Castr. *cons.*373. *in fi. li.*1. † Limita; quia licet non possit in testamento dis. 37
ponere, si disposuit donando aduentitia, in quibus pater non habet vsumfructum, valebit donatio in forma contractus, licet sit in testamento celebratus, & licet testamentum non valeat, Cast. pulchre *cons.*382. *Primo videndum, in princ. & n.*2. vbi late. *lib.*1. † Li- 38
mita septem modis, de quibus Soc. *in d. regul.*12. *Filiusfamilias regulariter testari non potest.* Vide, *Testari qui non possint sine culpa sua. Conclus.*104.

Filiusfamilias quid possit circa vltimas voluntates cum consensu patris. Concl. 365.

REGVLAM † facias negatiuam, quod filiusfamilias non po- 1
test donare causa mortis sine consensu patris. Roman. plene *cons.*512. *Quoad primum, in princ.* vbi apostill. *in ver. consensu.* dat concor. † Extende, quia imo requiritur consensus aui, & non patris, 2
quando pater est in potestate aui, late Roman. *d. consil.*512. *nu.*5. & *seq. ver. vbi vero potest filius*, vbi apost. *in ver. requiritur.* probat Rom. ex multis; primo in additione hæreditatis, in qua licet consensus patris sufficiat, intelligitur, nisi pater sit in potestate aui, secundo in Macedoniano, tertio in adoptione, & quia persona non habilis aliam inhabilem non potest habilitare. † Declara tamen, quia 3
aliqui sunt casus speciales, in quibus consensus patris requiritur, etiam si sit in potestate aui, & non sufficit consensus aui, primus est, quando filius, vel filia nubit, secundus, quando filius offertur Deo, & sic in spiritualibus. Roman. *dict. consil.*512. *num.*6. & 7. *vers. nec huic conclusioni*, vbi apostil. *in ver. consuratus, & ver. non fore.* † Re- 4
stringe in castrensibus, & quasi castrensibus, quia potest donare causa mortis sine consensu patris. Roman. *dict. consil.*512. *in princip. versicul. fallit.* quia etiam in istis potest testari, *d. l. filiusfamil. in fin. de donation.* † Restringe in aduentitiis, quia ex quo patri non ac- 5
quiritur vsusfructus, potest sine consensu patris libere disponere, & donare causa mortis. Roman. *dict. consil.*512. *in princip. versicul. fallit secundo*, vbi apostil. *in ver. in aduentitijs*, dicit, quod potest inter viuos tantum. † Contra restrictionem igitur tenet apostill. ad 6
Roman. *dict. consilio*512. *in princip. in versicul. in aduentitijs*, vbi dicit * communem contra Roman. in donatione causa mortis, sed bene posset inter viuos alienare, & contrahere aduentitia, quia iura per Romanum allegata loquuntur in contractibus inter viuos, prout dicit intelligere Paris. *consil.*157. *Nobilis, num.*17. *lib.*4. & Crauet. *consil.*39. *Proponitur numer.*2. † Declara, quia sicut filiusfa- 7
milias de aduentitiis non potest testari, licet patri non quæratur vsusfructus, ita neque potest donare causa mortis, sine consensu patris, quia regula à pari procedit in hoc, secundum * communem, quam dicit Roma. *dict. cons.*512. *n.*3. *vers. nec refragatur*, & com- 8
munem * dicit ibi apost. *in ver. testari.* † Amplia, quia licet filiusfamilias cum consensu patris possit donare causa mortis, & non testari, tamen si testetur, & addat, quod si non valet vt testamentum, valeat vt quælibet vltima voluntas; quia non poterit valere vt donatio causa mortis, ex quo non est proprie vltima voluntas. Bal. *cons.*481. *Pone, quod filius, li.*5. vbi recitat opiniones pro vtraque parte. Clar. *in* §. *testamentum. quæst.*18. *n.*4. *ver. sed quæro.* † Contra. 9
rium, quod imo siue sit dictum, si non valet vt testamentum, valeat vt codicillus, vel vt donatio causa mortis, quo casu non est dubium, sed etiam si dixt, si non valet vt testamentum, valeat vt codicillus, seu vt quælibet vltima voluntas, poterit valere vt donatio causa mortis de consensu patris. Clar. *in* §. *donatio. q.*6. *in fi.* vbi dicit * communem. † Declara; quia bene valet vt donatio causa 10
mortis, quando esset dictum, & si non valet, vt testamentum, neque vt codicillus, valeat, vt vltima voluntas; quia tunc valebit vt donatio causa mortis, ex quo illa verba non possunt importare, nisi donationem causa mortis, ex quo fuit expressum testamentum, & codicillus, secus, si vnum tantũ esset expressum. Sig. Hotom. & codicillus, secus, si vnum tantũ esset expressum. Sig. Hotom. mod. *cons.*30. *Factum tale est, quidam per tot.* vbi apost. in fi. intelligit hoc, si modo est facta præsenti, alias nõ potest valere vt donatio, & idem dicunt Tas. & Curt. Jun. *in l. hac consultissima.* §. *ex imperfecto, C. de testam.* quos citat, & sequitur apost. ad Clar. *d.* §. *testamentum, quæst.*5. *in ver. inhabilis.* † Declara, quia bene operaretur, si diceret, 11
quod omnibus melioribus modo, via, iure, & forma, quibus melius posset, valeat. Cuman. *cons.*190. *circa fin.* Vide, Clausula, *omnibus meliori modo*, quid importet. *Conclus.*358. † Declara plenius, quia si- 12
ue sit dictum in specie, vt donatio causa mortis, siue vt vltima voluntas distinguitur, quia si hæres est præsens, vel filius, peo acceptat, valet in vim donationis, quia requirit pactum, & præsenti, si est absens, & nullus pro eo acceptauit, non potest valere vt donatio causa mortis, ita plene Clar. *in* §. *donatio. q.*6. *n.*8. *ver. sed quæro, tu scis*, vbi, q̃ sufficit præsentia, licet non acceptet expresse. † Re- 13
stringe,

stringo, quia bene valet vt donatio causa mortis, quando filiusfamilias donaret patri consentientia aductitia, & esset maior; quia tunc valeret, ex quo pater potest hoc casu consentire sibi. Fulgo. *consil.* 8. † *Visis superius per tot.* vbi late disputat, postea distinguit hoc
14 casu. † Limita; quia sicuti filiusfamilias cum consensu patris potest donare causa mortis extraneo; ita etiam potest donare ipsi patri præstanti consensum, seu licentiam; quia licet nemo possit sibi authorare; tamen secus est in consensu simplici. Roman. plene *consil.* 515. *In quæstione, per totum.* vbi pro vtraque parte, & hanc citat, vbi apostilla in *ver. interponere, vers. contrarium*, citat plurimos,
* & dicit veriorem, & *communiorem, allegat Iason. in *l.* 1. §. *fuit quæsitum. post princip. ff. ad Trebellian.* & Alexand. *cons.* 106. *Quoad præsens. per tot. lib.* 1. vbi apostill. in *ver. mortis*, allegat pro vtraque parte, & dicit hanc veriorem; quia de iure Romano patria potestas
15 fuit introducta ad fauorem patris. † Contrarium allegat Roman. *dict. cons.* 515. *in princip.* & apostilla in *ver interponere*, dat concord. & * dicit esse *communem; imo dicit, quod Socin. in *d. l.* 1. §. *fuit quæsitum, num.* 6. & Dec. *cons.* 145. *In causa, colum.* 3. *versic. non obstant allega-* * *ta*, dicunt hanc esse magis * communem, & ibidem apostilla ad * Roma. dicit se credere, quod ista sit longe * communior, sed præcedens est verior; & adde alios concord. quos apost. ad Alex. *cons.* 106. *in prin. lib.* 1. *in ver. mortis*, quæ allegat in princip. plura cons. pro
16 hac parte. † Declarat Roman. *d. cons.* 515. *in fi.* quod contrarium loquitur in authoritate, ampliatio in consensu, & licentia, & dicit esse valde diuersa, & de consensu dat casum in *c. cum in iure, de offic. ord.* & quod sint diuersa. Alex. *d. cons.* 106. *Quoad præsens. num.* 2. *lib.* vbi eandem declarationem tenet, & ibi apostilla in *ver. diffe-*
17 *rentia*. † Limita; quia filiusfamilias cum consensu patris potest donare causa mortis, & valet; sed tamen non potest testari, neq; legare, neq; codicillari *l. tam ius*, §. 1. *ff. de donat. caus. mort.* vbi late Bartol. qui ibi ponit rationem differentiæ. Bald. *cons.* 248. *An cæcus possit, circa med. vers. hinc est. lib.* 5. quod est Aloysii de Perusio. Bald. *cons.* 681. *Pone, quod filius. lib.* 5. vbi ponit rationem. Cuma. *cons.* 190. *Filiusfamilias per tot.* Castren. *consil.* 438. *Quantum ad primum, in prin-* * *cip. lib.* 2. & ista est communis * opinio, vt plene Clar. in §. *testamen-*
18 *tum, qu.* 18. *n.* 2. *& seq.* † Rationem differentiæ assignant Doctores; quia testamentum non potest valere cum consensu patris, donatio causa mortis secus; quia testamentum non potest pendere ex * alieno arbitrio, & est communis * opinio Clar. plene in *d. §. testa-*
19 *mentum, q.* 18. *in princ.* † Declara; quia si consensus non interuenit; tunc tempore actus, non sufficit, quod ex post facto interueniat.
20 Fed. de Sen. *cons.* 298. *n.* 3. *ver. patet igitur.* † Contrarium, quod imo consensus patris possit interuenire post, si filius perseuerat in donatione. Castr. *cons.* 438. *Quantum ad primum, in pr. lib.* 2. vbi, si filius esset mortuus non valeret; quia non perseuerat; & quia siue valeat, vt nunc, non potest habere locu; quia filius est mortuus, siue
21 vt tunc extrema non sunt habilia; & ideo non valet. † Expressus requiritur consensus patris, alias non valeret donatio. Bald. *d. cons.*
22 248. *circa med. ver. hinc est, quod. lib.* 5. † Imo, quod neq; generalis consensus sufficiat, sed requiratur specialis ad donandum causa mortis. Roman. *consil.* 512. *in princip. versicul. adeo quidem.* allegat *l. filiusfa-*
23 *milia. versicul. sed eum meminisse oportebit, ff. de donat.* † Limita, quia fauore piæ causæ de iure canonico potest pro anima legare, codicillari, & testari cum consensu patris. *cap. licet de spons.* Federic. de Senis *consil.* 294. *Habuistis, vsque modo. & consil.* 298. *volum. fin. versic.* * *meo iudicio, vsque in finem.* & hanc partem tenet Cald. *tom. cons.* 339. alias
24 *10. de testamen.* & ista est magis communis * opinio; à qua in practica non est recedendum, vt dicit Clarus in §. *testament. quæst.* 5. *nu-*
25 *mer.* 6. *ver. sed nunquid filiusfamilias.* † Extende, vt procedat, nec filius testetur ad pias causas cum consensu patris de bonis aduentitiis, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, siue de profectitiis, in quibus pater habet vsumfructum, magis communem * di-
26 cit Clar. *dict.* §. *testamentum. num.* 7. *ver. quæ quidem opinio.* † Contrarium tenet Iacob. de Appi. cuius est *consil. Federic.* 298. *in princ. vsque* *ad vers. meo iudicio.* † Declara tamen; quia sine dubio valet de consensu patris ad pias causas; quia extat tex. in *cap. licet.* §. *fin. cum glos.* *in ver. iudicare, de sepult. in* 6. sed tamen si fiant legata aliis personis, illa non accrescunt piæ causæ heredi institutæ, sed vadunt ad ve-
27 nientes ab intestato, & nemo in hoc discordat. Clar. *d.* §. *testamen-* *tum. quæst.* 5. *num.* 8. *vers. vnum tamen nota.* † Limita; quia potest & fideicommissum facere filiusfamilias in donatione causa mortis, & valebit prohibito alienationis bonorum, ita vt ea sequuta non valeat. Cuman. *cons.* 190. *per tot.* vbi late. Vide, *Filiusfamilias an possit adire hæreditatem inuito patre, & è contra.* quæ est conclusio proxima sequens.

* *
*

Filiusfamilias an possit adire hæreditatẽ inuito patre, & è contra. Concl. 366.

FILIVS FAMILIAS † hæres institutus de iure antiquo non 1
potest adire hæreditatem sibi delatã, nisi præcedat iussus patris; quia adeundo patri acquirebat. *l. si quis mihi bona.* §. *iussum. ff. de acquir. hæredit.* † Extende; quia in tantum iussus patris operatur, 2
vt, si filiusfamilias nõ vellet adire secundum iussum patris, possit pater ipse adire pro filio. Cuman. *consil.* 89. *circa fin.* † Contrarium 3
de iure nouo, vno casu; si pater non vult, quod adeat, & ipse velit adire dato curatore, adire potest; prout etiam è contra, si filius non vult adire, pater ipse potest velle adire. *l. fi.* §. *fin autem. C. de bonis, quæ liber.* Cuman. *d. consil.* 89. *Circa primum in fin.* † Declara; quia 4
de iure nouo potest filius, & filiafamilias adire hæreditatem aduentitiam sibi debitam, nedum sine iussu patris; imo etiam inuito, & multo magis ignorante patre. *d. l. fin. in princip. C. de bonis quæ liber.* Alex. *cons.* 234. *Puta circa dubium, in princ. lib.* 6. vbi *num.* 2. dicit esse * communem, & Ang. qui tenuit contrarium, reprobatur cõ- 5
muniter. † Extende declarationem, vt in tantum possit filiusfamilias adire hæreditatem aduentitiam sibi debitam inuito patre, & multo magis ignorãte, vt licet sit statutum in loco, quod filiusfamilias non possit cõtrahere; neq; obligationem facere sine patre, licet aditio hæreditatis sub prohibitione comprehendatur, tamen adhuc poterit adire aduentitiam sine patre propter extensionem passiuam surgentẽ ex *l. qui potest inuitis, ff. de regul. iuris.* quia nõ tollitur casus, in quo filius inuito patre potest adire; ergo & insscio multo magis. Alexand. plene *d. consil.* 234. *in princip.* vbi tollit contraria, *lib.* 6. † Adde tamen; quia consensus patris superue- 6
niens in aditione, vel repudiatione, aut in iudicio valet, & conualidat actum gestum sine consensu; quia filius habet legitimã personam pro se, sed cum consensu, ideo sufficit ex post. Ancharan. *consil.* 337. *De efficacia, num.* 12. *& sequ.* † Declara tamen; quia ius no- 7
uum tanquam correctorium non debet extendi ad casus non expressos, & ideo non habet locum in monacho, cui est delata hæreditas; quia non poterit monasterium adire, eo inuito, etiam si filio æquiparetur, sed seruanda sunt iura antiqua. Ang. *cons.* 91. *Sancta Carmelitarum, in princip.* † Extende, vt idem procedat, quando 8
pater, & filius non discordant, sed vnus abest ab alio; quia ius nouum non extenditur, nisi in casu, in quo loquitur Ang. *d. consil.* 91. *n.* 2. *ver. eo autẽ absente.* † Restringe; quia in suis non requiritur aditio. Cuman. *d. cons.* 89. *in fi.* Vide, *Suitæ operatur multa. Concluſ.* 884. 9
† Amplia in casu conuerso; quia si filiusfamilias est institutus, nõ 10
potest pater solus adire hæreditatem filio delatam. Cum. *cons.* 73. *Sine disputatione, in princ.* Vide, *Pater in quibus sit legitimus administrator filiorum. Concl.* 125. † Extende, vt imo etiam filio recusante vel- 11
le adire, non possit pater pro eo adire, quando sumus in profectitiis; secus in aduentitiis. Cuman. *d. cons.* 73. *in princ.* vbi reddit rationem; quia pater habet facultatem exercendi patriam potestatem, qñ filius contemplatione eius instituitur. † Extende, vt pro- 12
cedat, siue filius contemplatione sui, siue contemplatione patris sit institutus; quia adhuc pater non põt pro eo adire, nisi vt supra. Cuma. *d. cons* 73. *in pr.* † Restringe, nisi pater per decem annos pos- 13
sedisset, filio sciente & patiente. Cuma. *d. cons.* 73. *n.* 2. *in fi.* vbi dicit * communem, & idem Cuma. *cons.* 81. *Visa copia. in pr.* † Restringe, * 14
quando filius esset infans; quia pater, & tutor possunt adire pro infante. Cuman. *d. cons.* 81. *in princ.* Vide, *Aditio hæreditatis infanti, &* *pupillo delatæ à quibus inducatur. Concluſ.* 192. † Restringe; quia duo- 15
bus casibus pater potest pro filio solus adire etiam filio inuito; primo casu, quando filius est absens, & non vult adire, siue simus in aduentitiis, siue in profectitiis; secundo casu, quando sumus in aduentitiis; quia, siue sit absens, siue præsens, & nolit adire, pater solus potest adire. Cuman. *dict. consil.* 73. *in princip. & num.* 4. vbi, quod requiritur recusatio filii. † Amplia; quia quod dicitur de 16
aditione, idem est in repudiatione. Cuma. *d. cons.* 73. *num.* 2. † Am- 17
plia; quia pater licet administrauerit bona hæreditatis delatæ filio per plures annos, dum filius esset absens, absq; tamen aditione particulari, non dicitur pro filio adiuisse; ideo filius reuersus potest adire cum beneficio legis, & inuentarii, Cuman. *d. cons.* 73. vbi est casus, etiam si filius contemplatione patris esset institutus. † Si vero filiusfamilias adeat cum consensu patris, proprietas ac- 18
quiritur filio, vsusfructus patri, & filius non potest aliquid alienare sine consensu patris. Cuman. *cons.* 75. *Ex facto proponitur, in princ.* † Si non velit adire filius, & pater velit, quod adeat, tunc totum 19
acquiritur patri, & minus potest filius alienare aliquid. Fulg. *cons.* *75. in princ. vers. si autem.* † Si vero filius velit adire, & pater non ve- 20
lit consentire, tunc solus filius adire potest, si pubes sit. Fulgos.

21 *cons.75.in princ.versic.sed & licet.* † Extende; quia saltem pater cõpellitur additioni consentire, quando est vtilis, vel pia, etiam statute statuto, quod filius non possit obligari sine patre neque adi-
22 re. Fulgos.*d. consil. 75. in fine.* † Restringe, nisi adesset statutum, prout Senis, quod non liceat filiofamilias se obligare, vel quasi sine consensu patris. Fulgos.*dict. consil.75. in princip.versicul.sed licet.*
23 † Amplia in casu conuerso; quia filius hæres institutus non potest sine patre repudiare hæreditatem sibi delatam, neque donationem sibi factam nolle acquirere patre inuito. Castrens.*consil.*
24 382.*Primo videndum,colu,2 versic.præterea filiusfamilias, lib.*1. † Limita, quia filiusfamilias potest adire sine patre, quando testator noluit, quod aliquid acquireretur patri, & quod filiusfamilias posset libere exequi mentem testatoris, quia eo casu valet licentia, ma-
25 xime, si est exequutor ad piam causam. Fulgos.*cons.75.per tot.* † Extende; quia licet filiusfamilias, & pupillus nõ possint obligari, intelligitur, quando nomine proprio contrahunt; secus si alieno; quia bene obligant maiorem, qui tales ministros elegit. Fulgos.*d.*
26 *cons.75.nu.*4. † Limita de iure nouissimo, & maxime in bonis adꝟ uentitiis, *supra nu.2. & sequ.* Vide, *Aditio hæreditatis infanti delatæ ex quibus induatur. Conclus.*192.*n.*15. *& sequent.*

Filius hæres in re certa dicitur vniuersalis, alio non existente. Concl. 367.

1 FILIVS † hæres institutus à matre, vel à patre vniuersaliter in certis bonis cum onere legatorum in aliis bonis expressis adhibito, & cum onere fideicõmissi, detrahit legitimam, & Trebellianicam ex toto corpore hæreditatis cõprehensis bonis legatis, non autem solum ex hæreditate deductis prius bonis legatis; quia hæres etiam in re particulari dicitur hæres vniuersalis, alio non existente, & ex toto corpore debentur. Old.*consil.*158. *Factum*
2 *tale est, testatrix.* † Amplia; quia filius, qui ex forma statuti vocatur ad successionem dotis maternæ, si non habet alium cohæredem, qui adeat, dicitur hæres vniuersalis, & non poterit repudiare hæreditatem, & velle dotem. Ang.*consil.*81. *Domina Maria,n.*3. *&* con-
ꝟ *sil.*82. & melius *consil.*83. *per tot.* Vide, *Institutus in re certa habetur loco legatarij, & quando loco hæredis. Conclus.*232.

Filius potest esse beneficiatus in eadẽ Ecclesia cum patre, & quando secus. Concl. 368.

1 FILIVS † legitimus non prohibetur habere canonicatum, & præbendam in eadem Ecclesia, in qua pater est canonicus. Cald.*consil.*66. *in fi.nu.*3. *vers.quod autem istud.* alias est *vnicum, de filijs*
2 *presbyter.* † Amplia, vt procedat etiam è contra; quia pater potest habere canonicatum in Ecclesia, in qua filius legitimus est Epi-
3 scopus. Cald.*d.consil.*66 *in fi.* alias est *vnicum, de filijs presbyt.* † Amplia, vt idem sit in filio illegitimo dispensato ad beneficia etiam curata, quia poterit habere. Cald.*d.consil.*66. *in fi.* alias est *vnicum, de filijs*
4 *presbyt.* † Limita in eodem beneficio, quia pater & filius successiue non possunt habere idem beneficium, vt tollatur successio.*ca.*
5 *ad extirpandas.eod.tit.* † Extẽde limitationem, vt procedat nedum in eodem beneficio, sed etiam in quasi eodem, prout in Rectoria parochiæ, & vicaria perpetua eiusdem Ecclesiæ. Cald.*d.consil.*66. *in fin.* quod est *vnicum, de filijs presbyt.*

Filii positi in conditione non censentur vocati, & quando secus. Concl. 369.

1 FILII † positi in conditione à testatore non censentur vocati, veluti si testator dixit, *instituo N. & si decesserit sine filijs legitimis, substituo P.* An si N. institutus præmoriatur testatori succedant filii positi in conditione, an substitutus, an hæredes ab intestato. Oldrad.*cons.*141. *Thema tale est D G.* tenet, quod filii non habeant aliquid; quia non vocati, substitutus nõ habeat; quia expirauit substitutio sine institutione, & quod hæredibus ab intestato deferatur, & hæc opinio est etiam Petri, qui dicit conditionem non facere gradum; quia natura conditionis non est disponere, sed adiungere rei dispositæ, vt per Bal. qui recitat opinio. hinc inde *cons.*216. *Verba testamenti, lib.*1. *& consil.*253. *Titius instituit,n.*3. *ver solutio libr.*1. & idem Bald.*consil.*158. *Quædam mulier,num.*2. *ver.item filij lib.*5. vbi, quod dicuntur solum mortis causa capere, ideo excludunt substitutum, tanquam, quod conditio non extet, quod sine filiis moꝟ riatur hæres, & hanc communem, * & veriorem dicit Ias. *in l. centurio.n.*57. *ff. de vulg. & pupill.* Alex *consil.*66.*n.*5. *&* cons.100.*n.*4. *lib.*2.
* vbi * communem, & *cons.*185. *eod.lib.*2. *&* cons.105 *prope fi. vol.*1. *&* cons.219. *vol.*2. Berti.*cons.*178. *par.*1. *&* cons.99.*n.*30. *& seq li.*2. apost. ad Alex.*consi.*64. *vol.*5. Sansonius *in cons. suo impresso super intellectu l. hæredes mei.* §. *cum ita, ad Treb. fol.*11. vbi dicit hanc magis * communem, plenissime Boer. qui pro vtraq; parte infinitos allegat *dec.*
155.*n.*14. *& multis seqq.* Paris.*cons.*44.*n.*11. *&* cons.46.*n.*16. *&* 32. *lib.*2. coẽm * dicit Ias.*cons.*232 *lib.*2. Curt. Sen.*cons.*46. vbi magis * communem. communem Rui.*cons.*160. *lib.*2. magis * communem Menoch. *in cons. impresso pro Dominis de S. Petro.* Gabriel. in suis *concl. conclus.*4. *tit. de fideicomm.* vbi ponit regulam cum ampliat. & limitat. & dicit hanc magis * communem. Coratius *in tractat. commun. opinio. lib.*2. *tit.*8.*n.*16. Natta *cons.*551 *lib.*3. dicit magis * communem. Socin. Iun.*cons.*118 *num.*3. *lib.*1. Alba.*cons.*86. *&* 87. Riminal. Iun. *cons.*21. *nu.*11. *& seq.* qui allegat infinitos. Castr.*cons.*14. *Si contingat, in princ. vers. quantum ad secundum, &* cons.259. *Omnis difficultas.nu.*7. *lib.*1. Corn.*consil.*107. *De pluribus,nu.*5. *& sequent. lib.*2. & hanc communem * dicit Corne.*consil.*146. *In hac consultatione,nu.*5.13.19.21. * *&* 22. *lib.*2. licet teneat contrarium ex coniecturis, & *nu.*13. *&* 20. dicit hanc magis * communem, hanc partem tenet Cuman.*cons.* * 122. *Gerardus. per tot.* Fulgos.*consil.*38. *In proposita quæstione,nu.*2. *&* in *fi.n.*5. vbi, quod plurimi Doctores magis illustres hoctenent. Anchar.*cons.*120. *Pro clariori, &* cons.137. *in fi.* vbi dicit * communem. * Ias.*consil.*206. *vol.*2. vbi Franc. Becc. in *addit.* qui attestantur * de communi. Rol. à Val.*cons.*51.*n.*5 *lib.*3. Ceph.*cons.*511.*n.*13. *&* seq. vbi dicit crebriorem. Bertaz. *consil.*83.*n.*26. vbi dicit magis * communem, & *cons.*96.*n.*2. vbi plures allegat de communi * attestantes. * Rol. à Val.*cons.*43. *nu.*38. *lib.*4. vbi refert Soc. Iun. asserentem esse magis * coẽm, & alios plures attestantes * communem, & quod totus mundus obseruat. Rim. Iun.*cons.*602.*n.*28. *&* seq. *libr.*6. Duran. *in tract. de arte testan. tit. de substit. caut.*36. Cagnol. *in l.*1. *num.*47. vbi *per duas col. C. de pactis.* Catel. Cotta in *ver. filij positi in conditione.* Rip. in *l. Centurio,n.*159. *ff. de vulg. & pupill.* qui dicit * communem, & canonizatam, idem dicunt Gabriel. *de fideicomm. conclus.*4. *num.*1. Clar. § *testamentum, quæst.*77. Cephal.*consil.*317. Decian.*cons.*59. *num.*1. *&* cons.79. *num.*5. *lib.*2. vbi, quod ista est magis * communis, & iam per secula approbata, & canonizata in Palatijs, & scholis, & vbique, communem * dicit Castrens.*cons.*86. *Dubitatio.n.*8. *lib.* * 1. licet ipse dicat contrariam veriorem, vide omnino Corne. *in l.*1. *C. de cond. insert. num.*3. *seq.* vbi dicit hanc * communem, & pro vtraque allegat, late Cagnol. *in l.*1. *C. de pact. num.*41. *&* seq. vbi Bologn. *n.*46. *&* seq. qui dicunt * communem, & canonizatam. Castr.*cons.*292. *Quia in puncto, in princ. lib.*1. & hanc communem * dicit idem Castrens.*cons.*411. *nu.*5. *vers.quarto opponitur, lib.*1. licet ipse dicat contrariam veram, Florian. à Sancto Petro *cons.*14. *nu.*7. Castr. *cons.*389. *In quæstione, quæ vertitur, col.*2. *circa med. ver. & breuiter, lib.*2. * *&* consil.355. *Ad primum, num.*3. *ver. ad tertium, libr.*2. vbi dicit * communem, & *consil.*359. *Supra dictus, in princ.* vbi dicit * communem, * *lib.*2. *&* cons.263. *in pr.* vbi dicit * coẽm, licet tueatur contrariam vti veriorẽ. & *cons.*280 *Præsuppositio statuto, in pr. lib.*2. vbi dicit * cõmunem, & infinitos citat apostil. ad Rom. *cons.*32. *in ver. Substituto præferre,* vbi allegat pro vtraq; parte, & vtramq; * communem, & magis communem dicit, & quod hoc obseruatur in Parlamẽto Delphinati, vt dicit Guido Pap. *decis.*39. & magis cõmunem * dicit Ale. * *cons.*13.*n.*10. *lib.*4. vbi citat infinitos, & dicit per 25. fundamenta remisse hanc partem *consil.*185. *libr.*2. incipien. *Viso titulo,* & iterum communem, & magis * communem dicit idem Alex. *cons.*108. *Viso themate. num.*3. *vers. sed præmissis non obstantibus,* & per totum consilium latissime, vbi tollit omnia contraria, *lib.*1. & ibi apostillain *ver. communiter,* dat plurim. concord. Ang. Aret. *cons.*49. *In casu nostro per tot. &* cons.73. *Quia eleganter,nu.*50. *&* seq. *vers. cum ergo descendentes.* Alex. *cons.*66. *Viso testamento,nu.*5. *vers. nam fatetur, lib.*2. vbi dicit * communem, & plenius *cons.*109. *Videtur prima fronte.nu.*4. & * *seq. per tot.* vbi plene examinat, & tollit omnia cõtraria, & dicit plures * communem, à qua in consulendo, & iudicando non est recedendum, *lib.*2. & iterum disputando plenissime. *consil.*185. *Viso tit. incedendum, lib.*2. & iterum disputando, & *num.*10. & *princip. lib.*2. vbi ponit 15. fundamenta pro contraria, & *num.*10. & *seq.* ponit 12. fundamenta, & pluries dicit hanc * communem, & magis * communem, & à *num.*16. *vsque* 26. tollit omnia contraria singulariter, *lib.*2. & quasi per omnia repetit *cons.*199. *Viso præstanti consilio, lib.*2. *per tot.* & hanc etiam * communem dicit Alex *cons.*24. * *Attentis.num.*6. *ver. nec dicatur. lib.*3. prout etiam * communem dicit * *consil.*32. *Viso processu.num.*3 *lib.*3. *&* cons.59. *attentis verbis, num.*4. *vers.* * *& per hæc patet, lib.*3. vbi dicit magis * communem, & *cons.*14. *Viso.* * *n.*9. *&* seq. *ver. non obstat etiam lib.*4. vbi dicit * communem à qua in * iudicando non est recedendum, latissime Alex. *cons.*53. *Inuocato,n.* 16. *vers. omittendo nunc, lib.*4. vbi citat plurimos, & est Ludouici Bologn. & Doctorum legentium Ferrariæ, & idem Alex. *cons.*239. * *Circa primum,n.*8. *ver. nec obstant dictis mulieribus lib.*6. vbi dicit * coẽm, & magis approbatam in iudiciis, & scholis, & idem dicit Clar. in § *te-*

§. *testamentum. q.* 77. Mant. *de coniectur. vltim. vol. lib.* 11. *tit.* 3. *in prin.* & infinitos pro vtraque parte citat Crass. *in* §. *fideicommissum. q.* 13. & hanc magis communem* dicit Soc. *cons.* 77. *Consiliis vestris. n.* 4. *li.* 1. licet dicat modernos tenere contrarium, ita vt cõtraria possit dici communis, plene Alex. *cons.* 242. *Viso themate. n.* 3. *ver. imo Bart. lib.* 7. vbi dicit hanc veram, & communem*, & quod semper ita consuluit; quia non sufficit, quod appareat testatorem aliquid velle, nisi disponat, vbi apost. in *ver. consului*, & in *ver. disponat*, citat plurimos, & iterum ibi Alex. *nu.* 7. *in fin. ver. non obstat.* vbi dicit communem, & magis* communem, & quod non debet attendi numerus Doctorum, sed authoritas, & qui sunt maioris ponderis, & iterum apost. *in ver. consului.* & in *ver. numerus*, citat plures conc. & iterum Alex. *cons.* 133. *Stantibus iis, n.* 2. *ver. nec ad hoc obstat, lib.* 7. vbi dicit cõmunem, & magis* communem, & citat plurimos, & quod ita fuit 2 iudicatum. † Contrarium tenuit Dyn. in suo *tract. substit.* quod imo in substitutione fideicommissaria conditio faciat gradum substitutionis, secus in directa substitutione, vt per Bal. referentem opiniones *cons.* 216. *li.* 1. Galiau. *in d. l. Centurio, n.* 393. *cum seq.* Alex. *cons.* 64. *col.* 1. *circa med. ver. tamen posito lib.* 5. Castr. *cons.* 131. *in pr. lib.* 2. magis communem * dicit Scipio Trigosia in cons. quod incipit, *Aperi Domine, nu.* 17. quod est super intelligentia *l. haredes mei.* §. *cum ita, ff. ad Trebell.* quem habeo impressum. Io. Dilect. *de art. testandi, tit. de substit. aut.* 36. Curt. Sen. *cons.* 51. *nu.* 20. *cum seq.* Paris. *cons.* 66. *num.* 6. & *seq. in fin. & cons.* 6 *per tot. lib.* 3. & multos allegat pro ista parte Boer. qui hanc tenet *decis.* 155. *num.* 19. *& seq.* & multos allegat, & tollit contraria, & dicit causam concordan. & *nu.* 20. dicit veriorem, & * communiorem. Corn. *cons.* 146. *n.* 13. *& seq.* vbi dicit hanc veriorem, licet contrariam * communem fateatur, *lib.* 2. & quamplures consulentes allegat Petr. de Anchar. *cons.* 74. *Contra Philippum*, vbi late tuetur hanc partem, quã hodie * communem dicunt multi moderni. Socin. Iun. *cons.* 158. *lib.* 2. sequitur Rimin. Iun. *cons.* 2. *n.* 37. *& cons.* 123. *n.* 11. Deci. *cons.* 4. *n.* 23. *lib.* 1. *& cons.* 26. *nu.* 11. *lib.* 2. & magis cõm * dicit Burs. *cons.* 202. *num.* 36. *lib.* 2. Calefat. *cons.* 251. *Quanta. n.* 72. idem Burs. *cons.* 301. *n.* 19. vbi plurimos citat Decia. *cons.* 51. *n.* 14. *lib.* 1. vbi de magis * communi, & hanc veriorem dicit Castr. *cons.* 86. *Dubitatio, n.* 8. *lib.* 1. vbi dicit contrariam * cõmunem, sed quod tex. qui allegantur pro contraria *in l. pen. C. de impub. & in l. vel singuli. ff. de vulg. & pupill.* loquũtur in substitutione pupillari, & directa, & quod non probatur contraria opinio aliqua lege, & pro ista parte allegat Bald. *in l.* 1. *C. de cond. insert.* vbi, quod si ex sola mente conjecturata inducitur fideicommissum, quare non isto casu? licet verba sint conditionalia; ex mente tamen disponentis disponunt, & omnino vide Castr. *cons.* 263 *Circa primum, lib.* 1. vbi ostendit, quod cõtraria magis sunt vera propter absurda, quæ nascerentur, & quia non est vera glossa in *l. Lucius. ff. de hared. instit.* vide eum, & Boerium *decis.* 155 *nu.* 19. qui sequitur Castrens. & alios concord. allegat, & contraria videtur glossa in *l. filius famil.* §. *cum quis. ff. de leg.* 1. quæ vult, quod filii positi in conditione sunt causa; & eorum contemplatione fit exclusio substituti, & ita Castren. *d. cons.* 263. *in princ. lib.* 2. & plenius Barbat. *cons.* 27. *num.* 8. *& seq. lib.* 2. vbi respondet ad omnia contraria. Castrens. *cons.* 411. *Viso facto, in princ. vers. secundo dico, lib.* 1. vbi ad hoc inducit *l Lucius, in fin ff. de hared. instit. & num.* 5. *ver. quarto opponitur*, vbi tollit contraria, & dicit hanc veram, idem Castrens. *d. consil.* 263. *Circa primum, in princ. lib.* 2. videlicet in allegationibus, quæ præcedunt consilium, in fine *ver. nec videtur verum.* vbi, quod contraria non est communis. Decian. *consil.* 89. *num.* 11. *& seq. lib.* 3, vbi dicit communem, & magis * communem, & æquam, humanam, & benignam, & repetit *consil.* 31. *num.* 14. *& seq. lib.* 1. vbi citat plurimos, & *cons.* 103. *num.* 37. *lib.* 2. vbi magis * communem, & *consil.* 3. *n.* 47. *& seq. lib.* 1. vbi * magis communem, ac æquiorem dicunt Barbat. *cons.* 55. *Præclare scribitur, lib.* 2. Socin. Iun. qui plures citat, prout eos refert apostil. ad Rom. *consil.* 32. *in ver. Substituto præferre*, vbi pro vtraque parte, & dicit vtramq; communem, & magis * communem, & hanc obseruari in Vrbe Roma propter statutum, quod ita disponit, quod filii positi in conditione censeantur vocati, plenis. Marzar. *cons.* 5. *nu.* 4. *ver. argumentis iis non obst.* vbi allegat plurim. max. Boer. *d. decis.* 55. *col.* 7. *& multos seqq.* & dicit, quod ista est benignior, æquior & humanior, & qui eam sequitur non errare, & hanc hodie temporibus nostris esse magis * communem, & crebriorem dicit Decian. *cons.* 28. *n.* 9. *vers.* 2. *probabiliter, lib.* 2. vbi citat plurim. Socin. *cons.* 77. *num.* 4. *lib.* 1. citat plurim. & dicit, quod licet contraria sit magis * communis; tamen hodie ista est * communis, & quod pro ea cõsuluerunt fere omnes Aduocati Bononienses, & Florentini. † Declarat Soci. *d. cons.* 77. *n.* 4. *lib.* 1. quod disputatio est in descendentibus, non in transuersalibus; quia non sunt vocati filii transuersalium positi in conditione. † Declara, quando positi in conditione simpliciter non sunt vocati, etiam si essent in specie onerati restituere rẽ propriam; quia si non sunt honorati, non valet grauamen, neq; censent vocati; si vero essent in specie onerati restituere bona testatoris; tunc bene essent vocati; quia eo ipso, quod testator grauat eos restituere aliqua bona testatoris, censetur etiam illos honorare, vt bona, ad quorum restitutionem grauantur, consequi debeant. Alex. *cons.* 24. *Attentis iis, n.* 6. *& seq. vers. nec etiã obstat, si diceretur, lib.* 3. vbi allegat Bart. & alios. † Contrarium, si essent onerati restituere rem testatoris, dummodo dispositiue, & non conditionaliter. Alex. *cons.* 202 *Viso themate, in pr. & per tot. li.* 7. & in fi. dicit, quod non sunt vocati, quando inducitur repugnantia voluntatis in aliquo; quia sequeretur absurdum. † Declarat Michael Crassus ex 6 mente Decia. *cons.* 9. *in pr. & cons.* 44. *n.* 5 *lib.* 3. quod in transuersalibus positis in conditione requirantur coniecturæ, in descendentibus secus, & quod ista sit magis æqua, & magis* cõmunis, Crass. * in § *fideicommissum. quæst.* 13. *in fin.* plenius Decian. *consil.* 28. *n.* 8. *vers. quarto, li.* 2. vbi citat plurimos pro hac distinctione. † Contrarium 7 tenet Decian. *consil.* 86. *n.* 9. *& seq. lib.* 3. quod magis * communis, & * verior sit, q̃ non sunt vocati, siue transuersales, siue descendentes, & quod contraria est communiter damnata; & reddit rationẽ; quia conditio est posita ad extinguendum fideicõmissum; ergo non põt operari contrariũ, quia si non extant, inducitur fideicommissum; ergo si extant, cessat, nisi adsint coniecturæ, &c. *n.* 11. *& seq.* declarat se tenere contrarium, quando adsunt coniecturæ, & non omnes coniecturæ sufficiunt. † Declara, vt per Bal. *d. cons.* 216. 8 *circa fi. ver. quid igitur dicendum, li.* 1. vt si testator dicat, *instituo Seium, & si decesserit sine filiis substituo Caium*; quia licet filii Seii excludant Caium substitutum, non ex se tanquam substituti; sed quia non extitit conditio; quia fideicommissum, & substitutio euanescit, deficiente conditione, & in hoc sit vera prima opinio, sequitur Bal. hanc opin. *cons.* 254. *Titius instituit, n.* 3. *ver. solutio. lib.* 1. Cast. *cons.* 280. *col.* 2. *vers. nec habet necesse lib.* 2. † Declara totam istam materiam; quia positi in conditione negatiua non censentur vocati, prout si dictum est; *si decesserit sine filiis, substituo Titium*; quia solum si extant, faciunt deficere conditionem; si vero positi sunt in conditione affirmatiua ad excludendum alium; tunc bene sunt vocati, veluti si statutum dicat, *stantibus masculis fœminæ non succedant*, vel, *stantibus agnatis vsque ad quartum gradum mater non succedat*, quia bene isti positi in cõditione affirmatiua vocantur. Ratio est; quia quando ponuntur negatiue, *si sine filiis*; quo casu, si extant, non extat conditio expressa à testatore, vel à statuto, sed extat conditio contraria expresse; sed si ponuntur affirmatiue, videlicet, *existentibus agnatis mater non succedat*; si extant, dicitur extare formaliter conditio expressa, quæ est fortior, quam contratia non expressa, cum argumentum à contrario non semper sit validum; sed ab expresso semper est validum. Cast. pulchre *cons.* 359. *Supra ad Dominus, in pr. lib.* 2. vbi latius declarat. † Extende primam declarationem, 10 vt filii positi in conditione faciant deficere cõditionem substitutionis, si extant, etiam si non velint succedere; quia nihilominus ius legitimæ successionis censetur aliis reseruatum, & excluditur substitutus. Castr. *cons.* 280. *Præsupposito statuto, colum.* 2. *num.* 2. *vers. nec habet necesse.* quia sufficit, quod non decesserit sine filiis, vt substitutio euanescat. † Extende idem, si non sunt filii successibiles; 11 quia pater extraneum instituit; quia propterea non minus verum est, quod non decesserit sine filiis. Cast. *d. cons.* 280. *col.* 2. *prope fi. lib.* 2. *& col.* 3. *ver. contra tamen.* allegat pro hac parte Iacob. de Raven. Petr. & Cyn. *in l.* 1. *C. de cond. insert.* quia licet conditio non possit operari fauore filiorum, bene operatur exclusionem substituti, & Bald. contrarius in *l. filius famil.* §. *cum quis. ff. de leg.* 1. † Contrari- 12 um, quod fauore filiorum dicta conditio fuit apposita, si eis non prodest, non excludatur substitutus, etiam, quod essent fœminæ descendentes, vel pia causa, tenuerunt Nicolaus de Mattarell. & ibi Bald. in *l. penul. C. de impub.* & Fulgos. & Ioan. de Imol. in consiliis, prout refert Castrens. *d. cons.* 280. *colu.* 3. *in princ. ver. vel esset necessariũ. lib.* 2. † Restringe, quando filii essent incapaces omnino, 13 vt quia deportati, vel professi in regula mendicantium; quia habentur pro mortuis eo casu. Castr. *d. cons.* 280. *col.* 2. *vers. nec habet necesse, lib.* 2. † Contra restrictionem mihi videtur veriorem esse opi- 14 nionem; quia sufficit, quod non decessit is, cui facta est substitutio sine filiis, quo casu tantum substitutio intrat, sed considerare, an filii postea sint successibiles, vel ne, non spectat ad verificationem conditionis; quia etiam si statim mortuo patre decederent, nihil refert, quin substitutio euanescat. † Declarãt duobus mo- 15 dis; primo modo; quia si inhabilitas processisset, quod tempore mortis patris haberetur pro mortuo, forte restrictio procederet; quia

quia satis videtur decedere sine filiis; quia habentur pro mortuis,
16 fecus, si post mortẽ patris, cui facta est substitutio, efficeretur in-
habilis. † Declara secundo; quia si ad effectum excludendi substi-
tutum non ex defecta conditione, sed ex verisimili mente; quia
extat persona, quæ excludat substitutum contra verba, prout in
casu *l. hæredes mei. §. cum ita. ff. ad Treb.* vbi Bart. in pr. & cir. fi. tunc at-
17 tendatur, an persona talis excludat, vel ne, sit necesse, quod suc-
cessibilis sit, & ita debet intelligi Castr. *d. cons.* 280. *vol. 2. lib. 1.* † De-
clara; quia prima opinio, quod positi in conditione non sint vo-
* cati, est * communis, sed contraria verior, dicit Cast. *consil.* 411. *n.* 5.
ver. quarto opponitur, lib. 1. ideo *col. fin. in princ.* dicit primam procede-
re, quando extraneus instituitur, & ei decedenti sine filiis fit sub-
stitutio; quia nihil interest testatoris, secus, si instituat filium & de-
scendentes, & si decedat sine filiis, substituat; quia tunc sunt voca-
18 ti ex tacita mente. † Amplia in descendentibus masculis; quia si
pater instituat filios, & si decesserint sine filiis, vel nepotib⁹ vnus
succedat alteri, nepotes non censentur vocati ex fideicommisso,
Corn. *cons.* 207. *De pluribus. n.* 5. *& seq. lib.* 2. vbi dicit communem, &
* quod omnes * Doctores Italiæ subscripserunt consilium pro hac
parte. Fulg. *cons.* 38. *In proposita quæst. n.* 2. *& in fi. n.* 5. vbi, quod pluri-
morum Doctorum magis illustrium calculo hæc sententia com-
probatur. Alex. *cons.* 91. *nu.* 6. *lib.* 1. vbi allegat Bart. Castr. & alios in
consiliis, & dicit sæpe consuluisse, maxime idem dicit *cons.* 105. *lib.*
19 1. plene Ang. Aret. *consil.* 49. *In casu nostro.* † Extende, vt procedat,
etiam si testator substituit omnibus filiis, & descendentibus sine
filiis piam causam; quia non dicuntur propterea positi in condi-
tione descendentes onerati, & conseqꝫeter vocati; quia imo pri-
mus hæres censetur rogatus sub pluribus cõditionibus, ita Corn.
20 *d. consil.* 207. *num.* 5. *in fin. & seq. ver. nec etiam obstat, lib.* 2. † Et multo
minus dicuntur inuicem substituti descendentes positi in condi-
tione, etiam si pia causa sit vltimo vocata. Ancharan. *cons.* 120. *Pro*
21 *clariori, per tot.* † Declara tamen; quia Corn. *d. cons.* 207. *in princ.* lo-
quitur, quando filii instituti fuerunt præmortui ipsi testatori, sed
nihil est, quia non loquitur de præmortuis respectu fideicommis-
si, sed respectu alterius testamenti, quod non facit ad propositũ.
22 † Extende, etiam si testator prohibuit fœminas posse succedere,
alias voluit illarum successionẽ esse nullam ipso iure, & ad illam
admitti piam causam vltimo vocatam; quia adhuc admitteretur in
præiudicium nepotũ masculorum positorũ in conditione. Corn.
23 *d. cons.* 207. *nu.* 5. *ver possent tamen, lib.* 2. † Extende, etiam si testator
mandauit fœminas filias dotari, vel legauit dotes, quas iussit esse
contentas. Corne. *d. consil.* 207. *num.* 9. *ver. quantũ autem, lib.* 2. vbi
24 non firmat, licet inclinet. † Restringe, nisi adsint quæcunq; legitii-
25 mæ coniecturæ in contrarium. Fulg. *cons.* 20. *nu.* 3. † Restringe, ni-
si vltra testator prohibuerit bona alienari extra familiam posse;
quia tunc positi in conditione censentur vocati, & hanc indubi-
26 tatam coniecturam dicit Fulg. *consil.* 20. *nu.* 3. † Restringe, nisi po-
siti in conditione essent grauati; quia tunc bene dicuntur vocati.
27 Fulg. *d. cons.* 20. *Propleniori, n.* 2. *vers. sed posito, quod adierit.* † Amplia;
quia filii positi in conditione non solum non sunt vocati ad hæ-
reditatem, sed neq; pater, vel testator censetur illis aliquid legare.
Cast. *cons.* 438. *Ad primum. n.* 4. *vers. ad quartum. lib.* 2. vbi, quod auus
28 non censetur legare dotem neptibus. † Amplia in tantum filios
positos in conditione non esse vocatos in transuersalibus, vt si
pater instituat filium, & si decesserit sine filiis, substituat fratres
testatoris, & si fratres decesserint sine filiis, videlicet, si vnus, vel
alter eorum, superuiuentem substituit, si ambo, substituit Marcũ
agnatum, & eueniat casus, q̃ præmoriantur fratres etiam cum li-
beris, & vltimo filius institutus, succederet Marcus vltimo substitu-
tus, non aũt filii fratrum substitutorum. Cuma. *cons.* 122. *Gerardus.*
per tot. & est ratio; quia Marcus erat substitutus vulgariter, pupillа-
riter, & per fideicommissum, & sic succedit ex vulgari; quia fra-
29 tres prædecesserant. † Amplia, etiam si filii sint positi in conditio-
ne, & vocati, puta cum patre, vel auo; quia ex quo per vulgarem
vocantur, non sunt vocati per fideicommissum, etiam si pater sit
grauatus; quia si ipsi non sunt grauati nominatim, non sunt voca-
ti ad fideicommissum. Alex. *cons.* 13. *nu.* 10. *& per tot. lib.* 4. *& cons.* 14.
n. 16. *& seq. vers. fic. superesse videtur. lib.* 4. vbi, quod non est inductum
reciprocum fideicommissum inter eos, etiam si post eos vocatus
30 sit locus pius, vide eum. † Amplia in casu conuerso negatiuæ in-
stitutionis, puta, si pater habens filium, & nepotes ex eo instituat
nepotes, si filius præmoriatur patri, certe filius positus in cõditio-
ne negatiua, puta si non sit hæres; quia præmoriatur, non censetur
* institutus. Anch. *cons.* 137. *Principaliter in fi.* vbi dicit * communem,
31 † Contrariũ dicit Bar. *in l. sed & si sic. ff. de leg.* 3. sub verbo, forte. Am-
32 plia; † quia in tantũ est vera conclusio, quod positi in conditione
non censentur vocati, vt si primi filii non positi in conditione re-
pudiant hæreditatem, non poterunt filii eorum positi in condi-
tione tanquam substituti venire ad hæreditatem. Flor. *cons.* 14. *n.* 7.
ver. & per hoc. & est ratio; quia cum filius non sit honoratus, nõ po-
tuit grauari, ita Roman. *cons.* 480. *In casu, circa fin. ver. secundo igitur.*
† Extende; quia neq; censentur hæredes instituti à contrario sen-
su. Rom. *d. cons.* 480. *in fi. ver. secundo igitur.* † Extende; quia filii po-
siti in conditione non reuocant alienata in extraneum per gra-
uatum. Florian. *d. consil.* 14. *nu.* 7. *ver. & refert.* † Declara; quia si fi-
lius positus in conditione excluditur voluntate sua, vel testatoris;
tunc sufficit, quod extet, vt faciat deficere fideicommissum, siau-
tem ex alia causa, non potest succedere, vt quia est deportatus, vel
professus in ordine Minorum incapaci; tunc perinde est ac si non
extaret, neque facit deficere fideicommissum. Florian. *d. cons.* 14.
nu. 7. *circa med. vers. idem per omnia.* † Vide Rom. *d. cons.* 480. *in fi.* vbi
videtur velle, quod argumentum à contrario sensu concludat, fi-
lios vocari, sed non decidit, tantum motiuum facit. † Limita;
quia etiam ex coniecturis transmittitur fideicommissum condi-
tionale ad filios, & descendentes. Dec. *cons* 397. *n.* 6. *& cons.* 515. *in*
princ. & cons. 574. *n.* 4. Aym. *cons.* 306. *post nu.* 3. Ceph. plene *consil.* 16.
Visis omnibus, nu. 42. *lib.* 1. † Et isto casu potest substitutus renuncia-
re transmissioni. Zanch. *in l. hæredes mei. §. cum ita, in* 4 *parte, n.* 470.
& 473. † Extende, vt ista conclusio procedat semper in transuer-
salibus, etiam si coniecturæ extarent in contrarium. Iul. Clar. *in §.*
testamentum, q. 77. *ver. in contrariũ, & q.* 79. *in fi.* Hier. de Monte Bri-
xien. *in lib. var. iur.* 99. *q.* 5. *n.* 10. † Declara tamen, & intellige prin-
cipalem quæstionem; & conclusionem, vt de ea sit habẽda ratio,
an filii sint positi in conditione, vel dispositione ex coniecturis,
quando pater substitutus superuixit, ita quod non sit caducata
substitutio, alias secus, ita Curt. Iun. *cons.* 96. *Habita diligenti, post nu.*
5. *ver. cum igitur.* † Declara; quia licet singulæ coniecturæ per se nõ
sufficiant; si tñ plures concurrerent, vt quia sint tres; prima, vide-
licet si sunt grauati positi in conditione; secunda, si ad plures gra-
dus substitutionum deuenit testator; tertia, si de masculis loqui-
retur; tunc positi in conditione censentur vocati, apost. ad Alex.
cons. 64. *in ver. ipsis, lib.* 5. *in princ.* Deci. *cons.* 3. *nu.* 48. *& seq. ver. tertio de-*
to. lib. 1. † Declara; quia receditur à communi ex leui coniectura
mentis testatoris. Bursat. *cons.* 301. *n.* 22. *vol.* 3. Curt. Iun. *cons.* 115. *lib.*
2. Dec. *cons.* 270. *per tot.* Paris. *cons.* 42. *n.* 12. *lib.* 3. Crauet. *cons.* 62. *n.* 6.
& cons. 113. *in princip.* & communem * Cephal. qui multos cumulat
cons. 517. *n.* 3. *lib.* 4. & quod de facili ex coniecturis recedatur, plene
Corn. *cons.* 146. *In hac consultatione n.* 19. *& seq. libr.* 2. Marzar. *cons.* 5.
num. 5. *ver. controuersia igitur.* † Et quod vnica coniectura etiam le-
uis sufficiat, Corn. *cons.* 97. *Primo consultus, col.* 3. *ver. ex quo enim dedu-*
citur. lib. 1. & quod vnica sufficiat, idem Corn. *cons.* 101. *Licet in hac,*
col. 2. *post princ. lib.* 4. sequitur Crauet. *dict. cons.* 62. *Nobilis Vrbanus, co-*
lum. 2. *ver sed videamus. n.* 6. & plures adducunt coniecturas in suo
proposito, & tribus modis limitant cõmunem, & quod quælibet
coniectura sufficiat, late Rimi. Iu. *cons.* 21. *n.* 58. † Contrariũ, quod
requirantur duæ, vel tres coniecturæ. Clar. *in §. testamentum. q.* 79.
Crau. *cons.* 62. Rimin. Iun. *cons.* 2. *n.* 58. vbi de * communi, quando
sunt plures coniecturæ. Bursat. *cons.* 202. Menoch. *cons.* 135. *li.* 2. &
quod si extant coniecturæ. Decia. *cons.* 3. *n.* 48. vbi plures citat, *li.* 1.
Aliqui, q̃imo plures coniecturæ non sufficiant, plenissime Ceph.
d. cons. 517. *per tot.* vbi, quod masculinitas nõ infert aliquid, nisi ex-
presse dicatur. † Declara; quia leuis coniectura sufficit, maxime in
descendentib. testatoris. Marzar. *cons.* 5. *n.* 5. *& seq.* vbi *n.* 10. citat in-
finitos tenentes Anch. opinionem, & *n.* 15. *ver. nõ obstat.* dicit plures
esse cõprobantes, quã reprobantes. † Contra declarationem est
magis communis * opinio. Ceph. *d. cons.* 517. *n.* 60. *ver. non obstant ar-*
gumenta. † Declara; quia hæc sola coniectura non sufficit. Decian.
cons. 28. *n.* 15. *ver. septimo constat. in fin. lib.* 2. † Declara; quia ex conie-
cturis receditur ab opinione glossę; quia imo filii positi in condi-
tione tunc censentur vocati. Soc. *in l. cum auus, in fi. verbis ff. de cond.*
& demonstr. & in cons. 73. *Incipiendo primum. col. penult. ver. solum in hac*
difficultate, lib. 4. vbi, quod vidit sæpius consultum contra glossam
ex coniecturis. Ruin. *cons.* 142. *Viso, & perlecto, nu.* 10. *ver. sed ista non*
obstant. lib. 3. Paris. late *cons.* 66. *lib.* 3. Decian. *cons.* 89. *nu.* 13. *& sequen.*
lib. 3. vbi dicit * communem, & citat infinitos. † Limita; quando
extat aliqua coniectura ex verbis, puta, testator instituit Titi-
um, & Seium nepotes, & si alter decedat sine filijs, substituit Ili-
perstites, necessario intelliguntur substituti filii positi in condi-
tione; quia verbum plurale, *superstites*: non potest stare. Cuman.
cons. 13. † Limita; quia positi in conditione affirmatiua bene cen-
sentur vocati, veluti si statutum dicat, stantibus masculis fœminæ
excludantur, vel si extant agnati vsque ad quartum gradum, fœ-
mina non succedat, quia alias esset frustratoria exclusio, nisi voca-
rentur illi, quorum contemplatione fit exclusio. Castrens. *consil.*

29. *in princip. vers. nec obstant. lib. 2.* † Extende; vt idem sit in statuto deferente lucrum dotis matito, si vxor decesserit sine filiis; quia licet liberi onantur in conditione negatiua, hoc casu censentur liberi vocati, non forte; quia vocentur à statuto; sed quia sufficit, quod faciunt cessare conditionem, per quam maritus admittebatur; vnde cum non admittatur maritus, est locus successioni filiorum. Castrens. *d. consil. 359. num. 1.* vbi dicit* communem, quod
32 tale statutum non derogat *l. hac edictali. C. de secund. nupt. lib. 2.* † Extende, vt imo etiam si positi in conditione negatiua essent in dispositione statuti, prout si statutum dicat, succedant descendētes ex linea materna, deficientibus ascendentibus, vel descendentibus ex linea paterna; quia licet sint positi in conditione; tamen verba disponunt, quando verba à lege, vel statuto valente disponere proferuntur. Roman. *cons. 32. n. 7. ver. clarum est enim*, vbi apo-
33 stil. in *ver. dispositionem*, & Rom. adducit exempla. † Limita; quia bene positi in conditione censentur vocati, quando adest dictio, *in infinitum*, veluti si dixit, *& si dicti filij hæredes decesserint sine filijs, & descendentibus*; quia vocat necessario illos, ex quo descendentes important infinitatem. Decian. *consil. 103. num. 25. & 26.* vbi con-
34 cord. citat *lib. 2.* † Limita, quando perpetuo prohibuit testator alienationem in quocunq; gradu. Decian. *d. cons. 103. nu. 27. & seq.*
35 *lib. 1.* vbi dicit* communem. † Limita multis modis, de quibus in *l. si vna renunciatiua conditionaliter prolata non disponunt, & quando se-*
36 *quen. Cod. 2.* † Limita; quia vbicunq; positi in conditione sunt grauati, necessario & magis sunt vocati. Decia. *d. cons. 103. n. 35. lib. 2.* & * dicit* communem, allegat Soc. Iun. *cons. 114. nu. 28. lib. 3.* & multos
37 alios. † Et dicuntur grauati, & vocati per prohibitionem Falcidię, & Trebellianicæ. Decian. *d. cons. 103. num. 27. lib. 2.* vbi dicit magis
38 * communem. † Contrariū, quod imo non honorati non possint grauari, & ex tali grauamine non dicātur honorati; quia alias nūquam vera esset regula, *quem non honoro, grauare non possum*, tenet A-
39 *lex. consil. 185. Viso titulo, num. 2. & seq. ver. respondeo etiam, lib. 2.* † Declarat Alexand *d. consil. 185. num. 22. lib. 2. ver. bene fateor.* quod si grauamen est iniunctum personaliter, valet tāquam ab institutis; si vero esset iniunctum nominatim à non honorato, non valet.
40 † Declarat etiam aliis modis Alexan. *d. cons. 185. num. 22. & seq. lib. 2.*
ff. Vide *in ver. Grauamen fideicommissi, vel alterius oneris nō potest imponi.*
41 *Cons. lus. 76.* † Declarat melius *consil. 202. Viso themate, num. 3. & sequen. ver. imo Bartol. lib. 7.* quia procedit, quod oneratus, seu grauatus censetur vocatus, quando dispositiue grauatus est; secus si
42 * conditionaliter, vbi dicit hanc veram, & * communem, vbi apost.
43 *in ver. consului*, & plenior *in ver. dissonat.* citat infinitos concor. † Limita, si testator dixit, *instituo Seium, & si decesserit sine filiis, dictis filiis substituo Caium*; tunc filii sunt vocati, & faciunt gradum; quia non posset testator illis substituere, nisi primo illos instituisset vel substituisset. Bald. *dict. consil. 216 circa fin. ver. quid igitur ducendum, lib. 1.* Castrens. *consil. 5. Quicquid dicatur, num. 7. in fin. ver. item præsupposito, lib. 1.* & plenius *consil. 263. Circa primum, colum. 2. in fin. ver. sed si volumus, lib. 2.* vbi idem, si dixit, *si hæres decesserit sine filius, vel si habebit filios, & filij decesserint sine filiis*, vel quid simile, & sic procedit limita-
63 tio, quando expresse sunt grauati, & specifice. Bertrand. *consilio 113. lib. 3.* † Limita; quia semper quod vltimus ex descendentibus grauatur restituere per fideicommissum, necessario videtur iniunctum fideicommissum inter alios descendentes præcedentes, vt vnus alteri restituat; quia alias non posset vltimus grauari, si alij positi in conditione non essent vocati, & grauati. *l. Titia Seio. §. Seia liberis ff. de leg. 2.* cum aliis allegat. per Alexand. *consi. 105. Perspectis verbis, lib. 1. in princip.* vbi plura similia adducit, & hoctener Bald. in *l. 1. §. pro secundo. C. de caduc. tollend. ver. & hoc facit ad quæst.*
64 *ardua.* † Extende, quando testator fecit digressionem ad plures enumerationes positorum in conditione, puta si instituit filios eius masculos, & si decesserint sine filiis, & pariter filii filiorum decesserint sine filiis, ita quod nullus supersit ex descendentibus substituit consortium S. Mariæ; nam isto casu necessario videtur honorasse, pariterq; grauasse omnes descendentes masculos, vt vnus alteri restituat ex necessitate, alias non daretur locus vltimæ substitutioni de consortio. Alexand. *dict. consil. 105. Perspectis, num. 1. vers. tertio confirmatur. lib. 1.* Bartol. *in l. si sic. §. 1. ff. de leg 3.* Ca-
65 strens. *consil. 263. Circa primum. colum. 2. in fin. ver. sed si volumus. lib. 2.* † Contrarium ex professo tenet Alexand. in *dict. consil. 105. Perspectis verbis, n. 2. & seq. per tot. vers. sed præmissis non obstantibus. lib. 1.* vbi est casus, quod Franciscus de Spicis instituit Antonium, & si decederet sine filiis masculis, succedat Viuianus, & si Antonius, & Viuianus moterentur sine hæredibus masculis legitime descendentibus, pertineat ad alium Viuianum Gratia Dei, & eius hæredes, & casu, quo nullus de Spicis remaneret, substituit consortium Sanctæ Mariæ: euenit, quod mortuo testatore Antonius, & Viuianus primo vocati sine filiis decesserunt, & hæreditas deuenit ad A. B. & C. filios secundi Viuiani; quia ipse decesserat. A. moritur relictis filiabus fœminis, an filiæ habeant successionem patris; an vero B. & C. qui supersunt? & concludit, quod filiæ A. succedunt; quia ex quo substitutio peruenit solum ad filios masculos, videlicet hæredes secundi Viuiani, & alii posteriores, si nullus extabit, &c. sunt verba conditionalia, & sub conditione positi, ex quo non sunt honorati, neque sunt etiam grauati; ideo donec extabunt masculi, possidebunt ab intestato euentiente conditione, tanquam hæredes grauatorum restituent, non autem tanquam grauati ipsi, ex quo non sunt honorati, sed positi in conditione, & hanc etiam tenet, & tuetur Ang. Aretin. *cons 109. In casu prædicto, per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur & dicit* communem *num. 5.* & tollit omnia contraria; imo *num. 6. & sequen.* allegat tenentes non valere grauamen expressum factum non honoratis, sed solum positis in cōditione. † Declara in sum- 66
ma; quia positi in conditione non sunt vocati, neque grauati, sed adueniente casu substitutionis non restituent ipsi, tanquam honorati, & grauati, sed tanquam hæredes honoratorum, & grauatorum, & hoc modo soluatur vtraque conclusio vera, quod fideicommissum nullis extantibus habeat locum, & quod positi in conditione non sint ipsi grauati. Alex. *d. consil. 105. per tot.* maximen. *4. & seq. vers. secundo principaliter, lib. 1.* vbi respondet ad omnia contraria, & hanc communem * dicit apostilla ad Alex. ibi in *ver. liberis*, vbi citat plurimos, & Alexand. *num. 4. in fin. ver. istam partem.* citat multos alios. † Declara alio modo; quia si constat expresse 67
de mente; quia testator grauauit vltimum ad restituēdum, videntur gradatim grauati restituere vnus alteri; secus, si vltimus non granatur expresse, sed dicitur, *nullis extantibus*, substituit consortium, ita Alexand. *dict. consil. 105. col. final. per totum. lib. 1.* † Declarat 68
plenissime Angel. Aretin. *consil. 109. In casu prædicto.* vbi ponit pulchrum casum. A. instituit hæredes filios, eos inuicem substituit, & si omnes decesserint sine liberis quandocunq;, vel ēt cum liberis, & postea liberi quandocunque decesserint sine liberis, voluit bona sua peruenire ad filias suas; mortui sunt omnes filij sine filiis, excepto vltimo, qui reliquit vnam filiam, quam instituit in certa re, & sorores instituit vniuersales; dicit, quod filia non est vocata; quia posita in conditione, nec hæres patris; quia legataria, & licet sit inuitata ab intestato, nihil potest prætendere; quia pater est testatus; item non potest dicere se honoratam; quia videtur grauata; quia non est verum; sorores igitur consequentur hæreditatem, & tanquam hæredes erunt grauatæ, si decesserit filia, vel deinceps sine filiis, restituere tunc ex fideicommisso ex persona vltimi grauati. † Extende tamen; quia limitationes pro- 69
cedunt, quod grauatus dicitur honoratus, quando essent exequutores ad piam causam, vel exequutores dati hæredi, prout idem in tutore grauato; quia licet non sit honoratus, censetur grauatus hæres, & isto casu limitatio procedit. Angel. Aretin. *dict. consil. 109. num. 20. & sequent. versic. nec obstant.* † Item, quando grauatur in eo positus in conditione, quod semper solet in consequentiam, prout seruus donatus libertate, quem sequitur peculium, si grauatur in peculio, valet grauamen. Aret. *d. consil. 109. n. 24. ver. nec obstat.* † Item, quando testator diceret, *ex decem, quæ legabo Titio, volo quod det quinque Seio*; isto casu censentur legata 10. licet sub conditione. Angel. Aretin. *d. cons. 109 n. 28. ver. nec etiam obstat.* † Item, 72
quando in contractu; quia tunc posita in conditione censentur deducta in dispositione. Ang. Aretin *d. cons. 109. n. 28. cum seq. vers. nec etiam obstant.* † Limita; quia bene filii positi in conditione sunt 73
vocati, quādo testator dicit in testamento, in quo filios instituit, *& si aliquis ex filijs meis decesserit sine filijs, vnus alteri præmoriatur, & filijs eorum*; quia necessario sunt vocati ad fideicommissum, ita apost. ad Alexand. *consil. 26. Videretur, in princip. in ver. filijs, lib. 3.* vbi plenius Alex. *n. 4. & seq.* explicat, & docet esse verum per totum consilium, & tollit contraria. † Limita; quia si testator post mortem 74
omnium descendentium suorum vocauit extraneum, licet positi in conditione non censeantur vocati, bene censentur inuicē substituti, vt ad illū vltimo vocatū possit peruenire hæreditas. Curt. Iun. *consil. 43. num. 9. ver. præterea.* vbi dicit* communem. † Limita, * 75
quia antiquo tempore magis communis* opinio fuit, quod cen- *
seantur vocati, maxime, quando est sub cōmemoratione masculinitatis. Menoch. *consil. 152. in princ. & per tot.* † Limita tribus mo- 76
dis per Alexand. *consil. 105. Perspectis, n. 5. ver. non obstant, quæ allegantur, lib. 1.* videlicet, quando seruo legatur libertas; quia si iubetur, quod detur aliquid alicui, censetur relictum peculium seruo; secundo in casu *l. si ita stipulatio. de oper. liber.* & tertio, quando exequutor grauatur, qui non est honoratus; quia censetur grauatus de hæreditate soluere, ita Alexan. *d. consil. 105. Perspectis, num. 5. ver.*

nec ob-

nec obstant, lib. 1. & consil. 219. Viso testamento. num. 2. ver. ramen ad hoc,
77 *lib. 2. vsque in fin.* † Limita; quia in legatis particularibus filii positi
in conditione censentur vocati. Menochius *consil. 421. num. 26.* v-
* bi dicit * communem ex doct. Angeli in *l. legatis. C. de legat.* quem
refert, & sequitur Iason *in cons. 4. Nicolaus, colum. 4. lib. 1.* & commu-
* nem * videtur dicere Bero. *consil. 57. num. 58. lib. 3.* licet ipse contra-
rium teneat ibi, sed fatetur alibi tenuisse hanc partem, prout te-
net *consil. 110. num. 42. & seq. lib. 2.* vbi; quod ratio est; quia magis de
facili legata particularia, etiam solo nutu transmittuntur, & re-
uocantur. Boer. *decis. 155. num. 19.* vbi infinitos citat, licet dicat le-
cturam Angeli non habere in suo libro, licet eum sequantur plu-
* rimi, quos citat, & magis communem * dicit Socin. Iun. *consil. 158.*
num. 76. & 77. lib 2. sequitur Mantica *de coniectur. vlt. volunt. lib. 8.*
* *titul. 1. num. 34. in fin.* & hanc communem * dicit Decian. *consil. 41.*
78 *num. 45. lib. 1.* † Extende; quia in fideicommisso particulari positi
filii in conditione censentur vocati. Menoch. *d. cons. 421. n. 27.* vbi
*79 dicit * communem. † Extende; quia in quibus filii positi in condi-
tione non succedunt patri, necessario dicendum est eos esse vo-
80 catos. Men. *d. cons. 421. n. 28.* † Et procedunt limitationes, etiam si
nati non essent, etiam si non succedant patri grauato; quia sola
existentia sufficit. Menoch. *d. cons. 393. in fi.* & latius *cons. 421. nu. 31.*
81 † Contrarium, quod imo etiam in fideicommissis, & legatis par-
ticularibus filii positi in conditione non censeantur vocati, tenet
Bero. *cons. 57. num. 58. lib. 3. vers. sed prædictis*, vbi adducit text. in *l. ge-
neraliter*, §. *cum autem. C. de institut. & substit. sub condit fact.* & etiam
Iason in *l. quoties. C. de hæred. instit.* Paris. *consil. 74. num. 3. lib. 2.* & alii,
quos citat Mantica *de coniectur. vltimar. voluntat.* pro vtraque par-
* 82 te, *lib. 8. tit. 1. num. 34.* vbi dicit hanc esse * communem. † Declara;
quia si legata sunt particularia, & mera, tunc positi in conditio-
ne sunt vocati; secus, si legata non sunt mera legata, sed partici-
pantia de legatis, & de institutione, puta quia sunt facta hæredi-
bus institutis, ita declarat Bero. *dict. consil. 57. num. 58. in fin. vers. ve-
rum posito, cum sequent. lib. 3.* vbi dicit, quod dictum Angeli, licet sit
verum, est exorbitans, & non extendendum de casu mero ad mi-
83 xtum. † Declara, vt procedat, quando aliæ coniecturæ concur-
84 runt de mente testatoris. Bero. *dict. consil. 110. num. 44. lib. 2.* † Limi-
ta; quia quando sunt vocati propter prohibitionem alienatio-
nis bonorum extra familiam, etiam positi in conditione censen-
85 tur vocati. Curtius Iun. *consil. 43. num. 8.* † Limita; quia si filii po-
nuntur in conditione ad exclusionem alterius, veluti testator in-
stituit Caium, & Antoniam pro medietate, & si Caius decesse-
rit sine filiis, Antonia possit libere disponere de sua dimidia, in-
ducitur tunc dispositio; quia à contrario sensu, si Caius cum filiis
decessit, non poterit disponere, sed filiis debetur, licet non suc-
cedant Antoniæ ab intestato, ita Castrens. *consil. 355. num. 3. lib. 2.
verficul. ad tertium. vsque in finem.* & plenius *consil. 263. num. 2. lib. 2. in
fine.* vbi, quod substitutus cohæredi, si decedat sine filiis, cense-
86 tur grauatus restituere filiis, si extant. † Vna est coniectura, seu di-
stinctio, quod si filii positi in conditione sint filii testatoris, vel
descendentes; tunc recedatur, quando alius admitteretur ad eo-
rum exclusionem. Curt. Sen. *consil. 45. num. 2.* Socin. *consil. 73. Ca-
piendo primum. num. 30. lib. 4.* Iulius Clar. *in § testamentum. quæstion.
77. ver aut ille fuit. & quæsto. 77. in fine.* Corneus *consil. 180. numer. 2.
versic. & maxime cum simus in transfuersalibus. lib. 4.* Socin. *consil. 140.
colum. 2. lib. 1. & consil. 73 colum. 7. in fine, lib. 2.* Clarus in *dict. § testa-
mentum, quæst. 79. in fine.* Hieronym. de Monte *lib. variar. quæstion.
quæst. 5 num. 10.* Decian. *consil. 28. num. 11. lib. 2. & cons. 9. num. 1. lib. 3.*
Petrus Ancharan. *cons. 74 per tot.* late Boer. *decis. 155. num. 20. & seq.*
vbi, quod in extraneo procedit glossa in *l. Lucius, la seconda, ff. de hæ-
red. instit.* secus in descendentibus propter votum disponentis. A-
lexand. *consil. 64. in fi. vers. sed caue, lib. 5. & num. 2. vers. tamen posito.* vbi
*87 de * communi attestatur. † Contrarium Cephal. *d. cons. 517. nu. 60.*
*88 vbi, quod magis * communiter damnatur. † Et quantum est respe-
ctu huius coniecturæ, quando sumus in transfuersalibus, non at-
89 tenduntur coniecturæ; quia sumus in claris. Hieron. de Monte v-
bi supra, & Clarus in locis citatis. † Declara; quia multa sunt loca, quæ amplectuntur opinionem, quod censeantur vocati, pro-
ut de ciuitate Venetiarum Decian. *cons. 89. nu. 12. lib. 3.* & in Curia
Burdegalensi Boer. *decis. 155. n. 19. & seq.* allegat ad vtranq; opinio-
90 nem Decian. Socin. Iun *cons. 145 num. 35 & sequen. lib. 3.* † Declara;
quia si testator dixit; *& si hæres meus decesserit sine filijs, tunc talem sub-
stituo*, tunc filii dicuntur occasionaliter à testatore mortis causa
capere; si vero testator dixit; *& si hæres meus filios non habuerit*; tunc
secus; quia dicuntur potius in quodam euentu fortunæ nomina-
ti. Bald. *cons. 57. Item instituo, num. 3. ver. secundo considerandum, lib. 2.*
91 † Declara, quia positi in conditione dici possunt vocati actiue, vt
ipsi succedant, vel a. item passiue, vt sint grauati restituere. Decia-
d. consil. 28. num. 11. in fi. cum seq. ver. quinto considerandum, lib. 2. allegat
Socin. *cons. 104. num. 4. & sequen. lib. 3.* & alios plures. † Vna, quan- 94
do vocauit substitutos, quandocunque decesserint omnes de-
scendentes testatoris; quia cum censeatur vnum alteri grauare,
donec exiterint; isto casu positi in conditione censentur vocati.
Decian. *consil. 3. n. 48. lib. 1.* vbi citat plurimos, & dicit pluries * com-
munem. † Alia, quando sub nomine masculinitatis. Curt. Iun. 95
cons. 43. Habita. nu. 7. & cons. 87. lib. 2. & cons. 115. & cons. 121. nu. 16. &
complurimos allegat Ctauetta *cons. 62. n. 15. & cons. 130. n. 2.* Rimi-
nald. Iun. *consil. 21. nu. 42.* Deci. *consil. 318.* Boer. *decis. 155.* & ita fuisse
iudicatum Venetiis, dicit Crauetta *d. consil 62. num. 15.* Boer *d. decis.*
155. n. 19. & seq. Decian. *d. cons. 3. num. 49. & seq. lib. 1.* vbi dicit * com- 96
munem, plene Deci. *cons. 169. D. Raynaldus, colum. 2. ver. secunda con-
clusio. & colum. penult. num. 3.* & ratio est; quia censetur fauore agna-
tionis. Decian. *consil. 31. num. 96. & sequent. lib. 1.* vbi de * communi. 97
† Contrarium Pancirol. *consil. 59. num. 2. & 39.* Socin. Iun. *cons. 118.* 98
n. 15. & seq. lib. 1. Deci. *consil. 291.* quicquid contrarium teneant *cons.*
318. Quia, vt inquit Duran. *de arte testandi. tit. de substit. caut. 36* cō-
munis * est contra Decium; quia mouetur friuolis rationibus *dict.* 99
cons. 318. & idem dicit Cagn. attestando de * communi in *l. 1. n. 47.* 100
C. de pactis. & Catel. Cotta in *memor. ver. filii positi in conditione.* Ceph.
cons. 517. nu. 69. & seq. vbi *nu. 73.* dicit magis * communem. † Max- 101
me, quando repetita est, vel pluries expressa qualitas masculini-
tatis. Riminal. Iun. dicit magis * communem *d. cons. 21. n. 43.* Ceph. 102
cons. 114. num. 23. cum seq. lib. 1. Mantica *de coniect. vltim. vol lib. 11. tit. 3.*
num. 3. ver tertia est coniectura. Burfat. *cons. 227. num. 17. lib 3* qui aliter
allegat, & *cons. 301. num. 22. eodem lib.* & communem * dicit Decian. 103
cons. 3. num. 50. & seq. & cons. 41. num. 24. & seq. maxime *n. 28. lib. 1.* vbi de * communi, sed loquitur in substitutione sub nomine 104
lectiuo facta. † Contrarium Purpurat. inter consilia Syluani. 105
53. † Restringe, quando extat statutum, quod stantibus masculis
fœminæ non succedant. Gabriel *dict. conclus. 4. de fideicomm. num. 6.*
Mant. *lib. 11. tit. 3. n. 3.* Pancir. *cons. 59. nu. 2. & n. 39.* Crauet. *cons. 183.*
num. 3. Zanch. § *cum ita. in 7. parte, num. 62.* Paris. *consil. 42. num. 14.*
lib. 3. Soci. Iun. *consil. 77. lib. 2.* † Contra restrictionem Alba. *cons. 83* 99
87. num. 11. & communem * in contrarium dicunt nouissimi Bo- 106
non. in *l. 1. C. de pactis.* Decius hanc partem tuetur *consil. 574. num. 6.*
† Imo quod ista masculinitas sufficiat non expressa, dummodo 99
eliciatur ex verbis, & mente, Decian. *consil. 89. num. 13. & 14. ver. nec
obstat, si ex aduerso, lib. 3.* pro quo vide ad saturitatem pro vtraque
Marzar. *in epit. fideicommiss. quæst. 21.* † Solam tamen masculinita- 100
tem non considerat Corne. *cons. 146. n. 10 lib. 2.* sed cum aliis, licet
per totum consilium velit, quod positi in conditione masculi ex
mente excludant tanquam vocati. † Declara; quia procedit, quā- 101
do post masculos vocat extraneos minus dilectos. Decian. *d. cons.*
3. nu. 52 & 53. lib. 1. † Declara, quando masculi vocantur soli ex le- 102
gitimo matrimonio; quia censetur fauore agnationis. Decia. *cons.*
53. n. 89. & 90. lib. 1. & sine dubio, quando expressit, quod fauore
agnationis procedit. Decian. *consil. 89. num. 13. lib. 3.* † Alia coniec- 103
tura, quando fecit testator plures gradus substitutionum. Deci.
consil. 103. & late Cephal. *consil. 252. num. 17.* qui dicit hanc * com- 104
munem calculo receptam. Corne. *cons. 146. num. 19. & 20. lib. 2.* dicit
idem, sed quod sola non sufficit. Petr. Anchar. *cons. 74. Contra Philippum.* vbi pulchre. Castren. *cons. 263. Circa primum, lib. 2.* vbi, si de-
cesserit sine filiis institutus, vel filii eius decesserint sine filiis; tunc
licet non inducatur institutio, bene inducitur fideicommissum, vi-
de tamen Castrens. late pro vtraq; parte *cons. 389. In quæstione, qua
vertitur, lib. 2. versic. & breuiter.* vbi finaliter dicit esse subtile, vide
rationes hinc inde, quæ vrgēt, & p hac parte illa ratio facit, quod
substitutio facta vltimo morienti haber gradum, & si omnibus
sit facta substitutio vsq; ad vltimum. Alex. *cons. 64. Difficultas, nu. 2.*
& seq lib. 5. vbi apostil. in *ver. ipsis* dat concord. Decian. plene *consil.*
3. num. 52. versic. tertia coniectura. lib. 1. vbi plures cit. † Contrarium, 104
quod dinumeratio plurium graduum substitutionum non ope-
retur, quod positi in conditione censeantur vocati, plene Socin.
cons. 116. In causa filiorum, col. pen. in fi. & col. fi. n. 8. ver. postremo, li. 3. vbi
allegat Alexand. Capr. & alios, & dicit * communem, & magis * 105
communem Paris. *cons. 87. nu. 34. & 35. versic. quinta coniectura, lib. 2.*
& consil. 56. eodem lib. plene Cephal. *cons. 517. n. 76. & seq.* vide plu-
res, quos allegat apostilla ad Alex. *cons. 64. lib. 5. in ver. ipsis.* vbi pro
vtraque, sed pro ista, quod dinumeratio plurium graduum nihil
operetur, quia substitutio, & grauamen est odiosum, allegat pro
hac parte Alex. *ibi. 185. lib. 2.* in resp̄sione ad 14 argumentū. Curt.
Sen. *cons. 42. col 5.* vbi plenissime Soc. *cons. 104. n. 8. col pen. lib. 3.* plu- 105
rimos citat Decia. *cons. 28. n. 15. lib. 2.* † Declara, vt procedat, quan-
do sunt plures gradus ex descendētibus, & aliis, & filii descēden-
tium sunt positi in conditione. Mantica *de coniect. vltimar. volunt.*
lib. 11.

lib.11.tit.3.n.13.ver.tunc etiam maxime, vbi latissime, sic etiam intelligit Corn.*cons.*146.*n.*20.*lib.*2. Alex.*cons.*64.*Difficultas, in fin.lib.*5.

106 *ver.caue.* † Imo magis quando extraneos substituit, quia tunc filii positi in conditione sunt vocati, tanquam descendentes, & ma-

107 gis dilecti. Petr. de Anch.*d.cons.*74.*n.*6.*& per tot.* † Reprobat Anchar. in omnibus apostill ad Alex.*d.consil.*64.*lib.*5. vbi, quod fuit phantasia Anch. qui ab omnibus reprobatur, & citat plures ibi

108 in fine. † Alia, quando disposuit fauore agnationis conseruandę. Ruin.*cons.*3.*n.*15.*vol.*2. Soc. Iun.*cons.*119.*n.*31.*li.*1. plenissime Boer.

*dec.*155.*n.*19. qui infinitos allegat; & tunc filiorum contemplatione, & gratia, non autem substituti dicitur facta mentio. Grat.

*cons.*106.*n.*45.*vol.*2.*& cons.*89.*eod.vol.* Decian.*cons.*3.*nu.*60.*lib.*1. vt quia solos masculos vocat nomine collectiuo. Dec.*cons.*41.*n.*24.

109 *& seq.* maxime *n.*28. quando geminata est masculinitas. † Contrarium, quod non extendatur fideicommissum, nisi ad expressos. Rub. Alex.*cons.*120.*in fin.* Rimin. Iun. qui alios allegat *consil.*

110 37.*n.*124.*lib.*4. † Alia, quando sequeretur absurdum, quod minus dilectus, & remotior in gradu præferreretur magis dilecto, & proximiori. Grat.*cons.*32.*n.*10.*& 11.& cons.*101.*n.*19.*lib.*2. Gabr.

111 *conclus.*4.*de fideic.n.*25. † Alia, quando magna æquitas concurrit cum verisimilitudine, quod si fuisset testator interrogatus, ita respondisset, pone casum, quod mater instituit in re particulari duabus, & si altera earum decesserit sine filiis, altera succedat: contingit, quod vna decedit ante matrem cum filiis, postea moritur mater, an filia excludat neptem? certe sic, quia neptis posita in conditione, ita Alex.*cons.*109. *Videtur, lib.*2. quia commu-

* nis * opinio, quod filii positi in conditione non sunt vocati. Contrarium tenet ibi apostill. magna in *ver. præferendam ex mente; quæsita mater interrogata, &c.* & quia hæc est coniectura fortis,

112 tum propter æqualitatem, tum propter vulgarem taciturnitatem. † Alia quando positi in conditione sunt onerati. Corn.*cons.*146. *In hac consultatione, n.*20.*lib.*2. pleniss. Alex *d.cons.*64. *Difficultas, n.*2.*& seq. lib.*5. vbi apost. plena *in ver. ipsis*, dat concord. plures Socin.*consil.*

249.*col.*4.*& cons.*250.*col.fin.lib.*2.*& cons.*62.*n.*19.*col.fin.lib.*3. Curt. Sen.*cons.*51.*col.*7.*cum seq.* Dec.*cons.*242.*col.fin.* Steph. Bertr.*cons.*113. *Tua difficultas, lib.*3. Goz.*cons.*26.*n.*23. & alios quos vide is. Socin.

113 *cons.*77. *Consilium nostris, n.*7. *ver. item licet filij lib.*7. † Contrarium tenent plures, quos citat eadem apost. ad Alex.*d.cons.*64.*in ver. ipsis,*

114 *lib.*5. † Declara tamen; quia in omnibus casibus, in quibus ex coniectu is, vel alias essent vocati, non habet locum, si prima institutio sit caduca, & nulla, vt quia institutus sit omnino incapax. Corn.*cons.*199.*n.*23.*lib.*2. Crauett.*cons.*210.*n.*2. † Declara, vt procedit, quando filii positi in conditione, vel descendentes sunt expresse, & præcise grauati, non autem si tacite, apostill. ad Alex *d.cons.*64.*in ver. ipsis.lib.*5. vbi ad hoc allegat Bertr. *d.cons.*113.

115 *lib.*3. & alios, & idem, quando eadem res legatur alteri post eos positos in conditione. Alex.*d.cons.*64.*n.*5.*ver. fortifico.lib.*5. vbi dicit * communem. † Contrarium idem Bertr.*cons*82 *Visa clausula, col.*4.*lib.*1.*& 223. Viso casu, col.*3.*lib.*2. quem allegat d. apostilla.

117 † Alia est coniectura, si testator vocauit masculos filios, & si decesserint sine filiis masculis, vocat substitutum excludens fœminas, ita vt modo prædicto deueniat ad prædictos omnes sic substitutos; nam dicuntur inuitati, & per illa verba, *vt supra substitutos*, videntur vocati, vt verba aliquid operentur. Corn.*consil.*146. *In præsenti consultatione, n.*13.*lib.*2.

Filii in conditione excludunt substitutum. Conclus. 370.

1 FILII † positi in conditione, siue dicantur vocati, siue non, de qua quæstione supra Concl. præced. tamen excludūt substitutum, siue ex eo, quod conditio defecerit, siue ex eo, quia testator præseruauerit ius succedendi ab intestato, satis est, quod ex-

2 cludant substitutum, *l. Lucius. ff. de hæred instit.* † Extende, vt quod dicitur de filiis, & liberis positis in conditione; idem sit de nepotibus, & aliis descendentibus, *d.l. Lucius, in fin. ff. de hæred. instit.* Castrens.*cons.*411. *Viso facto, n.*4. *in fi. col. pen. circa princ. ver. præterea, lib.*1.

3 † Etiam factis pluribus substitutionibus ordine successiuo, si prima habet conditionem, si grauatus decesserit sine filiis, talis conditio censeatur repetita etiam in aliis substitutionibus: vide plene Castrens. qui distinguit *d.cons.*411.*col.fin.num.*6.*ver. vltimo.lib.*1. vbi maxime dicit pendere à mente testatoris, vide eum.

* *
*

Filii quando vt filii sint vocati, non autem vt hæredes. Conclus. 371.

FILII † capiunt ex dispositione ascendentium, & aliorum, 1
quando in eorū personam est concepta stipulatio, vel acquisitio. Men.*lib.*3.*præsumpt.*48.*nu.*7.*cum seq.* † Amplia, vt filii capiāt 2
hæreditatem aui, vt nepotes ex filio, non vt hæredes filii, quādo auus instituit filium, & illius hæredes; quia verbum, *hæredes*, intelligitur de filiis vt filiis, etiamsi hæredes filio primo hæredi nō sint, quando ex mente testatoris constat, puta, quia processit vlterius dicendo; *& si filius meus decesserit sine filiis, tales instituo*; quia tunc filii ex filio poterunt acceptare hæreditatem aui, & non patris, & non tenebuntur ad debita patris. Bald.*cons.*189. *Casus talis est. Petrus, lib.*1. † Extende, vt idem sit, quādo testator instituit post 3
filias primo institutas illarū hæredes masculos; quia intelligitur de filiis, & descendentibus masculis. Castr.*cons.*411. *Viso facto, n.*4. *ver. quantum ad tertium, lib.*1. † Amplia; quia statutum, vel lex aliquid disponens ad fauorem filiorum censetur disponere in eo- 4
rum fauorem, tanquam conferens filiis, non tanquam hæredib. maxime in iis, quæ sunt particularia. Ang.*cons.*81. *domina Maria. n.*2. *ver. quarto ex virtute.* † Restringe, nisi, puisio fiat filio post mor- 5
tem patris, vel matris de rebus patris, vel matris; quia censetur conferre tanquam filio, & hæredi. Ang *d.cons.*81. *col. pen. n.*2. *in fin. ver. tertio quia.* † Declara; quia quando lex vocat filium in re cer- 6
ta etiam post mortem parentum, vocat vt filium, quando adesset hæres vniuersalis; si vero idē filius vocatus in re certa nullum cohæredem haberet; tunc vt hæres censetur vocatus. Ang. *cons.*83. *col.*2. *in princ. ver. nec etiam obstat.*

Filii ex primo matrimonio qualiter succedant patri, vel matri transeunti ad secunda vota. Concl. 372.

MATER † & pater transeuntes ad secunda vota, & habentes filios ex primo matrimonio non possunt plus relinquere secundo marito, vel secundę vxori, quam habeat vnus ex filiis primi matrimonii, cui minus sit relictum, *l. hac edictali*, vbi Bart. & alii, *C. de secund. nupt.* & vide Bald.*cons.*401. *in pr. lib.*2. vbi, quo iure, & qua de causa emanauerit hæc lex, & de iure primæuo circa hoc Castr.*cons.*339. *Ad primum, num.*2. *ver. ad tertium, lib.*2. vbi dicit * cōmunem. † Amplia in tantum esse verum, vt quod mater reli- 2 *
querit marito ex secundo matrimonio plus, quam vni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquit, illud totum applicetur filiis primi matrimonii Bald.*cons.*161. *lib.*1. *per tot.* Corn.*cons.*44. *per tot. & cons.*331. *& cons.*118. *lib.*1. vbi, quod de illo pluri maritus & vxor nō participant. † Extende, vt procedat, etiamsi mater relin- 3
quat illud, quod maritus non potest capere, filiis secundi matrimonii, illud nihilomin9 applicetur filiis primi matrimonii. Bald. *d.cons.*161. *lib.*1. † Extende, vt procedat, etiam si pater, vel mater 4
transiens ad secunda vota fecisset pactum cum secundo marito, quod soli filii ex secundo matrimonio succedant; quia adhuc nō valet hoc pactum in præiudicium filiorum primi matrimonii. Bald. *d.cons* 161. *in fin. lib.*1. vbi, quod ita fuit iudicatum Cortonæ, & quod ita consuluerunt Francisc. Albergottus, & Ricard. Salycetus. † Contrarium tamen consuluit ipse Bald.*cons.*22.*lib.*5. vbi, 5
quod filii primi matrimonii habebunt hoc casu solam legitimā, & quod text. *in d. l. hac edictali*, non habet locum contra filios. Declara; † quia illud plus, quod mater reliquit marito secundo, quā 6
vni ex filiis primi matrimonii, cui minus reliquit sic applicatur, seu diuiditur; quia filii primi matrimonii extrahunt legitimam præcipuam, & quod superest, diuiditur in capita, ita tenet Rota Rom. vt per Crescent.*decis.*26.*lib.*2. vbi multos allegat, & hanc communem, & communiorem * dicit Cuman.*cons.*110. *D. Ioanna, n.*3. Fulg *cons.*96. *Antonius transiens.* † Intellige tamen declara- 7
tionem; quia filius imputat in legitimam suam id, quod habuit in dotem, vel inter viuos à patre. Fulg. *d.cons.*96. *col.*3. *ver. ad secundum.* † Restringe; quia stante statuto, quod pater, vel mater trās- 8
iens ad secūda vota teneatur relinquere duas tertias partes suorum bonorum filiis primi matrimonii, non debent habere legitimam præcipuam, & postea duas partes ex tribus residui, sed tenentur computare legitimam sibi debitam cū istis duabus partibus. Petr. Anch.*cons.*101. *Ex prædicto themate, in prim. ver. secundo pro vero*, vbi recitat opiniones, & ita tenet, quod tertia sit libera in dispositione matris; ideo potest marito, & cui velit, legare. Imo si † mater in testamento legauerit filiis primi matrimonii minus 9
duarum partiū ex tribus, & plus marito facta rescissione filii primi matrimonii, adhuc non habebunt, nisi duas tertias, reliquam tertiam cum onere legatorū habebit maritus. Anch. *d.cons.*101.

20 *n.4.& 5.ver.tertio principaliter.* † Amplia, quia *d.l.hac edictali.* procedit, etiam si mater, vel pater iurauerint; quia iuramentum nihil operatur in præiudicium filiorum primi matrimonii. Bart. *in d.l. hac edictali, in fin.princ. C. de secund.nupt.* quia non valet renunciatio dictæ legi cum iuramento. Alex. *consil.* 55. *num.*9. *lib.* 1. Corn. *consil.*104. *num.*7. *lib.*2. Ruin. *consil.*70. *num.*8. *lib.*3. Roman. *consil.*255. *Quoad primum, in princ.* vbi apostill. *in ver. instrumentum*, dat plurimos concordantes. † Extende etiam si contractu; quia si contractus fiat in præiudicium filiorum primi matrimonii, non valet etiam cum iuramento. Roman. *d. consil.*255. *in princ.* vbi apostil.
22 *in ver. instrumentum.* † Amplia; quia ista *l. hac edictali.* habet locum etiam stante statuto, quod maritus lucretur medietatem dotis; quia si extant filii primi matrimonii, non poterit lucrari, nisi tantum, quantum habeat vnus ex filiis primi matrimonii, cui minus est relictum. Bart. *in d.l. hac edictali. ver. & per hoc dixi, C. de secun. nupt.* vbi, quod mentis est tenendum, sequitur simpliciter Fulg. *consil.* 63. *Blasius quondam, num.*2. *& 3. ver. rursus, & si statutum.* Alexand. *consil.*144. *col. fin. prope fin. vol.*5. idem Bart. *in quæst.* 7. *mulier habens, num.*15. Curt. Sen. *consil.*78. *num.*8. sequitur Cuman. in statuto Pa-
23 piæ, *consil.*110. *D. Ioanna de Mediolano. in* 2. *dub.* † Contrarium, quod imo statutum deferens lucrum medietatis marito præiudicet filiis ex primo matrimonio, quando de eis fecit mentionem, vel eos habuit in consideratione. Bald. *cons.* 480 *lib.*5. vbi late discutit, quando censeatur derogare, vel non, & loquitur in statuto Florentino, quod de necessitate cõtrariatur. *d.l. hac edictali.* Paris. *consil.*91. *lib.*1. plene Castr. in eodem statuto Florent. *consil.*191. *per tot. lib.*1. vbi, quod præsumptiue constat, quod populus Florentiæ
24 voluit derogare. † Extende contrarium, vt imo statutum possit deferre lucrum totius dotis marito etiam priando filios legitima debita in dote. Dec. *consil.*19. Roman. *consil.*44. *Et supra narrato, in* 3. *dubio*, vbi, quod hoc procedit, quando expresse hoc dispo-
25 nit statutum. † Declarat Fulgos. *consil.*88. *d. mina Catharina*, in casu statuti Vicentini, disponentis maritum lucrari timidam dotis, etiam si extent filii primi matrimonii, & quod omnia bona censeantur data in dotem, vt ex alia medietate vxor secũdo nu-
26 bens nihil à filiis primi matrimonii possit auferre. † Vel dato, quod de alia medietate possit testari aliquid relinquendo secũdo marito, filii primi matrimonii habebunt legitimam, quæ erit tertia totius, etiam comprehenso lucro, & tanquam agente querela totam tertiam reuocabunt, quod superest marito potuit le-
27 gari, non vltra. Fulg. *d. consil.*88. *circa fin.* † Contra declarationes, & ampliationem consuluit Petr. de Anch. *consil.*101. *Exprædicto themate, num.*6. *vers. quarto & vltimo*, vbi, quod lucrum debet ante omnia deduci, tanquam æs alienum, ex residuo seruetur ius com-
28 mune, vel statutum. † Amplia, quia filius primi matrimonii tenetur mater reseruare præcipuam dotem, quam habuit ab hæredibus primi mariti; quia in ea non succedunt filii secundi matrimonii. Castrens. *consil.*150. *Viso casu, num.*1. *ver. nunc ergo, lib.*1. Vi-
29 de, *Nuptiarum secundarum pœnæ habent locum. Conclus.*163. *cum Concl. ibi prox. seq.* † Extende, vt procedat, etiam si mater non habuit à primo marito, neque filiis, sed ab hæredibus mariti primi, puta agnatis; quia siue filii, vel filiæ succedant in parte, siue in sola legitima, sufficit, quod ab hæreditate primi mariti habuit, vt teneatur cõseruare filiis primi mariti. Castr. *d. consil.*150. *col.*2. *v. nec obst. ar.*
30 *lib.*2. † Extende, etiam si in assignatione dotis factæ mulieri pauperi ab hæredibus primi mariti fit dictum, *quod possit mulier facere velle suum*, quia intelligitur dum viuit, non in præiudicium filio-
31 rum. Castr. *d. consil.*150. *col* 2. *ver. nec obstant prædicta verba, lib.*2. † Extende, etiam in dote data per viam tranfactionis per hæredes primi mariti; quia cum sit constituta, non restituta, in dubio cẽsetur data vigore *auth. præterea. C. vnde vir & vxor.* ideo tenetur restituere filiis primi matrimonii, tanquam proueniẽtem à primo marito, vel hæredibus. Castr. *d. consil.*150. *col.*2. *ver. nunc est videndum.*
32 † Amplia in legatis, quæ habet vxor à primo marito; quia tenetur conseruare illa filiis ex primo marito, nec potest aliquid legare filiis secundi matrimonii ex aliis legatis, vel habitis à primo
33 marito. Ang. *consil.*285. *Punctus talis est. D. n.*2. *ver. descendo nunc.* † Limita; quia licet fiat reuocatio per filios primi matrimonii; non tamen reuocantur fructus percepti à secundo marito, vel vxore medio tempore; quia fructus non debentur, nisi à die litis cõtestatæ. Bald. *consil.*21. *num.*3. *lib.*5. Castr. *consil.*192. *lib.*1. vbi, quod *d.l. hac edictali.* habet locum post mortem, non autem durante ma-
34 trimonio † Et ad quem spectent fructus medio tempore percepti ex bonis relictis secundo marito supra summam debitam
35 Bald. *consil.*276. *lib.*3. Limita; † quia licet non possit mulier nubẽdo secũdo præiudicare filiis primi matrimonii, bene tamen præiudicat in hoc; qui potest date bona æstimata secundo marito tali æstimatione, quæ faciat venditionem. Bald. *d. consil.*276. *lib.*3.
† Limita; quia mater secundo nubendo potest dare nedum do- 36
tem primi matrimonii; sed etiam tertiam partem reliquorũ bonorum secundo marito, sine reseruatione aliqua filiis primi matrimonii, adeo, quod si extaret filia ex secũdo matrimonio, quæ repudiaret, illud repudiatum patri, & sic marito ex secundo matrimonio quæritur, non autem filiis primi matrimonii. Bald. *consil.*44. *lib.*2. † Limita; quia si filii primi matrimonii consentiant, 37
quod mater transeat ad secunda vota, censentur renunciare beneficio *d.l. hac edictali.* Io. de Amicis. *cons.*3. † Limita tribus modis, 38
de quibus per Dec. *in auth. præterea, C. vnde vir & vxor.* vbi *n.*7. ponit tres cautelas, quibus hæc lex non habet locum, aliam limitationem ponit Rom. *consil.*219. *& 24.* limitationes Gabr. *de secund. nupt. Conclus.*4. Vide, *Vxor habens filios ex primo matrimonio quid possit legare secundo marito. Conclus.*404. *cum duab. Concl. ibi prox. seq.*

Filiorum appellatio intelligitur de legitimis & naturalibus, & quando de naturalibus, vel legitimatis. Cõclus.373.

FILIORVM † appellatio, quando ipsi filii sunt positi in con- 1
bus *per auth. bona damnatorũ. C. de bon. proscript.* ex liberalitate prin-
cipis relaxantur; ideo transmittunt talia bona, ẽt non agnita ad
quoscunq; hæredes. † Limita; quando fiscus succedit priuato;
50 quia vtitur semper iure priuati, put idem est in omni priuilegio.
Petr. Anch. *cons. 54. in prin. incip. Apparet ex themate.* † Et ideo licet
51 bona confiscata ipso iure fisco acquirantur sine agnitione; secus,
si iure hæreditario succedat. Bart. *d. cons. 157. n. 2. ver. in contrarium,*
lib. 1. † Declara; quia in iis, quæ sunt successiua pro præteritis vti-
52 tur iure priuati, cui succedit; ꝓ futuris vtitur iure fisci, & sic pri-
uilegio suo. Ias. *in l. procurator. n. 4. C. de eden.* vbi dicit* communẽ, *
& ibi sequitur Cur. Iun. † Limita; quia in dubio interpretatio fit
53 contra fiscum, *l. non dubito ff. de iure fisci.* Vide, *Fiscus in dubio an suc-*
cũbat, vel non. Concl. 399. † Restringe, quia damnata petitio non
54 admittitur contra fiscũ. Bologn. *in add. ad cons. 35. Io. de An. in fi.* Ex-
tẽde, † etiam si agatur de successione fisci; quia si testator legauit
55 vxori bona ad vitam, & ꝙ ea mortua in legatis succedat filius hę-
res testatoris, ꝓ mortuo filio matri, cui succedit, fiscus non habe-
bit bona legata matri cũ morietur; quia in dubio contra fiscum;
& quia mens testatoris non accommodatur. Fulg. *cons. 70. n. 4. &*
5. † Extende; quia sicuti ꝓscribitur contra particulare per eum,
56 qui habet titulũ spatio 10. annor. inter præsentes, & 20. inter ab-
sentes; ita contra fiscũ habentem hypothecam præscribitur 10.
annis; quia fiscus semper præsens dicitur. Fulg. *cons. 126. in princ.*
57 *ver. tertium est dubium.* †Restringe, vbi agitur de prolatione in pa-
ri causa; quia fiscus præfertur priuato in dubio. Clar. *§. fi. q. 78. n.*
58 *31. ver. vidi quandoq;.* † Limita; quia fiscus non habet priuilegium,
nisi hoc expresse doceatur; qa censetur iure priuati vti in dubio.
59 Fulg. *cons. 126. col. fi.* † Limita in excussione; quia fiscus vtitur iure
60 priuati. Fulg. *cons. 126. col fi.* † Limita; quia nõ habet priuilegiũ fi-
scus, vt sibi absenti acquratur per priuatos. Bart. *in l. arbitr. ff. de ar-*
bitr. Bero. *cons. 206. n. 32. lib. 3.* & si interuenit iuramentũ. Bald. *cons.*
61 *114. n. 3. lib. 5.* † Extende; quia pœnã treugæ applicatæ fisco nõ põt
cõsequi, si nullus est pro fisco stipulatus. Alex. *cons. 33. Viso themate,*
62 *in fi. lib. 1.* †Et licet fiscus habeat multa priuilegia; tñ in casibus
nõ priuilegiatis vtitur iure aliorũ priuatorũ. Ideo fi agit ad pacẽ
ruptam, vt pœnam commissam consequatur, debet plene ꝓbare;
quia in pœnalib. istud est regulare. Dec. *cons. 531. Accurate. in pr.*

† Et

63 † Et quando nititur ex obligatione qualificata, ex conuentione, vel statuto, debet probare qualitatem, sicut priuatus, alias nõ
64 potest obtinere, Dec. *d. cons.* 531. *n.* 3. *ver. non obstat.* † Contrarium, quod imo priuatus, cuius interest, possit stipulari pœnam pro fisco, & valeat stipulatio. Moro. *tract. de treuga & pace*, q. 130. Et q̃ Notarius possit pro fisco, & absente stipulari. Bart. *in l.* 1. *in fi. prin. ff. de iur. fisci*, sequitur Tiraq. *de const. part.* 3. *limit.* 30. *n.* 44. Bero. *inc. quoniam contra, n.* 78. *de probat.* Vide Conclus. seqq.

Fiscus est semper soluendo, & quando secus. Conclus. 384.

1 FIscvs † dicitur idoneus, & semper est soluendo, *l.* 1. *ff. vt legat. nomine caueatur.* Et idem in Camera Apostolica; quia sem-
2 per est soluendo. Castr. *cons.* 96. *n.* 2. *lib.* 1. † Limita; quia non est idoneus fideiussor de iudicio sisti, & iudicato soluendo, neque vt depositarius pecuniæ; quia non est habilis ad conueniẽdum. Bald. *in l. sententia. C. de fideiuss.* gloss. *in l.* 2. *in princ. ff. qui satisd. cogan.*
4 *l.* 2 *ff. de fideiuss.* Afflict. *decis.* 88. † Limita; quia licet sit idoneus; non tenetur tamen vnquam vltra quantitatem bonorum, siue fecerit inuentarium, siue non. Anch. *cons.* 117. *Ex præditis. n.* 4. *vsq; in fin.*
Vide Concl. prox. præced. cum aliis seqq.

Fiscus in bonis condemnati habet hypothecam, & quando non. Conclus. 385.

1 FIscvs † in bonis condemnati habet tacitam hypothecam pro maleficio post condemnationem. Bald. *consil.* 40. *Maritus*
* *ex delicto, num.* 6. *ver. sequens quæstio, lib.* 1. vbi dicit hanc veram opinionem, & quod propterea potest offerre alteri creditori ante-
* riori, & communem* dicit Clar. § *fin. q.* 78. *in fin.* Ant. on. de Butr.
2 *cons.* 61. *n.* 3. † Declara tamen; quia licet fiscus post condemnationem habeat bona delinquentis hypothecata; tamen hypothecam non exercet cõtra creditores pro sorte principali, *l. quod placuit ff. de iure fisci, cum ibi not at.* Ant. de Butr. *d. consil.* 61. *nu.* 3. † Con-
3 trarium, quod fiscus non habeat ex delicto hypothecata bona delinquentis. Fulgos. *consil.* 179. *Dubia. super quibus, num.* 2. sed non loquitur post condemnationem, vt est conclusio præcedens; & ideo ante condemnationem non habet hypothecam secundum
* * communem, de qua Salyc. *in l. si quis post, n.* 6. *C. de bonis proscript.*
* 4 Clar. *d.* § *fin. q* 78. *n.* 32. vbi de* communi. † Restringe; quia non habet hypothecata bona nedũ ante delictum, sed nec post delictum, etiam post datam, & cœptam accusationem; quia solum post condemnationem, & confiscationem habet hypothecam.
* Clar. *d.* § *fi. q.* 78. *n.* 32. vbi dicit* communem. Ant. de Butr. *cons.* 61.
n. 3. vbi, quod non habet hypothecam ante delictum, secũdum
* * communem. † Declara, vt plenissime Negus. *de pign. part.* 2. *mem-*
5 6 *bro* 4. *n.* 113. *& seq.* vbi plures casus distinguit. † Amplia; quia licet fiscus non habeat hypothecata bona delinquentis; tamen præfertur priuato creditori ex delicto in pecuniariis pœnis, secus, si
* priuatus esset creditor ex contractu, communem * dicit Clar. in
7 *d.* § *fin q.* 78. *n.* 31. *vers. vidi quandoque.* † Limita; quia si quis condemnatus ex maleficio priuato, priuatus non habet hypothecata bona condemnati, prout fiscus; ideo non potest offerre priori creditori, nisi possideat. Bald. *d. cons.* 40. *n.* 7. *ver. dicendum est, lib.* 1.

Fiscus non præfertur creditoribus condemnati, & quando secus Conclus. 386.

1 FIscvs † consequitur, & acquirit hypothecam bonorum in bonis condemnati à die condemnationis, secundum veram opinionem; ideo non præfertur creditoribus habentibus hypothecam ante condemnationem. Bald. *cons.* 40. *Maritus ex*
2 *delicto, n.* 6. *ver. sequens quæstio, lib.* 1. † Et ideo dos vxoris præfertur fisco habenti condemnationem bonorum ex delicto cõtra maritum. Bald. *d. consil.* 40. *n.* 3 *ver. item certum est, lib.* 1 *& consil.* 171. *Cõ-*
3 *demnatis. lib.* 1. *in princ.* † Amplia; quia mulier præfertur fisco habenti condemnationem ex delicto prædicto ratione donationis propter nuptias. Bald. *d. cons.* 40. *num* 4. *vers. item & donatio, lib.* 1.
4 † Extende in tantum, vt vxor pro dote possit ratione suæ hypothecæ retinere bona mariti etiam contra fiscum, donec satisfiat. Bald. *d. consil.* 171. *Condemnatus, circa med. ver. tamen vxor potest esse, lib.*
5 1. † Amplia; quia si conseruatur legitima filiis in bonis patri cõdemnati in confiscatione bonorum, ipsi quoque filii possunt retinere bona patris confiscata pro sua legitima, & præferuntur fi-
6 sco. Bald. *d. cons.* 171. *in pr. ver. secundo dubet, lib.* 1. † Amplia; quia fiscus tenetur satisfacere omnibus creditoribus bãniti, cuius bona sunt confiscata, etiam si solam personalem habeant credito-
res. Castrens. *cons.* 10. *Licet illi, qui contraxerunt, lib.* 1. Vide, *Fiscus in*
bonis condemnati repræsentat condemnatum. Concl. prox. seq. † Amplia; 7
quia multo magis tenetur satisfacere creditoribus habentibus hypothecam in bonis confiscatis. Castrens. *d. cons.* 10. *lib.* 1. incipit, *Licet illi, qui contraxerunt*, quod est inter 9. & 10. *cons.* † Exten- 8
de; quia fiscus tenetur restituere dotẽ assecuratam in bonis confiscatis, in quem transeunt iura, & actiones reales, & personales, sicut in hæredem, licet non teneatur vltra vires hæreditarias. Castrens. *cons.* 171. *Visa, & ponderata, in fin. lib.* 1. † Extende in tantum 9
hoc esse verum, vt procedat, etiamsi bannitus habeat bona alibi, ex quibus creditoribus posset satisfieri; quia respectu bonorum loci contractus creditores loci illius debent primo satisfieri in bonis dicti loci confiscatis, si sufficiant, ante quam agant cõtra alia bona, quia videtur datus iste ordo, licet omnia bona bãniti sint hypothecata vbique existentia. Castrens. *d. consil.* 10. *lib.* 1. quod est iubscriptum ab Antonio de Rosellis, incipit, *Licet illi,*
qui contraxerunt, & est inter 9. & 10. *consil.* † Contrarium tenet Io. 10
de Imol. *cons.* 35. *n.* 20. *ver. & pro prædictis*, vbi, quod licet creditor alienũ respiciat totum patrimonium debitoris, & non certi loci; tamen illud est verum, nisi facultates certi loci sint deputatæ alicui speciali oneri; & ideo cum bona loci, in quo sunt cõfiscata, sint deputata oneri confiscationis, non possunt creditores ibi solui, & loquitur in creditore loci confiscationis. † Declara; quia respe- 11
ctu bonorum feudalium res est clara, quod creditores non habent regressum ad illa, sed Princeps, cuius sunt feuda; ideo fiscus præfertur. Ioan. de Imol. *d. cons.* 35. *nu.* 20. *ver. ad id tamen.* De-
clara; † quia respectu bonorum, quæ donauit Princeps confiscans, præfertur fiscus; quia ex quo donatarius commisit ingratitudinem, reuocantur donata, etiam nõ obstante, quod sit pa- 12
missum non reuocare ex quauis causa, nisi esset etiam iuratum. Ioan. de Imol. *d. cons.* 35. *n.* 21. *& seq.* vbi non dicit expresse, sed pro vtraque allegando ita tenet. † Intelligas tamen, quando contra- 13
ret de ingratitudine aliter, quam ex contumacia quoad præmicandum tertio creditori, licet quoad delinquentem sufficiat, vt ibi Io. de Im. *d. cons.* 35. *n.* 21. *ver. item posse esse.* † Declara; quia confi- 14
scatio bonorum facta vniuersaliter in certa iurisdictione; nõ liberat condemnatum, quin possit conueniri in bonis alibi sitis ratione hypothecæ, quia sicuti creditor poterat conuenire suum debitorem ante condemnationem in vtroque, vel altero loco, vbi habet bona; ita etiam post cõfiscationem, siue vniuersalem, siue particularem omnium bonorum certi loci potest creditor, vel agere contra fiscum confiscantem, vel contra debitorem condemnatum, plene Io. de Imol. *d. cons.* 35. *nu.* 24. *& seq. vsq; in fin.* vbi pro vtraque parte, & ita distinguit. † Secus esset, si fieret confi- 15
scatio vnius rei particularis; quia ex quo iura vniuersalia actiue, vel passiue non transeunt in fiscum, si adsunt alia bona, fiscus nõ potest molestare. Ioan. de Im. *d. consil.* 35. *num.* 26. † Declara; quia 16
si sententia ad fauorem creditoris est lata per iudicem alterius territorii, quam confiscatus, exequi prius debet in bonis illius territorii, in quo lata est sententia, etiam si creditor esset de territorio confiscantis. Io. de Imol. *d. consil.* 35. *num.* 19. *& seq. ver. restat.*
† Amplia; qui etiam si fiscus, & Princeps ratione oneri publi- 17
corum esset creditor, tenetur fiscus soluere, quia non confiscat, nisi illud, quod superest, deducto ære alieno. Ioan. de Imol. *d.*
cons. 35. *num.* 23. † Amplia, quia creditores eius, qui est bannitus cum confiscatione bonorum, possunt agere contra fiscum, qui confiscauit omnia bona certi loci, vel etiam contra bannitum debitorem, si habet alia bona extra iurisdictionem; quia confi- 18
scatio non tollit electionem, quam habebat creditor conueniendi suum debitorem, vel in loco banni, vel alibi. Ioan. de Imol. *d. consil.* 35. *num.* 24. *& seq.* vbi pro vtraque parte, & ita distinguit.
† Extende, quia etiam Princeps, qui confiscauit bona in suo 19
territorio propter delictum, potest pro debito particulari suo agere contra bannitum, ad consequendum creditum particulare in bonis extra territorium, quia habet electionem. Ioan. de
Imol. *d. consil.* 35. *num.* 26. *ver. & per prædicta*, vbi respondet ad con- 20
traria, quod confiscatio facta per eundem Principem, qui est etiam creditor particularis, non obstat; quia non eo animo faci- 21
endi sibi. † Declara tamen; quia si agit creditor contra bona confiscata, quatenus potest in eis in toto, vel in parte satisfieri, liberatur pro rata debitor, & agere potest pro reliquo; tamen contra alia bona extra iurisdictionem, & non confiscata. Ioan. de Imol. *dict. consil.* 35. *num.* 26. *versic. & prædic-* 22
tis. † Restringe, quando bona omnia diuersorum territoriorum eiusdem domini confiscantur, quia tunc vterque fiscus tenetur pro rata bonorum confiscatorum; secus, quando bona solum

solum vnius territorii confiscantur, & condemnatus habeat alia bona extra iurisdictionem. Io. de Imol. *d. consil. 35. n. 28.* vbi, quod opinio contraria procedit isto casu. † Amplia; quia etiam fideiussor pro delinquente, cuius bona sunt cõfiscata, si aliquid soluit fisco pro reo, puta quem promisit repræsentare, ex quo debet releuari ab ipso reo, cui succedit fiscus ex cõfiscatione, debet ab ipso fisco tanquam anterior satisfieri. Vide *supra ver. Fideiussio operatur multa, in pr. Conclus. 313.*

Fiscus in bonis condemnati repræsentat condemnatum, licet proprie non sit hæres, sed loco hæredis. Conclus. 387.

1 Fiscvs † quoad bona cõfiscata dicitur hæres condẽnati, licet nõ sit proprie hæres, quia deportatus nõ habet hæredẽ. Bald. *cons. 284. Præmissis verbis, n. 3. lib. 1. ver. & fiscus pro hærede, & cons. 204.*
2 *Longissima, n. 4. ver. nec etiã fiscus, lib. 3.* † Extende; quia fiscus loco hæredis habebatur de iure Longobard. *l. 1. C. de bonis vacan. lib. 10*
3 ficdicti. Bald. *d. cons. 204. n. 3. v. ex hoc sequitur, lib. 3.* † Declara tamẽ; quia fiscus in bonis defuncti, licet dicatur hæres, ñ iudicatur tãquã hæres extraneus, & non suus; ideo in eũ nõ trãseunt ea, quæ non sunt transitoria ad hæredes extraneos. Bald. *d. cons. 284. ante*
4 *multa, aut est emphyteusis, lib. 1.* † Declara; quia fiscus est loco hæredis, quando bona sunt confiscata, qñ tractatur de obligatione condemnati iam contracta, secus si agatur de obligatione cõtrahendi etiam ex facto de pterito. Æg. Bell. *cons. 30. in pr. n. 1.* † Amplia tantũ fiscum esse loco hæredis deportati, qñ omnia bona fuerũt cõfiscata, vt teneatur ẽt actione personali versus creditores condẽnati sicut hæres vsq; ad vires patrimonii cõfiscati, secus si cõfiscatio est particularis; quia non est loco hæredis. Bald. *cons.*
6 *192. Proponitur, quod, n. 5. v. tertia quæstio, lib. 2.* † Extende; quia confiscatis bonis, is, cuius bona confiscantur, liberatur ab omni obligatione; quia confunduntur actiones, etiam q̃ fiscus esset creditor ex contractu, qñ bona cõfiscata sunt soluendo, ita q̃ tenetur sibi, & aliis creditorib. satisfacere. Castr. *cons. 209. Circa primũ,*
7 *n. 2 in pr.* † Extende in tantum fiscũ obligari ad omnia debita delinquentis, cuius bona sunt confiscata, vsq; ad valorem bonorũ confiscatorum, vt etiam si fiscus sit creditor ex contractu, & habeat fideiussores obligatos pro illo contractu, liberetur, & debitor & fideiussores, si bona confiscata sunt soluendo. Castr. *d. cons.*
8 *209. in pr. lib. 2.* † Extende, vt procedat, etiã si delinquens habeat bona in aliena iurisdictione, prout si Ferrariæ Marchio sit creditor in scut. 3000. pro quibus habet fideiussores obligatos Ferrariæ pro Titio; si bona Titii confiscantur, quæ longe sufficiunt ad solutionem scutorũ 3000. licet Titius habeat bona Venetiis, nõ põt Marchio agere ex dicto contractu 3000. contra bona in dominio Venetorum, postquã confiscauit omnia bona Ferrariæ Titii, & illa habuit, quæ excedunt scut. 3000. ita pulchre Castr.
d. cons. 209. per tot. vbi dicit hoc verum esse, non obstante confœderatione inter Venetos & Ferrar. & quod vnus exequatur sen-
9 tentias alterius. † Amplia in tantũ Fiscum esse loco hæredis, qñ sunt confiscata omnia bona, vt si aliquis esset fideiussor pro reo cõdemnato, liberetur in totũ, etiamsi bona confiscata non ascẽderent ad quantitatem fideiussionis; quia ex quo non põt cedere iura soluenti contra seipsum, inducitur liberatio. Cuman. *cons.*
10 *32. Inculpatus D. num. 2. ver. vltimo videndum.* † Amplia, quia fiscus succedens ex confiscatione in bonis rebellis; tenetur ad restitu-
11 tionem dotis vxoris ipsius rebellis. † Extende; quia tenetur etiam ad impensam funeris condẽnati ad mortẽ, vel rebellis; quia talis impensa ex hæreditate deduci debet. *l. impensa funeris. ff. de re-*
12 *leg. & sumpt. funer.* & reputatur æs alienum, quod deducitur etiam contra fiscum, & creditores. *l. impensa enim. ff. eod.* facit *l. vt si quis. §.*
13 *funeris. ff. eod.* † Restringe, q̃ fiscus nõ tenetur ad vestes lugubres, quia non respiciunt remedium animæ defuncti, sed pompam ad amicorum solatium; ideo fiscus alias denegauit velle teneri per ea, quæ tradit Abb. *in q. 3. incip. Sempronius, & in cap. vt plerique, de elec-*
14 *tio. apost. ad decis. Tholos. 497.* Franciscus Pauinus *in tract. de offic. & potest. Capituli sede vacan. par. 2. princ. q. 8. n. 9.* Perr. de Perus. *tract.*
15 *de 4. Canonica paroch. in 2. part. princ. c. 13. quæst. vlt. in fin.* Rip. *in 1. obligationem, n. 46. ff. de pign.* vbi idem voluit in expensis medicinalibus, supra proxime. † Amplia, quia fiscus, etiamsi partem bonorum condemnati capit, re-
16 netur pro rata ad onera. Soc. Iun. *cons. 74. Licet, n. 9. ver. quarto, lib. 3*
17 *Pro tertio.* † Amplia; quia si fiscus consignauit vxori, seu creditori rebellis tot bona, transtulit ad dominium, & possessionem; quia verbum, *consignauit*, in instrumento appositum importat dominii translationem. Bart. *in l. si constante, in 2. q. in vltima par. prin. ff. sol.*
matr. Bald. *in l. vbi adhuc. col. fin. C. de iur. dot.* Soc. *cons. 60. n. 2. lib. 1.* Va
bin in terminis de assignatione pro dote. Ias. *cons. 92. col. 2. nu. 1. lib. 3.*
Ruin. *cons. 162. col. pen. n. 19. lib. 5.* Paris. *cons. 33. n. 20. lib. 3.* Rim. *consil.*
213. n. 2. lib. 2. vbi, quod hoc verbum importat actualem rei traditionem. † Extende, etiã si essemus in dubio; quia potius censetur 16
fiscus tradere bona in solutum, q̃ in pignus, qñ præcedit causa habilis ad dominii trãslationẽ. Soc. *d. cons. 60. n. 3. lib. 1.* † Amplia; 17
quia fiscus tenetur dotare filias delinquentis, quando extãt fœminæ, ẽt in crimine læsæ maiest. secundum magis * comm. de qua * Crass. *in § successio ab intestato q. 5.* † Et filiis debetur legitima per fi- 18
scum, videatur Rolan. à Vall. *cons. 97. lib. 2.* vbi de * communi, sed * quanta sit, an habeat locũ *l. cum ratio. §. si plures. ff. de bon. dam.* vide,
q̃ non, Clar. *in § fi. q. 78. n. 26.* quia non seruatur, sed datur legitima secundum successionem ab intestato. Vide, *Confiscatio generalis, seu vniuersalis quæ bona comprehendat, vel non. Concl. 719.* † Limita; 19
quia in particulari condemnatione non repræsentat fiscus condemnatum; quia is, qui promisit emere bona quædam à Titio, quæ postea fuerunt à fisco confiscata, non tenetur emere à fisco, sed potest repetere pecunias solutas; quia sua potest interesse nõ emere à fisco. Bald. *consil. 435. Promittens se facturum, circa fin. lib. 1.*
† Limita; quia licet fiscus sit loco hæredis, & teneatur ad omnia 20
debita delinquentis, tamen nõ tenetur vltra vires hæreditarias, siue fecerit inuentarium, siue non, * communem dicit Ias. *in l. scimus, in pr. C. de iur. deliber.* & communem * dicit Clar. *in d. §. fi. q. 78.* * *
n. 30. ver. vnum scias. Vide Conclus. prox. seq.

Fiscus quando loco hæredis habeatur, & quid possit in bonis confiscatis. Conclus. 388.

1 Fiscvs † habetur loco hæredis condẽnati, quando bona sunt confiscata, quia exigit, & soluit debita; *l. tutoris. C. ad l. Iuliam, de vi public. l. 1. C. si cert. pet. l. inter eos, in fi. C. de fideiuss.* Abb. *cons. 29. In*
quæstione præsenti, lib. 2. col. 2. & 3. Alex. *cons. 88. col. 3. ver. secundo probatur, lib. 3.* Bald. *in l. pen. C. ad Trebell. & in l. 2. C. ad l. Falcid.* Rom. *cons.*
73. Circa primum, in pr. vbi, quod transeunt in fiscum iura actiue, & passiue, prout in hæredem extraneum. † Extende, vt procedat 2
nedum, quando actualiter incorporauit, & apprehendit, sed etiam si solum declarauit bona esse confiscata. Dec. *in l. hæreditas.*
col. 1. ff. de reg. iur. licet plus iuris sit, quando est facta apprehensio, q̃ verbalis declaratio. † Declara tamen, quia si confiscantur plu- 3
ra bona in diuersis territoriis, licet vnusquisq; fiscus apprehendat bona sui territorii; tamen non habet ius accrescendi; ideo si vnus fiscus non capit, non propterea alii fisco accrescunt. Alex.
cons. 31. in princ. lib. 1. † Et quando bona confiscantur propter delic- 4
tum, tenetur fiscus, ad quem peruenerunt bona, satisfacere omnibus creditoribus delinquẽtis, & tenetur etiam ad legata, & fideicommissa; quia loco hæredis est, secundum * communem. *
Crau. *cons. 263. nu. 7.* quem citat Clar. *in § fin. q. 78. nu. 29. ver. sed an*
tenetur, vbi dicit * communem. † Restringe; quia quãdo fiscus ca- * 5
pit bona tanquam vacantia, tunc non tenetur ad legata, neq; ad fideicõmissa, sed solũ ad debita, cõmunẽ * dicit Rip. *in l. ex facto.* *
§. ex facto ff. ad Treb. n. 6. & sequitur de * cõmuni attestando Clar. *
d. §. fi. q. 78. n. 29. † Restringe, quando fiscus succedit in successo- 6
rio edicto; vt quia non extant, qui excludant fiscum ab intestato, tunc non tenetur etiam ad legata, neq; ad fideicommissa; vt dicit Claud. *in l. recusare. § si fisco. n. 3. ff. ad Trebell.* vbi de communi, & hanc magis * communem, & seruari dicit Clar. *d. §. fi. q. 78. n. 29* *
in fi. vbi reprobat Salyc. contrarium tenentem. † Contrarium, q̃ 7
imo, quando succedit ab intestato, teneatur ad legata, & fideicommissa, tenent Bald. *in l. eam quam. n. 5. C. de fideic.* Salyc. *in l. vnic.*
§. pen. n. 39. C. de caduc. toll. vbi dicit * cõmunem. † Amplia; quia sic- * 8
ut condemnatus non potest petere legitimam viuente patre, ita nec fiscus. Bald. *cons. 257. Quæritur, vtrum, lib. 3.* † Amplia, quia con- 9
fiscatis bonis delinquentis banniti, licet ipse retineat ciuilitatem quoad ea, quæ non prosunt, sed nocent, tamen non tenetur ad onera, quæ proueniunt respectu bonorum, quia ex quo sunt confiscata, est liber à solutione onerum propter bona, ita plene
Rom. *cons. 78 per tot.* maxime *in fi.* † Amplia; quia confiscatis bo- 10
nis filiifamilias, non debet pater amoueri ab vsufructu bonorũ maternorum, donec vixerit; quia sicut amoueri non posset à filio condemnato, ita neque à fisco Bald. *d. cons. 257. in fin. lib. 3.* Vi- ✠
de, *Banniti an, & quando habeantur pro mortuis. Concl. 12.* † Limita; 11
quia licet fiscus sit loco hæredis, non tamen est hæres; quia in eũ non transit instantia. Anch. *cons. 317. Ex prædictis. n. 4.* † Non tene- 12
tur vltra vires hæreditarias, licet non confecerit inuentarium. Anchar. *d. cons. 317. n. 4.* † Et idem in filiis, quibus reseruantur tres 13
quartæ bonorum matris; quia in eis sunt filii, & successores, non autem hæredes, ideo tenentur solum vsq; ad vires hæreditarias,

&idē in fisco qui abstulit partē bonorū deportato; Nā tenetur vsq; ad vires: quia non est hæres, sed successor vniuersalis. Castr.
4 *cons.28.n.5.lib.1.* † Limita; quia si patet reliquit vxori ad vitam, & quod post mortem succedat filius hæres, si præmoriatur filius, & ei succederet fiscus, eidem nō debentur bona legata vxori; quādo moritur vxor, quia mens testatoris non accōmodatur, & quia in dubio contra fiscum fit interpretatio. Fulg. *cons.70.nu.4.& 5.*
5 † Limita; quia ad effectum discussionis fiscus est potius tertius possessor, quam hæres, ideo licet possit conueniri, vt tertius possessor, non tamen operatur quod fisco non excusso non possit agit hypothecaria contra alium tertium. Anch. *d. cons.317.n.4.* qui dicit esse nouum dictum suum. Abb. plene *consil.29. In quæstione, col.3.n.3.& seq.ver.nec obstat.lib.2.* vbi, quod est successor vindictæ, & quod *auth. hoc si debitor. C. de pignorib.* est ius correctorium; ideo
16 restringendum. † Contrarium tenet melius cogitando, & se reformando idem Anch. *cons.322. Visa dicti facti, in fi.* vbi, quod licet non teneatur, nisi pro quantitate bonorum; tamen quia in eum transeunt actiones actiuæ & passiuæ etiam personales, debet fieri excussio.

Fisco non præiudicant priuati, & quando secus. Concluſ.389.

1 FIsco † non potest priuatus præiudicare in iure quæsito; ideo accusatus de furto, & cōuictus, si dominus compareat, & dicat de suo consensu fecisse, nō ipsi creditur. Mantua *sing.* 602. vbi late, quia sicut non creditur seruo contra dominum, ita nec priuato contra Principem, & fiscum, & mouetur etiam, ne deliquata remaneant impunita. † Limita; quia officialis si torquet reū
☞ sine protestatione, præiudicat fisco. Vide, *Protestatio quando necessaria, vel non. Concl.939.* † Extende; quia si reus condemnatus in contumaciam capitur, licet solus Princeps possit reum ad nouas defensiones admittere, tamen si citato fisco, & non contradicēte admisit probationes, & constet de innocentia, debet absolui, & fisco præiudicatur. Boss. *tit. si aduersus rem iud.n.28. in fi.* Farin. *q.11.n.68. in fin.*

Fisco non præiudicatur in acquisitis, nisi dicatur. Concluſ.390.

1 REstitvtio † generaliter concessa alicui, vel gratia, non comprehendit bona fisco applicata, & incorporata, nisi expresse dicatur. *l.2.& fi. C. de sent. passis.* Bero. *cons.191.n.15. in fi. lib.3.*
2 † Hinc inoleuit, quod solet apponi ex abundanti hæc clausula, *sine præiudicio incorporatorum fisco.*

Fiscus an, & quando restituatur in integrum, & appellet. Concluſ.391.

1 FIscvs † restituitur, prout minor aduersus sententiam; si est læsus. Guid. Pap. *decis.302.* vbi dicit, quod ita de cōsuetudine
* vbique seruatur, communem *dicit Sfort. Odd. *de restit. in integ.*
2 *part.1.q.3.art.13.n.79.& seq.* † Amplia; quia fiscus restituitur etiā in casibus, in quibus aliquid male gessit, vel etiam omisit, magis
* communem *dicit idem Sfort. Odd. *de restit. in integr. par.1.q.3.art.*
3 *13.n.83.* † Extende; quia si lapsum esset tempus agendi criminaliter, fisco datur restitutio in integrum. Alex. *cons.172. Super casu. n.8. ver. posset etiam lib.5.* alleg. t Bart. ita consuluisse, cuius consiliū ponit Ang. *in l. quod ergo. § pœna grauior super ver. quātus, in vlt. col. ff.*
4 *de his, qui not. infam.* † Extende, vt procedat, etiam quando negligentia ministrorū fisci intercueniſſet; quia restituitur. Alex. *d. cons.*
5 *172.n.5.& seq.ver.nec obstat. si diceretur. lib.5.* † Amplia etiam in pœnalibus, puta si minor pœna sit imposita, quam deberet imponi; quia restitui debet aduersus sententiam. Gabr. *in suis concl. lib.7.*
6 *de crim. concl.13. in pr.* vbi plures allegat. † Contrarium tenet idem
* Gabr. *tit. de crim. concl.13.n.4. ver. contrarium*, & hāc magis * comm.
7 dicit Sfort. Odd. *de rest. in integ.p.1.q.3.art.13 n.85.& seq* † Declara, quia licet non detur hæc restitutio ex iure minorū, bene datur ex clausula generali, *si qua mihi iusta causa*, detecta læsione, ita Sfort.
8 Odd. *d. tract. part.1.q.3. art.13.n.87.* & dicit esse notandū. † Declara secundo; quia si læsio respicit statum Reip. & sic publicam vtilitatem, datur restitutio Principi, & fisco, si solum commodum fisci, vel Principis, non datur, idem Sfort. Odd. *d. tract. de rest. in in-*
9 *tegr. part.1.q.3 art.14. in fin.* † Amplia; quia fiscus, Respubl. & ciuitas habentur pro minore, & pupillo, & competit restitutio in integrum. Alex. *cons.196. Perspectis, n.3. lib.6.* Vide, *Respublica quid sit, & quæ priuilegia habeat. Concl.274.* Vide Ant. Gabr. *lib.7. tit. de crim. Concl.13. Fiscus an in pœnis restituatur in integrum.* † Amplia; quia
10 fiscus appellat in causa criminali. Vide plene Anton. Gabriel. *lib.7. tit. de crimin. Concl.14. Fiscus an in causa criminali appellet.*

Fiscus succedit defuncto sine hærede, & quando. Concluſ.392.

REgvla † est; quia fiscus succedit nedum ex cōfiscatione, t
sed etiam certis casibus iure successionis, quando non extant consanguinei, neque vir, aut vxor, quæ tamen successio est de iure speciali. Alex. *cons.31. Viso titulo quæstionis.n.2. ver. ad idem, vii*
seq. vbi apost. *in ver. speciali. lib.1.* † Fiscum autem habere dicuntur a
omnes habentes regalia, vel priuilegia fiscalia à Principe motu proprio concessa; item ciuitates, quę præscripserunt. Alex. *d. cons.*
31.n.4. ver. videamus ergo. lib.1. † Restringe tamen, quia licet fiscus 3
succedat vltimo loco decedenti sine consanguineis; tamen non capit fiscus vnius territorii bona existentia in alio territorio. Alex. *d. cons.31.n.3. ver. hoc præmisso. lib.1.* † Declara tamen; quia mobi- 4
lia, & credita, quæ applicantur mobilibus, sequuntur personam defuncti, quando non habebat alia bona stabilia; ideo licet non sint in alieno territorio, cōfiscantur per dominum loci, vbi persona, de cuius successione agitur, moritur, secus si essent bona immobilia, vel credita, quæ inter mobilia computarentur. Alex. *d. cons.31. per tot.* vbi est casus. *lib.1.* † Extende; quia fiscus vnius ter- 5
ritorii, videl. in quo defunctus est sine consanguineis, & marito, vel vxore, succedit in bonis, tam mobilibus, quā stabilibus, quæ habebat defunctus in loco domicilii, sine dubio. *l.1. cum ibi notat. C. vnde vir & vxor.* † Extēde; quia succedit etiam in nominib. de- 6
bitorum existentium extra territorium, quando talia creditā erant perpetuo destinata in territorio debitoris; quia singuntur in territorio creditoris, ita Ang. Aret. *cons.74. In casu supradicto per tot.* vbi pro vtraque parte, & hanc tuetur, & tollit contraria, ma-
xime *n.7.& seq.ver. sed tamen iis non obstantib.* † Amplia; quia fiscus 7
domicilii succedit nedum in bonis in domicilio mortui sine cōsanguineis, sed etiam increditis alterius territorii; quia si credita non sunt perpetuo mansura, vel destinata in loco debitoris, fingunt in loco domicilii, vbi mortuus est creditor; & ideo si duo domini contendūt, quis succedat in iuribus & creditis, præfertur dominus originis, vel domicilii. Ang. Aret. *cons.75. In casu supradicto, per tot.* vbi pro vtraque parte hanc tuetur, & tollit cōtraria. † Restringe, quando credita, & iura essent perpetuo mansu- 8
ra in loco debitoris, quia ibi singuntur esse, & spectarent ad illū dominum. Ang. Aret. *d. cons.75. per tot.* maxime *n.8.& seq.* † Limi- 9
ta; quia licet fiscus succedat decedenti sine parētibus, vxore, vel marito, & consanguineis, ita quod excludit fiscus omnes affines vltra virum, & vxorem; tamen bene excluditur fiscus à nōnullis personis, de quibus per gloss. *in l.1. C. de bon. vacan.* quas enumerat Alex. *d. cons.31.n.3.& seq.lib.1. ver. excluditur etiam*, & sunt infra scriptæ, videl. Vide, *Vacantia bona quæ dicantur, & cuius sint. Concl.9.*
† Socius defunctæ personæ in libertate, seu donatione imperato- 10
ris. † Collegium licitū, in quo defuncta persona incorporata fuit. 11
set. † Patronus, quando agitur de hæreditate liberti. † Tutor in 12
successione pupilli præfertur fisco secundum aliquos. gl. *in d.l.1.* 13
C. de bon. vacan. Alex. *d. cons.31. num.3.& seq.lib.1. ver. excluditur etiam.*
† Ecclesia in bonis clerici. Vide, *Successio in bonis clerici ad quem spe-* 14
ctet. Concluſ.870.

Fiscus an succedat, quando testator incidit testamentum. Concl.393.

FIscvs † an succedat, an vero venientes ab intestato, quando t
testator incidit, vel cancellauit testamentum, distingue, vt per
O. drad. *cons.144. Circa materiam*, qui dicit esse tres casus; primus, quia si cancellauit, vt decedat intestatus, succedunt venientes ab intestato; secundus, si voluit decedere testatus, sed habuit solum hæredes indignos; & tunc succedit fiscus, & isti sunt indhabitati; tertius casus est in dubio, & tunc si totum testamentum simpliciter cancellauit, ita quod cassata sunt omnia, & voluit decedere intestatus; aut cancellauit solum hæredis institutionem, vel partem, & signum est, quod voluit in reliquo decedere testatus. & deberi legata, & sic fiscus succedit. † Declara; quia si cē- 2
cellauit cum expressione; quia hæres est ingratus, & multas testatori intulit iniurias, & ideo reuocauit institutionem de eo factam, si extant alii instituti, remanēt instituti, & succedunt in suis portionibus, & fiscus capit partem cancellati tanquam indigni. Alexand. *consil.159. Viso testamento. num.4. ver. denique. lib.7.* † Re- 3
stringe; quia pater testator, postquam cancellauit hæredis institutionem de eo factam ex causa; quia est ingratus, & intulit iniurias patri, si tamen postea fecit reconciliationem filio, & illum retinuit ad mensam cum aliis, censetur remissa exhæredatio, & cancellatio, quæ fecit illum indignum, ita Alexand.

d. cons.

d.cons.159.num.11.ver.sed plus dico.vsque in fi.lib.7. vbi tollit contraria *d.l.filio,quem pater.ff.de liber.& posthum.* & ibi apostill.in *ver.reuocata*, confirmat declarando illum tex. Vide plura similia in *ver. Cancellatio quando attendenda. Concl.20.* Vide Concl.proxime seq.

Fiscus succedit indignis, & incapacibus institutis, & quando secus Concl.394.

1 FISCVS † succedit regulariter indignis, quibus aufertur hæreditas ex delicto.*l.Papinian.§.meminisse.& l.Lucius,cum ibi notat.ff.de iure fisc.* Vide,*Fraudulenter facta in fraudem creditorum qualiter dicantur.Concl.479.cum duabus Concl.ibi proxime seq.* † Contrarium, quod imo,quando aufertur,non applicatur fisco, licet auferatur propter delictum testatoris,vel hæredis,ostendit Signor.*cons.111. n.14.*vbi dat aliam distinctionem,quia si testator ignorauit hæredem indignum,licet sit indignus,nõ vocatur fiscus,&idem,si nõ constat,quod sciuerit,quia istud est potius pro non scripto,quod defertur substitutis,& venientibus ab intestato,secus,si sciuit,vel participauit de delicto indigni, quia applicatur fisco, vbi *n.15.* idẽ dicit,imo simpliciter loquitur *cons.219.n.2.* vbi,quod veniunt succedentes ab intestato; qui si taceant per duos menses , succedit fiscus.Crauet.qui plures allegat *cons.166.in fin.nu.15.* vbi dicit idem citra hoc vltimum de duobus mensibus. Alex.*cons.202.n.3.lib.6.*

2 Vide,*Pro non scriptum multiplex, & quæ differentia inter vnam speciem, & aliam.Concl.911.cum seqq.conclus.ibi prox.* † Declara; quia quando 3 institutio indigni habetur pro non scripta, tũc defertur successio institutis,vel venientibus ab intestato, si vero institutio restat firma, sed auferendum est; tunc aufert fiscus.Sign.*d cõs.219.n.9.ver. tum præcluditur,cum seq.* † Declara; quia si quis accommodauit fidem testatori de restituendo spurio filio testatoris statim , etiam, quod spurius decedat ante hæredem fiscus succedit, si vero accõmodauit fidem de restituendo post mortẽ hæredis,&spurius decedat in vita hæredis,fiscus nõ succedit; quia ante diem,& tẽpus, in quo cedit,inspicitur,ita Bar. *cõs.194. Ceccus de Spoleto,in fi.ver super quarto,li.1.* † Regulam facias,quia si non valet institutio,vel legatum,quia delictum testatoris hoc operatur,& fisco non applicatur,sed alii venientes ab intestato succedũt,ita glossa magna,& 4 *omnes in l hæreditas.C.de iis,quibus vt indign.* & ideo si hæres nõ est capax alicuius portionis propter delictũ alienũ, prout spurius, habetur pro non scripto,& succedunt venientes ab intestato vel ex testamento.Bar.*cons.119.n.6.*&repetit in *l.fi.n.11.ff.de his,quib.vt indig.*&hanc *veriorẽ dicit Bar.*5 *cons.205.Viso testamento n.3.ver.secundo* 6 *est videndum lib.1.* † Secus,si ex defectu hæredis,vel legatarii delinquentis;quia aufert ab eo,& fisco applicatur.*d.gl.in l.hæreditas.C.de iis,quib.vt indig.*& iste est secundus casus, veluti si accõmodauit fidem,& sic delictum est tempore testamenti.Bar. *d.cons.119.nu.6.* 7 *ver quandoque ipso tempore.* † Contrarium,quod imo etiam si ex defectu suo sit incapax ipso iure,non auferatur per fiscũ. Alex.*d.cõs.* 8 *202.n.3.ver.tamen præmissis lib.6.* vbi dicit * communem. † Quando vero non valet institutio,quia non seruata est solemnitas, vel ex defectu testamenti succedunt venientes ab intestato,non succedit fiscus,&idem,si testator incidit testamẽtum,secus,si incisio esset facta,quando testator reputauit hæredem indignum.gl.*d.l.* 9 *hæreditas*,ad quam recurras.*C.de iis,quibus vt indign.* † Bart.vero in *l. fi.ff.de iis,quib.vt indig.n.11.* dicit gl.in *l.hæreditas.C.eod.* voluisse comprehendere omnes casus,sed non bene;ideo ipse distinguit quatuor tempora,an inhabilitas hæredis sit ante testamentum,an tẽpore testamenti,an post testamentum , an tempore mortis , vel post mortem testatoris, & plenius reassumit in *consil.119.Dominus* 10 *Dominicus,per tot.* maxime *n.5.vsque in fi.lib.1.* † Extende; quia bona patris deuenta ad filium naturalem,vel spurium palam quocunque titulo, siue ex legato, siue ex institutione; siue ex donato,non applicantur fisco,sed liberis parentibus, videlicet patri, aut matri, aut fratri,vel sorori,secundum Bar.*cons.118.Oddutius.in fi.lib.1.* allegat tex.in *l.1.C de natural.liber.* & propterea dicit, quod alii vltrioris gradus non admittuntur, prout consobrinus , & similes,& tenentur isti intra duos menses petere,& post duos menses si dissimulauerint,fiscus apprehendit,& aufert,*d.l.1.C. de natural. liber.* 11 *in fi.* † Contrarium, quod hodie *d.l.1.C. de natural.lib.* sit correcta 12 *per authen.sed nouo iure*, ibi positam. † Declara, vt per Bar.*d cons.119. D.Dominicus.n.4.ver.sed respondeo.lib.1.* quod est correcta, quantum ad hoc,quod mulieres illæ prohibitæ infames non poterant contrahere matrimonium cum positis in dignitate , non quoad alia, & ita tenet Azo in *summa.eod.tit n.8.* Odofred. Alberic. & Ang.in *d.l.1.C.de natural.liber.* Calca.*cons.62.n.10.& cons.59.in fi.* Alexand. *cons.202.n.2 lib.6.* Brun.*cons.175.n.44.inter cons. vlt. vol.* Ceph. *cons. 48.n.19.26.34.& seq.* Menoch.*cons.285.n.8.* Gabr.*cons.29.n.4.lib.1.* Crau.*cons.166.n.15.& cons.200.n.3.* Bero.*cons.64.n.13.lib.2.* Ruin. *cons.66.n.24 lib.3.* Menoch. iterum *cons.160.nu.39.* Boer.*decis.264. n.17.* Palæot.*tract.de spur.c.36.* Vrsil.ad Afflict.*decis.203.* Peregri.*de iure fisci,tit.17.n.2.& seq.* Borgni.*decis.9.* alias 85.*part.3.* vbi dicit *cõmunem, & allegat plures. † Vide tamen Bart.*13 *cons.295.Viso testamento n.3.ver.secundo est videndum,li.1.* vbi,quod *d.l.1.C.de natural.liber.* loquitur stricte in spuriis,seu naturalib⁹ liberis natis ex coniunctione illicita cũ nobilibus,& positis in dignitate , ideo illius dispositio restricta ad certas personas nõ habet locũ in spuriis,& naturalibus extra illos casus, sed bona erunt omnium hæredũ institutorũ, seu existentium; & dicit,quod glossæ in hoc variarunt ; & 14 quod istud est verius,& quod ita consuluit Old.& ipse semper ita tenuit,docuit,& cõsuluit,& ita tenet expresse in *d.l.1.C de natural. lib.in fi.* † Contrarium tamen tenuit ipse Bart. in quocunque spurio,&sic non nato,secundũ *d.l.1.C.de natur.liber.cons.118.in fi.* & videri potest,&ita tenet etiam Azo in *summa.C.de natur.liber.*&gl.in 15 *l.hæreditas.C.de iis,quib.vt indign.* † Declara; quia quando sumus in casu,in quo personæ vocatæ nõ perierunt intra duos menses,bona deferuntur ad fiscum,si fiscus aufert;si vero non auferit,perpetuo admittuntur venientes ab intestato,ita apost.ad Bart.in *d.l.1. C.de nat.liber.in ver.ad reuocandum*,quæ citat Bal.in *cap.naturalis,in 3.* 16 *col.si de feudo fuerit controuer.* † Extende,quia licet nepotes ex spurio possint adaũo instituí, & eis legari, istud est, non extantibus legitimis&naturalibus,si vero extant,tunc non potest legari nepotibus legitimis & naturalibus, nisi quantum filio spurio , & sic alimenta sola secundum * communem, de qua Alex.*cons.74.Circa* * *primum*, vbi apost.verius dicit *communem,& si legatur vltra alimenta, aufertur,&applicatur venientibus ab intestato,non fisco. Alex.*17 *d.cons.74.n.6.ver.nec dicat.lib.3.* vbi dicit *communem. † Amplia;quia succedit fiscus, etiam si instituantur digni , qui tamẽ accommodant fidem defuncto de restituendo indignis. Bald.*18 *cons. 480.Testator instituit.lib.1.n.4.ver.tertia quæst.* † Extende ; quia confessio eius,qui accommodauit fidem defuncto,facta suis hæredibus,vt restituant spuriis,bene probat fraudem ad fauorem fisci. Cald.*consil.354.* alias *25.de testam.* Vide,*Probatio ad vnum finem facta non prodest ad alium,& quando secus.Conc.783.* † Declara;quia priua- 19 tus non potest opponere de iure fisci in casu prædicto, etiam si sint venientes ab intestato.Bal.*cons.480.n.4.ver.tertia qu.lib.1.* † In 20 dubio autem non præsumitur quis fidem accommodasse. Bald. *d.cons.140.Casus est talis.D Delia.n.1.in fi.ver.nec est verum.lib.2.* † Re- 21 stringe, vt non procedat, licet testator dixerit institutis , *restituatis incapacibus*; quia requiritur, quod hoc fuerit stipulatione, vel chirographo conuentum.Bald.*d.cons.480.n.4.vers.tertia quæstio, lib.1.* † Amplia; quia licet legatum reuocetur propter inimicitiam su- 22 peruenientem cum legatario, tamen si inimicitia, vel aliquid cõmittitur per legatarium in iniuriam defuncti legantis; tunc aufertur legatum per fiscum ab eo, tanquam ab indigno , quando est mere legatũ, secus si est pro legitima. Alex.*cons.209. Ponderatis ita, n.4.ver.quarto.iuncto n.19.& 20.ver.tertio respondeo.lib.6.* † Amplia; 23 quia si substitutus pupillo per patrem sine necessitate paciscatur cum alio de hæreditate pupilli vtentis diuidẽda , priuatur omni successione pupilli, adeo, quod si pupillus decedat , succedet fiscus tanquã indigno, vel succedent alii venientes ab intestato.Bal. *cõs.6.Punctus talis est,per tot.lib.3.* vbi pro vtraq; parte,sed potius tenet,q succedant proximiores pupilli.† Amplia; quia si pater in- 24 stituat suum filium spurium,non vt filium suum,sed vt filiũ alterius,& detegatur,quod fecerit in fraudem ; quia probatur , q est filius spurius testatoris,propter fraudem aufertur ab eo.Bal.in *l.3. ff.de liber.& posthum.* gl. in *leg. hæreditas. C.de iis, quib. vt indig.*& hanc partem tenent Fed.de Sen.*cons.276.in fi.ver.præterea non est dubium.* Castr.in *l.Gallus,§.quod si iis.n.6.ff.de lib.& posthu.* Soc.*cons.182.verſic. sed hoc non obstante,lib.2.* Rim.Iun.qui alios citat *cons.279 num.126.* † Contrariũ tenet Alex.*cons.202.Perspectis,per tot.lib.6.* vbi in prin- 25 cip.citat Baldum,& alios,& dicit in fine,quod * communis est in * contrarium,& per totũ consilium dat regulam , quod nunquam fiscus aufert ab indigno ; quando incapax ipso iure instituitur; quia si ex culpa testatoris est incapax,non aufertur, vt fisco applicetur;sed vt venientibus ab intestato, & *n.3.* dicit, quod est communis *opinio, etiam si esset incapax ex proprio delicto,vel quo- * modolibet incapax ipso iure,per tex.in *l.si in metallum.ff. de iis, quæ pro non script habent & n.4.& seq.* dicit Bald. & illam gl.communiter reprobari , & magis * communem in contrarium. † Declarat * 26 Ang.in *d.l.hæreditas.C de iis,quibus vt indign.* quem refert,&sequitur Alex.*d.con.202.n.7.ver.hunc casum.lib.6.* quod vt spurius institutus faciat succedere fiscũ, necesse est,quod fides fuerit accommodata; quia quando hæres est incapax ipso iure,non potest accõmodari; quod fiscus auferat ab eo,qui nunquã habuit, neque habere potuit,& dicit Alex.ibi quod si quispiã Doctorum aliter loquitur;

ꝙ inaduertẽter loquitur, sed si alius capax instituit, qui accõmodat fidẽ, bene ab eo aufertur, quia fuit capax, sed in fraudẽ fecit.
27 † Declarat Alex. alio modo *d. cons. 202. in fi. n. 10. li. 6. ver. posset etiam dici*, ꝙ nõ præsumat testatorẽ instituisse, vt filiũ alterius ex fraude, quia imo in dubio tales credidisse præsumit, quales en ũciauit se-
28 cundũ oẽs in *l. nemo § qui fratres ff. de hared. inst.* † Amplia, qa hęres instituꝰ, phibẽs testatorẽ disponere, vel testari, si est ꝓximior defuncto, redditur indignus, & succedit fiscus, si vero non est ꝓximior, succedit tũc nõ fiscus, sed ꝓximior. Ang. *cõs. 316. per tot.* vbi, ꝙ requiritur sentẽtia priuationis, & ꝙ ante debet possidere, donec
29 priuetur. † Et est regulare, ꝙ ad hoc, vt fiscus agat petitione hæreditatis cõtra illũ qui occasione delicti effectus est indignus, oportet, ꝙ prius delinquens criminaliter pũniatur. *l. 1. C. vbi causæ fiscales.* Alex. *cõs. 172. in pr. lib. 5.* † Declara, quia si ꝓximior prohibuit testari defunctũ, regulariter aufertur hæreditas ab eo, & applicatur fisco, & debet agi criminaliter cõtra talẽ, & condemnari, si tamen esset lapsũ tẽpus ex statuto agẽdi criminaliter, põt ciuiliter agere.
30 Ale. *d. cons. 172. Super casu*, vbi tollit cõtraria. *li. 5.* quia loquuntur in delicto in omittendo, prout in eo, qui nõ vendicauit necẽ defun-
31 cti, secus in cõmittendo. † Amplia; quia officialis emens per suppositã personã in Prouincia, in qua ius dicit, aufertur pretium, &
32 fisco infert. *l. aufertur. § quod si à præside. ff. de iure fisci.* † Amplia; quia fraudem faciens fisco aliquid recipiẽdo in fiſco præiudicium aufertur ab eo, & tantumdem restituit; *d l. aufertur. ff. de iure fisci.* Am-
33 plia, † quia fiscus aufert ab eo, quĩ non vendicauit necẽ defuncti, tanquam ab indigno, sed tamen tenetur prius agere criminaliter, ante quam agat petitione hæreditatis. Alex. *d. cons. 173. per tot. lib. 5.*
34 maxime *in pr.* † Extende etiam contra hæredes occisi, quando ignoratur, à quo, si antequam quęstione habita de familia seruorũ
35 adiuit hæreditatem. Alex. *d. cons. 172. n. 4. ver. fortificantur. li. 5.* † Declara tamen; quia si occisores mortui sunt, vel non possit contra eos proceđi, quia ignorantur, potest fiscus ciuiliter procedere cõtra indignum, & auferre hæreditatem. Alex. *d. cons. 172. nu. 3. & seq. lib. 5.* vbi *n. 4.* distinguit, si agitur contra principalem delinquentẽ, agitur ciuiliter, si contra tertium prius, agendum est criminaliter.
36 † Amplia; quia si pater instituat partum suppositum facta declaratione, quod sit suppositus, aufertur hæreditas ab eo, & applica-
* tur fisco. *l. aufertur. ff. de iure fisci. in pr.* & hanc* veriorem dicit Fulg. in *l. si pater, in fi. C. de hared. instit.* vbi etiã Corn. *n. 7.* qui dicit, quod aliĩ Dd. non aduertunt, licet contraria sit humanior, quia quando incapacitas prouenit à scelere, semper fisco fit applicatio. *l. Lucius. ff. de iure fisci*, vbi Bart. & alii, & hanc partem tuetur Sign. *cons. 111. n.*
37 12. quando instituens sciuit partum suppositum. † Contrarium tenet ibi glossa, quæ dicit, quod imo applicatur hæreditas veniẽtibus ab intestato, non autem fisco, in *ver. indigno*, vbi Bart. & alii, & melior glossa in *l. si pater.* per illum tex. *C. de hared. instit. in ver. auferenda*, vbi Cyn. Bal. & Salycet. & alii, & est ratio, quia si errauit, habetur pro non scripto, & pro non scriptũ fisco non applicatur.
38 † Declarat gl. in *d. l aufertur*, vt procedat, ꝙ fisco applicatur, si non extant venientes ab intestato, vt illa l. in aliquo faciat ad titulum.
39 † Declara secũdo; quia aufertur ab indigno, & applicatur fisco, qñ indignus priuatur suo delicto, secus, si non deliquit. Bar. *d. l. aufertur. ff. de iure fisci*, vbi idem in spurio; quia incapax est sine suo deli-
40 cto. † Declarat Sign. Homo. *cons. 111. n. 12.* vt si testator ignorauit, habetur pro nõ scripto, si sciuit, applicatur tũc fisco, quia ꝓuenit a scelere, & cũ hac opinione concordat Fulg. *d. l. si pater, C. de hared.*
* *instit.* vbi Corn. *n. 7.* qui dicunt hanc* veriorem, & ꝙ alii Dd. non
41 aduertunt, licet contraria opinio sit humanior. † Amplia, quia si spurius instituitur hæres clandestine, puta, quia accõmodatur fides, ꝙ capax postea spurio restituat, bene applicatur fisco, si ista duo concurrunt, alias secus. Ale. *cons. 202. Perspectis, n. 7. lib. 6.* vbi in fine, ꝙ nõ presumitur clã reliquisse. Bar. *cõs. 119. Dominus Dominicus. lib. 1. n. 2. & 3.* Bal. plene in *l. si quis pater. C. de Epis. & Cler. n. 3. & cõs. 480.*
42 *Testator. nu. 4. lib. 1.* † Fides accõmodata non censetur ex eo solo, ꝙ testator reliquit hæredẽ vxorem cum oñere, quod post mortem suam pro anima testatoris distribueret bona, quibus sibi videbitur. Bart. *cons. 194. Ceccus de Spoleto. in pr. lib. 1.* & ibi apost. in *ver. Ceccus, & in ver. ex isto themate.* † Extende; quia etiam si vxor instituta hæres à marito habente spuriũ filium, vt supra, in vita sua instituat hæredem vniuersalem filium spuriũ mariti defuncti, quia licet sit dubia opinio, an censeatur accõmodasse fidẽ, tamen Bart. *d. cons.*
43 *194. n. 2. & seq. ver. super secundo.* dicit, ꝙ non censetur accõmodata. *lib. 1.* vbi respondet ad contraria. Ale. plene *cons. 51. Viso themate. n. 3.*
44 *ver. super secundo, vsq; in fi. lib. 2.* † Declara tamẽ; quia bene cõpellitur vxor instituta respondere positionib⁹ super fide accõmodata, vel nõ; quia licet cõmineant crimẽ, tamen cõpellitur respõdere super delicto cõmisso, vel nõ cõmisso. Bar. *d. cons. 194. n. 3. ver. super tertio. lib. 1.* † Declara, quia magis præsumeretur accõmodata fides, & sic
45 fraus, si hæres potius ex contractu traderet spurio, quã si ex testamẽto illum hęredẽ instituat. Alex. *d. cons. 51. in fi. lib. 2.* † Extende, vt
46 idem sit, si clericus instituat capacem, vt testituat spurio incapaci, quia si laicus est institutus, applicatur fisco seculari, si clericus est
47 instituꝰ applicatur fisco Ecclesiastico. Bal. *d. l. si quis presbyter. n. 3. C. de Episc. & Cleric.* vbi, quod attenditur causa proxima clerici, non remota. Bart. *d. cons. 119. n. 2. & 3. ver. sed certe. lib. 1.* † Extende; quia si
48 instituatur spurius, & hæres legitimus accommodet fidem de nõ molestando, bene fisco applicatur, nisi fides fuerit palã accõmodata; quia tunc fisco non applicatur, sed hæredibus, ita Bero. *cons.*
49 *164. n. 6. & seq. per tot. lib. 2.* † Et quid si tacite accommodatur fides de restituendo spurio, sed non clare, & præcise Alba. Mand. *cons.*
50 *42. per tot.* † Restringe, quando incapax, puta spurius instituit palã; quia fiscus non aufert, sed veniẽtes ab intestato. Bar. *con. 119.*
* *D. Dominicus. n. 3. lib. 1.* & * communem dicit Alex. *d. cons. 202. per tot.*
li. 6. maxime *n. 7.* & in fi. dicit, quod in dubio palam fecisse præsumitur. † Restringe; quia si instituitur is, qui est incapax, non sui vi-
51 tio, sed delicto testatoris, put spurius, qui est incapax, tũc nõ succedit fiscus, sed veniẽtes ab intestato, ita Alex. *d. cõs. 202. Perspectis,*
* *lib. 6.* vbi est casus consilii, & *n. 5.* dicit * communem, sequitur Gozad. *cons. 20. n. 21.* Bar. in *l. aufertur. ff. de iure fisci, in fine principii*, & plenius in *l. fi. n. 8. ver. quæro, & reuoco. ff. de iis, quibus vt indign.* vbi apost.
52 dat conc. plures, & Bart. plene *cons. 119. lib. 1. per tot.* maxime *n. 2. ver. aut dicimus*, & plenius *n. 6. ver. & licet verum sit.* † Restringe; quia
53 mo etiam si spurius esset ex nobili, non applicaretur fisco, licet testator clam instituisset habilem, qui accommodasset fidem de restituendo spurio, ita Alex. *d cons. 202. in fi. ver. confirmo. li. 6.* † Declarat Rom. quia si pater instituat concubinam, & grauat eam ad restituendum filiabus spuriis publice ex testamento, nõ applicatur
54 fisco; secus, si occulte fidem accõmodasset, ita Rom. *cons. 478. Ilia mater*, vbi pro vtraq; parte, & hanc tuetur, quia valebit quoad matrem; quia concubinæ legari potest. † Limita; quia si legatũ est ſ-
55 ctũ spurio, & datus ei est substitutus, si decesserit sine filiis, & decedat in infantili ætate, nõ succedit fiscus. Alex. *d. cons. 202. Perspectis,*
56 *n. 5. ver. & Oldr. cons. lib. 6.* sequitur Gozad *cons. 21. n. 20.* † Contrarium tenet Rim. Iun. *cons. 279. nu. 126.* † Declara; quia si substituto
57 est compendiosa, quæ continet vulgarem, tunc non potest fiscus prætendere, quia cũ sit incapax, si non est hęres, necesse possit, nõ censetur institutus propter vulgarẽ. Alex. *d. cons. 202. n. 5. & 6. lib. 6.*
58 *ver. & respondet.* † Extende, etiam si datus esset substitutus, puta Rex Franciæ in fraudem, puta, quia vel nõ habebit notitiã, vel quia si habebit, nõ acceptabit substitutionẽ; quia licet cautela sit in fraudem, tamen fiscus nõ aufert, sed nulla est intentio ad fauorẽ proximiorũ Alex. *d. cons. 202. n. 9. & seq. ver. ad prædicta. lib. 6.* † Limita;
59 quia hæres interficiens testatorem, vel interens illi metũ, vt testetur, licet non possit tanquam indignus consequi hæreditatẽ, & ab eo per sententiã sit auferẽda, tamen si extat legitimi hęredes, prout mater, illis defertur hæreditas, non autem fisco. Bal. *cõs. 26. Punctus infrascripti, in fi. ver. quoad tertium. li. 3.* † Contrarium, quod imo
60 succedere habẽs si interficiat cõsanguineũ, cui vult succedere, ad. mittatur à lege ad successionẽ, sed fiscus ab eo vti indigno aufert, tenet Cast. *cons. 171. Visa, & ponderata. col. 3. ver. nam etiã a. lib. 1.* Vide,
61 *Parricidium quid sit. & reiæ pœna. Conc. 90.* † Declara; quia vbicunq; indignus non potest capere, neq; possidere, quia est omnino incapax, nunquam fiscus succedit, sed perinde est, ac si indignus nõ esset in rerum natura, & successio, vel lucrũ spectat ad alios, quibus de iure, vel omnino cessat, si vero indignus quidem capit, sed pro se retinere non potest, sed nõ priuatur iure capiendi, tunc fiscus ab eo aufert, & illi succedit. Bal. *cons. 53. Quædam Domina Ratabella. n. 2. ver. dicet aliquis. lib. 5.* vbi, quod aut cessat acquisitio, & non succedit fiscus, aut imminet ablatio, & succedit fiscus. † Declara, ꝙ
62 quia interficiens consanguineũ, vel parentem, an hęreditas interfecti pertineat ad fiscũ, an ad succedentes ab intestato; distingue tres casus; primus est, quia si extant proximiores in gradu, quã interficiens, ipsi succedunt, si nõ sunt participes; secũdus est, si interficiens esset proximior, tuncipse succedit, & aufertur iã quam
63 ab indigno, & fisco applicatur; tertiꝰ casus est, quãdo extat aliquis in pari gradu cũ ipso interficiente, vel plures in eodem gradu, & Bar. in *l. cõ ratio. § præterea. ff. de bonis damnat.* tenet, quod succedant consanguinei in pari gradu existẽtes per *l. 2. § fratris. ff. si quis aliqu.*
64 *testari prohib.* † Sed tamen Bar. nõ habuit hunc spiritũ excludendi fiscũ à portione interficientis, quin veniat ad fiscum, prout ipsemet Bart. tenet in *l. fi. ff si quis aliq. testa. prohib. n. 11.* & quia tex in *d.*
* *l. 2. § fratris*, quem allegat, ita loquitur, & ista est communis* opinio; de qua attestantur Mandel. *cons. 7. n. 10.* Rolan. à Vall. *cons. 56.*
lib. 1. vbi, quod interficiens non priuatur ipso iure; ideo succedit in por-

in portione sibi tangẽte, quæ auferetur per fiscum. Bosi. *in prax. tit. de iu. quib. vt indig. n.16.* vbi dicit * communem, & de communi et-
62 iam Clar. *in § homicidium, n.22.* † Vel declarat Bart. vt tunc succedat ille, qui est in pari gradu cum interfectore solus, & non fiscus in portione interfectoris, quando ipse interfector ipso iure esset priuatus successione, ita Alex. *cons.202.n.3.ver. tamen præmissis, lib.6.* * vbi dicit * communem, vel quando interficiens non adita hæreditate esset mortuus absq; negligentia adeundi, quia tunc solus superstes succederet. Bosi. *d. tit. de iis, quib. vt indig. n.*18. vbi late di-
63 stinguit. † Bart. vero *cons.119. Dominus Dominicus, in pr. n.2. lib.1. ver. aut dicimus*, idem dicit, quod si institutus est omnino incapax, & perinde est, ac si non esset, & veniunt alii ab intestato, aut est indignus sine culpa sua, prout spurius, & idẽ, aut indignus culpa sua, & fiscus auferr. licet in hoc vltimo casu dicat Alex. *d. cons.202.n.5. lib.6.* quod sufficit, quod ipso iure sit incapax etiam culpa sua. Li-
64 mita, † quia inimicus non dicitur indignus, neq; prohibetur succedere inimico, quia lex inducit successionem, & exquo non dispositi aliter, videtur voluntas accedere, vt succedat. Castr. *consil.* 171. *Visa, & ponderata, col.3. in pr. ver. item non obstat. lib.1.* Vide, *Successio an deferatur filiis, & coniunctis, qui interfecerũt defunctum. Concl.*867.
65 † Limita, quia si pater instituat filium spurium legitimatum, & eidem substituat alium, puta tertium, id non præsumitur contemplatione filii spurii, sed contemplatione substituti. Alex. *consil.*88. *Omissa num.7. ver. ex iis infertur, lib.7.*

Fiscus & Ecclesia æquiparantur, & quando. Concl. 395.

1 PRIVILEGIA † omnia competentia fisco competunt Ecclesiæ, quia in omnibus æquiparantur, *l. fin. C. de sa. rof. Eccl.* gl. *in c. audiui*, & ibi Abb. *de in integr. restit.* Euerard. *in loc.*061. Tiraquell. *de*
2 *priuil. pia causæ priuil.*143. † Contrarium, quod fiscus, & dos æquiparantur circa tacitam hypothecam, non autem Ecclesia, quæ ciuitati æquiparatur. Alex. *cons.*104. *lib.6. in fine.* plene Negut. *de pignor part.2. membr.4. num.*121.

Fisci locum quæ personæ teneant, & eius loco succedant. Concl. 396.

1 PAVPERES † tenent locum fisci in successione male ablatorum testituendorum, ex consuetudine ita interpretante. Fed.
2 de Sen. *cons.33. circa fi.* † Ecclesia Romana vocatur fiscus, ideo succedit secundum aliquos in hæreditate delata Monacho, vel Religioso incapaci, quod sit fiscus, est gl. *in c. quia, de conces. præb.* Fed.
3 de Sen. *cons.20. n.7. ver. alij dicunt.* † Episcopus habet fiscũ & confiscationem. Felin. *in cap. irrefragabili, § cæterum, de offic. ord. n.*11. Couar. *var. resolut. lib.2. c.9. n.*11. vbi de * communi.

Fiscus vendens rem alienam tuetur emptorem, & quando secus. Concl. 397.

1 EMENS † à fisco non potest molestari ab alio; quia si prætenditur, tenetur agere cõtra fiscum. Cuma. *cons.*153. *Ad primum*
2 *respondetur, in fi.* qui loquitur in eo, qui habuit à fisco bona cõfica-
3 ta per crimen læsæ maiestatis, vt nõ possit molestari. Vide plenius, *Præscriptio quadriennij quando habeat locum. vel non. Concl.*574. † Limita, quando quis habet à fisco, vel principe, ex causa lucrativa; quia potest conueniri, non vocato fisco, *l. eum, qui bona ff. de iure fisc.* Roman. *cons.*377. *In dubitatione, in fi.* † Limita in bonis fisco delatis, seu
4 ex successione prouentis; quia sicuti is, cuius erant bona, poterat personali, & hypothecaria conueniri, ita etiam fiscus, & habens causam à fisco siue lucrativam, siue onerosam, *d. l. eum, qui bona ff. de iure fisci*, ita plene Rom. *cons.*377. *In dubitatione. per tot.* † Extende; quia vbicunque fiscus habet bona ex successione cuiuscunque, obligatur eo modo, quo erat obligatus is, cui succedit, personali, & reali, seu hypothecaria, *l.2. C. de bon. proscript.* qui texus licet loquatur, quando fiscus succedit tutori; tamen habet locum in omni successione, Rom. *d. cons.*377. *per tot.*

Fiscus quando reuocet alienata, tanquam in fraudem, vel non. Concl. 398.

1 FISCVS † reuocat alienata, vel donata, tanquam in fraudem fisci, quando alterum de duobus cõcurrit, vel quod in continenti post alienationem, vel donationẽ commisit delictum, per quod causatur cõfiscatio, vel quãdo suberat causa inimicitię tempore alienationis, ex qua causatũ fuit delictum, ita de mente Bar. *in pest. contractum. ff. de donat.* dicit Natt. *cons.*549. *n.9. & per tot.* vbi, quod cessantib⁹ istis valet alienatio. † Amplia, & declara, quia ad 2
inducendam hanc reuocationẽ considerantur quinque tempora, primum ante delictum, secundum post delictum, tertium post delictum, & accusationẽ, sed ante litem, quartum, post litem, ante sententiã, quintum post sententiam, plene Dec. *cons.*224. *In casu magnifici. in pr.* vbi, quod in iis, in quibus fit confiscatio ipso iure, indistincte fiscus reuocat, si alienatio est post delictũ. Clar. § *fin. q.*
78. *nu.*59. vbi de * communi. † Coniecturæ sunt sex principales, *3
prima est, si alienatio est omniũ bonorum, vel maioris partis; secunda, si cõiunctæ personæ; tertia, si alienãs stetit in possessione, quarta, si occulta; quinta, quã de proximo sequitur delictũ; sexta, qñ alienatio, vel donatio fit, si contingat bona confiscari. Dec. *d. cons.*224. *in pr.* vbi, quod vna nõ sufficit, & vide omnino Clar. § *fi. q.*78. *n.*17. *ver. fraus*, vbi dicit * commun. † Contrariæ coniecturæ, 4
quæ excludunt fraudem, prima, si alienatio fit titulo oneroso, nõ autem lucratiuo, secunda, si alienatio ex causa necessaria, non voluntaria, tertia, si delictum commissum, vel cõmittendum sit occultum. Dec. *d. cons.*234. *n.1. ver. item aduertendum.* alias ponit Pet. de Anch. *cons.*251. si pretium fuit numeratum, & solutum, vbi, quod multũ releuat, item, si emptor percipit fructus, item, si venditor erat absens à ciuitate, in qua processus formatur, ita vt verisimiliter potuerit ignorare. † Amplia, quia fiscus, quando habet hypo- 5
thecam tacitam, vel expressam contra suum debitorem, cõpellit eum ad acceptandum legatum, vel hæreditatem acquirendam, ne frauderur. Pet. Anch. *cons.*101 *in fi.* † Amplia maxime in dona- 6
tione causa mortis; quia etiã si esset sine fraude, & nõ cõcurrerent duo, de quibus supra, tamen reuocatur, & confiscatio illam comprehendit. Nat. *cons* 139. *n.*12. *ver. de donatione aũt causa mortis.* † Re- 7
stringe in donatione causa mortis facta vxori; quia non cadit in confiscatione, sed consolidatur vxori, licet maritus bannitus posfit illam reuocare, & bona non spectarent fisco, ẽt facta reuocatione. Bald. *in l executorem, n 30. ver. quæro. quidam timens. C. de execu. rei iud.* Natt. *d. cons.*549. *in fi.* † Amplia in donatione omnium bo- 8
norum; quia præsumitur in fraudem. Alex. *cons.*55. *n.*5. *lib.*1. Corne. *cons.*140. *lib.*2. † Extende idem, si quasi omnia bona, seu maiorem 9
partem illorum donauit. Alex. *d. cons.*55. *n.*5. *lib.*1. † Extende idem, 10
si donauit omnia meliora; quia præsumitur fraus, & quod sufficiat dicere, donantem non habuisse alia bona, & qui vult dicere contrarium, probet, & facta contraria probatione tunc sufficiat docere, quod fuit meliora. Alex. *d. cons.*55. *n.6. lib.*1. vbi apost. *in ver. per glossi.* † Limita in donatione facta per annos 11. antequam do- 11
nans esset de falso inquisitus, & condemnatus, quia non est verisimile, quod per 11. annos ante testis posset cogitare, quod examinaretur, & deponere falsum, & bona sua confiscarentur, ita Nat. *d. cons.*549. *per tot.* vbi est casus. † Limita regulariter, quia confisca- 12
tio nõ trahitur ad bona alienata ante delictum, pro quo est facta confiscatio. Alex. *cons.*84. *In causa, quæ vertitur. in prin. lib.*3. sequitur Dec. *cons.*234. *in pr.* Pet. de Anch. *cons.*251. *Quæstio talis est*, vbi, quod requiritur, quod emens fuerit particeps criminis, alias emẽs præfertur fisco. † Declara, nisi constet, quod in fraudem fisci fuerit 13
facta Dec. *d. cons.*234. *in pr.* Clar. *d. § fi. q.*78. *n.*16. vbi de * communi. † Limita, quia imo confiscatio non reuocat bona alienata et- 14
iam post delictum prætensum; quia ex quo condemnatus postea tempore venditionis erat administrator rerum suarũ potius contra fiscum, quam contra tertium emptorem est declarandum, nisi probetur, quod emptor fuit particeps, & conscius. Pet. de Anchar. *cons.*251. *n.*4. *& seq.* & quod ista ratio requiratur etiam, vt reuocetur alta alienatio, quæ dicitur in fraudem. Alex. *cons.*55. *Considerata verbis. col.2. circa fin. ver. sed vbi alienatio. lib.*1. † Extende etiam 15
in eo, qui habuerat monitorium sub pœna æris, & habere; quia non retrotrahitur, nisi probetur, quod emptor fuerit fraudis particeps. Anchar. *d. cons.*251. *in fin.* † Extende etiam in causa criminis 16
læsæ maiestatis; quia requiritur, quod emptor fuerit particeps fraudis, alias præfertur fisco. Anchar. *d. cons.*251. *n* 6. † Contrarium, 17
quando confiscatio est facta ipso iure, quia omnis alienatio post delictum est nulla. Dec. *d. cons.*234. *col.3. in princip. vers. veniogitur.* Vide, *Alienatio facta in fraudem qualiter reuocetur. Conclus.*268. Vide, *Confiscatio generalis, seu vniuersalis quæ bona comprehendat. Conclus.*719. Vide, *Fraudulenter facta in fraudem creditorum qualiter dicantur, & reuocentur. Conclus.*479. *cum duabus sequentibus Conclusionibus.*

Fiscus in dubio an succumbat, vel non. Concl. 399.

IN † dubio interpretatio fit contra fiscum, *l. non puto. ff. de iure fisc.* 1
vbi glossa exponit de eo, qui potest leges interpretari, & cui statur, quia non delinquit, si contra fiscum interpretatur, & idem dicit posse intelligi de iudice. Conar. *variar. resolut. c.16. in princ. &* tradunt Doctor. *in authent. bona damnatorum, C. de bonis proscript.* vbi

Fulgos. dicit, quod ipse est inimicus fisci, & ideo tenet contra fiscum, & quod in dubio contra fiscum. Ægid. Bellam. *cons.* 30. *n.* 7.
2 Abb. *cons.* 69. *Videtur primo, in fi.* & plenius *cons.* 106. *in fi. lib.* 1. † Extende, quia vbi agitur de confiscatione, & non confiscatione, in dubio contra fiscum pro non confiscatione pronunciatur. Boer.
3 *decis.* 264. *n.* 13. *in fine.* † Extende in pactis. Ægid. Bellam. *d. cons.* 30.
4 *n.* 7. † Extende, vbi agitur de gabella, an debeatur, vel non debeatur, quia iudicandum est in dubio, quod nulla gabella debeatur. Deci. qui alios allegat *cons.* 457. *in causa gabellæ, n.* 8. Abb. *consil.* 69.
5 *Videtur primo, in fi. lib.* 1. *& per tot.* † Et quando dubium potest esse, an quis debeat condemnari pro gabella fraudata, vel non, in dubio contra fiscum, & pro absolutoria. Abb. *cons.* 106. *Visa quadam,*
6 *in fi. lib.* 1. † Et de intelligentia dicti text. maxima est controuersia. Vide plurimos diuersimode sentientes per apostillam magnam ad *singul. Mathes.* 71. vbi pulchre de intellectu disserit, & plures dat
7 intellectus. † Amplia, quia contra fiscum in dubio fit interpretatio, qñ agitur de pœna, vt quia auferatur ab indigno, vt fisco applicetur. Rom. *cons.* 185. *Pro decisione, n.* 8. *ver. tertio hæc pars.* † Amplia,
8 quia *l. non puto. ff. de iure fisc.* procedit in casibus dubiis, in quibus fiscus nullum habet priuilegium, sed vtitur iure priuati, quia in casibus tantum expressis fiscus vtitur priuilegio, in non expressis vtitur iure priuati, si eque in dubio contra fiscum pronunciatur, vt
9 non habeat priuilegium. Nicol. Moron. *tract. de fide, treuga, & pa-*
ce. l. 18. † Extende, quia imo præfertur priuatus fisco in multis, quia si duo instrumẽta reperiuntur eodem die facta, vnum in fa-
10 uorem fisci, aliud in fauorem priuati; primum censetur factum ad fauorem priuati. Bart. *in l. non puto. ff. de iure fisci.* plene Marc. *in repet.*
rub. de prob. n. 392. † Extende, vt contra fiscum sit pronunciãdum in dubio, siue dubium sit propter opiniones Doctorum, siue quia
11 sententiæ, & instrumenta contraria reperiantur; siue ẽt quia probationes sint contrariæ. Mathesila. *d. singul.* 71. *nota vnam regulam.*
12 † Contrarium, quod imo, si duo reperiuntur instrumenta eodem tempore facta non præferatur priuatus, sed fiscus, commun.* di-
cit apost. magna ad *Sing. Mathes.* 71. *in pr.* vbi, quod non est verum, quod contra fiscum in dubio pronunciatur, sed quod fiscus non
13 vtitur iure fisci in dubio, sed iure priuati, ideo illud contra fiscum
14 est ratione priuilegii. † Declara, quia si fiscus agit de lucro captando in dubio contra fiscum, secus si de damno vitando, ita Marc. *in*
rub. C. de prob. n. 293. apost. 1. *ad d. singul. Mathes.* 71. *in ver. nota vnam.*
15 Couar. *var. resol. c.* 16. *in pr.* & sic videtur intelligere Ægid. Bell. *cons.*
16 20. *n.* 6. *inst. & n.* 7. Abb. plene *cons.* 69 *in fin. lib.* 1. † Declara, quia si agitur de prælatione, vt si quis teneatur ad pœnam fisco, & priua-
17 to ex eodem delicto, præfertur fiscus priuato, secus, si fiscus agat de lucro, priuatus de damno, veluti si fiscus agat ad pœnam, pri-
* uatus ad interesse, communem * dicit Clar. § *fi. q.* 78. *n.* 31. *vers. vidi*
18 *quandoque.* † Declara, quia fiscus est omnibus odiosus; ideo dicit
Fulg. *in d. auth. bona damnatorum*, quod in dubio contra fiscum, & dicit maxime ipsum tueri hanc partem, quia semper fuit inimicus
19 fisci, sic q; videas fiscum esse deterioris cõditionis, quia Doctores
20 huc inimici fisci. † Limita, quia in pari probatione fiscus obtinet, etiam si sit actor. Couar. *var. resol. c.* 16. *n.* 2. *&* 3. vbi plura. † Limita,
21 quia *l. non puto. ff. de iure fisci*, loquitur, quando agitur de multiplicando priuilegio fisci, quia tunc contra fiscum, vel si agitur de lu-
22 cro fisci, alias secus. Deci. *in rubr. extra de iudic. in fin. in* 2. *lect.* † Limita, quia si causa fisci est onerosa, & priuati lucratiua, præfertur fi-
* scus in dubio, secundum * communem, de qua apostilla ad Ma-
23 thesil. *singul.* 71. in apostilla magna, quæ dicit * communem. † Et quod si fiscus agit ex causa onerosa, præferatur priuato; secus, si
24 ex causa lucratiua, prout loquitur *d. l. non puto*, late Iason *in l.* 1. *ff. so-*
luto matrimon. num. 37. vbi dicit, quod ita est distinguendum, & dicit esse * communem distinctionem. Negus. *de pignor. part.* 2. *mem-*
25 *bro* 4. *num.* 117. *& seq.* † Limita, quia multi sunt casus, in quibus fiscus in pari causa præfertur, veluti in contractu eadem die facto
* cum fisco, & priuato, quia præfertur fiscus, secundum * commu-
26 nem, d. apostilla magna ad *singul. Mathes.* 71. † Et quod vbi agitur de prælatione, semper fiscus præferatur priuato, secus, si agatur
27 de articulo iuris, in quo loquitur *l. non puto. ff. de iure fisci.* Bald. No-
uell. *de dote, in* 9. *parte principal.* 1. † Contrarium tenet Negus. *de pign.*
28 *parte* 2. *membr.* 4. *num.* 117. *in fin.* vbi reprobat Bald. Nouell. *nu.* 118.
29 † Limita, quia imo incertitudo, quis primo percusserit, vel insultauerit, non nocet fisco, quin puniri debeãt ambo rixantes. Boer.
30 *decis.* 237. *per tot.* † Contra omnes limitationes tenet Iason *cons.* 99.
lib. 1. *colum. fin. vers. fic non obstat etiam.* vbi, quod indistincte, & semper fit interpretatio contra fiscum, & quod limitationes non
sunt veræ. Vide Conclusionem proxime
sequentem.

Fiscus est deterioris conditionis, quam priuatus in multis. Concl. 400.

Fiscvs, † quando pars offensa non subministrat indicia, cum maxima difficultate reperire potest indicia, vel probationes.
1 Clar. *in § fi. q.* 58. *in pr.* † Et Doctor. inclinant facile contra fiscum,
2 quia sunt inimici fisci, vt de seipso dicit Fulg. *in auth. bona damnato-*
rum, C. de bon. proscript. circa fi. † Et offensio, quæ fit fisco, ne inroget
3 pœnam, non est considerabilis, sicut offensio ad interesse priuati, quia pœnæ non inrogatæ indignatio solã duritiam continet, ideo
frater, qui potest esse testis idoneus ad defensam pro fratre, dum-
modo talis defensio nõ redunder in offensam alterius, potest esse
ad offensam fisci, ob non inrogationẽ pœnæ. Alex. *cons.* 4. *Visa pro-*
4 *cessu, in fi. lib* 6. Vide Concl. prox. præced. † Amplia, quia fiscus licet ratione confiscationis succedat delinquenti, tamen est deterioris conditionis, quia non succedit in iure conditionali etiam ex contractu competente ipsi delinquenti. Boer. *dec.* 351. *in fin.*

Fisci procurator, & aduocatus non habent iurisdictionem, sed solum iura fisci proponunt. Concl. 401.

Fisci † procurator & aduocatus non habet iurisdictionem,
1 sed tantum iura proponit. Vrsill. *in addit. ad Afflict. decis.* 4. *n.* 4.
† Differunt aduocatus & procurator fisci à procuratore Cæsaris;
quia loco procuratoris Cæsaris sunt Præsides prouinciarum. Vr-
sill. *d. addit. ad decis. Afflict.* 4. *nu.* 2. *& seq.* † Amplia, quia non potest
procurator, vel aduocatus fisci concedere saluum conductum
Afflict. *d. decis.* 4. *per tot.*

Florentinorum facta, & alia notabilia. Concl. 402.

Florentini † tempore, quo Rex Ladislaus occupabat vr-
1 bem Romanam, & alias ciuitates Ecclesiæ, fideiussores fue-
runt pro Romano Pontifice in summam sicut. 80. mill. apud Co-
mitem Montis Feretri conductum ab Ecclesia pro electione La-
dislai. Gemin. *cons.* 74. *per tot.* maxime *num.* 7. † Romana Curiæ
1 fidebat Florentiæ tempore Fulgosii, vt ipse attestatur *cons.* 236. *in*
fin. in prin. vbi, quod Commune Florentiæ nunquam fuit contra
Ecclesiam, neq; tuetur commendatos facientes bellum cum Ec-
clesia Romana. † Matrem eloquentiæ appellat, Fulg. *cons.* 45. *pre-*
3 *ponitur, quod, circa fin.* vbi, quod studet breuitati, & quando enun-
ciat Petrum filium Nicolutii, omittit verbum, *filium*, & dicit Pe-
trus Nicolutii, & idem Alex. *cons.* 125. *n.* 3. *& 6. lib.* 7. vbi, quod illa
verba genitiui notant patrem. † Ciuitas Florentiæ fuit dominum
4 liberum. Gemin. *consil.* 74. *n.* 2. *vers. quod autem ciuitas.* † Imo, quod
non recognoscat superiorem, sed vices principis teneat. Fulgos.
cons. 149. *in princ.* Castr. *cons.* 118. *Quod dicis. ver. breuiter. lib.* 1. allegat
Cyn. & Bart. ita tenentes *in cons.* 235. *col penult. ver. non sic tamen, lib.* 1.
† Et quod habeat iura Imperii, & supremam iurisdictionem. Per.
6 Anch. *cons.* 87. *Omisso primo, in princ. & cons.* 271. *num.* 11. *in fin. & cons.*
164 *in prin.* Socin. *cons.* 81. *num.* 3. *lib.* 1. Abb. *cons.* 91. *col.* 4. *in prin. lib.* 1.
Felin. plene *in c. quæ in Ecclesiarum, de constit. col.* 2. *in fin. vers. & tamen est*
populus Florentinus, vbi apostilla *in ver. Florentinus*, allegat Socin. *cons.*
81. *In præsenti, circa med. lib.* 1. plene Roman. *consil.* 456. *In proposito, in*
princip. vbi apostilla 1. dat plures concord. & dicit * communem.
† Et quod ciuitas Florentiæ habeat tantam authoritatem inter-
7 ritorio suo, quantam Imperator in vniuerso; ideo potest impone-
re subditis suis superindicta, & onera extraordinaria, & illa facere
ordinaria, bona confiscare, fingere prout princeps. Abb. *cons.* 20.
Videtur primo, lib. 2. † Et quod Florẽtini de facto, prout Rex Fran-
8 ciæ, non recognoscunt imperium, & si vellent, possent de facto
non seruare leges Imperiales, tamen illis vtuntur. Castr. *cons.* 57.
Visa, & ponderata, col. 2. *in princ. lib.* 1. vbi, quod bene subsunt legibus
Imperialibus, quia illis vtuntur. † Et de Republica Venetorum,
9 & Ianuensium, & olim Florentinorum, quod non recognoscant
Imperium. Menoch. *consil* 2. *n.* 66. *& seq. lib* 1. vbi, quod à Rodul-
pho sex millibus, & alii duodecim millibus coronatis libertatem
redemit. † Et quod Respublica Florentiæ æquipolleat Reipubli-
10 cæ Romanorum, cùm superiorem non recognoscat ciuitas illa.
Alexan. *cons.* 196. *Perspectis, n.* 3. *ver. vel Republica, lib* 6. † Respublica
Florentiæ habet fiscum, & procedit à pari cum omni priuilegio
fisci, qui reputatur minor, & à pari cum minore ambulat fiscus.
Alex. *cons.* 196. *Perspectis narratis in themate, vol.* 6. *col.* 2. *n.* 3. vbi loqui-
11 tur in Republica Florentina, & quod competit restitutio in integ-
grum. † Extende, quia imo nedum habet priuilegia minoris, sed ea
pupilli, quod maius est, gloss. & Bart. *in l. Respublica, C. ex quib. caus.*
maiorum.

remiorib. & in l. rempublicam, C. de iure reipubl. lib. 11. & ideo statutum excipiens minorem, vel pupillum, excipit fiscum, & rempublicam Florentiæ, absque extensione; quia vbi eadem est ratio, cessat extensio; quia est comprehensio, cum iuste tacite, Bald. *in l. omnes populi, col. pen. vers. vltimo quæritur, n. 24. ff. de iustit. & iure.* † Amplia, quia æquiparatur reipublicæ Romanæ, vt per Alexan. *d. cons. 196. colum. 2. vers. saltem cum respublica Florentina, lib. 6.* & ideo sicut non præscribitur contra Romanam. Bartol. *in l. fin. C. de fundo patrimon. lib. 11.* & per Soci. *consil. 166. In causa communitatis montis Nigrisolum fin. ver. sed clarum est, lib. 2.* ita nec contra eam. † Extende, quia contra fiscum Florentiæ in iis, quæ habent continuum, & vniformem modum soluendi, nunquam præscribitur, vt in terminis Cast. *cons. 212. Postremo resista. col. 1. vol. 2. in antiq.* alias secundum nouam impressionem. 313. *vol. 1.* licet teneat contrarium in iis, quæ non habent vniformem modum soluendi. † Ampliа, quia respublica de honestate non ligatur propriis statutis, vt in simili de Duce Ferrariæ Cardin. Zabarel. *cons. 2.* sequitur Felin. *in cap. 1. in col. 9. versic. quarta declaratio. de constit.* & facit Baldus in *l. omnes populi, versic. vltimo quæritur. ff. de iustit. & iur.* † Non tamen habet maiestatem ciuitas Florentiæ, licet possit condere statuta; ideo crimen læsæ maiestatis in ea non cadit de iure communi. Bald. *consil. 58 & 59. lib.* licet de facto seruetur contrarium. † Iura fiscalia, & regalia habet Commune Florentiæ authoritate Cæsarea, vt de auditu refert Ang. *cons. 206. Inter ordinamenta, in princip. & cons. 279. num. 3. vers. quid dicendum, & cons. 357. num. 3. in fi. ver. de tertio.* † Et habet fiscum, & Cameram fiscalem. Bartol. *in l. item veniunt, § senatus. ff. de pœnis hæredit.* Bald. *in l fi. C. de hæred. vel actio. vend.* Rom. *cons. 222.* Fulgos. *cons. 37.* Alex. *cons. 31. lib. 1.* & superiorem non recognoscit. Bart. *in l. hostes, ff. de capti. in fi.* Socin. *cons. 275. vol. 2.* Dec. *cons. 121.* & idem Dec. *cons. 357. Et de ciuitate Lucana.* Ang. *consil. 223.* † Declara tamen, quia licet Florentini, & Veneti non recognoscant Imperium, neque superiorem; tamen quia vtuntur legibus communibus, valet legitimatio facta per Papam, & Imperatorem in eorum territorio propter supremam per totum orbem iurisdictionem, maxime voluntariam in legitimando, nisi contrarium appareat in specie præscriptum, late Paris. *cons. 10. num. 120 & seq. lib. 2.* allegat Soci. Decium, & alios. † Et quando Florentini, & Lucenses emerunt libertatem ab Imperatore, Honorius Papa lætitiam faciebat; quia Imperator absentabatur à cõspectu ecclesiæ. Neuiz. *cons. 86. nu. 9.* ex quo infertur, quod istæ duæ ciuitates erant amicæ ecclesiæ, & Sedis Apostolicæ. † Pisarũ ciuitas effecta de Comitatu Florentiæ subiacet legibus Florentiæ etiam factis, antequam esset effecta subiecta. Cast. *cons. 235. Cum super, col. pen. ver. restat. lib. 1.* † Et fuit granata ciuitas Pisarum de anno 1411. ad solnẽd. florenos bis mille singulo mense. Cast. *cons. 233. 234. & 235. lib. 1.* vbi disputatur, an ex quo fuit facta defalcatio, seu dilatio, teneatur soluere operæ virgratiata summã pro gratia. † Aretinam ciuitatem acquisiuerũt Florentini sub suo dominio sudore, & labore, vt inquit Ang. de Perus. cõs. 15. *Quæcunq; diximus, in fi.* & quod sit subdita, & grauata sirã Communi Florentiæ ad cõtribuendum reddituibus mõtis Florentię. Abb. cõs. 20. *lib. 2.* qui dicit ipsos in bellis satis fuisse grauatos. † Et dicitur supposita, & de territorio Florentiæ. vna cum ciuitate Pistorii à terrendo. Io. And. *in cap. vt animarum. § statutum de constit. in 6.* sequitur Ruin. *cons. 1. num. 2. in fi. lib. 4.* † Contrarium, quod dicatur recommandata ciuitati Florẽtiæ, licet consignauerint fortalitia, & alia fieri posse cõsenserit p Florentinos, tamen remanet libera. Soc. *cons. 7. lib. 1.* vbi, quod Aretina ciuitas videtur commendata, & *cons. 74. n. 8. eod. lib.* Felin. *in c. postulasti, n. 10 de foro comp.* † Declara, quia ciuitas Pistorii fuit reintegrata plene de anno 1420. & de anno 1440. vbi dicit Socin. *cons. 302. in pr. lib. 2.* vbi, quod non possunt exigere gabellas ab iis, qui soluunt Florentinis, ne duplici onere grauentur, & ne derogent gabellis superiorũ suorum. † Imo Felin. ibi in subscriptione ad *d. cons Socin. 302. lib. 2.* dicit, quod licet Aretini possint facere soluere æstimũ; nõ tamen compellunt soluentes Cõmuni Florentiæ, ne duplici onere, &c. † Pistoriensis ciuitas fuit à Florẽtinis submissa, & acquisita dominio suo de anno 1401. & cassarunt statuta vetera, & de anno 1517. concesserunt noua statuta cõformia veteribꝰ, de triẽnio in triennium confirmanda, & hæc confirmatio est bursalis pro Cãcellatus, & aliis ministris; ideo licet non cõfirmentur, valent semel cõcessa, quoad particularia negocia, & possunt compelli ad confirmandum, & soluendum, quod debetur ex confirmatione. Cast. *consil. 256. Videtur manifeste, li. 2. per tot.* † Sarzana ciuitas fuit subiecta Communi Florentiæ habẽti supremam superioritatem. Alex. *cons. 33. n. 2. lib. 4. per tot.* vbi dicit idẽ de Castro nouo, & ponit tenorem capitulorum datorũ à Republica Florentiæ, & concludit, quod iurisdictio passiue inest territorio Sarzanæ, actiue m prætore misso à Florentinis, exceptis aliquibus Sarzanæ competentibus, prout in iure collectandi. † Recommendatos habet plures populus Florentiæ, qui se supposuerunt sponte, vel etiam coacte, sed dicuntur capitulati, ei soluunt censum, vel brauium singulo anno, & tales non sunt subiecti, sed liberi, vel remanent subiecti illis, quibus erãt ante submissionem, ita Gem. *cons. 81.* qui loquitur de quodam Comite, & de ecclesiasticis personis. Corn. *cons. 184. lib. 4.* loquitur de terra Matuliani. Soc. Sen. *cons. 7. lib. 1.* loquitur de ciuitate Aretii. Soc. *cons. 302. lib. 2.* loquitur de ciuitate Pistorii. Castr. *cons. 314. Postremo, lib. 1.* loquitur de terra Castillionis, & de illis de Sancto Geminiano, quod per contractum se supposuerint certis conditionibus cum Communi Florentiæ. Castr. *cons. 21. n. 2. lib. 1.* & rursus *cons. 319.* vbi, quod fuit de anno 1353. *lib. 1.* & de S. Geminiano, S. Miniato, & terra Prati. *consil. 284. Visis, & ponderatis, col. 2. ver. remanemus, per tot. lib. 1.* † Leges suas, & statuta, licet inualida, seruant Florentini, quicquid velint, & cantent iura in contrarium, ita Roman. *cons. 392. Circa primum, n. 7.* quem sequitur Feli. *in c. quæ in ecclesiarum, nu. 13. ver. cæterum.* vbi, quod non patiuntur Florentini disputare de eorum statutis, & idem dicit plene Dec. *cons. 37. In causa rigorose, n. 4. ver. præterea apud dominos Florentinos.* Castr. *cons. 194. Viso statuto, circa fin. lib. 1.* vbi, quod non potest de validitate statutorum disputari sub pœna, vbi concludit, quod paria sunt, esse valida, vel sub pœna disputari non posse de validitate. † Florentini occuparunt multa castra, postea obtinuerunt sibi illa confirmari ab Imperatore, quæ confirmatio non tribuit illis titulum; quia possessio violenta non confirmatur, nisi in præiudicium confirmantis, quãdo sciebat occupationem, & ita conciliantur opiniones controuersæ, plene Alex. *cons. 123. Scripsit, col. fi. n. 28. & seq. lib. 4.* † Declara; quia istud fuit, antequam essent moderata per nouas reformationes, sed hodie cassata sunt omnia statuta, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam; ideo potest disputari, & obiici, quod statutum cõtra libertatem ecclesiasticam est sublatum. † Prouincia censenda est ciuitas Florentiæ, quia principis locum habet; ideo prætor Florentiæ habet plenam præiudis authoritatem. Anch. *cons. 164. De iuribus, & efficacia. in prin. & n. 9.* † Potestas Florentiæ habet plenam iurisdictionem, & potest via iuris compellere officiales Communis grauantes tertios possessores, vt desistant; quia non habent officiales iurisdictionem priuatiuam potestatis. Anch. *cons. 164 per tot.* † Decem baliæ sunt officiales deputati ad Gubernium status publicum; ideo non possunt concedere moratoriam ciuilem; quia non respicit statum publicum. Io. de Imo. *cons. 52. in prin.* † Sex officiales rebellionum ciuitatis licet habeant maximã authoritatem, non tamen possunt cõtra priuilegium magnificorum Priorum, & Vexilliferi iustitiæ aliquid facere; quia tale priuilegium est à Populo concessum, & Consiliarii nõ potuerunt dando facultatẽ derogare huic priuilegio, quod est, quod per annum post finitum officium non possint inquiri de aliquo delicto, nisi pro homicidio, vel pvulnere, cum sanguinis effusione. Io. de Im. *cons. 107. per tot.* † Priuilegiũ Vexilliferi iustitiæ, & Priorũ est, quod durãte officio, & per annũ post depositum officium, non possunt molestari pro aliquo delicto, sed solum pro homicidio, & vulnere commisso, cũ sanguinis effusione. Io. de Im. *d. cons. 107.* † Prati terra est de Comitatu Florentiæ. Roman. *cons. 460. Illa verba, in fi.* † Guerram habuit ciuitas Florentiæ vnita cum ciuitate Bononiæ contra Comitem Virtutũ dominum Mediolani, & tandem capitula pacis fecerunt, de quibus Angel. *consil. 257. Inter capitula* vbi consuluit, an Paulus filius Lapi Calonchio debeat liberari à carceribus, in quibus erat, tanquam reuelator secretorum Reipublicæ Comitis virtutũ. † Confœderationem fecit Cõmune Florẽtiæ cum domino Mantuæ, & multis aliis contra Ducẽ Mediolani, & adhærẽtes, inter quos fuit bellum, & cum Duce Mediolani erant Pisani, & Senenses, contra Florentinos. Ang. *cons. 391. per tot.* vbi, quod multum debet dominus Mantuæ Florentinis. † Guerram etiam habuit cum Duce Mediolani tempore Io. de Im. qui *cons. 51.* dicit, quod erat bellum illicitum; quia tam Florentia, quam Dux Mediolani recognoscũt Imperiũ, & licet de facto nõ recognoscant, attendi debet, quod de iure est, non quod de facto fiat; ideo captiui sunt male capti in illo bello. † Treugã fecit cum Duce Mediolani, & Comes Rubertus, disputatur, an sit comprehensus tanquã adhærens Ducis, vel ne, quia verbo adhærebat Duci, & facto adhærebat Cõmuni Florentiæ. Angel. *consil. 390. Charissime frater*, vbi, quod non est adhærens. † Item vnita cum Communi Bononiæ, & Astorgio Manfredo, fecit pacem cum Marchione Ferrariæ. Ang. *cons. 337. Inter alia capitula.* † Item cum Comite Montis Feretti habuit guerram Commune Florentiæ; quia Comes Antonius spoliauerat Com. Franciscum Gabrielliũ Castro Cãtiani; ideo Comes Antonius fe-

cit compromissum in Commune Florentiæ, mediante Giberto
46 Pio eius nuntio. Fulg. *cons.* 147. *Orta guerra, lib.* 2. † Confœderationem habuit Commune Florentiæ, & recommendatos Comitem Vrbini, & Brachium de Fortebrachio, & cum Comes Vrbini esset creatus Dux Spoleti à S.R. Ecclesia, & ipse Dux conuocasset omnes communitates, & Terras, D. Brachius mouit litem Comiti, & sub prætextu, quod conuocasset cõmunitates sibi subiectas, & occupauit Eugubium, & Assisium Comiti Vrbini, vt per Fulg. *cons.* 236. *Magnificum, & excelsum*, vbi consulit, quod Commune teneatur adiuuare Com. Vrbini; quia Brachius iniustum bellum mo-
47 uit. † Guerram habuit cum ciuitate Senarũ de anno 1399. sed facta est confœderatio inter dictas duas ciuitates, de anno 1404. vt refert Fulg. *cons.* 149. *nu.* 3. vbi tuetur quendam malefactorem, qui ceperat homines in territorio Senarum, illosq; vendiderat inimicis captorum ad interficiendum in territorio Florentino, vt cen-
48 seatur liberatus ex pactis confœderationis. † Senarum ciuitas habet conuentionem cum Florẽtia, quod fiat ius summarium subditis contra subditos; sed tamen non habet locũ, si Senensis conueniret clericum beneficiatum, vel religiosum, vel etiam equitẽ Hierosolymitanum; quia in generali conuentione non veniunt
49 exempti. Soc. *cons.* 74. *n.* 11 *lib.* 1. † Concilium factum Senis, in quo Archiepiscopus Florentiæ interuenit, vt dicit Abb. *cons.* 7. *col pen. ver. nunc descendo, lib.* 2. vbi, quod Clerus non potest repetere pecunias datas Archiepiscopo pro concilio adeundo; quia pro com-
50 muni vtilitate fuit. † Palatium Vniuersitatis mercatorũ Florentię fuit concessum per Commune Florentiæ liberum mercatoribus; qui tamen dicuntur solum habere vsum dicti Palatii. Angel. de
51 Perus. *cons.* 18. *Reperitur ista reformatio.* † Balnea Vulterræ fuerunt
52 fabricata per Cõmune Florentiæ. vide Ang. *cons.* 19. *Officiales Com-munis, per tot.* † Archiepiscopum Pisanum suspendi fecerunt Florentini; quia coniurauerat, & seditionem fecerat in ciuitate con-
53 tra Laurentium de Medicis; † & ideo Sixtus IV. supposuit ciuitatem interdicto ecclesiastico, & priuauit eam episcopatu. Super quo facto ad fauorem Florentinorum, quod iniuste fuerint declarati interdicti, & excommunicati, cõsuluit Hieronymus Tortus cons. posito post cons. Ant. de Butr. & Curt. Sen. *cõs.* 20. quod
54 est Socin. & *cons.* 21. quod est Collegii † Doctorum Florentiæ, & Franc. Aret. *cons.* 163. qui omnes concorditer tenent, quod excõmunicatio fuit iniusta; quia non seruatis seruandis, & non proba-
55 tis probandis, vt videri possunt. † Et commota est lis, & bellum inter summum Pontificem & ciuitatem Florentiæ, quia nedũ suspenderunt Archiepiscopum in habitu Archiepiscopali, sed etiã Legatum Cardinalem detentum habuerũt per multum tempus,
56 spretis oratoribus Apostolicis, vt dicit Corn. *cons.* 12. *n.* 5. *lib.* 4. † Archiepiscopus Florentiæ tũc Episcopus latissimam ab Imperatore habuit facultatẽ legitimandi; super qua Anch. *cons.* 308. *Prima fa-
57 cie, per tot.* † Archiepiscopus Florentiæ habuit multas differentias cum Clero, super quibus Abb. *cons.* 7. *Tria, per tot. lib.* 2. vbi pro Archiepiscopo consuluit, quod non teneatur contribuere Clero super oneribus agnitis, & solutis per Clerum sine Archiepiscopo; quia non valuit, quod non teneatur ad vsuras solutas per Cleri-
58 cũ. † Item *col.* 4. *in d. cons.* 7. *lib.* 2. *ver. expedito* 1. *dubio.* dicit, quod licet Episcopi non possint visitãdo recipere, nisi victualia, alias restituũt duplũ intra mensem, & si non restituant, suspenduntur, & si post mensem celebrant, efficiunt irregulares; tamẽ fallit in Archiepiscopo Florẽtino, qui ex cõsuetudine immemorabili potest exige-
59 re certũ quid vltra victualia, & habet vim tituli, & valet, & excu-
60 sat. † Item in fi. d. consilii dicit, quod Archiepiscopus non tenetur contribuere clero prò donatis Papæ sine sui licẽtia. † Repressaliæ concessæ fuerunt per Ianuenses contra Florentinos, pro quarum
61 nullitate consuluit Ang. *cons.* 196. *Nam sunt octuaginta.* † Nonnulli fuerunt odibiles Reipublicæ, & quidam Thomasinus insignis rebellis fuit, qui à fratre patruele fuit interfectus vigore cõstitutionis, & interficienti fuerunt promissi duo millia aureorum; tamẽ versa fuit controuersia, an deberentur, & an deputati haberent hanc facultatẽ, super affirmatiua consuluit Bald. *cons.* 263. & 264.
62 *Qui seruore publicæ, lib.* 3. † Nerli sunt nobiles feudatarii, & Tancredus fuit primus inuestitus ab Imperatore de feudis. Anch. *cons.* 308.
63 *n.* 5 vbi, quod tũc erant lapsi 97. anni. † Onera, & præstantias licite imponere potest cõmune Florentiæ subditis suis ex concessione Cæsaris; quia habet iura fisci, & regalium. Ang. *cons.* 206. *per tot.* vbi, & ex tali impositione obligantur loca pia, quæ succedunt lai-
64 co obligato oneribus. † Officiũ rationeriorũ erat in ciuitate Florentię, cora quibus cõfirmabantur, vel infirmabant donationes, & eis poterat donari nomine Communis Florentiæ ex particulari prouisione dicti Communis. Ang. *cons.* 279. *Pactus talis est in cons.*
65 *per tot.* † Constitutio est circa officia, quod extractus ad officium conseruatorum vacet ab officiis extrinsecis ciuitatis, prout è conuerso extractus ad officium extra ciuitatem vacet ab officiis ciuitatis, euenit, quod habens officium extra ciuitatem fuit extractus ad officium conseruatorum, & deinde finito officio, seu durante extra ciuitatem extrahitur Potestas Pistorii, opponitur, quod nõ valet hæc vltima; quia est conseruator extractus. Roma. *cons.* 492. *Incasu*, dicit contrarium; quia extractio conseruatoris est nulla; quia habebat officium extra ciuitatem; igitur non potest forti effectum; ergo secunda extractio valet, & tollit contraria. † Florentinorum appellatione simpliciter prolata veniunt municipes omnes, videlicet tam ciues, quam incolæ, qui subeunt munera, quia tantum est dicere, Florentinus, quantum de Florentia, videlicet, municeps in materia repressaliarum. Bart. in *tract. repress. q.* 7. *in pr. ver. ad primum*, vbi apost. in *verb. ad primum*, & in *verb. Florentinos*, quæ dat concordantes. Bart. in *l.* 1. *n.* 19 *ff. ad municip.* † Declara tamen; quia Florentini non dicuntur ad effectum represaliarum originarii, qui non habitant, neque per se, neque per alios subeunt onera; secus si subeunt onera. Bart. *d. q.* 7 *verb. ad secundum*, vbi recitat opiniones, & ita secundum communem vsum loquendi tenet, & idem in principalibus, secundum eandem distinctionem. † Florentinus, licet alibi contraxerit domicilium; tamen nunquam perdit forum originis, nec desinit esse ciuis. *Assumpsit, ad mun. l.* 1. *& l. originem. C. de mun. & incol. lib.* 10. Bald. in *l. de quibus, col.* 12. *ff. de legib.* Alex. *cons.* 54. *Visis. n.* 3. *lib.* 5. † Extende; quia quando statutum originis contrariatur statuto domicilii, prævalet statutum originis. Rom. *cons.* 39 *In proposita quæstione, in fi.* allegat ex quibene probat in *l libertus. §. præscriptio ff. ad municip.* Albert. in *l. C. de Episc. & Cler.* glos. in *l. cunctos.* vbi Lucas de Penna. & Io. de Ligtea. *C. de incol. lib.* 10. glos. in *l.* 1. *C. de muner. & origin lib.* 10. Alex. *cons.* 100. *n.* 1. *& n.* 12. *ver. ex prædictis, lib.* 3. ex quo sequitur, quod locumgenis est potentior, glos. in *cap. statutum. §. cum vero, de rescript.* in 6. Ant. de Butr. *cons.* 21. *Viso puncto, in fi.* Felin. in *c. si. n.* 23. *de foro compet.* sequitur Dec. in *l. si eadem, n.* 6. *de offic. assess.* Soc. in *l. cum quidam, n.* 10. *ff. de iurisd. omn. iud.* † Ciuis Florentinus, & sic ciues dominantes, ciuitatis sunt capaces acquisitionis in omnibus locis sibi subiectis, etiam si in illis extent statuta, quod forenses non possint acquere; quia ipsi non sunt habendi pro forensibus. Corn. *cons.* 147. *n.* 2. *ver. secundo considero, lib.* 3. † Bona sua etiam alibi sita possunt facere accastrari Florentiæ, & non tenentur ad onera locorum subiectorum, in quibus sunt bona. Roman. *cons.* 161. *Visis* Soc. *cons.* 119. *Præstantissimi, lib.* 1. *& cons.* 188. *Circa primam conclusionem, lib.* 2. † Florentinus ciuis originarius se transferens ad locum subiectum S. Miniati, & ibi contrahens domicilium, & ibidem vnicam filiam habens, quam nupsit, remanet ciuis, tam ipse, quam filia, adeo, quod mortua filia dotata vidua effecta eidem succedatur secundum statuta Florentina, non autem secundum statuta S. Miniati, maxime; quia non habet nisi dotem, quæ consistit in creditis. Alex. *cons.* 141. *nu.* 17. *& cons.* 20. *lib* 7. Abbas *cons.* 23. *nu.* 9. vbi attestatur de * communi. Ceph. *cons.* 278. *n.* 205. *lib.* 2. Bero. *q.* 109. *& cons.* 91. * *num.* 43. *lib.* 2. vbi respondet ad contraria. † Extende; quia imo Salutati de Buzano effecti ciues Florentiæ dominantis, licet moriantur in Buzano, eis succeditur secundum statutum Florentinum, non secundum statutum Buzani; quia prævalet statutum ciuitatis dominantis. Soc. Iun. *cons.* 12. *lib.* 3. vbi conciliat Alexand. qui tenet contrarium in *cons.* 32. *Visa concessione, lib.* 5. cum Socin. *consil.* 288. *lib.* 2. qui tenet hanc partem pro ciuitate dominante † Idem in statuto Sancti Miniati, quod non attendatur circa successionem effecti ciuis Florentini, sed attendi debeant statuta Florentina, late Soc. *cons.* 288. *lib.* 2. *in pr. & per tot. lib.* 2. † Ciues Florentini possunt trahere quoscunque de quocunque loco ciuitati supposito, non obstante aliquo statuto edito, vel edendo, vt disponit statutum fori mercatorum. *lib.* 4. *rubr.* 33. † Extende; quia præcedit etiam in reis connexis cum ciuibus consortibus litis; quia ratione connexitatis causæ possunt etiam trahere illos subditos ad ciuitatem Florentiæ, & non possunt rei conuenti etiam respectu ipsorum declinare forum ciuitatis. *l.* 1 *ff. de quib. reb. ad eund. iud.* & ibi glos. & Bart. Ias. in *l. nulli. col* 1. *verb. tertio dicunt. C. de iud. cum* aliis cumulatis per Marsil. *sing.* 180. Bart. in *l. solent. num.* 14. *ff. de admens. & cib. legat.* Tiraq. *tract. de retract. lignag. §.* 26. *glossa* 1 *num.* 33. † Extende maxime in causa retractus bonorum; quia ius retractus est in dubium Tiraq. *de retract. §.* 23. *glossa* 1. *nu.* 16. *& de retract. conuentio. §.* 1. *glossa* 6. *nu.* 36. † Ciuis Florentiæ creatus dicitur vere & proprie ciuis. Io. de An. *cons.* 82. *circa fin.* allegat Bart. *cons.* 62. *lib.* 1. † Florentini dicuntur stipulatæ personæ, quæ non præsumuntur iactare sua. Anch. *cons.* 305. *n.* 2. † Consuetudo est Florentiæ, quod cautio intelligitur cum fideiussore. Rom. *cons.* 163. *Constitutio, sol. si. ver. vltimo.* † Statutum mercantiæ Florentiæ, p ad instantiam ciuis Florentia

forensis possit conueniri, vel forensis iudicari possit secundum statuta, non valet, vt ad litteras iudicum mercantiæ alius iudex
92 teneatur exequi. Io. de Imol. *cons.* 127. *n.* 4. † Dotauit opera fabricæ Florentiæ multas præbendas canonicales in cathedrali; ideo ius patronatus spectat ad Episcopum, & Capitulum, non autem ad communitatem, nisi communitas haberet dominium bonorum
93 operæ, ita Abb. *cons.* 57. *Attingam. per tot.* maxime *in fin. lib.* 1. † Fiscus Florentiæ ex forma constitutionis particularis habet omnia bona debitoris tacite hypothecata, & prò oneribus soluendis, sicut Respublica Romanorū; sed tamen soluens pro aliquo obligato non haberet idem priuilegium; quia constitutio non dicit, & si non esset constitutio, non haberet hoc priuilegium; quia vti deberet iure priuatorum. Rom. *cons.* 111. *Viso puncto*, vbi apost. in *ver. hypotheca.*
94 † Florentiæ & Bononiæ est stylus, quod non desponsantur mulieres, nisi in actu conducendi ad domum, & in præparamentis, & localibus ante expendunt quasi totam dotem. Castr. *cons.* 154.
95 *col. in fin. v. statutū enim, lib.* 1. † Ciues Florentini, & originarii ex conuentione sunt illi de Sancto Geminiano, & de S. Miniato, si per sex menses habitauerint Florentiæ; illi vero de Monte Catino, & Carmignano sunt ciues de Comitatu non ita priuilegiati. Castr. *d.*
fluminis est illa pars, quæ vocatur lectus fluminis, qui est public⁹,
& in eo nō est licitum aliquid ædificare, vel clusam facere, quan-
do flumen est publicum, secus, si esset priuatum, vel si esset publi-
cum, & nemini p̄iudicaretur; quia quod nulli nocet, & alteri pro-
dest, concedi debet. Bal *d. cons.* 463. *n.* 5. *ver. tertio videndū, lib.* 4. † Si 9
tamen flumen delinquat alueum, & nouum alueum faciat, effi-
citur alueus antiquus particularium habentium bona contigua.
Tib. Decia. *cons* 58. *n.* 3. *& seq. lib.* 1. † Aqua fluminis est vsui animan. 10
tium omnium destinata; ideo vnicuiq; licitus est vsus aquæ pro v-
sū humano; secus, si lucri causa extrahatur de flumine, quia nō est
licitū, si alteri p̄iudicatur; secus, si nemini fit p̄iudiciū, quod
intellige de p̄iudicio naturali aquę, vt quia alius priuatur; secus
est, si fiat p̄iudiciū in lucro alterius extra naturam aquæ, vt quia
habens aliud molendinū minus lucratur, non quia deficiat aqua,
sed quia minus frequentant homines, quia hoc p̄iudicium non
attenditur, nisi primū molendinum habeat ius ex priuilegio, vel
alias prohibendi. Bal. *d. cons.* 463. *n.* 6. *ver. quarto videndū, lib.* 4. † Flu- 11
minum duæ sunt species, nauigabile, & non nauigabile, & rursus
non nauigabile duplex est, quia aliquādo facit aliud nauigabile,
vel non. Bald. *d. cons.* 463. *in pr. lib.* 4. † Fluminum duæ sunt species, 12
publicū, & priuatum; publica sunt, quæ sunt perennia, & semper
decurrunt; priuata, quæ aliquando, prout in hyeme, vel tempore
pluuiarum decurrunt. Curt. Sen. *cons.* 33. *Potens nobilis, in pr.* dat ex-
emplum de publico, prout est Padus, & Rhen⁹; in priuato, prout
Rapo, & Meloncellus; publica rerū diuiduntur, quia aliqua na-
uigabilia sunt, vel influentia in nauigabile; aliqua non, vt ibi Tib.
Decia. *d. cons.* 58. *n.* 1. *li.* 1. † Et ideo flumen distinguitur à riuo à ma- 13
gnitudine, vel æstimatione circumcolentium. Curt. Sen. *d. cons.* 33.
in pr. est text. *in l.* 1. *ff. de flum. §. flumen à riuo.* † Differt flumen à lacu, 14
stagno, vel fouea; quia flumen à fluendo dicitur; quia decurrit, si
vero non decurrit, vel exitum non habet, dicitur stagnum, lacus,
vel fouea. Tib. Decia *d. cons.* 58. *n.* 2. *lib.* 1. † Vide omnino Boer. *cons.* 15
24 *in pr.* vbi distinguit inter stagnum, lacū viuarium, & castellum,
nam stagnum non habet aquam perpetuam; lacus vero secus, &
ista stagna, & lacus aliquādo sunt publici, aliquando priuati; pri-
uati non habent alluuionem; publici secus, quoad naturam pu-
blicorum, vt si non liceat piscari, vel vsus sit publicus, retineant
eandem naturam, sed tamen quoad prædia, quæ inundantur, re-
manent semper illorum, cuius est dominium, viuarium autem, &
castellum fiunt ad conseruandā aquam, & plene etiam de omni-
bus istis Bero. *cons.* 139 *per tot. & 140 lib.* 3. † Publicū, & nō publi- 16
cum flumen est, sed publicum ex tribus dicitur; primo, si nauiga-
bile; secundo, si facit aliud nauigabile; quia intrat in eo; tertio, qn
perenne, ita Mazol. *cons.* 4 *n.* 143. † Et ista flumina publica peren- 17
nia, licet exeant ripas, & inundent agros, non tamen coopertum
efficitur flumen publicum, sed remanet dominium ei, qui prius
erat dominus; quia fluuius non egreditur ripas, ita Mazol. *d. cons.*
4. *n.* 144. † Riuus ex flumine publico factus dicitur publicus, licet 18
si exiccetur, alueus fiat priuatorum habentium terrena cōtigua.
Mazol. *d. cons.* 4 *n.* 142. † Priuata flumina dicuntur, quæ non sunt 19
perennia, quia continuo non defluunt, sed solum tempore hye-

mis, vel p̃uniarum, ꝓ tout sunt torrentia, q̃ in æstate exiccantur, & ista priuata sunt eorum, qui habent prædia ab vtraq; parte, vnusquisq; vsq; ad mediũ alnei. Alex. *cons.* 203. *Perspectus, in pr. ver. si autem flumen est priuatum, & n.* 2. *lib.* 6. Curt. Sen. *cons.* 33. *Potẽs nobilis,*
20 *in pr.* † Ex priuatis potest vnusquisq; extrahere aquam & fabricare molendina in suo; quia quilibet est dominus, in quantum super suo transit. Alex. *d. cons.* 203. *n.* 2. *& seq. lib.* 6.

Flumina publica, & non publica cuius esse dicantur. Concluſ. 405.

1 FLVMINA † publica, quæ sunt perennia; quia semper in eis decurrit aqua, sed omnium cõmunia quoad vsum, sed Principis quoad hoc, ne aliquid in eo fieri possit. *l.* 1. *§. fluminum. ff. de flumin.* Bald. *cons.* 71. *Casus talis est, Commune & homines, in pr. lib.* 1. & clarius *cons.* 72. *Ad euidentiam præmittẽdum, lib.* 1. *in pr.* vbi, quod proprietas est publica, h. e. Reipubl. & Principis, vsus vero est omniũ
2 communis. † Extende; quia flumina publica, siue nauigabilia, siue non, in tantum sunt Principum, in quantum transeunt p̃ sua territoria, vt possint diuertere aquas, impedire nauigationẽ, facere in eis ædificia, & fortalitia pro libitu suo. Bald. qui loquitur in Duce Mediolani, & Duce Mantuæ, qui tuncerat dominus,
3 Mantu. *cons.* 195. *Laudare vos, in princ. lib.* 2. † Declara; quia flumina publica, siue sint nauigibilia, siue non, sunt quoad vtilẽ proprietatem ciuitatum, & castrorum habentium de consuetudine merum & mixtum imperium; quia ratione iurisdictionis possunt in flumine publico quicquid possunt in re sua territorio; ideo ciuitas Papiæ dicitur domina fluminis Ticini, & põt super eo statuere, pro quanto transit in suo territorio. Bald. *cons.* 72. *Ad euidentiam præmittendum. in pr. lib.* 1. & de Marchione Malaspinæ, ꝙ sit dominus fluminis Granę publici, durante suo territorio. Bald. *cons.* 329. *Factum tale est, lib.* 2. vbi, quod istud non habet difficultatem. & de ciuitate Cremonę ratione Padi, quamuis sit publicũ, tamen est in territorio Cremonę, dum transit per territorium. Signor. *cons.* 70 *In quæstione vertente, in pr.* Alex. *cons.* 184. *n.* 7. *& seq. lib.* 2. vbi hoc dicit in ciuitatibus Italiæ, & *n.* 8. ꝙ ciuitates Italiæ præscripserunt ista regalia particularia, licet vniuersalitas sit Impe-
4 ratoris. † Contrarium, quod sunt Imperatoris, vel Regum, quando sunt nauigabilia, videtur tenere Bald. *cons.* 188. *nu.* 3. *lib.* 2. & ideo respectu ædificii sunt immunia, ne impediri possint. Rolan. à
5 Vall. *cons.* 97. *n.* 4. *lib.* 3. † Declara; quia omnia flumina nauigabilia pertinẽt ad statum imperii; quia sunt regalia, loquendo vniuersaliter, sed loquendo particulariter sunt ciuitatum, per quorum territoria transeunt. Alex. *cons.* 194. *n.* 8. *lib.* 2. & idem tenet Curt.
6 Sen. *cons.* 56. *n.* 4. † Extende; quia littora, quæ sunt in statu, & territorio Venetorum, & Ianuensium, sunt eorundem. Alex. *d. cons.*
7 194. *n.* 8. *lib.* 2. & sufficit licẽtia ab eis concessa. † Et ꝙ flumina publica sint dominorũ habentium iurisdictionem, & regalia, pro quãto durat eorum territorium, ita, ꝙ possunt disponere de eis. Mandell. *cons.* 505. *n.* 3. vbi apost. dat concord. Affl. *dec.* 388. *nu.* 13. vbi sic affirmat in Regno Neapolis omnia flumina publica esse Regis, & idẽ dicit Boer. *cons.* 24. *n.* 13. de flumine Ticini, quod est
8 Papiæ, & de Rhodano, quod est Regis Franciæ. † Imo, quod sicut in suo potest quilibet priuatus vti aqua priuata, ita etiam possit Princeps, & habens iurisdictionem in suo, vti aqua publica.
9 Boer. *d. cons.* 24. *n.* 13. *& seq.* † Intelligit tamen Boer. *decis.* 352. *n.* 4. *&*
10 *seq.* vt procedat in flumine publico non nauigabili. † Declara tñ, dũmodo taliter faciat in suo, ꝙ non noceat vicino, & dicitur facere in nocumentum vicini, qñ aufert illud, quod non habet vi-
11 cinus ab ipso faciente. Boer. *d. cons.* 24. *n.* 25. & 26. † Amplia in tantum flumina publica esse ciuitatum, & castrorum habentiũ merum, & mixtum imperium, vt si flumen currit inter duo territoria ciuitatum, aqua est communis pro indiuiso propter continuũ aquæ motum, & eius permutationem; sed alueus est communis pro diuiso, tanquam locus confinans inter duas ciuitates ad similitudinem lapidis existentis in confinio, & ideo vsus aquæ in qualibet parte est licitus, dũmodo tota aqua non detiuetur, vsus vero aluei solũ est licitus, in quanto se prorendit vsq; ad mediũ. Bald. *cons.* 7. *in pr.* vbi, quod non est licitũ facere clusam eo casu, q̃ se protendat vltra mediũ aluei. *lib.* 1. & idem etiam Bald. *consil.* 195. *Laudare vos, n.* 2. *ver. certum est autem lib.* 2. Bart. *in tract. de flumin. & Tiberiadis, in ver. acquiritur nobis, in fi. n.* 8. Soc. *cons.* 79. *Super quæstio-*
12 *ne, in pr. lib.* 3. Bologn. *cons.* 14. *n.* 7. † Contrarium tenet Sign. Homod. cuius est *consil. Bald.* 71. *in pr.* vbi, quod flumina publica nullo modo sunt communia, neq; in eis cadit cõmunio diuisibilis, sed sunt communia quoad vsum talem, qui non applicet ꝓprietatem, *lib.* 1. † Extẽde ampliationem, vt procedat etiam in aquis, & fontanilib. priuatis; quia si nascuntur in confinio duarum priuatarum personarum, eodem modo est distinguendum. Bald. *cons.* 72. *n.* 4. *ver. sunt, & quædam, lib.* 1. † Declara; quia vbi aquæ ab immemorabili tempore non consueuit diuerti, non põt diuerti in totum, neq; in parte, imo etiam moderandus est vsus socii recedentis, vt quilibet pro rata, & mensura fruatur aquis communibus. Bald. *d. cons.* 241. *in pr. ver. sed in cõtrarium. lib.* 2. † Declara secundum Bald. *cons.* 188. *Dicitur, quod opus, n.* 3. *ver. tertio ad euidenti-*
lib. 2. quod flumina publica nauigabilia sunt de regalibus reseruata Imperatori, & Regibus; & ideo nullus potest ædificare in eis, neq; in ripa, & sic quoad ædificandum nullus potest, quoad vsum omnes. † Declara, nisi alter ex cõfinantibus sit in possessione totius fluminis, prout dicitur de Rege Franciæ, qui est in possessione totius Rhodani, etiamsi transeat per territoria cõmuni cum Papa, & cum Delphino, & cum Duce Sabaudiæ, & aliis; quia totum est Regis; ita fuisse iudicatum pluries dicit Boer. *d. cons.*
24. *n.* 16. *& seq.* vbi *n.* 17. propter ea dicit, quod flumina pro confinio sunt propria pro confine, adeo, quod si per alluuionem absorberent totum territorium alterius, ibi semper erit confine; & quod Rhodanus, qui est Regis Fraciæ, si per alluuionem absorberet ciuitatem Auinionis, efficeretur Regis. † Amplia, vt procedat, quod aqua fluminis publici nauigabilis, vel decurrentis in aliud nauigabile, sit omnium communis quoad vsum, & etiam extracta per fossam in agrum meum remaneat publica, & non possit effici priuata, maxime, si fossa esset perennis, & continuo aqua per eam discurreret ex flumine publico. Bald. *d. cons.* 72. *n.*
5. *ver. sunt & alia aquæ, lib.* 1. † Amplia, quod dicitur flumina esse Principis in suo territorio, etiamsi sunt nauigabilia, vt possint diuertere, etiam impediendo nauigationẽ, & ita seruari consuetudine, vt per Bald. *d. cons.* 195. *in pr. lib.* 2. procedere in tantum, vt quicquid potest priuatus circa aquam in suo fundo primo, ita possit Princeps de flumine publico in suo territorio. Bald.
cons. 195. *n.* 7. *ver præterea, lib.* 2. *& cons* 329. *per tot. lib.* 2. Boer. *cons.* 24.
n. 13. † Vide plenissimum Marcabr. *cons.* 49. *per tot.* vbi distinguit primo casus, quod liceat diuertere alio aquas fluminis, quando magna vtilitas resultat diuertenti, & nullum, vel modicum damnum vicinis. † Restringe ampliationem, vt procedat, quando Princeps vellet diuertere aquam fluminis publici in suo territorio in suum territorium; secus esset, si vellet diuertere de alieno territorio in alienum, vel de suo in alienum, vel de alieno in suum, quia non potest. Bald. *d. cons.* 195 *n.* 8. *ver. sciendum est, lib.* 2. † Restringe, quod dicitur posse dominum in suo territorio diuertere aquas ad libitum, intelligi, dummodo hoc faciat, vt sibi proficiat, non autem, vt vicino officiat. Bald. *consil.* 241. *Et videtur quod, in princ. lib.* 2.
† Amplia; quia roza, q̃ appellatur de iure incile, solita de nouo ex alueo publico admacinandũ, & reintrat in flumen, nõ põt diuerti aliũde in p̃iudicium vtentiũ Rugia p̃dicta, neq; præscribitur, nisi per tempus immemorabile. Castr. *cons.* 65. *In quæstione lib.*
2. † Extende; quia non põt aqua ex flumine ita diuerti, vt cõmunitates, & loca ex siccitate non possint, p animalib. vtiaqua solita, & possunt agere interdicto, ne qd in flumine publico, & perire omnia restitui in integrum. Cait. *d. cons.* 65. *in pr. lib.* 2. † Amplia; quia flumina publica dicutur omnia flumina perẽnia nauigabilia, vel q̃ defluunt in nauigabile; & ista sunt de regalibus, & illorũ dominiũ, & ꝓprietas est Principis; & ideo nullus põt sine Principe aquas accipere, vel deriuere sine licentia principis; alia vero sunt priuata, & ex eis licitũ est aquã accipere. Rim. Iun. *cons.* 81. *in*
pr. vsq; ad n. 6. Crau. *cons.* 530. *in pr.* † Et flumina licet sunt in vsu omniũ, qñ sunt publica; tamen quoad iurisdictionem, & protectionẽ sunt principis. Rim. Iun. *cons.* 68. *n.* 42. vbi loquitur de flumine Situlæ, ꝙ est in territorio Saxoli. Domini Saxoli quoad ꝓtectionem, & iurisdictionẽ, licet in p̃iudicium Mutinensiũ non possint aquas diuertere; quia sic cantat inuestitura, & ꝙ flumina publica sint sub protectione principis, idem Rim. Iun. *cons.* 364. *n.* 8. allegat Bald. *in rubr. ff. de rer. d. usf.* & alios. † Limita in aquis, quæ oriuntur in fundo priuato, vel etiam pluuialibus; quia quamdiu sunt in fundo priuato, sunt priuati, & potest illas traducere, & deriuare ad quemcunque locum, etiam si prata aliena patiantur siccitatem, dummodo hoc fiat pro commoditate sua principaliter, & non pro damno vicini. Bald. *d. cons.* 72. *nu.* 4. *ver. sunt & alia, lib.* 1. & idem in aqua publica communi quoad vsum pluribus dominis. Bald. *consil.* 241. *Et videtur, quod, lib.* 2. Alexand. *cons.* 194. *in princ. lib.* 2. Ias. *in l. quominus. num.* 88. *ff. de flumin.* plene Dec. *consil.*
243. *In quæstione, num.* 3. † Extende in tantum aquam priuatam ingressam in fundum meum effici meam, vt possim eam concedere, cui volo, & possum illam negare volenti eam ad vsum molendini, vel alias, vbi plura similia ponit, etiam si nocet vicino, vt quia volo aquam in fundo meo restagnare, & retinere, ne pra-

ne prata viciniadaquentur. Dec. late *d. cons.* 243. *nu.* 3. *& per tot. &* 28 *cons.* 373. *in pr. Viso consilio.* † Extẽde, vt quod dicitur de priuato ad priuatum, habeat locum in aquis publicis de principe ad principem, seu de magistratu ad magistratũ. Bald. *cons.* 195. *Laudare vos.* 29 *n.7. ver. præterea. sicut. lib.* 2. Dec. *d. cons.* 243. *nu.* 3. † Limita, nisi aquæ ex antiquo essent solitæ extrahi, & non extaret memoria in contrarium; quia licitũ est reficere ædificia in flumine publico, quæ de nouo fieri prohibentur. Bald. *d. cons.* 72. *in fi. ver. ex iis ita q*ꝫ, *lib.* 1. 30 Castr. *cons.* 65. *n.* 2. *prope fin. lib.* 2. † Limita, quãdo flumen est publicum in cõfinio duarum terratum; quia si vna ex terris est in possessione ducendi aquam ex dicto flumine per 40. annos non põt prohiberi ab alia quoad vsum prædictum. Bald. *cons.* 329. *per tot. lib.* 2. vbi, quod saltem in prẽiudiciũ socii est inducta prẽscriptio, & loquitur de flumine Granæ inter ciuitatem Lucanam, & terram Camagnæ. † Limita; quia aqua potest diuerti ex flumine publico non nauigabili, prout Rhenum intrantem in flumine nauigabili, quando ita extrahitur, vt redeat, antequam intret in flumen nauigabile. Bart. *in l. quo minus. in prin. ff. de flum.* Alex. *consil.* 194. *n.* 9. *lib.* 2. Corn. *cons.* 268. *n.* 3. *lib* 4. Dec. *cons.* 244. *n.* 2. & est cõ- * munis opin. vt per Rol. à Vall. *cons.* 97. *n.* 7. *lib.* 3. plene Alex. *cons.* 31. 103. *Perspectis. n.* 3. *ver. tum quia de iure, lib.* 6. † Extende; quia quãdo flumen publicum non est nauigabile, neque intrat in nauigabile, quilibet potest ducere aquam; quia non potest per superiorẽ impediri is, qui præuenit, vt sibi auferatur vtilitas, quam habet ex publico, licet sit in bonis Reip. non autem in bonis nullius. *Castr. cons.* 357. *Notandum est, lib.* 2. *in princ.*

Flumina publica diuersa. Concluſ. 406.

1 TICINVM † flumen est publicum, & est ciuitatis Papiæ, pro quanto deriuat in territorio Papiensi; ideo ciuitas põt super eo statuere. Bald. *cons.* 72. *Ad euidentiam præmittendum, lib.* 1. *in princ.* 2 † Crustuneum flumẽ, quod transit penes ciuitatem Regii in Lõbardia, dicitur flumen publicum; quia perpetuo fluit à partibus superioribus, & licet habeat decursum in Pado nauigabili; tamẽ possunt deriuari aquæ ex eo pro molendinis, maxime, quando aquæ prædictæ iterum redeunt in Padum. Alex. *cons.* 203. *Perspectis in pr. & per tot. lib.* 6. vbi, quod illi de Manfredis, & de Capratis habent ex concessione principis, & non possunt molestari. 3 † Granæ flumen est publicum, tamẽ communis dicitur aqua inter Lucenses & Commune Camagnæ. Bald. *cons.* 329. *Factum tale est*, vbi, quod ciuitas Lucana prælcripsit vsum pro deriuatione 4 aquædicti fluminis ad molendina sua. *lib.* 2. † Oionæ flumen est publicum; quia est principis, & nemo potest aquam d. fluminis habere sine licentia Imperatoris, vel Ducis. Bald. *cons.* 490. *D. Medio-* *dolani, lib.* 5. vbi, quod Dux prohibuit Cibellis, & D. Antonello Morisio contendentibus de dicta aqua, & quod postea Imperator concessit d. Antonello dictam aquã pro molendino. Rhe- 5 num † flumen est publicum. Alex. *cons.* 194. *Consideratis verbis, in pr. & n.* 8. *& seq. lib.* 2. vbi, quod est perenne, & influit in Padũ quod 6 est nauigabile. † Rhodanus in Francia est flumen publicũ. Boer. *cons.* 24. *n.* 15. *& seq.* † Padus est flumen publicum, vt * omnes, ma- ximè Bart. Ias. & alii *in l. quo minus. ff. de flum. n.* 45. & est nauigabile, 7 vt per Alex. *cons.* 203. *Perspectis in pr. lib.* 6. † Tybris est flumen pu- blicũ. Ias. *in d. l. quo minus. ff. de flum. n.* 45. † Clanis, seu fluuius Cla- 8 nium est publicus; quia perennis est. Mazol. *cons.* 4. *n.* 149. † Nili fluuius publicus solet inũdare per spatium mille milliarium; & tamen inundatio non priuat dominos agrorum. Mazol. *d. consil.* 9 4. *n.* 149. † Turbidus fluuius Nursiæ dicitur publicus; quia perẽnis est, & licet per 7. annos continuos decurrat in vno loco, & per alios septem in loco diuersõ; tamẽ est perennis, & publicus. Mazol. *d. cons.* 4. *num.* 149.

Flumen publicum quando dicatur, & quæ sint in eis permissa, vel non. Concluſ. 407.

1 FLVMEN † dicitur publicum, qñ est perenne, vt semper fluat aqua, si aliud in contrarium non appareat, *l.* 1. §. *fluminũ. ff. de flum.* Bald. *cons.* 71. *Casus talis est, Commune, & homines. n.* 3. *lib.* 1. vbi dicit, quod flumen Macræ est publicum. Alex. *consil.* 194. *Consideratis verbis, in pr. lib.* 2. vbi, quod flumen Rheni est publicum. Sign. 2 *cons.* 91. *n.* 5. *ver. sed in extruendo.* † Et quod flumina dicantur publica, & vsus aquæ publicus, qñ continue fluit aqua. Alex. *cons.* 130. *ver- tuntur, n.* 3. *v. quia flumina, lib.* 6. † Declara; quia aqua sequitur naturã alueì; quia si alueus est publicus, vel priuatus, aut cõmunis, ita & aqua iudicanda est. Bald. *cons.* 241. *Et videtur, quod, in pr. lib.* 2. & q̃ aqua fluens per alueum publicum faciat flumen publicũ; si vero per alueum priuatũ, faciat priuatũ flumẽ. Bald. *cons.* 62. *In* *quæstione, in fi. v. itẽ, & tertio. lib.* 3. † Amplia; quia plurib. modis dicitur flumẽ publicũ; primo, si est nauigabile, vel ex eo fiat aliud 4 nauigabile. Bald. *d. cons.* 62. *In quæstione, in fi. lib.* 3. † Fluminũ publi- 5 corũ aliqua sunt nauigabilia, aliqua nõ; nauigabilia sunt, q̃ per se sunt nauigabilia, vel etiã q̃ defluũt in aliud nauigabile, & in istis nemo põt aliq̃d innouare. Bald. *cons.* 71. *n.* 3. *v. q̃ hoc apparet, li.* 1. *& cons.* 188. *n.* 3, *v. tertio ad euidentiã. lib.* 2. Alex. *cons.* 194. *n.* 8. *& seq. ver. fortificatur, lib.* 2. † Extẽde, vt idẽ sit, qñ sunt publica, ẽt nõ nauiga- 6 bilia; q̃a nullus põt in eis fabricare, ædificare, alueum immutare, &c. Bald. *d. cons.* 188. *n.* 3. *lib.* 2. vbi, q̃ neq; possũt exsiccari; q̃a corrũpitur aer. p quẽ pueri de facile moriũtur. † Restringe, q̃a bene 7 ratione publicæ vtilitatis, vel ad defensionẽ, aut euitandã hostilitatẽ flumina publica possunt diuerti, exsiccari, & impediri. Bald. *d. cons.* 188. *Dicitur, quod opus. n.* 4. *v. & hæc vera sunt, lib.* 2. † Mutari nõ 8 põt flumẽ publicũ ab aliquo, neq; impediri. vt est text. *in l.* 1. *ff. de flum. §. nõ autẽ. & in l.* 1. *in pr. §. hoc interdictũ. & §. simili modo ff. ne quid in flum. publ. l.* 1. C. *de alluu.* vbi loquuntur in interdicto ꝓhibitorio ante factũ, & in fine in interdicto restitutorio post factã. Mazol. *cons.* 4. *n.* 177. *v. quoad Lotã.* † Extende, vt ꝓcedat ẽt in mari quoad 9 interdictũ vtile, quia si aliquid fiat, quo portus, statio, iterue, siue nauigatio deterior fiat, *l.* 1. §. *si in mari. ff. de flum.* † Extende; quia 10 mutatio, vel immissio, aut alteratio fluminis ꝓhibetur, ne vicinis aliquã iniuriã afferat, *d. l.* 1. *in pr. §. hoc interdictũ. ff. ne quid in flum. public.* vbi gl. exponit aliquã iniuriã, videl. aliquod dãnũ. † Extẽde, 11 quia si mutatio aquæ cursus fiat, ꝓhibetur, dũ fit depressior, vel altior, & p hoc rapidior cũ incõmodo incolẽtiũ, & si quid aliud vitii incolæ ex facto eius, qui conuenitur, sentiũt. *d. l.* 1. §. *quod autẽ, ff. ne quid fiat in flumine publico.* Bero. *cons.* 139. *n.* 12. *lib.* 3. † Extende; 12 quia aqua fluminis priuati non põt alio diuerti, q̃n vel iure seruitutis ita solita fuit decurrere ab immemorabili, vel q̃n fieret animo nocendi, ita text. *in l.* 1. §. *Neratius.* vbi gl. *in ver. tollere, ff. de aquæ pluu. arc.* quẽ text. ita intelligũt ibi Dyn. Alber. & Ang. & melius declarat Marcabr. *cons.* 49. *n.* 32. vbi dicit procedere, siue seruitus debeatur ex pacto, vel ꝓscriptione; sed si allegaretur sola natura loci sine seruitute, oportet, q̃ concurrat intentio, & animus nocẽdi. Bero plene *cons.* 139. *n.* 12. *& seq. per tot. lib.* 3. † Declara, vt non 13 ꝓcedat extensio, q̃ quis faceret in suo, quia põt aqua, & flumen priuatũ auerti, & amoueri; ne sibi noceat, ẽt si noceat vicino; q̃a non distinguitur, an vtilitas sit magna, vel non, & an damnũ vicini sit magnum, vel paruũ, ꝓut in flumine publico; sed solũ distinguitur, an cõpetat seruitus; vel si fiat, vt noceat vicino principaliter, ꝓut in dubio non ꝓsumitur, ita plene Marcabr. *d. cons.* 39. *in pr.* maxime *n.* 37. vbi de * communi, *n.* 27. *& seq. n.* 19. dicit, quod * iure seruitutis non probatur, ẽt si per mille annos defluxisset naturaliter sine facto hominis; secus si facto hominis, vt quia per cauamentum & qualiter inducatur ꝓscriptio seruitutis, & q̃ requirantur ibi *l.* 66. *& seq.* & de hoc est text. *in l.* 2. §. *pen. ff. de aq. plu. arc.* quẽ ita cõmuniter * intelligunt Doct. † Nec declaratio ꝓce- * 14 dit, si modo in alienũ non immittat. Bero. *d. cons.* 139. *lib.* 3. *nu.* 24. † Restringe; quia põt mutari alueus fluminis pro ripa munienda, 15 vel quando fit principaliter ad ꝓpriam vtilitatem, quando sine dãno incolarũ fit, *d. l.* 1. §. *sunt autem, ff. ne quid in flumine publico.* vbi text. dicit esse contrarias opiniones; sed tamen admittit hoc esse arbitrariũ Prætori ex causa; & dicit, q̃ vidit multos mutasse, & ibi glossa hoc exponit verũ, quando maxima est vtilitas facientis, & damnũ incolarũ non esset magnũ, ita Marcabr. *cons.* 49. *qu. asi per tot.* maxime *nu.* 52. *& seq.* vbi notat, quod maxima vtilitas priuata ꝓfertur publicæ vtilitati modicę. † Aqua ex flumine publico põt 16 deriuari, quando nõ est nauigabile; secus, si nauigabile, & ex pluribus volentibus diuertere aquas, ille ꝓfertur, qui primo cœpit ædificare; quia præfertur, non autẽ ille, qui ꝓhibet; quia velit & ipse ædificare; quia hoc casu potior est causa præoccupantis, non prohibentis. Castr. *cons.* 411. *Ad id, de quo quæritur. lib.* 2. vbi, quod nõ habetur rãtio, quod alter perdat lucrũ, sed bene quod patiatur dãnum. † Et aqua extracta per priuatos ex flumine publico dici- 17 tur priuata & appellatur incile, *l.* 1. §. *incile. ff. de ritu.* & in aliquib. locis appellatur formula, in aliquibus partibus vocatur seriola, in aliquibus appellatur vallum, seu vallatũ. Castr. *cons.* 357. *in prin. lib.* 2. † In statu Mediolani appellatur Rugia, vt apud Bosse. † Ali- 18 bi appellatur canale in territorio Regii, vt per Alex. *cons.* 303. *Per-* 19 *spectis, n.* 3. *& seq. lib.* 6. † Et ista aqua extracta decurrens per territo- 20 ria dicitur esse illorum, per quorũ territoria transit. Castr. *consil.* 357. *in pr. lib.* 3. † Aqua igitur priuata decurrens per formã priuatã 21 si superabundat, ita quod ex illa, q̃ superabundat, fiat decursus ad aliam formã; dominus primæ formæ põt dilatare eã, ita vt aqua nõ superabũdet, quãdo fecit in suo, secus si in alieno. Castr. *d. cons.* 357. *Notandũ est, ver. ex iis patet per tot. lib.* 2. † Aqua fluminis, 22

vel riui, aut vallium, potest restagnari, & prohiberi per dominũ fundi inferioris, ne influat in suo fundo, vt ibi non noceat, qñ facit pro sui vtilitate, etiam si aliis noceat, quãdo habet superior seruitutem, vel more seruitutis defluxũ, etiamsi naturaliter de-
23 fluxisset per mille annos. Marcabr. *cons.49.per tot.* vbi late. † Cõtrarium tenet Bero. *d.cons.139.n.10.& seq.lib.3.* vbi, quod loca inferiora tenentur recipere aquas d fluentes ex loco superiori natura; qa hoc est naturale, vbi *n.33.ver.præterea in hac materia.* dicit, quod valet argumentum in hac materia à pacto, vel à loci natu-
24 ra, aut à vetustate præscripta, & immemorabili. † Declara, & in hoc stat vis, & æquiuocatio; q ia *d.l.2.§.pen.* videtur admittere, q̃ quis in suo possit libere facere auertendo aquam defluẽtem, requis in suo possit libere facere auertendo aquam defluẽtem, re-primendo, &c. etiamsi alteri noceat, quando non ad æmulationem, vel nocendum alteri facit, & in dubio non præsumitur ad æmulationem, vel nisi esset imposita, vel pscripta seruitus. Bero. autem *d.cons.139.n.22.& seq.lib.3.* dat multas responsiones, quãdo non infert damnum habentibus seruitutem, & hæc est vera; secundo, dummodo is, qui facit in suo, non immittat in alienum, & est vera, tertio dicit, quod quando etiam non immittit in alienum, neq; officit seruituti, neq; ad æmulationem facit, dũmodo graue damnũ alteri nõ inferat, vt ibi *n.24.* vbi allegat plura iura, & hoc vltimum est dubium; quia procedit, quando flumen esset publicum, sed si priuatum, non distinguitur, an det damnũ magnum, vel non det alteri, ita Marcabr. *d.cons.49.n.58.* vbi dicit
* *communem, quod quando quis facit in suo, nan adhibetur distinctio, an faciat damnum magnum, vel paruum alteri; quia licitum est in suo facere.

Flumina priuata diuersa. Concl. 408.

1 FLVMICELLA † multa sunt in territorio Perusino, & inter alia Cama, quæ sunt priuata; & ideo cuilibet licitũ est extrahere aquam, & facere clusas, & ædificare molendina in eis, dummodo nõ impediatur solitus cursus aquæ. Bald. *cons.463. Quatuor*
2 *sunt, n.5.v.tertio videndũ, lib.4.* † Tanagri flumẽ est in Marchionatu Montisferr. & trãsit per territoriũ Bagnuschi Marchionũ Cenæ, in quo Communitas & homines dicti Communis ex cõuentione cum Marchione possunt piscari. Bald. *cons.492. Inter magnifi-*
3 *cos. per tot.* maxime *n.3.lib.5.* † Ianuellum est priuatum prope Rhenum, & credo, quod velit dicere lauellum. Alex *cons.194. in prin.* vbi, quod licitum est diuertere aquam, facere molendinũ, & vti,
4 & frui, *lib.2.* † Rapo, & Meloncellũ, sunt priuata. Alex. *cons.194.*
5 *in pr.li.2.* Mazol. *cons.4.n.145.* vbi, quod sunt fossita agrorũ. † Nauigia Mediolani licet sint nauigibilia; tamẽ sunt principis, & priuata, ita Boss. *in prax. tit. de aquis & flum. nu.6.& seq.* vbi dicit, quod Iacob. de S. Georg. in sua inuestitura tenens contrarium errauit.
6 † Contrarium tenet Malusticeus in nauigio Maalbergi Bononiæ, q̃ sit publicum cum sua ripa; quia est nauigabile; ideo non comprehendatur in locatione, licet bona locatoris sint ab vtro-
7 que latere nauigii, *cons.78.n.5.* † Declara forte, vt per Plot. *cons.43. n.14.& 15.* vbi loquitur de fluuio Aquoniæ. q̃ dicitur publicũ ex eo solo, quod per Commune Nouariæ possidet, ad effectum, vt nõ possit præscribi extractio aquæ, nisi sit præscriptio immemo-
8 rabilis. † Flumina priuata sunt adinstar aliorum bonorũ priuato-
9 rum. Sylvest. Aldobr. *co. c. 39.n.6.* est text. *in l.1. ff. de flum §. hoc in-*
terdictũ. † Et in eis non habet locũ alluuio Mazol. *d.cons.4.n.146.*

Folium album quando valeat, & obliget, vel non. Concl. 409.

1 FOLIVM † album valet, si mittatur sigillatum per ciuitatẽ su-
2 periori, vt scribat, q̃d velit. Boer. *dec.274.n.5.* † Extende idem in Episcopo, & Principe, q̃ possunt deputare expedientẽ nomine
3 suo negotia, & scripturas, q̃ ignorant. Boer. *d.decis.274.n.5.* † Extẽde; quia valet ꝓcuratorii in albis dimisso nomine ꝓcuratoris de consuetudine. Boer *d.dec.274.n.3.& seq.* vbi, quod de iure nõ
4 valet, sed in fine, q̃ de consuetudine valet. † Limita; quia subscribens folium album, cum ignoret continentiam, sibi non præiudicat. Fel. *in c. quoniam cõtra n.48. de probat.* Ias. *in l. qui Romæ, §. Chry-*
5 *sogonus, in 4.col. ff. de verb. obl.* † Extende, quia ratificans laudũ, antequam feratur, & illud videat, non obligatur, *l. cum antea ad fi. C.*
6 *de arbitr.* vbi Bart. in fine. † Extende multo magis, quando fit subscriptio folii albi ad effectum, vt in eo scribatur laudum ferendum, vt appareat homologatum; quia nihil valet, neq; obligat. Cast. *cons.466.n.5.lib.1.* quicquid alias dixerit *consil.216. eod. lib.1.*
7 quia de facili tollitur, nec obstat. † Limita; quia ꝓcurator si constituitur, eiusque nomen in albo dimittatur in instrumento, non
☞ valet tale mandatum ratione incertitudinis. Vide, *Mandatum fieri*
☞ *non potest in personas incertas. Concl. 53.* Vide, *Ratificari non potest lau-*
dum antequam feratur, & quando secus. Concl. 19. † Folium album, vel
8 plura folia alba interposita inter vnam scripturam, & aliam eiusdem libri operantur, quod non fiat relatio de sequentib. ad precedentia, vel è contra. Bart. *in l. si quis §. si initium, n.18. circa fin. ver.*
pone, quod in princ. vbi Ias. *in 2. lum. n.8. ff. de eden.*

Forensis quis dicatur, & quis non, & quibus gaudeat, vel ligetur. Concl. 410.

1 FORENSIS † dicitur proprie, qui natus non est in loco, etiam si originem paternam haberet; quia licet quoad originẽ paternam dicatur oriundus ex loco paterno; tamen remanet forensis, quando origo est deserta per translationem domicilii ad alium locũ diuersæ iurisdictionis. Bero. plene *cons.173. In causa ru-*
2 *bilium, n.43.& seq.lib.1.* † Et dicitur forensis, quasi de foris veniens, 2
auth. de quæstore. §. si vero aliqui, collat.6. Corn. *cons.147.n.3.lib.3.* † Et 3
dicitur forensis mulier nupta alibi; quia contrahit domicilium in loco viri. Crau. *cons.271. in pr.* † Declara; quia licet mulier ori- 4
ginaria nupta extra territorium efficiatur non subdita; non tamen vere dicitur forensis, sed habetur pro forense. Cast. *cons.89. Posset quis dicere, lib.2.* vbi, quod aliud est esse tale, vel haberi pro tali. † Forensis igitur proprie est, qui ibi natus non est. Cast. *consil.* 5
89.n.3.lib.2. † Forensis dicitur ille, qui nullo modo est de loco, 6
etiamsi redeat pluries ad locum eũdem, ibi habitationẽ habeat, non animo habitandi continuo in loco; sed cus, si animo habitandi continuo in loco. Cast. *cons.456. Visis, & consideratis, in pr. lib.1.* Corn. *cons.209. In hac. n.11. lib.1.* † Et forensis dicitur, qui non est de corpore isto; quia non est ciuis, neque incola. Alex. *cons.34. Vi-*
sis, & ponderatis, n.5. lib.5. † Declara tamen; quia habitans in loco non dicitur absolute forensis, sed incola, etiamsi non habeat animo perpetuo ibi permanendi; quia in materia odiosa non reputatur, vt forensis, vt in casu statuti, quod ius non reddatur forensibus; quia nõ intelligitur de habitantibus; quia statutum est odiosum. Corn. *d.cons.209. per tot.* maxime *sub n.11. lib.1.* † Et sunt 7
tres termini differentes, videl. ciues, incolæ, & forenses, & inter colæ non sunt ciues, & forenses non sunt incolæ. Bene verum est, quod respectu alterius vocabuli forenses non sunt terrigenæ, secundum communem vsum loquẽdi; quia terrigenæ sunt illi, qui sunt oriundi ex loco, & in loco; forenses vero licet habitent, & sint etiam effecti ciues, nõ sunt terrigenæ, prout si Perusinus esset ciuis Florentinus, vel è contra, adhuc erit Perusinus, secundum communem vsum. Corn. *cons.194. Licet videretur, n.1.& seq.* vbi *n.6.* dicit verbum, *forenses*, multis modis sumi posse, *lib.4.*
† Forensis dicitur, qui est alterius fori, *c. si clericus laicũ, de for. comp. lib.* Alex. *cons.34. Visis, & ponderatis, nu.5. ver. quia ille dicitur, lib.5.* vbi post. *in ver. forenses.* dat concord. † Et dicitur forensis, qui de foris ve- 11
nit ad habitandum. Alex. *d.cons.34.n.5.lib.5.* † Declara tamen; 12
quia si statutum dicat, quod forenses citentur ad portam loci, & castri per affixionem, alii de loco ad locum vltimæ habitationis, illi, qui sunt forenses origine, sed habitant in loco, citari debent ad domum; quia dum loquitur de forensibus, debet intelligi de illis, qui non habitant, & non habent domicilium, neq; subeunt onera; quia illi proprie sunt forenses, alii sunt incolæ. Alex. *cons.* 13
120. Viso processu, n.10. ver. sexto, & vlt. lib.7. † Limita; quia non dicitur forensis subditus ecclesiæ, prout illi, qui nati sunt in castro Centi, q̃ est Episcopi Bononiæ; nam statutũ Bononiæ, quod forenses sapiant, vel male tractentur, non comprehendit subditos sui Episcopi. Bald. *in auth. qua in prouincia. n.7. ver. statutum est.* 14
C. vbi de crim. agi oport. † Extende in tantum, quod statutum impo- 15
nens pœnam habenti laicum extra tribunal Florentiæ nõ habet locũ, si coram Episcopo; quia dicitur tribunal Florentiæ in casibus sui fori. Bald. *d. auth. qua in prouincia. n.7.* † Extende; quia forensis 17
non dicitur is, qui est de Comitatu, vel Prouincia, quando subest eidem domino, prout natus in vico; quia dicitur de illo loco, sub quo est, prout natus ex vico Ianuensi, dicitur Ianuensis. Anchar. *cons.437.* Bart. *cons.196. lib.1. n.5.& 6.* † Limita; quia forensis in ma- 18
teria prohibitionis, ne quis succedat, ne acquirat, est quælibet extranea prohibitionis, ne quis succedat, ne acquirat, est quælibet extranea hæredatio, quæ stricte est accipienda; ideo non intelligitur, nisi de eo, qui foris venit, non aũt de eo, qui est de territorio, vel districtu, vel de castro, qui sit sub iurisdictione eiusdem principis. Corn. *cons.147. Pro decisione. lib.3.* vbi, quod illi de Canariõ sunt forenses, sed ciuitatis Perusii dediti, & de districtu; ideo appellationes forenſium non veniunt. † Declara, nisi lex, vel statutum restringatur ad ciues certi loci; quia tunc alii diuersæ ciuitatis licet sub eodem dominio, non erunt ciues loci, & ciuitatis diuersæ, sed forenses. Decian. *cons.33.n.37. lib.1. cum seq.* † Limita; quia is 19
forensis non dicitur, qui est de vno castro sub eadem ciuitate, & habitat in alio; quia in vtroq; dicitur ciuis, ex quo in ciuitate est

talis,

talis, quia nat⁹ in vico Perusino dicit Perusinus. Corn. *d.cons.147. lib.3.* vbi maxime procedit in materia exorbitanti, quod ascendēs
19 nō succedat descēdenti. † Limita; quia forensis non dicitur effectus ciuis ex priuilegio; ideo statutum Florentiæ, quod nullus forensis audiatur in iudicio, nisi prius dederit fideiussionem de stando iuri, & iudicatum soluendo, non comprehendit forensem effectum ciuem, & saltem dispositio in eo non habet locum, & est locus iuri communi. Rom. *cons. 62. Florentina const. n.8. & per*
20 *tot. ver. ite, quia Matthæum.* † Limita; quia forēsis gaudet beneficio statutiloquentis de præscriptione, quando agitur de re sita in territorio, & statutum non loquitur in personam. Cast. *cons.10. Si ve-*
21 *ra sunt, n.2. lib.1.* † Extende, maxime, qñ sustinet onera in loco statuti. Crau. *cons. 585. n.27. & seq.* vbi allegat Alex. *cons.100. col.1. ver.*
22 *tertio cum in ciuitate, lib.1.* & plures alios. † Qualiter forensis possit ligari per statutum ratione bonorum, plene declarat Crauet. *cons.*
23 *171. nu.2.* vbi, quod non est districtio personæ, sed bonorum. † Et quod forenses, qui veniunt ad habitandum in loco efficiantur de vniuersitate loci, & teneantur ad onera realia, & personalia, & subiiciantur statutis. Castr. plene *cons. 456. Visis & consideratis, lib.1.* vbi, quod eo ipso, quod veniunt ad habitandum in loco, se subiiciunt statutis, & oneribus loci.

Forensis prohibitus acquirere stabilia quid possit. Concl. 411.

1 FORENSIS † si in loco prohibetur acquirere posse stabilia, nisi sustineat onera, & sit ciuis, si acquirat, sed antequam actualis traditio fiat sibi, efficiatur ciuis, & habilis, con ualidatur contractus, vide pro vtraq; parte Castr. *cons.286. Videtur, quod dicta sententia, lib.2.* vbi loquitur in statuto Paduano, & *cons.234. n.3. eod. lib.* idem tenet in statuto Bellunen. sequitur Cast. Crau. *cons.201.*
n.16. vbi ponit plura similia. Vide Cōcl. prox. præced. Vide, *Statutum circa forenses, vt stabilia non acquirant. Concl.554. & Concl. ibi prox. seq.*

Forliuii ciuitas, statuta, cōsuetudines, & priuilegia. Concl. 412.

1 CIVITAS † Forliuii est de iurisdictione Romanæ Ecclesiæ. A-
2 lex. *cons.254.* quod est fi. *lib.6. n.12. ver. rursus.* † Et est in Prouincia Romādiolæ; quia subiicitur cōstitutioni dictæ prouinciæ, vt p
3 Ang. Aret. *cōs.133. In themate, n.15. & seq. ver. nā cōstitutione.* † Priores portabant vestes pelliceas nobiles, & de rosato, vt in cōtingentia facti Aret. *cōs.133.* maxime *n.21. ver. secūdo principaliter.* adducit testes probātes ex parte Laurētii Pelipari, qui dedit Peregrino Arcolano, vnam fodram pelliū martororum pro foderāda veste de scarlatto, quas pelles emerat Laurētius à Dario, & Antonio Maldēte.
4 † Styl⁹ est Forliuii in tribunali iudicis appellationū, quod licet ex cōstitutione Prouinciæ Romādiolæ debeat appellatio interponi intra decē, & prosequutio fieri intra 20 dies, & pars debeat in p-sequutione citari de cōmissione iudicis; tamen de stylo nō requiritur commissio iudicis, sed sufficit, quod pars dederit nūtio citationem. Aret. *d.cōs.133. n.29. ver. vel tertio.* † Statutū Forliuii excludit fœminas stantibus masculis; & ideo testator cēsetur se cōformare cum statuto, vt appellatione filiorū intellexerit de masculis solis, quando agitur de successione; quia tunc masculinū non concipit
6 fœmininū. Fulg. *cōs.34. D. Catharina. per tot.* † Et super eodem statuto Forliuii, quod sorores excludantur ab agnato, & matri reseruet legitima, quod intelligatur in proprietate, sed si transit ad secūda vota, intelligatur in solo vsufructu, plene Aret. *cōs.78. Pro decisione, per tot.* vbi plura de statuto, & quod matri competit actio ex cōdi-
7 ctione statuti, & alia; vide eū. † Statutū, quod mortuo filio mater succedat vna cū patruis filii, si extant, vel si non extant, cū patruo-
8 rum filiis. Ant. de But. *cons.53. Quidam magister.* † Statutum de præscriptione sex, vel decem annorum, per quod denegatur audiētia volenti agere ex instrumēto post 10. annos, valet, & potest ciuitas potens Forliuii statuere, vt instrumentum post certū tempus non faciat fidē. Aret. *d.cons.133. In themate, n.18. & seq. ver. sed tamen his nō*
9 *obstan.* vbi plene vsq; ad *n.21.* † Statutū Forliuii sub *rubr. de tutoribus dādis pupillis*, disponit, quod si pupillus habet tutorem suspectum, possit dari tali tutori adiunctus duobus concurrentibus, vt petatur hoc ab aliquibus consanguineis pupilli ex parte patris, & quod iudex arbitretur hoc expedire pupillo. Petr. de Anch. *cons.*
36. Prisa quadam petitione, per tot. vbi, quod est formale, & correctium iuris communis, & quod forma non seruata sententia esset
10 nulla. † Consuetudo est in eadem ciuitate Forliuii, quod tutores tenentur dare massario Communis copiam inuentarii bonorum pupilli, alias possint vt suspecti amoueri. Petr. de Anch. qui hoc non firmat pro absoluto, sed præsupponit extare. *d. cons.36. in fi. n.9. ver. vlterius.*

Forma quid sit, & quotuplex. Concl. 413.

FORMA † non est aliud, quam impressio in materia, sicut fi- 1
gura Cæsaris impressa ferro, vel pecuniæ. Bald. *cons.38. D. Thomas. lib.1. in fi.* Vide, *Causa quid sit & est multiplex. Concl.134.* † Et forma est, quæ dat esse rei, *l. Iulian. §. sed & si quis. ff. ad exhib.* Iaſ. in *l. cum* 2
quis, nu.11. C. de iur. & facti ign. & quod forma substantialis sit illa, quæ dat esse rei. Castill. *cons.17. nu.9.* † Et forma nunquam obue- 3
nit materiæ, nisi in vltimo verbo, seu vltimo actu cuiusq; rei perfectiuo. Castillion. *cons.17. nu.10. ver. nec forma.* † Et nihil videtur ac- 4
tum, donec aliquid ratione formæ supereſt agendum. Castill. *d. cons.17. n.8.* † Materia vero, & subiectum, sine quo non potest in- 5
duci forma, potest pluribus modis sumi; primo modo, p materia, quæ subiicitur formæ, pro substantia per accidens, prout dicimus accidens non potest esse sine subiecto; secūdo modo potest sumi pro aliquo generali incōplexo, vel complexo, ad quod omnia determinata in scientia reducuntur. Ægid. *in proœ. decre.* super glossa *rubr. n.11.* vbi *n.12.* dat exempla, quibus potest quinq; modis intelligi, quos videas. † Duplex est forma probatoria; alia est simplex, 6
& si constat de actu aliter, prout ex confessione partis, nō annullatur actus; alia est probatoria substantialis, sine qua actus annullatur; & ista non suppletur etiā ex cōfessione iurata hæredis; quod testamentū sine sufficiēti numero testiū valeat, ita Iaſon in *d.l. cū quis, n.12. C. de iuris & facti ign.* † Probatoria forma dicitur, quando 7
lex, vel statutum dat formam, qua nō seruata prohibet actum valere, vel ex eo agi posse, & tollit effectum probationis; ideo nō operatur iuramentum aliquid circa, vel cōtra formam probatoriā. Bal. *cons.411. Casus talis est. lib.3.* † Et dicitur forma p̄batoria, quādo 8
statutū disponit, quod instrumenta debeant rogari per duos Notarios. Alex. *cōs.95. In causa, & lite, col.fi. ver. alio principali. vsq; in fi. lib.* 1. vbi, quod neq; iuramentum potest hanc formā supplere. Vide,
Statutū circa Notarios non matriculatos. Cōcl.602. † Quandoq; tamē 9
forma probatoria dicitur substantialis, put sunt testes in testamēto; quia si non sunt septē, deficit substantia testamenti, & non valet, plene Iaſ. in *d.l. cum quis, n.10. & seq. C. de iuris & facti ign.* † Extende, 10
maxime, quando statutū est odiosum; quia censetur formale; ideo forma seruari debet. Petr. de Anch. *cons.10. Plures ex prædictis,* vbi, quod si statutum mandat in damnis datis stari sacramento denunciatoris, non habet locum, si denunciator est accusator etiam; quia forma est data. † Extende; quia substantia quandoque 11
respicit solemnitatem substantialem, quandoque formam substantialem, quandoq; ordinem substantialem, & forma substantialis dicitur probatoria, quæ inducitur fauore publicæ vtilitatis, qua non seruata actus corruit. Bald. in *l. in suis, n.19.20. & 21. ff. de liberis, & posthum.* † Forma substantialis duplex est; quia alia est 12
constructiua, quando dat esse rei; alia est destructiua; quia ea destructa destruitur esse rei; ideo quicquid est necessarium ad esse rei, illud dicitur esse de forma. Bald. *cons.283. Iuri publico, in princip.* † Consistit autem forma substantialis ex solemnitate intrinseca, 13
& extrinseca. Bald. *d. cōs.283. in pr. lib.4.* Vide, *Solemnitas intrinseca, vel extrinseca. Concluſ.320.* † Cognoscitur forma substantialis, & 14
essentialis, & probatoria, & non substantialis ex pluribus; quia quando actus non valet sine illo requisito, prout testamentum sine testibus non valet; ergo testes sunt de substantia testamenti. Iaſ. in *d.l. cum quis, nu.10. & seq. C. de iuris & facti ign.* † Item, quando 15
lex dat formam, vt tempore actus aliquid interueniat, alias actus est nullus, illud dicitur esse substantiale; quia sine eo actus est nullus. Iaſ. *d.l. cum quis, n.11. C. de iuris, & facti ignorant. ver. secundo pōdera.* † Forma dispensatiua aliquando appellatur, quando ordi- 16
naretur, quod testamenta, quæ valent in ciuitate coram septem testibus, valeāt in rure coram 4. testibus, & sacerdote; ideo ēt valebit in rure coram septem testibus; quia ista forma est dispensatiua. Bald. *consil.355. Præmittendum est. lib.5.* † Forma ordinis dati est 17
quandoq; substantialis. Feli. in *c. cum dilecti. n.6.7. de rescript.* † Re- 18
gula tamen est, quod ordo non censetur datus, neque seruari debet, nisi quatenus appareat de iuris dispositione, aut disponentis voluntate. Sign. *cons.255. nu.3.* † Forma importat monitionem ali- 19
quando, veluti si in rescripto iustitiæ ponuntur illa verba, *si vera sunt narrata*, important monitionem, non autem formam præcisam. Rim. Iun. *cons.474. n.55.* vbi, quod procedit in litteris iustitię, secus in litteris gratiæ; quia formam importat.

Formalis dispositio quando dicatur, & qualiter cognoscatur. Concl. 414.

FORMALE † dicitur statutū, quando ex eo iudex recipit iuris- 1
dictionē contra iuris cōmunis dispositionem; ideo forma nō seruata, iudicium & sententia redditur nullū; quia si plura requi-

runtur ex tali statuto, omnia debent pro forma intervenire. Petr.
2 de Anch. *cōs.36. Visa quadam petitione, in pr.* vbi † loquitur in statuto Forliuii ex certis causis & in certis casibus disponente tutori posse iudicem dare adiunctum, & Io. de Ana. *cons.35. Reuerende domine, in*
3 *prin.* † Extende; quia statutum, quod in damnis datis stetur iuramento denunciantis, est odiosum, & formale; quia est contra ius; ideo non habet locum, si denūciator est accusator. Pet. de Anch.
4 *cons.100. Plures ex prædictis.* † Extende; quia statutum, quod procedatur per inquisitionē in casu, in quo de iure cōmuni nō potest, si dari mandat diem inquisito ad deliberandum, nec ante contra eū procedatur, est formale in tantū, quod non dato die processus est nullus, & cōfessio in quisiti. Sig. qui loquitur in statuto Medio-
5 lani, *cons.115. In quæstione Petri.* † Extende; quia statutum, ꝙ in certis causis fiat compromissum, & eligantur boni viri, & nō appelletur, dicitur formale in tantum, ꝙ forma non seruata erit locus appellationi, & non intrabit statutum. Sign. *cons.249. n.7. circa med. ver. ex quibus omnibus.* vbi, ꝙ si quid additur, vel detrahitur statuto, nō
6 erit illi locus. † Extende, etiam si forma statuti esset seruata in electione duorū, non autem tertii; quia adhuc nō erit locus statuto.
7 Sign. *d. cons.249. in fi. ver. nec non obstat.* † Et in statuto, quod duo Notarii adhibeantur ad rogitum instrumenti, censetur dare formam probatoriam fauore publico, qua non seruata nō valet actus, nec
8 aliter substinetur. Marsi. *Sing.700.* quod est vltimū. † Amplia; quia rescriptum tribuens iurisdictionem sub certa cōditione adeo est formale, vt si conditio non probatur verificata, licet sit vera in veritate non apparenti; tamen quicquid actū fuit, nullū est. Bal. *cōs.*
9 402. *Colligamus statū, n.5. v. sed & vltiud. lib.1.* † Amplia; quia in testamento deputatio exequtorū coniunctim facta censetur formalis; quia vbicunq; dispositio habet conditionē, vel æquipollet cōditioni, dicitur formalis. Bal. *cō.123. Reuerēdiss. pater, n.2. in fi. ver. vn-*
10 *de, quod cōmittitur, lib.5.* † Amplia; quia vbicunq; conditio dispositioni adiicitur, alias actº annullatur vel prohibetur, inducitur dispositio formalis, secus, si modus, vel causa dispositioni adiceretur, Ang. de Perus. *cons.56. Quidam non suppositus.* vbi, quod non sufficit impleri per æquipollens. Zab. *cons.27. Orta lite, n.2.* Alex. *cons.212.*
11 *Ponderatu, n.5. ver. & tanto clarius. lib.6.* † Extende; quia propterea fideiussio, ad quam obligatur vsurarius manifestus de restituendis vsuris, est de forma substantiali; quia *c. quamquam. de vsuris, in 6.* dicit, quod aliter testamentum non valeat, ita Abb. *consil.1. col.2. lib.*
12 *2. in pr.* alias in ordine 110. † Extende; quia lex, vel statutum mandans denunciari debere venditionem consorti, alias sit nulla, dicitur tunc denunciatio formalis, & de substantia; ideo debet fieri etiam ei qui certus est. Alex. *cons.27. Viso themate, lib.6.* vbi, ꝙ tunc non sufficit, quod impleatur per æquipollens, & ponit alia exem-
13 pla. † Restringe; quia quādo conditio non apponitur dispositioni, sed exequtioni, nūquam inducitur dispositio conditionalis,
14 neq; formalis. Rui. *cons.46 per tot. lib.5.* † Amplia; quia omnis constitutio, statutum, vel lex dans ordinem certum ad actum, & prohibens illum actum aliter fieri posse, dicitur formalis, itaq; ratione omissi, vel præposteri ordinis actus erit nullus, tanquam cōtra formam celebratus. Ro. *cons.402. In proposita consultatione. per tot. v.*
15 bi apost. *in ver. & non aliter fiat.* † Extende; quia statutum disponēs cum certis modificationibus, & qualitatibus, quicquid ibi exprimit, formam dare dicitur. Decia. *cons.72. n.24. & seq. lib.2.* Anch. *cōs.*
241. *Ex tenore. in fi.* plene Dec. *cons.262. col.2.* plenissime Rol. à Val. *cons.72. n.61. & seq. lib.3.* vbi plures allegat. Soc. Iun. *cons.2. n.7. lib.2.*
16 Fel. in *c. cum dilecta, ver. nonum signum, de rescript.* † Extende, vt idem sit, quando constitutio haberet decretum irritans; quia illi non potest renunciari, ex quo inducit formam, apost. ad Roma. *d. cons.*
17 402. *in ver. & non aliter fiat.* † Extende; quia statutum loquens conditionaliter, vel qualificate dicitur inducere formam, ita vt si cōditio, vel qualitas non verificetur, nou habeat locum, ita Decia. *d.*
18 *cons.72. n.25. & seq. lib.2.* † Idem in omni dispositione legis nouæ; quia si cum certis modificationibus disponit, quicquid ibi expri-
19 mi ur, pro forma censetur. Anch. *consil.241. in fi.* † Et maxime, quādo aliquid præcipit fieri circa ea, quæ sunt magnæ importantiæ, prout quod testator interrogetur super singulo capitulo testamēti, an ita disponat; quia censetur pro forma, ita vt si non seruetur, testamentum est nullum. Castr. *cons.325. Testes examinati, ver. nec et-*
20 *iam obstat, lib.2.* † Restringe, quando ex proœmio, vel alias constat de mente disponentis, quod pro forma nō voluit omnia esse data. Anch. *cōs.159. Rationes quæ, in pr. & per tot.* vbi ponit multas rationes cognoscendi, puta ratione absurdi, quando propter difficultatem seruandi formam elusoria redderetur dispositio, quando
21 resultaret contrarius effectus, & similia. † Idem in beneficio inuentarii concesso hæredi, quia cum sit contra regulas iuris, dicitur forma tradita, & si non seruatur ad vnguem, corruit actus, & non habet locum priuilegium. Doct. per illum tex. *in l. fi. §. & præfa-*
22 *tam.* vbi Corne. *in pr. C. de iure deliber.* † Amplia; quia forma dicitur data, quando quis promisit aliquid implere ante solutionem, & quod aliter solutio fieri non debeat. Rui. *cons.152. lib.4. in pr.* † Ex-
23 tende; quia vbicunque lex mandat gabellam, vel aliquid solui, vel fieri certo tempore, alias actus sit nullus, quirecedit a tempore, dicitur recedere à forma. Tiraq. qui plurimos allegat *tract. li-*
24 *gnag. §.3. gl.4. n.3. & seq.* Rebuf. *in tract. nominat. q.14. n.11.* † Amplia; quia forma data in compromisso arbitris debet seruari, alias laudum est nullum. Fulg. *cons.180 Viso processu, col.2. in prine.* † Amplia,
25 quia dictio (& non aliter) est præcisa, & formam inducit, & necessitatem præcisam imponit, ita vt non sit locus modificationi, vel
26 interpretationi. Decia. *d. cons.72. n.35. lib.2.* † Amplia, quia si formatur accusatio, vel inquisitio vigore bullæ, statuti, vel constitutionis nouæ, debent formalia verba bullæ, statuti, vel constitutionis inseri. Soci. *cons.188. Visa bulla, col.pen. nu.8. verb. circa tertiam, lib.2.*
27 † Restringe; quia sufficit, quod virtualiter sit expressum, maxime stante clausula. *super quibus, &c.* quæ idem importat, quod in ciuilibus, *petensius, &c.* quę æquipollet non tantum eo modo, sed omni
28 alio meliori modo. Soc. *d. cons.188. n.8. & seq. ver. sed præmissis, lib.2.* † Restringe, quando inquisitio facta non est necessaria, quia nō
29 vitiat, si est viciata. Soc. *d. cons.188. in fin. ver. præterea Senator. lib.2. n.*
10. † Amplia; quia lex, vel statutum habens decretū irritans, sem-
30 per dicitur formale, ita apost. ad Rom. *cons.66. in ver. formam.* † De-
clara totam istam materiam; quia censetur inducta forma, quando actus non potest fieri post, & factus post non conualidatur, sed debet fieri contextualiter; prout è conuerso nunquam censetur data forma, quando actus potest fieri post, & sanatur, semper dicitur formale, ita apost. ad Rom. *cons.66. in ver. formam.* † De-
let. Castr. *cons.292. Circa primum. col.2. in fi. ver. & præsupposito, cons.*
31 *in pr. lib.2.* vbi, quod fideiussio vsurarii non est de forma; quia est præstari post testamentum, & contra lidatur testamentum vsurarii per eam. † Amplia; quia mandatum hominis circa ordinem
32 iuris semper dat formam, qua non seruata actus redditur nullus. Ideo compromissum factum, ita vt de iure pronūciare teneatur, si aliter pronunciat, laudum redditur nullum propter formam datam, etiam quod inesset tacite; quia non eo modo mest, plene
33 Alex. *cons.23. Viso titulo. n.16. & seq. lib.5.* † Declara; quia ordo datus in mandato hominis, siue circa ordinatoria, siue circa decisoria, semper inducit formam, etiam si de iure talis ordo esset seruandus; secus, si datur ordo, vel commissio in iis, quæ respiciunt conditionem; quia non inducitur forma, sed monitio, ita Alex. *d. cons.*
34 *23. n.19. lib.5.* † Limita; quia nunquam dicitur data forma ex dispositione rei, iciente actum circa ea, quæ non sunt de substantia, sed sunt accidentia ad actum, nisi expresse sit dictū. Sig. Homod.
35 *cons.51. Statuto medicorum.* vbi pro vtraq; parte, sed circa finem declarat, *n.11. ver. in oppositum.* † Quæ autem dicātur substantialia, quæ naturalia, & quæ accidentalia. Vide in *ver. Accidentia possunt*
36 *mutari non viciata substantiæ, secus è contra. Concl.82.* † Limita, quia statutum iubens coniunctos vsq; ad quartum gradum tenen compromittere in duos non est formale, quin possint compromittere in vnum; quia principaliter respicit vtilitatem priuatam; quo
37 casu inest tacita conditio, nisi illi, quorum vtilitas respicitur, aliud velint. Cuma. *cons.50. Stante statuto. vers. ad primum.* † Limita; quia non censetur statutum inducere formam circa ea, quæ dirigitur iudici, vt faciat. Anchar. *cons.69. n.5. & seq.* † Limita; quia statutum
38 circa solemnitatem contractuū minoris, licet sit formale; tamen in ea parte, in qua mandat fieri diligentiam per iudicem, an contractus sit vtilis minori, vel ne, nō est formale; quia idē est de iure
39 communi, vt teneatur; ideo importat quandam excitationem in iudice, & ex solo decreto præsumitur inquisitio facta. Petr. Anchar. *cons.69. Contra donationem, n.5. & seq.* vbi, *n.7.* quod ita vsi fe-
40 cerunt Senis. † Limita; quia vbicumque lex, vel statutum respicit potius effectum, quam ordinem; tunc non est forma specifica, quia potest impleri per æquipollens. Dec. in *t. de appellationibus, n.5.*
41 *& seq. de appellat.* vbi declarat, quod si est forma, potius attenditur forma, quam ratio. Rui. *cons.137. n.9. lib.1.* Menoch. *cons.131. n.5. li.*
2. † Limita; quia qñ lex, vel statutum aliquid disponit per modum
42 tionem, non dicitur forma, prout est tex. in *l. à Diuo Pio. §. in vendi-*
tione. ff. de re iud. vbi, quod primo vendantur bona mobilia debitoris, postea stabilia, postea iura, & actiones. Nam istud est pro fa-
43 ris, postea stabilia, postea iura, & actiones. Nam istud est pro fauori exequutione, & minori dispendio debitoris, vt dicit Bar. ibi
44 *n.5.* & latius in *authen. quas actiones circa fi. n.19. C. de sacrosan. Eccles.*
plene Petr. Surd. *cons.39. n.18. & seq.* vbi dicit, quod est monitio ut-
dici, non forma; ideo omissio non vitiat, si non appelletur; si vero appelletur, potest reuocari; quia non fecit id ad quod monebatur. Vide, *Statutū formale dicitur, quando contra ius commune, Conclu-*
sio. 556.

Forma

Forma quando debeat impleri in forma specifica. Concl. 415.

FORMA † si non seruatur ad vnguem in iis, quæ recipiunt suũ esse ex forma, actus non valet, vt in stipulatione, quæ requirit congruentem formam responsionis ad interrogationem, *l. 1. §. si quis ita. ff. de ver. oblig.* Oldr. *cons.* 304. *in pr. n.* 2. *vers. circa hoc namque.* Vide, *Solemnitates omissa vitiat actum in omni dispositione, & quando secus. Concl.* 330. † Amplia in acceptilatione; q̃ si peccet in forma sibi attributa, vim accceptilationis, imo nec nudi pacti habet. *l. an inutiliter. ff. de acceptilatio.* Oldr. *d. cons.* 304. *nu.* 2. † Ratio est; quia vbicunque ius, vel statutum exigit certam formam, seu certam qualitatem, nõ sufficit factum adimpleri sine forma, & sine qualitate. Abbas *cons.* 1. *col.* 2. *ver. præterea, n.* 3. *lib.* 2. in ordine 110. Vide, *Qualitercunque facta concessio, vel prohibitio ad qualitatẽ restringitur. Concl.* 12. † Ratio est, quia in istis actibus forma est, quæ dat esse rei; & ideo cum mutatur, vel omittitur, non producitur actio. *l. mulier. §. res abesse. ff. de verb. significat.* Oldrad. *d. cons.* 304. *nu.* 2. † Amplia in tantum, vt si quis appellat iuxta formam *capit. vt circa. de electio. in* 6. pro forma requiratur, vt iuret duo, videlicet, quod credit obiectus esse veros, & quod credit posse illos probare, & si non iurauit specifice, appellatio corruit. Oldr. *d. cons.* 304. *in prin.* & etiam *n.* 3. *verb. constat tam*, vbi, quod non sufficit attestatio in genere per Notarium facta, dicat, prædictis omnibus interfui, quia debet distincte de vero iuramento attestari, sequitur Crau. *cons.* 88. *n.* 19. † Amplia regulariter, vt vbicunque forma est de substantia actus, & sic est substantialis, si fiat alteratio, non valeat actus, *cap.* 1. *de baptis.* Cald. *cons.* 314. *ver. ad cuius declarationem ante med.* alias 11. *de feudis*, quia est individua, Deci. *cons.* 532. *Pro vera, n.* 5. Ias. *cons.* 165. *lib.* 2. *in fine.* † Declara tamen, quod si aliquid additur, vel detrahitur formæ circa accidentia, non substantialia; tunc etiam actus valet; secus, si circa substantiam, idem Cald. *d. cons.* 314. *ante med. verb. ad cuius declarationem*, alias 11. *de feudis*, vbi, quod valent pacta, quod feudum transeat ad fœminas, & ad extraneos, & possit alienari; quia ista nõ sunt contra substantiam feudi, sed contra accidentia ex propria natura feudi. † Amplia in rescriptis; quia si datur certus ordo super pluribus, & ordo facti non seruatur, prout datur ex forma, vel ordo iuris non seruatur, prout de iure, actus seu processus est nullus. Gemin. *cons.* 57. *nu.* 2. *verb. quia quando datur ordo.* Vide, *Forma rescripti non seruatur multis casibus. Conc.* 422. † Extende in statuto dante ordinem procedendi ad ponendum quem in banno; quia si ordo, & forma data non seruatur, bannum est nullum, & non dicitur bannũ proprie; quia omissio modi, & formæ, tam hominis, quam legis vitiat dispositionem. Petr. de Anch. *cons.* 6. *Viso themate, questionis. n.* 5. *& 6. ver cum isto statuto.* † Amplia in statutis; quia si forma non seruatur; ipso iure actus non valet; sicuti non valet, si forma à lege, vel ab homine tradita non seruatur. Pet. de Anchar. *consil.* 36. *Visa quadam petitione, in princip.* maxime *num.* 3. *& sequentib.* vbi, quod si dispositio loquitur in plurali, non sufficit, quod in singulari impleatur, & Bald. *consil.* 146. *Præmissis verbis, nu.* 5. *verb. & circa omnium. lib.* 2. vbi, quod forma data in dando curatore si non seruatur, non valet datio. † Amplia in commissione, & rescripto facto iudici sub cõditione, vel forma qualificata, puta quod cancellet bannum Titii, si pacem habet; quia intelligitur præuia causæ cognitione, vt constet de pace per probationes, citatis interessatis, alias cancellatio esset nulla, licet vere pacem habuisset, si de ea non constat. Bal. *cons.* 402. *Colligamus statutum, n.* 5. *verb. sed & aliud, vsque in fi. lib.* 1. † Amplia; quia si est data certa forma iuramenti interponendi in cessionibus faciendis, alias non valet, & iurans falsum puniatur, non sufficit dicere, *iurauit in omnibus, & per omnia iuxta formam statuti*, ad hoc, vt puniri possit mulier ex tali periurio, si non fuit certiorata. Bald. *cons.* 139. *circa fi. verb præterea statutum.* † 2. † Amplia in forma citandi; quia si ea non seruatur, citatio est nulla, & processus debet reformari. Bal. *cons.* 214. *Vt apparet, libr.* 4. *in fine. & consil.* 63. *Solum de subscriptione, in princip. libr.* 5. quod est Francisci domini Baldi. † Extende in statuto, quod fiat denunciatio consorti per venditorem, alias actus sit nullus; quia debet fieri etiam ei, qui scit venditionem; quia forma debet impleri. Alex. *cons.* 27. *Viso themate, in pr. lib.* 6. † Amplia in statutis dantibus certam formam adhibendam in alienationibus minorum sub certa solemnitate, sub pœna nullitatis; quia si solemnitas non est adhibita, actus factus est nullus. Bald. *consil.* 283. *Iuri publico per tot. lib.* 4. † Extende generaliter in omni dispositione, siue legis, siue statuti; quia si datur forma, & inducitur nullitas actus, semper forma debet seruari ad vnguem, & non sufficit, quod seruetur per æquipollẽs. Alex. plene *cons.* 212. *Ponderatis ijs, in pr. lib.* 6. vbi ponit plura exempla. † Extende; quia si statutum mandat, quod in instrumento, & contractibus apponatur nomen, prænomen, & cognomen cõtrahentium, alias sit nullus; non sufficeret personas contrahentiũ esse demonstratas per nomina singularia, vel alias demonstrationes certas. Alex. *d. cons.* 212. *n.* 13. *ver. & tanto clarius, lib.* 6. vbi, *n.* 6. dicit, etiam si clausula annullatiua sit in fine posita per sestans; quia refertur ad omnia. † Extende, vt procedat, etiam quãdo interuenit iuramentum contrahentium; quia si ex forma prohibetur consensus, nec iuramentum valet. Bal. *d. cons.* 283. *circa fi. li.* 4. Vide, *Solemnitas potest remitti à partibus, & quando non. Concl.* 333. Et quod † forma data à statuto sit implenda specifice. Alex. *cons.* 137. *in causa, & lite, n.* 15. *& seq. ver. sed forma, lib.* 2. late Rol. à Val. qui plura ponit exempla. *cons.* 72. *à n.* 54. *vsque in fi. li.* 3. maxime *n.* 60. Marsc. *cons.* 117. *n.* 25. *& seq.* † Amplia in statuto dante formam circa ordinem procedendi; quia forma nõ seruata processus est nullus. Bal. *cons.* 63. *in pr. lib.* 5. † Extende in statuto dante ordinem, & formam circa appellationes; quia forma non seruata non valet appellatio; Card. Zab. *cons.* 27. *n.* 2. *& seq.* † Amplia in refutatione; quia vbi requiritur forma certa, si omittatur etiam ex quacunq; causa iustissima, actus nõ substinetur. Bal. *cõs.* 198. *Punctus, si ex forma. & cõs.* 199. *in pr. libr.* 5. † Amplia in reformationibus, & constitutionibus habentibus dispositionem conditionalem, annullantem actũ, prout Florentiæ, quod nullus forẽsis admittatur ad accusandũ sub dictũ, nisi dederit idoneos fideiussores, approbãdos per approbatores Communis; quia licet dederit accusator vnũ idoneum fideiussorem approbatum per vnũ approbatorem non valet; quia cõstitutio formalis loquitur in plurali. Ang. de Perus. *cons.* 56. *Quidã non suppositus per tot.* † Amplia; quia nõ est impleta forma data in testamentis, etiã si plenius fiat, & impleatur. Ias. *cons.* 97. *li.* 4. vbi loquitur in forma testamentorũ cõficiendorum. † Amplia; quia quod iudex teneatur primo scribere deliberate sententiã, & postea proferre, est de forma substantiali; ideo non valet, si forma nõ seruetur. Castil. *cons.* 17. *n.* 6. *& multis seq.* vbi *n.* 8. quod nihil est actum, si pro formæ implemento aliquid supereſt agendum, quia forma dat esse rei. † Amplia; quia si statutũ dicat, quod Notarius debeat describere nomina, & cognomina contrahentium, alias contractus sit nullus, nõ sufficit describere nomen singulare, prout Galiopressus; quia actus est nullus forma non seruata. Ang. *cõs.* 27. *n.* 2. *lib.* 6. † Amplia; quia forma præuaricari nõ debet etiam in fauorabilibus. Bal. in *l. omnes populi, col.* 2. *in primo not. ff. de iust. & iure, & in authen. offeratur, col.* 1. *& in vlt not. C. de lit. contest.* & Bald. *cons.* 21. *lib.* 5. vbi, quod non potest addi, vel minui; & quod prætermissio formę vitiat actum etiam in fauorabilibus. Bal. *cons.* 250 *lib.* 5 † Et formæ omissio vitiat actum. Bal. *cons.* 351. *n.* 9. *lib.* 2. etiam si in minimo sit omissa forma; quia est actus indiuiduus. Dec. *cons.* 532. *nu.* 4. & Ias. *cons.* 165. *li.* 2. † Etiam si omittatur à rustico, & per errorem. Bald. in *l. iuris ignorantia C. qui admitti.* Deci. *cons.* 284. *Viso puncto, col.* 2. † Et maior est defectus formæ, quam materiæ. Cast. in *l. si vnus. §. si ff. de pact.* † Et forma est potior, quam materia; cum forma sit agens, materia vero patiens, & omnis agens sit nobilior patiente. Bal. in *l. si. C. de seruis fugit.* Vide, *Formæ omissio multa operatur. Cõcl.* 416. † Limita; quia nõ refert, an forma vere, an interpretatiue impleatur, multis casibus; quia si lego Titio fundum meũ, si soluerit Mæuio centum, sufficit, quod sit creditor legatarius ipsius Mæuii, & ferat accepto dictam summam; quia licet diuersa sint numeratio, & acceptilatio; tamẽ quia acceptilatio est solutio interpretatiua, & habet eundem effectum, sufficit pro conditione implẽda. *l. Iulianus ait.* alias incipit, *si hæredi. ff. de cond. & demonst.* plene Alex. *cõs.* 179. *Viso processu, n.* 6. *ver. tertio respondeo, lib.* 5. Vide, *Forma potest impleri per æquipollens. Concl.* 417. † Limita, quando leuis est solemnitas; quia tunc omissio formæ non vitiat, & quæ dicatur leuis, vel non leuis. Bar. plene in *l.* 1. *§. si plures, n.* 12. *ff. de exercit.* † Vide omninò Decium in *c. de appellationibus, de appell.* vbi facit quatuor casus, in quib⁹ nõ impletur conditio, vel forma per æquipollens, videlicet, qũ est voluntaria, quãdo annullatur actus contrarius, & respicit ordinem, & substantiam, non effectũ. Vide, *Conditio debet impleri per veritatẽ, & non per fictionẽ. Concl.* 594. † Dicas tamẽ, quod forma ita uti semper præsumitur substantialis, & non leuis. Vide, *Statutum formale dicitur, quando est contra ius commune. Concl.* 556. *ver. & forma tradita.*

Forma data debet tenaciter seruari, & exprimi, & quando secus. Concl. 416.

FORMA † data ad aliquem actum debet tenaciter seruari, & exprimi. Innoc. in *c.* 2. *in gl.* 2. *de consuet.* Dec. in *c. prudentiam, n.* 4. *de offic. deleg.* Old. *cons.* 130. *Omissa prolixitate*, qui dicit procuratorem propterea constitutum cum facultate substituendi, & reuocandi, non posse reuocare, nisi expresse sit data facultas, & contrariũ tenet Rota in *nouis decis.* 14. *de procurat.* † Limita; quia quandoque

iuramentum operatur, quod forma habeatur pro impleta, videlicet, quod licet non valeat actus propter defectum formæ, valeat alio modo, prout valere potest. Alex. *consil.* 28. *Ponderatis, n.* 9. *vers. & licet quandoque, col. penult. lib.* 3.

Forma seruanda circa consilium adhibendum. Concl. 417.

1 FORMA † est seruanda etiam respectu consilii adhibendi; quia si aliquis fuit datus ad consulendum alicui actui, debet constare, quod consuluerit, alias non valet actus sine consilio factus.
2 Oldr. *consil.* 209. *n.* 11. *ver. tertio nō fuit seruata.* † Amplia, quia si statutum dicit, quod debeat iudex dare, vel remittere partes ad consilium, si aliter facit, sententia est nulla, quia solemnitas non est leuis. Bart. *in l.* 1. § *si plures, n.* 12. *ff. de exercit.* vbi declarat, quæ sit solemnitas leuis, vt non vitiet, & quæ non leuis, quæ vitiat.

Formæ omissio multa operatur. Concl. 418.

1 OMISSIO † formæ in delinquendo, quando certa forma datur ad delictum, operatur diminutionē pœnæ respectu maleficii non formalis. Bald. *cons.* 106. *Cum petieretur quædam pœna, in fi. ver. præterea ista testificatio, lib.* 1. Vide, *Forma quādo debet impleri in forma specifica. Concl.* 413. † Et vbi certa forma traditur à statuto, si non seruatur forma, actus est nullus. Bald. *cons.* 146. *Præmissis verbis, n.* 5. *ver. & circa omnium, lib.* 2. vbi loquitur de forma celebrandi cōtractus minorum. † Idem, si extet statutum requirens præceptum iudicis, & præfixionem termini, vt poste a non audiatur, si forma statuti non est seruata, non est locus dispositioni statuti. Rom. *cōs.* 23. *Nescio, quid, in fi.* † Idem, si statutum dat formam eligendi Notarios, qui rogentur de actis iudicialibus; quia si forma nō seruatur, non valet rogitus actorum ab alio Notario non electo, iuxta formam statutorum. Bald. *cons.* 137. *Ad officium, lib.* 3. † Item forma data à statuto censetur, si dicat debere citari trina vice; quia non sufficit, quod vnica fiat citatio peremptoria. Alex. *cons.* 135. *In causa & lite, n.* 15. *& 16. ver. sed forma lib.* 2. vbi apost. *in ver. pro trib.* † Idem, si dat formam citandi; quia forma non seruata processus est nullus, & reformandus. Bald. *consil.* 214. *Vt apparet, circa fin. lib.* 4. Bald. *cons.* 63. *Solum de subscriptione, in pr. lib.* 5. † Idem, in forma data ad inquirendum. Signor. *consil.* 115. qui loquitur in statuto Mediolani.
8 † Idem, si dat formam circa libellum, & ordinē procedendi; quia forma non seruata processus est nullus. Bal. *d. cons.* 63. *Solum de subscriptione, lib.* 5. *in pr.* vbi dicit hoc procedere etiam in actu fauorabili. † Idem, quando ordo est datus in criminalib. ad ponendum aliquem in banno; quia si forma non seruatur, bannum est nullum. Pet. de Anch. *cons.* 6. *Viso themate quæstionis, n.* 5. *& 6. ver. cum isto statuto.* † Idem, si forma data est circa refutationem; quia si certa forma requiratur, & non fuit adhibita, refutatio est nulla. Bal. *cōs.* 198. *Punctus. si ex forma, in princ. & cons.* 199. *Refutatio non valuit, lib.* 5.
11 † Idem, si forma datur ad accusandum, prout Florentiæ, quod forensis non admittitur ad accusandum subditum, nisi præstet idoneos fideiussores approbandos per approbatores cōmunis; quia cum loquatur in plurali, & sit conditionalis, & consequenter formalis, nō sufficit, q̄ vnus fideiussor ēt idoneus sit dat⁹, neq; quod vnus approbator approbauerit. Ang. de Peru. *cons.* 56. *Quidam non suppositus, per tot.* † Idem in constitutione dante formam emancipationē filiorū, vt præcedere debeat proclama generale, & quod aliter non valeat; quia si fiat nō præmisso, vel præpostero proclamate erit nulla, & filius, qui passus est emancipari, poterit de nullitate dicere intra decennium. Rom. *cons.* 402. *In proposita consultatione, per tot.* † Idem in forma data in subhastatione; quia ea non seruata subhastatio est nulla, & nō obligat. Ang. *cons.* 324. *Datum pannorū, n.* 3. *ver. nunc ad propositū.* † Idē in cōpromisso, in quo datur forma arbitris in pronunciando; quia ea non seruata, laudum est nullum; sicuti in iudice delegato forma rescripti idem operatur.
15 Fulg. *cons.* 180. *Viso processu.* † Idē in forma data ad eligendū. Rom.
16 *cons.* 66. *per tot.* † Idem in forma data in exercenda iurisdictione ea non seruata, quicquid fit, redditur nullum, si contra formam fiat. Rom. *cons.* 236. *Vt præmissa consultatio, n.* 8. *vsq; in fi.* vbi plena apost.
17 *in ver. singularis.* † Idem in forma data executori sententiæ; quia si exequitur vltra sententiam, vel aliter, q̄ sententia mandat, vel loquitur, nulla redditur executio, etiam si verbis profiteatur nolle excedere formam sententiæ. Abb. *cons.* 3. *Nitar. col.* 11. *ver. vndecima quæst. lib.* 2. vbi *col.* 11. *in ver. venio ad duodecimā*, dicit talē executionē nullā nō posse cōualidari ex posteriori sententia, quæ sit validā; qa
18 contra notoriū esset. † Idem in forma data, q̄ bona ponantur ad ctidas; quia si non est seruata ad vnguem, actus redditur nullus, & non sufficit, quod per æquipollens sit seruata, quando statutum annullat actum, si forma non seruatur. Alex. *cons.* 212. *Ponderatis, in pr. lib.* 6. † Amplia; quia omissio formæ operatur, quod etiam illi, 19 qui actum fecerunt contra formā, possunt dicere, & allegare nullitatem intra 10. annos. Rom. *cons.* 402. *circa fi. ver. quoad secundum.* † Declara totam hanc materiam; quia si lex non habenti iurisdictionem illam dat sub certa forma, & certo modo seruando, illo 20 non seruato actus est nullus; si vero dat iurisdictionem habenti cum certa forma, actus præter formam factus non est nullus licet puniatur contrafaciens, & hoc, nisi ade esset de certū irritans, apost. ad Rom. *cōs.* 236. *n.* 8. *in ver. singularis*, vbi plura adducit, quæ videas. gl. *in clem.* 1. *in ver. inhibemus, in fi. de iure patr.* quā tenet Abb. *cons.* 91. *Quoad primum, col.* 4. *in pr. ver. ad prædicta induco, lib.* 1. † Declara me- 21 lius, vt per Ias. *in l. vniuersa, n.* 9. *C. de preci. Imp. offf.* quod si à principio iurisdictionis datur certa forma, illa est formalis, & de substantia, vt actus non valeat ipso iure; si vero forma datur exercitio iurisdictionis, non vitiatur actus ipso iure, sed bene cum effectu. † De- 22 clara; quia si qualitas debet interuenire in ipso actu, semper est de forma substantiali, vel de solemnitate substantiali; si vero potest interuenire post actum, nunquā est de forma substantiali; ita Ias. *d. l. vniuersa, C. de preci. Imp. offer. n.* 10. *& seq.* vbi, quod totus mundus sequitur hanc doctrinam, quam tamen declarat, nisi lex requires qualitatem in actu disponeret contrarium, puta, quod actus substineatur, etiam si post actum interuenit, & ita declarat gl. *in c. vsurarius, in gl.* 1. *de coniug.* † Amplia in tantum omissionem formæ operari nullitatem, vt procedat etiam in iis, quæ de sui natura sunt diuisibilia; quia nullitas in totum causatur. Rom. *cons.* 66. *in fin.* & potest esse ratio, quod ipsa forma est indiuisibilis. Dec. *cons.* 532. *num.* 4. Iason *consil.* 165. *lib.* 2. † Extende; quia in formalibus 23 iudex non debet moueri ex æquitate non scripta, neq; debet se clementior lege, vt recedat à forma. Abb. *cons.* 91. *col.* 4. *circa 4. vers. & quoties datur, lib.* 1. *sub num.* 6.

Forma potest impleri per æquipollens. Concl. 419.

1 FORMA † potest impleri per æquipollens, vbicunque aliquid exprimitur, quod erat necessarium ad ipsum actum, seu eius effectum. Alex. *consil.* 2. *Visis dubitationibus, in princ. lib.* 2. Vide, *Conditio debet impleri in totum, & in forma specifica. Conclus.* 595. † Amplia, 2 vt procedat etiam in mandato Papæ circa vnionem faciendam Ecclesiæ per cessum, vel decessum rectoris illius; quia potest simpliciter vnio fieri per executorem, non expectato cuentu, quod rector cedat, vel decedat, dummodo in vnione ipsa reseruetur ius, & faciat sine præiudicio Rectoris; quia censetur impleuisse mandatum. Oldrad. *consil.* 257. *num.* 3. & 4. *ver. restat.* † Amplia in de- 3 nunciatione conuenta ex cōtractu; quia si est conuentum, quod in casum damni debeat fieri denunciatio venditori, & Potestati loci, sufficit, si fiat venditori, & vicario Potestatis. Bald. *cons.* 93. *in quodam contractu, in fi. ver. circa tertium, lib.* 1. † Amplia in forma data 4 à laudo, puta, quod debitor pecuniarius soluat intra certum tempus sub pœna; quia si practica est in ciuitate, quod debitores pecuniarii non habentes pecuniam, possint offerre tot bona, dicitur forma impleta per oblationem bonorum; quia practica inest theoricæ, & illam interpretatur. Bald. *consil.* 318. *Practica ciuitatis, lib.* 1. *in pr. & per tot.* † Amplia maxime in forma inducta dispensa- 5 tiue, veluti, quod testantes ēta valeant in rure coram quatuor testibus, & sacerdote; quia valebunt etiam coram 7. testibus sine sacerdote. Bald. *cons.* 355. *Præmittendum est. lib.* 5. *in pr.* † Amplia; quia 6 statutum formale, quod aliquid expediatur per quatuor eligendos, nō vitiat actum expeditum per maiorem numerum electorum. Sign. *cons.* 17. *Statuto Communis Notariæ, per tot.* vbi, q̄ quando excessus, vel pinguior prouisio nō est contra mentem disponentis, & contra vtilitatē dispositionis, maior numerus, vel pinguior prouisio non dicitur contra formam, vbi allegat pro vtraq; parte, & ita distinguit. † Amplia in rescriptis; quia forma rescripti suffi- 7 cit, quod per æquipollens impleatur. Vnde, si aliquid debet constare, tanquam præambulum, sufficit, quod constet, etiam si non vt præambulum. Alex. *d. cons.* 2. *in pr. lib.* 2. † Amplia in mandato; 8 *l. si ff. mandat.* † Amplia; quia vbicunq; forma respicit effectus potius, quam ordinem, semper potest impleri per æquipollens. Vide, *Effectus potius attenditur, quā verba. Concl.* 50. *cum concl. sequ.* † Et idem, quando constat, quod iura potius considerant effectum, 9 quam formam, ita Alex. *consil.* 129. *Ponderatis, n.* 3. *ver. nec obstat. lib.* 1. vbi allegat Bald. *in l. fi. §. omne, C. de admin. tut.* † Amplia in lege dicen- 10 ponente sententiam non valere, quæ nō continet condemnationem, vel absolutionem; quia sufficit, quod continuate æquipollentiam, prout est declaratio, quod quis sit debitor, vel non debitor. Castr. *consil.* 275. *Ad primum, col.* 1. *ver. & censetur, lib.* 2. † Idem in 11 statuto requirēte, quod pronuncietur per iudicem appellationis bene vel male iudicatum; quia sufficit, quod impleatur per æqui-

pollens.

pollens. Cast. *d. cons.* 275. *in* 1. *col. v. & censetur lib.* 2. † Amplia in conditione, quæ debet impleri in forma specifica; quia sufficit, quod per æquipollens impleatur, Cast. *d. cons.* 275. *col.* 2. *in pr. ver sic & condit. lib.* 2. † Amplia, quia regula de publicandis prouisionibus, seu acceptationibus, quæ debet fieri in loco beneficii, si fiat alibi ex iusta causa, puta propter iustum metũ, valet; quia lex semper contentatur de eo, quod est possibile. Rom. *cons.* 433. *Quoad primum, in pr. vbi* apost. 1. *in ver. quoad primum* dat concor. infinitos. Vide, *Nec existas non habet legem. Concl.* 19. † Idem in iudice delegato in certo loco; quia ob iustum metum potest obligare tribunal in alio loco, & valebit iudicium. Roma. *dict. consil.* 433. *in princ. cap statuimus, de offic. deleg. in* 6. † Idẽ in appellatione, quæ debet intimari ad domum habitationis appellati in cathedrali, & beneficio, de quo agitur; tamen ex iusta causa metus sufficit in alio loco, dummodo possit verisimiliter deuenire ad notitiam. Rom. *d. cons.* 433. *in prin. ver secundo probatur.* † Idem in electione Romani Pontificis, quę ex forma debet fieri, vbi mortuus est vltimus Pontifex, & tamen si locus non est tutus, potest in alio suo fieri. *c. vbi periculum. §. porro, de elect. in* 6. Rom. *d. cons.* 433. *col.* 1. *in fi. vers. ad idem.* † Idem in omni iudice, qui debet eligere suum tribunal in territorio pro forma; si tamen ex iusta causa metus non potest, permittitur extra territorium Rom. *d. cons.* 433. *in prin. col.* 2. *ver. quarto ad idem.* † Idem in acceptatione, quę debet fieri intra mensem à die notitiæ vacationis in loco beneficii, si ibi nullus resideat, intelligitur de notitia in loco vicino. Roma. *d. cons.* 433. *col.* 2. *ver. quinto.* † Extende, vt procedant prædicta, etiam si nulla fiat protestatio; quia non reperitur iure cautum. Rom. *d. cons.* 433. *n.* 4. *& seq. ver. nec præmissis refragatur.* † Amplia; quia constitutio formalis sufficit, q̃ impleatur secundũ mentem, licet secundum verba forma non sit seruata; quia magis menti, quam verbis seruire debemus, ita plene Rom. *dict. cons.* 433. *Quoad primum, col.* 2. *n.* 1. *in fi. cum seq. ver septimo considero,* vbi apostin *ver. debemus.* † Extende, quia solemnitas non seruata non vitiatur actus, quando satisfactum est menti inducenti ipsam solemnitatem. Roma. *d. cons.* 433. *nu.* 3. *ver. cum autem dicamus.* Vide Conclusionem proxime præcedentem, cum multis præced.

Forma non præsumitur seruata. Concl 420.

1 FORMA † vbi est inducta in aliquo actu, si non apparet seruata, nõ præsumitur pro actu, pro quo cessante forma præsumeretur, ideo in habentibus certam formam non præsumitur pro Legato de latere, & illius facto, pro quo alias præsumeretur. Cal. 2 *cons.* 86. *An legatus posit. in pr.* alias 6. *de officio legati.* † Amplia in iudice dato sub certa forma, & conditione, quia si non constat ex probatis de implemẽto conditionis, non præsumitur, & actus redditur nullus, & in hoc non creditur iudici etiam attestanti se vidisse, vel quod sit impleta conditio; quia intelligitur præuia causæ cognitione, & citatis citandis Bald. *d. cons.* 402. *n.* 5. *ver. sed & aliud, vsque in fi. lib.* 1. incip. *Colligamus statutum.*

Forma quando non sit seruanda. Concl. 421.

1 FORMA † non seruatur, quando deficit materia. Lap. *alleg.* 83. *In causa, n.* 5. *ver. idem in similibus.* vbi, quod licet pro forma electionis per scrutinium debeant eligi tres Canonici, si nõ adessent 2 tot, forma non seruatur. † Amplia; quia forma non debet seruari, vbi necessitas compellit, quia vbi lex iubet aliquid fieri præcedẽte monitione cum temporis distantia sub certa pœna, si festinus casus occurrat, ita quod locus, & tempus non patiantur dilationem, forma non seruatur, & actus valet. Gem. *cons.* 66. *col. final. nu.* 3 6. *vers. vel potest alio modo.* † Extende in vsurario, qui debet præstare cautionem in manibus Notarii, habentis mandatum ab Episcopo, alias testamentum non valet; tamen si necessitas subest, valet testamentum, licet Notarius, qui recipit cautionem, non habuerit mandatum ab Episcopo; quia non potuit habere ex necessita-4 te. Bal. *cons.* 146. *Præmissis verbis, in fi. lib.* 2. † Amplia; quia forma non seruatur de consensu partium, quãdo forma est introducta principaliter ad fauorem priuatum; quia inest clausula, *nisi partes aliud velint.* Cuma. *cons.* 50. *Stante statuto, ver. ad primum.* † Amplia, quia forma dispensatiue inducta non debet seruari, veluti si statutum disponat, quod testamenta, quæ requirunt septem testes de iure, valeant coram quatuor testibus, & sacerdote, poterunt etiam fieri coram septem testibus sine sacerdote; quia fuit inducta dis-6 pensatiue. Bald. *consil.* 355. *Præmittendum est. lib.* 5. † Amplia; quia formæ potest renunciari, quando non respicit fauorem publicum, sed priuatum, quia quilibet potest illi renunciare ad commodum suum. Ruin. *consil.* 46. *Super eo, de quo agitur. libr.* 5. *in fine.* † Amplia; quia vbicunque leuis est solemnitas, non vitiatur actus, licet forma, vel solemnitas non seruetur. Bartol. *in leg.* 1. *§ si plures num.* 12. vbi declarat, quando sit leuis, vel non. *ff. de exercit.* & dicit, quod illa est leuis solemnitas, quæ non mutat factum, & disputat, an si statutum dicat, quod iudex cum consilio sapientis pronunciet, an sit leuis; quia non tenetur sequi consilium, si est iniustum; & concludit, quod non est leuis, & sententia est nulla isto casu. Abbas *cons.* 93. *Duo sunt, in fi. vers. ad prædicta, lib.* 1. Angel. Aret. *cons.* 68. *Lancellottus, num.* 6. *vers. quinimo fortius dico.* † Extende, 8 quia in exequutione debent capi primo mobilia, postea stabilia, vltimo iura, & actiones, & si in contrarium fiat, datur appellatio, & inducitur grauamen. Bart. *in leg. à duo Pio. §. in venditione, nu.* 5. *ff. de re iudic.* & quia est leuis solemnitas, & potius quædam forma leuis, quæ sonat in monitionem iudicis, si fiat præposteratio, valet actus, si non appelletur. Surdus *consil.* 39. *n.* 18. *& seq.* Vide, *Exequutio sententiæ qualis esse debeat, & quando nulla, vel non. Conclus.* 483. Vide plenius per Antonium Gabriel. *lib.* 2. *titul. de exequutio. Concl.* 2. *Exequutio an sit nulla.* † Extende in statuto mandante eligi debere medicum de mense Ianuarii per Priores ciuitatis, duraturum per annũ, quia si nõ elegerunt, poterit fieri electio per alios Priores successores, & de alio tempore; quia leuis est solemnitas. Ab- 9 bas *d. cons.* 93. *in fi. vers. ad prædicta, lib.* 1. † Declara; quia ad cognoscendum, an forma sit substantialis, vel leuis, consideratur; quia si aliquid mandatur studiose seruari pro forma substantiali, ita quod actus non possit sine forma cõsistere, tunc forma est de substantia actus, qua posita ponitur actus, & ea remota, remouetur actus; si vero aliquid ponitur ad bene esse, non vt sit de substantia; tunc leuis, & modica dicitur solemnitas. Abbas *d. cons.* 93. *in fi. lib.* 1. † Extende; quia si statutum requirit, quod in discussione fa- 11 cienda citari debeat debitor in scalis, & lodia Palatii, & fuerit citatus solum in scalis, vel lodia, discussio facta valet; quia in modicis omissio formæ non vitiat; quia de minimis non curat prætor. Angel. Aret. *d. cons.* 68. *Lancellottus, n.* 6. *vers. quinimo fortius.* Vide Conclusionem proxime seq.

Forma rescripti non seruatur multis casibus, licet regula sit in contrarium. Concl. 422.

RESCRIPTVM † mandans excommunicatum absolui ad 1 cautelam facta satisfactione potest impleri per cautionem de parendo, quando excommunicatio non est pro manifesta offensa; quia ordo iuris dat, quod vel satisfaciat, vel caueat, secundum quem ordinem rescriptum debet interpretari, & ideo ordo facti debet impleri secundum formam datam; secus in ordine iuris. Calder. *cons.* 25. *Si mandatur.* alias 2. *de rescript. in fin. ver. non obstat, quod forma, & cons.* 532. alias 1. *de sent. excom. in fine,* sequitur Fel. *in cap. cum dilecta, in* 3. *limit. extra, de rescript.* † Amplia; quia nunquam Papa ex suo rescripto vult tollere ordinem iuris. Gemin. *cons.* 63. *nu.* 2 7. *vers. Cum Papa nolit.* † Et hoc maxime procedit, quando ex rescripto tali tolleretur ius tertii, quia ex defectu intentionis Papæ tale rescriptum non est attendendum, maxime, quando mentio non est facta de illo iure tertii. Gemin. *dict. consil.* 63. *in princ. ver. tacuit primo.* † Amplia; quia si Papa mandat, quod vnio rescindatur, 4 vel dissoluatur vocato eo, ad cuius fauorem est facta, poterit etiam vnionẽ, si est nulla, nullam declarare; quia hoc venit ex mente Papæ, puta quia est ex falsa causa facta. Dec. *con l.* 232. *Viso tenore numero tertio.* † Extende, quia si Papa mandat alicui, vt prouideat de præbenda vacatura, poterit prouidere etiam de vacanti 5 ex mente Papæ. Decius *d. consil.* 232. *numer. quarto.* † Extende; quia 6 si Papa mandat per rescriptum, vt vocatis tali, & tali, & illis auditis, quod iustum fuerit, faciat; si vocati noluerint comparere, potest nihilominus, quod iustum est facere; quia forma data impletur eo modo, quo potest, & de iure communi conuenit. Dec. *dict. consil.* 232. *col. penult. ver. vltimo non obstat.* † Amplia; quia si Papa dat 7 formam in rescripto committendo conscientiæ eius, cui dirigitur rescriptum, sufficit, quod ipse dicat, & affirmet illud interuenisse. Alexand. *consil.* 2. *in princ. ver. secundo respondeo. libro secundo.* † Am- 8 plia; quia si Papa mandat Titium condemnari Seio ad decem, si Seius probauerit illa sibi deberi, valet sententia condemnatoria, licet illud non fuerit probatum; quia Papa non potest facere contrarium; ideo est monitio, non autem conditio, vel forma. Alexand. *dict. cons.* 2. *numer. tertio lib. secundo.* † Limita; quia regula est, 9 quod forma commissionis, seu rescripti attendi debet, *leg. diligenter. ff. mandati, d. cap. cum dilecta, extra, de rescript.* vbi plenissime. Felin. † Extende in tantum, quod si excedatur forma rescripti, vel dele- 10 gationis, factum esset nullum, *c. cum olim.* vbi Abbas, *de offic. delegat.*

Alexand. *cons.*57. *In causa & lite, col.*1. *in pr. lib.*7. Guid. Pap. *decis.*70.

11 Decius *cons.*603. *n.*10. † Limita; quia si Princeps mandat alicui iudici, quod omni diligentia curet partes amicabiliter componere, non poterit dictas lites per sententiam decidere, & talis sententia extra commissionem erit nulla tanquam lata à iudice non ha-

12 bente iurisdictionē, *l.*1. *C. & l.*2. *C. si à non compet.* † Ratio videtur, quia actus attribuitur mandanti, & ordinanti, non exequenti ex alterius mandato, *l. pater ex prouincia, in fi. ff. de manumiss. vind. l. vnum ex familia. § fi. de Falcidia*, & ibi Bart. *ff. de leg.*2. *l. item, § si decuriones. ff. quod*

13 *cuiusq; vniuer. nom.* Rom. *cons.*366. Nat. *cons.*434. *n.*13. † Limita, quia si in rescripto mandatur iudici, quod si sententia lata est omisso articulo attentatorū, illam rescindat, & reuocet, debet iudex seruare ordinem, vt videat, an sint omissa attentata, etiam si essent nulla attentata, & nullius impedimenti, alias processus esset nullus, non seruata forma. Gemi. *cons.*57. *n.*2. *ver. quia quando datur*, sed dicat, q̄ non est limitatio; quia imo est secundum ordinem iuris, quod videat, an sententia sit lata, omissis attentatis; ideo forma

14 seruatur, q̄ non est contraria iuri communi. † Limita, quādo Papa mandat Generali ordinis, quod si prævio examine sibi constiterit aliquē non esse idoneum magistrum, illum à magisterio deponat, non poterit deponere eum, si est contumax, nisi sibi cōstet prævio examine, vel seruata forma. Bal. *cons.*482. *Casus talis est, li.*5.

15 † Limita, q̄n mandatur alicui, vt aliquē deponat sub duab. conditionibus copulatis, quia nisi vtrumq; copulatum interueniat, nō potest deponere. Bal. *d. cons.*482. *lib.*5. *per tot.* Vide, *Copulata plura*

16 *si requiruntur, non sufficit vnum. Concl.*1035. † Limita, quia si p̄ rescriptum committitur iudici, vt faciendo subhastare bona debitoris faciat satisfacere creditoribus, licet subhastatio non sit ordinis iudiciarii, tamen si deueniat ad secundum decretum sine subhastatione, non valet secundum decretū. Bald. *cons.*483. *Quæritur. si creditores, n.*2. *vsq; in fi. lib.*5. † Limita, quia si Papa mandat alicui religioso, vt si dotatū fuerit certum monasteriū, in eo deputet Priorissam, & recipiat ad professionē, si hoc faciat ante dotationē, non

17 obligantur professi, tanquam emittentes professionem in manibus non habentis facultatem. Cardin. *cons.*106. *A mulier. per tot.*

Fornicatio quid sit, & est prohibita de iure diuino, & canonico. secus de iure ciuili. Concl. 423.

1 * DE † iure diuino fornicatio simplex est prohibita, & inducit peccatum mortale secundum Theologos, & est * communis opinio, & qui aliter diceret, esset hæreticus. Clar. *in §. fornica-*

2 *tio, in princ.* † Extende, quia simplex fornicatio etiam de iure canonico est prohibita, & punibilis, quia solus coitus matrimonialis permittitur. gl. *in clem. vt nostrum, in ver. non est. de hæret.* quam o-

* 3 mnes * tenere dicit Clar. *d. § fornic. n.*6. † Limita de iure ciuili; quia simplex fornicatio non est punibilis, prout si solutus cum soluta

4 coiret. Clar. *in d. §. fornicatio, in princip.* † Extende; quia nec coitus coniugati cum soluta de iure ciuili est punibilis. Clar. *in d. §. fornicatio, in princ.* vbi relatiue, & decisiue *in §. adulterium, num.*2. *vers. cæ-*

* *terum*, vbi dicit * communem, allegat Roland. à Vall. *cons.*74. *nu-*

5 *12. lib.*1. † Idem, si clericus habet rem cum soluta; quia non erit sacrilegium, neque incestus, neque stuprum, neque adulterium,

* licet coitus adulterinus appelletur, communem * dicit Clar. *d. §.*

6 *fornicatio, n.*18. *ver. cum presbytero*, sed erit simplex fornicatio. † Declara extensionem; quia quando cōiugatus habet rem carnalem cum soluta, largo modo dicitur adulterium. Rol. à Val. *d. cons.*74.

*n.*21. *lib.*1. Guid. Pap. *cons.*159. Ofas. *dec. Pedem.*119. quos citat apost. ad Clar. *d. §. adulterium, n.*2. vbi ipse Clar. dicit, quod talis coitus incidit in stuprum, *l.*1. *C. de adult.* sed tamen de consuetudine non

7 punitur. † Extende, maxime; quia coitus soluti cum soluta meretrice nullo modo de iure ciuili est punibilis. Angel. *in l. si vxor. §.*

* * *sed & in ea, n.*1. *ff. de adult.* vbi de * communi, prout * communem

8 refert Clar. *d. § fornicatio, in princ. n.*2. † Extende, vt cum meretrice coitus sit impunitus de iure ciuili, etiam si per vim compulsa fue-

* rit, * communem dicit Clar. *d. § fornicatio, n.*2. vbi, quod Bald. *in l.*

* *fi. n.*3 *ff. de rer. diuis.* qui contrarium tenuit, * communiter reprobatur, & quod hæc conclusio nullam habet difficultatem, quando

9 meretrix non est nupta. † Extende, etiam si meretrix sit nupta; quia si viuat meretricando, nō est punibilis coitus in eo, qui eam cognouit etiam per vim, ita Clar. relatiue *in § fornicatio, n.*2. *in fine. vers. sed quid si nupta*, vbi se refert ad dicta *in d. §. adulterium, nu.*3. *vers. quæro, nunquid*, vbi, quod non punitur quoad accedentem, licet nihil dicat, quando per vim; tamen ex quo exercet artem meretricalem, potest compelli, & sic exposita est, ideo compulsio non aggrauat, quia compellitur, postquam se exposuit; bene verum est, quod ipsa potest puniri, & ita fuisse seruatum dicit Capic. *dec.*

44. licet Clar. non seruari dicat de consuetudine, & quod contraria sententia est verior, & ita iudicaret. † Extende, etiam si me-10 retrix esset carcerata; quia si alius carceratus eam cognoscat, non punitur; secus, si custos carcerum; quia pœna erit arbitraria cum meretrice, prout fustigatio, & ictus funis, & similis pœna. Boer. *decis.*317. *num.*9. & 10. vbi dicit * communem Clar. *d. § fornicatio,* * *num.*25. *vers. cum carcerata.*

Fornicator notorius qualiter sit suspensus. Concl. 424.

FORNICATOR † notorius licet sit suspēsus quoad se, ita vt 1 non possit eligere; tamen quoad alios non est suspensus, nisi fuerit monitus; ideo electio facta ab aliis vna cum eodem, quoad alios non est nulla. Oldrad. *consil.*286. *in princip. ver. & quantum ad primum.*

Fornicationis pœna quæ sit. Concluſ. 425.

